Παιδεία, ας, ἡ, Institutio, vel Instituendi ratio, Doctrina, Disciplina. Extant Xenophontis libri octo inscripti Κύρου παιδείας, id est Institutionis Cyri. aut etiam Disciplinæ Cyri. vel Institutionis ac disciplinæ: vt Cicero ista duo alicubi coniunxit. Philelphus tamen (miror quo consilio) librum illum vertens, vocem Græcam retinuit, inflexionémque Latinam ei dans, & libros De pædia Cyri vocās. In Latinis autē Dictionariis perperam annotatur Pædiam hic vocari à Xenophonte pueritiam. nam vt omittam Κύρου παιδείας scribi, nō παιδίας, (quod pueritiam quidem significat, sed rarum tamen est) Xenophon ipse vocem illam in aliquot libri locis retinet de institutione loquens & disciplina ad quam eruditus fuerat Cyrus. vt p. 2, in fine præfationis, καὶ τοῖαν τινὰ φύσιν ἔχων ἐκ τοίας τινὶ παιδείᾳ τεταιδευμένος. Et pagina 13, ἐπὶ δὲ διελθὼν τὴν παιδείαν ταύτην ἤδη εἰσῆλθεν εἰς τὰς ἐφήβους. Itidē verò & de aliis, vt eiusdem Pæd. pagina 129. ἐμὲ γὰρ τοι ὁ πατὴρ τὴν μὲν ἄλλην παίδων παιδείαν γλίχεσθαι αὐτὸς ἐρραζόμενος καὶ τρέφων ἐπαίδευεν, puerilem disciplinam. Vbi obserua παιδείαν παιδεύειν. (pro quo etiam dicitur παιδείᾳ παιδεύειν, sicut in pass. τοῖα τινὶ παιδείᾳ παιδευθείς, in loco quē paulo antè protuli) Thucydides libro 2, pagina 60, καὶ ἐν ταῖς παιδείαις οἱ μὲν ὀλιγόνοι ἀσκήσαντες, εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται· ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι, οὐδὲν ἧσσον ὅμοιοι τοῖς ἰσοπαλεῖς κινδυνεύομεν χωρεῖν. vbi καὶ ἐν ταῖς παιδείαις perinde esse puto ac si dixisset, Iam verò quod ad institutionum differentiam attinet. Aristoteles initio lib. 1, De part. anim. dicit omnem θεωρίαν & μέθοδον habere τὴν ὀλιγόμετρον τὸ φρόνημα τοῦ, & τὴν οἷον παιδείαν τινά. vbi plura vide. Plato de republica libro 2, dicit esse παιδείαν, τὴν μὲν ὅλου σώματος γυμναστικὴν· τὴν δ' ὅλου ψυχῆς, μουσικήν.

Παιδεία, peculiari significatione Institutio in bonas artes, Eruditio, Doctrina. Gell. lib. 13, cap. 15, Qui verba Latina fecerunt, quique iis probè vsi sunt, humanitatē non id solùm esse voluerunt quod vulgus existimat, quódque à Græcis φιλανθρωπία dicitur, & significat dexteritatem quandam beneuolentiámque erga omnes homines promiscuam: sed humanitatem appellauerunt id propemodum quod Græci παιδείαν vocāt, nos eruditionem institutionémque in bonas artes dicimus: quas qui synceriter cupiūt appetúntque, ii sunt vel maximè humanissimi. Plato in Gorgia, οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης, Ignoro quanta sit eius doctrina & quanta iustitia. vel (vt Cic. vertit) quàm sit doctus. Aristoteles Pol. 8, καὶ τῆς ἡδονῆς χάριν οἱ πλεῖστοι μετέχουσι τῆς μουσικῆς. οἱ δ' ἐξαρχῆς ἔπαξαν ἐν παιδείᾳ, id est (Bud. interpr.) In doctrinarum numerū redegerunt. Idem Aristot. de eadem re, διὸ τὴν μουσικὴν οἱ

πρόπαλαι εἰς παιδείαν ἔταξαν. (Quod conuenit cum loco quem paulo antè ex Platone protuli, De rep. lib. 2) Polit. apud Herodianum vertit etiam Literas, (quo modo & ipsi Græci γράμματα dicūt) vt libro 5, παιδείαν τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων ἐπαίδευε, Græcísque eum pariter & Latinis literis instituens. Apud eundem eodem in libro, διδασκάλοις τε πάσης παιδείας λάθρα μετεπέμπετο, reddit πάσης παιδείας, omnium disciplinarum. Cæterùm vt in illo priore loco dicit Herodianus παιδείαν Ἑλλήνων, sic Luc. παιδείαν Ἑλληνικήν, in Scytha: vbi fortasse Græcas artes nō malè quis interpretetur. Animaduertendum est autem παιδείαν non tam latè accipi in huiusmodi locis quàm quum sine adiectione ponitur. At quum dicitur ἡ ἔξωθεν παιδεία à Gregorio & Basilio cæterisque theologis, (sicut & οἱ ἔξωθεν λόγοι) intelligūtur literæ disciplinæque omnes nihil ad scripta Euangelica pertinentes.

Παιδεία metaph. de plantis, quæ & ἀναγωγή, Exactior cultus conformatióque plantarum, apud Theophr. cuius verba citat Budæus pag. 372, in Ἀναγωγή. Gaza vertit Eruditio plantarum. Alii malunt Institutio, sicut Suet. De claris grammaticis dixit Vitem manu eius institutam. Vide in Παιδαγωγία eandem metaphoram.

Παιδεία, Castigatio. Autor ep. ad Heb. c. 12, εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. id est Si castigationem sustinetis, seu patimini. potius quàm Disciplinam, vt Budæus vertit: quū præcedat itémque sequatur παιδεύειν apertè positum pro Castigare. Sic παιδευταὶ ibidem vocantur castigatores.

Παίδευμα, ατος, τὸ, Quod docetur, Id in quo aliquis instituitur. At nomine Documentum non satis aptè redditur. Demosth. in Epitaph. ἐν πᾶσι τοῖς παιδεύμασιν ἦσαν ὀλιγανεῖς, τὰ πρέποντα κατ' ἡλικίαν ἀσκοῦντες ἑκάστην.

Παίδευσις, εως, ἡ, Institutio, Disciplina, Ipsa actio instituēdi seu docendi. Xenophon Apomn. libro 2, pag. 431, οὕτω πῶς διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν. id est διηγεῖται πῶς ὑπ' ἀρετῆς Ἡρακλῆς ἐπαιδεύθη. Isocrates, περὶ τῆς παιδεύσεως τῆς τοιαύτης ἀρετῆς. Plutarch. de puer. instit. πατήρ τις λεγόμενος πλείω λόγον τῆς τῶν δεομένων ποιεῖται χάριτος, ἢ τῆς τῶν τέκνων παιδεύσεως; Apud Thucyd. autem libro 2, pagina 61, τὴν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι), quidam interpr. Magisterium, alii Disciplinam: sicut & apud Plutarchum in Lycurgo, παίδευσις Ἑλληνικὴ, Disciplina Græca. Hoc certè constat vt παιδεία pro παίδευσις ponitur, ita vicissī παίδευσις pro παιδεία poni. COMP. Ἀπαιδευσία ET Εὐπαιδευσία. Dicitur autem ἀπαιδευσία de eo qui eruditus non est seu doctus. (q. d. Ineruditio, aut Carentia eruditionis, seu doctrinæ) Redditur etiam Inscitia, Imperitia. Æschines in Ctesiph. ἄξιον δ' ὅτι καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν αὐτῶν θεωρῆσαι. Isocr. opposuit τῇ παιδείᾳ ad Demon. At Εὐπαιδευσία dicitur contrà de eo qui est eruditus, seu benè institutus. quo vsum esse Euripidem testatur Pollux.

Παιδευτής, οῦ, ὁ, Qui instituit, Doctor, Præceptor, Magister. Plutarchus de puer. educ. ἀνθρώπους τοὺς μηδενὸς πρίσις ἀρουῶται τοῖς τέκνοις παιδευτάς. Sic etiā paulo antè, τῶν ὁνίων τῶν παιδευτῶν ἀπειρίαν. ἅμα δὲ μοχθηείαν. ita enim in vet. cod. legitur & hic, non παιδευόντων. ¶ Παιδευτής, Castigator, ep. ad Hebr. c. 12. HINC Παιδευτήριον, ου, τὸ, Locus in quo pueri instituūtur, Ludus literarius. Et ADIECT. Παιδευτικός, vt παιδευτικὴ τέχνη, (q. d. Ars institutoria) Ars instituēdi, apud Poll. à quo & βίος παιδευτικὸς idem esse traditur qui λογικὸς, sicut πολιτικὸς idē qui θεωρητικός. Et ADVERB. Παιδευτικῶς apud eundem, q. d. Institutoriè) More eorum qui instituunt, seu docent. Pro eodem & διδασκαλικῶς apud eundem.

Παιδευτὸς, ὴ, ὸ, Doctus, Eruditus. Ita quidē in v. l. sed sine exemplo, quod etiam vix posse reperiri existimo. At COMP. Ἀπαίδευτος ET Εὐπαίδευτος, exēplis passim nō carent, pro Ineruditus & Eruditus, vel Valde eruditus, seu magis ad verbū, Benè eruditus. Autor Axiochi. δῆμος γὰρ ἀχαρίστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον. Comicus quidam apud Athen. Ὁ γὰρ δημάπωρ βρόμος ἡδ' χαίρει σιωὼν Ἀνδράσι πονηροῖς ἠδ' ἀπαιδεύτῳ βίῳ. Dicitur etiam ἀπαίδευτος alicuius rei. vt à Xen. Pæ. 3, τοὺς δὲ ἀπαιδεύτους παντάπασιν ἀρετῆς. (Lat. autē Eruditus & interdū etiā Institutus ablat. etiā iūgūt) Idem l. 1, vsus est & alio modo

dicens ἀπαίδευτοι· ὡς δεῖ χρῆσθαι. Α Τ Εὐπαίδευτος potius A
sine adiect. Eruditus, Doctus: vel Valde eruditus, Valde doctus. Item Α D V E R B. Ἀπαιδεύτως, Ineruditè, Indoctè. aut etiam imperitè. Ε Τ Εὐπαίδευτος, Eruditè, Doctè & peritè. Isocr. Panath. οὐκ ἀπαίδευτος, ἀλλὰ νουνεχόντως. At verò Ἀπαιδευσία & Εὐπαιδευσία vide in Παίδευσις.

C. ΔΙΑπαιδεύω, Ε Τ Ἐκπαιδεύω, Instituo, Erudio, Doceo. idem quod simplex παιδεύω, nisi quòd præpositio vehementiam aliquam significationi addere videri potest. vt quũ dicis Edoceo pro Doceo. Inuenitur autem ἐκπαιδεύω, de equis etiam dictum. B

C. ΠΡΟπαιδεύω, (q. d. præinstituo) Ante instituo, Ante doceo. vt quum docemus aliqua minora antequam ad maiora veniamus. Et pass. Προπαιδεύομαι, Prius initituor, Prius doceor. Sed & ars aliqua dicitur προπαιδεύεσθαι. Plato De rep. lib. 7. τὰ μὲν πίστιν λογισμῶν τε καὶ γεωμετρίας, καὶ πάσης τῆς παιδείας ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ προπαιδευθῆναι, παιστὶν οὖσι χρὴ προσάγειν. Vtitur & Aristoteles initio libri 8. Polit. Η Ι Ν C Προπαιδεύματα Ε Τ Προπαιδεία, Quæ docebantur ante philosophiam & ante theologiam. Vide Bud. pag. 6:7. C

C. ΣΥΜπαιδεύω, Condoceo, Condocefacio. Xenophon OEcon. συμπαιδεύειν ἢ καὶ εἰς τὸ ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις ἡ γεωργία. Polyb. ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ συμπεπαιδευμένος, Condocefactus in violentia & iræ furore. pro Educatus in violentia &c. perinde acsi dixisset βίᾳ καὶ θυμῷ σωθεὶς. Potest etiam exponi, Iam inde à pueritia assuefactus violentiæ. vt videlicet assuefieri solemus iis quæ in ipsa pueritia docemur.

Π Α Ι Δ Ι Α, ᾶς, ἡ, Ludus, Lusus, Relaxatio animi, seu Quicquid fit relaxandi animi gratia. Et quidem propriè Ludus puerilis: sed generalius de aliorum etiam lusu. Herodian. lib. 1, ἀνέπεσε τε πᾶσι δέδοτο ἐξῆσα παιδιᾶς παιδιᾶς. Plutarchus De frat. char. ἐκ πόνου πνὸς ἢ παιδιᾶς ἢ παλαίσματος. Interdum copulant hoc nomen cum γέλως. vt apud Xenoph. Pæd. 2. pag. 32, παίοντες σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ παιδιᾷ. Aristot. Rhet. 2, ἐν παιδιᾷ ἐν γέλωτι, ἐν εὐστομίᾳ, ἐν ἀνημερείᾳ. (at παιδιᾷ γέλωτι καὶ παιδιᾷ, vide infrà in παιδιά, significante iocum) Passim autem opponitur σπουδῇ. extátque apud Athen. liber Athenodori inscriptus περὶ σπουδῆς καὶ παιδιᾶς. Plutarchus Sympos. 1, οὕτω περιβαλλεῖ τῇ σπουδῇ τὸν παιδιάν. Xenophon. initio Symposii scribit facta hominum virtute præditorum non solùm τὰ μετὰ σπουδῆς πεπραγμένα, verũ etiam τὰ ἐν τῇ παιδιᾷ. Plutar. autem dixit eleganter σπουδὴν εἰς τὸν παιδιὰν καταπαλαίσκοντες. Aristot. Ethic. 10 scribit stultũ esse σπουδάζειν καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν. Plut. oppositum etiam ἐρρωμένον ἀγῶνα huic nomini παιδιά. De prud. anim. οὐ παιδιὰ τὸ χρῆμα τοῦ λόγου γέγονεν, ἀλλ' ἐρρωμένος ἀγών. Nonnunquam iungitur hoc nomen verbo παίζειν, diciturque παίζειν παιδιαὶ (quo vtitur Athen.) sicut Ludere ludum. Item vt dicitur Ludus tesserarum, vel talorum, vel calculorũ, ita παιδιὰ ψήφων, à Plutarch. itidémque alia ab aliis. Apud Aristot. autem Rhet. 1, παιδιαὶ μαχηταὶ & αὐλητικαὶ & ἐρωτικαί. F

Πωδία, Iocus. Plutarchus Alex. ῥῆμα καὶ παιδιά τις ἔμφασιν ἡδεῖαν ἔχουσα. Vnde μετὰ παιδιᾶς, Ioco, Per iocũ. Plutarchus in Præc. de san. ὅθεν φασὶν εἰπεῖν τὸν Ἐπαμινώνδαν μετὰ παιδιᾶς. Et sæpe cum σκῶμμα, vt apud eundem De nõ irasc. ἀλλὰ καὶ σκῶμμα καὶ παιδιά. Et in Lyc. αἱ δὲ μετὰ παιδιᾶς καὶ σκωμμάτων δηξεις. ‖Αν verò παιδιὰν ποιεῖσθαί τι, vel πνά, vt Latinè Ludos facere aliquem, Illudere, Irridere. Apud Plut. verò τοῦτο γελωτα καὶ παιδιὰν ἐποιοῦτο, exponitur Hæc risu ac ioco prosequuti sunt. Dicitur etiam ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τίθεσθαι. G

Παιδιὰ cur pri° esse putẽ quàm παίζω docebo in Παίζω.

Παιδιώδης, εος, ὁ & ἡ, Qui ludo seu lusui est deditus, Qui ludo valde gaudet. Aut etiam Iocis deditus, Iocis valde gaudens. Aut etiam Qui lusibus simul & iocis valde est deditus. Aristot. Ethic. l. 7, cap. 7, δοκεῖ δὲ καὶ ὁ παιδιώδης, ἀκόλαστος εἶναι. ἔστι δὲ μαλακός. ἡ γὰρ παιδιὰ ἀνέσις ἐστί. H

Παίζω, F. ξω & σω (de quo futuro dicam mox) Ludo, & quidẽ propriè Ludo pueriliter, seu puerorũ more. Homer. Od. η, Ἀμφιτόλοις δ' ὅτι οἱ τῆς ὀνόησε θυραῖος Παίζοντας. Luc. in Vit. auct. παῖς παίζων, πεσὼν δύων, διαφερόμενος. Interdũ verò additur datiuus nominis significantis ludũ quo luditur. vt apud Hom. rursus in Odyssea, sed libro ζ, Σφαίρῃ παί τ' ἄρ' ἔπαιζον ἀπὸ κρηδέμνα βαλοῦσαι. Sic παίζειν ἀστραγάλοις, Plut. in Alcib. At cum accus. παιδιὰν Attico more, apud Aristoph. itẽ Plat. (Affertur verò & παίζω παλαιστὴν ex Epicteto pro Ago palæstritam, Ludo palæstra.) Cæterùm παίσω Eustath. vult esse futurũ Atticum (qua de re dicam in Συμπαίζω) vt παίξω Doricum. (à quo est παῖξαι apud Herod.) Sciendũ est autẽ inueniri & παιξοῦσθαι apud Xenoph. in Sympos.

Παίζω, Iocor. ἐν πανηγύρει παίζειν καὶ τὴν παροιμίαν, Demetr. Phaler. Et Plut. ad Col. ὦν ἢ παίζων καὶ χειρώδης πρὸς τοὺς σοφιστὰς λοιδορεῖν προσῆλθε γέλωτα αὐτοῖς. Et ἀμύνεσθαι παίζειν, apud eũdẽ ibidẽ. Apud Aristot. autẽ legim° ἐμμελῶς παίζειν. Ethic. l. 4, vbi eos τοὺς παίζοντας ἐμμελῶς ait vocari εὐτραπέλους. Sed Plut. dixit etiã παίζειν διὰ σκωμμάτων, in Camillo, παίζουσι διὰ σκωμμάτων εἰς τοὺς ἀπαντῶντας. quod videtur reddi posse Lat. non incommodè Dicaciter iocantur. Animaduerte autem & cõstructionem in loco illo, παίζειν εἰς τινα. (Dicitur autẽ & παίζειν εἴς τι, pro Iocari de re aliqua) Apud Plut. legitur & παίζειν πρός τινα, quod exponitur etiam Illudere alicui. Naz. autẽ dixit παίζειν καθ' ἑαυτόν, sibi illudere. Accus. autẽ duob° modis habet. dicitur enim παίζω σε pro Illudo tibi, vt τύχη (id est fortuna) dicitur παίζειν τοῖς ἀνθρώποις πρᾶγματα apud Luc. & quidã à Gregorio dicũtur παίζειν τὴν ἀλήθειαν. At παίζω τοῦτο, est Hoc ludo, i. Hoc ludens dico, seu illudens, aut iocans. vt apud Herod. lib. 4, τοιαῦτα τινα παίζειν αὐτῶν δεικνύοντων.

Παίζω sæpe opponitur τῷ σπουδάζω, vt παιδιᾷ τῇ σπουδῇ. Isocr. in Hel. encomio, ὅσῳ περ τὸ σεμνύνεσθαι τῷ σκώπτειν, καὶ τὸ σπουδάζειν τῷ παίζειν ὀλίγῳ πονηρότερον ὄντι. Plato in Gorgia, σπουδάζει ἢ οὐ σπουδάζει, ἢ παίζει; serióne an ioco dicit? Vel Serióne dicit, an iocatur? Xen. autem τὸ παίζειν opposuit σπουδῇ λέγειν. Plutarchus dixit etiã ὁ παίζων, ἀλλ' ἀπὸ σπουδῆς. Apud Xen. verò etiam παίζειν σπουδῇ, id est Vti iocis habentibus aliquid serii. Pæd. 5, οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα ἔπαιζον σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους.

Παίζεσθαι autem dicitur παιδιὰ (sicut παιδιὰ διαπεπαίσθαι. apud Plat.) id est Ludus ludi. Sed vsitatius est pro Dici ioco. vnde τοῦτο δὴ τὸ παιζόμενον. iuxta id quod ioco dici solet. Hinc πεπαίσθαι apud Plat. in Phædro, οὐκοῦν ἤδη πεπαίσθαι μέριμνα τὰ περὶ λόγων. Et in Euthydemo, τοῦτο μὲν ἤδη πεπαίσθαι ὑμῖν. (vbi obserua hæc esse à futuro παίσω, quod Atticum esse putatur. vnde & apud Aristoph. παίσει. ‖Παίζεσθαι est etiam Illudi, Irrideri, Ludibrio haberi. vnde παιζόμενος νόμος.

Παίζω ex παιδιᾷ factum esse puto, παιδιὰ autẽ ex παῖς, vt videlicet ex datiuo παιδὶ deriuatum sit nomen παιδιά, deinde à παιδιά pro παιδίζω dictum sit παίζω per syncopen. at contra quidam vet. grammatici παίζω à πᾶς pro παιδίζω dictum existimarunt. quod si verum esset, παίζω ante παιδιὰ poni deberet.

Παιστὸς, Lusori°, vt πεπαιστὸς βόλος. Fit autẽ à futuro παίσω. A Τ Παίγνιον à futuro παίζω, inquit Eustathius, intelligẽs (vt opinor) à πέπαγμαι, quod in formatiõe sequitur analogiam futuri in ξ, videlicet παίξω. vt nimirũ dicatur Παίγνιον quasi Παιγκνιον. Est aũt Παίγνιον, Lud° seu Lusus, & quidem propriè pueriles, Oblectamentũ puerile. Sed generalius interdum, Ludus seu Lusus, Ludicrum ἄθυμα. Plut. περὶ ἀθυμίας, Ἀλλ' ὡς ὑπὸ τῶν μικρὰ παιδάρια, ὑπὸ πολλῶν παιγνίων αὐ ἕν τις ἀφέλωνται, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα προσείλαντα κλαίει καὶ βοᾷ. Vide Plat. in Pol. pag. 174, de hac voce. ‖Apud Theophyl. in epist. παίγνιον ποιεῖσθαι pro Ludibrio habere. ‖Παίγνια plur. Deliciæ, Plutar. interprete in Antonio, ὁ δὲ Σαράπιδος τοῦ θεοῦ Κάισαρος παίγνιον παιδάριον, ἃ Ῥωμαῖοι δελίκια καλοῦσιν. Sic puer Alexis à Virgilio vocatur, Deliciæ domini. At verò Plautus secus est vsus genitiuo cum hoc nomine, dicens videlicet delicias pueri pro delicato puero. Vtitur autem & hac voce Græca παίγνιον idem, sed tanquam nomine proprio. ita enim in Persa, Pægnion, deliciæ pueri, salue. Sic delicias hominum pro delicatis hominibus dixit Iuuenalis. Παίγνια vocata fuerunt & poemata aut alia scripta ludicra. I T E M Παιγνία, ας, ἡ, idem quod παίγνιον, sed rarum. Vtitur tamen Xenophon apud Suidam: item Plutarchus in libro De

poem. aud. Affertur autem ex Herodoto itidem Παιγνία) Sed παιγνία exponitur & ἑορτὴ à Suida. H I N C A
Παιγνιώδης, Ludicer, seu Ludicrus. Et τὸ παιγνιῶδες, Quod est ludicrũ, Res ludicra, seu Iocularis. Vtitur autem hoc nomine & Xenophon. Ε Τ Παιγνιωδῶς, Ludicrè, Ludibundè, Iocularitèr. vel Ioco, Per iocum. cui opponitur ἐσπουδασμένως. Bud. A T V E R O Παιγνήμων, S E V Παιγνίμων, A V T Παιγνήμων (nam hæ tres scripturæ inueniuntur) Iocosus, Qui iocosis seu iocularibus dictis gaudet, apud Athenæum. A Suida autem παιγνημονέστατος (ita enim apud eum scriptum est) exponitur πῶς παιγνίοις ὀπτεύμενος. B

I T E M Παῖγμα, Lusus, in vulg. lex. quod. αἰαλογόπερον formatur quàm παίγνιον. quippe quod dicatur quasi παίγμιον (vt docui paulo antè.) Nullũ autem ibi exemplum affertur vsus nominis illius: A T Παίκτης Pro Lusor (quod à πέπαικται formatur, sicut παῖγμα à πέπαιγμαι) ex Epigr. citatur.

C. ΑΠΟπαίζω, Ludo, Lusito, apud Basilium.

C. ΔΙΑπαίζω, Il ludo, Ludificor, Irrideo. Plato autem De leg. lib. 6, dixit παιδιὰ διαπεπαισμένη, pro πεπαισμένη, ea forma qua dicitur παίζειν παιδιὰν, ludere ludum. C

C. ΕΜπαίζω, itidem pro Illudo, Ludificor. Cum datiuo personæ, frequens apud Euangelistas. Et ab eius passiuo Ἐμπαίζομαι, est ἐνεπαίχθη apud Matth. capite 2, v. 16, de Herode, ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, quum vidisset se illusum esse à magis.

Ἔμπαγμα, ατος, τὸ, q. d. Ludificamentum, Id quo aliquem ludificamur, Id quo alicui illudimus. A T Ἐμπαγμὸς sonat potius q. d. Ludificatio. Illusio, Derisus. D

E T Ἐμπαγμὴ, pro eodem in vulg. lex.

C. ΚΑΤΑπαίζω, q. d. Ludo aduersus aliquem. In vulg. lex. Illudo, sed sine exemplo.

C. ΣΥΜπαίζω. Colludo, Simul ludo, vel Vnà ludo. V N D E Συμπαιστὴς, E T Συμπαίστωρ, nec nõ F O E M. Συμπαίστρια, Collusor, Qui colludit, seu colludere solet, & Quæ colludit. Affertur autem ex Platone συμπαιστὴς. At συμπαίστωρ ex Epigr. Παῖ μὲν ἀφ' ἥκοντα χίμαρον συμπαίστορα μᾶτος, collusorem matris. id est, cum matre ludere solitum. Sed exponitur etiam Simul nutritus, ex cõsequente. At fœm. συμπαίστρια extat apud Aristophanem in Ranis. Cæterùm dicitur E T I A M Συμπαίκτωρ pro Collusor, inuenitúrque & apud ipsum Xenophõtem Pæd. l. 1. p. 7, καὶ πάλδας δέ σοι ἐγὼ συμπαίκτορας παρέξω. quod ideo est obseruandum, quia Eustathius futurum παίσω Atticum esse tradit, à quo fit συμπαίστωρ, & συμπαίστρια: at παίξω Doricum, à quo παίγνιον atque ἐμπαγμός. Quũ enim itidem συμπαίκτωρ ex futuro παίξω originem habeat, & tamen ab Attico scriptore Xenophõte vsurpetur, posse & παίξω apud Atticos reperiri verisimile est: atque adeo παιξοῦσθαι ex eodem Xenoph. attuli suprà. F

Συμπαιγνία, Collusio, metaph. ἀπάτη, in Pand. Bud.

ΠΑΪΩ,

F. αισω, Pr. αικα, Percutio, Ferio, Pulso. Xenoph. Pæd. 1, ὃν δὲ πύτω με ἔπαισεν ὁ διδάσκαλος, percussit me magister. Et cum datiuo instrumẽti, Aristoph. in Auibus, παίει ῥοπάλῳ με τὸν νῶτον. Idẽ verò dixit in Nub. Κλέων ἔπαισ' ἐς τὴν κεφαλὴν πυξὶ ἐντυγχανόντα, dixit Plut. in Theseo. at Herodian. 7, ξύλῳ παῖσέντα κατὰ τὸν κρανίον. Xen. aor. medio vtitur in Pæd. dicẽs ἐπαίσατο τὸν μηρὸν pro ἔπαισε. ‖Παίειν ἀπ' οἰκίας, pro Abigere percutiendo, ex Aristophane. G
‖Affertur autem παίειν ex eodem pro Expeditè aliquid facere. quia schol. in hunc Acharn. locum, Ὁ δὲ νεανίας ἑαυτῷ σπουδάσας ξυνηρεῖν, Ἐς πάχος παίει, annotat. Παίειν dicunt (de Atticis intelligens, vt opinor) τὸ παῦ ὁποῦν σωπίμως ποιεῖν. ‖Παίειν pro Subagitare, ex eodẽ. com. ‖Item pro Comedere, ex eodem in Achar. παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰ μάζαν. Sed malim Raptim comedere.

Παιήσομαι tanquam à themate circũ fl. apud Aristoph. in Nub. τοιαύταις σφενδόναις παιήσομαι.

C. ΑΝΑπαίω, Repercutio, Referio, ἀνάπκρουσμα, παισὸς, inquit H
Eustathius, dicitur ex eo quòd ibi nauis Argo à ventis aduersis ἀνεπαίσθη, ἤτοι ἀνέπκρουσθη. Sic & ἀνάπαιστον aiunt vocari παρὰ τὸ ἀναπαίειν, ὅ ὅστιν ἀνέπκρουειν πρὸς τὴν διάκτυλον. vt mox dicetur.

A Ἀναπαιστρίδες, ων, αἱ, Mallei fabrorum.

Ἀνάπαιστος, Pes carminis, qui alio nomine antidactylus appellatur, vt aduersans dactylo. & ex eo quòd illi sit oppositus, volunt quidam grammatici dictum ἀνάπαιστον, quasi παρὰ τὸ ἀναπαίειν τὸν δάκτυλον, id est à repercutiendo dactylo: quæ repercussio fit sono contrario quem habet. nam dactylus primam longam habet, sequentes duas breues: at anapæstus primam & secundã breues, tertiam longam. Non solùm autẽ pes dicebatur ἀνάπαιστος, sed & versus anapæstici, id est pede anapæsto constantes, nominabantur ἀνάπαιστοι. Athenæus libro 4, ἐν ῥυθμῷ μὲν ἀναπαίστῳ. Sed Ἀναπαίστους vocabãt & comicam παρῳδίασιν, quòd versibus anapæsticis ea scribi soleret. Vide Suid. & Hesych. Inueniũtur autẽ & ἀνάπαιστα neutro genere vocati versus anapæstici, vt apud Plutarchum in Pericle.

C. ΑΝΤΙπαίω, Cõtra percutio, seu Vicissim percutio, Repercutio. In v. l. Referio, & Renitor.

C. ΕΙΣπαίω, Insilio, Irrumpo, Impetum facio. Exponitur etiã simpliciter Ingredior. sed tria illa malo, quòd sumptam esse putem metaph. ab iis qui ingrediuntur cum impetu & manibus sublatis ad percutiendos obuios. Quo dicimus modo in sermone vernaculo *Dõner dedãs*. Sed vsitatius est B I C O M P. Ἐπισπαίω. Aristoph. in Pluto. Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν πωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν Ἐπεισπέπαικεν, οὐδὲν νῦν νικικόσι, Irrupit, & quasi impressionem fecit in ædes nostras. sequendo eos qui à bello metaphoram esse putant. Apud eũdem, ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια. I T E M Ἐκπαίω, pro Egredior, vulg. lex. sine exemplo. sed malo Cum impetu egredior. E T Διεκπαίω, in iisdem, Proruo, Prorũpo. Ita enim exponitur in verbo Ἐπισπαίω, cui dicitur opponi: quum suo in loco (i. vbi habetur collocatum ordine alphabetico) reddatur Intercido: sed perperam, vt opinor. A T V E R O Ἐπιπαίω, Impingo, Offendo. V N D E Ἐπίπαισμα, Offendiculum, Offensio, προσπάισμα, προσκόμμα.

C. ΚΑΤΑπαίω, Percutio. Videtur autẽ propriè esse παίω καταφέρων τὰς πληγάς, Percutio deorsum, vt qui percutit ex superiore loco. In v. l. exponitur etiam Flagello.

C. ΠΑΡΑπαίω, Deliro, Desipio. Aristoph. in Pluto δύο πρεσβύτα συμπεσόντα τοῦ κηρεῖν καὶ παραπαίειν. Itidẽ de sene apud Luc. παραπαίειν ὡς ἐρᾶν καὶ μεριμνιβύν. Idẽ de luctu, τοῦτο παραπαίων ὀλίγ πτσύπαν μαρτύρων. Plato μαίνομαι & παραπαίω copulauit in Sympos. Hanc autem signif. habet & verbum παρακόπτω, cuius alioqui simplex affinẽ habet simplici παίω significationem.

C. ΥΠΕΡπαίω, Supergredior, Supero, Excedo. Demosth. ποσοῦτον ὑπερπέπαικας πλέστῳ τοῦ ἄλλου. (vbi obserua constructionẽ) Apud Luc. autem cum solo accus. rei, ὑπερπαικότα πᾶσαν ὕβριν, excedẽtia. B. Tale est omnino apud Athe. εἰς τὴν ὁπαθφυλάκων πᾶσαν ὑπερπεπαικὼς κολακείαν.

ΠΑΛΑΙ,

Olim, Quondam, Homer. Iliad. ι, ἠμὲν πάλαι, ἠδὲ καὶ ἔπι καὶ νῦν. Idem Il. ψ, Ἠ ῥα σῆμα βροτοῖο πάλαι κατὰ πθονεῶν τε. Demosthenes ad Phil. epist. τοῦ μὲν ἔργου, πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν πόλιν, τοῦ δὲ λόγου, νῦν ὁμολογεῖ. Idẽ Pro cor. καὶ πάλαι γεγονέναι, καὶ νῦν ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν Luc. νῦν μὲν οὖν, πάλαι δὲ ἐν ἄλλῳ σώματι. Dicitur & πάλαι ποτὲ, vacante ποτέ. vt in prouerbio, Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. quod habetur cum alibi, tum apud Aristoph. in Pluto. Item cũ articulo, τὸ πάλαι, seu τὸ πάλαι, vtitur autem Thucydides. Affertur & κατὰ τὸ πάλαι pro Olim, vel Iam inde à priscis tẽporibus, Apud Luc. autẽ τὰ πάλαι ῥιζῶν αὖα κοιλώματα. B. τὰ πάλαι esse ait pro τὰ παλαιῶν, dictũ ea forma qua αἱ ἄλαι σπυδαί.

Πάλαι, Pridẽ, Iãpridẽ, Iamdudũ. Demosth. Pro cor. ἐπὶ δὲ γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι αὐ ἀπολώλατε. Aristoph. Pluto, —τὸ πρὸ γὰρ πεθοῦσ' ἐγὼ πάλαι ἔνδον κάθημαι περιμένουσα πυπτί. Sic Luc. πάλαι περιμένει. Et οὐ πάλαι, Non pridẽ. Æschines in Timo. οὐπω δὲ οὐ πάλαι ἀλλὰ πρόσθεν γυμνὸς ἐπιγκραπάζεν. Sed πάλαι dicitur aliquãdo de eo quod paulo ante factum fuit, & valde breui tempore, pro ἄρτι, inquit Bud. afferens ex Xenophonte, ἀλλ' ἐγὼ σοι πάλαι ἔλεγον ὅτι γεωργία &c. At ego vix ausim cum Budæo πάλαι exponere ἄρτι, quòd opponantur à Platone in Critone pagina 72, ἄρτι δὲ ἥκεις, ἢ πάλαι; Cui interrogationi respondetur, ὀλίγον πάλαι.

C. Πρίπαλαι. Iam olim, vel Iam dudum, Iam pridem. Ita enim augere putatur hìc præpositio περὶ, vt auget particula Iam in illis. A Budæo exponitur etiam Iamdiu. Inuenitur Ε Τ Ἔκπαλαι, in quo ἐκ itidem vim intendendi habet: sed Phrynichus adulterinum esse censet.

C. Τρίπαλαι, q.d. Ter olim. pro Valde olim. id est Iam inde à valde priscis temporibus, vel Primo & omnium antiquissimo seculo. Qua forma D I C I T V R & Τέτραπαλαι q.d. Quater olim. Sed accipiuntur & hæc pro Valde pridem. Extat autē istud in Anthol. epigr. in quodam epigrammate Callimachi, si bene memini. Apud Aristophanem autem legitur Ε Τ I A M Δεκάπαλαι. q.d. Decies olim. I T E M Χιλιόπαλαι. q. d. Millies olim. Sed hæc pro compositis à ludente comico fictis habenda existimo.

¶ Παλαιὸς, οῦ, ὁ, (q.d. Qui fuit πάλαι, id est olim) Antiquus, Vetus, Priscus, οἱ παλαιοὶ, Prisci, Homines qui olim fuerunt, Prisci temporis homines, seu prisci seculi. Quo vtuntur modo cum alii tum Aristoteles. Et παλαιὰ seu τὰ παλαιὰ, Res priscæ, Res olim gestæ, seu Quæ olim cōtigerunt, Res antiquæ memoriæ, vt quidā interpr. Isocr. ad Philipp. καὶ τί δεῖ με λέγειν τὰ παλαιὰ καὶ τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους; Et quidā poeta apud Athen. οὐκ ἀείδω τὰ παλαιά. καινὰ γὰρ κρείττω. Sic apud Xen. παλαιαὶ πράξεις. Ibidem dicitur παλαιὸς χρόνος, Tempus quod iam olim fuit, Tempus longinquæ antiquitatis, Longinqua antiquitas, seu vetustas. Plutarchus De Rom. fort. ἀλλ' ἵνα μὴ δοκῶμεν ὡς τὴν εἰς τόπον ἀμαυρὸν, τὸν παλαιὸν χρόνον ἐκ τοῦ λαμπροῦ καὶ ἐναργοῦς τεκμηρίων φεύγειν καὶ ὑποχωρεῖν. Sophocles, παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος μίμνω. Sæpe autem subauditur χρόνος cum hoc nomine. vt ἐκ παλαιοῦ, pro Olim, Iam olim, apud Synesium, ἑταῖροι ἐκ παλαιοῦ γεγονότες. Sic in superlat. ἀπαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου apud Paus. in Cor. Ab omni vetustate. (Vide Παλαίπαπος paulo pòst) Thucydides iungit etiam cum ἀπὸ, dicens ἀπὸ παλαιοῦ. (Dicebant verò & τὸ παλαιὸν pro Olim, quo vtitur Plutarchus post Isocratem) Atque vt παλαιὸς χρόνος, sic παλαιὰ ἡμέρα apud Euripidem. vt παλαιᾷ ἡμέρᾳ σε φθονεῖν. quod exponitur Post longum tempus. Dicitur etiam res quælibet παλαιὰ, id est antiqua. vt παλαιὸς μῦθος, antiqua fabula, seu prisca. Et παλαιὸς λόγος, Plutar. Et παλαιὰ χάρις, Sophocli. παλαιὰ ὕβρις, Athen. Apud Homerum autem aliquoties legitur, παλαιά τε πολλά τε εἰδώς. Sed & de rebus quas sensibus corporis vsurpamus, & corporeæ sunt, vt ita dicā: velut παλαιαὶ naues apud Hom. quibus opponuntur νέαι ab eodem. (Affert autem hoc exemplum Suidas postquam dixit παλαιὸν significare τὸ διεῤῥυηκός) Sic τὰ παλαιὰ τοῦ ἀγαλματοῦ, Plutarchus in Quæst. Rom. Sed & παλαιὰ οἰκία ex eodē Plut. affertur pro Vetus domus (Citatur alioqui & pro Antiqua familia) Tale est παλαιὸν ἱμάτιον. Ex Sophocle autem & pro σαθρὸς, Putris, Rancidus. Sed & οἶνος παλαιὸς, vinum vetus, cum apud alios, tum apud Pindarum. Quinetiam παλαιὸς γέρων apud Homerum, quod imitari voluisse puto Tibullum quum dixit, Veteres senes (lib. 1, Eleg. 8, In veteres esto dura puella senes. Ibidē Vetus caput, de sene: paucis antè versibus, Quum vetus infecit cana senecta caput. Ac prisci senes apud Ouidium Metamorph. 10, non est quod dicit Tibullus, Veteres senes, & diceretur ex Homero παλαιοὶ γέροντες, sed Prisci tēporis senes) Alioqui παλαιὸς sæpe dicitur in prosa sine adiectione pro γέροντες, & παλαιὸς pro γέρων, Senex. vt apud Isocratem in Paneg. πῶς γὰρ οὕτως ἢ νέος ἢ παλαιὸς ῥᾳθυμός ἐστιν ὅστις &c. Sic vsurpatur & in festiuis hisce Alexidis senariis, Ἀστοῦν γε τὸν μὴ οἶνον ἀδικεῖν ἀεὶ Παρὰ τοῖς ἑταίροις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ Μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον. Apud Homerum autem Iliados ξ, παλαιὸς φὼς a veteribus grammaticis expositum fuit non simpliciter γέρων, sed λίαν γέρων. Hesychio autem est etiam ἄφρων: quem vide.

Παλαιὰ sine adiectione apud eccles. scriptores, pro παλαιὰ διαθήκη, vetus Testamentum. Quod cum apud alios tum Chrysostomum legitur. Sic & Oecumenius, νόμον δὲ λέγει πᾶσαν τὴν παλαιάν. Quod certè ignorans Gregorii Nazian. interpres ὁ παλαιᾶς καὶ νέας μεσίτης vertit, Veterum & nouorum mediator. Opponitur autem huic & καινή.

Παλαιὸς, Pristinus. vt παλαιὰ χάρις ex Sophocle, Pristina gratia. Sic autem ἀρχαῖος pro Pristinus vsurpari docui suo loco.

Παλαιὸν quidam significare etiam putant idē quod τὸ ἀρχαῖον. Vide Suidam.

Παλαίπρος pro παλαιότερος, Antiquior, Vetustior. Ε Τ Παλαίπατος pro παλαιότατος, Antiquissimus, Vetustissim⁹. Thucydides libro 1, Μίνως γὰρ παλαίπατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν. Sic ἐκ παλαιπάτου istud in eundem, Iam olim. Sed παλαίπρον Budæus affert etiam pro Prius, ex Synesio. Scio autem mirum videri posse cuipiam quòd παλαίπρος esse dicatur pro παλαιότερος, itidémq; παλαίπατος pro παλαιότατος, quum à πάλαι posit esse regularis formatio: sed μεσαίπρος & μεσαίπατος, itidémque ἰδιαίπρος & ἰδιαίπατος, aliáque multa huiusmodi, mirum illud videri nō sinent.

C. Παμπάλαιος. Omnino vetustus, seu Vetustissim⁹. vt Budæus exponit apud Aristotelem & Athenæum.

Παλαιότης, ητος, ἡ, Vetustas, Antiquitas.

C Παλαιοῦμαι, Veterasco, Vetus fio. Vnde οἶνος παλαιούμενος apud Gal. & οἶνος πεπαλαιωμένος apud Athenæum, Vinum quod ad vetustatem peruenit. (Quidam verò vertere ausi sunt, Vinum vetustate affectum) Vinum vetus. Alicubi πεπαλαιωμένον exponitur etiam Inueteratum. Celsus dixit & Veterarunt, pro Veteres factæ sunt. Cam. ex Plut. Sympos. affert τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον, Quod abit & veterascit, seu antiquatur.

H I N C Παλαίωσις, Inueteratio. vt Plutarchus Sympos. 7, οἶνῳ ὡμῷ γὰρ ὠφέλιμον, ἐλαίῳ ἀσύμφορον παλαίωσις ἰῶν.

D C. ΑΠΟπαλαίω, ῶ, Antiquo, Abrogo. Apud Hesychium autem habentur ista non sine mendo, Ἀποπαλώσῃς, ἀποπαλώσῃ καὶ ἀποκρούσεται.

Π Α Λ Η, ης, ἡ, Lucta.

Homerus Odyss. θ, Δοῦρ' ἄγε πειρηθῆτον (ἐπεὶ μ' ἐχολώσατε λίην) Ἤ πυξ, ἢ παλαιὴ, ἢ καὶ πόδας. Plutarchus in Sympos. libro 2, πεφυκότα τὴν καὶ πανουργότατον τῶν ἀθλημάτων τὴν πάλαιν οὖσαν, ἅμα καὶ πρεσβύτατον τῶν. Ibidem vocatur πρεσβύτατον τῶν ἀγωνισμάτων. Dicitur καταστῆναι εἰς πάλην, (sicut καταστῆναι εἰς μάχην) Paus. in Att. λέγεται δὲ ὁ Κερκυὼν τοὺς καταστάντας εἰς πάλιν διαφθεῖραι, πλὴν Θησέως. Item νικᾶσθαι πάλιν. Lucianus in Timone, νενίκηκε δὲ πυξ καὶ πάλιν καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας. Chrysostomus autem dixit metaphoricè ἐρᾶς πάλης πάσας αἰκαλέσαι δεῖ τὰς ἡνίας. Vsus est numero plurali Pausan. in Att. πρότερον δὲ ἐχῶντο μεγάθει μόνον καὶ ῥώμῃ τοῖς τὰς πάλας. Vsus est & Herodianus, & quidem pueris etiam tribuens πάλας, libro 3. vbi Politianus πάλας παίδων vertit Colluctationes puerorum. Quod autem ad deriuationem attinet, sunt qui à πάλλω deducant, quia videlicet ibi corpus πάλλεται, id est agitatur, seu quatitur. Afferuntur autē aliæ deductiones à Plutarcho in Sympos. quibus non assentior.

C. Ἀντίπαλος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Obluctator, Aduersarius in lucta, Concertator in lucta, Aduersarius alicuius in luctæ certamine, aut generaliter in athletico certamine, & qui cum eo committitur. Eustathius tamen (quod miror potius quàm probo) ἀντίπαλος deducit à πάλος significante κλῆρος, vt sit ὁ κατ' πάλον ὁπωσοῦν.

Ἀντίπαλος, Hostis, πολέμιος, apud Xenophontem & Demosthenem. vt in oratione περὶ Μεγαλοπολιτῶν Demosthenis, ὡς ἀντιπαλάξαντες βουλοίμεθα ἀντιπάλοις. Interdum adiungitur ei casus, videlicet datiuus, vel genitiuus, & exponitur Aduersarius, Inimicus, Æmulus. Plutarchus. Ἀγησιλάου τοὺς Θηβαίους ἀντιπάλους τοῖς Λακεδαιμονίοις κατασκευάσαντος. (de quo dicā paulopòst) In Anthol. epigr. lib. 1, ὕδωρ ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον. Philo de mundo, ἡ ἀντίπαλος τῇ μονῇ λήθη, aduersaria. Cum genitiuo autem, πόλις ἀντίπαλος τῆς Ῥώμης, apud Plutarchum. & apud Gregorium, ἀντίπαλος τὸ μίσος τῇ ἀγάπῃ, Contraria odio dilectio.

Ἀνίπαλος, Æquas vires habens, Par viribus. pro ἰσοπαλὴς id est ἀξιόμαχος, apud Xenophontem: vt accipitur à quibusdam accusatiuus ἀνίπαλος in loco Plutarchi paulo antè citato, τοὺς Θηβαίους ἀνίπαλους τοῖς Λακεδαιμονίοις. Interdū additur datiuus rei. Luc. De vera

historia, τότε μὴν οὐδὲν νικήσαντες (οὐ γὰρ ἦλθον ἀνίπαλοι τῇ τῶν Θρᾳκῶν) ἀνεχωρήσαμεν. Accipit autem hoc ex Thucydide, apud quem non semel legitur ἀνίπαλοι τῇ τῶν Θρᾳκῶν καὶ δυνάμει. ‖ Idem Thucydides, ὅμως δὲ πολὺν μεγάλῳ οἰκοῦντας, καὶ ἐν ἤθεσιν ἀνίπαλοις αὐτῇ τεθραμμένοις, Id est, Eius magnitudini respondentibus, inquit B.

Ἀνίπαλον etiam dicunt interdum absolutè, pro virium seu potentiæ æqualitate. Inuenitur τὰ ἀνίπαλα, pro τὸ ἀνίπαλον apud Thucydidem, ἐς τὰ ἀνίπαλα καθεστήκαμεν, Ad æquum martem deuenimus. ‖ Legitur etiā ἀνίπαλα aduerbialiter positū pro ἀνίπαλος. 1. æquo marte: vt ἀνίπαλα ναυμαχήσαντα.

Ἀνιπάλως, aduerb. pro ἰσοπάλως, Æquis viribus in lucta. Generaliter pro Æquis viribus, Æquo marte. Thucyd. lib. 8, οἵγε καὶ ἐν πᾷ παρόντι ἀνιπάλως μᾶλλον ἢ ὑποδεεστέρως τῇ ναυπακτῷ καθώπλισαν.

C. Δυσπαλής, έος, ὁ & ἡ, Difficilem luctam præbens, seu afferens, Nō facilè eluctabilis, seu expugnabilis. nam exponitur δυσκαταγώνιστος. Sed Eustathius apud Pindarum haberi δυσπαλὲς ait quod fit à πάλλω.

C. Εὐπαλής, έος, ὁ & ἡ, vt ἀέθλοι εὐπαλέες apud Apollōniū, Certamina luctam facilem habentia.

C. Ἰσοπαλής, V E L Ἰσόπαλος, Æquas vires habens in lucta, Æqualis in lucta, seu par. Interdum pro Par in pugna. Et generaliter etiam pro Par viribus. Thucydides libro 2, dixit etiam ἰσοπαλεῖς κινδύνοις pro paribus certaminum periculis. H I N C Ἰσοπαλῶς (A T Ἰσοπάλως ab Ἰσόπαλος) Æqualibus viribus in lucta. seu in pugna. ἰσοπαλῶς ἀγωνίζεσθαι Bud. apud Paus. vertit Ancipiti marte pugnare.

Παλαίω, Luctor. Homerus Iliad. ψ, — οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι, οὐδὲ παλαίσεις, Οὐδέ τ' ἀκοντιεῖς οὐδὲ πεδήσεαι, οὐδὲ πόδεσσι Θεύσεαι. Lucianus in Hermotimo, πᾶς κληροῦσιν ὅν τινα ᾧ τινι χρὴ παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν. Sic autem & alibi hæc duo coniungit. Metaphoricè interdum ponitur: vt quū dicit Hesiodus in Ergis, Αἰεὶ δ' ἀμβλιερὸς αἰνὴρ ἀτασθαλίῃσι παλαίει, Luctatur cum damnis, Certat cum damnis. id est Multum laborat in damnis à se prohibēdis seu arcendis. vel, Damna varia illum velut oppugnāt, à quibus vix se potest defendere. Sic & apud Xenophōtem metaph. παλαίσαντες ζημίαις, vbi redditur Mulctati damnis. Apud Chrysostomum item πενίᾳ παλαίειν ἐρᾶτε, Cum extrema paupertate luctari, Summa inopia conflictari.

Τὰ παλαίσματα (tanquam à passiuo Παλαίομαι) pro Luctæ conatus & labores, Budæus pagina 1074 affert ex Gregorio.

Πάλαισμα, ατος, τὸ, q.d. Luctamentum. (Apud Xenophontem pro Luctatio, seu Lucta, in Laced. pol.) Πάλαισμα, Artificium luctationis ad supplantandum aduersariū, Artificium luctandi, seu eluctandi, vel Artificiosa luctatio. his enim modis exponit Budæus in isto Æschinis loco, pagina 78, μηδ' ἀγνοεῖτ' ὅτι πάλαισμα τοῦτ' ἐστὶ δικαστηρίου. vbi videmus metaphoricè poni. Quidam interpr. Astuta luctatio fori. Sic & apud alios scriptores pro artificio, pro callido cōsilio, seu techna. A Suida exponitur σφαπτήνισμα, (in hoc Aristophanis loco, Φρυνίχου πάλαισμα σιν) ab Hesychio κακοτεχνία. Xenoph. ἀπομν. 2, τοῦτο μὲν τοι ἤδη λέγεις δεινὸν πάλαισμα. Et Sophocles in OEdip. tyrano, τὸ καλῶς ἔχον πόλει πάλαισμα. vbi si dicamus in bonam partem accipi, nimis angustam esse iudicabimus Hesychii expositionem.

Παλαισμοσυνή, Lucta, πάλη. Hom. Odyss. θ, Οἱ δὲ παλαισμοσυνῆς ἀλεγεινῆς πειρήσαντο. sicut ibidem πειρηθῆτον cum datiuo πάλῃ, vt dictum est in πάλη.

Παλαιστής, οῦ, ὁ, Luctator, Aduersarius in lucta. Homerus Odyss. θ, Οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες, οὐδὲ παλαισταί. Plutarchus in libello περὶ εὐθυμίας inscripto, οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς ὅτι μὴ τοὺς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους εὐθυμοῦσιν.

V N D E Παλαιστικὸς, οῦ, ὁ, Ad luctatorem seu luctatores pertinens, seu ad luctationem aut palæstram, Palæstricus. Et παλαιστικὴ τέχνη. Pausan. in Atticis, Ars luctatorū, Ars palæstrica, Palæstra. ‖ Item Artis luctatorum peritus, seu breuius, luctæ. item Studiosus luctæ. Vtitur Aristot. Vide Παλαιστρικός.

C. Δυσπάλαιστος, ου, ὁ & ἡ, Vix eluctabilis, Vix superabilis, Superatu difficilis. Ex Euripide affertur etiam pro Ineluctabilis. δυσπάλαιστος τύχη. At ex Æsch. δυσπάλαιστον πρᾶγμα, pro Opus arduum atque difficile.

Παλαίστρα, ας, ἡ, Palæstra, Lucta, vel Luctæ locus. Theocr. in Pharmac. Ὡς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι καὶ ἐς πόδε δῶμα περῆσαι Μαινομένῳ ἴκελον, λιπαρᾶς ἔκτοθεν παλαίστρας. vbi planè dicitur λιπαρὰ παλαίστρα sicut ab Ouidio Vncta palæstra. Xenophon De Laced. pol. ἀδὺς δὲ πέμπουσιν, εἰς διδασκάλων μαθησομένοις καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Herodianus libro 5, παλαίστραις τε καὶ τοῖς ἀνδρῶν γυμνασίοις ἐπαίζε. Itidē verò Plutarchus hæc copulauit in Quæst. Rom. Idem Sympos. libro 2, de huius nominis significatione ita scribit, probl. 4, τὸν οὖν τόπον ἐν ᾧ γυμνάζονται πάντες οἱ ἀθληταί, παλαίστραν καλοῦσι, τῆς πάλης τὴν ὕλην κτησαμένης πρωτότον, εἶτα καὶ τοῖς αὖθις ἐφθορεῖσιν ἐμπροσθεμβούσης. sic enim legendum puto, non ἐμπροσθεμβοῦν. Ita igitur παλαίστρα generalius etiā vsurpatur pro loco in quo certant ii qui athletæ vocatur. ‖ Significat παλαίστρα & decentiam illam qua status motus flexūsq; corporis ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporémque præ se ferunt. quam qui non didicerūt, ii ἀπάλαιστροι ab antiquis dicti sunt. Hæc Bud. Ann. post. in Pand. afferens ex Cicerone in Oratore perfecto, Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo, vehemēter, in quo non motus hic habeat palæstram quandā. vt quicquid in his rebus fiat viriliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuit apta: nec satis rectè declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intelligit. Alioqui certè Palæstra apud Latinos quoque vel pro lucta, id est, luctatorum certamine, (vt expon. Budæus in hoc eiusdem Oratoris loco in Bruto, scribentis de Phaleteo, Sed non tam armis institutus quàm palæstra) vel pro loco certaminis ponitur.

Παλαίστρα mulieris nomen proprium Luciano in Asino.

H I N C Παλαιστρίτης, (idem qui & παλαιστὴς suprà) Palæstrita. Plut. in Probl. Rom. ὑφ' ὧν ἔλαθον ἐκρυέντες τῶν ὅπλων, καὶ ἀγατήσαντες, αὐτῶν ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων ἀγαθῶν, θυτρόπολοι καὶ παλαιστρῖται καὶ καλοὶ λέγεσθαι. (nisi fortè legendum καλοὶ καὶ ἀγαθοί, vt certè suspicor) Obseruandū autem hic obiter ὁπλίτας opponi παλαιστρίταις, aut certè ab illis distingui, sicut in loco Ciceronis quem modò protuli in Παλαίστρα, Armis & Palæstra. Quinetiā illud ἐκρυέντες τῶν ὅπλων itidem apud Plut. dicitur propter γυμνάσια & παλαίστρας, vt ibi videbis. Cæterùm si antiquū nō esse παλαιστρικὸς (sed pro eo in vsu fuisse παλαιστικὸς) verè à Phrynicho scribitur, idē & de παλαιστρίτης iudicandum esse crediderim.

I T E M Παλαιστρικὸς, οῦ, ὁ, idem quod παλαιστικὸς, de quo suprà. παλαιστρικὴ ἄσκησις, quod Plaut. Palæstricum exercitium. Et παλαιστρικὴ ὀσμή, Aristot. quæ Palæstrica ars Fabio. Interdum verò Palæstræ peritus, sicut & παλαιστικὸς. Plut. Symp. lib. 2, probl. 5, in fine, quū dixisset, δεύτερον δὲ συμπεσόντας ἤδη καὶ ῥωμῶντας ἐν χρόνῳ, ὡδισμοῖς τε χρῆσθαι καὶ τοῖς ὀσφρᾶσθαι δηλῶν, subiungit, ὥστε μάλιστα φασὶν ἐν Λιβύῃ τοὺς Σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων παλαιστριῶν ὄντων καταβιβασθῆναι.

Palæstricus apud Fabium Palæstræ magister: vt Budæus in hoc eius loco exponit, qui habetur libro 2, capite 8, Sic discernet hæc dicendi magister, quomodo palæstricus curforem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliūdue quid ex iis quæ sunt sacrorum certaminum. Sed ego nequaquam affentior Budæo exponenti Palæstræ magister, existimóque potius accipi generaliter pro Palæstræ peritus. Imo verò id affirmari etiam potest ex præcedentibus hisce Fabii verbis, Vt siquis palæstræ peritus quum in aliquod plenum pueris gymnasiū venerit, expertus eorū omni modo corpus animúmq; , discernat cui quisque certamini præparandus sit: ita præceptorem eloquentiæ &c. Quem igitur vocat hic palæstræ peritū, non dubium est quin

idem ſit cum eo quem paulo pòſt palæſtricum appel- A
lat: præſertim quum in quibuſdam exemplaribus le-
gatur Palæſtricus ille. Scribit alioqui idem Fab. lib.2,
cap.11, Ne illos quidem reprehendendos putem qui
paulum etiam palæſtricis vacauerint. Non de his lo-
quor quibus pars vitæ in oleo, pars in vino conſumi-
tur, qui corporis cura mentem obruerunt (hos enim
abeſſe ab eo quem inſtituimus quàm longiſſimè ve-
lim) ſed nomen eſt idem iis à quibus geſtus motúſque
formantur: vt recta ſint brachia, nec indoctæ ruſticæ-
ve manus, ne ſtatus indecorus, nequa in proferendis B
pedibus inſcitia, ne caput oculiq; ab alia corporis in-
clinatione diſſideant.

C. Ἀπάλαιστος, ου, ὁ, Palæſtræ imperitus. vt quum Palæſtri
tam apalæſtro Fabius opponit. Sed peculiariter dici
ſolet de imperito palæſtræ, dando huic nomini eam
ſignificationem qua dicitur de illa decentia ſtatus, mo
tuſque, flexúſque corporis, de qua ſuprà. Cicero in O-
ratore perfecto, Itaque qualis eorum motus quos a-
palæſtros Græci vocãt, talis eorum mihi videtur ora-
tio qui non claudunt numeris ſententias. C

C. Ἀνα παλαίω, Luctam redintegro, Luctæ certamen re-
paro. Sed metaphoricè pro Pugnam redintegro, Præ-
lium reparo. Item πλὴν ἥττων ἀνεπαλαίειν. Theodor. apud
Bud. pag. 403. vbi & ſine accuſatiuo.

C. Ἀντιπαλαίω, Reluctor, Obluctor, Reſiſto. à παλαίω, ſi-
cut αὐτάπαλος à πάλιν.

C. Κατα παλαίω, Eluctor, Lucta vinco. A cuius paſſiuo
Καταπαλαίομαι eſt participiũ καταπαλαιθεὶς apud Pau-
ſaniam pro Victus lucta. ‖ Interdum generaliter
pro Vinco, Supero. vt Plato De rep. libro 2, καίπι ἐμέ γε D
ἱκανά καὶ τὰ τοῦ πύου ῥιφθέντα καίπαλαῖσαι. HINC
Ἀκαταπάλαιστος, Ineluctabilis, Lucta inſuperabilis. Et ge
neraliter pro Inſuperabilis, Inexpugnabilis.

C. Προσπαλαίω, Colluctor, Obluctor. Iungitur datiuo, di-
citur enim προσπαλαίειν τινὶ, ſicut & παλαίειν τινί.

Π Α Λ Ι Ν, Iterum, Rurſus, Denuo. In qua ſignifica-
tione Homerus iungit aliquando ad-
uerbio αὖτις, ponens videlicet iſta duo ὀν τρόλλωνος.
vt Iliad. β, Οὐ θὴν μὴν πάλιν αὖτις ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ Νει-
κεῖειν &c. Sic Odyſ. ξ. — τὶ μὴν πάλιν αὖτις ἐβαίνον Νηὸς ἐπὶ E
γλαφυρῆς. quum antea dixiſſet de iiſdem, αὐτὰρ ἐπὶ ἕδραν
ἵκοντο. Sed vtitur aduerbio πάλιν & cum verbo ſimpli-
ci, circumloquens (vt ita dicam) eius compoſitum. vt
quum πάλιν ἐλθεῖν, ſeu πάλιν ἰέναι, id eſt Iterum ire, po-
nit pro ἐπανελθεῖν, ſeu ἐπανιέναι, id eſt Redire. Quo dixit
modo & δόμεναι πάλιν id eſt Rurſus dare, pro Reddere.
Ad quos ego locos Tibullum reſpexiſſe exiſtimo, eóſ-
que imitari voluiſſe, quum dixit, Atque iterum erro-
nem ſub tua ſigna voca. Nec enim dubium cuiquam
eſſe poteſt quin hìc Iterum voca ſit pro Reuoca. Sed F
quãuis πάλιν ἐλθεῖν, ſicut πάλιν ἰέναι, poni ſoleat pro Re-
dire, vt modò dixi, eſt tamen & vbi πάλιν ἐλθεῖν accipia
tur pro αὖπάλιν ἐλθεῖν: vt in iſto verſu Od. τ, Καὶ δὴ μ'
ἀρᾶται πάλιν ἐλθέμεν ὀν μεγάροιο. de quo dicam & infrà,
in Πάλιν ſumpto pro αὖπάλιν. Eſt autem vſitatũ
pariter ſolutæ orationis ſcriptoribus aduerbiũ πάλιν,
& quemadmodum dicitur πάλιν αὖτις ab Homero
cæteriſque poetis ὀν τρόλλωνος, ſic & ab illis, (ſcriben-
tibus tamẽ potius αὖθις cũ θ.) nec non πάλιν αὖ. vt à De
moſth. Pro cor. πεπεῖπε ὀν τούτοις πάλιν αὖ. Apud eundẽ,
εἰ μή τις τέχνη πάλιν αὖ ῥυήσεται. Item ſicut πάλιν cũ ver- G
bo ἐλθεῖν aut ſimili apud poetas pro Redire legitur,
ſic & apud illos, ac nominatim apud Thucydidem &
Xenophontem. Nam apud Thucydidem habetur πά-
λιν ἔρχεσθαι pro ἐπανέρχεσθαι, & πάλιν ἀφίκετο pro ἐπανῆλθεν,
vt & ipſe ſcholiaſtes teſtatur. Sed & πάλιν ἀπῆλθεν dixit
itidem Iſocrates. Inuenitur & πάλιν κομίζεσθαι apud De-
moſthenem pro Recuperare, & πάλιν ἀποπέμπειν apud
Plutarchum pro Remittens. Iungitur porro & verbis
cum ἀνὰ compoſitis, vt πάλιν ἀναλαμβάνειν, Demoſth.
& πάλιν ἀναβλέπειν apud Ariſtophanem. itẽ πάλιν ἐπαίνει- H
μι, Xenoph.

Πάλιν, Viceuerſa, E diuerſo, E cõtrario. ἀνάπαλιν, De
moſth. ἀλλ' οἱ δόντες μὴν, πάλιν δ' ὕστερον ἀφαιρούμενοι. Idem,
ὑμῖν τίνων ὑπ' αὖ εἰς οὐδὲν ὧν ἰδίᾳ τινὶ δοίη, τοῦτ' ἀφέλοιτο πά-

λιν. Quibus in locis πάλιν non iteratum ſed contra-
rium actum ſignificare annotat Bud. exiſtimans &
Latinũ Rurſus, locum hìc habere. Accipit verò πάλιν
ſignificationem contrarietatis & in alio genere loquẽ
di apud Homerum, vbi dicit οὐδὲ πάλιν ἐρέει. nam hìc
πάλιν ἐρέει exp. Contradicet, Repugnabit. Vbi nõ ſatis
aptè πάλιν reddi poſſit αὖπάλιν. At in verſu illo Od. τ,
quem protuli ſuprà, Καὶ δὴ μ' ἀρᾶται πάλιν ἐλθέμεν ὀν μεγάροιο, pro αὖπάλιν ἐλθεῖν, inquit Euſt. quibus ſubiun
git, ὅ ἐστιν, ἔξω τοῦ μεγάρου ὅθεν ἦλθον. Certè πάλιν ἐλθεῖν hìc
nihil aliud eſt quàm ἐξελθεῖν, vt & ſcholiaſtes exponit.
‖ Accipitur autẽ πάλιν, interdum & pro ὀπίσω, i. Retro,
ſeu Retrorſum: vt in πάλιν ἐρύσαι. Et ὅστε πάλιν κλίνασα, Il.
γ, Retrorſum flectens oculos. Sic Il. ν, in principio, de
Ioue, αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ, Νόσφιν, ἐφ' ἱππήων
Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν. (vbi tamen Euſtathius ex-
ponit ἀλλαχόσε, id eſt Alió) Itidem verò πάλιν & τρέσσω
Eurip. inter ſe opponit, pro τρέσσω καὶ ὀπίσω, vt lo-
quitur Homerus, id eſt Antrorſum ac retrorſum: vbi
dicit Φύρουσι τοῦτα θεοὶ πάλιν τε καὶ τρέσσω (verùm idẽ ſo-
nare hìc ac ſi dixiſſet αὖω κάτω, id eſt Surſum deor-
ſum, ſcribit Eraſmus, cui ſubſcribo.) Sed & in πάλιν ἐλ-
θεῖν pro ἐπανελθεῖν dixerit forſitan aliquis πάλιν eſſe re-
tro. quoniam eius qui reuertitur, velut retrogradũ eſt
iter: ſed non idem δόμεναι πάλιν dici queat.

C. Ἀνάπαλιν, aduerb. E contrario, E diuerſo. Itẽ Vice ver-
ſa. Heſych. exponit ὀν τῷ ἐναντίου, πάλιν. Hermogenes,
αὖπάλιν στι ἔχω, id eſt ὀν αντίοις. Euſtathius, εἰσὶ δὲ ὅθη-
κεκλιμένῳ, αἱ συγκλεισμένῳ, αἷς αὖπαλιν ἔχουσιν αἱ αὖαπε-
πταμένῳ. Et cum genitiuo, οὕτω αὖπαλιν οἱ Θηβαῖοι πεσῶσι, Cui contrariè iacíunt. Id eſt Cui cõtrario modo. In-
uenitur & εἰς τὸ αὖπαλιν, pro In contrariam partẽ, vel
Contrario modo.

C. Ἔμπαλιν, itidem pro E contrario, Contra, E diuerſo, Vi
ceuerſa. Luc. ἔμπαλιν αὐαστρέφει τὸ πρόσωπον, E cõtrario
res euenit, In contrarium res cedit, Vice verſa euenit.
Quibus modis vertit Budæus, afferens ex eodem, τὸ δὲ
ἔμπαλιν ἢ σὺ ἤλπισας γίγνεται, E contrario euenit quàm
tu ſperaſti, vel Contrà quàm tu ſperaſti. Item ex Xe-
noph. τοῖς δὲ τυραννοῖς καὶ τοῦτο ἔμπαλιν αὐτὸς ἐγένετο, pro In
contrarium euenit. Ex Herodoto cum datiuo, ἔμπα-
λιν ἄλλοις. Contrà quàm alii. Exponitur verò & Aliter
ſeu ſecus quàm alii. Dicitur ETIAM Τὸ ἔμπαλιν,
pro quo ſæpius per craſin LEGITVR Τοὔμπαλιν. vt
apud Eurip. τοὔμπαλιν ποσεῖν φρενῶν. Item ὀν τοὔμπαλιν a-
pud Thucydidem, καὶ ἅμα οἱ ὑποτελεμένοι ἐξελθόντες
προσέβαλλον τῷ πίχει τῷ Πελοποννησίων, ὀν τοὔμπαλιν ἢ αὐ-
τοὶ ὑπερίδαινον. Id eſt Diuerſa quàm qua ſui con-
ſcenderant parte. B. Quinetiã τὰ ἔμπαλιν ex Herodot.
affertur, de Nilo, τὰ ἔμπαλιν πεφυκέναι τῷ ἄλλων ποταμῶν.

Ἔμπαλιν, Retro, Retrorſum. vt quidam exponunt in
hoc verſu Heſiodi, Ἔμπαλιν ὀστοῖσι πυεὶ λαμπομένοισι
δεδορκώς. alii autẽ interpr. Contra. Apud Herodian. cũ
genitiuo, lib. 5, πᾶσαί τε πρὸ ὁδὸν ἤνυε τρέχων ὀπίσω ἑαυτῆς.
quod Budæus exponit αἰαποδίζων ἑαυτὸν εἰς τοὐπίσω. Po-
lit. vertit Retrorſum currens.

c.2. Ἐξέμπαλιν, aliud aduerb. & quidem bicomp. vbi fortaſ
ſe vacat ἐξ, ac pro ἔμπαλιν accipi poteſt. Sed Heſych.
exp. ἐπαμφοτέρως.

Π Α Λ Λ Ω, F. αλῶ, Vibro, Quatio, Agito, Homerus
Il. γ, — αὐτὰρ ὁ δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλ-
κῷ Πάλλων, Vibrans. pro quo & Criſpans dici poſſet poe
ticè, ac fortaſſis etiam Coruſcans. Item Iliad. π, τρεῖς ἔγ-
χεος loquẽs, — τὸ μὲν ἑ δύωατ' ἄλλος Ἀχαιῶν Πάλλειν· ἀλλά
μιν οἶος ὀπίσαπο πῆλαι Ἀχιλλεύς. Dicitur verò & de leuiori
ſeu minus vehementi agitatione, vt Iliad. ζ, de Hecto
re, Αὐτὰρ ὅγ' ὀνφίλον υἱόν ἐπὶ κόσε, πῆλέτο χερσί. Vbi qui-
dam interpretantur Librauit, quòd expoſitio Græca
ſit ὑψώσαντα δίαιρεῖν. Apud eundem poetam frequens
eſt πάλλειν κλήρους, id eſt Mouere, ſeu quatere ſortes. At
Budæus ſolùm etiam πάλλειν putat accipi pro Sortes
mouere, ſeu Sortiri, in iſto loco Il. γ, Ὡς ἄρ' ἔφαν· πάλ-
λεν δ' μέγας κορυθαιόλος Ἕκτωρ Ἀψ ὀρόων· Πάλλος δὲ θοὰς ὀκ
κλῆρος ὄρουσεν. ſed ego à Budæo diſſentiens, ſubaudiri di
co accuſatiuum κλήρους, ex præcedentibus, vbi legitur,
— αὐτὰρ ἔπειτα Κλήρους ὀν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες, Ὅππό

τερος δὴ τρόθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος. Sic autem & Iliad. A
η, & in aliis huiuſmodi locis ſubaudiendum hũc accu-
ſatiuum eſſe puto. At verò apud Sophoclem idem
ille αὐτὸς κλήροις ἔπτηλαν interpretatur, Sortibus colloca
uerũt: vbi ſcribit, Σπάρτε δ' ὀν αὐτὸς οἱ πεταλμένοι βραχεῖς
Κλήροις ἔπτηλαν καὶ κατέσπασαν δίφρους.

Πάλλω in ſoluta etiam oratione legitur. Affert enim
idẽ ex Philoſtr. p. 23, πάλλειν ἀφροδίσιος πνὰ pro Cõmo-
uere. Et ex Themiſt. in 3 De anima πάλλειν neutraliter
poſitum pro Palpitare formidine: vbi de homine ter-
rito & pauente dicit, ἀλλὰ πάλλει μὴν ἡ καρδία, καὶ φλέβες B
εἰσὶν αἱ τρίχες. At verò apud Sophoclem cum datiuo φό-
βῳ, Πάλλων φόβῳ. vbi exponitur παλλόμενος. Quod paſſ.
participium Bud. exponit itidem Contremiſcens, in i-
ſto Plutarchi loco de Cicerone, καὶ μόλις ἐπαύετο παλλό-
μενος καὶ τρέμων ὅθ' πολλῶν ἀγώνων. ‖ Sed & pro Sortiri
ab Herodoto accipi hũc paſſiuã vocem teſtatur. idem
Heſychius certè παλλόμενον exponit κληρούμενον.

ATΠάλτ, quod eſt ſine incremento pro ἔπαλτ Eu-
ſtathius exponit τρεσέκρουσε & τρεσέπαισε in iſto Ho-
meri loco Iliad. ο, Στρεφθεὶς δὲ μετόπισθεν ὑπ' ἀσπίδος αὖ- C
τυγα πάλτ.

Σακέσπαλος, vel (vt alii) Σακεσπάλος, Scutum vibrans ſeu
quatiens, aut clypeum. pro Bellicoſus. quaſi ὁ τὸ σάκος
πάλων. vnde abũdare σ in hoc vocabulo tradit Euſta-
thius, ſicut & in σακεσφόρος. Habet autem vnicum λ cõ-
poſitum hoc σακέσπαλος, videlicet tanquam ab aoriſto
formatum. AT VERO Πάλλα pro σφαίρα apud Eu-
ſtathium pag. 1554, tanquam à præſenti Πάλλομαι.

ITIDEMQVE Παλλὰς tanquam à præſenti Πάλλω. D
dicitur enim παλλὰς quaſi Vibratrix dea. & quidem ha
ſtæ vibratrix, vtpote bellicoſa. Alii tamen aliunde de-
ducunt, vt te docebit Euſtath. atque alii ſcholiaſtæ.
Dicitur autem ſæpe quidem παλλὰς Ἀθήνη, & tum epi-
thetum eſt παλλὰς: interdum verò & παλλὰς ſine adie-
ctione, (vt & Latini vtuntur) ac tum proprii nominis
vice fungitur. Eadem eſt ratio ET IN Φοῖβος Ἀπόλλων
ac Φοῖβος: itidémque Latinè phœbus Apollo, & Phœ-
bus. Eſt autem à nomine Παλλὰς FORMATVM
Παλλάδιον, Simulacrum Palladis. Quod fuit etiam no- E
men δικαστηρίου Athenis. vide plura apud Plutarchum
in Theſeo, item Herodianum & Suidam, necnon ſcho
liaſt. Ariſtoph. & Etymologiſtem. Euſtathius habet
ETIAM Πάλλας paroxytonè, quod accipi ait pro νέος.
in qua ſignificatione DICI Πάλλαξ quoque, vnde
ſint Παλλακὴ & παλλάκια. Eſt autem Πάλλας, αντος, &
nomen proprium, & quidem non vni tributum. Ab v-
no autem eorum dicti ſunt Παλλαντίδαι, qui à Theſeo
eiecti fuiſſe dicuntur.

Παλμὸς, οῦ, ὁ, ITEM Πάλμα, Vibratio, Agitatio. Exponi
tur autem πάλμα & nomine πτῆμα à ſchol. Soph. at F
παλμὸς frequens eſt apud medicos: & quidem pro pal-
pitatione. vt παλμὸς καρδίας apud Æginetam. In v. l.
annotatur ex Gregorio Naz. παλμὸς dictum de radio ſo
lis in aqua reflexo. itẽ ex Galeno De pulſibus, παλμὸν
dici etiam de arteriarum motu. Gorræus autem de
hac voce ita, Παλμὸς, Palpitatio. Eſt diaſtole præter na
turam in aliqua parte facta. Fit in omnibus corporis
partibus quæ diſtendi dilatarique poſſunt, hoc eſt
naturaliter mollibus, vt extendi & rurſus in ſe ſidere
poſſint, vt cute & ſubiectis muſculis, ſed præſertim vẽ G
triculo, veſica, vtero, inteſtinis, iecinore, liene, & ſepto
tranſuerſo: adhæc in arteriis etiam & corde, in quibus
palpitationem diuerſum multum à pulſũ motum e-
ſſe, manifeſtò apparet. Palpitatio nanque non iis mo-
dò partibus, ſed aliis etiam omnibus quibus incidere
poteſt, ſolius morbi opus eſt, neque ad eius genera-
tionem quicquam natura confert. Sed neque paſsio
eſt voluntariæ virtutis propria, aut inſtrumentorum
ad eam ſpectantiũ, ſed (ceu modò dictum eſt) omnibus H
corporis partib⁹ quæ dilatari poſſunt, incidit, eas exal
tãs intlãnſq; ad eum modũ quo arteriæ dilatantur. In-
cidit autem etiam vnà cum palpitatione partis quo-
dammodo huic atque illuc concuſsio, eodem quidem
modo quo etiã in tremore, ſed maioribus interuallis.

Palpitans nanque muſculus, ſi magnus eſt, dum dila- A
tatur, totum membrum ſæpenumero ſecum attollit:
dum verò contrahitur, deorſum ferri ceu rei cuidã in-
animatæ permittit, ita vt totus motus præter naturã
ſit, non autem (ſicut in tremore) miſtus quodammo-
do & compoſitus. Eius cauſa eſt &c.

Παλτὶς, οῦ, ὁ, Vibratus. vel q.d. Vibratilis, vt παλτὸν πῦρ, a-
pud Sophoclem pro fulmine: παλτὸν πῦρ, τὸ κεραύνιον,
Euſtathius: tanquam videlicet αὐῶδεν παλλόμενον, vt ha-
bet ſchol. Soph. (Item παλτὸν pro κληρωτὸν, Heſychius:
vt πάλλεσθαι pro κληροῦσθαι.)

AT Παλτὸν ſubſtantiuè Iaculi ſeu teli quoddam ge-
nus. Quidam interpretantur Tragula: quidam & Pilũ.
Heſychio eſt ἀκόντιον. Xen. in fine libri de arte equeſtri;
ἀκόντισμα γε μὴν τὸ μακεσταπον ἐπὶ γοῦν. καὶ δὲ ἐπιστρέψαι
καὶ μεταβαλεῖν τάχιστα οὕτω μᾶλλοι ὁ χρόνος ἐγχωρεῖ. Vbi ta
men Camer. vertit, Telum, ita hunc locum interpretans, Iaculum autem eiici longiſsimo ſpatio optimũ
putamus. ita enim cum auertere, tum mutare telum,
tempus magis permittet. Præcedit autem ibidem,
αἱ τε μὴν δόραπς καμακίνου, ἐπειδὴ καὶ ἀθενὲς καὶ διάφορόν ἐστι, τὰ κρανεῖα ἀβύπαλτα μᾶλλον ἐπανοῦμεν. quæ idem
ille ita vertit, Camacinarum haſtarum loco (hoc eſt ha
ſtatarum perticarum) quæ & fragiles & graues, proba-
tur nobis ſi geſtentur corneæ, quæ vibratiles magis
ſunt. Exiſtimauit enim Camer. βύπαλτα eſſe à nomine
ADIECTIVO Εὔπαλτος, quod ſignificet Vibrati-
lis, id eſt Vibratu facilis, Qui facilè vibrari poteſt. Ac
certè non video quæ alia lectionis huius interpretatio
afferri poſsit: ſed eam ego ſuſpectam habeo, & pro βύ-
παλτα reponi debere παλτὰ exiſtimo, tũ quòd ſequatur
alter ille τρῶν παλτῶν locus, tum quòd inueniã itidẽ Hell.
lib. 3, κρανεῖνα παλτὰ p. 292, meæ edit. ὡς δ' ἐς χεῖρας ἦλθον,
ὅσοι μὲν τῶν Ἑλλήνων ἔπισαν πᾶσι, πάντες ξυνέβαλον τὰ δόρατα· οἱ δὲ Πέρσαι κρανεῖνα παλτὰ ἔχοντες, τὰ χὐ δώδεκα μὲν ἱππῆς, δύο δ' ἵππους ἀπέκτειναν. (De κρανεῖνα autem quod
hìc vides, quin reponendum ſit pro κρανάϊνα in illo o-
puſculi τῶν ἱππικῶν loco, minimè dubitandum eſſe pu-
tans, ita ſcripſi: quãuis mea quoque editio cæteras ſe-
quens κρανάϊνα habeat) Idem Xenoph. Præd. 6, παλτὸν
eſſe aprum iis qui volunt πῶς μάχην ποιεῖσθαι ὀκ χειρός, ostendit ita ſcribens, παλτὸν δ' ἕν' ἑκάστου ἑκάστος λαβὼν, τρόσελαυνεν δίωκεν ὁπόταν, ὡς ὀκ χειρὸς ἡ μάχην ποιησόμενος. Idem oſtendit & in iſto qui eſt eiuſdem operis libro 8, καὶ ἓν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρα, ὁμόθεν πῶς μάχην ἐποιεῖτο. Sed idem alibi non hunc ſolùm ſed & alterum vſum παλτῖς tribuit, ſcribens de Perſis, καὶ ὀν κελεῷ κοπίδα, ἢ στάραξιν ἔπ δὲ γέρρον, ἢ παλτὰ δύο ὡς τὸ μὲν ἀφεῖναι, τὸ δ', αὖ δέῃ ὀκ χρὴ τὸ χρῆσθαι.

ITEM C. Δίπαλτος, ου, ὁ & ἡ, Qui vtrinque vibratur, ſeu F
vibrari poteſt. Generalius verò δίπαλτα ξίφη apud Eu-
ripidem quidam interpr. Enſes ancipites. At verò a-
pud Sophoclem in Aiace pag. 24, πᾶς τὸ φρενὸς δίπαλτος
αὖ με χειρὶ φοιβάσει. id eſt vtrinque telum vibrãs, inquit
B. Vide ſchol qui inter alia habet, λαβὼν τὰ δίπαλτα
δόρατα. Euſtathius quoque vult à ſubſtantiuo παλτὸν
eſſe hoc δίπαλτος. ſcribit enim, καὶ παλτὸν εἶδός τι ὅπλου· ἐξ
οὗ καὶ ὁ τρόπος Σοφοκλεῖ δίπαλτος φονεύς. HINC Διπάλτως,
Vtrinque telum vibrando. Item Vtrinque mouendo,
Ambabus manibus, Totis viribus. Ita vulg. lex. ſed ſi-
ne autore.

C. Εὔπαλτος vide in Παλτὸν.

Πάλος, ου, ὁ, Vibratio, Concuſsio, Agitatio. Eurip. Βρέφος τε
τοὐμὸν σὺν τρόσθοῦδίσας πάλῳ, Infantem meum vibrando
illiſiſti ſolo, ſeu vibratum.

Πάλος, Sortitio, Sors, Apoll. Arg. 1, Κλῆδας μὲν τρόπα
πάλῳ διεμοιρήσαντο. Et πάλῳ λαχὼν ex Herodoto pro
Sorte delectus. Hinc VERBVM Παλάσσω pro κλη-
ροῦμαι & λαγχάνω. Sciendum eſt (inquit Euſtathius pa-
gina 674) Παλάσσειν ſignificare non ſolùm μολύνειν, (id
eſt inquinare, Fœdare, Contaminare) ſed etiam κληροῦ-
σθαι & λαγχάνειν, vt apparet ex κλήρῳ πεπάλαχθε. Sed ad-
dit deriuari à Πάλω, ex quo eſſe & Πάλος pro κλῆρος.
At ego dixerim potius atque adeo dicere malui Παλά
σσω, hanc ſignificationem habens eſſe à Πάλος. Haben-

BIBLIO

tur autē Iliad.η, illa verba κλήρῳ πεπάλαχθε, in hoc versu, Κλήρῳ νεῦ πεπάλαχθε δίζημερὲς, ὃ. κελαχήνων. vbi tamē alii hunc IMPERATIVVM Πεπάλαχθε à Πάλλομαι formare maluerunt. Sic autem & πεπαλάχθαι Od. ι, Αὐτὰρ τοὶ ἄλλοις κλήρῳ πεπαλάχθαι αἴωνον. ‖ At Παλάσσω in altera illa significatione (quæcūq; in ea sit origo huius verbi) non est infrequēs. præsertim verò passiua vox. vt Iliad. ε, — παλάσσετο δ' ἄμαρ ἀθρήξ. Et Il. λ, — λύθρῳ δ' ἐπαλάσσετο χεῖρας ἀάπτους. Et Odyss. χ, Αἷμαρ καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον. Alibi, ἐγκέφαλος πεπάλακτο. Vtitur & Hesiodus in Erg. Μηδ' αἰδοῖα γυνὴ πεπαλαγεῦτο.

B

C. ΑΝΑπάλλω, Vibro, Quatio, Concutio, vel Euibro. (In oratione soluta frequentius vsurpatur quàm simplex πάλλω) Hinc est PARTIC. Ἀμπεπαλών apud Homerū Iliad. Ἥρα, καὶ ἀμπεπαλὼν ἐστήκει δολιχόσκιον ἔγχος. pro ἀναπαλών, in aor. 2. Item Odyss. ω non procul à fine, Αἶψα μάλ' ἀμπεπαλὼν ἐστήκει δολιχόσκιον ἔγχος. vbi annotat Eustathius significare (sicut & in altero illo loco) ἀνακινήσας: formari autem ab ἔπαλον aoristo secundo, cuius participium παλὼν & Ionica reduplicatione πεπαλών: & cum præpositione, factáque syncope, ἀμπεπαλών.

C

Ἀνεπήλαι aoristum primū, Budæus apud Plutarchum exponit Vibrare, dicens pro eodem poni ab eo κραδαίνειν. Ab eodē citatur & hic Aristotelis locus in libro De mundo, vbi de terræ motu loquens, ait, οἱ δὲ ἀναπάλλοντες, καὶ τοῖς εἰς ἑκάτερον ἐγκλίσεσι καὶ ἀναπάλσεσι διορθοῦντες ἀεὶ τὸ σεισμόμενον, παλμαίαν λέγουσι. A Suida ἀναπάλλω exponitur etiam ἀναπηδῶ & ἀιασσίω. Idem ἀναπτήλας, ἀνακινήσας explicat, afferens huius significationis exēplum. Ἀναπάλλομαι. Pass. Vibror, Quatior. item ἀνακηδῶ. videtur enim vox passiua potius hanc significationem habere quam Suydas actiuæ tribuit. Iliad: υ, — αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς ὡς εἶδ', ὡς αὐτέπαλτο. Strabo, ἀναπαλεὶς πτήσασος ἐκ τοῦ τραχήλου καὶ ἀποτροπιάν. Eustathius ἀναπάλλεσθαι ait de equo dictum se in pedes erigente, ob pauorem.

D

Ἀνάπαλσις, εως, ἡ, Vibratio, Euibratio, Concussio. Bud. ex Aristot. Habetur in Aristot. loco proximè citato.

C. ΑΓΟπάλλω, Euibro, Eiaculor, cum accusatiuo. Suidas tamen dicit genitiuo iungi. Ἀποπάλλομαι passiua vox, Euibror. Diog. Laer. πυὸς δὲ ἀναθίοντας, οἷον ἀστινθῆρας ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἀποπαλλεσθαι. Basil. in Hexaemero. καὶ τῶν ἀνάκλασιν τοῦ φωτὸς μαρμαρυγῶν πανταχόθεν ἀποπαλλομένων πρὸς ὕδατος.

E

Ἀπεπαλέω, ῶ, Circumflexum pro ἀποπάλλω. vnde ἀποπαλήσῃ apud Hippocratem, quod Erotianus exponit σαλεύσῃ καὶ σφόδρα κινήσῃ.

Π Α Λ Ἀ Μ Η, ης, ἡ, Palma, Manus, secundum quosdam. Vnde & hoc ipsum Latinum vocabulum Palma ortum esse putatur, vt dicta sit Palma quasi Palama. Sed in exemplis quæ afferuntur, hoc nomine significatur generaliter manus: nec aliā esse eius significationem quidam censent. Est autem poeticū, & quidem cum apud alios poetas, tum apud Homerum frequens. Od. α, — παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος. Et Iliad. γ, Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὃ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει. vbi schol. exponit τῇ χειρὶ, addēs esse λέξιν ποιητικὴν ἀρχαϊκῶς. Affertur verò & pro ἐκ τῆς χειρός. Vtitur autem sæpius in plur. vt Il. α, Ἐν παλάμῃς φορέουσι. Et Iliad. ο, Τέκτονος ὀν παλάμῃσι δαήμονος. Item παλαμάων aliquot locis. Subiungo autem Παλάμη verbo Πάλλω, quòd etymologistes ab hoc verbo deductum esse velit illud nomen. cui tamen alioqui hac in re vix assentiri possum.

F

G

Παλάμη metaph. Ars seu via, aut ratio qua aliquid efficimus. Pro commento & astutia excogitata atque machina Bud. ab Aristophane accipi ait, afferens ex eius Vespis, δεῖ δέ σε παντοίας πλέκειν εἰς ἀποφυξιν παλάμας. Vbi παλάμαι reddere possis & Fabricas. Apud Theognidem quoque παλάμαι exponitur Rationes excogitatæ, seu Adminicula & subsidia inuenta, in hoc versu, Παντοίαι δ' ἀρεταὶ καὶ βιότου παλάμαι. A Cam. autem Rationes & artes. Idem apud Pindarum Olymp. 10,

H

θεοῦ σεῦ παλάμα interpr. Ope diuina.

C. Ἀπάλαμος, vide in Ἀπάλαμος.

C. Εὐπάλαμος, ου, ὁ & ἡ, Manu industria seu perita structus, Cui perita manus adhibita est, id est artificium. Et vno verbo Artificiosus. in Epigr. τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων.

A

Παλαμάομαι, ώμαι, Struo, Molior, Machinor. Aristophan. Nub. τί οὖν ἐκεῖνος πάλαι τ' ἐπαλαμᾶτο; Idem, Πρὸς ταῦτα Κλεῶν καὶ παλαμάσθω, Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω. Τὸ δὲ μετ' ἐμοῦ. quem locum habet & Cicero in quadam ad Atticum epistola. Philostratus autem dixit μηχαναί τε παλαμᾶσθαι καὶ τὸν χωνεῖον ἀποπειρᾶσθαι. Hinc & COMP. Ἐπαλαμάσθαι quo vtitur Lucianus in Tox. καὶ οἱ κόλακες σαυέστον ὅτι παλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον ἐπὶ ὄγκα τὸν Δεινίαν. id est (vt vertit Bud.) Aliquid admachinaturi seu contechnaturi, Deintegro in dolium incubituri. At Camer. vertit, Concurrebant assentatores correpturi fraudibus seu artibus suis Diniā, quem adhuc cernerent arrodi posse. Sunt autem & qui vertant hìc Astutè applausuri. Sed in isto Luciani loco veram lectionē esse arbitror ὅτι παλαμησόμενοι: (quam & ipse Bud. alibi sequitur) loquitur enim de quodā qui repētè ditatus fuerat, statimque à meretrice irretitus & spoliatus. q. d. Demessuri opes quas meretrix reliquas fecerat. Sed hanc lectionem exposui & suprà inter deriuata à nomine Καλάμη pag. 16. Tomi secundi, lit. B.

Παλαμᾶσθαι extra metaphoram etiā ponitur interdū pro Administro, Efficio, Gero. quibus verbis redditur à Budæo afferente ex Xenoph. Pæd. 4, de Centauris, ὥστε βουλεύεσθαι μὲν αὐθρώπου φρονήσει, τοῖς δὲ χειρὶ τὸ δέον παλαμᾶσθαι, ἵππου δὲ τάχος ἔχειν καὶ ἰσχύν.

B

C

D

E

AT VERO Ἀπάλαμνος ET Παλαμναῖος habent v ascititiū. Et Ἀπάλαμνος quidē poeticū est duntaxat, dictū quasi ἀπάλαμος, de eo cuius manib⁹ nulla industria inest, seu ars, aut sedulitas. seu Cui manus sunt minimè industriæ: Hom. Iliad. ε, Ὡς δ' αὖ τ' αἴθ' ἀπάλαμνος ἰὼν πολέος πεδίοιο, Στῆμ' ἐπ' ὠκυρόῳ ποταμῷ ἁλαδε βρεύοντι. vbi scholiast. exponit ἄπειρον, καὶ μὴ ἔχοντα τὴν χρᾶσιν τοῦ πῶς δεῖ ἄχρεα, καὶ μὴ ἔχοντα παλαίειν ἢ παλαμᾶσθαι π. Idem verò alibi affert νέος οὐκ ἀπάλαμνος pro νέος οὐκ ἀϊάλκης. vbi fuerit ἀπάλαμνος, cuius παλάμαις (id est manibus) nil roboris inest. At Hesiod. in Erg. ἀπάλαμνον appellauit inertem: vt videlicet dicatur ἀπάλαμνος quasi cui manū sunt minimè laboriosæ: in hoc vers. Ἠ τε καὶ ἀπάλαμνον ἄρ' ὄμως ὄπι ἔργον ἐγείρει. Inuenitur ET ΑΜ Ἀπάλαμος, sed alia significatione, apud Pind. in Olymp. exponitur enim Cui nulla arte seu ope obsisti potest, Ineluctabilis, Insuperabilis, ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον.

Παλαμναῖος verò Cuius manus cæde contaminata est, Cæde contaminatus, Sicarius. Sophocl. in Electra, Ἥτις ξυνοῦδεις τῷ παλαμναίῳ μεθ' οὗ Πατέρα τὸν ἀμὸν ἀπέκτεινε δόλοις. Plutarch. in Pompeio, τὸν μὲν ἀποφέροντα τὴν κεφαλὴν ὡς παλαμναῖον ἀπεγράφη. ‖ Synesius autem dixit, τὸν παλαμναῖον τῆς χώρας Ἀνδρόνικον, pro Pestem & perniciem regionis. Sed & παλαμναία γνώμη καὶ γλῶττα apud eundem, Dira & conscelerata mens & lingua. ‖ Item παλαμναῖαι ἀραί, Diræ vltimique exēpli imprecationes, eidem Synesio. Vide Bud. pag. 207, & 208, item 214.

Παλαμναῖος Iuppiter, Qui est vindex & vltor eorum qui manus cæde contaminarunt. Apud Aristot. redditur Sanguinarius à Budæo, cuius & Comm. pag. 721 vide: nec non Eustathium & Etymol. Item παλαμναῖαι ἱκεσίαι, supplicationes ob cædem commissam, in v. l.

Παλαμναία dicebatur etiam ἀσπίς τις καὶ θηρίον, Eust. Vide & Etym.

ΠΑ΄ΠΠΑΣ, ὁ, Pater. Vox est puerorum ad patrē volunt. Sed solius vocatiui Πάππα exempla inuenio. Apud Hom. Od. ζ, dicit Nausicaa patri, Πάππα φίλ', οὐκ αὖθί μοι ἐφοπλίσειας ἀπήνην Ἠλήν, βύκυκλον &c. vbi animaduerte vocatiuo πάππα cōpellari patrē à puella etiā quæ iā ea erat ætate vt matura viro esse putaretur. Philemon comicus apud Athen. l. 8, Ἀρίστιος ὁ παραπηνίος καράβου, Ὡς εἶδεν αὐτὸν, χαῖρε πάππα φίλαπε, Εἶπας. Sunt qui scribant nominatiuum hunc πάππα esse vocem liberorum ad patres reuerentiæ causa, vel illis blādientiū. at ego dixerim potius, balbutientium, non aliud. Eust. ex vet. autoritate, πάππας ex vocula infantiū Πᾶ factum esse tradit, per reduplicationē NOMEN Πάππας, (ita enim scribit vnico π) SICVT Μαμμία ex

MONO-

MONOSYLLABO Μᾶ, addit, secundum quosdam, Syracusanam vocem esse Πάππας, ex qua per ἀναδιπλασασμὸν (id est reduplicationē) factū sit Πάππας. Sed planè mendosum esse videtur prius illud Πάππας, quū ex eo Πάππαι cum vlla reduplicatione factū dici nō possit. Videndū igitur num potius reponi debeat πᾶς quod apud eundem Eustathium legitur pro voce infantium. Loquens enim de παππάζειν, dicit esse βρεφικῶς προσφθέγγεσθαι τὸν πατέρα. vnde esse πάππος, necnon πάππας, significans patrem. pro quo πάππας, DICI Πᾶς monosyllabè κατὰ βρέφους προσφώνησιν. Testatur etiā scripsisse quosdam ex antiquioribus, Πάππαι Romana lingua significare patrem: & in hac quidem barytonè, at in Græca circunflexè proferri. Inuenitur certè Pappas apud Iuuenalem, in hoc satyræ 6 loco, Mordeat ante aliquis quicquid porrexerit illa Quæ peperit: timidus prægustet pocula pappas: sed hìc non dubium est quin pro nutritio accipiatur, qui etiā patris quodammodo locum obtinet, vnde nostrates nutricis quoq; matrium vocant *pere nourricier*. Fuerunt tamen qui custodem pueri seu pædagogum significare dixerint. Quod autem ad hunc vsum nominis πάππας attinet, pro nutritio videlicet, sciendum est legi apud Eust. ex Rhetorico lexico, τὸν τροφέα, πάππαν οἱ εἰς Ἑλλὶν καλεῖ.

A

B

C

Παππάζω, Pappa dico, Cōpello patrem hac voce, Adblādior patri vocando pappam. Hom. Iliad. ε, Οὐδὲ τι μιν παῖδες τοῖ γουνάσι παππάζουσιν Ἐλθόντ' ἐκ πολέμοιο. vbi Eustath. ait εἰς τὸ βρεφικῶς προσφθέγγεσθαι τὸν πατέρα. Alludens autem ad ista verba Callim. πτὶ γουνάσι παππάζοισι, dixit, — πᾶς ἐφεζομένη γονάτεσσι Παῖς ἔπ' κουείζουσα, τοῖδε προσείπε γονῆα, Δός μοι παρθενίλω αἰῶνα ἄππα φυλάσσειν. Legimus Pappare & apud Persium Satyra 3, vbi quidā hanc τοῦ παππάζειν significationē ei tribuunt: alii (quibus potius assentior) infinitiuū pro nomine positum existimātes (vt in aliquot aliis huius poetæ locis) exponunt Cibū. quū ex Plauto Pappare afferatur itidē pro Cibum sumere, seu edere: & extent hæc Varronis verba, ex libro de liberis educandis, Quum cibū ac potionē Buas ac Papas docēt, & matrem Mammā, patrem Tatam. vel potius (vt alii legunt) Quum cibū ac potionē Papas atque Buas vocent, & matrem, &c. Mirum autem videri nobis nō debet quòd dicat puerulos cibum appellasse Papas, (quum id alioqui non cibum sed patrem significarit non solùm Græcis puerulis olim, sed significet hodiéque Gallis, compellantibus patrē voce ista *Papa*, sicut matrē, *Maman*: nec solùm Gallis, sed & aliis nonnullis, si bene memini) nihilo videlicet magis quàm quòd apud Aristoph. videmus VOCEM Μαμμᾶν puerulo non matrem sed cibū, & quidem nominatim Panē significare: in Nub. vbi scribit, Εἰ μὴ γε βρῶν εἴπῃς, ἐρῶ γοῦν αὐτὸν πιεῖν ἐπίηρον. Μαμμᾶν δ' αὖ αἰτήσαντος, ἥκιστ' σοι φέρων αὖ ἄρτον. Κακᾶν δ' αὖ οὐκ ἐφθῆς φέρουσα, κἀγὼ λαβὼν θύραζε Ἐξέφερον αὖ καὶ προσύχομίν σε. In huius itaque vocis Μαμμᾶν significatione non conuenit Gallis puerulis cū Græcis, sed cū Romanis: vt vicissim in significatione vocabuli Pappa consentiunt illi non cū Romanis, sed cū Græcis. Atque vt Græci pueruli vocabulo matrē significāte abusi sunt ad significandū panē, sic Romanos appellatione patris ad significandum vel panem, vel alium quēlibet cibū abusos esse, nequaquam mirum nobis videri debet. Quod autem ad ILLVD Κακᾶν attinet, retinuerūt & hanc vocem nostrates pueruli, sed abiecta vltima litera, dicentes *Caca*: apud Rom. autem atque adeo Latinos viri quoque vtebantur verbo Cacare, vt nemini non notum esse potest. Sed libet & de prima illa VOCVLA Βρῶν quid sentiam dicere. In ea certè non parum miror literam ρ, balbutientibus pueris minimè conuenientē, vel potius à qua prorsus balba illorum lingua abhorret. Quidni verò abhorreat? quū Demosthenis non amplius pueri, sed iam viri linguam vix tandem illius literæ pronuntiationi assuefieri potuisse sciamus? Sed & memini me Parisiis iam grandiusculū puerum aliis itidem iam grandiusculis colludere qui literam hanc pronuntiare nullo modo poterāt, quum alioqui cæteras omnes & quæuis etiam vocabula apta pronuntiatione exprimerēt. Hæc certè faciunt vt credam, vel potius suspicer non βρῶν, sed ῥῶν scribēdum esse sine ρ. Tunc autem aliqua ex parte cōueniet Græcis puerulis cum Romanis, illis βρῶν, his Buas ad vnam eandémque rem significandam dicentibus. Aliqua ex parte conueniet, inquā, quum υ in v mutari solitum à Latinis, notissimum sit. At verò Gallis longè aliam significationem habet vocula *Brin*. Ab illo autem παππάζω est VERBALE Παππασμὸς, Compellatio patris, vocando illum πάππα. vt παππάζοιεν Suidas exponit, πάππα καλοῖεν. Eidem παππασμὸς est προσφώνησις τοῦ παιδὸς εἰς πατέρα γινομένη.

D

E

F

G

Παππάζουσιν & Anseres, Poll. At Latinè gratitant.

Παππίας ET Παππίδιον, forma diminutiua vtrunque, pro Paterculus. Sunt autē blandiētis hæc diminutiua, apud Aristoph. in Vespis. Sed vnico π ea scribi sciendū est in vulg. editionibus: quum Eustath. ex Rhet. lexico afferat παππίας, in quo ait scribi, Atticos hoc nomine ὑποκορίζεσθαι τὸν πατέρα. Hinc VERBVM Παππίζω, Paterculum appello, Patri blandior, vocādo eum paterculum. Habet tamen Eustath. ex eodem illo lexico, παππίζειν esse etiam vocare πάππαν, quod nō probo. Nisi fortè hæc verba, παππίζειν τὸ πάππαν καλεῖν καὶ παππίαν, ita debent accipi, πάππαν vocare etiam παππίαν. i. pro πάππα dicere etiā παππία, cōpellando patrē. (Παππυλιάζω pro ποππυλιάζω. vnde apud Theocritum pro ποππυλιαζέει scribi etiā παππυλιαζέει testatur Eustath. de qua scriptura dicendum erit in Ποππύζω)

Dicitur ETIAM Ἄππα, abiecto primo π, pro πάππα. Callim. hymno in Dianam, inducit eam his verbis vtentem apud patrem Iouem, Δός μοι παρθενίλω αἰῶνα ἄππα φυλάσσειν, Καὶ πολυωνυμίλω. (præcedentia autē habes suprà in Παππάζω) vbi tamen quædā exemplaria habent ἄλλα non ἄππα. Apud Eustath. Aristoph. grammaticus tradens esse varias compellationes πατριωδεστέρας & ὑποκοριστικάς (nam apud Eustath. pro ὑποκορισταὶ repono ὑποκοριστικαὶ) pro exemplis affert primùm ἄππα, ei subiungēs πάππα. Quibus addit HAEC, Μάμμα, ET Μάμμη, ET Μαμμαία. ITEM Τέττα, ET Ἄττα. Sic autē (inquit) & πατέρας appellāt ætate proiectos. itidémq; μητέρας mulieres quæ sunt ætatis prouectæ: quāuis nulla sint vel his vel illis cōsanguinitate iuncti. Quæ autē prouectiore etiā sunt senectute, ab illis DICVNTVR Μᾶταν ET Τῆθαν. Vicissimque iuuenes à senib⁹ VOCANTVR Παῖδες ET Τέκνα. (Huc certè pertinet quod quidam annot. de vocabulo παῖδες apud Soph. nimirū esse nomen beneuolentiæ) Quibus additur ex eodē Aristoph. grammatico, Hom. quoque his προσφωνήσιν ἀποθεραπεύειν τὴν ἡλικίαν: quippe qui anum vocet μᾶταν, vetulum autem, πατέρα. Hæc autem verba referūtur in hunc versum Il. ρ, Φοίνιξ ἄττα γεραιὲ παλαιγενές, &c. Sic autē in quodā Callim. epigr. ἄττα cum γέρον iungitur, Ἄττα γέρον, δός με καλεῖ γάμος. Legitur porro hæc eadem vox Od. π, aliquoties. Ibi enim dicit Telemach. Eumæo, Ἐστε πατὴρ ἤτοι ἄττα. item, Ἄττα πόθεν τοι ξεῖνος ὁδ' ἵκετο; vt vicissim Telem. ab Eumæo vocatur τέκος & τέκνον. Quum tamē Eustath. in altero illo loco Il. ρ, annotet ἄττα esse cōpellationem ἀπὸ νεωτέρου εἰς γέροντα: hìc magis peculiarē vsum voci illi tribuēs, dicit esse προσφώνησιν ἀδελφοῦ νέου πρὸς πρεσβύτερον. Alibi idem grammaticus vult vocabulo ἄττα compellari τὸν θεράπον, sicut VOCABVLO Τέττα compellari τὸν φίλον. Vt autem & vocis huius τέττα vsum explicem, sciendum est, in hoc versu Hom. Il. η, Τέττα, σῶ τῇ ἥσο, ἐμῷ δ' ὅπι πείθεο μύθῳ, esse προσφώνησιν φιλεπαιρικὴν νέου πρὸς μείζονα, vt annot. Eust. siue προσφώνησιν τιμητικὴν νεωτέρου φίλου πρὸς παλαίτερον. Sed Eust. addit, quosdam putasse vt βάττω, βαττίζω. βάττης, sic dici τέττω, τεττίζω, τέττης, vnde vocatiuum τέττα. Fuisse verò & qui crediderint τέττα esse ἐκτλιαστικὸν, i. indignationis significatiuum, per apocopen factum ex τέτλαθι. Sunt qui expo nāt O amice: sed quū gramm. nō dicāt hac voce signif. φίλε, sed cōpellari eū qui sit φίλος, existimarim potius eā vim habere quā habet particula Μι vocatiuo proprii nominis iuncta: quæ alicubi non solùm blandimenti vim habere, sed simul & τιμητικὴ esse, nōnullis videtur.

Π Ἄ Π Π Ο Σ, ου, ὁ, Auus. & quidem siue paternus, siue maternus. Sed ad discernendum, vocatur πάππος ὁ

πρὸς πατρὸς, auus paternus: vt πάππος ὁ πρὸς μητρὸς, auus maternus. Æschines in Ctesiph. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρός. At Pollux habet πάππος οὐκ πατρὸς καὶ μητρός. addens dici etiam, πάππος ἀπ' ἀνδρῶν, & πάππος οὐκ γυναικῶν. (In eo autē quod subiungit, nimirū hinc esse VERB. Παππάζειν apud poetas, eum hallucinari liquet ex iis quæ dixi suprà de hoc verbo post nomen Πάππας) Dicitur tamen & sine adiectione πάππος, ac tū cēsetur de auo paterno potius dictū. vt apud Menandrū, Τίς ἦν ὁ γάμος ἧς γαμεῖ, τίθη ἢ τίς; (ita enim legendū esse, nō autē πτθή, admonui in libello quē edidi habēte Græcorū Comicorū γώμας. est autē τίθη, auia: at πτθή, nutrix) Athen. l. 14, Κάδμος ὁ τοῦ Διονύσου πάππος, μάγδρος ἦν. Sed in illo Menandri loco nihil vetat quominus πάππος de vtroque intelligamus. Ὁ πάππου πατήρ, Plato de leg. Aui pater. qui & vna voce προπάππος, sicut Latinè, Proauus. Ex Aristot. autē δύο πάπποι, ἥρῶς, ad verbū, Duo aui aut tres: pro Auus, proauus, abauus. Cæterùm pro πάππος Homer. dixit etiā παῦς πατήρ, vt videbis in Προπάππος. Est autē à Πάππος deductū ADIECTIVVM Παππῶος, (sicut Πατρῶος à πατήρ) signif. Auitus. vt παππῶα ἀγαθά, Auita bona. Et Παππῶα δόξα apud Demosth. Auita gloria: Philipp. 4, ἀλλὰ νὴ Δία παππῶα καὶ πατρῴα δόξα σοὶ ὑπῆρχε, ἣν αἰρεῖσθαι ἐν σοὶ καταλύσαι. Aliud ADIECT. Παππικός, Ad auum pertinens, aut Auum resipiens. vt ἀ πρόπαππος Pollux affert προπαππικός. ‖ Sed Πάππος nomē quoq; erat personæ comicæ, necnon satyricæ, quæ ETIAM Παπποσείλινος. erātque efferatior specie. Plura autem vide apud Poll. qui & tradit fuisse in comœdia πρόπον πάππον, & τὸν ἕτερον πάππον. Sunt porrò & alia nominis πάππος significata, de quibus dicam post composita ex hoc nomine habente primam suam significationem.

C. Παππεπίπαππος, Aui pater. Sed vocabulum illud Poll. improbat vt δεινῶς ἰδιωτικόν. licet Philonides comicus eo sit vsus.

C. Παππωνυμικὸν nomē, (eadē forma qua πατρωνυμικὸν) ab aui nomine deductū. vt Alcides est nomē παππωνυμικόν. Vnde etiā dicitur à quibusdā gramm. παππωνυμικῶς vocari Alcides. Vbi obserua ADVERB. Παππωνυμικῶς, i. Nomine deducto ab auo, & q.d. Denominaliter ab auo.

C. Ἀπόπαππος, ου, ὁ, Abauus. v.l.

C. Ἐπίπαππος, Proauus, vt ὀπτήθη, Proauia. Sed Pollux, ἡ δὲ πάππου ἢ τήθης μήτηρ (inquit) προτήθη, καὶ οἱ πόππων γονεῖς, ὀπιπάππός τε καὶ ὀπιτήθη. Atque ita ὀπιπάππος fuerit Atauus, & ὀπιτήθη, Atauia. Vide Πρόπαππος.

C. Δίς παππος, ου, ὁ, Atauus. v.l. Qua forma & Gallicè dicitur Bisayeul, quum auus vocetur Ayeul.

C. Πρόπαππος, ᾱ, ὁ, Proauus. ὁ δὲ πάππου ἢ τήθης πατήρ (inquit Poll.) προπάππος. τάχα δ' τῶν εἴποις τετραπάππους, ὡς Ἀριστοτέλης. Eustathius autem ὀπιπάππον hunc vocari dicit, non προπάππον, de alius tamen cuiusdam sententia. In ista enim Homeri verba, Il. ξ, Πᾶς ἐμοῖο πατήρ, annotat, esse dictum hoc per periphrasin, ad vitandam ambiguitatem: & significare τὸν πρὸς πατρὸς πάππον: (qui & LACONICE Γερονταίας appellabatur) Et addit ὅ τοῦ ὁ ἐπαίων τοῦ γέρων, ὀπιπάππος, ὁ δὲ προπάππος λέγεται, quēadmodū φησί τις ἀποσημειωσάμενος ὀνόματα συγγενικά. Sic autem ex eiusdem autoritate tradit τίθην quidem esse τὴν μητρὸς καὶ τοῦ πατρὸς μητέρα: at ὀπιτήθη, τὴν ὑπὲρ αὐτήν.

Προπαππικός, (q.d. Proauialis) Ad proauum pertinens, vt ἀβελτηρία προπαππική, quod Pollux ex quodam Phædone affert. Existimo autem accipi pro insipiētia valde senili, seu qualis esse solet valde decrepitorum.

C. Τρίπαππος, Tritauus. v.l.

¶ Πάππος, Lanugo carduorum, seu flos, qui lanuginosus est Itē, Lanugo helxines herbæ. Πάππος, ἀκανθῆς λευκὸν ἐξ ἀνθήμα, inquit Eustath. qui & aliis verbis exponit τὸ ἀκάνθινον ἐν ξηροτῆτι πλίωμα. quod postremum vocabulum originem metaphoræ indicare videtur, sicut & Hesychii verba. Dicit verò & Aratus, Ἤδη καὶ πάππου, λευκῆς γήρειον ἀκάνθης. vbi vide schol. Et Nicander, Οἷά τε δὴ γήρεια νέον πεφυμμένα πάππου. vbi itidem scholiasten consule. Pappi Latinè quoque, carduorum

flores, vt scribit Festus, afferens ex Lucretio, Vestem, nec plumas auium, pappósque volantes, Sed & de helxine scribens Plinius, Semen ei lanuginis (inquit) quem pappum vocant. Idem de herba quæ Græcis ἡμιγέρων, Latinis Senecio, Caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinæ) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus ἀκανθίδα appellat, alii πάππον. HINC Παπποσπέρματα, VEL Παππώδη σπέρματα, Lanuginosa semina (In illo autem Plinii loco habes Semen lanuginis) vel Quæ pappo lanugine semen habent obductum. v.l. ex Theophrast. ITEM Ἐκπαππῶσθαι, In pappos solui, seu abire, ex Dioscoride, libro tertio, cap. 133. Πάππος dicitur & de Lanugine barbæ, quæ videlicet inferiori labro adnascitur, vt μύστακ vel μάστακ de ea quæ superiori. Poll. Hesych. Suid. & Eustath.

ΠΑΡΑ, præpositio, quæ vel genitiuo, vel datiuo, vel accusatiuo iungitur. CVM GENITIVO A, seu Ab, aut Ex. Sunt qui velint Homer. καταχρηστικῶς dixisse παρὰ νηῶν pro ἀπὸ νηῶν, quum παρὰ significet propriè κίνησιν ἀπὸ ἐμψύχων. vide Eustathium. Plato de leg. libro 4, παρὰ δὲ μαρτυρίας δῶρα οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, οὔτε θεὸν ὅστις ποτε πόλιν ὀρθῶν δέχεται. Sic Xen. Pæd. 7, p. 111, in princ. ἀλλ' ὅταν τε τέκνα καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων. Dicitur item aliquis ἔρχεσθαι παρά τινος seu παραγίνεσθαι, aut πορεύεσθαι, venire ab aliquo. Thuc. lib. 4, Ἀγαθαρχίδαν ἄνδρα Πέρσην παρὰ βασιλέως πορευόμενον εἰς Λακεδαίμονα. Item ἄγειν τι παρά τινος, vt ἄγειν δῶρα. (Xen. autē addidit articulum, quum dixit in Œcon. ὅτε ἦλθεν ἄγων αὐτῷ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων δῶρα. sed ita est interpretatus Cicero acsi nullus esset articulus, quum dixit, Eique dona à sociis attulisset) Dicitur etiam ἀγγέλλειν παρά τινος, seu ἐξαγγέλλειν, à Xenoph. Necnon, λέγειν τοῦτο παρ' ἐμοῦ, ab eodem. Item, προσείπε παρ' ἐμοῦ, Eum à me salutato. id est, Meis verbis salutem illi dicito. Lucianus autem dixit παρ' ἐμοῦ ἐκπίσας, vt Cic. A me soluere. (De quibus loquendi generibus lege Budæum pagina 1038) Et Isæus, παρ' ἐμαυτοῦ ἀπαλώσας, Meis sumptibus, Pecunia priuata. Affertur verò & παρ' αὐτῶν τὸν, ἀρχόντα γενέσθαι ex Plutarch. in Numa, pro ex Eorum corpore creari. At verò apud Marcum cap. tertio, vers. 21, οἱ παρ' αὐτοῦ, quod sonat ad verbum Qui [erant] ab eo, redditur Qui eum sanguine attingebant, seu Propinqui eius. vet. interpr. Sui: Eras. Qui ad eum attinebant. Affertur etiam τὰ παρ' αὐτοῦ ex Chrysostomo, pro Quæ ad eum attinent.

Παρὰ, præcedente articulo, non video quomodo Latinè reddi commodè possit nisi addito participio, non quidem in locis qui similes sunt illi Xenophontis quem modò protuli (ibi enim potius vacat articulus: vnde & Cicero nullam eius rationem in sua interpretatione habuit) sed in aliis quos subiungam: & quidem incipiens ab iis in quibus participium præteritum aut præsens, à verbo πέμπομαι aut ἀποστέλλομαι, id est Mittor, cōmodius quàm aliud subaudiri potest. Thucyd. libro septimo, ἥκοντες ἐς τὰ Ἀθήνας οἱ παρὰ τοῦ Νικίου. Xenophon Pæd. 3, pag. 45, τοῦτο μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος, τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν ὑμεῖς αὖ ὀπτέλλετε ὅ, τι ὑμῖν δοκεῖ συμφέρον εἶναι). Vt enim in illo Thucyd. loco cum οἱ παρὰ τοῦ Νικίου, aptè subauditur πεμφθέντες, vel ἀπεσταλμένοι, sic in isto Xenophōtis subaudiri cōmodè potest πεμφθεὶς, aut etiā πεμπόμενος, vel ἀπεσταλμένος seu ἀποστελλόμενος, cum ὁ παρ' ἐμοῦ (dixerat enim, εἴπνα ἐγὼ τοῦ ἐμῶν ἀποστέλλοιμι πρὸς τὴν Γνίδον, συμπέμψαιτ' αὐ μοι &c.) itidémque πεμφθεῖσι vel πεμπομένοις seu ἀπεσταλμένοις aut ἀποστελλομένοις, cum τοῖς παρ' ὑμῶν. sed præsens hìc malim, quia dicit ὀπτέλλει, non ἐπέστειλαν. (Possit autem ὁ παρ' ἐμοῦ exponi etiam Nuntius meus: itidémque τοῖς παρ' ὑμῶν Nuntiis vestris) At Philelphus in sua interpretatione non animaduertēs hunc articuli vsum, iunxit παρ' ἐμοῦ cum λόγοις, tanquam videlicet vteretur Xen. eo loquēdi genere, quod ex eo paulo antè protuli. vertit enim Et hæc sanè verbis meis exponet. Illis autem exemplis addere & hoc potes, ex Synesio ὁμοῦ δὲ ἐγώ τε τὰ παρὰ σοῦ γράμματα ἀνεγίνωσκον, καὶ ἕπρός τις τὰ παρ' αὐτοῦ,

id est Literas à te missas, & Literas ab illo missas. subaudiendo videlicet πεμφθέντα vtrobique. Sed in Parisina editione non habetur articulus τὰ ante παρὰ, quem alioqui habet Aldina, & quo esse opus, vel is qui sequitur, satis ostendit. At verò in isto eiusdē Synesii loco, πολὺ οὖν παρ' ἐκείνου πολλῶν καὶ ἡδίστων εἰς Ἀμμώνιον τὸν ἀνέψιόν τοι χάριν ὑπομνημονεύσωμεν, aliud subaudiēdum est participium. significat enim Multorum ab illo profectorum. id est Multorum eius officiorum. Sed & alia alibi pro loco subaudienda sunt.

Παρὰ iunctum genitiuo omittitur interdum in interpretatione: vt apud Isocr. αἱ παρ' ἐκείνων δεήσεις, illorū preces. Sic αἱ παρὰ θεῶν πρωείαι apud eundem. (vbi tamen potest etiam addi aliquod verbum subauditum, sicut in locis quos in præcedēte tmemate protuli) Sic ἡ παρὰ τούτων εὔνοια apud Xen. Horum beneuolentia.

Παρὰ CVM DATIVO, Apud Hom. Odyss. ε, Ἀλλ' ἤτοι νύκτας μὲν ἰαύεσκεν καὶ ἀνάγκῃ Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ. Idem dixit etiā παρὰ νηοῖ, (Od. θ, Φαιήκων ἀγορήσδ' ἦ σφι παρὰ νηοῖ πέπυκτο. Demosthenes Pro cor. φρέσβεις δεδρ' ἀφικνούμενοι, παρὰ σοὶ κατέλυον, Ἀθήνη. Tale est, παρ' ἐμοὶ δεδοξάσθαι. Et apud Theoph. in ep. οὐ γὰρ σὸς ἀλλὰ παρὰ σοὶ ὁ πλοῦτος ἦν πεπίστευται. Exponitur verò παρ' ἑαυτῷ, Apud se, vel Intra se. vt παρ' ἑαυτῷ ἔχειν. Et, ἕκαστον εἰδότα καὶ γινώσκοντα παρ' αὐτῷ, apud Dem. Philip. 4. Item pro Apud, in ea signif. qua dicitur aliquis apud se esse. vnde παρ' ἑαυτῷ γενέσθαι Bud. ex Plut. pro Resipiscere. Idem dixit in or. Pro cor. εἰ δὴ οὖν ὅστι καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία πειθοῦς. vbi dicere poterat ὀν ἐμοί. Sed & cum alio genere datiui pro ὀν ex Plut. in Othone, παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν.

Παρὰ affertur & pro ἐγγύς, i. Prope, Iuxta, ex Hom. Sunt tamē qui potius eius posteris hunc vsum tribuāt cū ista constructione, at Hom. cū accus. Vide Eustath.

Παρὰ CVM ACCVSATIVO, de motu ad locum, (sicut cū genitiuo de motu à loco) vnde redditur præpositione Ad. Xen. Hell. 1, ἀφικόμενον παρ' αὐτόν. Sic παρά σε ἔρχομαι, apud eundem. Itidem apud Plat. De rep. παρά σε ἥκω. Item, δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα.

Παρὰ apud Homerū pro ἐγγύς, id est Prope, Propter, Iuxta. vt apud Homer. παρ' ὀχθας. Sic παρ' αὐτὸν, Od. ξ, οἱ δ' παρ' αὐτὸν Ἄνδρες κοιμήσαντο. Vide Eust. Sic πάρ κεφαλῆ Cic. apud Aratum vertit Propter caput. Apud Plut. tale quid significabit, si sequamur eos qui in eius Romulo οἱ παρ' Εὔανδρον Ἀρκάδες exponunt, Arcades Euādri comites. Sed & apud Lucam, Act. apost. cap. 4, καὶ ἐπέθεσαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων: & in fine capitis, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων redditur Ad pedes, quod nihil aliud est quàm Iuxta pedes. At vet. interpres vertit vtrobique Ante pedes.

Παρὰ pro Ab, sed in certo quodā loquendi genere quo vtuntur gramm. veluti quū tradūt Δημοσθένης εἶπε διαφόρους τὸ δένος: sic Μενέδημος dici παρὰ τὸ μῆκος. & Οὐδὲν ἐστὶ παρὰ τὸ δύνασθαι. Bud. παρεφθεγγεῖν denotare tradit.

Παρὰ pro Per, ea signif. qua dicitur Per eos dies, seu Per id tēpus. Demosth. παρὰ πάντα τὸν χρόνον, Per omne id tempus. Ita enim reddendū puto, non Circa, vt habēt v.l. Sic παρ' ὅλον τὸν βίον, Per totā vitā. Ibidē ex Xen. παρὰ τοῦτον ἐκείνῳ ἤρχετο, Interim dum ille præest. Et παρὰ τοῦτο μᾶλλον ex Philostr. in Heroicis, Dum iratus esset. Alicubi potest etiam reddi & præpos. Inter. vt παρὰ τὸ δεῖπνον, Inter cœnam, Cœnæ tempore. Sic παρὰ τὸν πόλεμον, Belli tempore, Militiæ. Vnde illa loquutio, παρ' αὐτὰ τὰ δικήματα, Protinᵘ admissis delictis, vt vertit Bud p. 242. vbi & παρ' αὐτὸ τὸ πλήμμυρα ex Thuc. pro In ipso facinore. Idē verò p. 247 παρὰ τὸν πλοῦν exp. Inter nauigādū, & παρὰ τὸ συμπόσιον Inter & super cōuiuiū. Vnde etiā παρὰ τὸν καιρὸν, & παρὰ τὰς χρείας, p. 242. Sed & παρ' ἑκάστην ἡμέραν, X. pro Quotidie, κινδυνεύων ἀεὶ παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπολέσθαι. Sæpe etiā cōmodè redditur præpos. In. vt παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, In via. παρὰ τὸ γῆρας κακοφραγεῖ, Aphth. In senectute. παρὰ τοῖς κινδύνοις ὑπὸ τῶν ἔργων διδαχθέντες, In periculis, vel In ipsis periculis. Tale est παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοῖς πολέμοις pro ὀν τοῖς δεινοῖς καὶ τοῖς πολέμοις. Alicubi autē possumus vel præpos. In, vel præpositione Per vti. Sed habet & aliū vsum præpositionis Per hæc

præpositio παρά. vt παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα apud Thucyd. Per totum exercitum. Et παρὰ τὰς ἐπάλξεις ἑστῶτες apud Plut. Item παρὰ βάσιν ἑκάστην apud Aristot. Probl. sect. 5, Per singulos gradus. ‖ Παρὰ vt in nonnullis eorum quos paulo antè protuli locis aliisque eiusmodi redditur & præpos. Inter, & Intra, sic etiā alicubi habet & aliā significationem particulæ Intra. vt in hoc Xenoph. loco Œcon. ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρὰ τὰ διαβήματα, ἔστιν ὅτε τοῖς ἑκατὸν σταδίοις διήνεγκαν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει, ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιαίνοντες. Ita enim Bud. reddit hunc locū, Quemadmodū in itineribus faciundis nonnunquā intra stadia ducēta alter alteri centum stadiis anteuertit, quū æquales sint ambóque valētes.

Παρὰ, Præter, vel Contrà. vt Plut. in Solone, γάμοις νυμφαγωγῶν παρ' ἡλικίαν, vt nuptias præter naturæ præscripta coagmētaret. B. Et Th. lib. 4, καὶ, ἀρετῇ αὐτὸς νικήσας παρὰ τὰ πεφασμένα. Bud. παρὰ τὴν νικήσας ἀρετὴν ἀπὸ τῶν ἐκείνου. Et apud Xen. Pæd. 7, p. 111, παρὰ τὴν ὑπόνοιαν, & παρὰ τὴν ὑπόνοιαν) itē παρὰ γνώμην, & παρὰ τὸ πρέπον. Xen. ἃ δ' ἀναπτὴ ἢ εἶ), παρ' ἃ ὁ βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ, ἄλλα ποιεῖν. Idem, εἰ δέ τις παρ' ἃ ὁ θεὸς ἔφυσε ποιεῖ, ἴσως τι καὶ ἀπεκτῶν οὐ θεοῖς λήθει. id est Cōtra quàm, vt B. vtrobique reddit (qui alibi & Extra quàm) Potest tamen commodè verti Præter, in illo priore loco: at in hoc posteriore, παρ' ἃ ὁ θεὸς ἔφυσε, cōtra quàm natura fert. Sic παρ' ὃ πέφυκε, contra quàm natura comparatū est. Item παρὰ φύσιν à Cicerone quoque redditur Contra naturam. Plutar. περὶ ὀργῆς. lib. 1, in fine, ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς ἔοικε) τὴν παρὰ σωφροσύνην ἢ τὴν παρὰ φύσιν ἀθανατίζομεν. Itidem verò παρὰ νόμον legitur passim pro Contra legem. Hanc autem significationem habet & cum nomine μέλος, atq; aliis. Cum vtroque nomine, videlicet cum φύσιν & cum νόμον, legitur in isto Plutarchi loco, in lib. qui περὶ δυσωπίας inscribitur, ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς πρὸς τὸν Σιμωνίδην, ἀξιοῦντά τι τῶν μὴ δικαίων, Οὔτ' αὐ σὺ ποιητὴς ἀγαθὸς εἶναι (ἔφη) παρὰ μέλος ᾄδων, οὔτ' αὖ ἐγὼ χρηστὸς ἄρχων, παρὰ νόμον κρίνων. Inuenitur autē παρὰ μέλος alicubi redditum & aduerbio Inepte. itidémque aliis nonnullis nominibus iuncta præpositio παρὰ in hac significatione, redditur aduerbio, vnà cum nomine cui iungitur, vt παρ' ὥραν, intempestiuē: παρ' ἀξίαν, indignē. ‖ Παρὰ alicubi pro Præter, id est Vltra. vt παρ' ὀλίγους Demosth. Præter paucos, Paucis exceptis. Theophrasth. De caus. pl. l. 6, c. 1, εἴτε ἄλλος τοῦτο δεῖ παρὰ τούτους. Alicubi vel Vltra, vel Supra. vt παρὰ δύναμιν, Thucyd. lib. 1, Supra vires. Et παρ' ὃ δεῖ, Supra modum. Plut. θαυμαστὴ παρ' ὃ δεῖ λόγον, ἢ ἀνθρώπων, ἢ καταφρονηταί. Sunt verò qui παρὰ significare velint Supra in isto etiā Xen. loco vbi iungitur verbo διαφέρειν, in Œconomico, ῥᾳδίως γὰρ αὐτὴρ εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει τοῦ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι. Bud. quoque idem valere ait quod ὑπέρ. (Contrà autē sunt qui velint παρὰ significare Infra in hoc loco qui in epist. ad Heb. cap. 2, affertur ex Dauide, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους) ‖ Accipitur verò & pro Vltra significāte Trans. Pro cuius signif. exemplis affertur ex Homero, παρ' Ἡλίδα: ex Plut. in Camillo, παρὰ τὸν πόλεμον φυγῇ, ἐποιοῦντο πλὴν αἰᾶ χώρησιν. Et in Publicola, παρὰ τὸν Ἀνίλου πόλεμον χώραν ἀπένειμε.

Παρὰ, Propter. Ob. Antipho, ὑμανία δὴ πολὺ τοῦτο λέγω, ὡς ὑδὲν αὐ ἤλθομεν παρὰ τοῦτον. Idem παρ' ἕνα ἄνθρωπον, Propter vnum hominē. Et apud Demosth. παρὰ τί; Quāobrē. Vnde & in eadē periodo, παρὰ τοὺς συμβόλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας, à consulibus seu senatus principibus manare causam mali. Et Isocr. in Arch. παρὰ τοῦτον ἡγεῖσθαι πλὴν σωτηρίαν, Ab hoc manare salutē, vel Per hunc & propter hunc esse salutē. Quæ exēpla proferuntur latius à Budæo pag. 241, vbi & οὐ παρὰ τοῦτ' ὄφειν ex Isocr. pro Nō in his positum est rerū momentū, Non hæc ad rem magnopere pertinēt. Et ex Demosth. πολὺ γὰρ παρὰ τοῦτο (ὑχ ὁρᾶς) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τοῦτ' τὸ ῥῆμα ἀλλὰ μὴ τοῦτ' διελέχθην ἐγώ. vbi παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα vertes, In eo positæ sunt fortunæ Græciæ, sequēdo Ciceronē, vt videbis p. 128 mei Cic. lex. Ego certè hìc παρὰ τοῦτο existimo id posse sonare φ Gall. dicimus A cela pres. perinde videlicet acsi quis nostras ita loqueretur, *Mais pese ẓ que voire, que les affaires de la Grece se portēt biē, à cela pres.* vel, *les affaires vont bien, à cela pres.*

Dicam autem de hac signific & infrà. Cæterùm idem Budæus inter exempla significati huius præpositionis παρὰ, quo videlicet ponitur pro Propter, affert & quēdam Theophrasti locum: quem tamen aliter potius interpretandum puto, vt docebo in Παρὰ significante Pro & Prout. In v.l. ex Demosthene, παρ' οὐδὲν οὕτως ὡς τὰ πιαῦτα ποιεῖν ἀπολώλασιν, pro Non tam vlla alia de causa quàm &c. Nunc autem superioribus exemplis addam & alia Thuc.lib.1, καὶ ἕκαστος ὑ παρὰ πλὺ ἑαυτῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν, Propter suam negligentiam. Et in Axiocho qui vulgò Platoni adscribitur, σωφήσεις δ ὦ Ἀξίοχε παρὰ πλὺ ἀνέπισασαν ἀνέπλογίσως τῇ αὐαιαθησία αἰαθησιν. Aristot. Ethic. 3, cap. 6, in fine παρὰ τὴν θαλαπίαν loquens, οἱ δὲ ἀνέλπιδες εἰσὶ παρὰ πλὺ ἐμπειρίαν. Sic παρὰ τὰ χωρία apud Synes. Propter loca: ὅπ ᾗ παρὰ τὰ χωρία τὶ γίνεται τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ τυγχανέιν τι καὶ ἀπυγχανέιν ὁρμῆς τῦ θεοῦ. Hinc EST Παρ' ὁ pro Propter quod, Quoniam, Quocirca. Pro quo scribitur ETIAM Παρό. Arist. De mirab. auditionibus, οἱ ᾗ τὸν χαλκὸν ἐρυθρόντες, ὀξυδερκέσαι τοι γίνονται. παρὸ καὶ οἱ ἰαθροὶ τῷ ἀνθεῖ τῦ χαλκοῦ καὶ τῇ πέφρα τῇ Φρυγίᾳ χρῶνται τοῦς ὀφθαλμοῖς. Et cū infinitiuo. Synesi, ὁκέ ᾗ δεῖς συμμαχίαν παρακεκλῆᾳ. παρὸ ᾗ σεσῶσθαι τοῖς παρακαλεσαμένοις, quare & seruatos esse (Poni autem παρ' ὁ & Pro Contraquam seu Extraquam, docui paulo antè: docet verò & Bud. pag. 246) Sed animaduertendū est quod attinet ad hæc quæ addidi exempla significationis huius præpositionis παρὰ, qua videlicet ponitur pro Propter, seu Ob, in iis posse hāc præpositionem & aliter reddi, eodē alioqui manente sensu. Ac primùm quidē in illo Thucydidis loco pro παρὰ πλὺ ἑαυτῦ ἀμέλειαν possis dicere per ablatiuum, Sua negligentia, perinde acsi esset τῇ ἑαυτῦ ἀμελείᾳ. In illo autem Platonis (si modò Platonis est Axiochus) παρὰ πλὺ ἀνέπισασαν, reddi etiam potest Per imprudentiam, seu Per ignorantiam. necnon Ex ignorantia. itidémque παρ' ὁ in Synesii loco, Ex quo. (Sed & apud Dioscoridem lib. 1, in præf. ἔνια παρὰ πλὺ ἑαυτῶν ἰδιότητα ἐν χειμῶνι αἴθη τε καὶ φύλλα φέρει, non reddideris Propter suam proprietatē, sed Ex sua proprietate. vel Ex vi quadam sibi propria & peculiari. nisi quis malit Vi quadam &c. sine præpositione) At in Aristotelico illo παρὰ videtur posse sumi & pro Præ, cuius significationis exempla videbis infrà. Denique in eo quem ex Synesio protuli, παρὰ τὰ χωρία crediderim posse reddi vel Ex locorū differētia seu diuersitate, (de quo vsu præpositionis παρὰ dicam paulo póst) vel Ex vi locorū: sicut Bud. apud Philonē De mundo, παρ' οὐς vertit Eorum vi. Sunt autem & alii loci in quibus quum παρὰ possit accipi pro Propter, alia tamē orationis forma in interpretatione vti possumus. vt quod Plato dicit, ἀλλ' ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον ἕ ᾗ παρὰ τὸπο σωτηρίαν τε τῇ πόλει, καὶ πωὐαιπόν, aptè redditur, Omnium maximè in hoc ciuitatis salutem aut contrà damnum verti puto. Vel, Hinc maximè ciuitatis seu salus seu cōtrà damnū pendet. Hunc autem Herodiani locum lib. 6, παρὰ τῦτο δὲ ἀπολόμβοι παρ' ὅσον πλήθει ἐλάπποις διρέθησαν, Polit. vertit, Nullàque adeo re magis perierunt, quàm quoniam pauciores deprehensi.

Παρὰ, Præ. (quo vtuntur modo & præpos. πρὸς) Arist. Metaph. l. 1, ὅᾗ νήφων ἐφαίη παρ' εἰκῆ λέγοντας τοὺς πρέσπρον, is sobrius & prudens fuisse videtur præ illis antiquioribus. Sic apud Plat. De leg. l. 7, vbi loquens de Sauromatis scribit, παρὰ γυναῖκας ᾗ αὐταῖς ἄνδρες αὐ αἱ ἐκείνων γυναῖκες φανέῖεν, id est Præ aliarū gentiū mulieribus Sarmatarū mulieres viri videri possēt. (quæ Budæi interpretatio mihi lōgè probatur magis quàm eorū qui reddūt Apud ipsas mulieres, seu Inter ipsas mulieres) Dionys. Hal. Archæol. lib. 6, αἰήρ παρ' ὀνπναοῶ ὀδπηδέιος ζωῆς τυχέῖν τῆς ἡμῆς, vir præ quouis alio idoneus. Paul. ad Rom. c. 14, ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, æstimat diem præ die. de quo loco dicam & paulo póst. Reddit autē B. & Præut, apud Aristot. vt videbis pag. 246. (In isto quoque Platonis loco in Apol. & aliis similibus, ποσοῦτον τὸ κινδύνυ καπαφρόνησε πρὸς τὸ αἰσχρόν πύπομείναι, ὥςπ, &c. videri possit παρὰ aliquā huius præpositionis Præ significationem habere. sed quam tamen vt huic loco accommodes, mutanda quodammodo fuerit orationis forma: vt si (verbi gratia) ita dicas, Leue existimauit esse periculū præ turpitudine quam perferre oportuisset. At hæc interpretatio, Adeo periculum contempsit, ne turpe quippiam in se admitteret, nullo modo vim præpositionis παρὰ exprimit: quam ego contrà illo interpretatus modo, declarare mihi videor. Sic tamen vt fatear magis placere mihi reddere hìc παρὰ Potius quàm: quam significationem alioqui nouam visum iri scio, sed nullam certè præsenti loco aptiorem inuentum iri existimo, siquidem is ad verbum interpretandus sit) ¶Quod autē ad illum Plat. locum attinet, παρὰ γυναῖκας ᾗ αὐταῖς, &c. addit idē, παρὰ γυναῖκας αὐ φανέῖεν αἴδρες posse exponi παρ' ἀλλήλας ἐξεπαζόμβαι. vt apud eundem, ὅπηδεῖξαντες τοῖς ἀρχοισι ταῖς ὑμετέρας παρὰ ταῖς ἡμετέρας ᾠδαῖς, pro Vestra cantica cum nostris contendenda componendáque. Vt autē ibi dicit παρ' ἀλλήλας ἐξεπαζόμβαι, sic apud Synesium legitur ἐξεπαζέιν παρὰ, sequente itidem infinitiuo: epist. 104, καὶ πίνες αὐτὸ παρὰ ταῖς Αἰγυπίαις ἐξήπαζον σύριγγας. vbi παρὰ cogimur reddere Cū. nec enim aliud est ἐξήπαζον παρὰ ταῖς Αἰγυπίαις, quàm Comparabāt cum Ægyptiacis. Sic & apud Plat. in simili loquendi genere, De rep. lib. 1, λόγον παρὰ λόγον αὐπκαζαπίνειν. His omnino similem vsum habet παρὰ in isto prouerbio, πορφύρα παρὰ πορφύραν κρίνα. sonant enim hæc verba, Purpura diiudicari debet comparata cum purpura. Id est, Ad diiudicandam purpuram, comparanda est cum alia. Erasmus tamen vertit (eodem alioqui sensu) Purpura iuxta purpuram diiudicanda, seu ad purpuram. Idem in Annot. in epist. ad Rom. cap. 14, dicens παρὰ nonnunquā relationem habere, hæc prouerbialia verba profert. (Sic autem & apud Paulum παρὰ exponit Iuxta, vbi dicit, ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, addens hunc esse sensum, Hic quidem existimat aliquid interesse inter diem & diem. Sed longè magis mihi probatur altera illa interpretatio cuius suprà memini, Æstimat diem præ die. Quo sensu & Hieronymus, Iudicat diem plusquam diem) Sed comparationis significatio tribuitur alicubi huic præpositioni per se etiam positæ, id est nullum verbum adiunctū habenti. vt apud Aristidem, ὅπηδὲ δωκῦα αὐτὴ παρ' αὐπιό, Augescens ipsa sibimet comparata.

Παρὰ, Pro, Prout. Nam & hanc posteriorē particulam alicubi aptissimam esse existimo ad exprimendā vim præpositionis παρὰ. At priore illa redditur in hoc Philonis loco, De mundo, παρὰ δὲ τὰ μεγέθη τῦ ἀπορρηγνυμβίων θραυμάτων οἵπε ὄγκοι μείζοις αἱ πε καζαφοραὶ γίγνονται βιαιόπεραι, Pro fragmentorum magnitudine. Itē in hoc Aristotelis, qui est itidem in lib. De mundo, παρὰ τὰ τῦ δίαημάτων μέγεη. Possis autem (vt opinor) in illo Philonis loco παρὰ τὰ μεγέθη, reddere, Pro differentia magnitudinis, seu diuersitate, (si ita loqui licet) vel Prout maior minórve est magnitudo. Sic apud Theophr. Hist. pl. lib. 6, de rosis, τὸ δὲ ὅλον (ὡς πρὸ ἐλεχθη) ἡ ἀυσμία καὶ ἡ ὀῦχροια παρὰ τοὺς τόπους ὀῦ, Pro locorum differentia, Pro locorum discrimine. Vel, Prout talis vel talis est locus, ita &c. (Hìc enim dissentio à Budæi interpretatione, quam habes pag. 241) Itidē verò in illo Synesii loco quem paulo antè protuli παρὰ τὰ χωρία dixi mihi videri posse verti, Ex locorum differentia, seu diuersitate: vbi videlicet scribit, ὅπ καὶ παρὰ τὰ χωρία τὶ γίγνεται τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ τυγχανέιν τε καὶ ἀπυγχανέιν ὁρμῆς θεοῦ. Nec verò mihi refragari videtur Budæus, quum illa verba ita reddit, Neque in hoc illóque loco perinde mortalibus euenit vt Deo aut præsente aut aduerso vtantur. Idem hunc eiusdem Synesii locum, vbi similis vel potius idem est huius præpositionis vsus, ἀλλ' ὀδὴν ἀυπχία παρὰ τὸν καιρὸν ἀυπχεῖν, interpretatur, Refert autem quo quidque in loco feliciter cedat. Item, At verò locus ipse refert ad felicitatis cumulum. Hunc etiam Dioscoridis, πρὸ πάντων δὲ φρονπίζειν τῆς ἀπόθεσιν καὶ συλλογῆς ἑκάσου κῦ ζῷ οἰκείοις καιροῖς πρεσσήκει· παρὰ γὰρ δὴ πύπτις ἢ ἐνεργεῖ ἢ ἐξίπηλα γίνεται τὰ φάρμακα, interpretatur, Adeo enim in colligendis & reponendis tempus interest, vt inde vel strenuam vim vel

inertem accipiāt. Vbi existimo reddi etiam posse aptè, Ex horum enim differentia pendet vel efficacia &c. Nec alium esse huius præpos. vsum existimo in illo Diogenis apophthegmate quo dixit homines μαίνεσθαι (id est insanire) παρὰ δάκπυλον. adeo vt nullo modo Erasmi interpretationē probare possim, reddentis Præter digitum.

Παρὰ interdum adhibetur ad significandum interiectum temporis spatium, seu ad significādam temporis intermissionem, vt loquitur Bud. afferens ex Arist. παρὰ μῆνα πεύπον pro Tertio quoque mense. Sic παρὰ πππάρπιν ἡμέραν apud Polyb. Quarto quoque die. Sed & alia forma, videlicet παρ' ἡμέρας πένπε, & παρ' ἡμέρας ἑπτά, Quinto vel septimo quoque die. Idem ἡμέραν παρ' ἡμέραν reddit Alternis diebus, in isto Demosth. loco, ex oratione κῦ Νεαίρας inscripta, πλὺ μὲν ἀνθρωπον ἑλαθέσαν ἔᾗ, σωθῆναι δ' ἑκατέρῳ ἡμέραν παρ' ἡμέραν (vúltque sic accipi & apud Paulum, ad Rom. cap. 14, quum tamē aliter potius exponi debere docuerim antea, vbi de eiᵒ significatione differui qua ponitur pro Præ) Dicitur verò & παρ' ἡμέραν, seu παρὰ μίαν ἡμέραν, aut etiam παρὰ μίαν (subaudiendo ἡμέραν) pro Alternis diebus. Sic παρ' ἐνιαυτόν, alternis annis. Neque de tēpore tantùm (inquit) hoc modo loquēdi vtuntur, sed etiam aliis de rebus interiectis. vt πληγὴν παρὰ πληγὴν apud Aristoph. pro Alternas plagas incutiens. Et apud Lucianum, ἡ δὲ ὄρχησις ἐφήβων τε καὶ παρθένων παρ' ἕνα χρυσόντων. id est, Adolescentium virginúmque serie constat, per manus reste ducta alternantium. Sed hæc VERBA Παρ' ἕνα docet accipi aliquando & pro Vno minus, seu Vno dempto, & quidem cum à Luciano, tum à Plutarcho (sic παρὰ γράμμα affertur ex Epigr. pro Dempta litera) Antiphonti verò παρ' ἕνα ἀνθρωπον significare etiam Propter vnum hominem. Vide plura pag. 239, & 240, & 241. Item pag. 242, vbi habes ex Plutarcho ἐν παρ' ἓν ἡμέραν καὶ νύκπα ποιῶν, pro Diem vicissim atque noctem faciens.

Παρὰ alios præterea vsus habet, sed qui proponi soleant in ipsis loquendi generibus considerandi, nō indicando quam in his, quam in illis significationem habeat: vt certè vix indicari seorsum potest. Sunt tamen ex illis nōnulla in quibus significationem huius præpos. παρὰ ad aliquam ex præcedentibus reduci posse existimo. Verbi gratia, quum DICITVR Παρ' ὀλίγον, ITEM Παρὰ πολύ, quod illi est oppositum. quorum vtroque simul vtitur Plato in Apologia, ita scribens, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμαίζω ἑκατέρων τῦ ψήφων τὸν γεγενόζα ἀριθμόν. οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὔπω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ πολλῷ πολύ. νῦν ᾗ (ὡς ἔοικεν) εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τῦ ψήφων, ἀπεφεύγειν ἄν. Quē locū ita Bud. vertit, Multo verò ego magis sententiarum numerum in vtranque partem miror. Neque enim existimabam parum abfore quo minus damnātium atque absoluentium calculi adæquarent, sed multum vel plusculum abfuturum quin ego absoluerer. Nunc verò, vt video, si tres tātùm sententiæ in contrarium mutatæ fuissent, ego absolutus essem. Quibus subiungit, posse ita intelligi παρὰ πολὺ & in isto Gregor. loco, εἰ μὲν τῆς ἀξίας ἐγώ, σὺ τῶν χάρις. σὺ δὲ θαρρῶν τὸν τῶδε σοῦ λόγον ὀνεσησαιμην· εἰ ᾗ πόρρω καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, τί χρὴ παθεῖν, καὶ νήρα καὶ νόσῳ ᾗ τῷ σῷ πόφῳ πεπρυχωδῦσι; vt fit, inquit, Et tātulū ab eo quod speravimus, abfuimus. (quam tamen interpretationem loci Gregorii nullo probare modo possum, vt mox docebo) Dixerat verò antea, de hac præpositione agēs, Est autem huius præpositionis vsus multiplex apud præcipuos scriptores, & interdum penè contrarius, vt in παρὰ πολὺ, quod κῦ πολὺ significat apud Pausaniam & Thucydidem & Plutarchū: vt παρὰ πολὺ μὲν τῦ Θηβαίων χειρόων, παρὰ πολὺ δὲ τῦ Λακεδαιμονίων ἀμεινόνων φανέντων. Greg. παρὰ πολὺ τῆς πάξεως ἐλαπηκρδύης, valdeim mutato ordine. Interdum è cōtrario τὰ ἐπ' ἔλαπον significat, τῆς παρὰ ἐλάπωσιν δηλούσης, hoc est ἐκπὸς πλῦ, quasi minusculè: vt apud eundem, εἰ ᾗ πόρρω καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος &c. Id est, Sin longè à meritis tuis dicendo abfuimus, & minus quàm pro spe nostra successit oratio. Hæc ille, cui in eo non assentior quòd dicit παρὰ πολὺ significare nō solùm κῦ πολὺ, sed etiā πάνπω ἔλαπον, Minusculè, seu Tantulum, vt in illo Gregorii loco interpretatur, quum secundò mentionem eius facit. Existimo enim contrà, Tantulum respondere non τῷ παρὰ πολὺ, sed τῷ παρ' ὀλίγον. Imò etiam non esset consentanea cæteris Gregorii verbis hæc interpretatio. quomodo enim (vt cætera omittam) cum πόρρω hoc Tantulum conuenire posset? Denique de παρὰ πολὺ ita sentio, minimè duas contrarias significationes habere, vt ille putauit, sed vnicum significationis genus: at contrariam ei significationē habere παρ' ὀλίγον, quòd videlicet πολὺ & ὀλίγον soleant & aliàs opponi. παρὰ autem vtrobique eandem vim obtinere, & quidem quæ sit eiusdem generis cum vna ex illis de quibus suprà differui. exceptionem enim significare. sic tamen vt fatear, in omnibus exemplis non æquè euidentem hanc significationem esse, atque adeo in nonnullis du riusculam videri posse. nisi παρὰ πολὺ & παρ' ὀλίγον in alia verba resoluantur. Exēpli gratia, si ita loquar, παρ' ὀλίγον ἡπμώθη, significabit, Parum abfuit quin ignominia notatus sit. vbi exceptionis significatio obscura est. at si ita loquar, παρ' ὀλίγας ψήφοις ἡπμώθη, (vt dixit Demosthenes in Timocr. παρ' ὀλίγας ψήφοις ἡπμώσαπε) eui dens vel potius euidentissima est: ita videlicet interpretando, Paucis suffragiis exceptis infamia notatus est. Et q.d. Omnibus suffragiis præterquam paucis infamia notatus est. Denique si verbo Abesse vti libet, permittamus nobis, sicut παρ' ὀλίγον ἡπμώθη reddimus Parum abfuit quin ignominia notatus sit, ita παρ' ὀλίγας ψήφοις ἡπμώθη, reddere Paucis suffragiis abfuit ab eo vt ignominia notaretur. (vt dicitur Paucorum mē sium spatio abesse) Non dubiū est autem quin & ita loqui possit aliquis, οὐ παρ' ὀλίγας ψήφοις ἡπμώθη, ἀλλὰ παρὰ πολλάς, vel καπεδικάσθη, Non paucis sed multis suffragiis à damnatione abfuit. quod idem fuerit cum οὐ παρ' ὀλίγον ἀλλὰ παρὰ πολὺ καπεδικάσθη. Sed durius tamē meritò censeatur hìc παρὰ πολὺ quàm παρ' ὀλίγον. Sicut etiā minimè nouum videri potest παρ' ὀλίγον ἦλθε καπαδικασθῆναι, quod de παρὰ πολὺ ἦλθε καπαδικασθῆναι, haud itidem dici potest. At in illo Platonis loco eadem est τὸ παρ' ὀλίγον quæ τὸ παρὰ πολὺ ratio, eodémque modo resolui vtrunque potest. vt videlicet cēseamus, ὃ γὰρ ὦμμω ἔγωγε οὔπω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι [τὸν ἀριθμὸν τῦ ψήφων,] ἀλλὰ παρὰ πολύ, perinde esse ac si dixisset, οὐ γὰρ ὦμμω ἑκατέρας ταῖς ψήφοις ἱσαρίθμοις ἔσεσθαι παρ' ὀλίγας, ἀλλὰ παρὰ πολλάς. Hæc in præsentia habui quæ dicerem de vi præpositionis παρὰ cum ὀλίγον & cum πολύ. ex quibus etiā manifestū lectori fore puto, nō iniuria me à Bud. interpretatione in loco illo discessisse. Perpendat autē lector & quæ in παρὰ ποσοῦπο ac παρὰ μικρὸν de vi huius præpos. dixi, ac videat num malit quæ illic est, eādē & hìc esse. Iūgitur porro παρ' ὀλίγον interdū verbo ἐλθεῖν, (cuius generis loquendi mentionem paulo antè feci) dicitúrque παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀπθανεῖν pro Parum abfuit quin moreretur, Parum à morte abfuit. Sic παρ' ὀλίγον ἐλθὼν ὀκπισεῖν apud Plat. in epist. Cuius omnino formæ est ETIAM Παρ' ἐλάχιστον ἐλθεῖν. vt apud Plutar. in Pericle, παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάσσης τὸ κράτος Ἀθηναίους. vbi videri possit ad hunc Thucydidis locum respexisse, non solùm illud loquēdi genus, sed & cætera habentem verba, libro 8, pagina 286, πόλιν πρῶ σφίσιν ἱσαρχὴν Σάμον οὐκ ἀσενῆ, ἀλλ' ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅπε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι, quæ parum abfuit quin eriperet. Vel, Quæ propemodum eripuit. Nam vtroque modo interpretari possumus eodem sensu. Interdum sequente infinitiuo passiuo, vt apud Lucianum παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα καπενεχθῆναι. Nihil autem est aliud παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα καπενεχθῆναι quàm παρ' ὀλίγον καπενεχθεῖσα, sicut παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀπθανεῖν, nihil aliud quàm παρ' ὀλίγον ἀπέθανεν. ¶Sed est vbi παρ' ὀλίγον neutram harum interpretationum admittit, siquidem sequētia ad verbū interpretari velis, non autem orationis formam mutare. vt quū dicit Euripides, παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον. nam si reddas, Propemodum euitasti interitum, aut Parum abfuit quin vitaueris interitum, sensus planè fuerit con-

trarius: quum παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον, nihil aliud sit quàm παρ' ὀλίγον ἦλθες ὀλέσθαι, id est Propemodum interiisti, vel Parum abfuit quin interires. Sic autem & Thucydides ūsuit verbo διαφεύγειν, quod idem valet: scribens libro 8, pagina 258, ὀν τῆς χαλεπώτατα διῆγον. ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον, ἢ ἀπώλλυτο. vbi vertit Valla, Assiduè nanque exiguum intra spatium aut fugiebant, aut trucidabantur. Quæ ego ita reddi vt antea non probaui, quum illam eius interpretationem edidi, ita nec in præsentia probare queo, imò apertè mendosam esse dico. Sic tamen vt non omnino stem iis quæ in margine annotaui eregione illius loci, repetens videlicet παρ' ὀλίγον cum ἀπώλλυτο: sed planè existimē παρ' ὀλίγον traiectum esse, atque ad διέφευγον pertinere, perinde acsi dictum fuisset, ἀεὶ γὰρ ἢ διέφευγον παρ' ὀλίγον, ἢ ἀπώλλυτο. nihilque aliud significare διαφεύγειν παρ' ὀλίγον, quā quod dicit Euripides παρ' ὀλίγον ἀποφεύγειν ὄλεθρον. Est igitur hic sēsus, Aut parū aberāt à morte, extremum adeuntes vitæ periculum, aut etiam moriebantur. Quod Gallicè dixeris, *Qu ils demouroyent en la place, ou ils l'eschappoyent belle.* At verò is qui Gallicè reddidit, (quē Lascaris iuuisse fertur) ita vertit, *Pour bien petite occasion se sauuoyent, ou esfuyent deffaits.* Sed παρ' ὀλίγον accipiendo pro Leui occasione (id enim sonat *Pour bien petite occasion*) nec sensum idoneum haberemus, nec significationem daremus illis verbis, quam vllo posse confirmari exemplo putem. Sed quid tandem significabit hìc παρ' ὀλίγον διέφευγον, si ad verbum interpretari oporteat? aut saltē si verbi διέφευγον significatio exprimenda sit? Crediderim ita posse reddi, Euadebant quum alioqui parū à morte abfuissent. Et hæc quidem hactenus, quæ fortassis improbanda non fuerint dum alius meliora excogitarit. Cæterùm inuenitur etiam SCRIPTVM Παρολίγον, vna voce. Quod & de altero intelligendum est, quod huic oppositum esse dixi. nam alicubi LEGITVR Παραπλὺ coniunctim. Habetur certè vtraque scriptura & in v. l. Ibi enim affertur πολὺ χείρων, pro Multo deterior, seu Lōgè deterior: (sed & disiunctim πολὺ ex Dioscoride, cū comparatiuo itidem, πολὺ ἐλάττων) Et πολὺ δεινότατον ex Aristoph. Pluto, δεινότατον ἔργον πολὺ ἔργον ἀπάντων ἐργασόμεθα. Item cum genitiuo ex Philost. in Heroicis, pro Longè, id est Procul, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας τοῦτο φησὶν εἰρῆσθαι, Non procul à veritate.

Vt verò dicitur πολὺ seu πολὺ coniunctim pro Multo, ITIDEM Παρὰ τοσοῦτον SIVE πολὺ τοσοῦτον pro Tanto, seu Vsque adeo. Greg. οὐκ αἰσχυνόμεθα βασιλεῦ πολὺ τοσοῦτον ἡττώμενοι τοῦ Χριστιανοῦ; Non pudet nos tanto Christianis esse inferiores? vel Vsque adeo esse inferiores. Plut. in Cic. πολὺ τοσοῦτον τοῦ λόγου κρατηθέντας ὑπ' αὐτοῦ, vsque adeo dicendo ab eo victos se intelligebant. ¶Sed aliam etiam habet significationem πολὺ τοσοῦτον, obtinente videlicet præpositione πολὺ eūdem vsum quē & in Παρὰ μικρόν. quod quidē Παρὰ μικρὸν persuasum habeo respondere ad verbū nostro A *peu pres*, significāti itidē Propemodum. Eadem autem ratione πολὺ τοσοῦτον significabit A *cela pres.* (Sic & suprà πολὺ τοῦτο apud Dem. dixi mihi videri sonare, A *cela pres.* Quū enim ita loquimur *Ils estoyent les plus forts à cela pres*, significamus *Il ne s'en faloit que cela qu'ils ne fussent les plus forts.* Adiungitur autē & hic verbum ἐλθεῖν. Thuc. lib. 3, πολὺ τοσοῦτον μὴ ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδυνεύουσα, Tātulum abfuit quin Mitylene euerteretur, vt reddit Bud. Ego verò vt Gallicè ad verbum reddi posse existimo, *Elle uint à cela pres du danger*, vel *à tant pres du danger*, (aut alia constructione, *Elle uint en danger à cela pres*) sic Latinè ita potius verterim, Tam propè à periculo abfuit Mitylene. Est autem eodem vsus loquendi genere Thucydides l. 7, πολὺ ποθὲν μὴ αἱ Συρακουσαι ἦλθον κινδυνεύουσαι. Ideo autem hāc vim præpositioni πολὺ inesse hìc adducor vt credam, non solùm quòd πολὺ nonnunquam ἐγγύτατα declaret, sed & quòd ADVERB. Ἐγγύς, id est Propè, sic vsurpari videam. vt & tibi manifestum fiet exēplis quæ suo loco protuli, videlicet Tomi primi columna seu semipag. 886. quibus exemplis addere & hoc potes ex Synesio, ἡ δὲ ναῦς ἐγγὺς ἦλθεν ὅτι τρόμαν αἰαπεφάφθαι. Non ignoro interim, fore aliquos qui vnum idémque valere παρὰ non solùm in his ac nonnullis sequentibus formulis, sed & in superioribus illis παρ' ὀλίγον & παρὰ πολὺ, existimaturi sint: quibus ego non valde repugnabo, sic tamen vt facilius illa quā hìc tribuo præpositioni παρὰ significatio, accommodari posse videatur superioribus exemplis quàm superior illa istis. Sed hac de re non vacat pluribus disserere: ac certè ad sternendam aliis viam hæc possunt esse satis. Vsum igitur horum loquendi generum exemplis declarare contentus, pergam primùm de παρὰ τοσοῦτον agere. Affertur & hoc exemplum eiusdem constructionis, ex Gregorio Naz. μὴ παρὰ τοσοῦτον ἔλθοιμι τῆς ἰσότητος θείας pro Ne tantum absit quin accedamus ad æqualitatem diuinam. Vel, Ne minus accedamus ad æqualitatem diuinam. Alia autem forma dicitur ab Herodiano, παρὰ τοσοῦτον μικροῦ δεῖν Μακρῖνος οὐκ ἔφυγε τοὺς διώκοντας. quod Polit. vertit, Tantum igitur abfuit Macrinus quo minus persequutores effugeret. Bud. autē, Tantulum modò abfuit quin euaderet eos qui eum petebant. Hoc est, Penè euasit. (Obserua autem addi hìc negationem, quum Lucianus dixerit absque negatione, παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν, pro Tātum abfuit vt effugerit, seu πολὺ τοσοῦτον: nam & hoc modo scribitur) Ex Thucydide autem citatur, πολὺ τοσοῦτον αὐτοῖς μὴ οὐκ ἐπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις pro Parum abfuit quin incideret in Athenienses. Nisi potius reddi debet, Tantum abfuit: aut, Tantulum modò abfuit, vt in illo Herodiani loco. HVIC RESPONDET Παρ' ὅσον SEV Παρόσον, vt apud Greg. παρὰ τοσοῦτον ἐκάπρος οὐκ ἔχων τὰ πρόσω τῆς ὀδοῦ γῆς, παρ' ὅσον ὑπ' ἀλλήλων εἰς τὸ πρόσωπον ἐκωλύοντο, quū interim vterque à prima sorte terrenæ beatitatis tantū abesset, quantū vterque vtrique obstabat quominus primas partes ferret. Et in alio eiusdem loco, καὶ ὄμβροις καὶ βροχαῖς αἱέμων βαλαπωρούμενοι, παρὰ τοσοῦτον καὶ συμπαπυθόμενοι παρ' ὅσον καὶ φαύλην αὐτῶν βδελυττόμεθα, nihilque propius fit quàm vt à nobis pedibus conculcentur, nisi quatenus eorum contagionē formidamus. B. At verò apud Aristidem παρὰ τοσοῦτον οὐ πάσας ναῦς λαμβάνοισι παρ' ὅσας διέφθειραν redditur (vt antea docui) Omnes naues accipiunt præterquam quas destruxerunt. Apud Herodianum autem legitur παρ' ὅσον præcedente παρὰ τοῦτο, vt ostēdi suprà, quum agerem de παρὰ significante Propter. Cæterùm vt in posteriore illo Gregorii loco παρ' ὅσον reddi tur à Budæo Quatenus, ita & alibi reddi sciendum est, vbi illud παρὰ τοσοῦτον minimè præcedit, vt apud Lucianum, ἓν δὲ πλέον οἶδεν, παρ' ὅσον ἀσθενέστερος τυγχάνει. Sic & apud Plutarchum. Quinetiā pro Quoniā & Propterea quód. sicut & Quatēnus apud Latinos. qua de re cōsule Bud. pag. 245.

Legitur ETIAM Παρ' οὐδὲν ἦλθεν, vt παρ' ὀλίγον ἦλθεν, & παρὰ τοσοῦτον ἦλθεν: sed significatione eadem quā habet illud, non hoc. nisi quòd παρ' οὐδὲν ἦλθεν aliquid amplius significat quàm παρ' ὀλίγον ἦλθεν: ideóque redditur Nihil propius factum est quàm vt. Vide Bud. pag. 244, ex Æschine & Plutarcho. Habet autem & alium vsum παρ' οὐδὲν, de quo dixi in παρὰ significante Propter. Antequam autem ad tertium vsum huius παρ' οὐδὲν veniam, dicam ET DE Παρὰ μικρὸν SIVE Παραμικρὸν, quod & ipsum eidem verbo iungitur, ac potius synonymum est παρ' παρ' ὀλίγον, quàm præcedens illud παρ' οὐδέν. Isocr. παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν, Parum abfuit quin interierim. (sed scribitur & πολὺ μικρὸν coniunctim) Sic Chrys. De sacerd. παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀποθανεῖν, εἰ μὴ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ θεσσαλία ἔλυσε τὸ θεοῦ πολὺ ὀργήν. Et cum infinitiuo pass. apud Isocratē rursum, παρὰ μικρὸν ἦλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι, in Areopag. Iungit verò & verbo ἐδέησα, (quod obseruādum est) vt παρὰ μικρὸν ἐδέησα ἀποθανεῖν ἄκριτος, quod nihil aliud est quàm παρὰ μικρὸν ἦλθον. Sed vt dicitur παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν, vel ἐδέησα, sic etiā παρὰ μικρὸν ἀπέθανον, breuius: alioqui eadem significatione, quum hìc παρὰ μικρὸν, seu πολὺ μικρὸν sit illud cuius & antea mētionē feci, docens significare Propemodū, ac planè videri respondere Gallico A *peu pres.* Luc. καὶ παρὰ μικρὸν ὅλον εἶχέ με, Et me propemodum totum detinebat, vel Fermè totum. Vbi fortasse non æquè aptum locum habere possit illa per verbum ἐλθεῖν periphrasis. Significat verò πολὺ μικρὸν & Paulo: sicut πολὺ τοσοῦτον Tanto, vt apud Lucianum, οὐ πολὺ μικρὸν ἀπιστότερον, Haud paulo absurdius. (Alii tamen, Haud paulo minus absurdū) Et ex Aristide, οὐ πολὺ μικρὸν ἐνίκων, pro Haud paulo superiores erant, Multo superiores erant. At Budæus, πολὺ μικρὸν exponit Perpaulo, in isto Plutarchi loco in Demetrio, ὧν ἐκεῖνος οὐ πολὺ μικρὸν ἐνόμιζεν ἑαυτὸν εἶναι βελτίονα, Non perpaulo meliorem, sed planè meliorem. In quodam verò Isocr. loco οὐ πολὺ μικρὸν ἐποίησαν, reddit, Non perparum profecerunt, dicēs πολὺ μικρὸν, esse minus quàm μικρόν. Vide pag 245. Sciendum est porro in multis huiusmodi locis inueniri coniunctim scriptum: quæ scriptura mihi non displicet, at verò quum additur ἦλθον, seu ἐδέησα, tum malim disiunctim scribere.

Alius est autem præpositionis πολὺ vsus, quū dicūt παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι, vel παρ' οὐδὲν πίθεσθαι seu ποιεῖσθαι, &c. itidémque πολὺ μικρὸν ἡγεῖσθαι, & πολὺ φαῦλον. quæ significant Pro nihilo ducere, Nihili æstimare, Floccipendere, Parum esse ducere. Quæ postrema Budæi interpretatio pro me facit, existimante πολὺ in huiusmodi locis otiosum esse. nam Parum esse ducere, non est aliud quàm μικρὸν ἡγεῖσθαι. Scribit alioqui Bud. πολὺ μικρὸν esse minus quàm μικρὸν, &c. perinde acsi dicamus πάνυ μικρόν. Vt autem ad exempla veniam, PRIMVM EST Παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι, VEL Παρ' οὐδὲν πίθεσθαι, SEV Παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι. ITEM Παρ' οὐδὲν εἶναι. Demosth. Παρ' οὐδὲν ἡγούμενος παῖ ἡμετέρας σωτηρίας. At pro παρ' οὐδὲν πίθεσθαι, dicitur & παρ' οὐδὲν πθέναι, quod affertur ex Euripide. Plutar. παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι dixit. Sophocl. autē παρ' οὐδὲν ὄτι τοῦτο, pro Floccipenduntur hæc, vt docet Budæus pag. 244. Dixit autem Sophocl. παρ' οὐδὲν τὸ βίου κίθεσθαι, pro οὐδὲν τὸ βίς κίθεσθαι, (manifestè vacante præpositione) Nullam vitæ rationem habere. SECVNDVM, Παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι &c. Isocr. χρὴ δὲ οὐ παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι. TERTIVM, Παρὰ φαῦλον ἡγεῖσθαι, vel ποιεῖσθαι, &c. Synesius Theophilo, ἢν οὐ πολὺ φαῦλον ἀλλ' αὐτὸ παντὸς ἐπιεῖτο πιθῆναι. id est (inquit Budæus) Quam hoc credere & persuaderi, non leuiter cupiebat, & magnopere cōducere rebus suis existimabat. vel, Magno emptum voluisset. Sed dixerim, vt ille πολὺ μικρὸν ἡγεῖσθαι vertit Parum esse ducere, ita hìc πολὺ φαῦλον ποιεῖσθαι (quum ποιεῖσθαι & ἡγεῖσθαι in his loquendi generibus idem valeant) posse reddi, Vile esse ducere. Legitur autem ET Παρὰ φαῦλον in v. l. quod non placet, in huiusmodi præsertim loco.

ΠΑΣ, αντος, ὁ, (Fœm. Πᾶσα. Neutrum, Παῦ) Omnis. Theognis, Παῖς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδαμασμένος ἤτε πεῖν Οὔτ' ἔρξαι δύναται. Omnis enim homo paupertate domitus, seu pressus. (vel Quicūque paupertate premitur) Aristoph. πᾶς ἀνὴρ σιώπα. Idem, σίγα πᾶς. Et, χώρει πᾶς. Luc. in vit. auct. ἄγε δὴ θεόσπεχε πᾶς, vbi θεόσπεχε πᾶς ponitur pro θεοσέχετε πάντες. quod & de illis Aristoph. locis intelligendum est. In v. l. ex Plat. affertur πᾶς ἀνὴρ pro ἕκαστος, id est Quisque, seu Vnusquisque: (quum alioqui & ἕκαστος interdū addi annotet Budæus. pro illa significatione, videlicet pro Vnusquisque.) In plurali, πάντες & πᾶσαι, apud Homerum in vno eodémq; loco, atque adeo versu, Il. θ, in principio, Κέκλυτέ μευ πάντες θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι. Demosthenes autem exordiens suā θεῖ στεφανοῦν orationem, quum dixisset tantùm θεοῖς, & quidem cum articulo masculino πᾶσι, subiunxit πᾶσι καὶ πάσαις. ¶Bud. παντὸς ὅστι ab Aristotele Ethic. 6 poni tradit pro ἕκαστος ὅστι. (Cuius loco addi potest hic Demosth. Olynth. 1, τὸ μὲν σῶν ὅλῃ πρᾶξαι φήσαιμι τις αὐ ῥᾴδιον καὶ παντὸς ἔστι), Esse cuiuslibet, Esse cuiusuis. Sic & Aristotel. rursus in alio loco, Ethicorum 2, τὸ μὲν ὀργισθῆναι παντὸς καὶ ῥᾴδιον) Inuenitur tamen apud eundem Aristotelem παντὶ sequente etiam τῷ τυχόντι, in libro De mundo, οὐδὲ αὐθωπῶν ἡγεμόσιν ἐρμοῦσθαι παντὶ καὶ τῷ τυχόντι ἐφίεσθαι τοῦ ἔργου. Cæterùm πάντα seu πάντας in aliis etiam loquendi generibus reddemus aptè Quemuis, & Quosuis. vt apud Demosth. Pro cor. ὧν πάντας μᾶλλον αἱπίνος βύρνοσης ἢ ἐμέ, Quosuis potius quàm me. Aut etiā per singul. numerū, Quemuis potius quàm me. Idem in Midiam, πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο λεκτέον, Omnia potius quàm hæc. pro Quiduis potius quàm hoc. Sic Plato Polit. 1, καὶ πάντα μᾶλλον ποιήσης ἢ ἀποκρίνοιο. At verò in hoc eiusdem loco in Cratylo, τοῦτο πίθοιμι παντὸς μᾶλλον λέγειν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, significat παντὸς μᾶλλον, Potius quàm quiduis. Id est, Potius quàm aliud quicquam. Bud. autem ait παντὸς μᾶλλον à Platone accipi pro Ante omnia, Nihil magis, in 4 De leg. pag. 138. Eundē παντὸς μᾶλλον pro Omnino sæpe dicere testatur: & affert ex eo, ἔστι γὰρ, ἔφη, ὦ Κέβης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, παντὸς μᾶλλον οὕτω. Sic autem & in Phædro pag. 266, eum vti scribit. Addit & ex Luciano, παντὸς γὰρ μᾶλλον αἰδοῖόν τι φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον. In v. l. ex eo pro Omnium maximè, Vt nihil suprà. ¶Τοῦ παντὸς τιμᾶσθαι idē B. accipi tradit pro Magnifacere, seu Plurimi æstimare: vt apud Synesium, ἃ τῷ αὐ εἰρῆσθαι καὶ παρ' ἐμοῦ, τοῦ παντὸς ἐτιμησάμην. (Obserua autem hìc obiter, articulum præfixum: qui & in quibusdam aliis loquendi generibus adhibetur. vt τῷ παντὶ κρεῖττόν μοι δοκεῖ, Xenoph. Hell. 6. Adhibetur verò & aliis, vt infrà docebo) Et τοῦ παντὸς ποιεῖσθαι, itidem pro Maximi facere, apud Thucydidem lib. 2. Rursum verò Syneſ. dixit etiam αὐτὸ παντὸς ἀποδασέον, ita scribens, ταύτῃ τοῦτο πρωτεῖον ὑμῖν τὸ ἑρμαῖον, καὶ αὐτὸ παντὸς ἀποδασέον. quæ verba ita Bud. reddit, In primis colendus est tibi & ante omnia ille amicus à me vobis conciliatus. Forsitan autem αὐτὸ παντὸς aliquis reddere malit Omnium loco. Dicunt præterea ἄξιος τοῦ παντὸς, quod posse reddi existimo Quātiuis pretii. Luc. de Hist. scrib. ἐπὶ πολλοῦ αὐ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἴσῳ ἄξιον. Et μέχρι παντὸς, ex Plut. vt Gall. *Iusques à tout.* Ἐκ παντὸς autem, sub. τόπου, & Διὰ παντὸς, sub. χρόνου, vide in Τρόπος & Χρόνος. At verò de ὅλος καὶ πᾶς εἰμὶ ὁδὸς τόπῳ, siue πότῳ, dicā in Πᾶς significante Totū. ¶Vt autem alia loquendi genera omittam quibus singularis numerus huius nominis adhibetur, & ad pluralem veniam, sciendū est dici πάντα ποιεῖν seu πράττειν, id est Omnia facere pro Omnia experiri, Omnia tentare, Nil intentatum relinquere. (Bud. autem exponit etiam Maximè contendere, sed hoc minus significanter dici videtur) Demosth. pag. 215, ὥστε πάντα ποιοῦντος πόνου καὶ ἀγῶνα ἄλλων ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐκ ἐπείσθη ὁ δῆμος. Sic apud Xenoph. πάντα ποιεῖν, & quidem sequente vel ὅπως, vel ὥστε. scribit enim Hellen. 7, πάντα ἐποίει ὅπως εἰ δύναιτο ἐπαγάγοι τοὺς πολιορκουμένους. At lib. 6, πάντα ποιήσαιεν αὐ ὥστε σύμμαχοι ἡμῖν γενέσθαι. (Pindarus autē πᾶν ἔρδειν hac significatione dixit, scribens, χρὴ δ' πᾶν ἔρδειν τ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν, perinde acsi dixisset πᾶν ἔρδειν ὥστε ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν) In hoc autē eiusdē Xen. loco, Pæd. 7, καὶ πάντα πειρωμένοις ποιεῖν, ὅ, τι ὅστις αὐτῷ χαριεῖται, simpliciter accipitur πάντα & in signif. propria (vbi animaduertendum etiam est, plurali πάντα subiungi singularē ὅ, τι. quod tamen & in aliis eiusdem scriptoris locis obseruare me memini) Sed nec τὰ πάντα πράττειν apud Thucyd. adiecto articulo, simile est illi superiori πάντα ποιεῖν seu πάντα πράττειν: lib. 1, ὃς τὰ πάντα ἔπραξε τοῦ τῆς Αἰγύπτου. hìc enim τὰ πάντα ἔπραξε significat Autor fuerat omniū quæ gesta erāt. ¶Dicūt præterea Græci, & quidem ille ipse Thucyd. quempiam πάντα εἶναι apud aliquos, pro Tātam esse eius existimationem apud eos, tantùmque illum autoritate valere, ac tantum posse, vt cætera omnia præ illo nihili faciant, nullóque in pretio habeant. aut etiam, vt in eo spem omnem collocent. Sic vsus & Demosth. in orat. Pro cor. necnon contra Aristocratē, p. 276, ἐβοηθεῖτο ὁ αὐτοῦ, καὶ πάντα ἦν Ἀλέξανδρος. vbi tamen Bud. vertit Omnium voce celebrabatur Alexander. sed ab eo in hac interpretatione prorsus dissentio. Affertur certè ex Varrone apud Nonium pro πάντα ἦν dictum ad verbum Omnia erat: sed mihi sensum dissimilē Latina hæc vocabula habere videntur eo in loco. At Gallicè dicimus ea significatione *C'estoit leur tout.* (Polybius singulari numero dixit τὸ πᾶν, idem exprimere volens, sed præfigens ὅλον. Legitur enim apud eum lib. 5, αἱ τε κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις ὑπὸ ψηφίσμασι καὶ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ὅλῃ βεβαρημένῃ ἐμνημόνευον τοῦ βασιλέως, τὸ δὲ ὅλον αὐτοῖς ἦν καὶ τὸ

πᾶν Ἀπελλῆς) Sed hoc sciendum est, paulo aliter dixisse Thucydidem libr. 8, Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς, ἀποκεκλεισμένης τῆς Ἀττικῆς, πάντα ἦν. videlicet pro Omne eorũ subsidium in Eubœa positum erat, vel Omne eorum præsidium erat Eubœa. Aut, Suum omne præsidium ab Eubœa sperabant. Vel, omnes eorum spes in Eubœa repositæ erant. Eo que differt à superioribus illis hic locus, quòd hîc πάντα ad existimationem quoque & autoritatẽ minimè referatur. At hic Isocr. locus in Epist. ad Phil. ἡγοῦμαι δεῖν πρὸς μὲν τοὺς πέκρας τῆς πόλεως κατηγορεῖν τοὺς ἐκείνου αὐτοπάθειν τοὺς πάντα χαλεπώτης εἶναι λέγοντας, quanuis in v. l. afferatur velut cum superioribus illis cõueniens, nihil commune cum illis habere videtur: quum planè aliud sit dicere πάντα δεῖ χαλεπῶς, quàm πάντα δεῖν αὖτη.

¶ Vtuntur porro & hoc nomine πάντα aduerbialiter pro πάντως, (id est Omnino) vt quidem censet Bud. afferens ex Athenæo, pag. 139, Ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀείειν καὶ μουσικοπάτου βασιλέως Ἀδριανοῦ. Et ex Gregorio, ἡ θεία ψυχὴ καὶ πάντ' ἐμοὶ σεβασμία. Quibus addo ex Iuliano, in quadã ad Maximũ epistola, δυσχρηστήσαντες τοῖς πάντ' ἀγαθοῖς θεοῖς. Quum autem his ex locis cognoscamus πάντα iungi non positiuo solùm, sed & superlatiuo, nõ possum assentiri iis qui positiuum cum hoc nomine πάντα iunctum, resoluunt in superlatiuum: verbi gratia illud πάντα σεβασμία exponẽtes σεβασμωτάτη, & πάντ' ἀγαθοῖς, itidẽ ἀγαθωτάτοις. (quãuis alioqui nõ me lateat ipsũ quoq; B. πάντ' ἀγαθοῖς reddidisse Optimis) Si enim hîc nihil aliud valere πάντα dicamus, quid de eo cẽsendũ nobis erit vbi superlatiuo iungitur: vt in illo πάντ' ἀείειν βασιλέως Ἀδριανοῦ apud Athenæum, & πάντ' ἀρίστου βασιλέως Μάρκου apud eundem? Hinc fit vt πάντα exponere malim Modis omnibus. Cæterùm πάντα plerisque in locis occurrit vbi minimè necesse fuerit dicere aduerbialiter poni, sed potius regi à præpositione κατ' subaudita (sicut & cum aliis plurimis accusatiuis subaudiri eam solere, satis notum est) Homer. Od. μ, Οὐκ ἄρα πάντα νοήμονες οὐδὲ δίκαιοι Ἦσαν Φαιήκων ἠνὲ πορεῖς. Sic apud Herodianum, πλασάμενοι εἰκόνα πάντα ὁμοίαν τοῦ τελευτηκότος. Et apud Synesium, οὐ πάντα ἡμᾶς ὁ δαίμων λυπεῖ, pro ὑ κατ' πάντα λυπεῖ, Non per omnia nobis molesta est fortuna. Vel, Non in omnibus. Aut etiam, Non omni ex parte. Possis autem fortassis & illud Modis omnibus hîc vsurpare. Vicissim autem quod de his locis dicitur, idem & de superioribus illis pronuntiari posse videtur, nimirum in illis quoque subaudiendam esse præpositionem κατ', atque ita non fuerit πάντα pro πάντως positum. (Ipsam autem præpositionem κατ' cum πάντα habes in isto Platonis loco in Timæo, τοῦ δὲ τοῦ κοσμοῦ καλλίσου ὄντος κατ' πάντα τελέου. quæ Cic. vertit, Quod enim pulcherrimũ in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutissimũ est) ¶ At verò in isto Platonis loco, qui in Apol. habetur, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ πάνυ μέλει οὐδ' ὁποσοῦν, τὸ δὲ μηδὲν ἄδικον μηδ' αἰσχρὸν ἐργάζεσθαι, πάνυ δὲ τὸ παῦ μέλει, necesse est (meo quidẽ iudicio) vt τὸ παῦ pro πάντως seu παντάπασι accipiamus. In hoc itidem Xenoph. loco v. l. τὸ παῦ exponunt Omnino, Prorsus, Pæd. 1, τὸ παῦ διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ τοῦ θυμία ἀθυμίας. Sed & κατ' παῦ pro Omnino ex Galeno ad Glauc. lib. 1, ἢν τε τοῦ θρόμβου κίνησις ἐν τῷδε κατ' παῦ ἐξομοιῶται τῇ τοῦ ὑγραινόντων. Necnon ὅλῃ παντὶ ex Aphth. pro Omnino, seu Penitus. Præterea ἐν παντὶ sequẽte genitiuo resoluitur ibidem in illud aduerbiũ, videlicet ἐν παντὶ τῆς ἀθυμίας ἦσαν, apud Thucyd. Prorsus exanimati erant. Additur verò & εἰς παῦ μοχθηρίας, ex Demosth. In plur. quoque εἰς πάντα pro Omnino, ex Plat. De leg. εἰς πάντα ἄκοντες pro Omnino nolentes. Ibidem & ὅλῃ τὸ παῦ pro In vniuersum. sed hoc genus loquendi ad alteram nominis πᾶς significationem referri debet, (qua videlicet ponitur pro Totus, seu Vniuersus) sicut & præcedentia malit forsitan aliquis eò referre. Habet certè τὸ παῦ & alias signif. quas illuc reiicio. Sed hîc addendũ est τὸ παῦ quod ibidem ex Luc. affertur pro Perpetuò, καὶ ἐν καπνῷ τὸ παῦ βιοῦται, de Vulcano.

Πάντες seu πάντα frequenter subiungitur nominibus numeralibus, & quidem ab ipso etiam Homero. vt Od. χ, Τάων δώδεκα πᾶσαι ἀναιδείης ἐπέβησ. Et Od. τ, πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων. Et Od. ω, Μῶσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεθα ὀπὶ καλῇ. Et Il. η, Ὡς νείκεσ' ὁ γέρων. οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν. Quibus in locis abundare nomen illud dicere possumus: sicut Eustath. in hunc qui extat apud eundem poetam Il. σ, — πεζοὶ δὲ δεύεσκον πάντας ἔπυχον, annotat, ἰστέον ὅτι καὶ ἐν τῷ δεύεσκον, πάντας πλεονάζει σωματικῶς τῷ ποιητῇ τὸ πάντας. Videri alioqui posset hoc nomen aliquibus in locis nõ vacare: verbi gratia, interpretando hîc Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, Toutes les neuf Muses. In cæteris autem accipiendo nomen illud ea in signific. qua dicimus En tout: quũ ita loquimur, Il y en a huict en tout: vel, neuf en tout, vel, dix en tout &c. Sed hoc de istis potius locis Thucydidis dicere possumus: (à quo articulum ad di obseruandum etiam est) lib. 2, καὶ μείνας πεντήκοντα καὶ πᾶσας ἡμέρας. Et lib. 1, πέμποντες ἑξακοσίους καὶ χιλίους τοὺς πάντας ὁπλίτας. Et lib. 8, διακοσίους μόνους τοὺς πάντας τοῦ δυναστοῦ ἀπέκτεινε. Quæ tamen significatio hoc in loco est euidentior, lib. 3, ὥστε αἱ πᾶσαι ἅμα ἐγίγνοντο ἐν ἑκατὸν διακόσαι καὶ πεντήκοντα. (Libro autem 2, alio genere loquendi dixit, ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν πεντακοσίων νεῶν ἐστόλων) Alicubi verò interiicit particulam ἐς, significantem Ad, id est Circiter: vt lib. 1, καὶ διέφθειραν τοὺς πάντας ἐς διακοσίους. At verò in hoc Platonis loco epist. 6, τοῦτο τοῦ δὴ τολμῶν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρὴ, suspicor, πάντας τρεῖς ὄντας, id sonare quod vulgò dicimus Tous trois. Ita enim hîc loqueremur, Il faut que nous lisiez ceste epistre tous trois.

Πᾶς aliquam vocem interdum annexam habet, vt quum dicitur πᾶς τις, seu πᾶς ὅστις, & παντί τῳ. item πᾶν ὅσον, necnon, πᾶς ἕκαστος. Sonat A V T E M Πᾶς τις, Vnusquisque, aut Quilibet. Thucyd. ἐστίν οὐδὲν κόσμῳ ἐπ, ἀλλὰ πᾶς τέ τις διαβοῦσι τοῦ θυλάκου. Idem lib. 6, εἰκὸς ἦν πάντα τινὰ τοῦ θαρσεῖν ἀφόβιον. Et lib. 2, καὶ τοῦ λειπομένων πάντα τινὰ εἰκὸς ἐθέλειν &c. Herodot. καὶ ἅμα ἔκτεινον πάντα τινὰ τοῦ μάγον τὸν ἐν τῷ γυμνῷ. vnũquenque obuium magorum interemerunt. Sed apud Thuc. habes πᾶς τις sequente etiam αὐτὸς ἕκαστος, libr. 7, πᾶς τέ τις ἐν ᾧ τρόπῳ ἔκαστος, αὐτὸς ἕκαστος, ἡ πεῖρα τρόπος φαίνεσθαι. Aristot. Polit. 7, δῆλον γὰρ ὅτι τοῦ αὐταρκεστάτου χώραν πᾶς τις αὐ ἐπαινέσειε. Sed quum πᾶς per se etiã significare possit Vnusquisque, non dubium est quin τις hîc abundet. ¶ A T πᾶς ὅστις est Quiuis, & Quicunque, cum verbo iunctum, inquit Bud. afferens N E V T R V M Παῦ ὅ, τι ex Gregorio, ὑβρίζε, ἀπείλει, πίει παῦ ὅ, τι αὖ ἢ βουλόμενος ὦσι, Fac quid libet, vel Facito quodcunque libuerit. (Et cum particula τοῦ, apud Platonem, παῦ ὅ, τι τοῦ μέλλει αἰσχρὸν εἶ).) Sed alicubi verbum nõ sequitur: vt apud Gregor. παρέστω μοι πατὴρ, ἀδελφοὶ, γυνὴ, τέκνα, παῦ ὅ, τι μοι τίμιον. Item καὶ δωροφορεῖ παρ' ἑαυτῆς παῦ ὅ, τι κάλλιστον. Possumus tamen dicere sequi verbũ, sed subauditum, videlicet ὄφι. Sic autem dicitur πᾶς ὅστις, vt ἡ δεῖς ὅστις: in plurali autẽ pro πάντες οἵτινες potius πάντες ὅσοι dicunt, cuius exemplum habebis paulo póst. In v. l. παῦ ὁποῖοῦ pro Quiduis. Item παῦ ὅ, τι ἄλλο, pro Quicquid aliud. (Sed & παῦ εἴτε ex Aphth. παῦ εἴτε κρατῆ pro Quicquid excellit) In datiuo autem D I C V N T παντὶ τῷ pro παντί τινι, Vnicuique, vel Cuilibet, seu Cuiuis. vt apud Philonem legitur ἔπι πίνων παντὶ τῷ δῆλον ὅτι &c. Pro quo Herodotus dixit I O N I C E Παντὶ τῷ in Polymnia, δῆλον δὲ ἐποίδυν παντὶ τῷ ὅ, τι &c. ¶ Παῦ ὅσον, Quod cunque, Quicquid, & παῦ τὸ ὅσα, Quæcunque. Plato in Timæo, παῦ ὅσον ἰῶ ὁρατὸν τοῦ θεραπευθέν. quæ Cic. vertit, Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assũpsit. Demosth. πάντα μὲν ὅσα ὄφι τὸ ὀνείδη φθυκτέον, μάλιστα δὲ τοῦτο. vbi obserua articulum addi. Et πάντες ὅσοι, Quicunque, vel Vnusquisque, inquit Bud. afferens ex Aristot. Metaph. lib. 2, οἱ μὲν οὖν τοῦ Ἡσίοδον, καὶ πάντες ὅσοι θεολόγοι, τοῦ μόνου ἐφρόντισαν πιθανοῦ τοῦ πρὸς αὐτοὺς, ἡμῶν δ' ὠλιγώρησαν. Pro Omnes quotquotsunt theologi, (inquit) vel simpliciter Quotquot sunt. Aut, Vnusquisque theologorum. Et addit dici pro πάντες οἵτινες, quod in vsu non sit, licet vsitatum sit πᾶς ὅστις. ¶ Πᾶς ἕκαστος itidem pro Vnusquisque, inquit idem, afferens ex Galeno, Therap. lib. 9, διοικοῦσι τὸ ζῶον δυνάμεις τρεῖς ἀλλήλων ἑτεροῤῥυεῖς. ὥσπερ ὁ πηγῆς τινος ἰδίας ἑκάστῳ παντὶ τοῦ

σώματι διαγεμόμεναι. (sed hîc ἑκάστῳ vix crediderim cum παντὶ iungi, præsertim quum sequatur articulus post παντί) Item καὶ πάντ' ἕκαστα ἐπεξῆλθον, ex Basilio. & πάντ' ἕκαστα μανθάνειν τοῦ σοῦ, ex eodem.

Πᾶν habet & alteram significationem nominis Omnis, videlicet in qua ponitur pro Totus, Vniuersus. Homerus Iliad. ο, — πᾶς δὲ [ὁ λόφος] χαμάζε Κάππεσεν ἐν κονίῃσι, νέον φοίνικι φαεινός. Sic apud eundem Iliad. β, Πᾶσαν δ' ὤιγνυτο πύλας exponitur ὅλας, id est totas. Soph. Aiace, λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ. Thucyd. libro 6, παντοῖοι τοῦ θραπύματι. Ibidem, ἔχεται καὶ ἡ πᾶσα Σικελία. vbi animaduerte non postpositum sed præpositum esse articulum. sicut alibi, videlicet libro 2, τὸν πάντα ἀεὶ μὸν dicit. Gregor. πόθεν ἥλιος πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ φρυκτωρεῖ. Luciã. πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ὑποδέξαιτο δύναιτο τοὺς αὐτοῦ γονεῖς. (At in hoc eiusdẽ loco, καίτοι πᾶσα ἡ κάμηλος ἀλυργίδι ἐπέρωτο, Bud. πᾶσα ἐπέρωτο ἀλουργίδι, vertit, Prorsus instrata erat purpura) Vsurpatur præterea παῦ cum πωλαιτίον, dicitúrque παῦ πωλαιτίον, quod Latinè quidem ad verbum reddi nequeat Totũ cõtrariũ, at Gallicè aptissimè, Tout le contraire, vel, Tout au contraire. nam παῦ πωλαιτίον, seu πωλαιτίον παῦ, quũ vtraque vox nominis locũ obtinet, sonat, Tout le contraire (cuius exemplum habes ex Platone in Ἐναντίον, Tomi primi semipagina 464) at πωλαιτίον παῦ aduerbialiter dictum, respondet ei quod dicimus Tout au contraire. Atque vt Latinè dicitur aliquis Totus esse aliqua in re, pro Totam animi contentionem adhibere ad rem aliquam, seu Omni studio in rẽ aliquam incumbere, sic à Polybio dicitur aliquis πᾶς εἰ τοῦ τι vel τοῦ τινι, sed præfigendo nomen ὅλος. ita enim ille, τοῦ τὸ βαβαιάλλεσθαι καὶ διακινδυνεύειν ὅλος καὶ πᾶς ἰῶ. Item, τοῦ ὃ πᾶς ὅτι τὸν Πτολεμαῖοι τοῦ σκεδυᾶς ὅλος καὶ πᾶς ἰῶ. Suidas quoque in ὅλος καὶ πᾶς, affert hæc exempla (tacens autoris nomen) ἰῶ δὲ ὅλος καὶ πᾶς τοῦ τὸ πολεμῶν. Item τοῦ τὸ βαβαιάλλεσθαι καὶ διακινδυνεύειν ὅλος καὶ πᾶς ἰῶ. Sed affert & aliud exemplum in quo additur datiuus διανοία, & ponitur præpositio τοῦ. Ita enim ibi legitur, ὅλος καὶ πᾶς ἰῶ τῇ διανοίᾳ τοῦ πᾶς ὀνεῶν πᾶς κινδύνου. cui loco non satis aptam (meo quidem iudicio) expositionem subiungit, videlicet πάσῃ δυνάμει. ¶ Neutrũ autem παῦ, vel potius τὸ παῦ, q. d. Gallicè Le total, vel La totalité, Latinè summã rerum: apud Thucydidem, libro 1 pagina 24, δηλῶσαι δὴ τοῦ τὸ παντὸς ὡς ὑ τοχέως αὐτοῖς βουλευτέον εἴη, ἀλλ' ἐν πλέονι σκεπτέον. Quomodo loquitur & alibi. Apud Herodotum legitur quoque τὸ παῦ τοῦ πολέμου, quod exponitur Totum belli momentum. At verò apud Aristotelem De mundo, ὡς δὲ τὸ παῦ εἰπεῖν, Vt autem in vniuersum dicam. Vel, Vt semel omnia complectar. ¶ A philosophis autem τὸ παῦ vocatur quam Cicero Latinè dicit vniuersitatem. nam hæc Platonis in Timæo verba, τὸν μὲν οὖν πατέρα καὶ ποιητὴν τόδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν, interpretatur, Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & quum iam inueneris, indicare in vulgus nefas. Idem alibi τὸ παῦ non solùm vniuersitatem, sed & vniuersam naturam, item Totũ & omnia, necnon Mundum vertit. Nam hæc eiusdẽ Platonis in eodem libro verba, ξυνήσας δὲ τὸ παῦ, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, &c. vertit, Toto igitur omni (vel potius omnino) constituto sideribus parem numerum distribuit animorum &c. (Statim pòst autem ad priorem illam interpretationem redit, vtens vniuersitatis nomine. nam pro his verbis καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα τοῦ τὸ παντὸς φύσιν ἔδειξε, ibi legitur, Atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit. Vbi tamen reponendum puto vniuersitatem, nisi diuersam à nostra lectionem sequutus est apud Platonem Cicero) Dixerat autem paulo antè, Temperationem superiorem, in qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat, pro his verbis, ὅτι τὸν τοῦ θεοῦ κρατῆρα, ὃν ᾧ τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε. Existimet alioqui quispiam fortasse magis conuenire hanc interpretationem iis locis in quibus Plato dicit non τὸ παῦ, sed τοῦ τὸ παντὸς φύσιν. quorum vnus est is quem hinc proximè sequitur) Præcedente autem pagina hæc verba, λέγει τοῦς αὐτοῖς ὁ τοῦ τὸ παῦ ἡγησάμενος, vertit, Tum ad eos is Deus qui omnia genuit, tatur hæc. (Plinium autem τὸ παῦ esse & singulari Omne interpretatum, docebo paulo pòst) Denique Mundum pro τὸ παῦ dicit, quum hæc verba, ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος σωματοῦν σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει, ita reddit, Quamobrem mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignémque iungebat. Ipse autem Ciceronis liber in quo hæc Platonis interpretatur, inscriptus est De vniuersitate: vel (vt quidam nunc scribere malunt) De vniuerso. Extat & Ocelli Lucani libellus inscriptus τοῦ τοῦ παντός. is tamen in eius principio dicit τοῦ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, non τοῦ τοῦ παντός. hæc enim sunt eius verba, Τάδε σωτέραφεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς τοῦ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Et paulo pòst, δικαιοῦ χάρμοι τὸ παῦ αὐτόλεθρον εἶ καὶ ἀγήρωτον. Plutarch. in lib. aduersus Colotem, καὶ τοῦ Ἐπίκουρος ὅταν λέγῃ τὸ παῦ, ἄπειρον εἶ, καὶ ἀγήρωτον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ μήτε αὐξόμενον, μήτε μειούμενον. Antea autem dixerat, ὡς γὰρ ἀμέλει καὶ κενοῦ φύσιν, αὐτὸ τὸ κενὸν, καὶ νὴ Δία τὸ παῦ (ita enim scribendum, non πάντα) παντὸς φύσιν ὀνομάζειν εἴωθεν. Ibidem, ἡ τοῦ ὄντων φύσις. Et apud Suidã, τὸ παῦ δεῖν ὁ, τι κόσμος, καὶ καθ' ἕτερον ὄνομα, τὸ ὂν τὸ κόσμου καὶ τὸ ἔξωθεν κενοῦ συνήματος, (vt Ciceronem interpretari Omnia, docui paulo antè) &c. quæ ibi vide. Plinius τὸ παῦ dixit Omne, libro secundo, scribens, Quibus in rebus quid possit aliud causæ afferre mortalium quispiam, quàm diffusæ per omne naturæ subinde aliter atq; aliter numen erumpens? At in v. l. affertur αὖθεν ἀπὸ τοῦ παντὸς & pro Cælitus, sed ἀμαρτύρως.

Παῦ per compositionem interdum iungitur præpositioni ὅτι, necnõ τοῦ & εἰς: ac D I C I T V R Ἐπίπαν, A T Q V E Παράπαν, I T E M Εἰς ἅπαν. sed disiunctim etiam scriptum annotatur ὅτι παῦ: (ego certè in disiunctione dici potius ὅτι τὸ παῦ crediderim) reliqua non item. Sonat autem Ἐπίπαν, In totum, In vniuersum, Omnino. Apud Theophr. De caus. pl. lib. secundo, διὸ καὶ ὡς ὅτι παν εἰπεῖν, βελτίω τὰ βορεῖα τοῦ νοτίων. id est, Omnino autem. Vel, Vt in Vniuersum autem dicam, vt Budæus exponit, addens tamen id videri esse quod Cicero dicit Toto genere. Addit autem dici ibidem, ὡς δὲ τὸ συμόλον εἰπεῖν. ¶ A Polybio pro Plerunque poni testatur idem Budæus, exponens etiam Vt plurimum, & Feré. Affert & ex Aristotele, τὸ ὃ ὅτι παν, ὀξὺ ἢ ἐπὶ μεδίμνους, pro In vsu autem frequenti, ex Gazæ interpretatione. In vulgatis lexicis habetur & ὅτι παν μάλιστα pro Perquàm frequenter. Alterum I L L V D Παράπαν vel Τὸ παράπαν est itidem In vniuersum, vel (vt Cicero loquitur) Genere toto, apud Platonem itidem, inquit Budæus. Affert verò ex Thucyd. & pro In summa. Exponit præterea Omnino, Prorsus, Penitus. vt accipitur cum ab aliis, tum ab Aristophane in Pluto, Καὶ τοῦτ', ἀποκρινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ. Exponit verò & Vllo modo, in hoc Polybii loco, γνόντες ὡς οὐχ οἷόν τε κατ' τὴν Λυκούργου νομοθεσίαν, οὐχ ὅτι τῆς τοῦ Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ τραγμάτων αἰτιοῦσθαι τὸ παράπαν, sed ne rerum quidem vllo modo potiri. Verùm scribitur E T I A M Τοπαράπαν. Tertium verò I L L V D Εἰς ἅπαν pro Omnino, seu Prorsus, ex Philone affertur. Sonat autem ad verbum In totum, si hoc Latinitas pateretur.

Παῦ geminatur etiam per compositionem, quum videlicet D I C I T V R Πάμπαν, vbi mutatur ν in μ, ob sequentem literam π. Itidem certè geminatur Gallicum vocabulum Tout, id est παῦ, quum dicitur Du tout en tout. Significat autem Πάμπαν, Omnino, éstq; apud poetas potius in vsu. Homerus, Iliad. α, — πολέμου δ' ἀπόπαυε πάμπαν. Idem Il. φ, — μηδέ σε πάμπαν Μειλιχίοις ἐπεεσσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρέσσῃ. Odyss. β, — βίοτον δ' ἀπὸ πάμπαν ὀλέσσει. Et Od. ξ, πάμπαν ἀϊάνεια. (Vsus est autem & Herodianus) Annotat porro Eustathius in illum Odyss. β locum, minimè mirum

esse si πάμπαν posteriorem correptã habeat, quum & A
ἅπαν corripiatur ab hoc poeta, vbi scribit, Τῶν δ' ἅπαν
ἐπλήσθη πεδίον. Verùm id Ionico more fieri, quum a-
lioqui Attici, teste Ælio Dionysio, producant poste-
riorem huius nominis syllabam. Cæterùm plurima
sunt nomina quibus itidem præfixum est παμ, per
compositionem, vt Παμβασιλεὺς, & Παμμένας, &
Παμμήκης, & Παμμίαρος, & Παμπότηρος &c. nonnul-
lis autem & παν, vt Παύπολμος. sed ea huius loci nõ sunt:
sicut nec alterius formæ composita, videlicet Παντο-
κράτωρ, & Παντολάβος, & Παντολέτωρ, & Παντόπλης, &c. A T B
COMP. Παντελὴς locum habere hìc potest, quod si-
gnif. Vniuersus, vel potius Vniuersalis. (quod autor
rhetorices ad Herenn. cum Absolutus copulat. atque
hoc vsus est Cicero ad interpretationem illius voca-
buli, pag. 16 mei lexici Ciceroniani) Alicubi verò ex-
ponitur & Integer, itẽ Plenus, necnon Perfectus, sicut
Absolutus. Plut. in Amat. narr. σωέβη δὲ Λακεδαιμονίων
ἥττων παντελῶς γενέσθαι. vbi Polit. sensum rectè exprimens
vertit, Fusi igitur cæsique ad vnum Lacedæmonii o-
mnes. Philo De mundo, παντελής γε ὡμῶ δυνήθεια, τὸ γένος C
ἅπαν ἀνθρώπων ἀπὸ πάντων ἀξιόζεσθαι. Vbi Bud. παντελὴς
vertit Summa, hunc locum ita reddens, Porro autem
illa summa est stultitia, genus humanum ab arti-
bus æstimare. Aristides παντελὲς cum μέγα copulauit,
scribẽs, μέγα καὶ παντελὲς εἰς ἀρετῆς εἶ λόγον. Interdum
verò dicitur εἰς τὸ παντελὲς pro παντελῶς, id est Omnino,
Prorsus. vt Lucæ cap. 13, v. 11, καὶ ὡς συγκύπτουσα καὶ μὴ
δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές. Sic in Epist. ad Hebr.
cap. 7, v. 25, ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προ-
σερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ. vbi itidem redditur Prorsus.
A quibusdam autem Ad plenum, (pro Plenè) at ve- D
rò à vet. interpr. In perpetuũ. Ipsum autẽ ADVERB.
Παντελῶς exponitur Omnino, Prorsus, & Plenè, Abso-
luté. Accipitur certè pro Omnino cum apud alios,
tum apud Xenoph. Pæd. 1, ἃ δὲ αἴσχρὰ ἠγεῖται εἶναι, παντε-
λῶς τούτων ἀπεχόμενος. Est præterea παντελῶς Platoni &
assentientis aduerbiũ, sicut πάντως & παντάπασι, ac simi
lia, inquit Budæus. At POETICE Παντελέως. Ex
illo autem Παντελὴς DEDVCTVM Παντελεισς, quod
itidem exponitur Integer, & Perfectus. Suidas παν- E
τέλειον exponit ὁλόκληρον. VNDE Παντέλεια, Perfe-
ctio, seu Perfectionis summa, apud Phil. ATVE-
RO Παντόσωος compositum non est: significans idem
quod παντοῖος, Omnigenus, Varius. nam ex Euripide af
fertur παντόσωοι θεοῦ αἰάζκμ pro Sortes dei variæ, Sor-
tes omnis generis.

Πᾶς per compositionem iungitur etiã superlatiuis:
vt quũ DICITVR Πανύσατος, quod sonat q.d. Omni
no vltimus, seu Omnino postremus. Gallicè ad verbũ
planè, *Tout le dernier*. Exponitur tamen simpliciter Vl- F
timus, Postremus. Et ADVERB. Πανύσατον, Postre-
mùm. vt apud Sophocl. ἥλιον προσεννέπω πανύσατον. ITI-
dem Πανυπέρτατος, q.d. Omnino supremus. Vel Omni-
no summus, aut altissimus. Talem autem Aristot. De
mundo dicit esse ἐρεκτόν: scribens, καὶ μὴ μεγέθει μόνον
αὐτὸς πανυπέρτατος, κινήσει δὲ ὀξύτατος. quæ Bud. ita vertit,
Ac magnitudine quidem ambitum longè summum
complexus, motu perniciissimo circum agitur. Sic
Iouis dicũtur à poeta quodã πανυπέρτατα δώματα, (quæ
& ὑπέρτατα) sed & ipse vocatur πανυπέρτατος. ITI- G
DEM Παράριστος, q.d. Omnino optimus, vel Omnino
præstantissimus. Pro quo dicitur potius Longè opti-
mus, Longè præstantissimus, vel, Quamoptimus. He-
siod. Οὔτος μὲν παράριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ. Sunt autem
& alia multa huiusmodi comp. quæ suis vide locis.

Πάντοσε & Πανόθεν ac Πάντοθι vide infrà.

Πάντη, Ex omni parte, Quoquouersum. Hesiod. in Erg.
Ἤερα ἑστάασι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν, quoquouersum.
Bud. autẽ pro illarum duarum significationum exem-
plis affert ex Aristot. lib. 1, De cælo, περὶ δὲ ὃν διαρε- H
τὸν, πάντῃ διαιρετὸν ὄντι. Item, οὐχ οἷόν τε δὲ τὸ τέλειον ἐλλείπειν.
πάντῃ γὰρ ὄντι. Ex eodem πρὸς ἡδονὴν addit, διαρετὸν δὲ ὂν
πάντῃ τῷ σωμάτων, πόρους ποιεῖν γελοῖον. Ex eodẽ Arist.
De mũdo affertur in v. l. πάντῃ πεπιεσμένον, Omnem

in partẽ finitũ. Et ex Luc. πάντῃ βλέπουσι, pro Vndi-
que circunspiciũt. Sed πάντῃ malim & hic Quoquouer-
sus, vel Circunquaque interpretari. Ibidẽ & πάντῃ κύ-
κλῳ pro Circũcirca, Quauis parte. Cum πάντως autem
iunctũ πάντῃ Bud. exp. Quoquouersus apud Polybium,
πάντῃ πάντως ἀνήθαμμαῖον. Et Vsquequaque, ac Planè, in
hoc Aristot. loco Ethic. lib. 1, καὶ τὰς τύχας οἵοσ μάλιστα ἂν
πάντῃ πάντως ἐμμελῶς, Vsquequaque cõcinnè & decen-
ter perferet. Vel Planè cõcinnè. Atque his πάντῃ πάντως
opponitur μηδαμῇ μηδαμῶς. Sed exponi πάντῃ πάντως,
& Prorsus, docebo infrà. Profertur præterea & genti-
uo iunctũ, ex Galeno ad Glauc. πάντῃ τοῦ σώματος ἀνασπᾶν
pro Retrahere & reuellere in vniuersum corpus. Πάν-
τῃ redditur etiã Passim. vt in hoc prouerbio, οὔτε πάντα,
οὔτε πάντῃ, οὔτε βλεπὰ πάντων. de quo Erasmum consule
in his prouerbialibus verbis, Nec omnia, nec passim,
nec ab omnibus. Scribitur autem DORICE Παντᾶ
pro πάντῃ.

Πάντῃ, Omnino, Prorsus, Penitus. Arist. lib. 1 De gene-
r. & corruptione, πέφυκε δ' ὁ τῇ μὲν, τῇ δ' ὁ πάθος, ἀλλὰ
πάντῃ, καθ' ὅσον δεῖ πιθανόν. Memini autẽ, in duobus duorũ
autorũ locis quædã exẽplaria habere πάντῃ, quũ in aliis
sit πάνυ. Vnus est in Philebo Platonis, pag. 229, ἀδύνατον
μὴ ὁμολογεῖν ταῦτα, ὦ Σώκρατες, εἰ καί τις φιλονεικοῖ πάντῃ
πρὸς πάνταπα. nã in vet. cod. pro πάντῃ legitur πάνυ. Alter
est apud Xenoph. initio Pædiæ, πολλοὶ δ' ἐδόκουν μοι κατα-
μεμαθηκέναι, καὶ ἐν ἰδίοις οἴκοις, τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλείονας
οἰκέτας, τοὺς δὲ καὶ πάνυ ὀλίγους, καὶ ἐμοὶ δὲ τοῖς ὀλίγοις τούτοις
πάντῃ δυναμένοις χρῆσθαι. hic enĩ pro πάντῃ legi in quibusdã
vet. cod. πάνυ π admonet editionis meæ margo. Scien-
dũ est porrò πάντῃ iunctũ cũ illo πάντως hãc quoque in-
terpretationem admittere: atque ita exponitur a Bud.
in hoc Aristotelis loco De gener. πάντῃ πάντως ἀδιάφορον.
Sed huic interpretationi valde vicinæ sunt eæ
quibus vtitur in illo Aristot. loco Ethic. lib. 1.

Πάντως, Omnino, Omnibus modis. Prorsus. Plato Char-
mide, πάντως γάρ που πολυκοῦπος ὢν ἤδη ἐθέλει δῆλος εἶναι. A
Plutarcho nõ semel refertur hoc Agesilai elegantissi-
mũ epistolium, Νικίας, εἰ μὲν οὖν ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δὲ ἀδικεῖ,
ἡμῖν ἄφες· πάντως δὲ ἄφες. vbi πάντως redditur itidem O-
mnino. Esse autẽ videtur quod Gallicè diceretur, *Quoy
qu'il en soit*. Philo De mũdo, ἀ πῶ ἐπέρασν οἵεται ὑποψίαν,
δεκτικὰ καὶ τῆς ἐπέρας ὄντι πάντως. id est, Quæcunque vnã
earũ ferre possunt, ea alterã etiã admittere prorsus
apta sunt, vt B. vertit. qui itidẽ interpretatur Omnino
in isto Aristotelis loco, simul addens, idem vale-
re quod ἁπλῶς: Metaphys. libro sexto, οὐ γὰρ πάντως
πᾶν ἀνθρώπου μέρος ἡ χὴρ, ἀλλ' ἡ δυναμένη τὸ ἔργον ἀποτε-
λεῖν. In hoc autem Galeni loco ad Glauc. lib. 1, καὶ
μὴν καὶ τὰ οὖρα πολυπιούτων, ἐν τῇ πείτῃ πολὺ ἡμερῶν, ἢ
πάντως γε τῇ τεταρτῃ, φέρει τὸ σημεῖον πέψεως, ait signi-
ficare Ad summum: addens, eum alibi dixisse τὸ πλεῖστον
pro eodem. Ab Aristot. poni tradit & pro Continu-
ó. (intellige autem de ea aduerbii Continuò signi-
ficatione qua dicit Cicero, Nõ cõtinuò si me in gregẽ
sicariorum contuli, sum sicarius) Probl sect. 10, ὅσα
μὲν ἥμερα πολὺ ζῴων, ἔστι πάντως καὶ ἄγρια· ὅσα δὲ ἄγρια, οὐ
πάντως ἥμερα. (Possunt autem huic Aristotelis loco
addi & alii, vbi eandem significationem habet πάν-
τως) Affert insuper ex Gregorio, εἰ μὲν γὰρ πῶς σὺ γι-
νώσκεις γνώνισιν, οὐ πάντως καὶ πῶς τοῦ θεοῦ. Ex eodem,
οὔκουν θελήσεως τὸ θεληθέν. οὐδὲ γὰρ ἔπαυε πάντως. Item,
εἰ δὲ τέπαυται, πάντως καὶ ἤρξατο. Sed hoc sciendum
est, οὐ πάντως quidem reddi posse aptè & loquendi
genere valde vsitato, Non continuó: at πάντως sine
negatione, non item Continuò, nisi interrogatiua
sit oratio. (De qua voce & hoc dicam obiter, non
assentiri me iis qui Non continuò in huiusmodi lo-
cis exponunt Non ideo. existimo enim potius Con-
tinuò hìc significatum suum retinere, & sonare quod
Gallicè dicimus *S'ensuit il incontinent que* &c.) Quare si-
quis illud vt minus vsitatum refugit, autor ei fuerim
vt illic vertat ἔστ πάντως, omnino necesse est vt sint:
itidémque in cæteris locis. deinde οὐκ ἔστ πάντως,
Non itidẽ omnino necesse est vt sint. At in vulg. lex.

nullũ huius significationis qua ponitur pro Cõtinuò, A
exemplũ affertur: sed in hoc Luciani loco, ταῦτα δ' ἔδοξε
τῇ φύσει, πάντως ἀποθνῄσκειν ἅπαντας, exponitur πάντως Ve
lis nolis. quæ expositio nimiũ remota mihi videtur: ac
malim certè & hìc aduerbio πάντως eam cuius modò
memini interpretationẽ tribuere: vt videlicet sit πάν-
τως ἀποθνήσκειν, Omnino esse necesse vt moriãtur. q. d.
Placuit naturæ moriendi necessitatẽ hominibus impo
nere. Eadẽ annot. πάντως esse aduerbiũ confirmandi,
Lucæ c. 4, πάντως ἐρεῖτέ μοι τὸν παραβολὸν τοῦτον. & tamẽ
reddũt, Omnino dicetis mihi. quum vetus interpres B
verterit, Vtique dicetis mihi. Ego certè reddere non
dubitarim Nimirum: existimans alioqui, πάντως ἐρεῖτέ
μοι, idesse quod Gallicè diceremus, *Il n'y aura point de fau
te que vous me direz*, perinde ac si dicas Latinè, Omnino
certum est vos mihi dicturos. (Bud. annot. à Platone
in responsione affirmatiua vsurpari, sicut & παντάπασι,
quod alioqui itidem sonat Omnino) In iisdem ET
Παντῶς, Doricé.

Παντάπασι, SEV Παντάπασιν, Omnino, Prorsus. Plato De
leg. lib. 1, παντάπασιν ἄγαμαι, Prorsus miror. Ibidẽ, Σκύ-
θαι δὲ καὶ Θρᾶκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι. (vbi tamen C
quidã παντάπασι cũ χρώμενοι iungẽdo interpr. Fusissimè,
& Largissimè) Apud eundẽ in Charmide παντάπασιν il-
lã habere videtur necessitatis significationẽ, quã & ad-
uerbio πάντως subesse docui: vbi scribit, ἐπῳδὴ δέ τις ὅτι
τῷ φαρμάκῳ εἴη, ὡ εἰ μὲν τις ἐπᾴδοι ἅμα καὶ χῷτο αὐτῷ,
παντάπασιν ὑγιᾶ ποιεῖ τὸ φάρμακον. q. d. Necesse est vt ille
incolumis euadat. Potest tamen & pro Omnino acci-
pi, iungẽdo cum ὑγιᾶ. Cæterùm pro Omnino, superla-
tiuo etiam iunctum aduerbium παντάπασι, affertur ex
Plat. De leg. πνὰ ὅθεν παντάπασι χαλεπωτάτω. D

Παντάπασι in responsione affirmatiua pro Etiam, Ita,
vel Maximè &c. (sicut πάνυ & μάλα, & σφόδρα, & κομιδῇ)
Ex Plat. epist. 7, κἀγὼ, παντάπασιν, ἔφην. Sed multo fre-
quentius addunt particulam γε, aut particulas μὲν οὖν.
vt idem Plato in Sophiste, Τὸ μὲν ὅρα ἕτερον, οὐδὲ δίκαιον,
εἰκός γε ὄν, εἰκόνα καλεῖν; Παντάπασί γε. Et in Phædro, Δῆλον
ὅρα ὅτι ὁ Θρασύμαχος &c. Παντάπασι μὲν οὖν. Sed & quod
de πάνυ μὲν οὖν infrà dicam, idem & de παντάπασι μὲν οὖν
hìc dico, nimirum interdum non per se positas in re- E
sponsione has voculas inueniri, sed aliis coniunctas
verbis: vt in Phædro circa finem, παντάπασι μὲν οὖν πόθ-
γε οὕτω πως ἐφάνη. Et non multo pòst, παντάπασι μὲν οὖν
ἔγωγε βούλομαί τε καὶ εὔχομαι ἃ λέγεις.

Πάντοσε, Quoquouersum, In omnem partem. Hom. Il. μ,
Πάντοσε φοιτήσω. Idem dicit ἀστίδα πάντοσ' ἔϊσην, seu πάν-
τοσε ἴσην, vt in quibusdam exempl. scriptum est. Expo-
nitur autem Vndique æqualem, seu vndiquaque, ob
rotunditatem videlicet. Hesychius quoque πάντοσ' ἔϊσης
exponit παντα χόσε σφοιγγύλης, cui alioqui πάντοσε est εἰς πάν- F
τα τόπον, & παντα χοῦ. Budæus πάντοσε exp. etiam Quoquo
gentium.

Πάντοθεν, Vndique, Vndiquaque, Hom. Od. ξ, — πόθεν γὰρ
κακὰ πάντοθεν ἔστι. Apud Epicurum, πάντοθεν εἰς πληρώσεται
πολὺ ἡδονῶν, Cic. vertit Vndique compleri voluptatibus,
vt videbis pag. 55 mei Ciceroniani lexici. AT Παντόθι
Vbique.

Πάντοτε autem est temporis aduerbium, significans O-
mni tempore, Semper: sicut & ἁπαντὸς eam significa-
tionem interdum habere videmus. Phrynichus ta- G
Παθητὸς, ῶ, ὸν, Patibilis, Qui pati potest, Passioni obnoxi?, vel potius patiendi necessitati. Affertur παθητὸς ex Aristot. in Præd. Vtitur & Plut. cū alibi tum in Erotico. Cicero De natura deorum libro 3, Quúmque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, idque ferendi & patiendi necessitatem. Vbi patibilem naturā vocat quam Græci dicerent παθητὴν φύσιν. Legitur autem hoc verbū & Act. cap. 26, εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, vbi vide annot. CONTR. Ἀπάθητος, q.d. Impatibilis, Patiendi necessitati minimè obnoxius, vt Deus dicitur ἀπάθητος. At verò Εὐπάθητος dicitur cōtrà Qui facilè pa ti potest, Qui patiendi necessitati valde expositus est. At in v.l. perperam Εὐπαθητοι pro Εὐπάθητοι, Propensi ad patiendum.

Παθητικὸς, ῶ, ὸν, itidē Patibilis, Qui pati potest, Qui potest affici. Παθητικὸν, inquit B. Quod afficitur & affici potest, opponitúrque τῷ ἀπαθεῖ & τῷ ποιητικῷ, in lib. qui De gener. & corrupt. inscribitur, διὸ, καθάπερ εἴρηται, τὰ μὲν τῷ ποιητικῶν, ἀπαθῆ, τὰ δ' παθητικὰ ὡς περ ὅθεν κινήσεως. Idem, ἡ δ' ὕλη, ἡ ὕλη, παθητικόν. Synesius παθητικὸν vocauit partē animi patibilē, seu perturbationibus obnoxiam, qui & νῶν alicubi opposuit huic παθητικῷ. At simplici? apud Plut. καὶ γὰρ ἄλλως τῷ ἀξιοπιστείων ἢ ἀκοὴ παθητικώτατον ὄτι, Maximè afficitur.

Παθητικὸς λόγος, seu παθητικὴ λέξις apud rhetores, atq; adeo apud ipsum Aristotelem, cui insunt παθη, id est affectus illi de quibus dictum est in ea nominis πάθος significatione quæ rhetoribus est vsitata. Sunt qui παθητικὸς λόγος exponant, Oratio in qua feruet affectus, Oratio ad inducendū auditorem in affectus accōmodata, Oratio in qua commouentur affectus. At ego nō dicerem simpliciter Affectus, sed adderem concitati, cum Fabio, aut certè aliquid huiusmodi, sequendo ea quæ suprà dixi, de πάθος & ἦθος agens. Cic. in Orat. ad Brutum, Duo sunt etiam quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciunt: quorum alterum est quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturā & ad mores & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum: alterū quod iidem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi & concitantur. Idem De oratore lib. 2, Illa autem quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis, vehementer aguntur, contrariis cōmotionibus inferenda sunt, vt odio beneuolentia, vt misericordia inuidia tollatur. HINC Παθητικῶς λέγειν apud Aristot. Vti oratione perturbante animos & concitante: sequendo eum quem modò ex Cicerone protuli locum.

Παθητικὸν ῥῆμα apud grāmaticos, Passiuum verbū, vt τύπτομαι: sicut ἐνεργητικὸν, actiuū, vt τύπτω. ITEM Παθητικῶς, Passiuè, pro per Passiuum verbum, Passiuo verbo, seu Passiua voce: vt quum dicit Eustath. παθητικῶς εἶπε βάλλεο, οὐχὶ βάλλε.

Πάθος, εος, τὸ (q.d. Passio) Quod quis passus est, seu patitur, Quod cuipiam accidit, Casus. Æschylus in Agam. pag. 182 meæ edit. τῷ πάθει μαθών, alludēs ad Hesiodi dictū, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Soph. Aiace, παῦ τὸ σωτυχὸν πάθος αὖ ἴστις οὐ θαυμαστὸν εἰ πάθοι. Plato in Phædro, ἀπάρ ὦ φίλε Φαῖδρε δοκῶ τι σοὶ ὥσπερ ἐμαυτῷ θεῖον πάθος πεπονθέναι; (addo autē θεῖον ex veteri codice) Apud Herodot. itidē cū suo verbo πάθος πεπονθότες, pro Qui cladē accepere. Ab Eurip. πάθος & ξυμφορὰ copulātur, præcedēte & nomine δεινὸν, initio Orestis, vbi scribit, Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὥστ' εἰπεῖν ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θνήλατος. vbi schol. ait δεινὸν esse nomē generale quod diuiditur in πάθος & συμφορὰν. ac πάθος quidem vocari τὰ νοσήματα· συμφορὰν autem τὰς δυστυχίας & τοῦ πτίας. Demosth. Pro Ctesiph. οὗτός ἐστιν ὁ τὰ Θηβαίων ἐδυρόμβφος νῦν πάθη, καὶ διεξιὼν ὡς οἰκτρά. Vt autem hîc πάθη οἰκτρά, sic πάθη ἐλεεινὰ legitur apud Aristotelem. Plut. autem di-

xit πάθη δεινά, subiungens & συμφορὰς αἰνιγματώδεις, in Solone, pag. 172 meæ editionis scribens: αἱ μεταβολαὶ δέ μοι αὐτῆς εἰς πάθη δεινὰ καὶ συμφορὰς αἰνιγματώδεις ἔργῳ τελοῦσιν. Idem in Publicola dixit τὸ Λουκρητίας πάθος, pagina 177. Apud eundem habemus ἀπάθειαι & πάθος in eadem periodo, p. 181, ἢ γὰρ ἀρετῆς ὕψος εἰς ἀπάθειαν ἐξέστησε τὴν ψυχήν, ἢ πάθους μέγεθος εἰς ἀναλγησίαν. Idem πάθος ἀνθρώπινον appellauit non humanæ vitæ fragilitatem, (vt quidã interpr.) sed quod humanæ fragilitati accidit: vel potius, quod accidit homini vtpote fragili. (Apud eundem in Romulo sunt qui πάθος δαιμόνιον de diuino furore exponant) Vt autem dicimur πάσχειν ὑπό τινος, ita inuenitur dictũ & πάθος ὑπό τινος: vt apud Plat. de rep. 2, τὰ δὲ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος. Apud Arist. De mundo, ἀπειργάσατο πάθος τοῦ τοῦ καλεῖν εἰώθασι κόσμου, Bud. vertit, Naturæ facinus. (sunt verò qui Euentum reddere malint) Idẽ, πάθος, sicut πάθημα ac πάθην, à Platone De leg. lib. 9, pro cæde poni testatur.

Πάθος, Morbus, Affectio corporis (vt dicitur Affectum corpus, eius qui ægrotat) vel, Infirma corporis affectio: vt vicissim firmam corporis affectionem dicit Cicero de eo qui valet. Celsus affectus quoque dixit pro morbis. Si tamen verbum verbo exprimendũ sit, potiꝰ διάθεσις respõdet Latinæ voci Affectio, (quòd non liceat dispositionẽ vsurpare eo modo quo Gallicè dicimꝰ La disposition du corps, & Mal disposé, Bien disposé) at πάθος, Passio. δυσεντερικὰ πάθη. Cicero in Epicuri epistola vertit Viscerum morbi. ista enim illius verba, φραγγυεία τέ τις παρηκολούθει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ἰσχυρῶς ἀπολείποντα, ita interpretatur, Tanti autẽ morbi aderant vesicæ & viscerum, vt nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Sunt verò qui πάθη verterint etiam Cruciatꝰ, vt κοιλιακὰ πάθη apud Galenum, itidémque δυσεντερικά. Ex Pand. Gr. affertur hæc inter πάθος & νόσον distinctio: vt πάθος sit longum & continuum corporis impedimentum, at νόσος infirmitas corporis temporaria. Inter πάθος autem & οἶνος ac βλάβος sunt qui hoc discrimen statuerint, vt βλάβος quidẽ & οἶνος sit exterior alicuius in corpore partis læsio: at interior totius corporis læsio, πάθος. At verò de πάθους ac διαθέσεως differẽtia, itémque de aliis ad explicationẽ vocis huius πάθος pertinentibus, ita Gorr. ex Galeno & aliis, Prisci, motus omnes, etiam qui naturaliter se habent, nisi actiui sint, πάθη nominant: sicuti ipsos etiã actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato sensuum alterationes πάθη & παθήματα appellauit, in visu quidem eas quæ ab albo, nigro, flauo, & cæteris coloribus fiunt: in tactu quæ à calido, frigido: humido, sicco: molli, duro, cæterisque id genus. atque ad eundem modum in singulis reliquorum sensuum. Sed & voluptatem passionem vocat. Et paulo pòst, Quandiu enim aliquid mouetur, patitur: quum desiit moueri, non amplius pati, sed affectũ esse dicitur. Differt enim πάθος ἀπὸ τῆς διαθέσεως (hoc est, passio ab affectione, siue dispositione) solo motu. Quippe cessante eo quod alterabat, alteratio quæ in passo iam remanet, διάθεσις, hoc est affectio, eius est. Iam ergo non in ipso fieri, vt πάθος, sed in eo quod manet, & in subiecto corpore post motũ reseruatur, διάθεσις cõstat. Hæc quũ à veteribus ita distincta fuerint, nunc tamen per abusum, etiam ipsæ διάθεσεις quæ ex passione iam prouenere, nec amplius in motu sunt, πάθη appellantur. Quum autem omnem, etiam qui naturaliter se habet, motum, πάθος veteres dixerint, postea tamen quidam id nomen ad eos tantùm motus contraxerunt qui præter naturam accidunt. Alii verò ne de iis quidẽ omnibus dici voluerunt. Eas enim præter naturã affectiones quæ morbũ præcedunt causæque rationem obtinẽt, causas tãtùm dicimus, nõ πάθη: quæ verò illũ sequũtur, si actionũ offensæ sunt, & συμπτώματα & πάθη vocamus, sicut & immodicas vel inanitiones, vel retentiones. Si verò affectiones sint, hoc est, si in corporũ affectu cõsistãt, veluti vitiosus color, supra πάθους & συμπτώματος appellationẽ, etiã διάθεσις, (hoc est affectus siue affectiones) vocamus, ita nimirum vt sunt. Itaque proprie πάθη, & morbi & eorũ symptomata à medicis appellãtur, hoc est, omnis διάθεσις cõtraria naturali corporis nostri cõstitutioni, non tantùm vbi aliquid alicui parti præter naturam accidit, sed vbi etiam deest quod secundum naturam influere consueuit &c.

Πάθος, Morbus, sed Morbus animi. Cicero tamẽ πάθος de animo dictũ, mauult interpretari Perturbationem. pro quo dicit etiã Turbatũ motũ animi, & Turbidũ ĩ animo motũ, & Motũ cõcitati animi. item Motũ animi rationi nõ obtẽperãtẽ. (Sed & Permotiones animi vocat πάθη, in Acad. scribens, Atque illi quidem etiam vtiliter à natura dicebãt permotiones istas animis nostris datas: metum, cauẽdi causa: misericordiã, ægritudinémque, clemẽtiæ: ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotẽ esse dicebãt) Atq; vt hìc metũ inter permotiones animi numerat, sic Permoueri metu interdũ dicit. Aliquãdo porrò & Permotio sine adiectione ab eo ponitur pro πάθος: cuius vsus exemplũ proferã in Μετριοπάθεια) Existimat tamẽ πάθος in hac significatione sonare ad verbũ idem quod Morbus. Ita enim scribit Tusc. 3, Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracũdiæ? hæc enim ferè sunt eiusmodi quæ Græci πάθη appellãt. Ego poterã morbos, & id, verbũ esset è verbo: sed in cõsuetudinẽ nostrã nõ caderet. Nam misereri, inuidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellãt, motus animi rationi nõ obtẽperantes: nos autẽ hos eosdẽ motus cõcitati animi rectè (vt opinor) perturbationes dixerimꝰ, morbos autẽ nõ satis vsitatẽ. Quũ autẽ dicit, Hæc omnia morbos Græci appellãt, intellige vocari ab illis πάθη, quod ad verbũ sonet morbos. Idẽ De fin. l. 3, Nec verò perturbationes animorũ, quæ vitã inũipientiũ miserã acerbãmq; reddunt, quas Græci πάθη appellant. (poterã ego, verbũ ipsũ interpretãs, morbos appellare, sed nõ cõueniret ad omnia. quis enim misericordiã, aut ipsã iracundiã morbũ solet dicere? at illi dicũt πάθος. Sit igitur perturbatio quæ nomine ipso declarari vitiosa videtur) nec hæ igitur perturbationes vi aliqua naturali mouentur: omnésq; hæ sunt genere quatuor, partibꝰ plures: ægritudo, formido, libido, quámq; Stoici cõmuni nomine corporis & animi ἡδονὴν appellãt. Idẽ Tusc. q. lib. 4, Quoniã quæ Græci πάθη vocãt, nobis perturbationes appellari magis placet quàm morbos. Paulo pòst, Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit quod παθος ille dicit, auersa à recta ratione, cõtra naturã, animi cõmotio. (Quibus verbis hæc Zenonis interpretatur, πάθος ἐστὶν ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις) Subiũgit autẽ, Quidã breuius, perturbationẽ esse appetitũ vehementiorẽ dicũt. (vbi appetitũ vehementiorẽ vocat quod Græci dixerũt ὁρμὴν πλεονάζουσαν) Sed vehementiorẽ eũ volunt esse qui lõgius discesserit à naturæ cõstantia. Earũ autẽ perturbationũ nomina esse dicit hìc quoque libidinẽ & lætitiã, metum & ægritudinẽ, & esse illas ex duobus opinatis bonis, sicut has ex duobus opinatis malis. Idẽ tamen Tusc. quæst. παθος interpretatur Morbũ, sed ita vt statim expositionẽ subiungat quæ interpretationẽ illã veluti molliat. Dixerat autẽ verbis proximè præcedẽtibus, Ægritudinẽ id esse propemodũ verbũ quo Græci omnẽ animi perturbationẽ appellẽt. Sed totũ locũ proferre præstat, vtpote in quo cẽseat Latinos ægritudinis nomine rectè vsos esse, ab ægris corporibus id sumẽtes: at nõ tamẽ de omni perturbatione itidẽ dici posse. His igitur verbis, Itaq; præclarè nostri, vt alia multa, molestiã, solicitudinẽ, angorẽ, propter similitudinẽ corporũ ægrorũ ægritudinẽ nominauerũt: his inquã subiũgit, Hoc propemodũ verbo Græci omnẽ animi perturbationẽ appellãt. vocãt. n. πάθος, i. morbũ, quicũq; est motꝰ in animo turbidus. Nos melius, ægris. n. corporibꝰ simillima est animi ægritudo: at nõ similis ægrotationis est libido, nõ immoderata lætitia (quæ est voluptas animi elata & gestiẽs.) Ipse etiã metus, nõ est morbi admodũ similis, quãquã ægritudini est finitimus. Sed propriè, vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo ĩ animo nomẽ habet nõ seiũctũ à dolore. Et paulo pòst. Est igitur causa omnis in opinione: nec verò ægritudinis solùm, sed etiã reliquarũ omniũ perturbationũ. Libuit autẽ totos hosce locos afferre, vt sub vnũ aspectũ (vt ita dicã) eos lector habens, inter se cõferre posset. Ad me quod attinet, à

Cicerone hìc omnino dissentio, in eo φ πάθη morbos quidẽ significare, nec tamẽ ita licere interpretari dicit: præsertim verò quũ eam quam ægritudinẽ Latini vocant, (quæ vox nihil aliud sonat quàm morbũ) inter perturbationes numeret. Quid enim obstat quominus cæteræ vt communem cum illa appellationem perturbationum habent, sic & communẽ morborum habeant? At ægritudo (inquit) in animo nomẽ habet non seiunctum à dolore. Hoc certè si spectemus, metui saltem tribui morbi appellatio poterit. quis enim metum doloris expertem fingere sibi possit? Vt autẽ alia omittam quibus Cicero refelli posse videtur, ipsemet Tuscul. 3, hæc scribit, Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum, id est insanitatem, & ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam. Omnes autem perturbationes, animi morbos philosophi appellant: negántque stultum quenquam his morbis vacare. Qui autem in morbo sunt, sani non sunt: & omnium insipientiũ animi in morbo sunt. omnes insipientes igitur insaniunt. Sanitatem enim animorum, positam in tranquillitate quadam constantiáque censebant. His rebus mentem vacuam appellarunt insaniam: propterea quòd in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse nõ possit. Et paulo pòst, Qui enim animus est in aliquo morbo, (morbos autem, hos perturbatos motus, vt modò dixi, philosophi appellant) non magis est sanus quàm id corpus quod in morbo est. Et paucis interiectis, Eos enim sanos intelligi necesse est quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit. Hæc si vera sunt, Cicero, (meritò dixerit quispiam) cur perturbationes appellare morbos non audes? Cur tantopere Latina ista insaniæ appellatio tibi placet, Græca autem ἡδὺ παθῶν non item? quum vtraque de perturbato animo dicatur? Præterea si hoc verum est, animum qui est in aliquo morbo, id est perturbato motu, non magis esse sanum quàm id corpus quod in morbo est, cur libidinem, immoderatam lætitiam, similem ægrotationis esse negas? Sed de his tamen quæ à me properante de istius nominis interpretatione disceptantur, alii per otium iudicent. Idem Cicero certè primo libro De inuẽtione affectionem appellauit quod Graeci πάθος, scribens, Affectio, est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. Sed & Gellius librũ 1 verbis hisce claudit, Nam vt aliorum omnium quos Latini philosophi affectus, vel affectiones, Græci πάθη appellant, ita huius quoque motus animi, qui quum est vlciscẽdi causa sæuior, ira dicitur: non priuationẽ esse vtilẽ cẽsuit, quã Graeci στέρησιν dicunt, sed mediocritatẽ, quam μετριότητα illi appellant. Hæc ille, cuius aliũ locũ huc pertinentem proferã infrà in Ἀπαθής. Mihi certè in quodam Pauli loco, vbi παθήματα (quod nihil aliud est quàm πάθη) cum ὀπωσυμίας copulat, magis placere, reddere Vitiosos affectus quàm simpliciter affectus, aut Vitia, cum vetere interprete, docui suprà.

Πάθος, Morbus: sed in ea significatione qua dixit Horatius 1 Carm. ode 37, Cõtaminato cum grege turpium Morbo virorũ. Paulus ad Coloss. cap. 3, v. 5, νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ὄντα τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ὀπωσυμίαν κακήν, &c. Nam de hoc loco planè Erasmo assentior, & cũ eo existimo πάθος hoc esse ex quo pathici dicti sint, ac reddi debere mollitiem: posse verò & morbum Latinè dici, ex isto Horatii loco. Non ignoro tamen exponi hìc & de morbo animi, sicut & in isto eiusdem Horatii loco, satyra 6 lib. 1, Vt si qui ægrotet quo morbo Barrus. vbi tamen fortasse itidem notatus videri possit Barrus tanquam pathicus, hac morbi appellatione. Esse alioqui multos apud hunc etiã poetã locos vbi morbus de animi morbo intelligatur, in eius lectione versatis ignotũ esse non potest.

Πάθος habet & eam affectus significationem quæ rhetoribus frequens est. Fab. lib. 6, cap. 2, (simul nominis Πάθος & NOMINIS Ἦθος significationem declarans) Horum autem [affectuum] sicut antiquitus traditum accepimus, duæ sunt species, alteram Graeci πάθος vocant, quam nos rectè vertentes ac propriè, affectum dicimus: alteram ἦθος, cuius nomine, vt ego quidem sentio, caret sermo Romanus, Mores appellantur. atque &c. Paulo pòst, Affectus igitur hos concitatos, πάθος: illos mites atque compositos, ἦθος esse dixerunt. In altero vehementer commotos, in altero lenes: denique hos imperare, illos persuadere: hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam præualere. Aliquantò pòst, Quin illud adhuc adiicio, πάθος atque ἦθος esse interim ex eadem natura: ita vt illud maius sit, hoc minus. vt amor, πάθος: charitas, ἦθος. Interdum diuersa inter se, sicut in epilogis. nanque πάθος concitat, ἦθος solet mitigare. Idem Fab. lib. 5, cap. 12, His quidam probationes adiiciunt quas παθητικὰς vocant, ductas ex affectibus. Hæc ille. Hinc autem dicitur & παθητικὸς λόγος, oratio in qua commouentur affectus. quod Aristoteles vocauit πάθος ποιεῖν, Rhetor. lib. 3, καὶ ὅταν πάθος ποιῇς, μὴ λέγε ἐνθύμημα. Vide autem & Ciceronis locos quos protuli in Παθητικός. Ideo autem hæc à præcedentibus seiunxi in quibus πάθη ex Gellio & aliis dicebam itidem esse affectus seu affectiones, quòd ibi agatur περὶ ἡδὺ παθῶν nõ rhetorũ, sed philosophorum, apud quos morbi potius significationem retinere videri potest hæc vox, vt ibi docui.

Πάθη præterea vocare consueuit Aristot. quæcunque alicui rei adesse dicuntur, extra tamen ipsius essentiam. Sic dixit Rhet. lib. 1, καὶ γεωμετρία περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι. Ita v. l. vbi annotatur etiã πάθη in hoc significato rectè dici posse Passiones, cum Macrobio & Seneca, scribẽte Quæst. nat. lib. 2, cap. 48, Quæ inspicienda sunt in fulgure, passim & vagè dicunt: & sic passiones eorum debere diuidi, quemadmodum ab Attalo philosopho, qui se huic disciplinæ dederat, diuisæ sunt: vt inspiciatur vbi factum sit, quando, cui, in qua re, quale, quantum. Vide & Bud. pag. 162.

(Dicitur ETIAM Πάθη, fœm. gen. sicut & alia quædam neutro pariter & fœm. genere efferuntur. Sed ex significationibus nominis πάθος, itémq; nominis πάθημα, retinuit eam potissimùm qua ponuntur pro eo quod cuipiã accidit, seu Casus, Calamitas, Clades. Herodot. in Clione, κατ' ὁδὸν δὲ πυθέσθαι πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθω. Suidas ex Sophocle citat pro συμφοραί, id est Calamitates. Apud eundem in Aiace, Καὶ τοὺς ἐκεῖ μὴ οὐκ ἔχω λέγειν πάθας, vbi exponitur Quæ illic acciderint. Greg. inter ea quæ iambico versu scripsit, Ἐγὼ γὰρ ἀς μὴ ἔφον ἐν ξένῃ πόλει Πάθας. Itẽ πάθη pro κάκωσις, Bud. ex Platone in Philebo, ἡ παρὰ φύσιν τῶν πνίγους πάθη. Ab eodem pro cæde poni tradit De leg. lib. 9, sicut πάθος ac πάθημα. Aliquot autem exempla vsus nominis huius habes & apud Suidam)

C. Ἀνιπαθής, ές, ὁ καὶ ἡ, Contrariam affectionem habens, Obsistendi vim habens, per contrariam videlicet affectionem. At in Anthol. epigr. αἰνιπαθὴς φήμη, simpliciter Contraria fama exponitur.

Ἀνιπαθὲς positum pro substantiuo, Remedium aduersus aliquid. A Budæo vertitur Obsistens, & Remedium, αἰνιφάρμακον. Citat autem locum hunc Plut. in Antonio, τέλος δὲ χολὴ ἐμοῦπες ἔδηκεν, ἐπὶ καὶ τὸ αἰνιπαθὲς ὁ οἶνος ἐξέλειπεν. Citatur & ex Dioscl. lib. 4, c. 223, αἰνιπαθὲς δὲ τῆς φαρμάκοις, pro Aduersatur veneficiis.

Ἀνιπάθεια, ας, ἡ, Repugnantia inter aliquas res ob contrariam affectionem, vt inter ignem & aquam. Plut. De primo frigido, μυρίαι δὴ πυθεν εἰσὶν αἰνιπάθειαι καὶ αἰνιπάθειαι πρὸς τὴν ἀέρα τῆς γῆς. Quæ Turn. vertit, Sexcentæ profectò sunt aeris & terræ repugnantiæ & dissensiones. Est etiam αἰνιπάθεια, Vis obsistendi seu auxiliandi quam res aliqua habet, per contrariã affectionẽ. Alex. Aphrod. probl. vltimo lib. 2, φυσικὴν αἰνιπάθειαν ἔχουσαι πρὸς ἕκαστον ἰοβόλον θηρίον. Quæ Gaza ita vertit, Quæ vi suæ naturæ cõtra venenata omnia genera omnémque illatã iniuriã auxiliãtur. Politianus autem sic, Quæ naturalem quendam mutuum affectũ habent, quam αἰνιπάθειαν dicunt, aduersus quoduis venenosum animal. Plin. lib. 34, cap. 15, Ferrum à rubigine vindicatur ceruſa & gypso & liquida pice. hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. Sed hic locus aliter à multis legitur. In v. l. ex Aristoph. pro ἄκος, id est remedium.

Ἀνιπαθέω, θῶ, Cõtrariam affectionem habeo, Habeo naturalem ἀνιπάθειαν, Natura dissideo per ἀνιπάθειαν. Itẽ Resisto, vel Obsisto vel Obsto per ἀνιπάθειαν, seu vi ἀνιπαθείας. Ἀνιπαθεῖν & ἀνιπάφειν, (inquit Budæus) Contrario modo affici, & in diuersum tendere, Abhorrere, Dissidere, Obsisteréq;. Alexand. Aphrod. in Probl. πέλγλη τι κραπυμθὴν ἀνιπαθεῖ τῇ ναρκῇ. vbi idem Bud. vertit, Resistit, Contrà afficit. Gaza vim Græci verbi non exprimit, locum hunc ita vertens, Trigla obtenta vitium à torredine accitum tollit.

C. Ἀπαθὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, q.d. Impassibilis (vsurpãdo pro Carẽs πάθεσι. i. passionib⁹ ad verbũ, Lat. affectib⁹, seu affectionibus) Non obnoxius affectionibus animi. Cum Cicerone, Carẽs omni perturbatione. Gellius ἀπαθῆ describens, ait libri 19, cap. 12, Quòd nullus vsquam homo qui secundum naturam sentiret & saperet, affectionibus istis animi quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, voluptatis, carere & vacare totus posset. Perinde est enim acsi Gellius dixisset, Quòd nullus vsquam homo, qui secundũ naturam sentiret & saperet, ἀπαθὴς esse posset. Plut. de aud. poem. ἀλλ' οὐδὲ πῖς θεοῖς, ὅταν εἰς ἀνθρωπίνας ἐμπέσωσι θεράξεις, ἀπαθέσι χῶν παι καὶ ἀιαμαρτήπις. Idem in Alcibiade paulo aliter vtitur, quum scribit, ἄτρεπτος δὲ θεὸς τὸ κακῶς ἀκούειν καὶ ἀπαθὴς ὢν, ὁλιγωρεῖα δεξης. id est, Qui nihil commoueretur, vel Qui nullo tangeretur dolore ob infamiam.

¶ Ἀπαθεῖς à Xenophonte dicuntur etiam Qui nullis corporis malis sunt obnoxii, In quos nõ cadit aliquod malum pati. Est & apud Diodorum quoddam ἀπαθὲς ἔθνος. Sunt etiam ἀπαθεῖς, quum ad corpus refertur, Illæsi, Intacti, pro ἀπαθεῖς κακῶν. Fortasse ἀπαθὴς Impatibilis reddi possit (sicut Cic. naturã patibilẽ vocat τὴν παθητὸν) primúsque dari huic signif. locus. Sed frequentius cũ genitiuo. Dem. in Epitaphio, νόσων ἀπαθεῖς τὰ σώματα, καὶ λυπῶν ἄπειροι τὰς ψυχάς. Id est, Nõ habentes obnoxia morbis corpora. Sic dicitur ἀπαθὴς κακῶν, Non obnoxius malis, vel Expers malorum, Immunis malorum. Hermog. De inuent. lib. 2, ἀπαθῆ κακῶν ἐσομθρίω. Citatur etiam in bonam partem acceptum vt ἀπαθὲς καλῶν, pro Immunes bonorum, Commodorum expertes, ex Herodoto. Dicitur etiam ἀπαθὴς ὑπό τι ος. vt apud Aristotelem in Probl. ἀπαθὴς ὑπὸ τῶ ὁμοίου, quod exponitur, Qui à simili affici nequit. Ex Plutarcho autem in Romulo citatur ἀπαθὴς ὑπὸ τῶ παρόντων, pro Præsentibus malis non commotus.

Ἀπαθῶς, Aduerb. Impassibiliter, si Latina lingua admitteret: Absque vllis passionibus, id est affectionibus. Cũ Cic. Absque vllis perturbationibus.

Ἀπάθεια, ας, ἡ, Status mentis hominis ἀπαθοῦς, Impassibilitas, (si Latinè dici posset) Affectionũ vacuitas. A quibusdam exponitur Indolentia, sed non satis generali vocabulo fortasse. nam indolentia est ἀάλγησια. Plutarchus quandã ἀπάθειαν probat, & quandam improbat. scribit enim in Consol. ad Apollonium, οὐ γὰρ ἔφαγε συμφέρομαι τοῖς πλὴ ἄχρειον ὑμνῶσι καὶ σκληραὶ ἀπάθειαν, ὕξω καὶ τὸ δωατὸ καὶ τὸ συμφέροντες οὖσαι. Idem in Fabio, ἀπάθειαν μὲν οὖσαν πλὴ δοκοδσαν ἀνωφελίαν. At in lib. πῶς ἂν τις αἴσθ. ἑαυτὸ θεοκ. scribit, ὁπ πιαν πλὴ ἀπάθειαν θραστικθυαστέον ἐκ λόγου καὶ φιλοσοφίας τὸν ὑπὸ τῶ θεοπυγχανόντων παρέλκεσθαι μὴ βυλόμθρον. Cicero in Lucullo, Zenoni summũ bonũ est, in his reb⁹ neutrã in partẽ moueri: quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur: Pyrrho autẽ ea nè sentire quidem sapientẽ: quæ ἀπάθεια nominatur. Existimo autem eum & in alio eiusdẽ Luculli loco ἀπάθειαν intellexisse, vbi videlicet scripsit, Sed quæro quãdo ista fuerint ab Academia vetere decreta, vt animũ sapientis commoueri & conturbari negarent. Crediderim tamen non solùm hanc vocem ἀπάθεια, sed & alteram ei affinem, videlicet ἀπαραξία, exprimere voluisse. ¶ Dicitur etiam ἀπάθεια πρὸς τινα, vel πρὸς τι. vt apud eundem Plutarchũ, ἀπάθεια πρὸς τὸ θεῖον, in libro περὶ δεισιδαιμονίας, vbi scribit, καὶ ὅλως ἡ μὲν ἀθεότης ἀπάθεια πρὸς τὸ θεῖον ὄθι, μὴ νοοῦσα τὸ ἀγαθόν. Vbi ἀπάθειαν πρὸς τὸ θεῖον videtur vocare statum mentis eorum hominum qui nullo metus deorum sensu tanguntur seu commouentur.

C. Ἀπιροπαθὴς, Qui immensè perturbationibus seu affectionibus obnoxius est, vel perturbationum immensitati. (ita enim malo quàm infinitati, sicut illic immensè, quam infinitè) Et SVBSTANT. Ἀπειροπάθεια, Immensitas perturbationũ, in Synes. loco quẽ protuli in Μετριοπάθεια.

C. Αὐτοπαθὴς, Ex se patiens, vel Intrinsecus patiens. Item Reciprocus, vt αὐτωνυμία, inquit Bud. (qui ETIAM Ἰδιοπαθὴς hunc vsum habere tradit) SIC Αὐτοπάθεια, q.d. Intrinseca passio, Innata passio: Reciprocatio, quãdo eadem persona agit & patitur, v. lex. ex Gaza libro 4 Gramm. ADVERB. Αυτοπαθῶς, q.d. Cum passione intrinseca. Vel, Patiẽdo intrinsecé. ¶ Sed à Polybio vsurpatur pro Ex sententia animi, & Non simulatè, Ingenué. his enim modis vertit Budæus, remittens ad eos Polybii locos qui à Suida proferuntur, exponente οἰκόθεν & οὐ ἰδίας προαιρέσεως. Crediderim autem sonare ad verbum q.d. Ex proprio affectu.

C. Δεινοπαθὴς, Indigna passus, seu Grauia passus. Vel, Graui affectus iniuria. Eiusdem est formæ cuius & Αἰνοπαθὴς, quod habes in Αἰνός. Sed nullum huius adiectiui exemplum affertur in v. l. (vbi exponitur Grauiter ferẽs) sicut nec SVBSTANTIVI Δεινοπάθεια, quod exponitur Querela. Ego autem malim Indignatio eius qui se grauia passum dicit. At VERBVM Δεινοπαθέω, ῶ, quod Bud. exp. Grauiter afficior, Ingemo, Ægrefero, & Lamentabili voce queror, inuenio cum alibi, tum in loco Plutarchi quem protuli Tomo 1, col. 925. Addo autem iis quæ ibi dicta sunt de hoc verbo, & istud ex Budæo, Ciceronem videri ad verbum expressisse, Indignè pati. Sed & hoc adiicio, nimirum, δεινοπαθῶ videri sonare q.d. δεινὰ παθεῖν με λέγω, Grauia me passum esse dico, Indigna me passum esse dico, vel potius queror. Quæ & verbi Indignor propria significatio esse videtur. Magis tamen propriè respondet VERBO Ἀναξιοπαθῶ, cuius Budæus talem vsum agnoscit qualem tribuo illi Δεινοπαθῶ. Exponit enim non solùm Ægrefero, sed etiam Indignum esse dico, Indignum facinus clamo. (Accepisse autem eum hanc postremam interpretationem arbitror ex isto Terentii loco, in Andria, Venit Chremes postridie ad me clamitans, Indignum facinus, comperisse Pamphilum Pro vxore habere hanc peregrinam) & affert ex Plutarcho, ἀναξιοπαθήσας ὁ Κλεόπολεος ἀνεῖλεν αὐτόν. Alibi autem pro Stomachari ab eo poni tradit.

C. Δυσπαθὴς, Qui non facilè patitur, vel Qui non facilè afficitur. Ex quo intelligitur Firmus, vt scribit Bud. afferens hunc Luciani locum, δυσπαθέστερα δὲ καὶ καρτερώτερα τὰ σώματα γιγνόντα αὐτοῖς, ἐξαπνοῦθρα. Itidẽ verò à Dioscoride δυσπαθὲς σῶμα vocari τὸ στερεὸν tradit. Sed & à Galeno ad Glauc. δυσπαθῆ dici scribit Qui non facilè afficitur. At in v. l. δυσπαθὴς exponitur etiam Qui durus est contra medicamenta.

Δυσπαθὴς, Qui graui ægritudine afficitur, seu mœrore, & supra modum eo angitur. A Budæo exponitur, Qui præter modum afficitur: dicente opponi à Plutarcho τῷ ἀπαθεῖ, sicut & τὸν δυσπενθῆ.

Δυσπάθεια (sequendo significationem quam dedi priorẽ nomini δυσπαθὴς) Firmitudo qua fit vt quis nõ facilè quicquã mali patiatur, seu dãni, aut iniuriæ. Firmitas & Robur exponit Bud. in isto Plutarchi loco in Demetrio, de thoracibus Demetrii, δυσπάθειαν ἢ αὐτῶν καὶ ῥώμιλω ὅπῃ δεικνύθρος ὁ πηχύτης ἐκέκλυσεν ἀφεῖναι καταπελτικὸν βέλος. In v. l. affertur ex Alex. Aphr. Probl. lib. 1, μέγα δὲ πέφυκεν ὅπλον πρὸς δυσπάθειαν ἡ συνήθεια. quæ verba ita redduntur, Iuuat autem plurimum ad resistendum consuetudo. Item, Nos multum aduersus affectus & iniurias iuuat consuetudo.

Δυσπάθεια (sequendo posteriorem τῶ δυσπαθὴς significationem) Grauis ægritudo qua quis afficitur, seu Grauis mœror. Item Infelicitas, vt dicetur in Εὐπάθεια.

Δυσπαθέω, ῶ, Nõ facilè patior, seu afficior, ob firmitatem. Apud Greg. δυσπαθεῖν pro Ægrè affici dolore & labore, hoc est καρτερεῖν, inquit Bud. qui vt hîc δυσπαθεῖν exponit καρτερεῖν, ita in Luciani loco quem antè protuli,

δυσπαθέστερα cum καρτερώτερα copulari vides.

Δυσπαθέω, ῶ, Graui ægritudine afficior, seu vehementi mœrore. Plutar. in Pericle pag. 309 meæ editionis, δυσπαθεῦσι πρὸς τὰ γινόμθρα. In v. l. δυσπαθῶ ὅπῃ πᾶς συμφοραῖς, Calamitates ægrè fero. Budæus quoque exponit simpliciter Ægrè fero, in hoc eiusdem loco, μεμφόμθροι καὶ δυσπαθοῦσι εἰ μὴ πέπισται. Affert verò & hunc Gregorii locum de martyribus, καρτερῶσι τὸ δυσπαθεῖν δεφπτὼ Χριστοῦ μίμησιν. Addit autem accipi à Plutarcho & pro Conflictari, vt ægrotus in lecto irrequietus.

C. Ἔκπαθὴς, Qui nihil passus est, Illæsus, Incolumis. quasi ἐκτὸς πάθης. Vidẽ Suidam.

Ἐκπαθὴς, Immodicè affectus. vt Alciphr. μὰ πλὴ Καλλιγθένειαν κατέχαρον Μένανδρε, ἐκπαθὴς ὑπὸ ἡδονῆς γθυρμθύη, Vix præ lætitia mei compos eram. B. Item ἐκπαθῆ πρὸς τὰς ἀκρατοπεσίας, Suid. ex Æliano. ADVERB. Ἐκπαθῶς, Cum immodico affectu.

C. Ἐμπαθὴς, Cui insunt affectus, seu perturbationes, Affectibus seu perturbationibus obnoxius. Plut. τὸ ἀθρόπ τῆς ψυχῆς, νοερὸν καὶ λογικόν τὸ ἄλογον καὶ ἐμπαθες. A Budæo autem exponitur, Affectu percitus, vel cõmotus. quæ significatio huic potius eiusdem Platonis conueniet loco in lib. aduersus Col. ἐμπαθεῖς πρὸς τὰ θεία δ' ἐλπίδων ἅμα καὶ φόβων κατεσκεσμένης. ADVERB. Ἐμπαθῶς, Cum affectu, seu cum affectibus, Non sine perturbationibus, vel Non carendo perturbationibus. Plut. in Coriolano, pag. 423 meæ editionis, τοῖς ὑπ' θυμοῖς καὶ φιλίας πρὸς τὸν θεὸν ἄγαν ἐμπαθῶς ἔχοισι. In v. l. ex Herm. ἐμπαθῶς ἔχειν pro Affectibus moueri, seu Affici. Apud Plutar. Sympos. lib. 4, ἐμπαθεσατα, Maximo cũ affectu.

C. Ἑτεροπάθεια, Alterius partis vexatio, vt exponitur à Marc. Virgilio in hoc Dioscorid. loco, lib. 2, vbi de sinapi hæc scribit, ἀρμόζει πρὸς ἰσχιάδας καὶ ἀσκλήνιας, καὶ καθόλου εἰς παῦν χρόνιον ἀλγημα, ὅπου μεταχὺ τὸν τῶ βάθους εἰς ἢ ὀλιφαίνειαν βυλόμεθα τὰ τῆς ἑτεροπαθείας λόγω. Ita enim vertit Marcellus Virg. Quum ex alto in summam cutem, vt fit per alterius partis vexationem, trahere aliquid voluerimus. Ruellius autem sic, Quum permutandæ valetudinis causa ex alto vitia extrahenda sunt. Quidam ἑτεροπάθειαν liberius interpr. Illud curandi genus quo dolor ex vna parte in alteram euocatur.

C. Εὐπαθὴς, Qui facilè patitur, Qui facilè afficitur. vt εὐπαθὲς σῶμα, Corpus quod facilè & ex re leui iniuriam patitur, Corpus iniuriis expositum. cui opponi δυσπαθὲς vidisti suprà. Et εὐπαθὴς ἄνθρωπος Galeno ad Glauc. dicitur (inquit Budæus) Qui corpore tenero est, & facilè affici potest. Cui opponitur δυσπαθὴς. Dicitur verò de eo qui facilè afficitur, & in alia significatione, vt apud Plut. in Solone, εὐπαθὴς πρὸς ὁμονοιαν, Cuius animus facilè afficitur amore concordiæ, Propensus ad concordiam. Idem alicubi iunxit genitiuo: alicubi autem dativo: (quæ constructio rationi magis videtur consentanea) vt in lib. De primo frigido, ψύχεται γὰρ, καὶ πρὸς θερμανθῆ μᾶλλον, εὐπαθέστερον πρὸς ἀέρα γθυρόθμον. vbi Turn. vertit Aeri magis obnoxia.

Εὐπάθεια, VEL Εὐπαθία, Natura quæ facilè affici potest, Illa corporis constitutio qua fit vt iniuriis obnoxium sit, sequendo eam interpretationem quæ adiectiuo εὐπαθὴς data fuit, vt apud Alex. Aphr. lib. 2, Probl. οἱ πᾶδες πολλὴ ἔχισιν εὐπάθειαν καὶ ἕξιν τῆς φύσεως. Sed in aliis signif. frequentius accipitur, quæ manant ab altera aduerbii εὖ signific. Interdum enim accipitur pro felicitate. vt apud Greg. περὶ φιλοπλωχ. pag. 67, oppositum τῇ δυσαιθεία. Interdum pro beneficio, (intellige autem quatenus quis eo afficitur) vt apud Aristot. in Ethic. Interdum pro bona corporis habitudine, (quæ & εὐξία vocatur) quam tamen significationem sine exemplo Bud. affert. Sed multis exemplis confirmari potest ea quæ huic valde vicina est, nimirum ea qua ponitur pro voluptaria vita. Philo, ἀλλ' οἷς ὁ βίος ἐν εὐπαθείᾳ πολλῇ καὶ τρυφῇ. Sed & in plurali: vt apud Herodotum, ἐν εὐπαθείησι εἶναι, pro Indulgere genio, Curare cuticulam. Xenoph. autem in Apol. dixit etiam εὐπαθείας è foro sibi comparare, id est delicias. Vide Ἡδυπάθεια.

Εὐπαθέω, ῶ, Facilè patior, seu afficior, Obnoxius sum iniuriæ. vel potius, Expositus sum iniuriæ, seu Expositum iniuriæ corpus habeo. Itẽ Felicitate fruor. Itẽ, Afficior beneficio. Necnõ pro Fruor voluptate, seu Genio indulgeo, (sequor autẽ hic ordinẽ significationũ quæ nomini εὐπάθεια datæ fuerunt) Plato Polit. lib. 1, καὶ πῆ ἔρχοιτο, ὅπῃ τὸ ἀρχὴν, οὐχ ὡς ἐπ' ἀγαθὸν πιόντες, ἡδὴ ὡς εὐπαθήσοντες ἐν ἀιπῷ, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον. Vbi εὐπαθεῖν est quod vulgò dicimus *Se donner du bon temps*. Vide Ἡδυπαθῶ paulo post.

C. Ἡδυπαθὴς, ές, ὁ & ἡ, Voluptarius, Voluptati deditus. Hesych. exponit φιλήδονος. Athen. 12, ἐν οἷς εἶ καὶ Γολύαρχον τὸ ἡδυπαθῆ ὄπκα λούμθρον.

Ἡδυπάθεια, (sicut & εὐπάθεια in vna ex iis significationibus quas ei dedi) Voluptas, Voluptaria vita, Vita mollis, Mollities, Vel, Luxus, Deliciæ. Xen. Pæd. 7, εἰ νομίζοσι τὸ μὲν πονεῖν, ἀθλιώτατον· τὸ δὲ ὁπότ' ὡς βιοτεύειν, ἡδυπάθειαι. Item in plurali, apud Athenæũ, οὕτως ἐθήσκηνπο πρὸς τὰς ἡδυπαθείας. quæ Bud. vertit, Sic eruditi & docti erant in luxu & rebus voluptariis.

Ἡδυπαθέω, ῶ, (sicut εὐπαθῶ) Voluptate fruor, Genio indulgeo, Molliter me curo, Delicatè & molliter viuo. Xenoph. Pæd. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ πᾶδες ἐσκωπῖον αὐτὸν ὡς ἡδυπαθεῖν μεμαθηκὼς ὀν Μήδοις εἴη. Philo, εἰ μὴ πρὸς τὸ πονεῖν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων πρεπτρέπεται. At verò bicomp. Ἐνηδυπαθῶ & Καθηδυπαθῶ vide post Ἡδυπαθῶ, in Ἡδύς, col. 1432.

C. Μετριοπαθὴς, ές, ὁ & ἡ, Cui sunt mediocres perturbationes, Qui modum tenet in perturbationibus, seu in affectibus. In vulg. lex. μετριοπαθὴς exponitur Qui modicè perturbatur: & additur ex Aristotele, sapientẽ esse μετριοπαθῆ quidem, at non ἀπαθῆ. A Bud. autem exponitur Modicè affectus, id est (inquit) qui modum in ira non excedit. Exponit etiam Moderatus & Clemens.

Μετριοπάθεια, Mediocritas perturbationum, seu affectuũ, Modicæ perturbationes. Plutarch. in Coloten, οὐδὲ ὅσον ἦν φρόνημα τῇ ψυχῇ μετὰ πρεπότητος καὶ μετριοπαθείας. Synes. epist. 140, εἰ φιλοσοφία πρεσβεύειν οἶδεν ἀπάθειαν αὐτῶν, αἱ μεσαι δὲ ὕξεις εἰς μετριοπάθειαν ἵστανται, πλὴ ἀπειροπάθειαν καὶ πο δυπαπίνωπον πολ χώρας πάξω μθρ; Cicero hanc ipsam vocem exprimere voluit, vt opinor, quum dixit, In omni permotione naturalem quẽdam modum: ita scribens in Lucullo, Sed quæro quando ista fuerint ab Academia vetere decreta, vt animum sapientis commoueri & cõturbari negarent. Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Vbi obiter obserua etiam vocari πάθης permotionem.

Μετριοπαθέω, ῶ, In quadam perturbationum seu affectuũ mediocritate versor, Sũt mihi mediocres seu modicæ perturbationes. vel modici affectus. Aut, Modicè afficior, vt Budæus vertit. Sed [redacted] epistolæ ad Hebræos cap. 5, v. 2, μετριοπαθεῖν δυνάμθρος πῆς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμθρίοις, ἐπὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν, à vetere quidem interprete redditur, μετριοπαθεῖν δυνάμθρος, Qui condolere possit: ab Erasmo, Qui placabilis esse possit: [redacted], Qui quantum satis est miserari possit vicẽ. Illa certè Erasmica interpretatio nimis remota esse mihi videtur: qui planè existimo μετριοπαθεῖν hîc nouè ab Apostolo vsurpatum fuisse, & noua etiam constructione, pro eo quod in fine præcedentis epistolæ dixerat συμπαθῆσαι, eadem de re loquens, (οὐ γὰρ ἔχομθρ ἀρχιερέα μὴ δυνάμθρον συμπαθῆσαι πᾶς ἀσθενείαις ἡμῶν) vel potius pro συμπαθῆσαι μετὰ μετριοπαθείας.

C. Ὁμοιοπαθὴς, VEL Ὁμοπαθὴς, Cui similes sunt affectus, seu eædem aut similes perturbationes, Iisdẽ affectibus obnoxius, seu perturbationib⁹. Aristot. Ethic. 8, περὶ τῶν ἡλικιωτῶν loquens, οἱ πιστοὶ ὄ ὁμοιόθεις καὶ ὁμοιοπαθεῖς ὡς ὄπ πολύ. Vsus est Lucas Actorum cap. 14. In vulg. lex. ex Theophr. ὁμοιοπαθῆ πῆς καρπῆς, Quæ simili fructũ ratione afficiuntur. Fortasse reddi possit, Quibus accidunt similia iis quæ & fructibus. Vel eadem quæ &c.

ADVERB. Ὁμοιοπαθῶς, VEL Ὁμοπαθῶς Cum similitudine affectuum, vel Iisdem affectibus.

Ὁμοιοπάθεια, Affectuum similitudo, Similes affectus, seu iidem. Aut Eædem perturbationes. Item figura, vel virtus oratoria, à similitudine affectuum ducta. vt,

Fuit & tibi quondam Anchises genitor. Budæus ex Macrobio. A

Ὁμοιοπαθέω, ῶ, VEL Ὁμοπαθῶ, Similes sunt mihi affectus seu iidem, Vel similes perturbationes. Similiter afficior. Bud. vertit ὁμοιοπαθεῖν, Similiter affici, in isto Aristotelis loco, Ethic. 1, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ. At ὁμοπαθεῖν vertit Consentire, Assentiri, Obtemperare. Apud Plutarchum in Galba. Dicitur ETIAM Συνομοιοπαθῶ eadem illa significatione ab Aristotele.

C. Περιπαθὴς, Vehementer affectus, vt exponit Budæus B apud Athenæum. Exp. etiam Affectibus obnoxius: afferens ex Gregorio οἱ περιπαθέστεροι καὶ σωματικώτεροι. Suidas affert ex Polybio, μήθ' ἑαυτὸν ῥίψαι κατὰ τὸ κρημνοῦ περιπαθὴς γυμνάσιον. vbi περιπαθὴς γυμνάσιον esse puto Dolore intolerabili affectus, aut Dolore impatienter affectus, vel mœrore. ADVERB. Περιπαθῶς Cum magna vi affectuum, apud Luc. μάλα περιπαθῶς ἄδων ἐλεγεῖα. Et περιπαθῶς ἔχω, idem quod περιπαθῶ. Est AVTEM Περιπαθῶ non solùm Vehementi affectu moueor, seu commoueor, sed etiam Æstuo dubitatione, C seu anxietate. vt Bud. exponit in hoc Plutarchi loco in Antonio, τοῖς δὲ θαυμάσιας ἐπεσκόπει περιῶν Ἀντώνιος, δεδακρυμένος καὶ περιπαθῶν. In hoc eiusdem in Cæsare, ἀπορούμενος δὲ καὶ περιπαθῶν, δεινὸν ἐβούλετο βούλευμα, exponit Anxius & æstuans impatientia. Bayf. autem, In anxietate constitutus rerúmque difficultate. Sed illa Budæi verba significantiora sunt, & verbi vim melius exprimentia, meo quidem iudicio. Apud eundem Plutarchum in Othone, περιπαθοῦντες καὶ λοιδορούντες ἑαυτοί. Quinetiã sequente particula εἰ vsus est in Apoph. Lacon. scribens, καὶ τὴν σφαγὴν σωφρονοῦντων, καὶ περιπαθεύοντων εἰ περιμένει δ' ὡς ἄμιν ἀλλὰ ὡς ἀπιστῶν αὐτοῖς. vbi περιπαθοῦντες dici mihi videntur Qui valde indignantur aut etiam qui stomachãtur. Apud Philonem cum D eadem particula, præcedente etiam præpositione ὅτι cum suo datiuo. De vita Mosis libro tertio, ἐφ' οἷς Μωϋσῆς περιπαθήσας λοῖ, εἰ πρῶτον μὴ πᾶς ὁ λαὸς ἐξαίφνης γεγήθοιτο τυφλός, &c. Item BICOMP. Ἐμπεριπαθῶ, vt ἐμπεριπαθῶ πύπις. q. d. Instomachor his, (ea forma qua dicitur, Indoluit facto, & Indoluisse malis, à Nasone) E pro Stomachor in his. At in vulg. lex. expon. simpliciter Stomachor. Sed & ὑπερπαθήσας à THEM. Ὑπερπαθῶ, in vulg. lex. Valde affectus, Commotus.

C. Πολυπαθὴς, Multis casibus iactatus, seu multis malis. Sic autẽ participio Iactatus vtẽs Fabius dicit Variis casibus iactatus. Videtur accipi posse & pro eo qui multis seu variis perturbationibus agitatur.

C. Συμπαθὴς, Cui est idem affectus, seu cui sunt iidem affectus, Affectu seu affectibus cum alio consentiens, seu cum alio consentiens vel breuius, Itidem affectus. Plutarch. de defectu orac. ὅσα δὲ αὐτῇ μᾶλλον πρόσεστι, καὶ πύπτοις συμπαθὴς ὄντι. quæ ita ibi redduntur, Quippe quã hæc magis ei affinia sint, & ab his cognatione quadã & consensu afficiatur. Bud. autem simpliciter vertit Consentiens: ex Aristot. afferens, τὸ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ θερμὸν συμπαθέστατόν ὄντι, καὶ ἀναπνοὴν πεποιῆται πλὴν ἀέρος, μεταβάλλοντος καὶ πάσχοντος τῶν περὶ ἐγκέφαλον αἵματος. Sic apud Synesium, τῶν παντὸς πύπου συμπαθοῦς τε καὶ σύμπνου τῶν μέρη πρόσεστι ἀλλήλοις. vbi etiam obserua πρόσεστι vnà cum hoc nomine, sicut in eo Plutarchi loco quẽ modò protuli. G

Συμπαθὴς, Qui simul cum alio afficitur & tangitur eius malo, Quem tangunt aliena mala tanquam sua, Qui condolescit alicui, miserans eius vicem. In 1 epist. Petri cap. 3, τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι. vbi vet. interpres συμπαθεῖς vertit Compatientes: Erasmus Similiter affecti: Beza (vi verbi melius expressa) Mutuo molestiarum sensu affecti. Cum datiuo apud Synesium, πλὴν ὀκνήσαι ἔγνω γνωμοῦμαι αὐτῷ συμπαθῆ, Ecclesiam vicem eius miserari, vel Misericordia eius duci. In vulg. lex. τὸ συμπαθὲς σου ex Phalar. affertur etiam pro Humanitas tua. H

Συμπαθῶς, Cum consensu affectus, seu affectuũ, Consentiente affectu. Vel, Cum conuenientia & coniunctione naturæ, &c. sequendo interpretationem quam dat Cicero nomini συμπάθεια.

Συμπαθῶς, Cum commiseratione & quasi condolescentia. Propriè de commiseratione eius qui malis alicuius afficitur tanquã suis, & velut vnà cum eo illis afficitur. Plut. de Alex. fortuna, ἀποθανοῦσαν δὲ [Darii vxorem] ὅπως βασιλικῶς ἐκόσμησε καὶ συμπαθῶς ἐδάκρυσεν [Alexander] ὥστε ἄπισον αὐτῷ τὸ σώφρον ἐν τῇ φιλανθρώπῳ ῥυέντος, καὶ λαβεῖν ἀδικίας ἔγκλημα πλὴν χρηστότητα. vbi Bud. συμπαθῶς vertit Misericorditer, ita hunc locum interpretãs, Defunctæ verò regiè vsqueadeo iusta fecit, misericorditérque fleuit, vt fidem eius integritas nõ faceret præ tanta humanitate, summáque probitas iniuriæ arcesseretur. Idem Plutarchus in lib. περὶ παίδων ἀγωγῆς postquam dixit ipsãmet matres debere suis liberis esse nutrices, hanc rationem reddit συμπαθέστερόν τε τὸ θρέψοισι καὶ δι' πλείονος ὄντι μελέας. vbi συμπαθέστερον accipitur simplicius pro Maiore cũ affectu. (ita enim malo quàm Maiore cum charitate, vt quidã interpr.)

Συμπάθεια, Consensus in affectu seu affectibus, Conuenientia affectuum. A Cicerone redditur Conuenientia & cõiunctio naturæ, item Cognatio naturæ & quasi concentus atque consensus, vt videbis in meo Cic. lexico, pag. 174, & 175, & 176. (Plinius consensum mẽbrorum vertit, Consortium autem, Cels. teste Budæo. Quidam verò & Collegium naturæ ex eodem Plinio afferunt pro interpretatione huius nominis, opponẽte ei repugnantiam naturæ. Quum autem reddit consensum membrorum, significationem eius restringit) Alex. Aphrod. problemate vltimo libri 1, (id est, quod in vulg. editionibus postremum est) ἡ αἰτία ὅτι τῶν πλείστων βοτανῶν συγκειται ἔχουσῶν πνα συμπάθειαν πρὸς ἕν ἕκαστον μόριον. vbi Polit. vertit Quæ plurimis ex herbis componitur quæ consensum aliquem cum singulis corporis partibus habeant. Rectius, meo quidem iudicio, quàm Gaza, qui ita reddit, Quæ singula membris principalibus subueniunt singulis. Apud Basil. in quadã ad Greg. epistola redditur Contagiosus consensus, vbi scribit, τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας πλὴν ψυχῶν ἀπορῆσαι. De συμπαθείας significatione quam apud philosophos habet, necnon de ea quam apud medicos, ita Gorræus scribit, Συμπάθεια, est duorum naturalis quædam coniunctio & concordia. Eam similitudo vel generis vel naturæ, vel temperamenti, vel morum, vel rerum aliarum, conciliat. In plurimis verò causa ignoratur, eámque philosophi & medici etiam sapientissimi ad substantiæ totius familiaritatem atque occultam quandam vim & proprietatem retulerunt. Quam siquis sit qui se nosse profiteatur, non caret arrogantiæ impudentiáque nota. Huiusmodi συμπαθείας exempla permulta à philosophis referuntur, vt magnetis cum ferro, purgantium medicamentorum cum humoribus, elephanti cum homine, hominis cum plerisque animalibus, herbis & fructibus quibus salubriter vescitur. Huic sympathiæ contraria est ἀνοσπάθεια, quæ non est aliud quàm cæca rerum inter se discordia. Paulo aliter σ' συμπαθείας nomen medici vsurpant, quum eam distingunt ἀπὸ τῆς ἰδιοπαθείας. Tunc enim significant partis alicuius affectionem nõ propriè quidem & primariò vel per se laborantis, sed per societatem & consensum alterius. Id autem duobus modis posse fieri Gal. libro primo de locis affectis demonstrauit: siquidem vel absolutè, vel per priuationem eiusmodi sympathia contingit. absolutè quidem an positiuè dicas, nihil refert. Fit autem id sympathiæ genus quando à parte primariò affecta aliquid in aliam velut vmbra per viam transit, quòd causam morbo præbeat. Id autem tum vapor tum humor esse potest. Et paulo pòst, Vide autem ne in distinguẽda idiopathia & sympathia hallucineris, nec existimes partem omnem per sympathiam affici quæcunque ab alia afficitur. Destillatio sæpe pleuritidem excitauit, angina versa est in peripneumoniam, dysenteria in lienteriam, febris in abscessum, nec tamen eo casu pleura, nec pulmo, nec ventriculus, nec pars abscessu tentata per sympathiam laborant, sed quũ & causa affectus & ipsa affectio in iis ipsis partibus hæreant & constiterint, pri-

mariò & κατ' ἰδιοπάθειαν laborare dicentur. Siquidem A fanatis etiam iis partibus à quibus primùm affectio profecta est, ipsa nihilominus perseuerat, constánsque & stabilis est, atque propriam curationem desiderat. quorum neutrum affectui per consensum facto proprium est. Hic enim ita dependet ab alio, vt vmbra à corpore. Aliud sympathiæ genus est quod per priuationem fit, tum facultatis in partem aliquam influere solitæ, tum materiæ ad edendam actionem necessariæ. Quum enim affecta parte aliqua, pars alia eo priuatur quod ei naturaliter adesse consueuit, tunc per consen- B sum affecta esse dicitur. Sic digiti per paralysin affecti sunt, quòd sentiendi vel mouendi facultas ad eos iam non descendit: nullo tamen vitio in digitis per idiopathiam existente, sed quia eo priuantur quod ipsis sanis aderat ad obeundam actionem. Sic & vox seu larynx per sympathiam læditur, si efflatione, vocis materia, priuatus sit thorax, quoniam perfossus ipse sit, aut quia intercostales musculi resoluti sint, aut quia spina metaphreni vel ceruicis tota affecta sit: quum tamen per eam aphoniam nullum vitium nullàque affectio c propria sit vocalium instrumentorum, sed tantùm quòd laryngi materia vocis desit. Quoties enim parti alicui deest id quod secundum naturam ad actionem ei aderat, iure optimo eam affici dicendum est. Quippe ex ipso verbo συμπάθειν partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici declaratur. Et reuera illius actio, vel omnino perit, vel depraua- tur, vel imminuitur. Nec tamen ideo pars ea ægrotare propriè dicetur, nec talis eius affectio propriè morbus vocabitur. Siquidem ei parti nec morbus ipse nec D morbi causa incidet, nec est necesse partem omnem cuius actio læsa sit, statim etiam morbo teneri.

Συμπάθεια, Cõmiseratio eius qui simul cum alio afficitur eius malo, & q. d. Condolescentia. A Budæo ex ponitur Affici alienis incõmodis, afferente ex Chrysostomo, ὁ μὴ μοναχὸς καὶ τῆς συμπαθείας πρὸς δεῖται. Galli planè ad verbum dicunt Compassion, quod sonat Cõpassio.

Συμπάθεω, ῶ, Vnà cum alio afficior, Eodem sum affectu, Affectu seu affectibus cum alio consentio, aut etiam natura. (sequendo interpretationem quam Cic. nomi- E ni συμπάθεια tribuit) Aristot. in Physiogn. δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιοῖ μὴν ἀλλοιοῖ πλὴν τοῦ σώματος μορφώ. Plut. in lib. De inuidia, ὥσπερ δὲ, ὥς φασι νοσήματα, συμπαθεῖ τοῖς ἀλλήλων φλεγμοναῖς.

Συμπαθῶ, Simul cum alio afficior eius malis velut meis, Tangũt me alicuius mala tanquã mea. Redditur etiã vno verbo Cõdolesco, & Cõmiseror. Plut. in Tim. pag. 441 meæ edit. οἵ τε πρὸς πλὴν μεταβολὴν τρεπόμενοι καὶ συμπαθοῦντες. Vt plurimum tamen iungitur datiuo, ac F tum minimè addendum est nomen ei verbo quo ad interpretationem huius vtimur. Isocr. ὥσπερ καὶ ταῖς μικραῖς ἀτυχίαις ἕκαστος ἡμῶν πολλοὺς εἶχε συμπαθήσοντας. Autor epist. ad Hebr. 4. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. Vbi redditur, Qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum. quum paulo pòst (id est initio cap. sequentis) scribat, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι &c. (de quo loco in Μετριοπαθεῖν à me dictum est.) Idem cap. 10 scribit, καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε. vbi quidam τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε interpr. De vinculis meis doluistis. (pro quo etiam G dici possit Indoluistis vinculis) Sed libentius vterer periphrasi hac Erasmica (aliáve simili) Afflictionum quæ ex vinculis meis cõtigerunt participes fuistis. Dixerat enim paulo antè, πολλὰ ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων.

C. 2. Ἀσυμπαθὴς, Cui nullus est affectus seu affectuum consensus cum alio, vel nullus consensus naturæ, aut conuenientia, Affectu seu natura discrepans, Consensu affectus carens, seu naturæ. Aut simpliciter etiam, Cõsensu carens, Synes. in lib. De insomniis, ἐπαίει γὰρ τὸ H πνεῦμα τοῦτο τῆς ψυχικῆς διαθέσεως, καὶ οὐκ ἀσυμπαθές ὄντι πρὸς αὐτό.

Ἀσυμπαθὴς, Qui cũ alio nõ afficitur eius malis, Qui cõ miseratione nõ tãgitur, &c. sequẽdo significationes nominis συμπαθὴς, cui hoc contrariũ est. Plut. in Coriolano, pag. 407 meæ editionis, πλὴν αὐτὸς ὁ Μάρκιος, αὐτὸς ἐκπληκτος καὶ ἀπαπίνωτος καὶ ὀρθῆμα καὶ βαδίσματι, ἀσυμπαθὴς ἑαυτῷ μόνος. quib⁹ subiũgit eũ fuisse ἐμπαθῆ ὑπὸ ὀργῆς, &c. Videtur autẽ πεποιθὸς ponere pro συμπαθοῦσι.

Alia composita, in quibus videlicet ipsum thema Πάσχω præfixas præpositiones habet.

C. ΑΝΤΙπάσχω, idem quod ἀνιπαθῶ, quod habuisti suprà post Ἀνιπαθὴς. Dioscor. libro sexto, ἀνιπάσχουσι δὲ πολλάκις αἱ ἰδιοσυγκρίσεις σωμάτων καὶ αἱ προσθέσεις. Exponitur aliquando Aduersor. sed intelligendũ Aduersor per antipathiam. Dioscor. lib. 3, cap. 70, ἀνιπάσχει τῇ δυσουρείας. ‖Capitur etiam pro Vicissim benencio afficior, Gratia mihi repẽditur. vt, δίκαιόν ὅτι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀνιπαπονθέναι. Affertur præterea ex Arist. Pol. 2, ἀνιπεπονθὸς τὸ ἴσον σώζει τὰς πόλεις. & exponitur, Æquale repensum, Æqualitas vicissitudinis. Budæus autẽ tradit hoc ius Latinis vocari talionem, & huius iuris assertores fuisse Pythagoreos, iùsque Rhadamanti appellare solitos.

Ἀνιπαπονθότως, Aduerb. Oppositè. ἀνιπαποιθότως ἀποφάσκειν apud Areopagitam, est idem quod ἀνιπαθῶς. (inquit Budæus) hoc est ἀνιπαιμφίως, ἐναντίως. vt lucem tenebras vocare.

C. ΠΡΟπάσχω, Antè patior, Prius patior, vel Prior patior. Plato de rep. lib. 2, οὐδὲν δὴ κακὸν προπεπονθώς, Nihil mali antè passus, id est Nulla iniuria antè affectus, Nulla iniuria lacessitus. Sed dicitur & sine adiectione nominis κακόν. vt apud Thucyd. lib. 3, παρηνόμησάν τε ὑπὸ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν. Idem eodẽ lib. ἀνιπαμωρήσασθαί τε πνὰ πρὸ πλείονος ἢν ἢ αὐτὸν μὴ προπαθεῖν. vbi tamen potuit & simplici παθεῖν vti, eadem manente sententia. Quod & de altero illo dici loco potest. Cæterùm vt οὐδὲν κακὸν προπεπονθώς, apud Platonem, sic & οὐδὲν ἀγαθὸν προπεπονθῶς apud Xenophontem legitur, pro Nullo beneficio affecta, Quæ nullum accepit beneficium.

HINC προπάθεια, q. d. Antepassio. In vulg. lex. Morbi præludium, Aduentatio morbi. Ex Plutarcho autem affertur pro antecepta perturbatione.

C. ΠΡΟπάσχω. (q. d. Adpatior, aut Adafficior) Addictus sum alicui, & ei adhæreo veluti per quandam sympathiam. At Bud. pagina 73, προσπάθειν exponit Magno affectu hærere: afferens ex Dionysio Areopagita, ὅσοι γὰρ οὐκ ὀφείλοισι τῆς γνίνοις προσπάθειν. id est, Hærere (inquit) & immodicè affici. Plutarch. τὸ δὲ μειράκιον ἐπέρῳ πνὶ τῶν ἐρασταῖν μᾶλλον ἦν προσπεπονθὸς, id est Propensior & deditior. Idẽ B. alibi, nimirum in suo lexico, scribit, προσπάθειν videri idẽ esse quod ἐμπαθῶς ἔχειν πρός τι. Possumus autem huic quem ex Plutarcho ille affert loco, addere hunc eiusdẽ, qui in Erotico extat, οὐδ' ἐρᾶν ὑμᾶς ἔφησθ' φημι πνὶ χωαιξὶ προσπεπονθότας, ἢ παρθένοις. At verò de eo quod Cicero dixit ad Att. libro 2, Nimiũ πῶ καλῷ προσπέπονθα, Budæum in eadem illa pag. consule.

HINC Προσπάθεια, Affectio qua rei alicuius sumus omnino addicti, eique adhæremus. Theophyl. epist. 26 quũ dixisset magnetem amore prosequi ferrum, subiungit, πειαῦτα προσπάθεια Δεξίκρατις καὶ τῆς αὐτῷ χοις εἰγίνοντα. Synesius De insomn. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἀπαθῶς διακείμεθα πρὸς τὰ θέαματα, ἀλλ' ἰσχυραὶ μὴν συγκαθέσεις τε καὶ προσπάθειαι.

C. ΣΥΜπάσχω, (q. d. Cõpatior, seu Coafficior) Simul patior, Simul afficior, &c. quæ habes suprà in Συμπαθῶ post Συμπαθὴς. Budæus postquã συμπάθειν ad verbũ exposuit Coaffici, item Cõsentire: affert hæc quæ in vita Thucyd. scripta esse dicit, μικροῦ γὰρ συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅτι λοιμὸς καὶ τὸ σῶμα. Item ex Gregorio, loquente de ostentis quæ pro Christianis apparuerunt, ὅσα μὴν ὀκ τῶν οὐρανίων καὶ τῶν ἄνω, συμπαρόντων τῆς ἡμετέρας, καὶ πλὴν τῶν παντὸς ἁρμονίαν τε καὶ οἰκείωσιν. In vulg. lex. ex Theophr. συμπάθειν τῆς μεταβολῆς pro Mutationes sentit. Sed & diuerso vsu, cum rei accusatiuo videlicet, ex eodem, συμπάθειν τῶ τι καὶ φύλλα. si locus mendo caret.

Συμπαθὴς, & Συμπαθῶς, & Συμπάθεια, & Συμπαθῶ, vide suprà.

AT VERO in Εὐπάσχω alia particula quàm præpo

sitio ipsi Πάχω præfigitur, nimirum aduerbium. At in bicomposito Ἀντιβπάχω, habes præpos. αὐτὶ ante βῦ. Est autem Εὐπάχω. Beneficio afficior, In me confertur beneficium. (q.d. Bonum patior, seu bona) Et βῦ παθὼν, Beneficio affectus. Hinc BICOMP. Ἀντιβπάχω, Vicissim afficior beneficio, Mutuo afficior beneficio, seu mutuis beneficiis. Plato, ὥςπε καλὸν δοκεῖ σημεῖον εἶ εἰ βὺπιήσας Τούτῳ πῶ βὺεργεσίαν, αὐτευπείσεται. Sic autem duo ista verba sibi respondent apud eum qui dixit, δίκαιόν ὅτι τὶς βὺπιήσαντας αὐτὶβυπεπιθεναι. At in illo Platonis loco scribitur etiã disiunctim αὐτ' βῦ πείσεται, quæ scriptura non video quomodo defendi possit, & quod exemplum particulæ αὐτὶ ita positæ afferri. Non ignoro alioqui βῦ πάχω & βῦ παθὼν frequẽtius inueniri disiunctim scripta: sicut & βῦ ποιῶ, vnde etiam βῦ ποιήσας in iis quos modò protuli locis quædã exẽplaria habẽt.

A

B

ΠΑΤΕΊΩ, ῶ, Calco, Conculco. Luc. lib. 8, ῥίψαντές τε τὰ σώματα τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν καὶ πατεῖν, εἴασαν, κυσί τε καὶ ὄρνισι βορά. Et pass. Πατεῖμαι apud eundem, lib. 7, ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοί τε καὶ πατούμενοι. Sic lib. 5, ὃν ἢ τῆς ἀρπαγῆς πολλοὶ διεφθείροντο, ὑπό τε ἀλλήλων πατούμενοι, καὶ τῆς δόξης τῆς ἀναῖς (vel potius ἀναπιεῖς) ἀπολλύντες. Itidem dixit Plutarch. ὑπ' ἀλλήλων πατεῖσθαι, in lib. De Herod. Dicunt etiam πατεῖν τὰς φυλάς, vt Latini Calcare vuas, & πατεῖν τὸν οἶνον, item πατεῖν sine adiectione: vt videbis apud Eustath. pag. 1574. (Alioqui πατθεῖσαν φυλὴν alia etiã signif. dici in Πατητὸς videbis) Πατεῖν metaphoricè quoque, sicut Latinè Conculcare, & simplex etiã Calcare, vt quũ dicit Naso Trist. lib. 5, Imposito calcas quòd mea fata pede. Proterere quoque vsurpant eodem modo, & quidem cum Conculcare copulantes interdum. Gallicè Fouler aux pieds, pro Contemptui habere, atque adeo afficere contumelia, aut etiam Opprimere. Soph. Aiace, πῶ δίκην πατεῖν. Cui simile apud Apoll. Arg. 2, πατέοιτε θέμιστας, violetis iura. Sic & apud Arist. Vespis, — ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν Τὰ τῶν θεῶν ψηφίσματα. Arrian. ὅρκοις πατήσας οὓς ὤμοσε. Apud Plutarchum, πατῆσαι τὸ φρόνημα, pro Deiicere & prosternere, Abiectum reddere & contemptum. Apud eundem pro Insultare. Lucianus in Nigrino dixit etiam, πανταχόθεν τῇ τρυφῇ θορυβοῦντες αὐτῆς τὰς ψυχὰς πατεῖν. Sed & λᾶξ πατεῖν apud eundem metaphoricè positum legitur. Cæterùm quod attinet ad illud δίκην πατεῖν, ac similia, sciendũ est hanc metaphoram ab Homero manasse, apud quem Eust. quomodo πατῆσαι exponat, docebo in Καταπατῶ. vsus enim est hoc cõposito Homerus, licet ille de simplici loquatur. (Eiusdem generis metaphora Plutarch. ὑπὸ πόδας πίθεσθαι dixit in lib. aduersus Epicurum, τὰς μὲν Θεμιστοκλέους καὶ Μιλτιάδου τροπαίοις ὑπὸ πόδας πθεμένου καὶ καταπαλίζοντος. Galli hanc quoque in vsu habent, dicentes, Mettre sous les pieds. quum alioqui illud Fouler aux pieds, vehementiam maiorem habeat, & τῷ πατεῖν potius respondeat) Vt autem πατεῖν interdum metaphoricam verbi Conculco seu Protero significationem accipit, sic & verbi Tero: eam videlicet qua dicimus Terere aliquem scriptorem, aut Manibus terere, pro Versare (vt Horatius dixit Exemplaria Græca versare) Aristoph. Auibus, ἀμαθῆς γὰρ ἔφυς, κ' ὁ πολυτροπάμων, οὐδὲ πατεῖν εἴωθε τὸν πεπατηκάς. Plato in Phædro, Ἀλλὰ μὴν τόν γε Τισίαν αὐτὸν πεπατηκὰς ἀκριβῶς.

C

D

E

F

Πατῶ interdum pro composito τροπατῶ, Ambulo, Incedo. vt apud Athen. lib. 12, ἐν πολλῇ δὲ τρυφῇ ζῶν, οὐδὲ πατεῖν εἴωθε λῶ, εἰ μὴ δι' οἴκου ἐπαπορεισόμενος ἐπορεύετο. Affertur & cum ἐκεῖσε pro Ire, μηκέτι ἐκεῖσε πατῆσαι. (At verò in πατεῖν πῶ αὐλῶ (ex Esaiæ cap. 1, quod exponitur In atrio ambulare) possimus πατεῖν illo verbo Calcare interpretari. dicimur enim calcare locum in quo ambulamus. Item passiuum πατεῖσθαι pro Percurri. vt in hoc Laertii loco in Archelao, ἐνθύετο ᾗ καὶ ἄλσος, ὁ χωρεάφος τῆς ὑπὸ Ἀλεξανδρου πατθείσης γῆς, id est (vt Budæus vertit) Terræ percursæ & exercitu ambitæ ac lustratæ.

G

H

Πάτημα, ατος, τὸ, Quod calcatur, vel potius calcatum est, q.d. Calcamentum, seu Cõculcamentum. Metaphoricè apud Basil. de homine conculcabili, (inquit Bud.) καὶ δέδεται πάτημα τῷ πεπατημένῳ.

Πατητὸς, οῦ, ὁ, Calcabilis, seu Conculcabilis, Qui calcari potest, seu conculcari. Et pro Calcatus, vt quum dicitur per compositionem λακπάτητος seu λᾶξ πάτητος.

Πατητὸς φοίνιξ, Palmæ genus tertium, (vt scribit Plinius, lib. 13, cap. 4) sed nimio liquore redundans, cuius pomum etiam in sua matre dehiscit & rumpitur, calcatóque simile apparet. inde nomen inditũ. Sunt autem qui eo nomine palmulas passas, & à sole in ipsa arbore vstas & corrugatas intelligendas censeant. quo etiam modo πατθείσας σαφυλὰς interpretantur: ex quibus Aetius libro 9, cap. 24, vinum scybelites stillare scripsit. Quanquam eo loco reuera calcãtas intelligere possumus, ex quibus vinum sponte fluere dicitur, si rationem habeamus eius quod prelo expressis vuis manat. Cæterùm palmularum prædictum genus non de iis modò dicitur quæ iam diutius in arbore so lẽ passæ fuerint & propè exiccatæ, sed de iis etiam quæ ante maturitatem succo grauidæ & turgentes rumpi solent. Hæc Gorr. Affertur autem ex Galeno ista φοινίκων appellatio, Methodi libro 10, καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ δῆλον τῆς φοινίκων ὅτι θέμα τῆς λιπαρῶν (ὀνομάζουσι δ' αὐτὰς πατητὰς) ἀγαθὸν φάρμακον. Quod autem ad πατθείσας σαφυλὰς attinet, vide & in Θειλοπεδευθεῖσα σαφυλή, Tomi primi columna 1180 in fine.

COMPOS. Ἀπάτητος, q.d. Incalcabilis) Qui calcari non potest, in Anthol. epigr. ITEM Εὐπάτητος, Qui facilè calcari potest.

Πάτος, ου, ὁ, Calcata via, Trita via, ἡ πεπατημένη ὁδός. Exponitur & Via publica, ἡ λεωφόρος ὁδός. Hom. Iliad. υ, Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἔπειτα καθεζόμεθα κλάοντες Ἐκ πάτου ἐς σκοπιήν. Et Odyss. ι, — ὃν δ' αἶγας ἀπειρέσιας γεγάασιν Ἄγελαι. ἡ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει (vbi Eustath. πάτος ait exponi ἀσφοφὴ, ἤτοι ὁδός, item esse prouerbium ἐκ πάτου pro ἐκ ποδῶν. Itidem verò πάτον ἀνθρώπων dixit Iliad. ζ, de Bellerophonte, Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Quos versus Cicero ita reddidit, Qui miser in campis mœrens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. Lucianus pulchra metaphora dixit ἔξω πάτου ὀνόματα, in libro De hist. scribenda, μήτε ἀποῤῥήτοις καὶ ἔξω πάτου ὀνόμασι, μήτε τοῖς ἀγοραίοις τύποις καὶ καπηλικοῖς.

Πάτος, Puluis qui luctaturis post olei illitionẽ cõsper gebatur & affricabatur, (κονίσαλος ab Atticis vocatus) densandi atque roborandi corporis gratia. Sunt tamen qui non hunc modò puluerem, sed sudorem ipsum puluerem mistum πάτον vocẽt, vt Aetius libro 2, cap. 107 scriptum reliquit. G. Quoniam autem πάτος dicebatur etiam de hoc puluere qui corpori iam adhæserat ac sudori mistus erat, eráteque iam velut strigmentum & sordes corporis, Galenus ne significationes has cõfunderet, puluerem illum, ψιλὸν πάτον alicubi appellauit.

Πάτος, siquis prius esse velit quàm verbum πατῶ, atque adeo hoc ex illo factum esse, ei non magnopere refragabor: licet alioqui in vtranque partem rationes afferri posse videantur. Cæterùm si πατῶ ex πάτος esse dixerimus, itidem ἀποπατῶ ex ἀπόπατος fieri dicendum erit.

C. ΑΝΑπατέω, τῶ, Sursum versus gradior, vt in Hippiatria, δεῖ εἰς ποταμὸν ἢ εἰς ῥεῖθρον εἰσάγειν καὶ αἰαπατεῖν ἐκεῖσε ποιεῖν, Budæus interpretatur, Aduerso flumine progredi. ‖ Secundum Eustathium autem αἰαπατεῖν est etiam αἴω που οἰκήματος ἀγρεῶτα κεῖσθαι.

C. ΑΠΟπατέω, τῶ, A via recedo, A via deflecto, seu digredior. (Intellige autem propriè à via trita seu calcata, quam propriam esse nominis πάτος significationem dictum est) Quoniam autem ad exonerandum ventrem solemus à via recedere, & aliquem secessum quærere, hinc fit vt ἀποπατῶ ponatur pro Exonero ventrẽ, Caco. (Eandem certè significationem eadem de causa dederunt verbo ἀφοδεύειν) Suidas vt ἀπόπατον exponit κένωσιν τῆς γαστρὸς apud Aristophanem, sic ἀποπατησόμενοι explicat πῶ κόπρον κενώσοντες, in hoc eiusdem loco, qui est in Pluto, circa finem, — νῦν δ' οὐδὲ εἷς Θεῖον τροφάπαν οὐδέν, ἡ δ' εἰστέρχεται, Πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μύριοι (vbi notandum est futurum mediæ vocis) Interdum

A

B

C

D

E

F

G

H

Interdum verò adiunctum casum habet, accusatiuum videlicet: ac tum redditur potius Excerno. vt apud Galenum, εἰ ἀποπατήσειεν ὑγρόν ἐστι καὶ δυσωδέστερα.

Ἀποπάτημα, ατος, τὸ, Excrementum, Quod excretum est. Merda, Stercus.

Ἀπόπατος, ου, ὁ, Secessus quem petimus ad exonerandum ventrem, Locus vbi venter exoneratur. Aristophanes Acharn. Ἀλλ' εἰς ἀπόπατον ὤχετο, σραπεὶ λαβὼν, Κἄχζεν ὀκτὼ μιλῶας ὅτι χρυσᾶν ὁρῶν. Non ignoro tamen Suidam exponere πῶ κένωσιν τῆς γαστρὸς, (id est euacuationem ventris, & exonerationem) eodémque modo à scholiaste accipi: sed huic loco aptiorem esse puto significationem illam qua ponitur pro secessu in quo ventris onus deponimus. Hanc autem agnoscit alioqui & ipse Suidas, quum scribit, ἀπόπατον καὶ κοπρῶνα λέγουσιν. Fateor alioqui posse dici ὤχετο εἰς ἀπόπατον, pro Ad exonerationem ventris profectus est, id est Iuit exoneratum ventrem: sicut ὤχετο εἰς περίπατον, profectus est ad deambulationem, Iuit deambulatum. Cæterùm quæ de πάτος & πατεῖν dixi, quod ad ordinem attinet quo collocari debent, eadem & de his compositis ἀπόπατος atque ἀποπατεῖν dicta existimari debent.

C. ΚΑΤΑπατέω, ῶ, Conculco, vel potius Proculco: si quidem velimus in hoc Lat. verbo præpositionẽ esse ὅτι πατικήν. (quum alioqui alium esse eius vsum quidam tradant) addit enim vehementiam significationi præpositio κατά. Thucydides libro septimo, ἐπέπιπτόν τε ἀλλήλοις καὶ καπεπάτουν. Et metaphoricè (sicut de simplici πατεῖν dictum est) Homerus Iliad. ο, Ὡς σ' ἔβαλον Τρῶες, κᾷ σ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν. vbi Eustathius, Quod antea (inquit) πιμῶας ὅρκια & διαλήσασθαι dixerat, hic dicit ὅρκια πατῆσαι. quod est δριμύτερον quàm illa. Et addit, hoc verbum indicare magnum contemptum: idem valens quod ῥίψαι quasi εἰς πάτον, id est πεῖβον, & ἐπεμβῶναι ὑβριστικῶς. Sed miror Eustathium non animaduertisse, Homerum hic non simplici πατεῖν, sed composito καταπατεῖν vti. Licet alioqui non me lateat idem de hoc quoque dici posse: præsertim quum Arrianus eadem metaphora ipsum vsurparit cum eodem vocabulo, (saltem cum ὅρκους, quod nihil aliud est quàm ὅρκια) scribens, καὶ ὅρκους πατήσας οὓς ὤμοσε. Lucianus quoque μεταφορικῶς vsus est hoc verbo, scribens in Lexiphane, τὰ μὲν ποιῶτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῆς θεσδειγμάτων.

A

B

C

D

E

F

Καπάπτημα, ατος, τὸ, Quod conculcatur. Sonat enim q.d. Conculcamentum, sicut & πάτημα. A T Καπάπτησις, Conculcatio, id est Ipsa conculcandi actio. Exponitur tamen καπάπτημα in vulg. l. nomine hoc Conculcatio.

C. ΑΝΤΙπατέω, ῶ, Vicissim calco, seu conculco, Eum conculco à quo sum conculcatus. At in vulgatis lexicis perperam exponitur Obstrepo, confundendo cum αὐτιπαταγῶ.

C. ΕΚπατέω, ῶ, (q.d. ἔξω πάτου πορεύομαι, Extra viam tritam gradior) Euagor, Spatior, Inambulo. vt Budæus exponit apud Laertium in Epimenide, vbi scribit, εἰσὶ δ' οἱ μὴ κοιμηθῆναι αὐτὸν λέγουσιν, ἀλλὰ χρόνον τινὰ ἐκπατῆσαι, ἀγρολούμενον τῶν ἀριζοτομίαν.

G

C. ΠΕΡΙπατέω, ῶ, Ambulo, Deambulo, Obambulo. Vel, Spatior. Herodianus libro quarto, τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συνῳδεύε περιπατῶν, ἀσαυίως ἅρματος ἢ ἵππου ὀχηθείνων. Ex Aristophanis autem Lysistrata affertur, περιπατεῖν ἄνω κάτω pro Cursitare sursum deorsum. ‖ At verò quum dicitur à Paulo apostolo περιπατεῖν ἀξίως τῆς κλήσεως, & περιπατεῖν ἀτάκτως, item περιπατεῖν ἐν ἀμεριμνίαις: itidémque quum dicit Lucas περιπατεῖν τοῖς ἔθεσι, & Marcus περιπατεῖν κᾷ πῶ θεῖόν τῆς πρεσβυτέρων, his omnibus in locis, atque aliis huiusmodi, verbum περιπατεῖν, (sicut & πορεύεσθαι in nonnullis, quod magis ad verbum est Incedere) metaphoram habet nõ Græcam, sed Hebraicam, id est ex Hebraico loquendi genere petitã. ita enim Hebræi suo הלך, quod propriè significat Ambulare, vtuntur pro Vitam instituere. Quæ tamen metaphora non valde ab vsu Græcæ nec Latinæ linguæ abhorret, quum illa βίου ὁδὸν & πεῖβον, hæc autem viam (quod ei significatione respondet) dicat pro vitæ instituto seu vitæ genere quod aliquis tanquam viam sequitur. Posidippus in Anthol. epigr. Ποῖῳ τὶς βιότοιο τάμοι πεῖβον; (Sed & ὁδὸν ὅτι τὸν βίον τρέπεσθαι legimus apud Xenophontem ἀπομν. libro 2, ὃν ἢ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε πῶ δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ὅτι τὸν βίον, εἴτε πῶ δι' κακίας, quæ Cic. ita est interpretatus; Quod tempus à natura ad deligendum quam quisque viuendi viam sit ingressurus, datum est. Vitæ viam autem dixerunt cum alii tum Horatius: vt quum dicit Epist. 17 libri 1, Contrà, quem duplici panno patientia velat, Mirabor vitæ via si cõuersa decebit. Id est noua vitæ ratio.

B

C

D

E

Περίπατος, ου, ὁ, Ambulatio, Deãbulatio. Plut. Symp. lib. 1, ἀκούω οὖν πολλῶν λεγόντων ὅτι πλοῖ μὲν τῶν θεῶν, περίπατος δὲ τῶν θεῶν τὰ λαμπαῖα ἥδιστος ὄντι. Lucian, ὅτι πείωμεν τὸν περίπατον, Acceleremus deambulationem. Id est, magis celeri seu citato gressu ambulemus. Et apud Xenoph. in Symposio, ἐξανίστατο εἰς περίπατον, surrexit ad deambulationem, seu ad deambulandum.. Sic apud autorem dialogi qui Axiochus inscribitur, κἀγὼ δὲ ἐπείσθην εἰς Κυνοσάργες, ἐς περίπατον, ὁπόθεν δεῦρο μετκλνθῶ. Et philosophorum περίπατοι, de quibus dicam paulo póst. ‖ Sed hoc sciendum est, περίπατον appellari locum etiã ipsum in quo ambulamus, sicut & Latini nomini Ambulatio hanc quoque significationem tribuũt, ambulationem dicentes pro ambulacro. Habes autem hunc vocis περίπατος vsum cum apud alios, tum verò apud Plutarchum & Athenæum. ita enim quidam apud hunc libro 5, κᾷ δὲ πῶ αὐτάπτω πάροδον γυμνάσιον ὦ καὶ περίπατοι σύμμετρον ἔχοντες πῶ κατασκευῶ τῷ τὸ πλοίε μεγέθει. id est (Budæo interprete) Summa pars nauigii gymnasiũ habebat ambulationẽsque laxas pro portione magnitudinis suæ.

D

E

Περίπατος, Disputatio philosophica, seu disceptatio, aut dissertatio: aut etiã sermocinatio, quæ videlicet fit ἐν τῷ περιπατεῖν, id est inter deambulandum. Aut breuius, Disputatio ambulatoria. Qui erant cum Aristotele, (inquit Cicero) περιπατητικοὶ dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. Illi autem qui Platonis instituto in Academia (quod est alterum gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Gellius libri vicesimi capite quarto, de Aristotele loquens, Huic disciplinæ quam dixi ἀκροαματικῶ, tempus exercendæ dabat in Lyceo matutinum. Nec ad eam quenquam temerè admittebat, nisi quorum antè ingenium & eruditionis elementa, atque in discendo studium laborémque exploraſſet. Illas verò ἐξωτερικὰς eodem in loco vesperi faciebat, eásque vulgò iuuenibus sine delectu dabat: atque eam, δειλινὸν περίπατον appellabat: illam alteram suprà, ἑωθινόν. vtroque enim tempore ambulans differebat. Hæc ille. Possumus autem (vt opinor) περίπατον hac in significatione scholam etiam interpretari ex Fabio: quippe qui ita scribat libri tertii capite primo, Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Solitos autem fuisse & cæteros philosophos disputare in suis deambulationibus, ex multis multorum scriptorum locis discimus. Quas deambulationes, id est quos περιπάτους, festiuissimè irridet Baton comicus in his senariis, Τῶν φιλοσόφων τοὺς σώφρονας ἀνθρωπῖ καλῶ, Τοὺς ἀγαθὸν αὐτοῖς οὐ διδόντας οὐδὲ ἓν Τοὺς τὸν φρόνιμον ζητοῦντας ἐν τοῖς περιπάτοις Καὶ τοῖς διαπειβᾶς, ὡς τῶν ὑποδεδρακότα. Vbi inter alia animaduerte copulari περιπάτοις cum διαπειβᾶς. quod certè nobis comprobare potest expositionem scholiastæ Aristophanis, in hoc Ranarum versu, Οὐ σοὶ γὰρ ὅτι περίπατος κάλλιστα περίγε τοῦτο. hic enim περίπατος exponit διαπειβή. Dicitur autem περίπατον ποιεῖσθαι. item περίπατον ἔχειν. Plato in Phædro, κατὰ τὰς ὁδοὺς

F

G

H

πιοῦμαι τὴν περιπάτησιν. Plutarchus de Alexandri fortuna, ὅπου δηλαδὴ περὶ συλλογισμῶν οὐδὲν, οὐδὲ περὶ ἀξιωμάτων ἔχρασεν, οὐδὲ ἐν Λυκείῳ περίπατον ἔχων. Pro quo facere loco mihi videtur is quem suprà ex Cicerone protuli, in quo dicit, In Academia cœtus erant & sermones habere soliti. Nec enim dubitem his verbis ad interpretationem horum Græcorum vti. Sed ad exprimendam vim nominis περίπατος, adderem participium Ambulans, atque ita verterem, Nec in Lyceo ambulans cœtus & sermones habuit. Nam certè à Budæo dissentio, ita hunc locum reddente, Nec in Lyceo peripateticorum more ambulauerit. Dissentio, inquam, quòd nimium dilutam (vt ita dicam) hanc interpretationem esse censeam. ¶ Porrò vt dixi περίπατον significatione generali accipi & pro ambulatione, significante locum in quo ambulamus seu deambulamus: ita etiam peculiariter ambulationem philosophicam, id est locum in quo philosophi deambulantes disputabant, declarari interdum hoc vocabulo sciendum est. vt apud Xenophontem, περὶ τοὺς εἰς τοὺς περίπατος καὶ τὰ γυμνάσια ἦν. Sic apud Athenæũ, εἶτα ἀναπτύξας τοῦ Πλάτωνος περίπατον. Quo dicitur modo Latinè Scholam aperire, item ludum: à Cicerone autem & Explicare scholam. Sed quum apud scriptores Græcos legimus περίπατον sine adiectione dictum pro schola, intelligendum est de illa Aristotelis schola, seu Aristotelea secta, cuius facta fuit suprà mentio. Plutarch. Symposiac. lib. 8, ὁ δὲ Φαβωρῖνος αὐτὸς τὰ μὲν ἄλλα δαιμονιώτατος Ἀριστοτέλους ἐραστὴς ὤν, καὶ τοῦ περιπάτου μέμνη μειδιᾶν τῷ πιθανοῦ πλείστῳ. Hinc etiam οἱ ἐν τῷ περιπάτῳ, pro peripateticis. Sed & vno verbo fuerunt APPELLATI Περιπατητικοί, qui sectam Aristotelis sequebãtur, seu sectatores erant Aristotelis. Sic tamẽ vt & ipse Aristoteles hac appellatione comprehendatur. Plutarch. aduersus Colotẽ, ὅπ πύποις τῆς δόγματα Πλάτωνος ἐπικολουθήκασιν Ἀριστοτέλης καὶ Ξενοκράτης καὶ Θεόφραστος, καὶ πάντες οἱ περιπατητικοί. Pro quo περιπατητικοὶ elegantissima periphrasi dicere possis, οἱ τὸν Ἀριστοτέλους περίπατον διῃρεφόμενοι, vel τὸν Ἀριστοτέλειον. vt cum περιπατητικοὺς habes οἱ τὸν Πλάτωνα διῃρεφόμενοι in isto Luciani loco, μάλα πολλοὶ περιπατητικοὶ καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα διῃρεφόμενοι. Idem, οἱ περιπατητικοὶ δὲ, καὶ φιλόπλουτοι καὶ ἐριστικοί πνες. Sic & in singulari numero DICITVR Περιπατητικὸς, Peripateticus philosophus. Sed & adiectiuè pro Ad peripateticos seu ad peripateticorum sectam vel disciplinam aut philosophiam pertinens. Itẽ περιπατητικὴ φιλοσοφία, peripatetica philosophia. Sed & περιπατητικὴ αἵρεσις, peripatetica secta. Aut etiam περιπατητικὴ σχολὴ vel διαιτεῖν. vt apud Plutarchum in suo περὶ φυγῆς libello. Ibi enim quũ dixisset, ὅπ πυὶ σφοὶ ἐλθὲ καὶ τοὺς σφοὺς Ἀθήνησι σχολὰς καὶ διαιτεῖσθαί· ἀναπέμπασι τοὺς ἐν Λυκείῳ, τοὺς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν στοὰν, τὸ παλλάδιον, τὸ ᾠδεῖον, subiungit, εἰ τὴν περιπατητικὴν ἀσπαζόμενοι καὶ τεθαυμακασ, Ἀριστοτέλης τὴν ἐν Σταγείροις, Θεόφραστος ἐξ Ἐρέσου, &c. Vnde etiam discimus, περιπατητικὴν σχολὴν seu διαιτεῖν posse dici alio nomine τὴν ἐν Λυκείῳ, respiciendo tamen ad eius autorem & primos eius sectatores, qui in eodem illo loco disputantes & suos docentes περιεπάτουν. Sed & ADVERBIVM Περιπατητικῶς, Peripateticorum more. Budæus tamen περιπατητικῶς dixit etiam pro Deambulando, quum sonet propriè q.d. Deambulatoriè.

c.2. Ἐμπεριπατέω, ῶ, Inãbulo. Et metaphoricè apud schol. Aristophanis, ἐμπεριπατῆσαι περί πνος, pro Disceptare de re quapiam, more philosophorum qui disceptabant deambulantes.

C. ΣΥ Μπατέω, ῶ, Conculco. Et passiuum Συμπατέομαι, ῶμαι, Conculcor. vnde συμπατούμενοι apud Greg.

Πατάσσω, F. ξω, Cum strepitu palpito, Vehementer palpito. πατάσσει μοι ἡ καρδία, Strepitat mihi cor palpitando. (Cur autem ita hoc verbum interpretandum censeam priore in significatione, docebo mox) Homerus Iliad. ν, Ἐν δέ τοι κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει Κῆρας ὀϊομένῳ, πάσσαλος δέ τε γίνετ' ὀδόντων. Et lib. η, Ἐκπεπάτασ' αὖτῳ θυμὸς ἐνὶ στήθεσι πάσσετο. Nec tantùm πατάσσει μοι ἡ καρδία, sed & πατάσσει μου ἡ καρδία, ex hoc poeta dicere possumus. ita enim eiusdem Iliad. lib. ψ, — πατάσσε δὲ θυμὸς ἑκάστου Νίκης ἱεμένων. Cæterùm in illum locum Iliad. η annotat, verbo πατάσσειν significari τὸν καρδίας ἀποτελεῖν πτόον ἦχον ἐν τῷ κραδαίνεσθαι. & poetam alibi declarare volentem hanc cordis agitationẽ dixisse κραδίη δὲ οἱ ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει, nimirum πατάσσουσα. Quibus addit, vsurpari hoc verbum & pro πλησσειν. vt ἐπατάξε μαχαίρᾳ. perinde acsi quis dicat, ἐθορύβησε, vel ἐπαπάγησε, & κτύπον ἐπέπησε πτήξας. Quibus ex verbis in eam sum adductus sententiam vt putarem verbi πατάσσω priorem esse quã ei tribuo priore loco significationem: præsertim quũ alterius nullum ex eodem poeta exemplum afferatur. Idem porro grammaticus alibi hoc verbum eadem de re dictum exponit βαμβαίνειν, alicubi etiam scribit significare ἀναχωνεῖν παλμὸν καὶ τὸν πτόον ἦχον τοῦ ἔπους. Quinetiam ex πάπος deriuatum esse, duobus in locis testatur, & quidem in altero addens, ὀνοματοποιίας λόγῳ. Cæterùm iis quæ ille de ista huius verbi significatione tradit, addo, mihi videri dixisse Homerum πατάσσειν de corde, quod eius posteri, & præsertim solutæ orationis scriptores, πηδᾶν. Quòd si verbo Latino illud interpretari libeat alio quàm Palpito, non puto aptius vllum reperiri posse quàm Mico. quod tamen in carmine potius quàm in prosa est vsitatum. Dicitur autem cor micare, interdum quidem sine adiectione, interdum Micare timore, seu Micare metu. Quòd autem cum illo Palpito, addidi Cum strepitu: itidémque dixi Strepitat mihi cor palpitando, in eo non tam Latinæ linguæ consuetudinem sequutus sum, quàm etymon interpretatione mea exprimere studui. Cæterùm ad priorem hanc significationem pertinet πατάσσειν τῷ χείρε apud Synesium pro Complodere manus.

Πατάσσω, Percutio, Pulso, Ferio. vnde esse Gallicum, sed idiωτικὸν vocabulum, Pararrasse pro ictu. malè enim pronuntiatur à nonnullis Perarrasse) Propriè autẽ (sequendo ea quæ modò dixi de hac posteriori significatione) diceretur de eo qui ita pulsat vt ictus sonitum aliquem seu strepitum edat. sed generalius de eo qui quouis modo pulsat, vsurpari videmus. Plutarchus in Apophth. ἐπερωτώμενος ὑπὸ τοῦ Εὐρυδιάδου τὴν βασιλείαν ὡς πατάξοντος, Πάτασσον μὴν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δέ. Idem in Alcibiade, τὸν Φρυνίχου πατάξαντος ἐγχειριδίῳ, καὶ διαφθείραντος. Sic in passiua voce cum datiuo instrumenti, παταχθησόμενος τῷ ξύλῳ, apud Lucianum. Et cum accusatiuo πληγὰς, apud Platonem. Subauditur autẽ aliquãdo hìc accusatiuus, vt ὅσας αὐ πατάξῃ, pro ὅσας πληγὰς. Demosthenes dixit etiam πατάσσειν ὀπὴ κόρης, oratione in Mid. Gallicè ad verbũ, Frapper sur la joue, id est Infligere colaphũ, seu incutere. Sed & pro Vulnerare poni πατάσσειν, annotat Budæus. ¶ Et vt Latinè Pulsare ianuam, itidem Græcè πατάσσειν τὴν θύραν. quo vtitur Aristophanes. Ex Plutarcho autem affertur πατάξας κίονα τῇ χειρὶ, vbi πατάσσειν esse dicitur Quatere. Sed & metaphoricè apud Aristophanem, πάθος τὴν καρδίαν ἐπάτταξε.

At verò πατάσσειν τῷ χείρε pertinet potius ad priorem significationem, vt ibi docui. ¶ Sed & obscœnam significationem dat huic verbo schol. Aristoph. ad quam allusisse vult poetam in ficto à se ADVERBIO Πατάξ.

C. AN Απατάσσω, q.d. Repulso, pro Iterum pulso. Hesychius ἀνταπατάξασθαι τὸ ἆσμα esse ait idem quod ἀνακρούσασθαι, cuius verbi significationem pertinẽtem ad musicam, vide suprà.

C. EK πατάσσω, Strepitu aures alicuius percello, & attonitas reddo, Attonitum reddo. Vnde passiuum Ἐκπατάσσομαι, à quo PARTICIP. Ἐκπεπαταγμένος apud Hõ. Od. σ, Ξεῖνε πάλαι, σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί. vbi ἐκπεπαταγμένος φρένας, vocatur, q.d. Attonitus mentem. Id est, Qui mente non constat, sed eam velut

attonitam habet. ὁ ἐκπεπληγμένος καὶ ἐμβρόντητος, (vt inquit Eustathius) ὁ ποῖοι πολλοὶ ὑπὸ παταγῶν, ὅ ὅστι κτύπων, γίνονται.

¶ Πάταγος, ου, ὁ, Strepitus, Fragor, Crepitus. Alicubi etiã Fremitus. Homerus Iliad. φ, circa principium, Ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, βεβάχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα. Vbi annotat Eustathius, poetam data opera τραχυῶσαι τοῖς λέξεσι τὸν τοῦ λόγου τεθεφραῦ, αἱ ἀλόγως πως ἤχοι τῆς εἰς τὸν ποταμὸν πτώσεως τοῦ φθόγγοντος. Idem poeta alibi vsus est hoc vocabulo de arboribus quæ violento venti impetu franguntur. Vbi quin aptissimè reddi possit voce Fragor, minimè dubium esse debet: quum eam à rebus quæ franguntur esse sumptam constet. Locus autem is habetur Il. π, Φηγόν τε, μελίην τε, πανύφλοιόν τε κραδείαν, Αἵτε θεὸς ἀλλήλας ἔβαλον πανυσσεσι ὄζοις, Ἠχὴ θεσπεσίη· πάταγος δέ τε ἀγνυμένων. (Sic autem & de fragore tonitrui apud Aristoph. & Aristotelem) Sed pro crepitu vsus est idẽ Homerus appellans πάταγον ὀδόντων, crepitum dentiũ. Pro fremitu autem apud Philonem. Inuenitur & FOEMININ. Παταγή, cum alibi tum apud Dionys. De situ orbis, qui vtitur hac voce, de quibusdam mulieribus orgia bacchica celebrantibus loquens pag. 93 editionis patris mei, παταγὴς δὲ λιγύθροος ὄρνυτο ἠχή. Vbi annotat Eustathius hoc vocabulum κοινότερον quidem ὀξυώδεσι, sicut ἀλαλαγή: at Herodianum βαρυώδεσι, dicentem fieri non à πατάσσω (alioqui debere ὀξυώδεσι, vt ἀλαλαγή) sed à πάταγος, cuius fœmininum παταγή. Sũt autem qui ibi interpretentur voce Plausus: sed hæc mollior esse mihi videtur quàm vt Græcæ vel hoc loco respondeat: at certè si eligendum sit vnum ex iis quibus πάταγος sum interpretatus, malim Fremitus.

C. Παταγοδρόμος, ου, ὁ & ἡ, Fragorem edens in cursu, seu intercurrendum. vt apud Orpheum παταγοδρόμος αὐδή, Vox fragorem habẽs in cursu, Vox stridens in cursu. (si tamen voci stridens satis inesset vehementiæ) Locus Orphei est in hymno Διὸς ἀστραπῶς, pag. 106 meæ editionis, Ἀστράπτοντα σέλας νεφέων παταγοδρόμῳ αὐδῇ. quæ pulchra est tonitrui periphrasis.

Παταγέω, ῶ, Strepo, Strepito, Fragorem edo, Crepito. Aristoph. in Nub. loquens de ipsis nubibus, — εἶτα βαρεῖαι Εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι ῥηγνῦνται καὶ παταγοῦσιν. Et πνεῦμα σφόδρα παταγοῦν apud Suidam. Sophocles autem dixit παταγοῦσιν ἄπτερωλῶν ἀγέλαι. Cum quo loco conuenit παταγεῖν de merula dictũ, pro Strepito, vt quidem annotat Budæus. Cæterùm in v. l. habetur & Παταγέω, cum duplici τ, itidémque πατάγημα, & πάτασγος. Sed quin mẽdosa sit hæc scriptura, minimè mihi dubium est, quum primam nominis πάταγος syllabam passim corripi videamus, itidémque verbi παταγέω ab eo deriuari: cuius verbale est παταγμα. Atque adeo quum πάταγος à πατάσσω esse constet, quod itidem primam corripere, vel ex iis quos protuli Homeri locis satis supérque notum esse possit. Adde etiam (si altius repetenda est origo) quum πάπος & πατέω, vnde ipsum πατάσσω deriuatum existimatur, breuemitidem habeat primam. Quinetiam quum παταγεῖ apud Hesychium videmus, eo minus fidem huic scripturæ nos adhibere par est, quòd ibidem sequatur πάταγος, vnico τ scriptum.

Πάταγμα, ατος, τὸ, Strepitus, &c. vt dictum est in Πάταγος. Sed dicitur & de homine garrulo, ac veteratore. Πάταγμα (inquit Suidas) ἀπὸ τοῦ λάλος καὶ πανοῦργος. Cui expositioni subiungit hoc exemplum ex Menandro, οἷον πάταγμα ἥκεις.

C. ΑΝΤΙ παταγέω, ῶ, Contra strepo, Vicissim strepo, seu Fragorem edo. Plutarchus ἀντιπαταγεῖν cum ἀντηχεῖν copulauit.

C. ΕΠΙ παταγέω, ῶ, q.d. Superstrepo. Fortasse autem & Obstrepo reddi alicubi potest.

C. ΣΥ Μπαταγέω, ῶ, (q.d. Constrepo) Simul strepo, aut fragorem edo, seu crepitum, aut etiam fremitum: sequendo significationes datas nomini πάταγος. Exponitur etiam Collido, Palma aut vola aperta quatio. quòd Hesychius συμπατάγησαν explicauerit verbo σωεκρότησαν: addens etiam, σωέκρουσαν τὰς χεῖρας πλατείας ποιήσαντες.

ΠΑΤΗΡ, Pater. Genit. πατέρος, & per contractionem πατρὸς, itidémque in datiuo & accusatiuo. Sed contractis duntaxat vtuntur prosæ scriptores, vtrisque autem poetæ, sicut & in aliis nominibus. Homer. Od. θ, Εἴπ' ὄνομ' ὅ, τι σε κεῖθε κάλεον μήτηρ τε πατήρ τε. Apud eundem plerisque in locis habetur istud hemistichium, πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Et πατρὸς ἐμοῖο πατὴρ apud eundem, Patris mei pater. (Pro quo πατρὸς πατὴρ dictum postea fuit composita voce πατροπάτωρ) Apud eundem, πατρὸς δ' ἀγαθοῦ γλυκὺς υἱός. (vt Gallicè dicitur Estre fils d'un bon pere) Iliad. ξ, Πατρὸς δ' οὐ δὲ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γλυκὺς οὐχμαι εἶναι, Τυδέος. Ab eodem dicitur Ζεῦ πάτερ, Iupiter pater. vt Iliad. η, Ζεῦ πάτερ, ἠὲ Αἴαντα λαχεῖν, ἠὲ Τυδέος υἱόν. Sic πατρὸς Διὸς, Iliad. ξ. Alicubi verò addit genitiuum, dicens, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, non addens Ζεύς. vt Iliad. ο, Ὡς φάτο. μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Qua appellatione & ab Hesiodo insignitur: vt in Aspide, πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ἄλλῳ μὴν ὕφαινε μετὰ φρεσίν. Itidem Virgilius dixit Hominum sator atque deorum. (& quidem vno in loco cum vocabulo Subridens: Æneid. libro primo, Olli subridens hominum sator atque deorum. vt in loco quem modò protuli, cum illo πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, habes μείδησεν) Alioqui ab eo diuũm quidem pater, at hominum rex vocatur. vt Æneidos libro primo, — nanque tibi diuũm pater atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus, &c. Et in 2, — ex quo me diuũm pater, atque hominũ rex Fulminis afflauit ventis, & contigit igni. Reuocat autem mihi in memoriam nomen istud rex, quæ scribit Aristoteles de ratione propter quam Iupiter ab Homero vocatus est πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. scribit inquam duobus in locis, nimirum & in Ethic. & in Politicis. Nam Ethic. libro octauo, capite decimo, scribit, ἡ μὲν δὴ πρὸς υἱεῖς κοινωνία, βασιλείας ἐχέγγυον. τοῦ γὰρ τέκνων τὴν πατὴρ μέλει. ὁπόθεν δὲ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει. πατρικὴ δὲ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι). Id est, Patris enim cum liberis societas quandam regni speciem præ se fert. liberorum enim curam gerit pater. Quam ob causam & Homerus Iouem patrẽ appellat. vult enim regnũ esse paternũ quoddam imperiũ. Politic. autẽ libro primo, capite octauo, hæc ab eo scribuntur, ἡ μὲν οὖν τέκνων ἀρχὴ, βασιλική. τὸ γὰρ γεννῆσαι, καὶ κατ' φιλίαν ἄρχειν καὶ κατ' προσβείαν ἐστὶν ὅ τοῦ ὅτι βασιλικῆς εἶδος ἀρχῆς. διὸ καλῶς Ὅμηρος τὸν Δία προσηγόρευσεν, εἰπών, — πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τὸν βασιλέα πάντων ἀπάντων. φύσει γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, πατρικὸν δ' εἶναι τὸν αὐτόν. ὅπερ πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον, καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον. Id est, Imperium autem in liberos, regium est. Quod enim procreauit, id & amicitiæ ergo & prærogatiuæ ætatis, imperium obtinet. quod regii species est imperii. Quare aptum nomen Ioui tribuit Homerus, quum dixit, — hominum pater atque deorum, de eo loquens qui vniuersitatis rerum est rex. Natura enim regem differre oportet, at genere eundem esse. quod vsuenit seniori erga iuniorem, & procreatori erga suam prolem. Hactenus Aristoteles. sed quæ huius appellationis ab eo affertur ratio de Ioue vbi itidem aliis minoribus diis tribuitur, (vt certè illis quoque Latinos poetas eam tribuere docebo) locum fortasse haud itidem habere posse videatur. Vt autem prius ad Virgilii locum redeam, nullo modo assentior iis qui rex seorsum accipientes, iungunt nomen pater cũ vtroque genitiuo: vt conueniat hæc appellatio cũ Homerica πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, sed adiũctam habeat vocẽ Rex. Minimè inquã iis assentior, cũ aliis de causis, tum quòd alibi idem Virgilius Iouem vocet patrem deũm seu diuũm, omisso prorsus altero illo genitiuo. vt Æneid. 10, Sic pater ille deũm faciat, sic altus Apollo. Et libro 9, Aut tu magne pater diuũm, miserere. Quinetiam vocat magnum patrem, non adiecto genitiuo, (sed referendo ad Mercuriũ) Æneid. 4, — ille patris magni parere parabat Imperio. Alicubi dicit & summũ

patrem. Vt autem interdum nominat patrem diuùm, A
non addens alterum genitiuum hominũ : ita vicissim
à Flacco Iupiter dicitur simpliciter humanæ gẽtis pa-
ter,addendo Atque custos. Sed apud Homerum legi-
mus etiam Διὶ πατρεῖ,sine adiectione genitiui: vt Iliad.
π,v.227, Οὔτέ πω ἀστένδεσκε θεῶν ὅτε μὴ Διὶ πατρεῖ. & ver-
su 254,Ἠτοι ὁ ὧδ ἀστείσας τε καὶ οὐξάμενος Διὶ πατρεῖ. vbi an-
notat Eust.πατέρα vocari ἀπολύτως,tanquã archetypũ,
quia πᾶς ἐν αἰθρῷ πᾶς πατέρας, ἀφιδρύματα τοῦ τοιούτου πα-
τρὸς Διός veteres esse dicunt.Virg.autem etiã Pater solũ
de Ioue dixit,i.nõ habẽs adiũctum illud nomẽ.sed eius B
loco vsus est emphatico pronomine Ipse.vtGeorg.lib.
primo, Ipse pater,media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra. Et non multo pòst , Ipse pa-
ter statuit quid menstrua luna moneret. Et Æneid. 2,
Ipse pater Danais animos &c. Alicubi verò pronomen
hoc postposuit,videlicetGeorg.lib.1, – pater ipse
colendi Haud facilem esse viã voluit.Imoverò alicubi
vsus est nomine pater de Ioue, ne hoc quidem prono-
men addens:videlicet Georg.lib.1, Ter sunt conati im
ponere Pelio Ossam Scilicet , atque Ossæ frondosum C
inuoluere Olympum: Ter pater extructos disiecit ful-
mine montes. Horatius quoque ita est vsus , etiam in
sententiæ atque adeo odes principio , illius videlicet
quæ libri primi Carminum secunda est : ita canens,
Iam satis terris niuis atque diræ Grandinis misit pa-
ter,&c. Verùm Latini poetæ appellationem patris
non soli Ioui,sed & minoribus diis tribuunt. Legitur
enim apud Maronem , (vt exempla petere ex eo per-
gam)Gradiuúmque patrem , Geticis qui præsidet ar-
uis. (sed & Rex Gradiue,in hoc versu,Lecta refert hu- D
meris, tibi rex Gradiue trophæum) Legimus & Sa-
turnius pater,item Pater Portunus,& Pater Lemnius
& Ipse pater Pluton : & in vocandi casu, Pater Neptu-
ne,& Pater ô Lenæe. Sed quod ad hunc deum attinet,
sciendum est ei magis peculiarẽ quàm cæteris esse pa-
tris appellationem . vnde Seruius in hunc versum qui
legitur initio libri 2 Georg. Huc pater ô Lenæe veni,
nudatáque musto Tinge &c.annotat, Pater,licet gene
ralę sit omnium deorum, tamen propriè Libero sem-
per cohæret.nam Liber pater vocatur.Sed hactenus de E
isto nominis πατὴρ apud Græcos poetas,itidémque no
minis Pater apud Latinos vsu.

Venio ad alium vsum quem nomen πατὴρ aliquo-
ties habere videmus apud eundem poetam , Homerũ
inquam:nimirum vbi senex aliquis honoris causa cõ-
pellatur πᾶς nomine ab eo qui alioqui nulla est illi
consanguinitate iunctus.Sic Odyss.ρ,v.553 , Ξεῖνε πάτερ,
καλέει σε θεῖος Πηνελόπεια.Itidem Od.θ,v.408,Χαῖρε
πάτερ ὦ ξεῖνε. Sed & Odyss.η,non procul ab initio,Τοι-
ῷδ ἐγώ τοι ξεῖνε πάτερ δόμον ἂν με κελοίης,Δείξω. Proximè
autem sequentia verba sunt , (quibus videlicet poste-
rior versus absoluitur) ἐπί μοι πᾶς ὁμήμονες ἐγγύθι
ναίει.adeo vt habeamus in vno eodémque membro,
ab vna eadémque persona vsurpatam hanc vocem πατὴρ
vtroque modo:nimirum priore quidem loco ho-
noraria (vt ita loquar) appellatione positum : poste-
riore autem,in propria significatione. Sed (quod hîc
obseruandum est) is qui nomine πᾶς compellatur,
illam quæ hoc nomine eum compellat, ipse paulò an-
tè itidem τέκνον appellatione dignatus erat : dicens , Ὦ
τέκνον, οὐκ ἄν μοι δόμον αἴρεος ἡγήσαιο Ἀλκινόου. Vbi tamen
non itidem honoris, sed potius amoris seu beneuolẽ-
tiæ demonstrationem habet hæc compellatio. Huc
autem pertinent ea quæ suprà ex Aristophane gram-
matico attuli, nimirum πατέρας solitos appellari ætate
prouectos:itidémque μητέρας , mulieres quæ sint æta-
tis prouectæ. quanuis nulla his vel illis affinitate sint
iuncti. Quæ autem prouectiore etiam sunt senectute,
ab illis dici μαίας & τήθας. Vicissimque iuuenes à seni-
bus vocari παῖδας & τέκνα.Itidem certè nostrates (vt
de aliis linguis taceam) Mon pere & Ma mere , id est πάτερ & μήτερ,vicissimque Mon fils & Ma fille, id est παῖ & θύγατερ, vsurpare consueuerunt.

Hic autem omittẽdum non est , apud Latinos quo-

que poetas,interdum hoc nomen patris aliquibus tri-
bui non ab iis qui filii sint , aut vllo modo iis genere
propinqui, sed ab iis qui appellatione honorifica & te
stante eam qua illos prosequuntur reuerentiam , vti
volunt. Nam , vt omittam locos in quibus appellatio
hæc datur heroibus,veluti Anchisæ, paritérque Æneæ
à Virgilio, adeo quidem vt hũc sine adiectione etiam
patrem sæpe vocet: vt omittam & eos in quibus Au-
gustus,aliúsve ex Cæsaribus, aut alius princeps, dicitur
patriæ pater,seu parens,aut populi pater,aut vrbis pa-
ter:aut etiam sine genitiuo , pater optimus , vt apud
Nasonem:(quibus simile est quod legimus in hoc Io-
nis Chii versu , Χαιρέτω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πα-
τήρ τε)vt inquam,hæc omittam, audimus Flaccum di-
centem Mæcenati,–réxque,patérque Audisti coram.
Audimus eundem dicentem Trebatio, Pater optime
(in quo tamẽ loco aliquid mox præterea considerandum proponam.)Sed & de hoc nominis istius vsu sa-
tis. Superest vt de hoc genere loquendi πατέρες συγ-
κλειθραμιδῶν, quod apud Plutarchum reperitur , verba
faciam.Sciendum est igitur, πατέρες cum hac adiectione,aut alia huiusmodi,non tam ex Græcæ quam Lati-
næ linguæ consuetudine vsurpari.Nam πατέρες συγκλη-
θραμιδῶν positum est pro eo quod passim apud Lati-
nos legimus Patres conscripti,de senatoribus. Qui &
patres verendi à Nasone vocantur hoc versu , Curia,
quum patribus fuerit stipata verendis.Sed & patres si-
ne adiectione plerunque nominantur. vt quum dicit
Flaccus 4 Carm. Ode.14, Quæ cura patrum , quæue
Quiritium : significare volens senatum populúmque
Romanum. Et alibi , Donec labantes consilio patres
firmaret. Sed & epist. lib. 1 , Qui consulta patrum qui
leges iuràque seruat. Huius autem appellationis ra-
tionẽ reddit Salustius De bello Catil. Delecti (inquit)
quibus corpus annis infirmum , ingenium sapientia
validum erat,rei pub.consulebant.Hinc vel ætate, vel
curæ similitudine , patres appellabantur. Nec me fal-
lit tamen inter patres conscriptos , & eos qui sine ad-
iectione patres vocabantur,id est, inter τοὺς συγκεχραμ-
μένους πατέρας & τοὺς ἁπλῶς πατέρας (vt loquitur Plu-
tarchus)differentiam cum ab aliis tum ab illo ipso sta-
tui. Sed quum minimè postulet hic locus vt de isto
discrimine disseramus,missum id faciens,hoc tantùm
obiter addam:illos Horatii locos in quibus dicit Con-
sulta patrum,& Labantes consilio patres , facere vt su-
spicer eum,quũ vocauit Trebatium,qui iurisconsultus
erat,patrem optimum, ad hanc potius patrum appel-
lationem respexisse. Totum porro hunc sermonem
libet quodam Plutarchi loco claudere,quo declaratur
quàm sit honorifica patris appellatio. Is est in vita Fa-
bii Maximi , vbi Minutius inducitur his apud ipsum
Fabium verbis vtens , πατέρα δή σε χρηστὸν τοσαυτοῦτον,
τιμωτέρα οὐκ ἔχων τοσαυτηρεία. ἐπεὶ τῆς γε τῶν τεκόντος μεί-
ζων ἡ τοῦδε σοῦ χάρις αὐτῷ. ἐθελοντὴν ἔθεμεν ὁ ὑπ' ἐκείνῳ μόνος,
σώζομαι δὲ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων.

Πατὴρ in soluta oratione pass.m itidem vsitatũ pro
Pater.Atque vt Homerus dixit πᾶς ἐμεῖο πατὴρ, id est
Patris mei pater , pro Auus : & Xenoph. πᾶς πατὴρ,
Hellen.6,vbi Calliam inducit ita loquentem, ὦ ἄνδρες
Λακεδαιμόνιοι τοῦ μὲν τοῦ ξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος , ἀλλὰ
καὶ πᾶς πατὴρ παρῴκει ἔχων παρεδίδου τοῦ ἡμῖν. Vbi πάππος
quidem dicere poterat,sed addendo τοῦ πᾶς,vel ἐκ
πᾶς:dicendóque πάππος ὁ τοῦ πᾶς, seu πάππος ὁ ἐκ
πᾶς.(de quibus loquendi generibus dixi in Πάππος)
Sed hoc τοῦ πᾶς ac τοῦ μὴ πᾶς vsurpatur etiam
pro eo quod Latini dicunt Genere paterno & Genere
materno : aut etiam A patre & A matre: quæ ad ver-
bum Græcis illis respondent. Extant autem cum alibi
tum in isto Æschinis loco , τοῦτον μὲν ἐλεύθερον αὐτὸν
εἶ καὶ τοῦ πᾶς καὶ μὴ πᾶς. Præterea vt habes in
quodam loco quem ex eodem attuli poeta , ἥμος δὲ ἀγα-
θοῦ πᾶς,(vacante præpositione ἐκ)sic in soluta etiã
oratione dici solet παῖς πᾶς ἀγαθοῦ, vel υἱός. eadém-
que forma,παῖς καλοῦ πᾶς. Iul. Pollux in epistola ad
Commodum,quam primo sui Onomastici præfixit li

bro, ὦ παῖ πᾶς ἀγαθοῦ, πατρῷον ὄντι σοὶ κτῆμα κατ' ἴσον, A
βασιλεία τε καὶ σοφία. Et in plur.πατέρες ἀγαθοὶ apud Plu-
tarchum iu Pol.præc. ὑπομνησέον δὲ καὶ πατέρων ἀγαθῶν
ἐνίοις ὅτιν ἐξαμαρτάνωσιν. At verò παῖς καλὸς πᾶς,seu
υἱός,vel potius καλὸς υἱὸς καλοῦ πᾶς : vt apud Lucianũ
initio Alcyonis. Cui simile est(sed relinquẽdo subau-
diendum παῖ seu υἱὲ) βέλτιστε βελτίστου πᾶς,apud Plato-
nem in Symposio.τὸν οὖν Ἀλκιβιάδην εἰπεῖν,ὦ Ἐρυξίμαχε
βέλτιστε βελτίστου πᾶς καὶ σωφρονεστάτου,χαῖρε. Apud Plu-
tarchum autem in Amat.narr.γήμας δὲ Δαμοκρίτου, πα-
τὴρ θυγατέρων γίνεται,à Polit.redditur, Ducta Damocri-
ta vxore, binos ex ea fœminei sexus liberos suscepit. B

¶Metaphoricè etiam ponitur πατὴρ quemadmodum
apud Latinos Pater , & Parens. Plato in Timæo , θεοὶ
θεῶν,ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γεγόνασι,
ἄλυτα,ἐμοῦγε θέλοντος. quæ Cicero ita vertit, Quorum
operum ego parens effectórque sum , quæ per me fa-
cta,hæc sunt indissoluta nutu meo. quanquam omne
colligatum solui potest. Et τῆς βίβλου πατὴρ,libri pater,
pro autor. Hoc enim est initium libri primi Dipno-
soph.Athenæi,(aut,si mauis,eorum quæ ex libro 1 ex-
cerpta sunt) Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατὴρ πιθανὸν δὲ τὸν
λόγον τοῦδε Τιμοκράτη. Iam verò & prouerbiali genere
loquendi πόλεμος vocatur ἁπάντων πατήρ, q.d. Bellum
omnium parens. Quod prouerbium inde ortum exi-
stimatur quòd bellum miras rerum mutationes affe-
rat,atque ita plerunque res omnes nouet, vt ex eo na-
ta quodammodo vniuersa videri possint. Luc.De hist.
scrib.circa principium , ἀλλ' ἀφ' ὧν δὴ πάντων πάσι θαῦμα κα-
κίνητον , ὁ πόλεμος ὁ τοῦδε τοῖς βαρβάροις, καὶ τὸν Ἀρμενίας
τραῦμα,καὶ ἀστυεχῆς νίκη,οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγρά-
φει· μᾶλλον δὲ Θουκυδίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν
ἅπαντες. καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἐκεῖνο,τὸ,πόλεμος ἁπάν-
των πατήρ. εἴγε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν ὑπὸ μιᾶς
τῆς πληγῆς. Quæ Micyllus ita vertit,Sed ex quo obuia il-
la & velut ante pedes posita,semel moueri cœpere,pu
ta bellum istud aduersus barbaros, & vulnus in Arme-
nia acceptum, cõtinuáque victoriæ illæ, ne vnus qui-
dem iam est qui non historiam scribere velit:imo ve-
rò Thucydides & Herodoti & Xenophontes , cuncti
nobis facti sunt: &,vt apparet,verum illud tandẽ fuit, E
quod dicit,Bellum omnium pater est. In qua interpre
tatione (vt omittam alia grauiora) maluissem dicere
Parens,quàm Pater. non quòd aliud sonet illud quam
hoc, sed quoniam mollius iungi videtur Parens cum
nomine neutro Bellum, quàm Pater. Cuius rei lector
rem monendum existimaui,propter alios locos, siqui
huiusmodi illi occurrãt interpretãdi. Cæterùm quod
attinet ad Latinam hanc vocem Parẽs, seu Pater, eam
quoque metaphoricè vsurpari cõstat, vt quum ab Ho-
rratio Mercurius Cyræ parens vocatur. F

Πατέρες in plurali numero,interdũ quidem pro Pa-
tres in propria significatione:vt in loco Plut.quẽ pro-
tuli initio huius col.πατέρων ἀγαθῶν.Et apud Hom.Od.
ο,– ξεῖνοι δὲ δίαμπερὲς ἀχνυμεθ' εἵνεκ' Ἐκ πατέρων φιλότητος;
interdum verò accipitur pro τοῦ γονεῖς , id est Maiores.
(quam significationem patres itidem habet apud La-
tinos) vt in hoc eiusdem poetæ loco qui habetur e-
iusdem Odysseæ lib.θ,Ἡμέτερος ἀρετῆς μεμνημένος , οἷα καὶ
ἡμῖν Ζεὺς ὅσ' ἔργα πέπασι διαμπερὲς ἐξέπ πατρῶν. nam Eu-
stath. ἐξέπ πατρῶν exponit ἐκ τοῦ γονέων ἀνέκαθεν. quod
ait subiunxisse ipsum poetam ad exponendum aduer- G
bium διαμπερές. Non ignoro autem posse videri ean-
dem esse & in illo proximè præcedenti significationẽ
genitiui πατέρων: sed idem grammaticus quanuis & ibi
fateatur his verbis ἐκ πατέρων exponi διαμπερὲς , non
tamen itidem πατέρων pro τοῦ γονέων intellexisse vide-
tur. quippe qui postquam scripsit, ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἐκ πατέ-
ρων,ἑρμηνευτικὸν τοῦ τὸ διαμπερές, addat,καὶ ὅτι τοῦτον ξένους
ἐκ πατέρων φιλότητος εἰπεῖν , καὶ ξένοις πατρῴοις . quales
(inquit) in Iliade Glaucus & Diomedes. Est certè in
soluta oratione frequentissima hæc πατέρων significa- H
tio. Thucyd.lib.2, μήτε τοῦ πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε
ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ὀνδεεστέρους. Idem libro 4, ἀξίως τῆς
τε πόλεως καὶ τοῦ πατέρων. Rursum lib.2,ὁ δίκαιον ποιεῖν,ὁ δι'

ἄξια οὐθ' ὑμῶν οὔτε πατέρων ὧν ἔστε,ἐς γῆν τοῦ Πλαταιέων στρα- A
τεύοντες. Luc. In Alc.κλέος δὲ μύθων οἷον παρέδοσαν πατέρες. Idem in Macrob. ὅτι τοῦ πατέρων τοῦ ἑαυτοῦ.

Πατὴρ(si & huius vocabuli etymologiã fas est inqui
rere)grammatici quidã tradiderunt dictum quasi ἀπατὴρ,à verbo ἀπείρω. Aut τοῦδε τὸ πατεῖν ἐν τῇ συνουσίᾳ, ἀπὸ
μεταφορᾶς τοῦ ἀλόγων ζώων. Aut etiam τοῦδε τὸν ἦχον τὸν
γενόμενον ἐν τῷ καταδιλεῖν τὰ παιδία. Sed ea etymologia
quæ hominis est nõ tam apertè nugantis, & Oro ad-
scribitur, vult πατὴρ esse dictum τοῦδε τὸ παῖδας τηρεῖν.
Hanc autẽ & Eustathius sequitur. sic tamẽ vt & aliam B
afferat. scribit enim ille,Πατὴρ, quũ de homine quidẽ
dicitur,ita vocatur quasi παῖδας τηρῶν: at quum de deo,
sic appellatur quasi παῦ τηρῶν. At ego totam hanc in
scrutandis talium nominum etymis ματαιοπονίαν irri-
deo : multo verò magis hoc consilium dandi duplicẽ
vni eidémque vocabulo (simplici, ac præsertim quale
hoc est) etymologiam.

C.Παθοκασίγνητος,ου,ὁ,Patris frater, Patruus. Hesiod. λδσε
δ' πατροκασιγνήτοις. SIC Μητροκασίγνητος,Matris frater,
Auũculus. ET Μητροκασιγνήτη,Matris soror,Matertera. C

C.Παθοκτόνος,ου,ὁ & ἡ, Parricida,Patris interfector. Plu-
tarchus in Apophth. ὁμολογοῦμεν , ἔφη, καὶ παρ' ἡμῖν πα-
θοκτόνον νομίζεσθαι, καὶ παρ' Ἀργείοις μητροκτόνον. Item Πα-
θοκτόνος χεὶρ,Manus interfectrix patris, Manus parrici-
dæ,seu Manus parricidio contaminata. At ex Euripi-
de affertur , ἐκ πατροκτόνου χερὸς ἔσωσάς με , pro Seruasti
me è manu patris interficere me volentis.Vt autẽ πα-
τροκτόνος capitur actiuè pro Patris interfector, ita vicis-
sim DICITVR Πατροκτόνος significatione passiua,
pro A patre interfectus.

C.Πατρομήτωρ,vide infrà in Πατροπάτωρ.

C.Πατρονόμος,ου,ὁ,Paterna administratione vtens, vel Pa
ternã in sua administratione curã adhibẽs, Qui tãquã
pater res administrat , seu paterna quadam cura. Plut.
in libello quo quæritur an seni gerenda sit respublica,
de Lacedæmoniis loquens,ἀλλ' ὅπου τοῦτον πανὰ πάντες οἱ πο-
λιοῦχοι τάξιν ἀρχόντων ἢ πνεῶν πατρονόμων ἢ παιδαγωγῶν ἔ-
χοντες,οὐ τὰ κοινὰ μόνον ὁρῶσι σκοπούσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ νέου ἕκα-
στα ἀεὶ τοῦ τε τὰ γυμνάσια καὶ παιδείας καὶ διαίτας καταμα-
θάνουσιν , οὐ παρέρχεσθε,φοβεροὶ ὄντες τοῖς ἁμαρτάνουσιν,ἀγα-
θοὶ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιθανοί. Quem locũ ita vertit Gi-
bertus Longolius , Verùm quia nemo quisquam istic
ætatis maturæ sit qui munere aliquo publico nõ fun-
gatur. Nam aut magistratũ gerunt , aut paterna cura-
tione rebus prouident , aut in pueris educandis rectè-
que instituendis occupati sunt. ita non modò remp.
sed & iuuentutem vniuersam regunt & gubernant.
Hinc in exercitationibus , hinc in literis,hinc in victu
rectè instituendo, adolescentibus veluti discipulis, nõ
sanè leuiter, non oscitanter præcipiunt. Hac de causa
fit vt iis qui peccant,aut minus rectè officium faciunt,
formidolosi sint: venerandi verò & desiderabiles iis
qui à probitate non discedunt. Quem locũ ideo attuli
totum,quòd ex eo colligi possit quæ horum πατρονόμων
partes fuerint. Nam πατρονόμοις appellatos fuisse
quosdam Lacedæmoniorum magistratus, ex hoc Pau
saniæ loco manifestissimum est qui in Corinthiacis le
gitur (is autem de quo loquitur est Cleomenes ὁ Λεω-
νίδου τοῦ Κλεωνύμου) Καὶ ἐν κράτει τῆς γνώμης κατεπλάγη
πατρονόμοις τοῦ λόγου κατεπεγείραντος αὐτοῦ, ὅπως μὴ τῶν τρο-
φίμων μεζόνων καὶ ἀρχῆς τῶν Ἑλλήνων, ἐπιθέσθαι &c. Existi-
mo igitur πατρονόμους fuisse dictos, quibus rerum qua-
rundam cura incumbebat, quæ paterna quodamme-
do esse videbatur.

HINC Πατρονομία, (quasi Paterna administratio)
Munus eorum qui πατρονόμοι vocabantur. Et
ex Luciano affertur πατρονομία pro Paternũ imperiũ.
ITEM Πατρονομικὴ ibidem ex Platone pro Paterna
gubernatio. Et VERBVM Πατρονομοῦμαι ex eodem,
quod exponitur Patris volũtate pro lege vtor. At Bu
dæus affert ex Plutarcho πατρονομούμενοι, (quod ait ea
forma dictum qua ἀριστοκρατούμενοι) & πατροιονομούμενα,
pro iis quæ imperio paterno reguntur,vt quæ à patre
patriæ administrantur.

C. Πατροπαράδοτος, ου, ὁ & ἡ, A patre traditus. Et ex consequente A patre acceptus. vt πατροπαράδοτος ἡγεμονία, A patre acceptum imperium. Bud. ex Diodoro in historia Alexandri. Accipitur alioqui frequentius πατροπαράδοτος, pro A Patribus traditus, id est à maioribus. Potest item exponi, A maioribus quasi per manus traditus. Aut etiã breuius, Per manus traditus. (vt apud Liuium, Etiamsi nobis cum vrbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent. Item, Disciplina militaris tradita per manus iam inde ab initiis vrbis) Sic πατροπαράδοτος δίδαχή apud Eusebium. At verò apud Petrum apost. epist. 2, cap. 1, πατροπαραδότου redditur Accepta ex patrum traditione.

C. Πατροπάτωρ, vide infrà vnà cum cæteris compositis in ωρ terminatis.

C. Πατραίσης, idem quod πατροκτόνος. sed omnino poeticum est illud compositum, sicut & ῥαίω, ex quo factum est, à poetis duntaxat vsurpatur.

C. Πατροτύπης, ου, ὁ, Patris percussor, seu pulsator, aut verberator, Qui patrem verberibus afficit. Pollux scribit Isæum πατροτύπας appellasse quos cæteri παραλοίας vocauerint. Sic à Suida παραλοίας exponitur nomine hoc πατροτύπης.

Itidem, γραπτὰ δ' αὐτὸν ἐπαύσατε apud Demosth. Et παύειν ἄρχοντα apud Lysiam, (nisi quis ἄρχοντα loco nominis habere malit) q.d. Facere desistere à magistratu. Sed redditur potius Abrogare alicui magistratum, vel Abrogare imperium magistratui. Παύω cum aliquibus accusatiuis, commodius redditur Reprimo, Coerceo: vt quum dicitur παύω τινὰ ὕβριν à Demosthene, Reprimo insolentiam, seu Coerceo, aut etiam Compesco. (quæ multo significantius dicuntur quàm Finẽ impono insolentiæ, aut Cessare facio insolentiam) Sic apud Homerum παύειν ἐόν ῥόον, & aliquoties παύειν χόλον, ac μῦθος, Reprimere iram. seu Cohibere. Nisi malis Sedare iram. Sed hoc obseruandũ est, quum dicitur, παύω τὸν σὸν χόλον, seu τὸν χόλον σου, seu τὸ σὸν μῦθος aut τὸν, tunc, si aliquo istorum verborum vti nõ velimus, sed potius magis ad verbum reddere, esse dicendum, Facio vt cesses ab ira, aut desistas ab ira: siue Impono finem iræ tuæ: at quum dicitur, παύω ἐμὸν χόλον, seu ἐμὸν μῦθος, reddi Cesso ab ira, vel Desisto ab ira: nec solùm Impono finem iræ meæ, sed etiam Finem Facio iræ. Sic Iliad. α, v. 283, Ἀλλ' εἴκε σὺ δὲ παῦε τὸν μῦθον, Desiste ab ira, Finem fac iræ tuæ, &c. Vtrique autem loco conuenit verbum Sedo, quum dici possit παύω τὸν μῦθον, Sedo iram tuam: itidémq; παύω ἐμὸν μῦθον. (vel simpliciter παύω μῦθον, aut παύω χόλον, vt Iliad. τ, Νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παύω χόλον) Sedo iram meam. Cui simile est, παῦε τὸν μῦθον, Tuam sedato iram. (Vti verò licet & verbis illis, Reprimo, Cohibeo, aliisue huiusmodi) Sed eodẽ illo verbo Sedo aptissimè reddemus apud eundẽ hoc παύειν, iunctum accus. ὀδύνας, Il. π, Αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας, sedauit dolores. (Legitur autem & παύειν ὀδυνάων apud eum: de qua constructione dicam infrà) Item cum accus. ἄνεμον, Od. κ, vbi verbo ὀρνύμι opponitur, Κεῖνον γὰρ τὰ μίλια ἀέμων πέμπε Κρονίων, Ἢ μὴν παυέμεν ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσι. (hìc enim cum ὅν κ' ἐθέλῃσι oportet ἄνεμον repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Sunt porro & accusatiui cum quibus reddi potest Aboleo: vt παύω τινὰ τυραννίδα, aboleo tyrannidem. In alia autem constructione reddi & verbo Abrogo, (sicut in loco quem protuli suprà) disces ex sequentibus.

Παύω habet & alias constructiones, quarũ vna est, & ea quidem frequentissima, (nisi me fallit memoria) παύω σε πύπυ: (pro quo interdum & παύω σε ὀκ πύπυ.) altera, παύω σε πιεῖν τοῦτο, vel μηκέτι πιεῖν. Sed & cum passiuo infinitiuo, præcedente particula μή. Quod ad priorem attinet, videlicet παύω σε πύπυ, sciendum est quemadmodum docui dixisse Demosth. παύω τινὰ ὕβριν, (quod fuerit exemplum τοῦ παύω τοῦτο) ita dixisse Isocratem παύω σε τῆς ὕβρεως, (quod fuerit exemplum τοῦ παύω σε πύπυ) ita scribentem in Panegyr. κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν. Est autem παύω σε τῆς ὕβρεως, Facio vt desistas ab insolentia, vel Impono finem tuæ insolentiæ. Aut, vtendo quopiam significãtiore verbo, Reprimo tuam insolentiam, aut Coerceo, seu Compesco, (siquidem structuræ orationis non habeatur, sed sensus duntaxat ratio:) alioqui dicendum esset, Reprimo ab insolescentia, aut Coerceo, seu Compesco. Sed Latinitas patietur potius, vt opinor, Refræno te ab insolentia: quum & Cicero constructionem hanc isti verbo dederit. Quòd siquis hoc nõ libenter vtatur, quòd ei plus vehementiæ inesse putet (idem autẽ fortasse & de tribus illis proximè præcedentibus iudicabitur) quàm verbo παύω: aut dicat, Deduco te ab insolescentia, aut Depello: aliúdve huiusmodi verbũ, sed aptius tamen, quærat. Dicerem autem Prohibeo, (quo hoc ipsum verbum exponitur apud Thucydidẽ lib. 3, βουλόμεθοι τῆς μὲν ἔξω ξυμμαχίας ὑμᾶς παῦσαι, ἐς δὲ τὰ κοινὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια καταστῆσαι) sed prohibere dicimur quempiam non tam ab ea re à qua desistere eum volumus, (quæ inest verbo παύω significatio) quàm ab ea quam facere seu aggredi parat. At verò quum dicitur παύω σε τοῦ ὀπθυμιῶν, locum fortasse habere potest illud Deduco: vt dicamus videlicet Deduco te à cupiditatibus: sed non minus aptum iudicabũt alii fortasse vel Libero, vel Vindico. Est autem eo loquẽdi genere vsus Xenophon ita scribens, τοῦ μὴ τὸ ἄλλων ὀπθυμιῶν τοὺς σωόντας ἔπαυε. Eiusdẽ generis est, παύειν τοῦ πονηριῶν apud Isocratem, cui opponit τρέπειν ὀπὶ τὰς πονηρίας: scribens in Archidamo, δύο τρόποι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ καὶ τρεπόντες ὀπὶ τὰς ἀδικίας, καὶ παύοντες τοῦ πονη-

ρῶν. Plato autem dixit etiam παύειν τινὰ τῆς λυγρὸς, in A
Symp. scribens, ὦ Εὐξίμαχε δίκαιος εἶ ἢ παῦσαί με τῆς λυγρὸς, ἢ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ ἕως ἂν ἐγὼ παύσωμαι. vbi non minus aptè verbo Liberare vti possumus. Obserua autem vno eodémque in loco vsum τοῦ παῦσαι & τοῦ παύσασθαι. Hanc autem constructionem sæpe habet & in abrogandi significatione. vt enim dicitur παύειν ἀρχοντα & παύειν στρατηγοῦντα (de quibus suprà) sic etiam παύειν τινὰ τῆς ἀρχῆς, & παύειν τινὰ τῆς στρατηγίας. His simile est παύειν τῆς βασιλείας, (pro quo παύειν τῆς βασιλείης Ionicè B
apud Herodotum) item παύειν τινὰ τῆς ναυαρχίας apud Thucyd. quibus in locis παύειν non incommodè reddi tur verbo Priuare. Xenoph. Hell. 6, παύσαντες αὐτὸν τοῦ στρατηγίας, Ἵφικρατέτην αἱρεθησομένων, Quum priuassent illũ imperio, vel (mutando constructionem) Quum abrogassent illi imperiũ. Sic παύειν τινὰ τῆς βασιλείας, Priuare regno. Vbi tamen & illo verbo Deducere vti possis, si cum Hirtio dicere velis Deducere ex regno. Quidam certè interpr. Adimere alicui regnum. Sciendum est autem, Homerum quoque sæpe dixisse non solùm παύω τοῦτο, sed & παύω σε πύπυ, vtplurimum tamen hũc C
personæ accusatiuum subaudiendum nobis relinquendo: vt quum dicit παῦσε ὀ χόλος, & παῦσε δὲ θούρεδος ἀλκῆς, subaudiens αὐτόν. Et Iliad. δ, Φάρμακ' ἄκεν παύσῃσι μελαγχόλου ὀδυνάων. At Odyss. ψ, iunxit accusatiuo rei pro accusatiuo personæ, in hoc versu, Παῦσαν ἀρὸ ὀρχηθμοῖο πόδας, παῦσαν δὲ γυνᾶκας. Sophocles interiecta præpositione ἐκ dixit παῦσον ἐκ κακῶν ἐμέ. Quod autem attinet ad illam verbi παύω cum infinitiuo constructionem, qua videlicet dicitur παύω σε τοῦτο ποιεῖν, legitur apud Thucydidem, lib. 2, pag. 69 meæ D
editionis, βουλόμεθοι τε πῖσαι τε αὐτὸν, εἰ δ' ὠάγοντο, μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας, σραπῦσαι ὅθεν τοῦ Ποτίδαιαν, ἢ ἐῶν σρέπευμα τῷ Ἀθηναίων πολιορκοῦν, καὶ παῦσαι βοηθεῖν τε αὐτοῖς, καὶ μὴ ἐπὶ ὤρμητο, ἐν' ὀκείνου πιεθῆναι &c. vbi παῦσαι non cum πῖσαι iũgitur, (alioqui enim esset παῦσαι pro παύσασθαι, & tres infinitiui simul) sed immediatè cum βουλόμεθοι, vt sit, Volẽtes efficere vt desisteret à ferẽdis suppetiis. vel Vt desisteret ferre suppetias. Proferã autẽ minimè cõtrouersum huius constructionis exẽplũ, E
nõ quidẽ in hoc simplici παύω (nullum enim mihi in præsentia suppetit) sed in cõposito ἀπαύω: quum vtriusque, quod ad hanc constructionem attinet, eadẽ sit ratio. Ita igitur ille Odyss. σ, Ὅς τοῦ πὸν τὸν αἴσαλον ἀλητεύειν ἀπέπαυσας Ἐν δήμῳ. Et quoniam docui παύειν aliquibus in locis reddi posse verbo Compescere, (sicut & Reprimere, aliisque huiusmodi) hoc addo, inueniri hoc ipsum Cõpesco infinitiuo itidẽ iunctũ apud Plautũ in Bacchid. Caue malũ, & compesce in illum iniustè dicere. (Vbi si mendum non est, meritò quis miretur F
factum ex actiuo verbo neutrũ, quod verbo παύω itidẽ vsuuenire interdum mox docebo) Verùm additur interdũ huic verbo & negatio μὴ, vel μηκέτι, vt apud Luc. ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτοὺς, pro ἔπαυσε λοιμοῦ αὐτοὺς, Illis finẽ pestis imposuit, vel Finẽ pestis attulit. Aut, Eos à peste liberauit. Apud Aristoph. cum μὴ, sequente etiã passiuo infinitiuo, παύω σε μὴ ἐξαπατᾶσθαι.

Παύω neutraliter pro Finem facio, Cesso, Desisto, Desino. pro qua signif. ex Hom. affertur cum genitiuo, παῦσαν ἀέθλων, pro Finem certandi fecerunt. Obseruaui alioqui hunc verbi istius vsum in imperatiuo po G
tius: vt apud Hesiodum in Aspide, Ἀλλ' ἄγε παῦε μάχης, μηδ' αὐτὸς ἴσα σ' ἐμαῖο. Sic Aristoph. in Ranis, παῦε, παῦε τοῦ λόγου. Et cum participio apud eũdem, παῦε ὀρχούμενος. Inuenitur autem παῦε & sine adiectione, & quidẽ pro Tace, apud Aristophanem. quæ significatio datur itidẽ imperatiuo Desine à Latinis comicis. Sed libet hoc lectori nostræ linguæ studioso expendendum proponere, annon verisimile sit nos quum aliquem tacere iubẽtes, dicimus Pai pai, potius ex Græcis παῦε παῦε (nã H
& ita geminatum hoc verbum extat apud Aristophanem) quàm ex Latino Pax pax mutuari. Mihi quidem certè non fit verisimile, nos iubentes aliquem tacere, vti nomine quod pacem significet, (licet alioqui pacẽ appellemus Paix) ac non potius eo cui ipsa tacendi insit significatio, id est τοῦ παῦε. Nequeverò mouere quẽquam debet hæc diphthongi αυ in nostram αι mutatio, quum & in aliis quibusdam vocabulis è sermone Græco sumptis ea vtamur.

At vox PASS. Παύομαι in significatione neutra, est Finem facio, Cesso, Desisto, Desino. Iungitur interdũ genitiuo, interdum participio, idque apud vtrosque scriptores. Sed hæc constructio (nisi me fallit memoria) solutæ orationi, illa carmini vsitatior: vel potiùs vtraque in soluta oratione frequens, at in carmine rara est altera, videlicet cũ participio. Primùm igitur genitiuo iũctũ παύομαι, in carmine quidẽ, vt apud Homi. Iliad. η, Παύσασθαι πολέμοιο δεινοῖο. Et Iliad. σ, — πολέμοιο πέπαυμαι. Rursum Iliad. η, παυσάμεθα μάχης καὶ δηϊοτῆτος. Legitur verò apud eundem & Παύεσθαι κλαυθμοῖο γόοιό τε, Odyss. φ. In soluta autem oratione, vt παύομαι τῆς ὀργῆς, Desisto ab ira, Iræ finẽ facio, Desino irasci, apud Lysiam. Item Herodian. lib. 7, τῆς τε ὀργῆς ὁ δῆμος ἐπαύσατο. Sic & apud Demosthen. παύεσθαι τῆς ὕβρεως, vbi scribit, οὔτ' ὑπολαμβάνω μνησικακεῖν ἐλάττονος πύτου ἢ ὅσον καταθεὶς παύσεται τῆς ὕβρεως. (vbi tamẽ Bud. παύεσθαι non verbo neutro sed passiuo est interpretatus, sic reddens hunc locum, Ita huic litem non minoris à vobis æstimandam esse censeo quàm quanta pœna depensa, ab iniuria postea inferenda coerceatur) Et cum genitiuo δοκιμασίας, pro Desisto à ferendo subsidio. Item cum genitiuo ἔργου, nec non πλησμονῆς apud Xenophontem. Ex Platone autem cum genitiuo κακῶν. sed παύσασθαι κακῶν apud eum exponitur perinde acsi esset pro παῦσαι positum: videlicet Finem imponere calamitatibus. Ad quam interpretationem nisi quid nos confugere cogat, quum hunc vocis παύσασθαι vsum nullo alio exẽplo confirmari videam, malim exponere, Finem habere malorum, vel Finem inuenire malorum. Hoc alioqui fateor, quemadmodum dixi, παύω in quibusdam locis posse reddi Finem facio, Cesso, Desisto, quæ sunt propria vocis passiuæ παύομαι: ita vicissim esse vbi παύομαι reddi possit finem impono, Finio, quæ alioqui propriè actiuæ voci παύω conueniunt. vt videlicet quum dicitur παύομαι τοῦ δρόμου. hoc enim reddere potes non solùm, Finem facio currendi, vel, Desisto à cursu, sed etiam (resoluendo orationem in aliam structuram) Finem impono cursui, Finio cursum. aut etiam Sisto cursum. nam qui dicit παύομαι τοῦ δρόμου, i. Finem facio currendi, seu Desisto à cursu, aut Desino currere: nõ aliud dicit quàm παύω τὸν ἐμὸν δρόμον: vt vicissim qui ita loquitur, παύω τινὰ ἐμὸν ὀργὴν, id est Finem impono iræ meæ, perinde est acsi diceret Finem facio irascendi, seu Desino irasci. At verò in παύσασθαι κακῶν idem non spectatur, quum is qui dicit παύομαι τοῦ κακῶν, id est Finem habeo malorum, non continuò dicere possit παύω τὰ κακὰ, id est Finem impono malis: nihilo certè magis quam is qui dicit Cõualesco ab hoc morbo, vel Sanaꝰ sum ab hoc morbo, dicere potest itidẽ, Sanaui me ab hoc morbo. Cæterùm affert B. ex Synesio παύομαι cũ genitiuo τῆς ἀρχῆς, expositum actiuo itidẽ verbo, videlicet Abdico, cum accusatiuo Me. nam παύομαι τῆς ἀρχῆς redditur Abdico me magistratu. Simul tamen vertit hoc verbũ & neutro Abeo: interpretans, Abeo magistratu. Vt porro παύω genitiuo iunxit Sophocles, iuncta præpositione ἐκ, sic παύομαι Aristoph. vbi dicit παύομαι ἐκ μεγάλων ἀχέων. quod παύομαι redditur rursum passiuo verbo Recreor.

Παύομαι in altera constructione, videlicet cum participio, prosæ potius quàm carmini vsitatum. Xenophon Pæd. 7, ἀκούσαντες ταῦτα οἱ Χαλδαῖοι ἔδεισάν τε καὶ ἱκέτευον παύσασθαι ὀργιζόμενον. (vbi obserua παύσασθαι ὀργιζόμενον eadem significatione qua habuisti suprà παύσασθαι τῆς ὀργῆς) Tale est παύομαι δίψῶν, apud eũdem. Et παύομαι φονεύων apud Thucyd. Plato quoque dixit De republica libr. 1, ἐπιθυμίαι ὀπθυμίαι παύσαντα καταπίνουσαι καὶ χαλάσωσι. Iũgitur verò & participio passiuo, vt παύομαι βασανιζόμενος, Desino torqueri, apud Antiphõtẽ. Pro quo & παύομαι στρεβλούμενος apud eundem, ἠπίστατο γὰρ ὅτι παύσαιτο στρεβλούμενος ὁπότε ἔπαυε τὰ πύπτις δεικνῦντα. Sic Παύσασθαι δεδεμένον, Plato De rep. lib. 9. Et παύομαι τεταραγμένος, Plutarch. Solone, Desino turbari.

Παύομαι sine adiectione etiam ponitur, relinquendo (vt opinor) subaudiendum participium, aut certè genitiuum. (Aliquos tamen excipio locos, cuiusmodi est hic Gregorii, ὥσπερ πέπαυται, pro Hæc desita sunt haberi, seu desierunt. Sed & in hoc Gellii loco, Disciplina tibiis canēdi desita est, sicut Desita est sine adiectione ponitur, non dubiū est quin de πέπαυται idem dici hîc possit) Alioqui ponitur pro Quiescere, seu Requiescere: in qua significatione frequētius est ἀναπαύεσθαι. Sed & pro Quiescere in ea significatione qua dixit Virgil. flammam quieuisse, Æneid. lib. 6, Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit. Nec enim dubium est quin tale sit istud Homericum, παύσαιτο δὲ φλόξ, atque adeo Virgil. id exprimere voluerit: Il. ψ, Τῶμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύσαιτο δὲ φλόξ. Quòd si παύεσθαι reperiatur & pro Tacere, (sicut de παῦε dictum fuit suprà) tūc quoque verbum Quiescere eius interpretationi adhibere poterimus, cum Terentio: si tamen eos sequamur qui in quibusdam eius locis accipi simpliciter putant pro Tacere. à quibus ego dissentio. At verò Desinere ita sumi ab hoc ipso comico, minimè controuersum est. Sed in v. l. ex Theophr. affertur παύεσθαι oppositum etiam παύ ἵστασθαι, significanti Reniti & obsistere: De hist. plant. lib. 5, cap. 8, δύσριζα δὲ καὶ δύσχιζα τὰ ἐνικμότερα φθίνει πάμπαν ξηραίνεται· τὰ μὲν δὲ παύονται, τὰ δὲ ἵστανται. Affertúrque ad huius interpretationis confirmationem, ex Plinio, lib. 16, cap. 43, Arida latius quàm viridia ferris cedere. Sed quibusdam suspectum est παύονται in illo Theophrasti loco: quum alioqui constet Plinium quæ ibi dicit, ex ipso Theophrasto mutuari.

MONOSYLL. Παῦ per apocopen pro παῦσαι dictū fuisse testatur apud Eustathium Ælius Dionys. sed ambiguum est intelligātne pro παῦσαι infinitiuo actiuo, an pro παῦσαι imperatiuo medio. Ego certè de hoc potius quàm de illo intelligendum putauerim.

C. Παυσίβακτροι, οἱ, (q. d. Ad sedandum vtentes baculis) In v. l. Baculis robustis vtentes, vt qui fustibus lites sedant & dirimunt. At Hesychius habet duntaxat, Παυσιβάκτρων, ἰσχυρῶν βακτηρίων χρωμένων. quæ scriptura mendosa esse videtur: ac certè, sequendo illam expositionem quam habent vulg. lex. reponendum esset ἰσχυρᾶς βακτηρίας χρωμένων. Alioqui possit etiam suspicari quispiam, eum scripsisse ἰσχυρῶν seorsum, & addidisse, βακτηρίαις χρωμένων. Sed & illa ipsa vox παυσιβάκτροι non immeritò suspecta cuipiam fuerit.

C. Παυσικάπη vide in Κάπη.

C. Παυσίλυπος, ου, ὁ & ἡ, Mœrori finem imponens, vel finē afferens, Mœrorem cessare faciens, Sedans mœrorem. vt παυσίλυπος ἄμπελος vocatur à quodam poeta apud Athenæum, lib. 2, Mœroris sedatrix vitis, quòd vini potu exhilarentur homines. Sic & poculum illud quod in conuiuiis tertium Ioui seruatori dicatum erat, παυσίλυπον vocabatur, vt habent v. l. Ibidem, Iouis esse dicitur epithetum apud Sophoclem. Sed & quendam lapidem vocatum fuisse παυσίλυπον, quòd siquis dum in luctu versatur, eum nactus fuerit, continuò mala eius finiantur, ex Iasone Byzantio discimus, ita scribente, ὃν Στρυμόνι πταμένῳ χθονᾶται λίθος παυσίλυπος καλούμενος, ὃν ἐὰν οὖρη τις πενθῶν, φόβος χρῆμα παύεται τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς. Quinetiā villa quædam Cāpaniæ Pausilypum dicta fuit, vt testantur cum alii, tum Plinius. Hoc autem nomen ab amœnitate obtinuit.

C. Παυσινύσταλον, Quod dormitationem reprimit, Quod vigilare facit. Eustath. in Odyss. lib. 4, pag. 1491, ἔοικε δὲ μᾶλλον τῷ τῆς Ἑλένης κρατῆρι, τὸ φάρμακον τοῖς μεθ' Ὅμηρον χρηματίσαν, ἐπειδὴ καὶ ἡφάλιοι θυσαι ἦσαν, ἐν αἷς οἶνος οὐκ ἐσπενδετο, φασίν, ἀλλ' ὕδωρ μελίκρατον. Quibus addit, Homerico illi κρατῆρι similius etiam esse quod ab Ælio Dionysio commemoratur παυσινύσταλον, & ab eo esse dicitur vel βρῶμα, vel aliquid huiusmodi. Esse autem παυσινύσταλον aiunt (inquit) simile ei quod DICITVR Ἐχεκρόρσιον. quo significatur, τὸ ποιοῦν ἐχεκρόρεναι, καθὼς εἴπειν νηφάλιον. (Obserua autem obiter, hic quidem Ἐχεκρόρσιον, illic autem SCRIBI Γρηγόρσιον. Est alioqui in vsu potius, sicut ἐχεκρόρσις, ita etiam ἐχεκρόρσιος, & quidem significans ποιῶν ἐχεκρόρεναι (sequendo eius expositionem) id est Faciens vigilare, siue Vigilias afferens. Quod autem ad compositionem nominis huius παυσινύσταλον attinet, existimo in eo νύσταλον substantiui fungi vice: quum tamen extra compositionem non inueniatur, quod quidem sciam: sed tantùm NOMEN Νυσταλέος adiectiuum, significans non dormitationem, sed dormitatorem, aut etiam dormitabundū. Neque enim hac voce, ad exemplum aliarum complurium à me ficta, vti dubitauerim.

C. Παυσίπονος, ου, ὁ & ἡ, Labori finem imponens, A labore recreans. Eurip.

At verò COMPOS. Παυσάτεμος, amittit ι quod in præcedentibus compositis habes. Vocauit autem παυσάνεμον θυσίαν Æschylus sacrificium sedans ventos, seu placans (vt loquutus est Virgilius) id est, quo impetramus sedationem ventorum.

Παῦσις, εως, ἡ, Cessatio, Requies, vel Sedatio. Pro quo dicit HOMERVS Παυσωλή (alijque poetæ) vt Iliad. ϛ, Οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται οὐδ' ἠβαιόν. Item παυσωλὴ πολέμοιο, in alio eius loco.

Παυσέως (aduerb. positionis, vt vulgò appellant) Cessandū est, Finem facere oportet. παύεσθαι δεῖ. Sed interdum & actiua significatione pro παύειν δεῖ, Facere oportet vt quis cesset. Plato, παυστέον προθεῖναι τὸν θάνατον, Operam dare oportet vt desinat mortem præuidere. q. d. Faciendi sunt cessare à, &c.

Παυστήρ, ῆρος, ὁ, ITEM Παυστήριος, Sedator, Sedatiuus. (Sonat autem παυστὴρ quidem, Sedator: at παυστήριος, q. d. Sedatiuus, seu Sedatorius) Vel Qui finem imponit, Qui cessare facit. Alexis apud Athen. libro 10, vocat somnū παυστήρα βροτείων πόνων, id est, qui finem imponit humanis laboribus, vel requiem affert à laboribus mortaliū: in hoc versu, Ὕπνος βροτείων ὦ κόρη παυστὴρ πόνων. At παυστήριος sub nomine Sophoclis habetur in vulg. lex. Vbi παυστήρια sunt etiā Obices, Septa: (quòd Hesychius exponat πρόβλημα, ἢ φράγματα. Qui & παυστήρια ὄρη appellatos tradit Achaiæ montes in quibus mortuus est Orion) IBIDEM Παυστικός, Vim sedandi habens.

C. Ἄπαυστος, ου, ὁ & ἡ, Indefinens, Non cessans, Irrequietus. Item Fine carens, Perpetuus, Sempiternus. vt Cic. ἄπαυστος βίος apud Plat. (pag. 23 mei lexici Cic.) vertit Sempiterna vita. Apud Thucyd. autē ἄπαυστος δίψα reddi etiā potest passiuè, Insedabilis sitis, Sitis quæ sedari non potest. Itidem ἄπαυστος γλῶσσα significatione passiua, q. d. Incoercibilis lingua, Lingua quæ coerceri non potest. Vnde ADVERB. Ἀπαύστως, & Ἀπαυστί, Indefinenter, Incessanter, Irrequietè, Sine quiete. Aristot. De mundo, σωματοχορεύει πᾶσι πύπτοις ἀπαύστως.

AT VERO Παῦλα peculiarem formā habet: quo vocabulo significatur Cessatio, Intermissio, Requies, Finis. Plato in Phædro, τὸ δὲ αὐτοκίνητον, ἀθάνατον· τὸ δὲ ἄλλο κινοῦν, καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. quæ Cic. ita est interpretatus, Quod semper mouetur, id æternum est: quod autem motum affert alicui, quódque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, viuendi quoque finem habeat necesse est. Plato epist. 7, οὐκ ἔστι παῦλα κακῶν τοῖς τυράσασι. A Bud. exponitur non solùm Finis, sed & Clausula, in isto loco Aristotelis Polit. lib. 7, καὶ πρὸς τὴν παῦλαν τῆς πικροπολίας ἡ σύζευξις συγκαταβήσεται χρόνοις εὐκαίρως.

C. ΑΝ Ἀπαύω, Requiescere facio, Requiē do seu relaxatio nem. ἀπαύσω σε τοῦτον, Da tibi requiem, vel Da teipsum requiei, seu quieti. Sed dicitur interdū ἀναπαύω ἐμαυτὸν vel ἀναπαύω σε, simpliciter: interdum ad accusatiuū personæ additur genitiuus rei. vt ἀναπαύω σε τῶν ἔργων. Xenophon Præd. 7, ὁρῶν δ' ὁρᾶν τοὺς πολεμίους, εἰς τοὺς αὐτοὺς ἀναπαύσετε τὸν θόρυβον. In Euāgelio Matthæi, capite 11, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. id est, Vobis requiem à labore tribuam. Hom. Iliad. ρ, — ὃς ῥά τε ἔργων Ἀνθρώπους ἀνέπαυσεν ὅθι χθονί. Rursus Xenophon, ἀναπαύειν τοὺς ἱππέας τῷ βαδίζειν.

Ἀναπαύομαι, Quiesco, Requiesco. Xen. Præd. 4, σὺ δὲ ἄγε ἀνάπαυσαι· ἐπὶ τετόνηκας, Tu ô nuntie requiesce: siquidem te fatigasti. vbi absolutè ponitur. Sæpe autem genitiuo iūgitur, vt ἀναπαύεσθαι τῶν πόνων, i. A laboribus requiescere. & apud Isocratē, ἀναπεπαυμένοι τῶν εἰσφορῶν.

vbi loquitur τῶν εἰσφορῶν, quasi de laborioso quopiā onere. Nonnunquā ita constructū exponitur Cesso, vel Desisto, seu Desino. Interdum additur præpositio ἐκ: vt apud Lucianum, ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον.

‖ Ἀναπαυόμενον ὕδωρ, ad verbum Requiescens aqua, dicitur aqua certi cuiusdam fontis, vel potius ipse fōs apud Dodonam, quia non perennem habet aquam. Etymol.

Ἀναπαύομαι ex Demosthene citatur pro Donor immunitate. quæ significatio si vera est, eius ratio hæc fuerit, quòd quædam sunt munia à quibus qui est immunis, velut ab onere graui videtur requiescere.

Ἀναπαύομαι, Suidas exponit τὸ ἀνακλίνομαι ὡς πρὸς ὕπνον, id est, Cubo vt somnum capturus. Xenophon Præd. 8, ἔδοξεν αὐτὰ παύσασθαι· καὶ κατεκλίθη. Eiusdem Præd. 6, ὥστε μὴ δὴ πλὴν ἡμέρας οὔτω δέρεσθαι καὶ δειπνήσαντες ἀνεπαύοντο.

Ἀναπαύεσθαι, Mori. Herodianus de Marco imperatore loquēs, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ὁλοσχερῶς μιᾶς, ἀνεπαύσατο. Sic vsurpatur & à Theodorito. Dicitur & ἀναπαύεσθαι τοῦ βίου. Itidem suum Quiescere, de morte dicūt Latini. vt Ouid. Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Ἀνάπαυμα, ατος, τὸ, Requies. Idēm quod sequens ἀνάπαυσις: sed apud poetas illud nomen frequentius, hoc in prosa. Dicitur ET ἄμπαυμα per syncopen: vt apud Hesiodū in Theogonia, Δημοσθενίου τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μέρμηνα ἐόντων.

Ἀνάπαυσις, εως, ἡ, Requies, Intermissio à labore, vel Requies à labore. Xenoph. Præd. 7, δοκοῦμοι καὶ ἡμεῖν ψυχὴ ἀναπαύσεως πόνου ἀξιοῦν τυγχάνειν. Cum genitiuo, apud Plutarchum in Lycurgo, οὐ εἰς τὸν πόλεμον ἀσκήσεως ἀνάπαυσιν εἶναι τὸν πόλεμον. In vulg. lex. Græc. exponitur etiam Respiratio, ex Aquila Romano: ex Quintiliano, Respiratio & mora. ‖ Accipitur etiam pro quiete quæ est in dormiendo: vt & Latini quietem appellarunt somnum.

Ἀναπαυτήριον, VEL Ἀναπαυστήριον, ου, τὸ, Locus in quo quies capitur, Locus quietis, vt ait Bud. subiungens hunc Xenoph. locum, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀναπαύσεώς γε δεόμενοι οἱ θεοὶ τὴν νύκτα δίδοασι, κάλλιστον ἀναπαυτήριον. Magis tamen propriè (meo quidē iudicio) non dicetur tempus quietis quàm locus quietis. dicitur alioqui ἀναπαυτήριον eadem forma qua κοιμητήριον.

Ἀναπαυτήριον, τὸ καταζευγνύων ὀπίσθιον, vt ἀνακλιτικόν, Quum receptui canitur. Bud.

Ἀνάπαυλα, ης, ἡ, Idem quod ἀνάπαυσις, Quies, Requies. Herodian⁹, δεδωκὼς τοῖς καμάτοις ἀνάπαυλαν. Thucydides, διηρημένοι κατ' ἀναπαύλας, Vicibus quiescētes, Laur. Vel, In orbem operi succedentes. Bud.

Ἀνάπαυλα, Locus quietis, Mānsio, Diuersorium. Plat. De leg. lib. 1, ἀνάπαυλαι κατὰ τὴν ὁδόν, ὡς εἰκός, πνίγους ἕνεκα τοῦ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσιν εἶναι σκιαράς.

Ἀνάπαυλις apud Hesychium, idem quod ἀνάπαυλα. nam Ἀνάπαυλα exponitur ab eo ἀνάπαυσις: deinde Ἀνάπαυλις, ἀνάπαυσις, κατάπαυσις.

Per syncopen autem DICITVR Ἄμπαύω pro ἀναπαύω, ET ἀμπαύομαι pro Ἀναπαύομαι. Theocr. Idyll. 1, κεκμακὼς ἀμπαύεται. & ἀμπαύσασθαι in Epigr. Requiescite.

HINC Ἄμπαυμα, itidē pro ἀνάπαυμα, vt apud Hesiodum, — ἄμπαυμά τε μέρμηνα ἐόντων, Requies curarum. SIC Ἄμπαυσις pro ἀνάπαυσις, Requies, in Anthol. epigr. ITEM Ἀμπαυστήριον pro ἀναπαυστήριον.

C. 2. Διαναπαύω, Interquiescere facio, Intermissionem do, vel requiem aliquam, Recreo. vt διαναπαῦσαι τὸν στρατὸν, apud Plutarchum, τότε δὲ ἀναλαβεῖν τὸν στρατὸν καὶ διαναπαῦσαι οὐχ ὑπῆρξε. quæ Bud. vertit, Tum autem recreare exercitum & quieti reddere non licuit. Naz. autem dixit, διαναπαύειν τοὺς πόνους, quod redditur, Recreare labores: at ego interpretari malim Requiem aliquam laborum dare, vel Requiem aliquam dare à laboribus, seu intermissionem. Ideo autem non dico simpliciter Requiem, sed Requiem aliquam: vt eam significationem quam habet præpositio Inter, in verbo Interquiesco, aliquo modo exprimam.

P. Διαναπαύομαι, Interquiesco. Cebes Thebanus, κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύσασθαι. A Budæo exponitur Interquiesco, & Paulum intermitto: afferente ex Appiano, ὡς καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οἱ διαναπαυόμενοι.

C. 2. Ἐπαναπαύομαι, q. d. Superquiesco. Herodian. lib. 2, circa principiū, ὧν οἱ μὲν ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες, καὶ κενοὶ εἰς ὕπνον καταφέροντο, κατεχούσας τι τοῖς χερσὶ δοκοῦντες ἐπανεπαύοντο. q. d. Superquiescebant manibus tenētibus hastilia. pro Quiescebant super manibus, id est innixi manibus, quæ vicissim hastilibus innixæ erant. Vel, Requiescebant incumbentes manibus, quæ vicissim hastilibus incumbebant. (Esse autem aptum verbum istud significandæ huic rei, vel hic Nasonis versus ostendit, Fessus vt incubuit baculo, saxóque resedit) At Politianus pulchram hanc descriptionem hominum qui se à somno vix defendere possunt, in sua interpretatione minimè expressit. quippe qui ita reddiderit hunc locū, Partim ebrios dormitātésque, ac manu languida tenētes hastilia. Porro quum dico hîc Quiescebant seu Requiescebant, intelligendum est nō pro Somnum capiebant, (sicut & Quies de somno sæpe dicitur) sed simpliciter de illo requiescendi modo qui est hominum se ad somnum componentiū, & qui vix ab eo sibi temperare possunt. dicit enim οἱ δὲ ἐγρηγορότες. Ad hanc autem significationem pertinet illa expositio quam dat Suidas verbo ἀναπαύομαι, (vt antè docui) videlicet ἀνακλίνομαι ὡς πρὸς ὕπνον.

Ἐπαναπαύομαι metaph. vt Latinè Acquiesco. Acquiescere (inquit Bud. annot. in epist.) interdū est Affectum animi sistere, & Oblectari. Cic. in Lælio, Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus. Et pro Deiotaro, In tuo ore, in tuis oculis vultúque acquiesco: te vnum intueor: ad te vnum omnis mea spectat oratio. Sic Curtius, Parum est enim, tot modò liberorum parentem, in vnico filio acquiescētem, eo quoque orbari. Vbi Acquiescentem vult esse quod Græcè diceretur ἐπαναπαυόμενον, & ἀρεσκόμενον, & ἀσμενίζοντα, cum dativo. Hæc ille. Ego autem existimo ἐπαναπαύεσθαι in hac quoque significatione verti posse Requiescere: sic vtendo vt Cicero vsus est quum dixit in orat. Pro Cælio, Hoc vnico filio nititur, in huius spe requiescit.

C. 2. Προσαναπαύομαι pro συναναπαύομαι, vide cum proximè sequenti Συναναπαύομαι.

C. Συναναπαύομαι, Simul quiesco, seu requiesco, vel Vnà cum alio quiesco: & quidem intelligendo vel simpliciter, vel pro Quietem capio, vt loquuntur poetæ) id est somnum. Vnde dicitur etiam συναναπαύεσθαι γυναικί. At verò Sapient. cap. 8, itidē dicitur προσαναπαύσομαι αὐτῇ, nouè pro συναναπαύσομαι. nisi fortè hæc vera est lectio.

C. Ἀπ Οπαύω, Cessare facio, seu desistere. Cum accusatiuo & genitiuo: accusatiuo personæ, genitiuo rei. Apud Xenophontē (inquit Budæus) ἀποπαύω τῆς χρήσεως, Abdico munere: ita dictū vt παύω τῆς ἀρχῆς. Sic ἀποπαύω τὸ παιδίον τῆς γαλακτος, pro ἀπογαλακτίζω. Apud eundem Xenophontem in Lacedæm. politia, ἀποπαύσας τῶν ὁπότε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι, ἐπαίζεν ἐν ἀκμαῖς τῶν σωμάτων τοῖς γάμοις τοιεῖσθαι. ‖ Citatur præterea ex Sophocle in Aiace, ἀποπαύειν ἐρώτων, pro Priuare amoribus. Exponitur etiam Compesco, Inhibeo. Hom. Iliad. σ, Νῦν μὲν νύξ ἀπέπαυσε πολυκμήτου Πηλέωτα Ἀμβροσίη. Idē Iliad. τ, Ἀλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, ὀχέας δ' εἰλείθυιας. Vbi Eust. scribit, τὸν δὲ ἀπέπαυσε τόκον, διασταφυτικόν τι τὸ, ὀχέας δ' εἰλείθυιας, ἤγουν ἐπόχας τὴν ἐνοῦσαν γονὴν, καὶ οὕτως ἔπαυσε τὸν τόκον. Idem Eustathius paulo antè hæc verba, ἀπέπαυσε τόκον exponit ἐπόχας τὴν γονήν. Notandum est autem, in his duobus locis Homeri ἀποπαύω vnicum habere casum, videlicet accusatiuum: & in priore quidem loco, accusatiuum personæ: in posteriore autem rei.

P. Ἀπαύομαι, Cesso, Desisto, Desino, Finē facio. Il. α, — πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν, id est Cessa præliari, vel Desiste prælíari, aut desine, Finē fac prælíandi. Nisi malis, nomē reddēs nomine, dicere Absiste prælio. Sic ἀποπαύεαι μάχης. Iliad. π, Ἕκτωρ πῆπε μάχης ἀποπαύεαι, id est Hector, cur absistis pugna? Apud Xenophontem itidē cum genitiuo, Præd. 7, οἱ πυθόμενοι ἵππου ἐκπεμπόμενοι τῶν μὲν δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύονται, πολεμικοὶ δὲ ἤδη

ἥπου γίγνονται. id est, Mordere desinunt. Ponitur etiam absolutè apud eundem pro Desino. vt Iliad. ε, — ἀπὰρ ὑμῶν σφῶϊ γ' οἴω Πείν γ' ἀποπαύεσθαι, πρὶν, &c. Item Iliad. φ, vbi pro eodē vsurpatur & simplex. scribitur enim, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι, εἰ σὺ κελεύεις· Παύεσθω δὲ καὶ ὅπως. Apud Theognin initio γνωμῶν opponūtur ἀρχόμενος, & ἀποπαυόμενος, id est exordiens & finiens, vel Finem faciens. — ὅππτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος. ¶Exponitur etiam aliquando Quiesco, Requiesco: absolutè videlicet tum quoque positum.

c.2. Δις ἀπόπαυστος, Cui vix finem imponere possumus, Vix sedabilis. At in v.l. exponitur Strenuus in bello. quæ significatio (vndecunque sumpta sit) non video quomodo huic vocabulo conuenire possit. Quod autem ibi additur διαπόπαυστος esse etiam Qui difficulter auellitur, (ita enim reponendum pro euellitur) apertè falsum est, & voci διαπόπαστος, non autem huic, cōuenit. itidem verò διαποπαύστως quod ibi exponitur Firmissimè, perperam scriptum est pro διαπαστάστως.

C. Δ I Απαύω, Interquiescere facio, Intermissionē do: sicut & διαναπαύω expositum suprà fuit. Sed affertur pass. Διαπαύομαι pro παύομαι etiam, id est Quiesco, seu Cesso, Desisto, Desino. ex Plat. De rep. Et cum participio, ex eodē in Timæo, διαπαύεται γιγνόμενον pro Desinit fieri. H I N C Διάπαυμα, E T Διάπαυσις, Intermissio, aut etiā Cessatio.

C. K A T A παύω, Cessare facio, seu desistere, Finem impono, Sedo. Interdum, Compesco, Reprimo, Coerceo. Hom. Od. σ, Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέπαυσα θεὰν χόλον αἰνὲ ἐόντων, Sedaui iram (vel placaui.) Hesiodus autem dixit καταπαύειν νεῖκος, Sedare litem, in Theog. Αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ὁπηνίκα μῶλος κατέπαυσε. Vtitur & cum accusatiuo personæ, pro Compescere, Coercere. (quam significationem habere interdum & simplex παύω, ostendi suprà) vt Iliad. ο, Νήπιοι οἱ Ζεὺς μὲν ἀμφαίνει μὲν ἀφρονέοντες, Ἠ ἔπ μὲν μέμαμεν καταπαυέμεν ἄσσον ἰόντες. Hic enim non dubiū est quin καταπαυέμεν (quod est pro καταπαυσέμεν) multo aptius reddatur verbo Compescere, alióve huiusmodi, quàm verbo Sedare, vt habet vulgata interpretatio. (Existimo autem posse etiam reddi, hoc quidem in loco, Reuocare à consilio, vel ab instituto, seu ab incœpto. Nā quem reuoco ab incœpto, facio vt is desistat ab incœpto. quo loquendi genere Maronem vti satis notum est.) Idem Od. β, Ἡμέας ὀτρύνων καταπαυέμεν. quum eadem signif. & de re eadem loquens vsus esset verbo καπρύκειν: in hoc versu qui est quartus ab illo, Παῦροι μνησῆσας καπρύκειν πολλοὶ ἐόντες. Sed hoc non cō siderantes interpretes, καπρύκειν quidem verterunt Compescere, item Coercere: at καταπαυέμεν, Quiescere, item Desistere. Inuenitur denique apud eundem poetam cum accusatiuo personæ, adiunctum habente participium: Il. π, Μηδόνη πάχα κέντε καὶ ὀρχηστὴν ὡς ἐόντα Εἴσχε ἑῷ καπέπαυσε δόμῳ περὶ, εἰ σ' ἔβαλόν ὡς. hic enim dico καπέπαυσε iungi cum ὀρχηστὴν ὡς ἐόντα, & esse illam ipsam cum participio constructionem cuius exempla in simplici παύω protuli. vt sit, καπέπαυσα αὖ σε ἐόντα ὀρχηστὴν, pro καπέπαυσα αὖ σε τοῦ ὀρχηστοῦ. quod nihil esset aliud quàm ἔπαυσα. i. Hasta mea fecisset vt saltator esse desineres. Vel liberius, Saltationi tuæ finem imposuisset, seu arti saltandi. Atque ita primam ad significationem pertinebit & hic locus. Alioqui non ignoro vulgò καπέπαυσα hìc quoque reddi Compescuisset: accipiendo videlicet καὶ ὀρχηστὴν ὡς ἐόντα, separatim: hoc modo, Compescuisset te, quanuis saltator sis. Decepit autem interpretes, & constructionem illam animaduertere nō siuit, primùm quidem interpunctio quæ est post ἐόντα cum in aliis editionibus, tum etiam in mea, (hoc enim ingenuè fateri volo) deinde particula καὶ, quam sequitur ὡς. Et hactenus quidē de vsu verbi καταπαύω quem apud Homerum atque Hesiodum habet. In soluta quoque oratione ponitur pro Cessare facio, seu desistere, Finē impono, seu facio, aut affero, Finio. vt τὰ ἔργα καταπαύειν apud Plutarchum, necnon καταπαύειν πλῶ μάχῳ apud eundem. Galenus verò dixit itidē ad Glauc. lib. 1, circa finē, ὥσπερ κἀγὼ τῇδε καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον, Huic libro finē hic imponam.

(ita enim malo hìc λόγον, quàm disceptationē interpretari) vel Hìc finiā. Legimus autē & εἰ κατέπαυσεν αὐτοὺς in ep. ad Hebr. c. 4, pro Si requiē eis attulisset. Sed inuenitur καταπαύω cū alia etiam constructione, nimirūcum accusatiuo personæ adiunctum habente genitiuū rei. apud Xenoph. Pæd. 8, Ὥσπερ ἢ ἀρχῆς Κῦρον ὅπηχειρῆ καταπαύειν, pro eo quod Latini dicerent (vtētes ablatiuo illius genitiui loco) Cyrum imperio priuare, seu spoliare. Aut (mutata orationis structura) Cyro imperiū abrogare. Qui autem aliquem imperio priuat, seu alicui imperium abrogat, is certè illi finē imperii imponit.

Καταπαύειν neutraliter etiam seu intransitiuè, pro Requiescere, in eodem illo epistolæ ad Hebræos capite, (& quidem paulo post alterum illum locum) cum ἀπὸ habente suum genitiuum: καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, requieuit ab operibus suis. Affertur autē & ex Polybio intransitiuè positum: vbi dicit, δ δυπεραῖος εἰς τοὺς Πάτρας κατέπαυσε, pro Appulit finito suo itinere.

Καπέπαυμα, ατος, τὸ, Requies, vel Finis. vt γόου καπέπαυμα. Hom. Iliad. ρ.

Καπέπαυσις, εως, ἡ, itidem pro Requies. Apud autorem epistolæ ad Hebræos de requie sabbati, seu sabbatismo. Suidæ autem est etiam ἡ τοῦ θεοῦ βασιλεία.

I T E M Καταπαύσιμος, adiectiuum, pro Requiescere faciens, Requiem afferens. vt dies sabbati dicitur ἡμέρα esse καταπαύσιμος τοῦ ἔργου, à Greg. Nazianz.

c.2. Ἀκατάπαυστος, ου, ὁ & ἡ, Irrequietus, vel Indefinens, Finem non habens. Aut passiuè, Qui sedari non potest, seu cohiberi. Pro qua significatione habetur iunctum genitiuo apud Petrum, ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, Qui cohiberi nequeūt à peccato. Nisi malis, Qui peccandi finem facere nequeunt, vel à peccando cessare.

Ἀκαταπαύστως, Irrequietè, Indefinenter. Vel, Ita vt cohiberi non possit.

c.2. Δις καταπάυστος, Quivix sedari seu cohiberi potest. Affertur & pro Irrequietus ex Eurip. vt sit pro ἀκατάπαυστος.

Δις καταπαύστως, Ita vt vix sedari possit, seu cohiberi.

C. M E T Απαύομαι, Interquiesco, Aut Alternis quiesco, vt in v.l. Eust. quoque in isto Homeri loco, μεταπαυόμενοι δὲ μάχοντο, Ἀλλήλων ἀλεείνοντες θέλεα τονέοντα. Πολλὸν ἀφεστῶτες, ait esse dictū μεταπαυόμενοι pro ἀμείβοντες ἀλλήλους, ὡς παύεσθαι μὲν τοὺς τοὺς, ἑτέρους δὲ μάχης ἄρχεσθαι, vel pro αἱ παυόμενοι. H I N C E S T Μεταπαυστωλὴ apud eundem poetā (vt παυστωλὴ à παύομαι) pro Requies, eorum videlicet qui interquiescunt & respirant. nam μεταπαυστωλὴ in hoc versu Iliad. τ, Ὁππότε τις μεταπαυστωλὴ πολέμοιο γένηται, Eust. ait esse παῦσις quam alibi vocari αἀάπνδυσις.

Π Α Χ Υ Σ, ἔος, ὁ, Crassus. vt ῥίζαν παχεῖαν Plinius interpr. apud Theophr. radicem crassam,

quū hæc eius verba, τὸ δὲ σίλφιον ἔχει ῥίζαν μὲν πελλὴν καὶ παχεῖαν, τὸν δὲ καυλὸν ἡλίκον ναρθηξ. ἐχέδον δὲ καὶ τοῦ παχέος τοῦδε πάχος, ita vertit, In ea laserpicium gigni solitū, radice multa crassāque, caule ferulaceo: haud absimili crassitudine. Sic autē αὐχένα παχὺ legimus in Geopō. pro cervicibus crassis, vt loquutus erat Varro. Atque vt togā crassam dixit Horatius, sic χλαῖναν παχεῖαν dicunt Græci, (vt ex Polluce discimus) & generaliter etiam παχέα ἱμάτια. quod apud Xenoph. legitur, cum verbo φορεῖν. Homerus autem χεῖρα παχεῖαν vocat manū crassam: ex quo intelligendum putant schol. validam, robustā. Dicitur verò & παχὺς οἶνος à Galeno, crassum vinum: ei opponente λεπτὸς, id est tenue. (Alicubi redditur & Spissus: éstque ita interpretatus idem Plin. apud Theophrastum: sicut & verbum παχύνεσθαι, Spissari, apud Aristotelem) Frequens verò pro Crassus significante Obesus, Pinguis. quam significationē habet 2 l. Anthol. epigr. titulo εἰς παχῆς, in disticho cuius initiū Τὸν παχὺ δὴ ἔγραψεν ὁ ζωγράφος. Sic & apud Athenæum identidem ex variis scriptoribus. Lucianus autem interdum cū παχὺ addit & πολύσαρκος, & alicubi πιμελής. vt in Charonte, σὺ δὲ ὁ παχὺ, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ; In libro autem De salt. παχέος δὲ καὶ πιμελοῦς ὀρχησταί. Vbi παχὺ videtur potius esse quod dicimus Gros, quum hoc copulamus cum nomine Gras. vt παχὺ & πολύσαρκος seu παχὺ & πιμελής, sonent quod dicere solemus Gros et gras. quorum certè vtrūque videtur significari nomine Crassus

Crassus apud Terentiū. Respondet alioqui illud Gros potius nomini Corpulentus. qua etiam voce redditur παχὺς apud Gal. Quod alioqui nihil aliud est aliquando quàm πιμελής, seu πίων. atque adeo nomen hoc πίων & illud παχὺς eodem in loco eadem omnino in significatione posita inuenies infrà in Παχύτης. At Corn. Celsus παχυτάτοις apud Hippocr. reddidit Plenissimis: vt videbis in loco quem mox proferam, vbi de superlatiuo gradu agam.

Παχὺς metaphoricè ad animum relatum, (vt Crassus interdum ac Pinguis, apud Latinos) pro Stupidus, Hebes, Tardus. Aristophanes, Γνώσῃ δὲ σαυτὸν ὡς ἁμαθὴς εἶ καὶ παχύς. Vnde autem παχὺς hāc significationē acceperit, docet Plutarchus, apud quem legitur etiā παχύπους καὶ ἀμουσόπους, de asino dictum. Cæterùm λεπτὸν vicissim de subtili & acuto dici, translatum itidem ad animum, suo loco docui.

Παχὺς alia metaphora, Opulentus, Diues, Locuples. (quam metaphoram interdum habet in lingua vernacula itidem Gras, item Engraissé. quæ ad verbum sonant παχὺς & παχυνθεὶς) Vsus est autem hac in signif. Herodotus: & post eum Aristophanes, in cuius Vespis legimus, Καὶ γὰρ αὐτὴρ παχὺς ἦκεν τοῦ τοξοτοῦ τοῦ τῶν Θρᾴκης. Vbi schol. παχὺς δὲ (inquit) ὁ πλούσιος. addens, è contrario λεπτοὺς appellari τοὺς πένητας, id est pauperes. Vbi obserua obiter & hunc metaphoricum vsum N O M I N I S Λεπτοί: similem ei quem habet nomen Tenues apud Latinos.

Gradus C O M P A R A T. Παχύτερος, Crassior, Spissior, &c. sequendo significationes datas positiuo Παχύς. Et adverb. Παχύτερον Crassius. &c. quod exponitur etiam Crassiore Minerua, seu pinguiore. Itē Rudius (Sed pro παχύτερος dicitur E T I A M Πάσσων, ab Homero, Od. θ, v. 20, Καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα βῆκεν ἰδέσθαι. vbi πάσσονα reddiderim Corpulentiorem. Formari autem tradunt grammatici παχίων à παχύς. ex quo παχίων fit hoc πάσσων. Et tale esse βεβάσσων à βεβαχὺς, vel βεβαδύς. Fiūt autem tales comparatiui & ab aliis positiuis, id est aliā terminationem habentibus) S V P E R L A T. Παχύτατος, Crassissimus. A Celso redditur Plenissimus, quū hæc verba Hippocratis, τοῖσι παχυτάτοισι τοῦ παιδίου καὶ τοῖσι τοῦ κοιλίας σκληραὶ ἔχουσι τὰ δὲ συμβαίνει μάλιστα, vertit, Quæ pericula plenissimi cuiusque sunt, & cui maximè venter adstrictus est.

C. Παχύδερμος, ου, ὁ & ἡ, Qui est cute crassa. Affertur autem ex Timone Luciani pro fatuo seu stupido: (quā signif. & simplex παχὺς habere, docui paulo antè) vbi dicit, ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος. sed Bud. exponit, Rusticus & illotus squalidusque.

C. Παχύκαυλος, vide in Καυλός.

C. Παχύκνημος, ου, ὁ & ἡ, Cui sunt pingues suræ. Aristoph. Pluto, γαστρώδεις καὶ παχύκνημοι καὶ πίονες. A T V E R O Κνημοπαχὴς alia signif. habebis ex Theophrasto post Πάχος.

C. Παχυμερὴς, vide cum Λεπτομερὴς, in Μέρος.

C. Παχύνους, ου, ὁ & ἡ, Qui crassa est mente, seu crasso ingenio. Composita cætera vide cum suo substantiuo singula. id est, cum substantiuo cum quo componuntur.

Παχύτης, ητος, ἡ, Crassitudo, Crassities, Corpulentia. Item, Obesitas, Pinguitudo. Aristoteles De hist. anim. lib. 9, capite 5, de ceruo, ὅταν γήσῃται παχὺς (γίνεται δὲ σφόδρα πίων ὀπώρας οὔσης) οὐδαμοῦ ποιεῖ ἑαυτὸν φανερόν, ἀλλ' ἀκροπίζει, ὡς δῆθεν τῷ παχύτητα διάλωτος ὤν. ¶Interdum metaphoricè pro stupiditate, seu hebetudine: qua in signif. vsus est Gregorius.

Παχυλὸς, Crassus. A quo deriuatum A D V E R B. Παχυλῶς vsitatius est: quod significat Crassè, id est Crasso modo & minimè subtili: vel Crassa Minerua. Aristot. lib. 1, cap. 3, ἀγαπῶν τὸν οὗν, τοῦδε τοιούτων καὶ ὀκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τύπῳ τινὶ τῶν δεδείκνυσθαι. vbi παχυλῶς καὶ τύπῳ aptè redditur Rudem quandam rei formam adumbrando.

Παχύνω, Crassum reddo. Apud Polybium pro Crassius & plenius reddo, oppositum τοῦ λεπτύνω. Itidem pass. Παχύνομαι, Crassus reddor, seu fio, vel Crassesco. vt παχύνεται σῶμα, Gal. Crassescit, seu Augetur corpulentia. Budæus vertit Plenior & crassior reddor, afferens ex Polybio, τὰ μὲν σκέλη παχύνονται, τὰς δὲ ὤμους λεπτύνονται. Potest autem παχύνω verti etiam Spissum reddo: sicut παχύνεσθαι Plin. apud Aristot. vertit Spissari. Apud quem in lib. De mundo πεπαχυμμένος redditur etiam Addēfatus, à Bud. hæc eius verba, ὄμβρος γίνεται μὲν κατ' ἀκμὴν τοῦ νέφους δὴ μάλα πεπαχυμμένου, sic interpretante, Imber fit expressione nubis magnopere addensatæ. Alioqui παχύνεσθαι redditur etiam Concrescere. ¶Ponitur autem παχύνω pro Obesum reddo, Pinguefacio, vt in isto Platonis loco, De rep. lib. 1, τὸ τοῦ βοὸς ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν αὐτὸς καὶ θεραπεύειν. Itidem παχύνομαι, Obesus reddor, Pinguesco, seu Pinguefio.

V N D E Πάχυνσις, Ipsa actio reddendi crassum seu efficiendi crassum. Aut etiā Crassentia (si formare mihi licet verbale hoc à verbo Crassesco) At in v. l. affertur vocabulum aliud, videlicet Crassatio, ex Gaza, apud Theophr. De caus. plant. l. 6, c. 15, οὐδὲ μὴν ἔστιν ὅλως λιπαρότης, καὶ πιότης, οὐ αὐτὴ μὴ πιλλή, μηδὲ σωματώδης, πύκνωσις οὐ γίνεται τοιαύτη πάχυνσις. Legitur hoc vocabulum & apud Aristotelem Meteorol. libro 4, ἡ δὲ πάχυνσις, ὑγροῦ μὲν ἀπόντος γίγνεται, τοῦ ξηροῦ δὲ συνιστάμενου.

Παχυνικὸς, ου, ὁ, Vim habens reddendi crassum. pro quo alii dicunt incrassandi. A quo fingere etiam possis Incrassatiuus.

Πάχος, εος, τὸ, Crassities, Crassitudo. Thucydides lib. 3, ὀκ τοῦ πάχους τῆς πλίνθου εἰκάσαντες τὸ μέγεθος. Idem lib. 1, τὸ πάχος τοῦ πίχους. Interdum verò πάχος redditur Crassamentum, (quod & Crassamē Columellæ) vt πάχος πυῶδες. apud Dioscor. Crassamentum purulentum. id est, pituita & crassus humor qui frigore in pectore puris modo albescens concreuerit, vt tradit Marc. Virg. ¶Πάχος dici etiam de crasso ingenio, tradunt v.l.

C O M P. Ἰσοπαχὴς, έος, ὁ & ἡ, E T Κνημοπαχής. Est autem ἰσοπαχὴς, Æquè crassus, Æqualē crassitiem habēs, seu parem. A T Κνημοπαχὴς, Suræ crassitiem habens. Vide post Κνήμη.

Π Α Ὼ, πῶ, Possideo. Est πάσασθαι (inquit Eustath.)

τὸ γεύσασθαι. vnde ἄπαστος ἐδητὸς pro ἄγευστος. Hæc autem antecedit verbum Πᾶ, significans κτῶμαι, vnde & πῶυ, item, πῶς, qui est ὁ ἐξ αἰχρείας ὀπήκτης συνῳδής. Item πολυπάμμων, quod sonat vel ὁ πολυθρέμμων, vel ὁ πολυκτήμων. Hæc ille. Cæterùm existimatur esse Doricum illud πῶ, cuius alioqui nullum affertur exēplum. At verò P R A E T E R I T I Πέπαμαι, à P A S S. Πάομαι, aliqua inueniūtur: & quidē positi in sign. præsentis (sicut κέκτημαι) pro Possideo. vt apud Aristoph. in Auibus, vbi ad Pindarica quædā alludit, Οἷς ὑφαιπὸ δίνιπν ἔδος οὐ πέπαται. Sic apud Solonem, χρήματα πεπᾶσθαι, pro χρήματα κεκτῆσθαι, Pecunias possidere: vbi canit, Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι Οὐκ ἐθέλω. παντῶς ὕστερον ἦλθε δίκη. At in vulg. lex. affertur πεπάμεθα ex Epigr. & in signif. præteriti, videlicet pro Possedimus. Ibidem exponitur & aliis verbis, & quidē tā in præs. quàm in præteriti significatione. nā πεπᾶσθαι ibi redditur etiam Parasse, & statim post affertur ex Euripide, πεπᾶσθαι γαμβρὸν pro Acquirere generū. Tradit porro Ammonius πάσασθαι in hac signif. habere ᾱ longum, at in altera breue. Scribi certè & πάσασθαι in altera significatione ad producendam syllabam, docebo infrà.

Πάμμα, ατος, τὸ, Possessio. vt à κτῶμαι dicitur κτῆμα, hanc ipsam significationem habens. H I N C Πολυπάμμων, Cui multæ sunt possessiones, Multa possidens. Ex quo intelligitur Diues. Hom. Il. σ, — ὥστ' ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ Μυρίαι ἑστήκασιν ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν. Vbi Eust. ann. πολυπάμμονα vocari τὰ πολυκτήματα: quòd πάμματα Dores appellēt τὰ κτήματα. Sed mox eò delabitur vt Æolicā vocē potius esse putet. vt videbis pag. 495 & 496. A T V E R O Πᾶος, quod & ipsum hinc deriuatur, remotius est. Dicitur autē πᾶος, Affinis. ὁ ἐξ αἰχρείας ὀπήκτης συνῳδής, vt inquit Eust. id est, Propinquū quē per affinitatē nobis acquisiuimus, seu comparauimus. Is autē possessionum nostrarum pars factus est, vt ita loquar. Nic. in Ther. v. tertio, Φίλε Ἑρμησιάναξ, πολέων

κωδίσαπ παῶν. vbi schol. annotat παὸν significare & πὶν φίλον, & πὶν συζηῶν, & πὶν ἐξ ὀπηαμβείας οἰκεῖον. Et paulo pòst addit, Nicandrum δωείζειν in nonnullis, vt hìc in παῶν. esse enim πιῶν, id est συζηῶν. (quibus verbis illũ significare puto, παῶν esse linguæ communis, ex quo factum sit παῶν, mutãdo Doricè η in α) Eustathius quo que de deriuatis à πῶ differens, DICIT Πηὸς, non Παὸς (vt videre est in iis quæ paulo antè ex eo protuli) Ego tamen priorem locum illi Παὸς dare minimè dubitaui, quòd mihi videatur αἰαλογωτέρα esse deriuatio eius quod habet α, quàm eius quod η. Adde quòd apud Hesychium extat scriptum ITIDEM Παῶται (nam ita scripsisse eum liquet, non φεαῶται) quod Laconum esse dicit, componitque itidem συζηῶς & οἰκεῖοι. Laconum autem nequaquam esse diceret, si tantùm mutato η in α dixissent παῶται pro πηῶται, sicut παὸς pro πηὸς dictum non ab illis solùm, sed generaliter à Doribus existimatur. Vtut sit, apud Homerum πηοὶ legi non παοὶς sciendum est. vt Odyss. ψ, Φθύγει πηοίς τε φεῶ λιπὼν καὶ πατεί δα γαῖαν. Et Iliad. γ, Ὄφεα ἰδὴς φεῶτεφόν τε πόσιν, πηοί τε φίλοιί τε. Vltimum autem inter hæc deriuata locum dandum censui NOMINI Πῶῦ. quo significatur Grex. vnde apud Homerum passim πῶῦ οἰῶν & πώεα οἰῶν. alioqui per se etiam existimatur dici de grege ouium, seu ouili.

Ab altera verò significatione VERBI Πῶ est A OR. Πάσασθαι, quod exponitur γεύσασθαι, id est gustare. Accipitur tamen & generalius pro Vesci. Iungitúrque & genitiuo & accusatiuo. Cum genitiuo, vt πάσασθαι ἐδητύος, & πάσασθαι δείπνου apud Homerum: itidémque πάσασθαι ἰχθύων apud Herodotum. Cum accusatiuo autem, vt ἀπαλὸν χ' ἐπάσαιτο apud eundem Homerum non vno in loco: & νέκταρ γ' ἐπάσαιτο καὶ ἀμβροσίην apud Hesiodum. Sed inuenitur & πάσασθαι cum duplici ασ, ad producendam syllabam. Apud Hesychium Πάσασθαι, γεύσασθαι: & Πασάμβρος, γευσάμβρος, κτησάμβρος. Sed & πάσαιο apud eundem, vnico σ, ἐγεύσαιο, ἐκτήσαιο. HINC Ἄπαστος, vox planè poetica. Est autem Ἄπαστος, Qui non gustauit. cum genitiuo apud Homerum: Odyss. ζ, -δηρὸν γὰ ἐδητύος ἦεν ἄπαστος. Et Odyss. η, Κεῖτ' ἀῤ ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποσῆτος. Sed & absque genitiuo, apud eundẽ Iliad. τ, — ὁ δ' ἄκμηνος καὶ ἄπαστος. Redditur autem & Ieiunus. Ab hoc EST Ἀπαστί, Ieiuné. ITEM Ἀπαστία, Ieiunium. vt ἀπαστίαν ἄγειν, Aristoph. Nub.

ΠΕΔΟΝ, ου, τὸ, Solum, Terra. vt Athenæ κλεινὸν πέδον Παλλάδος apud Aristophanem.

Apud Homerum πέδονδε aduerbialiter pro εἰς πέδον, Odyss. λ, v. 597, Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδὴς, In solum reuoluebatur, seu in terrã. Sed hoc sciendum est, πέδον sæpe iungi genitiuo γῆς, seu χθονὸς (& quidem apud tragicos poetas præsertim, si bene memini) ac periphrasticè dici πέδον χθονὸς, seu πέδον γῆς, pro χθὼν & γῆ. Æschylus initio sui Promethei vincti, Χθονὸς μυχὸν εἰς πηλοῦρον ἡκομεν πέδον. Sophocles, ὦ γῆς ἱερὸν οἰκείας πέδον. Ac suspicor certè Lucretium cæterosq; veteres poetas Latinos hanc periphrasin imitari voluisse quum dixerunt Solum terræ. (Accipitur autem πέδον & pro domicilio. πάντεται καὶ ὅπῃ τὰ οἰκήματα, inquit Etymol.) Cæterùm præter illud aduerbium (ita enim liceat vocare accusatiuum illum qui adiunctam habet particulam δε significantem φεός) sunt & alia duo: VNVM, Πεδοῖ, quod sicut πέδονδε, accipitur pro In solum, seu In terram. nam Eustathius ab Æschylo poni testatur pro εἰς χθῶ: tradens esse Doricum, sicut ἐνδοῖ pro ἔνδον. Sic autem & Lucianus, vel potius eius Lexiphanes, vsus est, dicens, πὴν μὴν ἔῤρωνα πεδοῖ καπέβαλε. Sed & pro πεζῇ, id est Pedestri itinere, apud eundem Æschylum, vt idem Eustathius scribit. Hæc enim existimatur eius sententia esse quum scribit, πεδοῖ παρ' Αἰσχύλῳ. πὸ δ' αὖπὶ καὶ πεζῇ. ALTERVM, Πεδόθεν, id est, E solo, seu E terra. vt apud Hesiodum, πεδόθεν δ' ἐπνάσσετο μακρὸς ὄλυμπος, ab ipso vsque solo, & quasi à fundamentis. Exponitur ibi & Funditus. Apud Hom. autem Odyss. ν, v. 295, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι πεδόθεν φίλοι εἰσί, accipitur πεδόθεν metaphoricè. exponit enim Eustathius ὀκ γλυεῆς, καὶ ὡς οἷον ἐκ πέδου, τουτέστι γῆς. καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἐκ ῥίζης αὐτῆς. additque, eos quorum est hæc expositio, censere metaphoram sumptam esse à plantis. Sed exponit etiam βεφοθεν, καὶ ἐξ αὐτοῦ πέδου εἰς ὁ καὶ πίπτουσι καὶ ἕρπουσιν οἱ ἀρπηγοῦς. vt perinde sit acsi diceret, σωαγεπράφης τοῖς φυόμενοι. Sunt tamen & qui pro παῤόθεν positum esse illud πεδόθεν arbitrentur.

C. Πεδοσκαφὴς, έος, ὁ & ἡ, In solo defossus, seu in terra, vel potius per accusatiuum, In solum defossus, seu in terram. In v. l. In solo suffossus, Depressus, vt πεδοσκαφὴς κεκεών.

C. Πεδοστιβὴς, έος, ὁ & ἡ, Solum calcans, seu terram, Per terram gradiens. Exponitur & Humistratus: item Pedestris. Et πεδοστιβὴς ὄχος ex Euripide pro Vehiculum per terram tractum.

C. Πεδοτρεφὴς, In solo nutritus, seu in terra. Ex Nonno, πεδοτρεφὲς ὕδωρ, Aqua quæ nutrita est in terra. Id est, E terra scaturiens, quæ eius velut altrix fuit.

C. Πεδάρσιος, ια, ὁ & ἡ, Qui è solo in sublime euehitur, seu euectus est, Sublimis. Aristophanes Auibus, Ὡς ἐγγὺς ἤδη δαίμονος πεδαρσίου. Lucianus, ἵνα μὴ τὸ πεδῦμα ἐξαίρῃ σε, καὶ πεδάρσιος τῆς πολλοῖς αἰαφανῆς. Item VERBVM Πεδαίρω, itidem pro E solo in sublime eueho, ex Euripide affertur. SED ET Πεδήορος pro πεδάρσιος, (ea forma qua μετήορος) apud Nic. in Ther. exponitur ὑψηλὸς ἐκ ποῦ πέδου, & μετέωρος, item ἀκρεμής. At Hesych. habet ETIAM Πέδουρος, quod exponit itidẽ μετέωρος, id est Sublimis.

C. Ἀλόπεδον, ου, τὸ, vt apud Theophr. lib. 7, cap. vltimo, ἐν ὁμοπέδοις τῆς ὀπὶ ἠῦξ πίχων, in planis parietinis. Vbi de semperuiuo loquitur, quæ herba est in fastigiis parietum crescens. ita v. l. ex Gaza. Est alioqui suspectum hoc vocabulum.

τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐρέτας, μισθῷ πείθοντες. Ibidem, καὶ τοὺς ἄλλων Πελοποννησίων [πέμπουσιν οἱ Κορίνθιοι] μισθῷ πείσαντες ἑξακοσίους. His certè in locis πείθειν nemo non videt incommodè miniméque ex Latinæ linguæ consuetudine reddi posse Persuadere. nam si dicam, Cogo milites, persuadens mercede, quis me ita loquentem ferat? Sed nec iis assentior qui πείθειν verbo Solicitare in huiusmodi locis interpretantur. Qui enim quempiã solicitauit mercede, seu pretio, (vt Cicero loquitur) non continuò dicetur eum quem solicitauit, pellexisse. multos enim solicitamus quidem & spe & pretio, & aliis etiam modis, quos tamen pellicere non possumus, & in nostram sententiã atque adeo voluntatem adducere. quod nihil aliud est quàm Persuadere vt faciãt quod ab illis petimus. Hinc fit vt verbo Pellicere vtendum potius existimem. sic tamen vt fatear aliis quibusdam locis aptius videri posse (etiam qui datiuũ huic verbo adiunctum non habent) quàm istis Thucydidis. vt quum ita scribit Xenophon Præd. 6, διαζεῦξαι μὲν μὴ τοιαύτῃ γυναῖκα, πείθειν δέ, εἰ δύναιτο, οὐκ ἔφη κωλύειν. Nam hîc πείθειν aptius reddi nõ posse existimo quàm Pellicere, aut etiam Ad se pellicere: quum Cicero de muliere itidem sit ita loquutus. At quum de militibus agitur quos mercede conducimus, non dubium est quin simplicius sit πείθειν quàm pellicere. Ideóque existimo posse nos etiam ablatiuo Mercede contentos esse, ex Latinæ linguæ cõsuetudine, qua dicitur Accerso milites mercede, (aut etiam sine accusatiuo illo) vbi Thucydides non contentus datiuo μισθῷ, adderet πείσας. Itidémq; dicuntur aliqui militare mercede, id est μισθῷ πειθέντες. Denique non dubito quin vbi dicit Thucydides μισθῷ ἔπειθεν, dicturus fuisset Latinus scriptor simpliciter, Mercede conducebat: & pro illo, πέμπουσι μισθῷ πείσαντες ἑξακοσίους, Sexcentos mittunt mercede cõductos. Aut etiã vno verbo, Mercenarios. Alioqui, si non tam vtriusque linguæ consuetudinem spectare, quàm singulorum verborum significationẽ exprimere velimus, dicendum potius Mercede adductos. Verùm hoc quoque loquendi genus an locum habere hîc possit ignoro. quanuis passim dicatur aliquis Mercede adductus facere quidpiam. Quòd siquis actiuum Græcum actiuo Latino reddere velit, & pro μισθῷ πείσαντες dicere, Quum eos mercede adduxisset, multo etiam longius à Latinitatis consuetudine recessurum illum existimo. Sed de his hactenus. At verò accusatiuo ἐμαυτὸν iunctum πείθω, peculiarem quandã interpretationem poscit, siquidem Budæum sequamur: qui πείθω ἐμαυτὸν vertit Arbitror. Sed ego nõ video quid vetet quominus ad verbum interpretemur, quum Cicero locis aliquot dicat, Ita mihi persuadeo. vt Epist. ad famil. lib. 3, Sed mihi ita persuadeo, (potest fieri vt fallar) eam rem laudi tibi potius quàm vituperationi fore. Et alibi, Tibi ita persuadeas. Item, Quomodo mihi persuadeo. Alioqui reddi etiã queat Persuasus sum, vel Persuasum mihi est: quorum vtroque & Cicero vtitur: sed hoc posteriori frequentius, si bene memini. At in vulg. lex. ex Dem. affertur ἐμαυτὸν πεπεικὼς pro A meipso adductus. ‖ Infinitiuo autem iunctum Πείθω (cuius constructionis exempla ex Homero nulla suppetere mihi dixi) optimè conuenit cũ verbo Persuadeo, iuncto particulæ Vt, cum optatiuo vel subiũctiuo. vt, πείθω σε ἀδυνάτοις ὅπως χειρῶν πράγματα σ apud Isocratem, Persuadeo vt aggrediaris. Herodianus lib. 1, νεανίαν τινὰ πείθουσιν ἐπιλέξαντα, τὸν Κόμμοδον ἀποκτεῖναι, persuaserunt adolescenti vt ingressus Commodum strãgularet. (Inuenitur autẽ & particulæ ὡς iunctum apud Platonem, item particulæ ὥστε apud Thucydidem) Latinum autem Persuadeo, aut eam habet quam dixi constructionem, aut etiam infinitiuo iungitur, sicut πείθω, sed in his loquẽdi generibus, (aut aliis huiusmodi) Persuadet mihi ita esse, Persuadet hoc fieri posse, Persuadet neminem me chariorem sibi esse. Verùm legitur πείθω negationem quoque habens ante infinitiuum: vt apud Aristophanem in Ranis, κ' οὐδείς γέ μ' αὖ πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον. In cuius loci interpretatione datur Latino Persuadeo constructio cuius exemplum desidero: ita enim redditur, Nemo mihi persuaserit quominus ad illum eam. Alioqui eadem significatione dici posset, Adduci non possim quin eam. Nam & actiuum adduco pro Persuadeo ponitur: vt Adducis me vt tibi assentiar.

Πείθω, Suadeo, Persuadere conor. Xenoph. Hellen. 6, καὶ ἦσαν μὲν πολλοὶ οἱ τὸν Ἀγησίλαον ἔπειθον χωρεῖς τοῦτο ὅπη θεῶν. Sic apud Isocratem, πείθουσιν ἡμᾶς τοιαῦτ' εἶναι. Sed & apud Demosthenem oratione in Midiam, vbi loquuntur testes. (Sunt autem qui & Latinum Persuadeo pro Suadeo inueniri tradant, afferẽtes ex Terentii Andria, Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam, vt maturem: sed in aliis exempl. quibus meritò plus fidei habebimus, legitur, Et is mihi suadet) At verò πείθω in suadendi significatione cum accusatiuo personæ iunctum, apud Paulum habetur cap. 1 ad Gal. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν; pro Nunc enim vtrum homines an deum suadeo? Quo autem id sensu ab eo dicatur, fusè docet doctissimus interpres.

Pass. Πείθομαι, Persuadeor, Oratione flector, (de quo apud Homerum vsu dicam in seq. tmemate) vt quum Isocrates πιπεισμένον opponit τῷ βεβιασμένῳ: sicut πείθειν & βιάζεσθαι opponi vides suprà. Aristophanes Vespis, Καὶ τοιοῦτα μὲν λόγοισι τοξαμυθούμενος Ἀνέπιθεν αὐτὴν μὴ φορεῖν τελεῶνιον, Μηδ' ἱππεύειν θύραζ'. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Vbi obserua οὐκ ἐπείθετο, videlicet τῷ ἀπαπείθοντι, Nõ persuadebatur, Persuaderi nõ poterat (vel adduci) vt id faceret. Alicubi autem videtur commodè redditum iri In animum induco. Interdum certè additur datiuus λόγῳ, vel λόγοις, cum hoc verbo πείθεσθαι, (sicut & cum ἀναπείθεσθαι) ésque ita vsus Xenoph. Plutarchus autem dixit etiam διὰ λόγου πείθεσθαι. Quinetiam πεπισμένος ἐν λογίοις ex eodem affertur in Romulo. ‖ Πείθομαι, Adducor vt credam, Credo. Plato in Cratylo, οὐκ ἔχω ὦ Σώκρατες, ὅπως χρὴ τοῦτο ἃ λέγεις ἐναντιοῦσθαι· ἴσως μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν οὕτως ἐξαίφνης πιθανῶν. Idem De repub. l. 1, ἤκουσα, ἀλλ' οὐ πείθομαι. (Itidẽ verò πέπεισθαι pro Credo, seu Certò credo, Confido, vt docebo infrà) Dicitur etiam πείθομαι τοῦτο, Persuadeor hanc rem, Mihi res hæc persuadetur. Demosth. εἰ τοίνυν τις ἐκεῖνο πέπεισται, Siquis illud persuasus est, vel Siquis illud persuasum habet. Aut, Siquis illud credit. Plutarchus in Numa, ἔργον τοῦτο πιθανόν, Hoc difficile est creditu. Et quidem interdum cum datiuo personæ. Quale est quod affertur ex Platone, τοῦτο ἐγώ σοι οὐ πείθομαι, pro De his tibi nõ credo. Sed malim eandem constructionem tribuens verbo Credo, quam habet πείθομαι, interpretari, Hæc ego tibi non credo: quũ & Terẽtius hanc ei constructionẽ dederit. Budæus tamen & ipse pro datiuo personæ vsus est genitiuo, quum hæc eiusdem Platonis De leg. lib. 4, σκοπεῖν δὴ δεῖ τοῦτον τὸν λόγον πότερον πειστέον αὐτῷ, vertit, An credemus hoc eius dictum. Intellexit enim esse itidem pro εἰ πειστέον αὐτῷ τοῦτον τὸν λόγον: quum alioqui αὐτῷ possit etiam referre τῷ λόγῳ. At verò cũ datiuo rei, vel solo, vel habente & accusatiuum, est potius quod dicimus Latinè Adduci. vt χρήμασι πιθανέντας apud Thucydidem, Pecuniis adductos. Itidémque δώροις πειθέντες apud eundem. qualem vsum esse & actiui cum datiuo, suprà docui. Quinetiã adiunctũ habet accusatiuum rei apud eundem. vbi dicit πιθανῶν χρήμασι τὴν αὐτοῦ χώρησιν δίξας, ad verbum Persuasus esse pecunia recessum, pro Recessisse pecunia persuasus, vel potius adductus. Sed interdum pro datiuo ponitur præpositio ὑπὸ cum suo genitiuo. vt πειθεὶς ὑπὸ δωρεᾶς (pro πειθεὶς δωρεᾷ. vt Thucydides dixit δώροις πειθόντες) apud Platonem. qui dixit etiam πειθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς σῆς ἀρετῆς. Iungitur & accusatiuo quem sequitur præpositio περὶ cum suo genitiuo: vt apud autorem epist. ad Hebr. cap. 6, πεπείσμεθα περὶ ὑμῶν τὰ κρείττονα, Persuasi sumus de vobis meliora. Aut etiam, Sed de vobis meliora nobis persuasimus. Sed & cum infinitiuo, (sicut Latinè Persuasus sum) Demosthenes Pro corona, ἀλλ' οὕτως ἐπιπίσμεν μεγαν εἶ τὸν καπειληφότα κίνδυνον τὴν πόλιν. Idem, πεπισμένος ἐμὶ σωιοίσειν. ‖ At verò sine vlla adiectione positum participium πεπισμένοι apud Dionys. Areopagitã, de illis peculiariter

dicitur qui in Christum credũt, seu, qui fide Christum amplectuntur: qui sæpe οἱ πιστεύοντες, sæpius etiam οἱ πιστοὶ à Paulo vocati sunt: & postea Latinè Fideles itidem dicti ad verbum. A

Πείθομαι, Pareo, Obedio, Obtempero. Hom. Iliad. α, ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει, καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί. Et Iliad. β, Ἀλλὰ σύ γε, σὺ τίς τ' ἠδ' ὁπόθεν, πείθεό τ' ἄλλῳ. Et πείθεσθαι μύθῳ, seu μύθοις, item ἔπεσι, apud eundem. Sed Il. α legitur ἄλλ' οὐ πείσεσθαι οἴω, (quum præcessisset, Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν, Πᾶσι δὲ σημαίνειν) vbi schol. putat ἄπιστα idem valere quod πρὸς ἄπιστα, B sicut πίστεσθαι idem quod πεισθήσεσθαι. (Sed non video quid necesse sit πίστεσθαι hic pro πεισθήσεσθαι exponere, quum minimè similis sit hic vsus istius infinitiui ei quem habet Il. υ, in hoc versu, Νήπιος, οὐδὲ τὸ ᾔδη ὃ οὐ πίστεσθαι ἔμελλε. hic enim πίστεσθαι est potius à πείθομαι significante Persuadeor, seu Oratione flector, quàm à πείθομαι quod sign. Pareo. Scio tamen esse & qui actiuã signif. tribuant hoc in loco isti infinitiuo, vt sit pro Persuasurus esse. quam sequendo interpr. minimè exponi debebit πίστεσθαι per πεισθήσεσθαι, sed potius per πίστειν. itidem tamen πείθομαι pro πείθω positi nullum affertur exemplum. Possumus autem hic cum accus. rei subaudire datiuum personæ: quam constructionem in alio eiusdem poetæ versu mox videbimus) Frequens est huius verbi vsus in prosa quoque, in hoc itidem significato. vt πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι, apud Xen. Sic πείθεσθαι τῷ δεσπότῃ, apud Plut. Et πιθέσθαι τῷ θεῷ, Plat. in Apol. πείσομαι δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν. Idem dixit in Epitaphio, μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ, quæ Cic. vertit, Parebit & obediet præcepto illi veteri: vt videbis pagina 7 mei Cic. lexici. Rursum Xenoph. dixit etiã πειθομένους ἔχειν τινάς, necnon πειθομένους παρέχειν. Ab eodem αἱ ἀγέλαι dicuntur πείθεσθαι τοῖς νομεῦσι, item equi πείθεσθαι τοῖς χαλινοῖς. Sed inuenitur interdũ & πείθομαί σοι τῶν, pro Hoc tibi pareo, i. hac in re. Qua constructione & Hom. vsus est, in hoc versu qui est 21, Od. ρ, Οἷσιν δ' ὁππότε λαμβάνῃ σημάντορα πάντα πιθέσθαι. Sed πείθομαί σοι τῶν alicubi reddi potest, atque adeo debet, Pareo tuo cõsilio hac in re. Plato in quadam ep. σὲ πάντα ἐμοὶ πίθεσθαι, Te in omnibus consilio meo parere. Vel, Obsequi. Quidam verò interpr. Te omnia meo consilio facere. C

D

E

Α Τ Πέπιθα, præt. med. Fretus sum, Fiduciam repono, Fido, Cõfido, Spero. Hom. Il. ρ, Καρπί' ἐπ' ἀθανάτῃ πεπιθόντας, ἠνορέῃ τε, Πλήθεί τε σφετέρῳ. Alibi χερσὶ πεπιθὼς, item κεφάλῃσι πεπιθὼς, & ἵπποισι καὶ δόρασιν οἷσι πεπιθώς. nec non νηυσὶ πεπιθότες. Sed & aper ἀλκὶ πεπιθὼς ab eo dicitur. Sic apud Aristoph. ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεπιθότες; quibus armis aut qua potentia freti? Itidẽ in prosa, vt ἐξ ἀπορίας πεπιθέναι, Plat. in Epitaph. Quæ Cicero vertit, Quòd in seipso omnem spem reponat sui. F

Sic Ἡρώδης πεπιθὼς apud Plutarch. qui sæpe vtitur. Et in præterito plusquamperfecto, vt Greg. καταμορφέντος τοῦ τείχους ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεις. (vbi videtur alludere ad quendam Homeri versum qui à me proferetur infrà) cui confidebas. (Alia constructione, Matthæus cap. 27, πέποιθεν θεὸν τὸν θεόν) Homerus autem DIXIT Πεπίθεα Ionicè pro ἐπεποίθειν. Apud eũdem habetur πεπίθοις in coniunctiuo, Il. α, Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ καταβήσομαι, ὄφρα πεπίθῃς. Ex Aristophane affertur & optatiuus πεποιθοίη pro θαρροίη. Sed iungitur πέποιθα infinitiuo etiam, vt apud Sophoclem, πέποιθα τοῦτ' ὅθεν κατάσχοιν κλέος. Et Eurip. πέποιθα ἐμβαλεῖν. Itidémq; præt. plusquãperf. ἐπεποίθειν. Iliad. π, Πέντε δ' ἀρ' ἡγεμόνας πεποιήκαμεν, οἷς ἐπεποίθει, Σημαίνειν. vbi Eust. exponit, οἷς ὁμίσευε σημαίνειν, & οἷ πιστοὶ ἦσαν αὐτῷ ἄρχειν, seu οὓς εἶχε πιστούς. Ego tamẽ (quod Eustathii pace dictum sit) non video quid necesse sit iungere ἐπεποίθει cum σημαίνειν: ac potius cum σημαίνειν subaudiri existimo particulam ὥστε: vt sit, ἐποιήσαμεν πέντε ἡγεμόνας, ὥστε σημαίνειν: sed οἷς ἐπεποίθει. Alioqui πέποιθα pro πιστεύω, accipitur & alio modo, ea videlicet significatione qua ponitur pro Credere verbis alicuius. Atque ita quidam interpr. πεποίθῃς in illo Homeri versu quem modò protuli ex Il. α, ὄφρα πεποίθῃς, Vt mihi credas, id est meis verbis. Vel, Vt fidem verbis meis adhibeas. At verò in illo Hesiodi versu, Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι, nõ simpliciter pro Qui credit mulieri, id est verbis mulieris, sed generalius, Qui vlla in re fidẽ mulieri habet. Cæterùm statuitur ab Eustathio & THEMA Πεποίθω, ex πέποιθα factum, Syracusano more, (vt Πεπλήγω ex πέπληγα, & Πεφύκω ex πέφυκα) vnde fit πεποίθομεν in hoc loco Odyss. κ, — ὄφρα μιγεῖμέν τε Εὐνῇ καὶ φιλότητι, πεποίθομεν ἀλλήλοισιν. Sonat autem πεποίθομεν itidem Fidem habeamus. In quo animaduertendum etiam est positum esse ο pro ω. G

Apud eundem Homerum LEGITVR Ἐπέπιθομεν. quod Eustathi' exponit ἐπεποίθειμεν, & ὁμοσεύομεν, in hoc loco Iliad. ξ, Τεῖχος μὲν δὴ δὴ καταρήεπτον, ᾧ ἐπέπιθομεν Ἀργείων υἱῶν τε καὶ αὐτῶν εἴλαρ ἔσεσθαι. Alibi autem exponit ἐπείσθημεν: videlicet Il. η, — καὶ δεξιαὶ ἧς ἐπέπιθομεν. Quum alioqui Il. β, vbi eadem sunt verba, manifestum sit eum voluisse ἐπέπιθομεν habere signific. actiuam, & dici pro ὑπέθομεν ἑαυτούς. Postquam enim dixit ἐπέπιθομεν esse pro ἐπεποίθομεν, per reduplicationem Ionicam, & syncopen Æolicam, subiungit, ἵνα λέγῃ ἐν πυρὶ ἠγωνίσθαι τὰς δεξιὰς αἷς οἱ Ἀχαιοὶ ἔπαιον ἑαυτοὺς, ἥρωα ἔπεισαν. Contrà verò breuium schol. autor in huius verbi expositione sibi constat, exponens in tribus hisce locis vno eodémque modo, videlicet ἐπεπεισεύκειμεν: item ἐπεποίθειμεν, in illo Iliad. ξ loco. & ita fuerit pro Crediderimus, seu Confisi fueramus, potius quàm pro Credidimus, seu Confisi fuimus. Obseruandum est autem præterea in illo Iliad. ξ loco sequi etiam infinitiuum.

ITEM Πιθήσας pro πεποιθὼς, Fretus, Confisus. à THEM. Πιθέω, ῶ. Hesiod. Erg. αἰδεῖσθαι πιθήσας. Idem, αὐτόμοιοι πιθήσας. Sed & pro Obsequutus, ex Hom. Iliad. ι, — φρεσὶ λιγυαλέῃσι πιθήσας. Et lib. η, θεῶν τε βέλεσι πιθήσας. Talia sunt ἀπίθησε & ἀπιθήσας, circa finẽ huius col. H

C. Ἀπειθὴς, έος, ό & ή, Immoriger, Inobediens, Inobsequẽs, Contumax, Refractarius. Quod nomen etiã equo tribuitur à Xenophonte: ἄχθεσθαι μὲν δὴ δή που καὶ οἰκέτης ἢ γράπτυμα ἀπειθὲς ἵππος σ' ἀπειθὴς, οὐ μόνον ἄχθεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις καὶ ὅσα ἂν βουλόμενος διαπράττεται. ¶ Capitur etiam pro incredulo, vel eo qui diffidit, sicut ἀπειθεῖν pro Diffidere. Ab Hesychio apud Sophoclem exponitur etiam ἄπιστος. Pono autem nomen ἀπειθὴς ante verbum Ἀπειθῶ, non tantùm Eustathium sequens, qui vt ἀφειδῶ ex ἀφειδὴς, sic ἀπειθῶ deducit ex ἀπειθὴς: sed & ad cætera respiciens eiusdem formæ composita, quæ non itidem verbum habent. I

Ἀπείθεια, ας, ἡ, (ita enim scribendum, non ἀπειθία) Inobedientia, Contumacia. ¶ Exponitur etiam Incredulitas vel Diffidentia, vt quum dicit D. Paulus, ὑιοὺς τῆς ἀπειθείας, Ephes. 5. Hìc enim Budæus interpretatus est diffidentiæ. Secundum quem Ἀπείθεια exponi etiam potest Contumax assensus retentio, vel Contumax assensio. K

Ἀπειθέω, ῶ, Fut. ήσω, Non obtempero, Non obsequor, Sũ immoriger, vel Morem non gero, Imperium detrecto. Xenoph. Pæd. 1, μὴ ἀπειθεῖν ἄρχοντι. Et Pæd. 2, τοῦ δὴ ἀπειθοῦντα πάντα τὰ χαλεπὰ αἱρεῖσθαι. Et in 7, ἀπειθεῖν de tauris dixit. Iungitur autem ἀπειθεῖν non tantùm datiuo personæ, sed etiam rei. vt apud Platonem epist. 7, τῇ μεταπέμψει μὴ ἀπειθεῖν. L

(Ἀπιθήσω autẽ & ἀπίθησε leguntur apud Homerũ à THEMATE Ἀπιθῶ per ἰῶτα solùm, quòd velut à secundo futuro πιθῶ sit formatum, vt docet Eustathius. Iliad. ω, Ὦ γωύαι, οὐ μὴν τοῖσδ' ἐφιεμένῃ ἀπιθήσω. Item Od. ε, Ὣς ἔφατ' οὐδ' ἀπίθησε δίκαιος δῖος Ὀδυσσεύς. Sic Πιθήσας paulo antè habuisti) M

Ἀπιθεῖν capitur etiam pro Diffidere, Fidem non habere: præsertim in Ecclesiasticis scriptis.

C. Βαρυπειθὴς, έος, ό & ή, Tardus ad parendum. q. d. Grauis ad parendum, id est, minimè agilis. Ex Nonno. N

C. Δυσπειθὴς, ές, ό & ή, Qui difficilè paret seu obsequitur, Qui ægrè obsequitur, ac non lubenter. Xen. autem vsus est de canibus venatoriis malè institutis, qui non parent venatori, vt inquit Budæus. Verùm si dicas Qui non parẽt, δυσπειθεῖς iidem fuerint qui & ἀπειθεῖς. In v. l. δυσπειθὴς exponitur etiam Refractarius, itẽ Cui ægrè persuaderi potest. Sed magis conuenit nomini O

δύσπεισος hæc interpretatio, vt infrà docebo. Hinc ADVERB. Δυσπειθῶς, vt δυσπειθῶς ἔχειν, Difficilè obsequi, seu ægrè. At in v. lex. δυσπειθῶς redditur Incredibiliter. Et affertur ex Plutarcho δυσπειθῶς ἔχει πρὸς ταῦτα, pro Ad hæc incredulus est. De qua interpretatione dicam in aduerbio Δυσπειστως. Et SVBSTANT. Δυσπείθεια, vt μετὰ δυσπειθείας, Non facilè parendo, Ægrè parendo, seu obsequendo. A

C. Εὐπειθὴς, έος, ό & ή, Qui facilè paret, seu obsequitur, Qui non ægrè obsequitur. Redditur & vno verbo Obsequens: item Obsequiosus, quod vocabulum Plautinum est. Dicitur autem εὐπειθῆ γίνεσθαι τινὶ, vel εἶναι, aut ἑαυτὸν παρέχειν εὐπειθῆ τινί. vt apud Xenoph. Pæd. 2, ἑαυτὸν παρέχειν εὐπειθῆ τοῖς ἄρχουσι καὶ ἐθελόπονον καὶ φιλοκίνδυνον. Apud Chrysost. autem εὐπειθῆ εἶναι τοῖς ἡγουμένοις. Interdum sequente præpositione πρὸς, habente accusatiuum rei. vt εὐπειθὴς πρὸς ἀρετὴν, Platoni De leg. Sed & cum præpos. εἰς, vt ὑπὴκοος εἰς ἅπαν εὐπειθὴς, apud Galenum, vbi metaphoricè vsurpatur: & redditur, Materia ad quiduis sequax. Ponitur alioqui metaphoricè & vbi suum datiuum habet: vt apud Plutarch. Symp. lib. 4, ἀλλὰ καὶ διαφορεῖ τὸν ἄλλον τρόπον, καὶ πρὸς ἅπαν εὐπειθῆ καὶ μαλακωτέραν τῇ πέψει. ADVERB. Εὐπειθῶς, Obsequenter, seu Obsequiosè, vt εὐπειθὴς ex Plauto redditur Obsequiosus. In v. l. exponitur Facili persuasione, vt videlicet idẽ valeat quod εὐπείστως. SVBSTANT. Εὐπείθεια, Obsequela, vt quidam interpr. ex Plauto. Nam quanuis Obsequiosus dicat, durum nimis esset ex eo deductum substantiuum Obsequiositas. A quibusdam redditur & Obsequium, item Obedientia. Et VERBVM Εὐπειθέω, ῶ, Facilè pareo, seu obedio, Non ægrè obsequor, Sum obsequens, &c. vt in εὐπειθὴς dictũ est. Cicero tamen εὐπειθεῖν vertit simpliciter, Obtemperare obediréque, in quodam Charõdæ loco, vt videbis pag. 142 mei Cic. lexici. B

C. Νεοπειθὴς, έος, ό & ή, Qui recens parere cœpit. In v. l. Recens persuasus, ex Nonno: vt sit pro νεόπειστος. C

C. Ταχυπειθὴς, έος, ό & ή, Qui citò paret. Sed à Theocrito accipitur pro eo cui citò persuadetur aliquid, & credit. vnde redditur Credulus à Marone apud Theocritũ in hoc idyllii 7 loco, Καὶ δὲ ἐγὼ μοισᾶν καπυρὸν σμα· κήμε λέγοντα Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον. ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθὴς. ita enim ille, — & me fecere poetam Pierides. sunt & mihi carmina. me quoque dicunt Vatem pastores. sed non ego credulus illis. Vsus autem est nomine ταχυπειθὴς hac in significatione & Nonnus. D

(AT VERO Δύσπειστος ET Εὔπειστος persuasionis significationem habent, & quidem passiuè. id est, persuasionis qua quis persuadetur, non qua persuadet. Est enim Δύσπειστος, Qui difficilè persuadetur seu persuaderi potest, Qui ægrè sibi quicquam persuaderi patitur. Aristot. Ethic. lib. 7, cap. 9, εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμένοντες τῇ δόξῃ, εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσιν ἰσχυογνώμονας, οἷον δύσπειστοι καὶ οὐκ ἀμετάπειστοι. (Et paulo pòst, ἐπὶ δύσπειστος, ὅταν τύχῃ, ἔσται ἐγκρατής.) Sed quædam exempl. nõ habẽt εἰσὶ δ' ante οὓς καλοῦσιν. Hinc ADVERB. Δυσπείστως, vt Δυσπείστως ἔχω, Vix possum persuaderi, Ægrè mihi persuaderi patior, Vix possum adduci vt credam. Isocrat. in Paneg. non procul à principio, Δαιμονίως δὲ νοῦν μὲν ἔπι δυσπείστως ἔχουσι. παρειλήφασι γὰρ ψευδῆ λόγον, ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἠγεῖσθαι πάτριον. Dixerat autem paulo antè, ἐκείνους τοὺς λόγους ζητεῖν οἵτινες τὰς πόλεις ζώσας πείθουσιν ἰσομοιρεῖν πρὸς ἀλλήλας. adeo vt δυσπείστως ἔχειν perinde sit acsi dixisset, ἐν ἀφανεῖ τόπῳ δύνασθαι πιθεῖναι, videlicet ἰσομοιρεῖν &c. id est, Vix hoc persuaderi possunt, Vix adduci possunt vt credant id sibi esse faciundum. Alioqui δυσπείστως ἔχειν alicubi legisse mihi videor pro ἀμετάπειστος ἔχειν, id est, Nullo modo de sententia deduci posse. CONTR. Εὔπειστος, Qui facilè persuaderi potest, &c. vt εὔπειστος ἔστι in illo Aristot. loco quem modò protuli. Et ADVERB. Εὐπείστως, vt εὐπείστως ἔχω, Facilè persuadeor, seu persuaderi possum, &c. At in v. l. εὔπειστος exponitur etiam Moriger: vt videlicet accipiatur & pro εὐπειθὴς, quod εὐπειθὴς vicissim ibi redditur etiam Persuasu facilis, tanquam significationem habens τοῦ εὔπειστος. Itidémque, εὐπειθῶς, Facili persuasione, tanquã E F G H

idem significans quod εὐπείστως. Eodémq; modo Δυσπειθὴς interpr. Cui ægrè persuaderi potest, & δυσπειθῶς, Incredibiliter. Ideo autem hanc quoque interpretationem admittunt hæc composita in θὴς desinentia, itémque alia quæ paulo antè habuisti, quòd πείθομαι non solùm Pareo significet, & Moriger sum, sed interdum etiam Persuadeor, & Credo. (Quoniam tamẽ hac in signif. frequentius dicitur πέπεισμαι seu ἐπείσθην, non dubium est quin compositis quæ in σος desinunt, magis conueniat persuasionis significatio) At vicissim positi εὔπειστος pro morigero, exemplum desidero. His SVBIVNGO Πειστὴρ ET Πειστήριος ET Πειστικὸς, quoniam eadem est horum formatio. Signif. autem πειστὴρ, (cuius rarus est vsus) Persuasor. A Suida tamẽ exponitur ὁ ὑπήκοος. AT Πειστήριος est Persuasorius, Vim persuadendi habens, Ad persuadẽdum accommodatus. vt πειστήριοι λόγοι apud Euripidem. Quam signif. habet ET IAM Πειστικὸς, quod non ita poeticũ est vt illud. Plato in Gorgia, καὶ τοῦτο, δι' ὃ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν, οἰνόμασι πίπτον. Sed & Dionys. Halicarn. de oratione Lysiæ vtrunque dixit. In vulg. lex. πειστικὸς exponitur & Qui facilè persuadet, & Obediens. quæ significatio si vsquam reperitur, conueniet cum ea quã Suidas dat nomini πειστὴρ, quæ & ipsa videri noua alioqui possit. Cæterùm sicut à tertia persona singul. præt. pass. πέπεισμαι formata sunt ista, sic à prima πέπεισμαι formata sunt substantiua NOMINA Πεῖσμα ET Πεισμονή. Significare autem πεῖσμα Philostrato Fiduciam aliquid aggrediendi, autor est Budæus. In v. l. exponitur Firmamentum, Refugium, Contẽtio. quæ remota esse videntur. Additur tamen his expositionibus autoritas Etymologi: sed apud eum aliquid duntaxat quod ad tertiam illam significationem pertineat reperio. vbi videlicet scribit, VERBVM Πείθω significare tria, videlicet ἐλπίζω: vnde esse πίστις. Et φιλονεικῶ: vnde esse πεῖσμα. At per η, (perperam enim in vulg. edition. habetur ἐξ ὧ τῶ ι, pro ἐξ ὧ τῶ η) significare πείθω. De duabus autem illis prioribus significationibus nihil quicquam apud eum reperio. nisi quis putet has significationes, esse eas quas ille τῇ σωηθείᾳ tribuit, quum ita scribit, Πεῖσμα, ἔστε ὅθι τὸ ἐν τῇ σωηθείᾳ λεγομένου, ἔστε ὅθι τοῦ ἀπογείων χοινίων, ὃ διφθόγγῳ γράφεται). Eustathius certè πεῖσμα & πεισμονὴν testatur ὅθι τοῦ σκαπκῶν dicta fuisse, sumpta metaphora ἀπὸ τοῦ πεισμάτων nauis. Ab hac autem nominis πεῖσμα signif. est adiectiuum πεισματικὸς, de quo dicã quum de altera quæ passim vsitata est, disseruero. Eam intelligo qua ponitur pro fune nautico quo nauis religatur. (vt dicit Virgilius, Gramineo ripæ religauit ab aggere classem. Et Naso, Metamorph. 13, Littore Threicio classem religarat Atrides. Et Fast. lib. 4, Nox aderat, querno religãt in stipite funem. Cui versui hunc mox opponit, Lux erat, & querno soluũt à stipite funẽ. Idẽ retinacula vocauit, dicẽs, Soluũt retinacula: item, Puppis retinacula prærũpere: vt Homerus, ἀπίκοψα πείσματα νεώς, in loco qui mox proferetur) Hom. Od. 1, Ἐν δὲ λιμῷ βῶρμος ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, Οὔτ' ἀγκυραι βαλέειν, οὔτε πρυμνήσια δήσαι. (quem locum imitatus Virgil. dixit, — hìc fessas non vincula naues Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu) Eiusdem Odyss. χ, — ἐν δὲ πεῖσμα νεὸς κυανοπρῴροιο Κίονος ἐξάψας μεγάλης, &c. Sed & pluralis numerus πείσματα apud eundem, cum alibi, tum Od. κ, Τῷ ἐπὶ πείσματ' ἔκοψα νεὸς κυανοπρῴροιο. Eadem autem vocantur ET IAM Πρυμνήσια. vt Iliad. α, Ἐκ δ' ἀγκυραι ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσια' ἔδησαν. vbi annotat Eustathius πρυμνήσια dici τὰ ἀπόγεια χοινίκια, id est, funes quibus nauis ἀποδεῖται εἰς γῆν, (id est, ad terram religatur) & quibus velut πείθεται, (id est paret) vnde πείσματα quoque nominari. Suidas itidem. postquam dixit πείσματα esse τὰ ἀγκύρεια χοινία, addit ita nominari παρὰ τὸ πίθεσθαι. legitur tamen apud eum παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν, non autem παρὰ τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς τὴν ναῦν. quod alioqui eundem sensum efficit. nam his funibus retinentur naues, & ita per eos nauis velut paret gubernatori. Vocari autem & Retinacula, paulò antè admonui. Sed hoc sciendũ est, πῖσμα generalius pro alio

etiam fune accipi. vt apud Homerum Od. κ, Πῆσμα δ' ὅσον τ' ὄργυιαι εὔσρεφὲς ἀμφοτέρωθεν Πλεξάμενος, σανίδησι πόδας δεινοῖο πελώρου. Et hactenus quidem de nomine πῆσμα significante funem: at verò ab altera significatione est (vti dixi) ADIECTIVVM Πεισματικός, quod Eustath. accipere videtur pro pertinaci seu peruicaci. Legitur verò & πισματικὴ χώρα apud Hesychium, vt docebo in Πῆσα non multo póst. Alterũ substantiuum nomen ab eadem persona formatum EST Πεισμονή, quod Eustath. quidem (sicut & πῆσμα, ex quo etiam fortassis aliquis factum illud esse, potius cẽsuerit) ὅθεν ἡμῖν ὑπακῶν dictum fuisse testatur: at Paulus apostolus vti existimatur pro persuasione, ad Gal. cap. 5, v. 8, ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. quum dixisset proximè præcedente versu, ἐτρέχετε καλῶς· τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; vbi tamen πείθεσθαι redditur Obsequi, & Obedire. Sed quanuis his verbis proximè subiungantur illa in quibus vtitur vocabulo πεισμονή, & πείθεσθαι hîc reddatur Obedire, πεισμονὴ minimè verti queat itidem Obedientia. Quare crediderim potius, τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, perinde esse acsi dictũ foret, Quis ita vos ab eo cursu interpellauit vt persuasi sitis non esse parendum veritati? Nisi quis ita resoluere malit, Vt persuasi sitis quæ veritati omnino repugnant. Tunc autem aptè subiũgetur, Hæc persuasio, &c. Sed quid si dicamus, πισμονὴν ibi alterã illam significationẽ habere cuius modò memini: vt eos hac voce tanquam ὑπακοὴ Apostolus taxet? Est certè vera peruicacia, nolle veritati quam cognoscas, πείθεσθαι: atque hoc μὴ πείθεσθαι, meritò vocetur ἀπείθεια. Veruntamẽ hanc meã interpretationem aliorum iudicio relinquo. Alia est formatio NOMINVM Πῆσις ET Πῆσα, (videlicet à futuro πήσω) quæ tamen his subiungam, quoniam σ in iis quoque habetur. Est autem ILLVD Πῆσις idem quod πεισθῶ, si Suidæ credimus. (Πῆσις autem quod est à futuro πήσομαι significãte Patiar, ex Alexand. Aphrod. Probl. lib. 1 affertur pro πάθος, id est Affectus, Læsio: ποτὲ μὲν γὰρ ἡδὺ νδύρων τῆς γλώσσης πῆσις) AT Πῆσα exponitur non solùm hac voce πεισθῶ, sed & aliis, in hoc versu Homeri, Odyss. υ, circa principium, Τῷ δὲ μάλ' ἐν πίσῃ κραδίη μένε πετληῦα Νωλεμέως. nam Eustathius quidem πίσῃ exponit πειθοῖ: at breuium scholiorum autor habet κατὰ χώραν. quibus verbis quæ subiungũtur in vulg. editionibus, mendosa sunt. reponendum autẽ censeo, οὐκέτι ὦ ἐν κινήσει. sequitur enim, ἀλλ' ἐν δεσμοῖς ἔμενεν. Quibus addit, ἢ, ἐν οἷς ἐπέπεισο καὶ ἐγνώκει. At Hesychius πίσῃ exponit πισματικὴ χώρα. sed hanc expositionem mendosam esse suspicor. In meo lexico veteri exponitur etiam ἡσυχία καὶ ὑπομονή: & additur ἐπείθη pro tribus illis verbis ἐν πίσῃ μένε. quæ exegesis conueniet cum illa Eustathii, dicentis accipi πίσῃ pro πειθοῖ, & volentis (opinor) πειθοῖ non in persuasionis sed in obedientiæ significatione intelligi. Tradit porro idem vocem istam semel apud Homerum extare, in illo videlicet loco. His adnectere libet NOMEN Πίσωος, quod signif. Fretus, Fidens, Fiduciam ponens. Il. ε, πίζοισιν πίσωος. Sic Il. λ, — ἠνορέῃ πίσωοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. Sic Aristoph. πίσωος λόγοις. Et apud Thucydidem lib. 5, ὅσοι ἔξω πίσωοι. Inuenitur ETIAM Πείσωος apud Lascarin in Epigr. πείσωος ἀνθρώπων, fretus nobilitate. Sed an veteris alicuius scriptoris exemplo ita scripserit hãc vocẽ (licet alioqui regularior sit hæc scriptura, si respiciatur deriuatio) meritò quis dubitauerit.

Πειθώ, όος, οῦς, ἡ, Suada, Suadela, Persuadendi vis. Alicubi simpliciter Persuasio. Aristoph. in Nubibus, Σὺν ἔρρον, ὦ κρανῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά, Πειθὼ πινα ζητεῖν, ὅπως δόξῃς λέγειν δίκαια. Apud Plat. De leg. μετὰ πιθοῦς, Cum persuadendi vi, Cum persuasione, Persuadẽdo. Ex eodem affertur πειθὼ καὶ βίαν εἱλκῶν, pro Suadens & cogens. (At Lucianus festiuè dixit in Hercule, πειθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. quæ Budæus vertit, Flexanima illa Suada, quam vos Pitho dicitis, pleraque eluctari peruincerẽque solitum. Dicam autem de hoc loco & circa finem col. sequentis. (Ex eodem Platone affertur & πιθοῖ χρησάμενος pro Impulsus: quæ interpretatio mihi suspecta est) Ex Xenoph. ἀδικόν τινα πειθοῖ λαβών, pro Aliquoniam verbis adducto capiens. Ex Plutarcho in Numa, πάντα πιθοῖ μεταβαλεῖν, pro Omnia persuadendo mutauisse. Idem dixit in Fabio, τὸν δὲ λόγον ὄργανον πιθοῦς πρὸς τὸν δῆμον. Et προσάγεσθαι πιθοῖ apud Herodianum. Synes. epist. 57, ὅταν δὲ εἰπεῖν μόνον καθήκει, ἡ πιθὼ δὲ ἕπεται, καὶ ὁ λόγος αὐτοματωτάτης ὅτι πρὸς τοῖς ἀκούοντι. ¶ Sed Πειθὼ est etiam nomen illius deæ quæ fingebatur persuasoriæ (vt ita dicam) eloquentiæ præses. Persuadere (inquit Budæus in Annot. prioribus in Pand.) Græcé καταπείθειν dicitur, vt Suadere πείθειν. Inde πιθὼ dicta est dea dicendi præses, quam Ennius Suadam, Quintilianus Persuadendi deam, Suadelam Horatius, Cicero Leporem vocat. Hæc & Flexanima dicitur quasi animũ flectens, à Græcis ψυχαγωγός, quasi ductrix & oblectatrix animæ. Hæc Budæus: qui totum illum Luciani subiungit locum, (Latinum à se factum) ex quo petita sunt quæ paulo antè protuli verba: existimans nimirũ ibi deæ nomen esse. Quain re minimè illi assentior: non inficians alioqui parui referre vtram habeat ibi significationem vox πιθοῖ. Horatius certè quum Suadelam vocauit quam Graeci Πειθὼ, de ipsa dea intellexit, ei adiungens Venerem, epistola 6 libri 1, Acceptæ numquam decorat Suadela Venúsque. (De illa autẽ voce Suada, ita Cicero in Bruto, Πειθὼ quam vocant Graeci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius) quæ deæ vt hîc ab Horatio copulantur in mentione rei vxoriæ, sic Plutarch. in Quæst. Rom. inter deas nuptiales, id est quæ nuptiis præsunt, hasce duas numerat, sed Venerem priore loco, Suadelam seu Suadam, posteriore, nominans. quibus adiungit Dianam: quum his tribus præfixisset Iouem perfectum, & Iunonem perfectam (si ita interpretari debemus Δία τέλειον, & Ἥραν τελείαν) At Herodotus in Vrania, vel potius apud Herodotum Themistocles, Πειθὼ & Ἀνάγκην copulans, (sed pro Ἀνάγκλω ibi legimus Ἀναγκαίην, quo vtitur & Homerus) dicit Andriis, Athenienses ab illis pecunias exigere, comitatos duobus diis magnis, (vel duabus deabus, si pro μεγάλοις legendum dicam, μεγάλας) Suadela & Necessitate. Quibus verbis significabat, vt opinor, in Athenienssium potestate esse, vi ab illis obtinere quod petebant, si verbis seu dicendi facultate & artificio non possent. (Atque vt hîc Πειθὼ & Ἀνάγκλω, sic πιθὼ & βίαν à Platone coniungi vides, in loco quem ex eo afferri dixi: sed interpretationem sequendo quæ illi datur, non videtur harum tanquam dearum facta ibi esse mentio. In Luciani autem loco quem illi subiunxi, vides βίας nomẽ non copulari cum πιθοῦς nomine, sed ex duabus vnam quodammodo fieri, quum dicit πιθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. quod verbũ Budæus multo melius expressisset, meo quidem iudicio, si dixisset Flexanimæ illius Suadæ vi, non simpliciter, Flexanima illa Suada. Nisi quis malit Dicendi vi. nam πιθὼ quum deæ nomen non est, (vt ibi non videri mihi esse, admonui antea) non solùm Persuadendi vim, sed & Dicendi vim reddi posse existimo. sub hac enim & persuadendi vis quodammodo includitur. Cæterùm hanc Πειθὼ Euripides in Hecuba non deam sed reginam appellat, de ea loquens tanquam de eloquentia, Πειθὼ δὲ πιθὼ τύραννον ἀνθρώποις μόνῃ, &c.

Πειθὼ, Obedientia, Obsequela, Plauto. (at Obsequiũ latius patere videtur quàm πειθώ) Xenoph. Pæd. 3, p. 46 meæ editionis, γιγνώσκοντας ὅτι παῖ μεγάλας ἡδονὰς καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ μεγάλα ἡ πειθὼ καὶ ἡ καρτερία καὶ οἱ ἐν πολέμῳ πόνοι καὶ κίνδυνοι παρέχονται. (quod dictum conuenit cum hoc eiusdem in Laced. politia, ἐπείσθη ἔγνωσαν τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν στρατοπέδῳ καὶ ἐν οἴκῳ, & cum aliquot aliis eiusdem) Herodianus lib. 8, κατά τε ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις εἱρμοῦν, καὶ πρὸς τοὺς ἡγουμένους πειθώ.

Πειθήμων, ονος, ὁ & ἡ, apud poetas: Moriger, Obsequens, Obediens. Epigr. lib. 5, πειθήμονα λύσῃ. Apud Nonnum autem cum genitiuo, εἷς πειθήμονα βουλῆς, suo obsequentem consilio. Ex eodem affertur sine casu pro fideli.

Πειθήνιος, ου, ὁ & ἡ, Moriger, Obsequẽs. Sed poetis peculiare non est hoc nomẽ, sicut præcedẽs πειθήμων. Plut. De Rom. fortuna, τῆς Ὀψικουέντης. (pro Latino Obsequẽtis) ἣν οἱ μὲν πιθήνιον, οἱ δὲ μειλίχιον εἶναι νομίζουσι. Idem in Fab. ὑπηκόοις χρῶμενος καὶ μειλιχίοις τῆς πολίτας. Et substãtiuè τὸ πειθήνιον, Obedientia. vt apud Herodian. lib. 2, ἴστε γὰρ μου τὸ πρὸς τοὺς βασιλεύσαντας πειθήνιον. Sic apud Ioseph. De capt. τὸ πειθήνιον τῶν στρατιωτῶν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας. Cæterùm sunt qui πειθήνιος dictũ putent quasi ἀπὸ τοῦ πρὸς θηνία. secundum quã deductionẽ πειθήνιος propriè de equo dicetur, eritque πειθήνιος ἵππος, (quod & apud Plut. legitur) equus qui habenis paret, vt loquitur Naso.

Πειθανός, VEL Πιθανός, (quæ scriptura multo magis recepta est) Persuasorius, Persuadẽdi vim habẽs, Ad persuadendũ accõmodatus. Redditur etiã Probabilis, Verisimilis. Illud autẽ Persuasorius apud Suet. extat: pro quo quidã afferunt Persuasibilis ex Fabio: quum tamẽ hoc sonet potius Qui persuaderi potest. Dicitur autẽ & πιθανὸς λόγος (vt apud Aristot. Rhet. 2, atque alibi. itidémque apud Xen. Pæd. 6, πολὺ δ' ἔργα οἶμαί σοι πιθανώτερα παρεχόμενα τῶν λεχθέντων λόγων. Sic ἀποδείξεις πιθανὰ [illegible] Philosophi) & πιθανὸς [illegible] Luc. in fine libelli De calumnia, [illegible] Apud Thuc. [illegible] schol. exp. δυνάμενος πείθειν πολλοὺς. Apud Plat. autem πιθανώτεροι redditur etiã Fide digniores: sed magis ad verbũ fuerit, Verisimiliora dicẽtes. In v. l. exp. & Disertus in hoc Plut. loco in Alcib. ἐντυχικὸς ἰδίᾳ καὶ πιθανός. Interdum πιθανὸν pro blando & illecebroso, atque idẽ ferè quod ἐπαγωγόν, inquit Bud. afferens alioqui ex Luc. locũ in quo copulantur: scribente nimirũ, πολὺ τὸ πιθανὸν καὶ ἐπαγωγόν. ¶ Sed & pro grato atque accepto, itẽ elegãti, poni tradit: afferẽs ex quodã grammatico, πιθανὸν κάλλος, τὸ ἡδὺ καὶ τὸ τοῖς ὁρῶνταις πεῖθον θαυμάζειν. Sic & in v. l. ex Aristide, καὶ οἱ μὲν δὴ οἱ θεοὶ οἰκοδομοῦσιν ὅπου κόσμοι, καὶ θαυμαστῶς πιθανοὶ τοῖς πλήθεσι, hæc ornamenta plebi mirum in modum sunt grata.

(Πιθανὸς, Qui facilè paret, seu lubenter, Moriger. Xen. Pæd. 2.)

HINC Πιθανολογία, ας, ἡ, Persuasoria oratio, seu persuadendi vim habẽs, Oratio ad persuadendũ accõmodata, Probabilitas orationis, vel potius Probabilia dicta. Vtitur Paul. ad Coloss. c. 2. Bud. reddit etiã Sermo blandus. Et VERB. Πιθανολογέω, ῶ, Oratione persuasoria vtor, &c. Vel, Probabilia dico, Probabilib⁹ rationibus vtor: Aristot. Ethic. l. 1, c. 3. Aliud COMP. Πιθανουργικός, Effector eorũ quæ sunt persuasoria, seu persuadendi vim habentia. Vnde πιθανουργικὴ τέχνη, apud Plat. Ars effectrix eorũ quæ sunt persuasoria, Ars lenocinio verborum vtens ad persuadendũ accõmodato. Oppositum autẽ illi πιθανὸς, EST Ἀπιθανος, Non persuasorius, Persuadendi vim nõ habens, Non probabilis. In v. l. ex Plut. ἀπίθανος πρὸς ὁμιλίαν τῶν πολλῶν, pro ad Alliciendũ oratione populũ parum aptus. Ibidẽ ex Luciani Timone, οὐκ ἀπίθανος ὢν πρὸς οὔτω ψυχὸν πλὴν ὀργὴν Δία, pro Non absurdè se gerẽs. Ibidem, ἀπίθανα, Dictu absurda, Nõ probabiliter dicta. A Plut. ἀπίθανος & λόγος οὐκ ἔχων coniunguntur. VNDE Ἀπιθάνως, Non persuasoriè, Non persuasibiliter, (quo aduerbio vtitur Fabius) Non accõmodatè ad persuadendũ. Itẽ Non probabiliter. Redditur & Absurdè, Inscitè, Illepidé. Vt cõtrà à πιθανὸς, EST Πιθανῶς, quod cõtraria significat. Ab eodẽ Πιθανὸς est & SVBSTANT. Πιθανότης, Probabilitas, Verisimilitudo. λόγοι πιθανότητος, apud Greg. Argumenta quibus probabilitas inest, Argumẽta probabilia. Et πιθανότητα ἔχειν dicitur à Platone quod habet probabilitatem, seu quod aptum est ad persuadendum.

C. Πειθαναγκὴν, Persuasio cum necessitate cõiuncta, id est, cui vis adhibetur. Vtitur Cic. ad Atticum.

C. Πειθαρχέω, ῶ, Pareo, Obedio. vt πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, in Actis ap. Luc. Propriè tamen esse videtur Parere præfecto, seu principi, aut magistratui.

HINC Πειθαρχία, Obedientia apud Philonem.

ET Πειθαρχικὸς, Qui facilè paret, Qui promptus est ad parendum, Aristot. & Plut.

C. ΑΝΑπείθω, Persuadeo, Persuadeo alicui hoc vel illud ita esse. vel Persuadeo alicui vt hoc vel illud faciat, Induco in animum alicuius vt faciat, vel Impello ad faciendum. Dicitur autẽ ἀναπείθω σε, vel ἀναπείθω σε τοῦτο. Aristoph. in Nubibus, ἄγχω γὰρ σοι τὸν ἐμὸν πυπτινὶ, ἄκοντ' ἀναπείσας. Idem in Pluto, ζητεῖς τοῦτ' ἀναπείθειν ἡμᾶς, Hoc nobis persuadere studes. Plutarchus in Romulo, ἀθέλητα τὸν δῆμον ἀναπείθει. Cũ infinitiuo, ἀναπείθεις ἐργάζεσθαι, Persuades facere, Te impulsore illi faciunt, A te persuasi faciũt, Tu inducis illis in animum facere. Xenoph. ἀναπείθοντα τοὺς νέους αὐτὸν ὡς αὐτὸς εἶη σοφώτατος, Iuuenibus persuadentẽ se esse sapientissimũ, vel Iuuenes adducentem vt crederent. Sed passiua vox Adducor vsitatior est. Ἀναπείθομαι, Persuadeor, Adducor vt credam, Adducor & impellor ad faciendum. Xenophon Pædiæ lib. 1, καὶ δώροις καὶ χρήμασιν ἀναπειθόμενοι. Synesius, ἀναπίθεται παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τῇ καθέδρᾳ γλυκέως, A seipso persuadetur. Dicitur autem aliquis facere hoc vel illud à seipso persuasus, quum vltro aggreditur facere, nemine impellente, aut consilium dante. Ἀναπίθεμαι exponit πίθομαι Thucydidis scholiastes apud eum.

Ἀνάπεισμα idem cum πῆσμα, significante funem quo aliquid religatur, & præsertim naues in littore. nã Poll. in v. l. ἀνάπεισματα accipere putatur pro scenicis rudẽtibus quibus per tractoria organa in imo latentes personæ sustollebantur in scenam: vt ἀναπέσματα sint funes quibus aliquid in altum tollitur. τὰ δὲ ἀναπέσματα (inquit lib. 4) τὸ μὲν ὅθεν ἐν τῇ σκηνῇ, ὡς πταμὲν ἀνελθεῖν ἵππ ποιοῦσιν πρόσωπον· τὰ δὲ, περὶ τὰς ἀνάβασμοὺς, ἀφ' ὧν αἱ ἔβαμνον ἐφεστῶσες.

Ἀναπεισθήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Persuasorius, Persuasiuus, Aptus ad persuadendum. Aristoph. in Nubibus, Πῶς ἂν μάθοι τοῦθ' ὅστις ἀπόφευξιν δίκης, Ἢ κλῆσιν, ἢ χαύνωσιν ἀναπεισθήριον; Plaut. dicit, Probri perlecebras & persuastrices.

Ἀνάπειστος, Palam factus. v. l.

C. ΑΝΤΙπείθω, Fut. έσω, Contra persuadeo, Contrarium persuadeo.

Ἀντιπειστικὸς, ῆ, ὁ, Vim habens contrarium persuadendi. vel Vim è contrario habens ad persuadendum.

C. ΕΠΙπείθω, Persuadeo & adduco ad aliquid faciendum. Pass. Ἐπιπείθομαι, Persuadeor & adducor ad aliquid faciendum. Item Credo, sicut & πείθομαι. Iliad. ρ, Τῷ νῦν εἴπερ ἐμοὶ Λυκίων ὄπιθεν πείσεται ἀνδρῶν Οἴκαδ' ἴμεν. Il. 6, Δεξιαὶ ἧς ἐπέπιθομεν, quib⁹ credidimus. Vbi etiã NOTA Ἐπέπιθομεν per syncopẽ pro ἐπεπίθομεν, vel etiam ἐπεπίθειμεν, quod potius est à πείθω quàm ab hoc cõposito ὄπιθεν πείθω. Vide suprà, col. 130, lit. A. Habere etiã putatur alterum vsum verbi Credo, significãtis videlicet simpliciter Existimo, Arbitror, Puto, Censeo. ¶ Vsurpatur etiam pro Obedio, Pareo, Morem gero. Homerus Il. α, Ἀλλ' ἀέκουσα κάθησο, ἐμῷ δ' ὄπιθεν μύθῳ, Pareto meis verbis, Fac quod iubeo. Il. ι, Αἰ δ' ὄπιθεν θόωμαι σύρεσσαν λέχος ὡς ἐκέλευσε. Il. ψ, Τῷ τοι λιτομαίμην ὄπιθεν πείσεσθαι, Morẽ geram petitioni tuæ. vt Cic. Gestus est mos voluntati tuæ. Rursum Il. α, Ὅς κε θεοῖς ὄπιθεν πείθηται, Qui diis parueritque morem gesserit, Qui diis obedierit, seu dicto audiens fuerit. Vtitur & Soph. in hac signif.

Ἐπιπειθής, έος, ὁ καὶ ἡ, Obediens, Parens, Morem gerens, Obsequens. Aristot. Eth. 1, cap. 7, ὄπιθεν πειθὴς λόγῳ, obsequens rationi.

C. ΚΑΤΑπείθω, Persuadeo & adduco. Pass. Καταπείθομαι, Obedio, Morẽ gero, Pareo, vt πείθομαι & ὄπιθεν πείθομαι.

Καταπειθής, έος, ὁ καὶ ἡ, Obsequens, Parens, Morẽ gerens. idem cum ὄπιθεν πειθὴς, seu πειθήνιος, vt Suid. exponit in hoc loco, ἄλλως τε ἀπάθαλοι εἶεν καὶ οὐδαμῶς καταπιθεῖς τοῖς ἐξηρυμμένοις. In eadem signif. vtitur Philo lib. 1 De vita M. καταπειθεῖς ἐγένοντο τοῖς λογίοις, oraculis paruere.

C. ΜΕΤΑπείθω, Traduco in aliam persuasionẽ, A persuasa sententia dimoueo, Animum alicuius in diuersam sententiam adduco, exempta ea quam prius induerat. Demosth. Pro cor. μεταπείθειν ὑμᾶς ἐζήτει. Plut. Pericle, νικᾷ καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας. Vtitur & Isocrates De pace. Pass. Μεταπείθομαι, In diuersam persuasionem seu sententiam traducor, deposita ea quam induueram, A persuasa sententia in contrariam traducor. Malè ali-

cubi etiam ſimpliciter reddunt Perſuadeor. Xen. Hellen. 7, ἀκούσαντες ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι μετεπείσθησαν. Iſocr. ad Nicoclem, οἱ μὲν γὰρ τύχῃ καὶ μὴ γνώμῃ σωφρονοῦντες, τυχὸν αὖ καὶ μεταπειθεῖεν. Vtitur & Ariſtoph. Τὸ μεταπειθῆμον, Mutatio ſententiæ. A

Μετάπειστος, Cui aliud perſuaſum eſt, In aliam ſententiam & perſuaſionem adductus. Cuius tamen vſus nullum exemplum affertur. A T Μεταπιστὸς fuerit, Qui poteſt à ſententia dimoueri, Cui aliud perſuaderi poteſt.

c.2. Ἀμετάπειστος, Qui de ſententia deduci nequit, Cui aliud perſuaderi non poteſt, Cui perſuaſio quam ſemel induit, eximi non poteſt. At ἀμετάπειστος αἰάγκη apud Ariſtot. interpretari etiam queas Inexorabilis, vel Indeprecabilis, vt Gell. loquitur. Τὸ ἀμεταπείστον, Nulla perſuaſione flexibile. Item ſubſtantiuè, Nulla perſuaſione à ſemel cõcepta ſentẽtia dimoueri poſſe. B ADVERB. Ἀμεταπείστως, Ita vt à ſententia non dimouearis, More eorum quibus perſuaſio ſemel induta eximi nequit. Plutarch. ad Colot. μηδὲν ἀμεταπείστως πεπεῖσθαι μηδένα πλὴν τὸν σοφόν. quod vnum eſſe dicit ex Epicuri dogmatis. Et ἀμεταπείστως ἔχειν, nullo modo de ſententia deduci poſſe. C

c.2. Διαμετάπειστος, Qui de ſentẽtia dimoueri ægrè poteſt. Cui OPPOS. Εὐμετάπειστος, quod habes in Διάπειστος.

C. ΠΑΡΑπείθω, Perſuadeo, Perſuadendo flecto & permoueo. Il. ν, Ὡς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφεοῦ φρένας ἥρως. At Il. ψ, Σπουδῇ παρπεπιθόντες ἑταίρου χωόμενον κῆρ, ſchol. exp. μόλις καὶ μετὰ πολλῆς κακοπαθείας πείσαντες. vbi etiã NOTA Παρπεπιθόντες Ionica anadiploſi vſurpatũ pro παραπιθόντες, ſicut κεκαμὼν pro καμών. Apud Ariſtot. verò lib. 4 Ethic. cap. 3, οὐδαμῶς τ' αὖ ὁρμῶσι μεγαλοψύχῳ φεύγειν παραπείσαντι. vbi Argyropylus παραπείσας interpr. Pericula aggreſſus: Aretinus, Laceſſens: vetus interpres, Commouens: Victorius legit παρεισαντι, & ſubaudit χεῖρας. Quam lectionem ſequutus Lambinus, iſtum locum ſic interpr. Neque porro magnanimo conueniat dimiſſis manibus fugere. vt Plaut. Immò ſi audias meas pugnas, fugias dimiſſis manibus domum. Græco autem verbo παραπίειν vtitur idem Ariſtoteles in lib. De ingreſſu anim. οἱ θέοντες, θᾶττον θέοισι παραπίοντες τὰς χεῖρας. Vtitur & in Problem. πρὸς κόπον. D

‖ Παραπείθω exponitur etiam Falſum perſuadeo, Falſa perſuaſione decipio. vt Od. ξ, Ὅς μ' ἄγε παρπεπιθὼν ἧσι φρεσὶ, dictum exiſtimatur pro παραλογισάμενος. E

C. ΣΥΜπείθω, Vnà perſuadeo. Item ſimpliciter pro Perſuadeo, Adduco, Perſuadendo permoueo & flecto. Xenoph. τὰ δὲ συμπείθων, τὰ δὲ βιαζόμενος. Demoſth. Pro corona, εἰ τοὺς Θεσσαλοὺς ἢ τοὺς Θηβαίους συμπείθει βαδίζειν ἐφ' ἡμᾶς. Plutarch. in Cicerone, σωφρόνισεν οὐ φορείῳ κομισθέντα πρὸς τὴν ἀγορὰν, ἡσυχάζειν. Paſſ. Συμπείθομαι, Perſuadeor, Adducor, Perſuaſione flector & permoueor. F Plutarch. in Themiſt. δῆμος συμπεισθεὶς ὑπὸ τῶν κατηγορούντων, Ab accuſatoribus perſuaſus. Alii ſic, In delatorũ ſententiam veniens: quemadmodum ex Luc. quoque συμπείθοντες affertur pro Aſſentiuntur. Exponitur etiã Cõſentio, Idẽ ſentio. Plut. in Pyrrho, p. 704 meæ edit.

ΠΙΣΤΙΣ, εως, ἡ, Fides. Si tamẽ deriuationis nominis huius ratio habẽda eſſet, πῆστις ſcribendũ foret cũ η. à πήσεις enim deduci dico. Aſſentitur autẽ mihi de hac deriuatione Budæus: niſi quòd primam perſonam nõ tertiam ponit, ad exactum formationis modum non reſpiciens. Theognis, Πίστ' χρήματ' ὄλεσα, ἀπίστην δ' ἐσάωσα. id eſt, Fidem habendo, pecunias amiſi: at fidem non habendo, ſaluæ mihi manſerunt. Ideo autem dico Fidẽ habẽdo, non ſimpliciter Fide, (quod ſonat datiuus πίστει) vt interpretatio oppoſiti nominis ἀπιστίη, illi reſpondeat. Alioqui dicendum fuerit Fide pro πίστει, & Diffidentia pro ἀπιστίη. At Fiducia, quo vtitur Eraſmus, interpretãs, Fiducia pecunias amiſi, mihi non placet. Cæterùm duo hæc vocabula ante Theognidẽ Heſiod. inter ſe oppoſuit, ſed plurali vtẽs, vt videbis in Ἀπιστία. Sunt alioqui minus vſitata poetis quàm proſæ orationis ſcriptoribus hæc nomina. Dicitur autem nõ ſolùm πίστις perſonæ, ſed & rei. i. & πίστις qua quis credit rem aliquam, & πίστις rei alicuius, qua creditur. Luc. De ſalt. οἱ γὰρ ἥρωες εἵνεκα πλεξίππου τῶν μετὰ ταῦτα πίστις. Syneſ. H

χαλεπὸν δὲ εἰς πίστιν τὸ ἄγαν ἀπόφορον, quæ Bud. vertit, Res peregrinas vix credimus. Plut. De def. orac. τὸ ἄγαν τῆς πίστεως ἀφαιρῶμεν. vbi τὸ ἄγαν τῆς πίστεως vno verbo reddere poſſumus, videlicet Credulitatẽ. Res autẽ aliqua dicitur πίστιν ἔχειν, Fidẽ habere, ſeu obtinere, aut impetrare: vel vno verbo, Credi. vt apud Plutar. De prud. anim. ἐν δὲ πύπτῳ καὶ τὰ θεῖ Κοίρανον ὄντα μωθώδη πίστιν ἔχειν. Idem in Symp. ſeptem ſap. εἰ γὰρ ὅτι τεσσάρασι ἔτη καὶ νεαροῖς παρεγμασι λόγοι ψευδεῖς σωτηρίας ἔχουσι πίστιν. Herodian. lib. 2, καὶ γὰρ ἐνδεχομένῳ πίστιν ἔχειν ᾤοντο τὴν φήμην. quæ Polit. vertit, Quod facilè de illo creditum iri exiſtimabant. Quinetiam aliquis dicitur πίστιν ἔχειν, cui fides adhibetur, cui creditur: vt quum dicit Apollinarius in Anthol. epigr. p. 144, κἀσὶ ὀμόσας, οὐκ ἐπ πίστιν ἔχεις, Neque iuratus fidẽ habes, pro Ne iurato quidẽ tibi fides habetur, Neque iurato tibi quiſquam credit. At verò apud Ariſtot. lib. Ethic. 10, cap. 8, πίστιν μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα ἔχει πολλὰ, redditur, Habent igitur aliquid etiã talia quod ad faciendam fidem valeat. Sed poſſumus hîc quoque altero interpretationis genere vti. Affertur porro πίστιν ἔχειν τινὶ ex Plutarcho & pro Fidem habere, ſeu adhibere. ‖ [redacted] Sed hac etiam in ſignificatione nomen fidei à Latinis Theologis receptum fuit. A qua dicuntur πιστοὶ, qui & πιστεύοντες, vt vulgò Fideles & Credentes.

Πίστις pro eo etiam quod fidem facit, id eſt pro probatione ſeu argumento. Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſap. πάντων δὲ πίστιν ἔργον παρέχειν. Idem De defectu oraculorum, μηδὲ μίαν ἀπόδειξιν τῶν λόγου μηδὲ πίστιν ἐπιφέροντες. Philo, κἀκείνῳ αὖ τις χρήσαιτο εἰς πίστιν. Idem, σαφὴς δὲ πίστις. Et, σαφεστάτη δὲ πύπτου πίστις. Cuius rei certiſſimam fidem hoc fecerit. Poſſis autem dicere & ad verbum, (minus tamen vſitatè) Cuius rei hæc eſt certiſſima fides. Sed & αὐτὴ τῆς ἀποδείξεως ponebatur ab antiquis: (quũ alioqui hæc duo coniungantur in loco quem ex Plutarcho modò protuli) vnde ἄπιστος πεῖσις, vt docet Budæus p. 118. Fabius lib. 5, cap. 10, loquutus περὶ ἀποδείξεως, item de epicheremate, ſubiungit, Vtrũque autem quanquã diuerſi autores eodẽ modo finiunt, vt ſit ratio per ea quæ certa ſunt fidem dubiis afferens. quæ natura eſt omnium argumentorum. neque enim certa incertis declarantur. Hæc omnia generaliter πίστεις appellant. quod etſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus, apertius tamen Probationes interpretabimur. Πίστεις Iſæus vocauit teſtimonia & quæſtionem de mancipiis habitam, vt teſtatur Budæus pag. 115, addens, Halicarnaſſeo in vita Lyſiæ πίστεις ἐντέχνους eſſe quas Fabius artificiales probationes dixit.

Πίστις habet & alios vſus, aliis verbis iunctũ, ſicut Fides apud Latinos. hi autem ex ſequentibus exemplis patebunt. Πίστιν ὀμνύναι, Fidem dare, Iurare. Budæus pag. 115, ex Demoſthene. (Huc autem pertinet θεῶν πίστις ὀμόσαντες apud Thucyd. quod ſchol. exponit, θεῶν ὅρκοις ὅτι πίστει. At verò δεξιὰ πίστιν ἀνθρώπων ex eodem affertur pro Habita hominibus fide) Eadẽ pag. & πίστιν διδόναι, & πίστεις, itidémque πιστὰ διδόναι. Sed & πίστεις ποιήσασθαι ex Xenoph. καὶ ἀλλήλοις πίστεις ἐποιήσαντο, Fidei pignora dederunt, Fiduciam promiſſorum firmauerunt. Et pro Cauere ſatiſdato ex Antiphonte. At verò εἰς πίστιν ἑαυτὸν διδόναι, vt Latinè In fidem ſe dedere, Fidei ſe permittere, ex Polybio. Ex quo affert etiam, τοὺς θησαυροὺς τὰς πίστεις ὑπὸ τῆς τῶν ἐν τῇ πόλει παντῶν ἀσφαλείας πρὸς τὸν Ἀντίοχον, pro, Fidem regis accepturos de ſeruãdis ciuibus omnibus & militibus. Affert alioqui p. 119 & πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι, pro Fidem dare & accipere, ex Gorgia & Iſocrate. Sed illi πίστιν δέχεσθαι addere poſſumus & πίστιν λαμβάνειν pro eadem ſignificatione. (Dicitur alioqui πίστιν λαμβάνειν & is cui poteſtas ac imperiũ creditur, vt à populo magiſtratibus) At verò cum præpoſitione κατὰ, pro eo quod Latinè dicitur Bona fide: vt κατὰ πίστιν σωπᾶν, & κατὰ πίστιν συναλλάττειν, apud Ariſtotelem.

Πίστις, Fiducia, θάρρος, vt quidem ſchol. Thucyd. τῇ πίστει exponit τῷ θάρρει in hoc loco libri 1, pag. 38 meæ edit. ἀνθυμεῖται γὰρ οὐδὲν ὅμοια τῇ πίστει, καὶ ἔργῳ ἐπεξέρχεται. Sic ex Plut. affertur πίστιν ἔχειν pro Confidere. A

Πίστις, Autoritas. Dinarchus in Philoclem, πάντας Ἀθηναίους ἠδικηκώς, καὶ πρεσβεύειν τὴν πίστιν τὴν παρ' ὑμῶν οὐκ ἄξιος ὢν ἔλαβε. Quem locum affert Bud. docere volens πίστιν ſignificare interdum autoritatem. Sic autem dicit accipi & in loco Æſchinis quem antea citauerat, hoc videlicet, pag. 16, ex oratione De malè obita legatione, κἂν εἰ τοὺς ὑπηρέτας ἔπεμψεν ἡ πόλις, πιστεύουσα πίστιν αὐτοῖς, ἅπαντα αὖ πρεσβεῦσαι νομίζω. vertit enim, Si nuntios tantùm ſuos autoritate inſtructos (hoc eſt diplomate & documento publico) miſiſſet, omnia confici potuiſſe exiſtimo. B

C. Ἀξιόπιστος, ε, ὁ καὶ ἡ, Fide dignus. vide in Ἄξιος.

C. Ἄπιστος, actiua ſignificatione, Incredulus, Qui non credit, Qui fidem non adhibet, Qui ſuſpectam alterius fidem habet. Plato in Apologia, ἄπιστος εἶ καὶ ταῦτα σωτῆρ. Exponitur etiam Qui diffidit. (qua item in ſignificatione capitur Incredulus) vt ἀπίστοτατος τοῖς ἀγαθοῖς, Minimè fidens proſperæ fortunæ, vel Summè diffidens, vel Minimè credulus. Et ſine caſu: vt apud Homerum, Od. ξ, — θυμὸς δέ τοι αἰὲν ἄπιστος. Sic & in iſtis facetiſſimis Comici cuiuſdam verſibus apud Athenæũ lib. 2, Ἀπιστότερος εἶ τῶν κοχλιῶν πολλῷ πάνυ, Αἳ περιφέρουσ' ἀεὶ ἀπιστίας τὰς οἰκίας. id eſt, Diffidentior es multo teſtudinibus, quæ præ diffidentia domos circunferunt. C

Πορθμίον, ου, τὸ, Nauis quo fretum aliquod traiicitur: idem propè cum πόρον, seu πορεῖον. Eustath. pag. 1888, de πορθμεὺς loquẽs, ὧν καὶ ὁ μισθὸς, ἤτοι ὁ ναῦλος, (ἢ οὐδὲ τέρας τὸ ναῦλον) πορθμεῖον λέγεται. καὶ τὸ αὐτὸ πλοῖον, οὐ ναῦς ἁπλῶς, ἀλλὰ παρωνύμως τῷ τόπῳ, πορθμίον. Igitur secundum Eustath. πορθμίον per ι significat nauem qua πορθμεῖς in traiectu freti vtuntur: AT Πορθμεῖον, per diphthongum ει, naulum quod pro traiectu freti persoluitur, Merces quæ τῷ πορθμεῖ numeratur: hoc à πορθμεὺς aut πορθμεύω deriuatum, illud à πορθμός. Ex quo Πορθμεῖον resolutione Ionica FIT Πορθμήϊον, vt πρεσβήϊον ex πρεσβεῖον, Callimachus apud Suidam, Τοιὼνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται. Contràtamen apud eundem Suidam legimus mortuis dari solitum fuisse obolum μισθὸν τῷ πορθμεῖ. verba eius citaui in Μελιτοῦττα. Confirmat idem & hic locus apud Lucianũ in Dialogo Mercurii & Charontis, vbi Charon ait, ἰὼ ὦ λοιμός τις ἢ πόλεμος καὶ τὰ πέμψῃ ἀθρόους νεκρούς, ἐνέσται τότε ἐπιστρεφαίνειν ἐν τῷ πλήθει τῶν θραλοσμάθων τὰ πορθμία. Vbi etiam nota scribi πορθμία per ι, contrà quàm Eustathius scribendũ docet. Itidémque apud eundem De luctu, τὰ πορθμία καταβαλεῖν, naulum pro traiectu numerare. Sed & apud Suidam prorsus inuersa scriptura sic habetur, etiam in manuscripto exemplari, Πορθμεῖον, τὸ πλοῖον· πορθμίον ὦ, τὸ ναῦλον: itidémq; apud Hesychium, Πορθμεῖον, σκαφίδιον διαβαῖνον μισθῷ. Attamẽ idem Suidas πορθμηΐον apud Callim. in loco citato exponit non iam πλοῖον, sed ὁ μισθὸς τοῦ ναύτου: quod πορθμηΐον ex πορθμεῖον factũ esse resolutione Ionica docui, non verò ex πορθμίον. Atque adeo vna Callim. autoritas facit vt eam scripturam quam Eustathius sequitur, veriorem esse existimem, licet exemplarium fides iis in locis quos attuli, illi reclamet, itémque Suidæ & Hesychii exemplaria. Apud vnicum Plutarchum in Romulo, pag. 36 meæ edit. reperi scripturam quæ cum Eustathio facit. Sic enim ibi, καλεῖται δὲ ταῦ ὁ τόπος Βάλαυρον, (Velabrum Plauto, Ciceroni, Horatio, Propertio) ὅπ τὸ πάλαι πολλάκις ὑπερχομένῳ διεπεραιοῦτο πορθμίοις κατὰ τὸ χωρίον εἰς ἀγοράν. Quibus verbis subiicit, τὴν ὃ πορθμίαν, Βιλαπύραν καλοῦσι. (Vbi etiam NOTA Πορθμία interpretari eum Velatura. Sed pro illo Πορθμία mihi dubium non est quin sit REPONENDVM Πορθμεία, vt sit verbale à Πορθμεύω, sicut Πορεία à πορεύομαι, & significet Traiectus per fretum. Quod & Catonis autoritate confirmatur. nam is lib. 4 De lingua Latina, in etymo montis Auentini, quum dixisset videri sibi illum dictum ab aduectu, quòd quum olim mons ille paludibus esset ab reliquis disclusus, eò ex vrbe ratibus adueherentur, quadrantem pro traiectu soluentes: & sacellum quod ibi est, Velabrum nominari à vehendo: subiungit, Velaturã facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt. Vbi quod dicit Velaturam facere, hoc est Rate per paludem mercede trãsuehere, πορθμεύειν Græci appellant: à quo verbale Πορθμεία, significãs ipsam actionem rate per paludem traiiciendi, soluta mercede. ea autẽ est Velatura) Rursum πορθμεῖον pro rate ipsa qua fretum traiicitur, apud eundem Plutarchum legitur Sympos. 5, probl. 5, οἱ δὲ σωρεχέστερον κατὰ βῆς ἢ πέντε ἅρας ἀναλαμβάνοντες (nimirum conuiuas) ὥσπερ πορθμεῖα, τὰ συμπόσια κοῦφα ποιοῦσι. Itidem apud Strabonẽ lib. 17, ὥστε καὶ ἐσράκινα ἐνίοις εἶ) πορθμεῖα, vt nõnullis & testacea sint nauigia ad transfretandum. Diodorus Sicul. πορθμεῖον cum πορεῖον confundere videtur, nisi mendũ sit librariorũ: μετ' ὀλίγον ἐμβὰς ἐς τὸ πορθμεῖον, ἔλαθεν ἐκπλεύσας κατὰ τὴν δύσιν τῆς πλειάδος, cum paucis conscensa naue, clam profugit sub occasum virgiliarũ. Porrò quod Plutarchus in loco eo quem priorem ex eo citaui, πορθμίον appellat, id est nauigium ratiarium, seu ratem ad traiiciendum lacum aut flumen, Paulus iurisconsultus in tractatu De seruitutibus rusticis, pontonem appellat, his verbis, Flumine interueniente via constituti potest, si aut vado transiri potest, aut põtem habet: diuersum, si pontonibus traiiciatur. id est εἰ πορθμείοις διαπεραιοῦται. Verùm vt aliquo modo conciliẽ hanc scripturæ diuersitatem, puto πορθμίον significans Ratem ad transfretandum, dici vt Πόρον, id est Nauigium ad equites militésque transportandos: hoc à πόρος, illud à πορθμός: quæ vt accentu differũt, ita & deriuata ab ipsis. (nec enim pro diminutiuis habenda sunt quæ alioqui solent παροξυνόμενα) At Πορθμεῖον itidem pro rate ad transfretandum, ita à πορθμεύω deriuari, vt πορεῖον, pro nauigio ad traiiciẽdos milites, à πορεύω deducitur: πορθμεῖον verò pro mercede quam persoluunt τῷ πορθμεῖ οἱ πορθμευόμενοι, à πορθμεύομαι: sicut πορεῖον pro itineris auxilio quod datur τοῖς πορευομένοις, à πορεύομαι.

Πορθμὶς, ίδος, ή, diminutiuum à Πορθμὸς, (id est Paruũ fretum) nisi παρώνυμον appellare malis. nam & Eustathius ea de re dubitat. Dionysius De situ orbis, Ἥρα τε Σικελικῆς ὅθι πορθμίδος ἐρίζωται. Idem, — ἐκ δὲ Βορείης Ἄλπος ἐρχόμενος Σικελὴ ὅθι πορθμὶς λιγεῖ. ‖Aliàs (inquit Eustath.) πορθμίδα vocant antiqui τὴν ἁλιάδα, hoc est ἁλιευτικὸν πλοιάριον, vel etiã simpliciter μικρὸν πλοῖον, vt ex Eur. patet, qui Κρησίαν πορθμίδα, dicit πλοῖον Κρητικόν. Significat igitur πορθμὶς lintrẽ quo transfretamus (idẽ cum πορθμίον seu πορθμεῖον) & generaliter quamuis nauim vel nauiculam, vt in Epigramm. quoque.

Πορθμεὺς, έως, ό, Qui lintre seu rate aliquem transportat, ὁ διὰ πορθμοῦ (ὅ ἐστι στενοῦ πόρου θαλάσσης) τινὰ διαιούμενος, ἄγων: diuersus ab eo qui διὰ μακρᾶς θαλάσσης στέλλει τινά, inquit Eustath. apud Homerum Od. υ, pag. 1888, canentem, Πορθμῆες δ' ἄρα τοί γε δίηγερον, οἵ τε καὶ ἄλλοι Ἀνθρώποις πέμπουσιν, ὅτις σφέας εἰσαφίκηται, qui & alios trãsmittunt qui ad ipsos venerint. Æschin. in Ctesiph. ὅθεν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμῖνα πορθμεύοντας νόμον ἔθεσε: quem νόμον suprà in Πόρος habes, in fine primi tmematis. Aristoph. in Concion. Χαλεπαί γ' αὖ ἦσθ' ἡμῖν πορθμῆς. — Ἕλκοντε τοὺς πλωτῆρας αὖ ἀπικναίετε. solent enim οἱ πορθμεῖς lucri causa tantumnon cogere τοὺς πεζόντας εἰς τὰ ἴδια πλοῖα ἐμβαίνειν. Suidas ibi exponit πεζέτας.

Πορθμεύω, F. εύσω, Transtreto, Fretum traiicio, Velaturã facio, vt in Πορθμίον seu Πορθμεῖον paulo antè admonui. Interdum absolutè sine accusatiuo ponitur, & tam περὶ πορθμέως qui velaturam facit, quàm de vectore dicitur qui transfretat, vt in loco Æschinis paulo antè in Πορθμεὺς citato. itidémq; in Axiocho, οἱ κατὰ πορθμεύσαντας ἀχθέσθαι ὅθεν Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυ. necnon apud Synes. epist. 55, ἐνταῦθεν ἐκεῖσε πορθμεύων. Itidem apud Euripidem in Iphigenia Aulid. (sed impropriè�) τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει; Transit & quasi transfretat. Interdũ cum accusatiuo fluminis aut freti quod traiicitur, vt Epigramm. lib. 3, — πορθμεύεις τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ, transfretas seu traiicis. Nonnunquã cum accusatiuo personæ vel eius rei quæ transfreratur seu transportatur. Synes. De insomn. τὰ θεοῦ πορθμεύει, species à Deo profectas transmittit. Et πορθμεύειν γράφας, literas ad aliquem transferre. Impropriè Eurip. (itidẽ vt in duobus præcedentibus exẽplis) πορθμεύειν πόδα & πορθμεύειν ἴχνος pro Mouere ex loco in quo eras, in eum ad quem cogitas. PASS. Πορθμεύομαι, Trãsmittor, Traiicior, item pro Transfreto, Traiicio, vel potius Transmitto me, Traiicio me, Transeo. Eurip. Androm. δαίμων ὅδε τὰς λάθικην αἰθέρα πορθμεύόμενος.

Πορθμευτὴς, ῶ, ό, Qui lintre seu rate aliquem transmittit. idem cum πορθμός. Eust. pag. 1888.

Πορθμευτικὸς, ή, ό, Pertinẽs ad eum qui transfretat. vt πορθμευτικὸν δήμου εἶδος, populi pars in transmittẽdis vectoribus aut mercibus occupata, τὸ θεὶ τὴν πορθμείαν διαπεῖσον, Velaturam faciens, vt Varro loquitur paulo antè in Πορθμίον, seu Πορθμεῖον. Aristot. Pol. lib. 4, cap. 4, vbi τοῦ δήμου εἴδη recenset, ἓν μὲν οἱ γεωργοί· ἕτερον δὲ, τὸ θεὶ τέχνας· ἄλλο δὲ, τὸ ἀγοραῖον, τὸ θεὶ ὠνὴν καὶ πρᾶσιν διαπεῖσον· ἄλλο δὲ, τὸ θεὶ θάλατταν καὶ πόντου τὸ μὲν, πολεμικόν· τὸ δὲ, χρηματιστικόν· τὸ δὲ, πορθμευτικόν. AT Πορθμικὸς, ῶ, ό, quod ex eodem capite citatur pro Portitor, reperire ibi nõ potui, nec dubito quin mendosum sit.

C. ΔΙΑπορθμεύω, F. εύσω, idem cum πορθμεύω, id est Transfreto, Traiicio, Transporto, sicut διαπερῶ & περῶ synonyma sunt. B. pag. 236, quum ex Dionys. Areop citasset pagina præcedente, τὸ ἱεραρχικὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γινομένας θεῖα παραδόσεις ὀνόματα ἐπικαλύψεις, ἐκφαντικῶς καὶ διαπορθμευτικῶς τοῖς ἀκροαταῖς θεσπεσίου, subiungit, Διαπορθμευτικὸν autem cur hoc loco dixisset, mirarer, nisi apud Platonem in Sympos. legissem de dæmonio, ἑρμηνευόν καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν. Vt enim Plato dæmonem ait esse internuntium inter deos & homines, & interpretem voluntatum & arcanorum, sic Dionys. πορθμευτὴν pontificem facit, quasi conciliatorem, trãsmissorem, portitorémque & trãsportatorem humanarum precum ad Deum, diuinarúmque rerum ad homines deportatorem, per quem commeatus vltro citróque datur. Vide ibidem locum Philonis Platonico similem. Habes ibidem ex eodem Dionysio, ζωὴν διαπορθμεύοντας, hãc transmittentes, vt in Πορθμεύω ex Synesio. ‖Item Trãsfero ab vno sermone ad aliũ, Interpretor. Areth. in Apocal. cap. 16, Ἑρμηνεῦων ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις εἰς τὴν Ἑλλάδα διαπορθμευομένη, νοεῖν παρέχει τὴν διάνοιαν. Budæus,

id est μεθερμηνευθεῖσα.

ΠΕΛΑΣ, Prope. cui ſynonyma ſunt, πλησίον, ἀγχοῦ, ἀγχόθι, & ἐγγύς. Plut. contra Coloten, πέλας δὲ ἑστὼς ὁ θεὸς, ἐγγύθεν βλέπει. Item cum genit. Od. ο, Ὅς, ποτὲ Τηλεμάχου πέλας ἵστο. Dicitur etiam cum articulo ὁ πέλας, pro Vicinus, Proximus. Thuc. lib. 1, ὅθεν τὰ μετὰ εἴα ὁδῷ κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ὅπῃ τοὺς πέλας, pedetẽtim graſſantur in proximos. Niſi malis Vicinos, Finitimos. vt idem lib. 2, ἢ ἐξαιρεῖν τοὺς ἄθικτοι τοῖς πέλας ὑπακούσαι, Finitimis parere. Et lib. 4, p. 147, πῶς τοὺς πέλας διιέναι, transire per agrum finitimum. Et lib. 2, πῶς τοὺς πέλας αὐτοὶ ἐπελθόντες, regionem finitimarum gentium: vel (vt alii) Exterorum. Eodem libro, πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοῖς τοὺς πέλας νόμοις. Vbi ſunt qui τοὺς πέλας nõ interpretentur amplius Finitimorum, ſed generalius Aliorum. Atque adeo ὁ πέλας & οἱ πέλας vnuſquiſque homo dicitur, alius à nobis, quicunque ille ſit, ſiue eiuſdem vrbis, regionis, conditionis, familiæ, ſiue diuerſæ. Thuc. lib. 1, pag. 46, δικαίωσις ἀπὸ τοῦ ὁμοίων τοῖς πέλας ὅθεν τὰ αὐτὰ μόνον, aliis iniunctum. Et pag. 28, νομίζειν δὲ τοὺς τε ὁμοιοῖς τοῦ πέλας τοῦ τοιοῦτοις εἶ), καὶ τοὺς τοιοῦτοι τύχας οὐ λόγῳ διαιρεῖτε, aliorum ſententias ſimiles & pares eſſe noſtris. ſchol. exp. τοῦ ὁμοίων αὐθρώπων. Itidem Ariſtot. Rhet. 2, καὶ ἐλεεῖν τοὺς, ὅθεν τὸ πάντας χρῆσθαι καὶ βελτίοσι ὑπολαμβάνειν. τῇ δὲ αὐτοῦ ἀκρασίᾳ τοὺς πέλας μεῖζον. (vt Liuius, Metiens aliorum in ſe odium ſuo in alios odio. Et Terent. -ex aliarum ingeniis nunc me iudices) Idẽ Eth. 4, in fine cap. 2, ὅθεν τὸ μὴ τὸ βλάβεσθαι τοῦ πέλας εἶ), μὴ τὸ λίαν ἀφίμενοι, Quòd aliis minimè noxiæ ſint hominibus. Similem vſum in ſacris literis habet ὁ πλησίον.

Πελάω, Ε Τ Πελάζω, F. άσω, Propinquo, Appropinquo, Venio ad, Accedo. Soph. Electra, ἡμῖν ἀφεῖς πελᾶν τέφρας. id eſt πρὸς πελάζειν, inquit ſcholiaſt. Niſi potius ſit ſcribendum πρὸς πελάσειν. vt πελᾶν pro πελάσειν dicatur, ſicut ἐλᾶν pro ἐλάσειν, more Attico. Euripides, πελάζειν εἰς ὄψιν, in conſpectum accedere. Heſiod. Erg. πρὸς τοῖχον πελάσας ἀνερκέος αὐλῆς, Muro appropinquãs, Prope murum accedens. nimirum quum mingere volet. Epigr. libro 2, Μή ποτε παρασήσῃς ἄγχι τινὸς πελάσαι, accedere prope aliquem. In eodem libro, ἵνα σοῖς ὀν μεγάροις πελάσῃ, domum tuam veniat. Apollon. Argon. 2, ὅς κε Βέβρυξι πελάσῃ, qui ad Bebrycas peruenerit. In proſa quoque non minus vſitatum eſt pro Appropinquo ſeu Propinquo. Syneſ. epiſt. 11, ἐν νυκτὶ πελάζειν τῇ γῇ, noctu appropinquare terræ. Xenoph. Pæd. 1, ἐπιστάνετο ὁποίοις οὐ χρὴ θηρίοις πελάζειν, καὶ ὁποῖα χρὴ παρροιῶτα διώκειν, Quibus feris propinquãdum non ſit, vel Ad quas beſtias propè accedendum non ſit. Plutarch. de ſera num. vind. πρὸς ἀλλήλας ὑπὸ ὀλιγωρίας θαμὰ πελάζουσι, altera ad alteram ſubinde accedens. Idem etiam pro Appropinquo ſeu Propinquo vſurpauit libro in Colot. de atomis, ὅταν δὲ πρὸς πελάσωσιν ἀλλήλαις ἢ συμπέσωσιν ἢ πρὸς πλακῶσι, φαίνεσθαι τοῦ ἀθροιζομένων τὸ μὲν, ὕδωρ, τὸ δὲ, πῦρ, τὸ δὲ, φυτόν· τὸ δὲ, ἄνθρωπον, quum propinquarint aliæ aliis.

Tranſitiuè quoque accipitur pro Appropinquare facio, ſeu Admoueo, Applico, Appello. quemadmodũ Heſych. quoque πέλασε exp. non ſolùm προσήγαγε, (itidémque πελάσαιμι, προσεγγίσω, & Πελάζειν, ἐγγίζειν, πλησιάζειν) ſed etiam ἐγγίσαι ἐπίησεν. Itaque numen dicitur aliquem πελάσαι pro ἐγγὺς ποιῆσαι, vt Euſtathius exponit, Facere vt prope ſtet: Iliad. ο, Οὐδ' ὁ τόν ἀψ ὤσασθαι, (videlicet ἐδ ωίαπ) ἐπίρ' ἐπέλασσέ γε δαίμων. Itidem Iliad. φ, Hector ad Achillem, οὐ γὰρ οἴω Σαὶ χεῖρας φθύσεσθαι, ἐπίρ' ἐπέλασσέ γε δαίμων. Item πελάσαι aliquem dicitur ventus aut deus pro Appellere. vt Virgil. Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. Odyſſ. ι, Ἐννῆμαρ φερόμην, δεκάτῳ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ Νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί. Itidem Odyſſ. γ, Iupiter immiſſis ventis & fluctibus concitatis naues Κρήτῃ ἐπέλασσεν, Cretæis appulit oris. Et Odyſſ. ε, Τὸν δ' ἐρρᾷ δεῦρ' αἴημός τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσε, huc appulit. Et Odyſſ. ξ, Τῇ δέ με Θεσπρωτοῖσι πέλασσε μέγα κῦμα. At πελάζειν ὀδύνῃσι, (vt Plautus, — omnes affectus tuos Ad probrum, damnum, flagitium appellere vnà & perdere) pro Coniicere in dolores. Item Admoueo, Applico (quoniã qui admouet & applicat, idem & appropinquare facit. Iliad. α, Ἐκὼν δ' ἐπὶ ἰστοδόκῃ πέλασσεν, admouerunt malum receptaculo cubilique ſuo. Et Heſiodus Erg. — ὀν ἔλυμαι πηξαι, Γόμφοισιν πελάσας, πρὸς σαρίφετον ἱστοδόκῃ, clauis admouẽs, adiunxerit temoni. Rurſum nauibus πελάσαι aliquem dicitur qui eum quaſi appellit eò, ſeu Facit vt eò veniat, aut Perducit. Il. ν, initio, Ζεὺς δ' ἐπὶ οὶ Τρῶας πέλασε Κήρας νηυσὶ πέλασσε. Itidem ex eodem, πελάσσεν με πατὴς νυκτὶ, pro ὅθεν τὰς ναῦς ἀγάγετε. At πελάσσαι χθονὶ Apoll. Rhod. dicit pro Humi proſternere, vel Coniicere in terram. pro quo Homerus habet οὐδάσδε πελάσσαι, Od. κ, Τῷ οἱ ἀποτμήξας κεφαλὴν οὐδάσδε πελάσσαι Μερμήριξα. Quibus adde quæ apud Plutarchum leguntur περὶ ἀοργησίας. pag. 813 meæ edit. — καὶ βαῖνε λαῖλ Ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ πέλα χθονί. vbi tamen dici potius videtur de eo qui iam in terram proſtratus eſt. At πελάσσαι aliquid alicubi dicitur pro ἀποθέσθαι, deponere ſeu reponere: Odyſſeæ κ, Κτήματα δ' ἐν ἀντήεσσι πελάσσατε, ὅ πλάτε πάντα.

Πελάζομαι, eandem ſignificationẽ habet cum neutrali πελάζω. nã πελάσθαι ex Homero affertur pro προσήγγισε. Necnon ex Euripide πελάζομαι pro Appropinquo. Ex libro autem Iudicum, capite 16, ἐπελάζετο τοῦ δύο θυρῶν, pro Apprehendit fores. At aor. medius πελάσασθαι pro πελάσαι. Iliad. ρ, Τῷ ῥ' ἴθυς Δαναῶν ἴομεν, μηδ' εἴδε ἑκηλος Πάτροκλον νηυσὶν πελασσάμενον πεθνειῶτα, ad naues perducant.

Πελάτης, ου, ὁ (à πελάω, vt περάτης à περάω) Qui appropinquat, qui accedit. Sophocles Philoct. pag. 408 meæ edit. τὸν πελάταν λέκτρων τὸν Διὸς Ἰξίονα, Qui auſus eſt ad thalamũ Iouis accedere, ὡς πειρᾶν ὅθεν χειρώσας τὸν ὁμόλεκτρον τὸν Διὸς Ἥραν. Πελάτης loci alicuius dicitur pro Vicinus, vel Incola. nam quod Æſchyl. in Perſis, pag. 127 meæ edit. dicit, ἱερὸν Τμώλου πελάται, ſchol. exp. ἐνοικοι, γείτονες. Sed poſteriori expoſitioni & hîc & alibi potius aſſentior. Πελάται dicuntur etiam inferioris conditionis homines qui domum noſtram ventitant, & nos colunt, vt apud Romanos qui dicebantur Clientes. Plutarchus Romulo, pag. 45 meæ edit. ἑτέροις δὲ τοῖς δωρεαῖς ἀπὸ τοῦ πολλῶν δίηρει, πάτρωνας ὀνομάζων, ὅθεν ὅτι πρὸς πάτας· ἐκείνους δὲ, κλίεντας, ὅθεν ὅτι πελάτας. de quib⁹ clientibus paulo pòſt, ὀκείνοι δὲ πόπτις ἐθεράπευον, οὐ μόνον πλοῦτις, ἀλλὰ καὶ πενομένοις συγκαίρας συνεκδιδόντες καὶ χρέα συνεκτίνοντες. Apud Suidam, ὑπηρέτας τινὰ καὶ θεράποντα ἢ πελάτιν, σραπώτιν τὸν ἐκ τὸ καθαλόρου ἐκῶλυσε παρεῖναι τινι. Item, ἑαυτὸν πελάτιν ὀκείνου λέγει τε καὶ ᾄδει, ſe clientem illius prædicat. Habetur & hic apud eundem locus, συναγωνακτῶν τοῖς πελάταις κᾷ πλῆθος ἐλυλυθόσι. vbi πελάτης ab eo exponitur ὁ ὑπηρετοῦν: quemadmodum Heſychio quoque πελάται ſunt οἱ λάτρεις, item οἱ μίσθαρνοι, οἱ δεῦρο τὸν αὐλαίαν θεραπεῦν μισθῷ δουλεύοντες. Nã & ii qui famulantur ac miniſtrant nobis, πελάζουσι. ΕΟΕ Μ. Πελάτης, ιδος, ἡ, Cliens. vel etiam Famula. Pro cliente accipitur in vita Catonis apud Plutarchum, pagina 642 meæ edit. πελάτην οὖσαν αὐτῷ καὶ δεομένην τῆς ὀκείνου κηδεμονίας. ΔΕΡΙΥ. Πελατικὸς, ἡ, ὁ, Ad clientes pertinens. At τὸ πελατικὸν dicuntur ipſi clientes, ſeu Clientũ caterua: vt τὸ σραπωτικὸν ipſi milites. ΙΤΕΜ Πελατεία, ας, ἡ, Clientela: quo vocabulo vtitur Gaza apud Cic. De ſenectute.

Πελαστὴς, οῦ, ὁ, à πελάζω, idem cum præced. πελάτης ſignificat. Ammon. inter πελαστὴν & πενέστην diſtinguit, quòd πελαστὴς ſit ὁ πρὸς φεύξ. (ſic enim reponendum ΡΡΟ πρὸς φυγὴ) πενέστης autem apud Theſſalos ὁ κᾷ πόλεμον δωρηθεὶς, vt ἕλωτες apud Lacedæmonios.

C. Ἐμπελάζω, Appropinquo, Peruenio ad. Ariſtoteles de mundo, ἐπειδὰν ἐμπελάσῃ τῇ ἀκοῇ, Quũ auribus appropinquarit, Ad aures peruenerit, vel Auribus appulſum fuerit. Tranſitiuam quoque ſignificationem habet pro Admoueo, vel Cõmitto, Congredi facio. Heſiod. Aſpide, ὄφρα τάχιστα Δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ' ἡμέτερόν τε, Μαρνώμεθ'.

Ἐμπελαδὸν, Prope: vel Appropinquando. Heſiodus Erg. Μηδ' αἰδοῖα γυνὴ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου, Ἑστὴν ἐμπελαδὸν θεσφαμένῳ. Ε Τ Ἐμπελάδην pro eodem. Quod verò Nicander in Alexiph. dicit, Δηθάκι δ' ἀχθόμενος βοάα

ἄ τις ἐμπελάδοιο φίλος, ſchol. exp. ἐμπελαστικῶς καὶ ὁρμητικῶς.

Ἐμπελάω quoque dicitur vt πελάω. Vnde imper. Ἐμπέλα apud Heſychium, quod exp. non ſolùm προσπέλαζε, ἔγγιζε, ſed etiam πρόσαγε. (Itidem ἐμπελάζω ponitur tam pro Admoueo, Appropinquare facio quàm pro Appropinquo) Ab eodem deriuatũ eſt Ε Τ Ι Α Μ Ἐμπελάπιρα, ας, ἡ, Meretrix. ex eo dicta quòd corpus corpori admoueat, ſeu quòd ſuis amatoribus corpus iungat (vt dixit Naſo, Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti) Sed & vxor dicitur Πλάπις itidem ex eo quòd iungat corpus, ſed viro ſuo.

C. ΠΡΟΣπελάω Ε Τ Προσπελάζω, Appropinquo, Accedo ad. Herodianus lib. ς, ἤδη τε τῷ Βυζαντίῳ προσπελάζοντα, iámque Byzantio appropinquãtem. ‖ Item Appropinquare facio, Admoueo.

Προσπελάτης, ου, ὁ, idem cum πελάτης, ſicut προσπελάω idem cum πελάω ſignificat: hoc eſt, Cliens, Aſſecla, Famulus. Athen. lib. 10 ex Theopompo, Ἀναῖοι δὲ κέκτηνται προσπελατῶν, ὡς φησὶ, ὠτῶν, πεντήκοντα μειράδας.

C. 2. Ἀπρόσπελαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inaceſſus.

C. 2. Δυσπρόσπελαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Acceſſu difficilis, Qui difficulter adiri poteſt. Plutarchus Pomp. πόλεις καὶ νήσους χαλεπὰς βιασθῆναι καὶ δυσπρόσπελαστοι.

Πελαθῶ, F. άσω, idem cum πελάζω, apud Euripidem.

Πλάω, Ε Τ Πλάθω, S I V E Πλάζω, eadẽ cum πελάω & πελαζω, ſiue πελάθω, ex iiſq; per ſyncopẽ facta, vt περάω & κράω ex περάω & κεράω. Ac ſicut πελάω & πελάθω, non ſolùm neutraliter ponuntur pro Appropinquo, Accedo ad, ſed etiam tranſitiuè pro Accedere ſeu appropinquare facio, Admoueo: ita & hæc duo Πλάω ac Πλάθω. Homerus, Οὐρλὼ, μὴ πρόσω τ' ἔπασ' ἐφ' ὕδασι, caudam aquis admouit. Paſſ. Ἐπλάθην, Appropinquaui, apud Euripidem, pro ἐπελάθην. Ex eodem affertur πλαθεῖσα pro Propinqua facta, Admota, Adiũcta. Quæ ſunt à πλάζω, vel πλάθω, non autẽ à πλάω. (quo πλάθω Sophocles vtitur in Philoct. pag. 410, ſed neutraliter, θεοῖς πλάθει: itidémque in Electra pagina 92, τῆς δωματῆς οὐκ ἔεσται πλάθειν) At Πλαθεῖσα, quod ex Euripide affertur, à πλάω, ſicut πελάτης à πελάω. Verùm πλάω format & aliud futurum, videlicet πλήσω: V N D E Ἐπλωτο, id eſt ἐπλησίαζον, vt Euſtathius exponit Iliad. ο, ἀσπίδες ὁμφαλόεσσαι Ἔπλωτ' ἀλλήλῃσι, πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει, appropinquabant ſibi mutuó. quod ἐφερμηνευτικὸν eſſe eius quod præcedit, Σώ ῥ' ἔβαλον ῥινοὺς, ibidem annotat Euſtathius.

Πλάτης, ου, ὁ, idem cum πελάτης. Vnde F O E M. Πλάπις, itidem pro πελάτης. Ab Ariſtophane ponitur pro Coniunx: ἀθρόα τὸ πελάζειν τοῦ αἰδοῖ κᾷ τὸν κοίτον: in Acharn. Καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάπιδι. Vide ſuprà Ἐμπελάπιρα, initio huius ſemipaginæ. Ab Heſychio ſubſtantiuè quoque exponitur σωφόδος, ἄθροισμα: vt πλάπιν γυναικῶν, pro ἄθροισιν idem accipit.

C. Ἔμπλω, Prope. πλησίον. Iliad. β, Βοιωτῶν δ' ἔμπλην, prope Bœotos. Poſſet hoc aduerb. deriuari ab ἐμπλάω, vt ἐμπελαδὸν ab ἐμπελάζω.

C. ΠΡΟΣπελάζω S I V E Προσπελάθω, Appropinquo. idem cum προσπελάζω. Odyſſ. λ, de Tantalo, Ἑστάοτ' ὀν λίμνη ἢ ὀ προσέπλαζε γλυκείῳ, Appropinquabat, vel Attingebat. προσεπέλαζε.

Πρόσπλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui appropinquare aliquis poteſt. Ad quem acceſſus & aditus patet. Æſch. οὐδὲ προσπλαστοὶ ξένοις, Ad quos hoſpitibus nullus patet aditus, Qui nõ patiuntur ad ſe commeare hoſpites.

C. 2. Ἀπρόσπλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem cum ἀπρόσπελαστος, Cui appropinquare nemo poteſt, Ad quem acceſſus & aditus non patet.

Πλυσίος, ου, ὁ, Propinquus (pro quo Lacones D I C V N T Πλύσιος, teſte Suida) à πλάω, cuius fut. πλύσω. V N D E Πλύσιος quoque, pro πελάτης ſeu πλησιαστὴς, vt Heſychi⁹ exponit, Qui accedit ad aliquem, Aſſectator, Aſſecla.

Πλησιαίτερος Ε Τ Πλησιέστερος, ſicut Ὀψιαίτερος & Ὀψιέστερος ab ὄψιος, Propinquior, Propior. S V P E R L. Πλησιαίτατος, Ε Τ Πλησιέστατος, Propinquiſſimus, Proximus. Herodot. τοὺς πλησιεστάτους ἡμῖν προσοικοῦντας τοῦ Ἑλλήνων.

C. Παραπλήσιος, metaphoricam habet ſignificationem, & ponitur pro Proximè ad aliquid accedens (quo ſenſu & πλησιάσαι vſurpatur) ſeu Affinis, Similis. Demoſthenes Pro corona, παραπλήσια τούτοις ἐστὶ, ſimilia his ſunt: pro quo παραπλείσια quoq; diceres. Ariſtoteles in primo De gener. & corrupt. μανία παραπλησίον ἐστὶ. Thuc. libro 1, ὁρῶ γὰρ καὶ νῦν ὅμοια καὶ παραπλήσια ξυμβουλευόμενα μοι ὄντα. vbi etiam nota copulari ὅμοια & παραπλήσια, ſicut paulo pòſt ὁμοίως & παραπλησίως, apud Demoſthenem: ac παραπλήσια ibi interpretari etiam queas Eadẽ ferè. Item de corporis & formæ ſimilitudine. Dioſc. lib. 3, cap. 9, πόα ὑπερεχῶν παραπλήσιος, Herba ſimilis hyperico. Gal. l. 1 ad Glauc. τὰ πάντα παραπλήσιος, omni ex parte ſimilis. vbi nota πάντα pro κᾷ πάντα: cuius ellipſis exẽpla habes & in Ὅμοιος. Alicubi reddas Talis ferè, Eiuſmodi ferè, vel etiã His ſimilis, Idem propemodum cum his. vt apud Thucyd. lib. 4, pag. 157, ἔλεξε τοῖς ὀν τῇ Ἀκάνθῳ παραπλήσια, ὅτι οὐ δίκαιον εἴη, & quæ ſequũtur. Interdum τῆς ποσότητος δηλωτικὸν eſt, quum videlicet παραπλήσιοι ſeu παραπλήσια ponitur pro Totidem. ſicut pro Tantundẽ accipitur παραπλήσιον in hoc loco Thuc. l. 7, p. 238, ἀπέχει δὴ δεκέλεια τριήρεσι μάλιστα τῆς τοῦ Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατὸν παραπλήσιον ὄν, οὐ πολλῷ πλέον, καὶ ἀπὸ (sic enim Valla legit, nõ ὅθεν, vt vulgatæ habent edit.) τῆς Βοιωτίας. Pro Totidẽ vſurpauit idẽ παραπλήσια, dicẽs παραπλήσια νῆες, naues totidẽ numero.

Παραπλησίως, Similiter, Eodem propè modo. Demoſth. Olynth. 3, νυνὶ δὲ πῶς ὑμῖν ὑπὸ τοῦ χρηστῶν τοῦ νῦν τὰ πράγματα ἔχει; ἆρά γε ὁμοίως καὶ παραπλησίως; Vbi etiã nota copulari ὁμοίως & παραπλησίως, ſicut ὅμοια & παραπλήσια in loco quodam Thuc. ſuprà citato.

Πλησίον, Propè. Idem cum πέλας, à quo & originem traxit. Od. κ, Ὣς δὲ δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον, Intuẽs alterum ſibi adſtantem. Item cum genitiuo, ſicut πέλας. Odyſſ. ξ, συφεοὺς δυοκαιδέκα ποίει Πλησίον ἀλλήλων, alterum prope alterum. Et πλησίον δὲ τοῦ ὀφθαλμῶν, Oculis in propinquo eſt. Gaza. Itẽ, πλησίον γίνεσθαί τινος, pro Propinquum ſeu proximum fieri, Propè accedere. Ariſtot. De mundo, πλησίον αὐτῶν γινόμενος, ipſis iam propinqu⁹ factus. Chryſoſt. De precibus, οὐ θλιβῇ τὸ θεὸ γενέσθαι πλησίον, Propè ad Deũ accedere. Et πλησίον τῶ χρόνων γίγνομαι, ad tempora accedo. Et πλησίον γίγνεται τοῦ λύεσθαι, Proximum eſt vt ſoluatur, ſeu Propè eſt vt ſoluatur, Galenus libro primo ad Glauconem. Dicitur etiam ὁ πλησίον, Qui in propinquo eſt, Proximus. ſicut ſuprà, ὁ πέλας. Plato Charm. ἕκαστος δὲ ἡμῶν τοῦ καθημένου ξυγχωρῶν τὸν πλησίον ὤθει ἀσυδοῦ ἢ, ἵνα παρ' αὐτῷ καθεζοιτο, proximum quenque trudebat. Idem in Apologia, κακὸν πεῤγάζονται τοῖς μάλιστα πλησίον αὐτοῦ, Nocẽt proximis quibuſque, ſeu Vicinis ſuis. Et τὸ πλησίον, Quod in propinquo eſt, Quod proximũ eſt, Luc. De calumn. τὸ μὲν πλησίον καὶ πρόσω πόδας ὁρῶντες. Interdum οἱ πλησίον dicuntur qui genere proximi ſunt, vt & Propinqui apud Latinos. Item Domeſtici, Familiares: qua ſignificatione Latino quoque vocabulo Proximi vſus eſt Suetonius in Othone, Alii febrem ſimulaſſe aiunt, eámq; excuſationem proximis mandaſſe ſi quæreretur. Aliàs τὸν πλησίον (ſicut & τὸν πέλας) quemuis alium hominem vocamus. Æſch. contra Creſiphontem, ἤδη γὰρ ποτ' οἶδον μισήσαντας τοὺς τὰ τοῦ πλησίον αἰεὶ λίαν σαφῶς λέγοντας. Itidem Ariſtot. vtitur. Sed longè frequentiſſimũ in ſacris literis, vt tum alibi tum in hoc celebri mãdato, ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου, ὡς σαυτὸν, & proximũ tuum, vt teipſum. Dicitur Ε Τ Ι Α Μ Πλησία pro πλησίον, poeticé. A T Πλαπίον pro πλησίον Doricum eſt. Idipſum tamẽ Πλαπίον interdũ diminut. eſt nominis πλάτη, ſignificans paruum remum, vel naiuculam. qua ſignif. in Epigr. vſurpatur.

Πλησιαίτερον S I V E Πλησιέστερον, Propius. Xenoph. ὡς δ' ἐγὼ ἐθέλω πλησιαίτερον τοῦ Ἡρακλέους, Vbi ad Herclẽ propius acceſſerunt. Theophr. μέγιστον δὲ ἀεὶ τὸ πλησιέστερον τῆς ῥίζης, quod propius radicem eſt. S V P E R L. Πλησιαίτατα Ε Τ Πλησιέστατα, Proximé.

Πλησιάζω, F. άσω, Propinquo, Appropinquo, Accedo propé. idem cum πελάζω. Plutarch. Symp. 2, διὰ τὸ πλησιάζειν μάλιστα, καὶ γίνεσθαι πέλας. Appian. lib. 4 Belli ciuil. πλησιαζόντων δὲ τοῦ ἐρυνωμένων, appropinquantibus iis qui eum perſequebantur. Luc. πειπαῖος ἐπλησίασα τοῦ οὐ-

εανῷ. Plato verò epist.7, πλησιάζειν ἐγγύτατα πνός, pro Proximè ad aliquid accedere. vbi metaph. significatio est pro ὁμοιοπαθεῖν). Plinius interpretatur Interuenire, in hoc loco Aristot. dicēris de camelis ἀποχωροῦσι εἰς ἐρημίαν ὅταν ποιῶνται πλὴν ὀχείας, καὶ οὐκ ἔτι πλησιάσουσι. nā sic vertit, Solitudines aut secreta certa petunt, neque interuenire datur sine pernicie. ‖ Πλησιάζειν, Accedere familiariter ad aliquem, Congredi familiariter, Familiariter ad aliquo, ὁμιλεῖν. Æschines cōtra Ctesiph. τὸν Ἀλέξανδρον ὑποδέχει, καὶ πλησιάζει οἰκείνῳ. Isocrates, γίγνου φεὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικός. Πλησιάζειν, Sectari. Luc. ὡ πάμπολλοι τῶν νέων ὀλὶ σοφία πλησιάζουσι. Athenæus, πεπλησιακὼς τοῖς Πυθαγορείοις, Sectator, Auditor, Discipulus: quomodo & Plutarchus vtitur. Quò refertur πλησιάζειν τῇ φιλοσοφίᾳ, quod & σωεῖναι & ὁμιλεῖν: Sectari studium philosophiæ, seu Versari in studio philosophiæ. Plato lib 6 De rep. ὅταν ὁ αὐτὸν πλησιάζοντες ὁμιλῶσι φιλοσοφίᾳ μὴ κατ' ἀξίαν. Et Isocr. ad Nicoclē, τοῖς λόγοις πλησιάζειν, In literis versari, Animum ad bonas literas applicare. ‖ Πλησιάζειν, Consuescere, Rem habere, Cōcumbere: de re venerea. Demosth. τῇ δὲ τοῦτων μητρὶ Πλαγγόνι ἐπλησίαζεν ὀνπαδὴ ποτοῦ τρόπον, Consuetudinem habebat, Cōcumbebat. Plut. τῆς ἀδελφῆς πλησιάζειν τὸν Κλώδιον, id est, συγγίνεσθαι, vt ibidem loquitur. Idem in Thes. Πασφάη πλησιάζων. Aristot. De gen. anim. lib. 3, c. 1, πλησιάζει τῇ ἄρρενι. Isocr. ad Nicocl. οὐδενὶ φανήσομαι σώματι πεπλησιακὼς πλὴν τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός. Conuenit autē hæc verbi πλησιάζειν significatio cum significatione nominis Πλάτης & Ἐμπλάτειρα, de quibus pag. præcedente.

Πλησιασμός, ῶ, ὁ, Familiaris consuetudo & sectatio. In primis verò de re venerea dicitur, significās Coitus. Quā vocem licet Poll. reiiciat & improbet, vtitur tamen ea Aristot. in 4 De histor. anim. εἰσὶ γὰρ ἑκάστοις τῶν ζώων ἴδιαι φωναὶ φεὸς τὴν ὁμιλίαν καὶ τὸν πλησιασμόν. pro quo paulo pòst dicit ὀχείαν. Accipitur & in propria significatione pro Appropinquatio, Accessus. Greg. φεὸδοις καὶ πλησιασμοὶ καὶ ἀποχωρήσεις, καταλαμβάνειν, accessus planetarum & recessus. Bud.

Πέλεκυς, εως, ὁ, Securis, Bipennis. Odyss. ε, Δῶκε μὲν οἱ πέλεκυν μέγαν ἀρήμορον ἐν παλάμῃσι Χάλκειον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον. Iliad. ψ, Οἱ δ' ἵσταν ὑλοτόμοις πελέκεσι χερσὶν ἔχοντες: vt Xen. Pæd. 6, πέλεκυν ἔχοντας ξυλοκόπον. Iliad. ν, Ἐξέπεμον πελέκεσι τεμέσσι. Iliad. ο, Ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο. Et Xenoph. Hell. 3, pag. 289, πολλὰς μὲν μαχαίρας, πολλὰ δὲ ξίφη, πολλοὺς δὲ ὀβελίσκους, πολλοὺς δὲ πελέκεις καὶ ἀξίνας, καὶ πολλὰ δρέπανα. Synes. epist. 108, πελέκεις ἑπερόσομοι φεὶ τὴν ζωὴν ἑκάστῳ. Et ἀπὸ πελέκεος, pro Securi. Pl. ī Apophth. de Lycurgo loquens, ἐκέλευε δὲ τὰς οἰκίας ποιεῖν ἀπὸ πελέκεως καὶ θρίονος μόνον. Itidem in Problem. Rom. de eodē, ἀπὸ θρίονος καὶ πελέκεως κελεύσας, τὰ θυράματα τὰς οἰκίας ποιεῖν καὶ τὴν ὀροφάς. Sic & in vita Lycurgi, ὅπως οἰκία πᾶσα τὴν μὲν ὀροφὴν ἀπὸ πελέκεως εἰργασμένην ἔχῃ, τὰς δὲ θύρας ἀπὸ πρίονος μόνου. Apud eundem in Quæst. Roman. leges cur τῶν στρατηγῶν αἱ ῥάβδοι σωὺ τὰς δεκεῦραι φεοπορτικὴν τῶν πελέκεων φέρουσι. Vtebantur πελέκεσι in victimis quoque cædendis, necnon decollādis fontib': quò itidem pertinent hæc. Securim infligere, Securim impingere, item Securi percutere, Securi ferire. Apud Athen. lib. 10, παίεσθαι πελέκει. vbi etiam griphū quendam affert ex Simonide in quo πέλεκυς vocatur Διονύσου βουφόνος θεράπων. Herodian. lib. 8, ὡς ὅτε ἀποσφάλωσι πέλεκυν τῆς αὐχένος ὀλοκείμενον, quasi ceruicibus imminentem securim excussissent. Itidē apud Plut. in Polit. præcept. πολλοῖς μὲν ἐπέθη δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος ὤκεις. Cic. dicit, Securib' hospitis sui ceruices subiicere. Dionys. Halicar. lib. 9, πελέκεσι δὲ αὐχένας ἀπεκόπτοσαν, Ceruices eis securi amputatæ sunt, Securis ceruicibus eorum impacta, vel breuius, Securi percussi sunt. Apud Hesych. legitur etiā accus. Πελέκα, pro πέλεκυν. At Simmiæ Rhodii Πέλεκυς, est poemation, cuius σχῆμα bipennis seu securis ancipitis formam exprimūt. Addi solet Theocriti poematis in fine, vnà cum σύριγξ, & βωμῷ, & ὠῷ. ‖ Hesychio πέλεκυς est non solùm ἀξίνη δίστομος, sed etiam σαθμίον ἐξαμνᾶῖον, δρεπανῶν: vel, secundum alios, δωδεκαμνᾶῖον. Itidem Eustathius pag. 1878, πελέκεων μὲν ἡ μία σημασία. δηλοῖ γὰρ ἡ λέξις ὁμωνυμίας λόγῳ, καὶ τοῖς παλαιοῖς, καὶ σαθμὸν ὂν Κρήτῃ δεκάμνοιον ἢ δεκάμνοιον. Vide & Ημιπέλεκκον.

C. Πελεκοφόρος, ου, ὁ, Qui securim gestat, Bipennifer Ouidio.

C. Πελεκοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Securis seu bipennis formā habens. vt πελεκοειδὲς ξῆμα apud Proclum.

C. Ἀμφιπελέκη, ης, ἡ, Securis anceps, Bipennis. πελέκιον δίστομον, vt Hesych. exponit. apud quem tamen perperam HABETVR Ἀμφιπελέν. Aristarchus autem accipit pro ὁ τῆς ἀξίνης στελεός, id est Manubrium seu capulus bipennis, Lignum quod securis foramini inditur. Pro bipenne verò vsurpant Cyrenæi. Sed scribendum fortasse vel Ἀμφιπελέκκη vel Ἀμφιπέλεκκον, de quo infrà.

C. Ημιπέλεκκον, ου, τὸ, Securicula, Dimidiata securis. id est, Securis vnicam tantùm pennam habens, Securis quæ bipennis & anceps non est, quæ ἑπερόσομος πέλεκυς à Synesio nominatur. Eustathius exp. μονόσομος πέλεκυς, itē μικρὸς πέλεκυς, annotans in eo vocabulo geminari κ propter metrum. Iliad. ψ, Καὶ δ' ἑπῆδει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα. Vtitur & alibi. Apud Suidam habetur ETIAM Ημιπέλεκυς in eadem significatione. Apud Hesychium verò LEGITVR Ἡμιπέλεκας, πέλεκας μονοσόμους. pro quo fortasse reponendum Ἡμιπέλεκεις (aut Ἡμιπέλεκκα) πελέκεις μονοσόμους.

Idem RVRSVS Ἡμιπέλεκκα adiectiuè exponit, τὰ μὴ ἑκατέρωθεν ἐσομωμένα. Adiectiuè itidem Ἡμιπέλεκκον exp. πεπεμνᾶμενον ἢ πεντάμνον: eo quòd Paphiorum lingua τὸ δεκάμνον vocetur Πέλεκυς. IGITVR Ἡμιπέλεκκος Hesych. significabit Ab vna tantùm parte acutus in modum πελέκεως μονοσόμου: item Quinque minas pendens. In vulg. lex. habetur ETIAM Ἡμιπελέκιον, Securicula.

Πελεκάω, Pro quo poeticè & metri causa VSVRPATVR Πελεκκάω, ῶ, F. ήσω, Securi cædo vel complano. Od. ε, de lignis iam cæsis, πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ, Ξέσσε δ' ὀλίγα μάλα καὶ ὀλίγα τάμνε ἴδυνε. Nam securi prius crassiora resecantur, deinde poliuntur ad perpendiculum, seu ξέοντα τῇ σκεπάρνῳ, ascia. Passiuum Πελεκασμαι, Securi cædor. Vtitur Theophrast. Hist. plant. lib. 5, c. 10, πύκνα γὰρ θεραπευθέντων, καὶ καταλειφθείσης τῆς μήτρας, ἐκ τούτης πελεκᾶται. Quæ verba Gaza sic vertit, His enim detractis, medullæ relictæ securis adigitur. HINC Πελέκημα, ατος, τὸ, Quod securis inter cædendum aut complanandū abstulit, Segmina quæ bipēni auferuntur è ligno quod cæditur aut cōplanatur: sicut Ramentum, quod lima aut radula, Scobs, quod serra: quorum illud, ῥίνημα & ξύσμα, hoc, πρίσμα nominatur. Aetius lib. 8, cap. 3, πελεκήματα κυπαρίσσου καὶ πρίνου ἐλαίῳ ἐψήσας, ἄλειφε τὸ σῶμα. Geopon. lib. 9, cap. 11, τὸ πρέμνον ἐκκόψαντες πελεκήματα μετὰ τῶν φλοιοῦ πυρὶ κατάλαιστε. In his tamen locis non per η scriptum est πελέκημα, SED Πελέκυμα per υ. quod mendosum est. nec enim πελεκύνω aut πελεκύω dicitur, sed Πελεκάω: vnde πελέκημα vt ῥίνημα à ῥινάω.

ET Πελέκησις, εως, ἡ, Sectio vel dolatio quæ securi fit. Theophrast. Hist. pl. l. 3, c. 10, ἅπαν γὰρ τὸ ἄρρεν τῇ πελέκησει καὶ βραχύτερον, καὶ ἐπεσραμμένον μᾶλλον, καὶ διεῤῥωγότερον, καὶ τῇ χρώματι μελαίτερον· τὸ δὲ θῆλυ, ἀμηκέστερον. Vnde Plinius, Lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum: fœminæ mollius: publico discrimine in securibus. Idē Hist. pl. lib. 5, καθ' ἑτέραν τὴν κτηδόνα ποιοῦσαν τὴν κτῆσιν. Idem, τὴν δὲ πελέκησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν αὐτήν.

Πελεκητὴς, ῆ, ὁ, Qui securi dolat, Qui bipenni cædit vel complanat.

Πελεκητὸς, ῆ, ὁ, Qui securi dolatus est, Bipenni cæsus vel complanatus. Item, Qui securi cædi potest, Qui bipenni dolari complanarique potest: Dolatilis, vt quidam interpretantur. Πελεκητὰ ξύλα, Quæ securi dolantur & complanantur. Theophr. Histor. plant. lib. 5, cap. 7, τὴν δὲ ξύλων τὰ μὲν ῥαστὰ, τὰ δὲ πελεκητὰ, τὰ δὲ σροχγύλα, Ligno rum alia findi solent, alia securi dolari. Vel, Talia sunt vt findi debeant, &c. Vide & Ἀπὸ πελεκάω.

C. Ἀπελέκητος, η, ὁ καὶ ἡ, Qui securi dolatus complanatúsque non est, Rudis & inelaboratus. Vel etiam, Qui securi dolari complanarique nequit.

C. Εὐπελέκητος, Qui bene dolatus complanatúsque securi est. Vel, Qui facilè dolari complanarique securi potest, Securi facilis. vel, vt alii interpr. Dolatu facilis. Theophr. Hist. pl. lib. 5, cap. 8, ἀπελεκητότερα καὶ ἀσεριόσερα καὶ ἀξυόσερα τὰ χλωρά, facilius dolantur securib' complanantúrque.

C. ΑΠΟπελεκάω, ῶ, Securi aufero, Securi inter dolandum detraho. Item Securi dolo, Bipenni complano. Theophrast. Hist. pl. lib. 5, cap. 7, πελεκητὰ ὀ ξύλα, ὅταν ἀποπελεκῶσι τὰ ὄξω σρογγύλα ὀ, δῆλον ὅτι τὰ ἄψαυστα. vbi nota σρογγύλα vocari ligna securi intacta, quæ talia relinquūtur qualia ex arbore cæsa sunt: πελεκητὰ verò quæ securi solent dolari complanarique extrinsecus, & ad figuram quadrangulam redigi. in vtrisque autem ἀναπολείπεται ἡ μήτρα, contrà quàm in fissilibus. Sed perperam ibi SCRIPTVM Ἀπεπλέκοισι. Aliud exemplum ex Aristoph. vide in Πελεκαί.

C. ΕΚπελεκάω, ῶ, Securi excindo vel eximo. aut potius Securi excutio. Bud. ex lib. 9 Hist. pl. Theophr. τὰ πόαν ἐκπελεκήσωσι.

Πελεκίζω, Securi ferio seu percutio, Securim illido, seu impingo: propriè de animalibus aut hominibus, sicut superius πελεκάω de materie, vt & Suidas testatur, Πελεκῶ, πελεκήσω, ξύλα· πελεκίζω ὀ, τὸ μετὰ σπαθῆς κόπτω. Itidem Eustathius pag. 1531, Πελεκῶ μὲν, ὀλὶ ξύλων· πελεκίζω δὲ, ὀλὶ σεοβάτων καὶ βοῶν, καὶ ὅλως ζώων. Eustathio igitur Πελεκίζω, idem quod Athen τὴν πελέκει παίειν. Diodor. Sicul. lib. 36, ῥαβδίσας ἐπελέκισε. Idem lib. 19. p. 726, ῥαβδίσας ἐπελέκισε καὶ τὸ πάτρειον ἔθος. vbi tamē per η scribitur ἐπλέκησε. Et pass. voce ac signif. Apocalyps. c. 20, v. 4, καὶ ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων securi percussorū. AT Πελεκίζω, quod in v. lex. habetur, itidémque exponitur Securi cædo, Securi percutio, ac decollo, mendosum esse puto.

C. ΔΙΑπελεκίζω, Securi percutio, seu ferio. Gaza apud Cic.

Πέλεκκον, ου, τὸ, Manubrium seu capulus bipennis, Lignum quod inditur securis foramini, & quo tenetur ipsa securis inter cædendū. Eustath. p. 949, πέλεκκον δὲ οὐδέτερος, ὁ σελεός, συνέστι, ἡ λαβὴ τῆς πελέκεως, ἤτοι τῆς ἀξίνης· διὸ πλασαδόντος τὸ κ, ὡς καὶ ἐν τῇ ἡμιπέλεκκα. Iliad. ν, — ὑπὸ ἀσπίδος εἵλετο καλὸν Ἀξίνιον εὔχαλκον, ἐλατῆρα ἀμφὶ πέλεκκῳ, Μακρῷ, εὖ ἐξέσσῳ. Vbi annotat Eustath. addi μακρῷ, nimirum quoniam non est σελεὸς σκεπάρνου sed ἀξίνης. Apud Hesychiū verò habetur non πέλεκκον, SED Πελεκκὸς, diuerso genere & accentu, cum hac itidem expositione σελεός, ὅ ὅτι ξύλον εἰς τὸν ὀπὴν τοῦ πελέκεων βαλλόμενον. quod ET Πελεκύσσιον appellant. sic enim apud eundem, Πελεκύσσιον, τὸν σελεόν.

Ἀμφιπέλεκκος, Capulus securis, Bipennis manubrium. B.

Πέλεκρα, Securis: ἀξίνη, Hesychio.

Πελεκῖνος, ου, ὁ, Securidaca. Dioscorides lib. 3, c. 146, ἡδύσαρον τὸ ὑπὸ τῶν μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος, θαμνος ὀλὶ φυλλάεσσα ἔχον ἐρεβινθῴῳ ὅμοια, λοβοὶ, ὃ κεφαλὴς ἐοικότας ἐν οἷς τὸ σπέρμα πυρρὸν, ὅμοιον πελέκει ἀμφίστομῳ, ὅθεν καὶ ὠνόμασται. Plin. lib. 27, cap. 12, Pelecinū in segetibus discimus nasci, fruticosam cauliculis, foliis ciceris, semen in siliquis fert, corniculorum modo aduncis, ternis quaternisque. At lib. 18, cap. 17, de herbis quæ complexu necant, Lentem [enecat circumligando se] herba securidaca, quam Græci à similitudine pelecinon vocant. quæ desumpsit ex Theophrasto Hist. plant. l. 8, cap. 8, vbi sic, ὃν δὲ τῆς ἀφάκης ὁ πελεκῖνος γίνεται, ὅμοιον τῇ ὄψει τῷ πελέκει. ‖ Est & auis nomen apud Aristoph. in ea fabula quæ Ὄρνιθες inscribitur, Καὶ περφυείαν καὶ πελεκᾶν, καὶ πελεκῖνον. Sunt qui scribant hanc auem ita dictam à pelecini siue securidacæ corniculo, cuius formam eius rostrum, sursum recuruum & coracini coloris, imitatur: efféq; ex genere τῶν στρουθοπόδων, palmipedum: crura tibiásque habere coloris cærulei, pennis albis nigrisque conuestiri: & à quibusdam appellari Auosetam.

Πελεκᾶν, ᾶνος, lingua cōmuni: ET Πελεκᾶς, ᾶντος, Atticè, Doricè autem Πελεκᾶς, ᾶ. Picus martius, τὸν πελεκᾶν τὰ ξύλα, vt docet scholiastes Aristophanis, & confirmat ipse comicus in Auibus, vbi ait, — ὄρνιθες ἥσαν πέκτονες, Σοφώτατοι πελεκᾶντες· οἳ τοῖς ῥύγχεσιν Ἀπεπλέκησαν τὰς πύλας. ἢν δ' ὁ κτύπος Αὐτῶν πελεκᾶντων ὡς τὸν ἐν ἀυσπιγίῳ. Vbi non dubito quin pro πελεκᾶντων reponendum sit πελεκώντων, vt sit participiū à πελεκάω. Aristot. Histor. Animal. lib. 8, cap. 12, inter gregales aues, hoc est ἀγελαῖας ὄρνιθας, recenset: vbi etiā ait. οἱ πελεκᾶνες ὃ ὀκτοπτίζουσι καὶ πέσσονται ἀπὸ τοῦ Σπρυμόνος ποταμοῦ ὀλὶ τὸν Ἴστρον. Idem lib. 9, cap. 10, εἰ δὲ πελεκᾶνες οἱ ἐν τοῖς ποτάμοις γινόμενοι κατοικίζουσι τὰς μεγάλας κόσσας καὶ λέαις. Quæ confer cū iis quæ scribit Plinius lib. 10, cap. 40, vbi πελεκᾶν interpret. Platea: quā Cicero lib. 2 De natura deorum vocat plateale. Ab Hieronymo Psalmo 101, redditur Pellicanus. hæc enim verba ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ, sic interpr. Similis factus sum pellicano solitudinis. Vbi etiam hæc annotat, Duo genera dicuntur esse horum volatiliū. Vnum in aquis est, & esca eius pisces sunt: & vnum in solitudine, & esca eius venenata animalia: hoc est, serpētes & crocodili & lacertæ. Dicuntur autē ista volatilia Latinè onocrotali. Hactenus ille. Cæterùm Leuit. 11, interdicitur Iudæis harū auiū esus, πορφυρέωνος & πελεκᾶνος & κύκνου. Vbi vetus versio quæ Hieronymo tribuitur, itidem habet Onocrotali: QVI Ονοκρόταλος, oloris similitudinē habet, vt Plin. docet lib. 10, cap. 47, vbi plura de eadem aui. Cæterùm Aristoteli Πελεκᾶν aliam auem videmus esse quàm Aristophani, itémque Hesychio & Suidæ. nanque Aristophanem pro pico martio qui δρυοκολάπτης & δενδροκολάπτης nominatur accepisse, ipsum etymon ad quod alludit, indicat. at de Hesychio & Suida dubium nullū est. sic enim ille, Πελεκᾶν, ὄρνεον τὸ κολάπτον καὶ τρυπῶν τὰ δένδρα: hic verò ita, εἴδος ὀρνέου τρυπῶν τὰ δένδρα, ἀφ' οὗ καὶ δενδροκολάπτης καλεῖται.

ΠΕΜΠΩ, F. ψω, Mitto, Mando. Iliad. μ, Πέμπε δέ μιν πολεμόνδε, πολὺν δ' ἅμα λαὸν ὄπασσε. vt Plut. in Arist. πέμπουσι τοὺς ὀλὶ τὸν πόλεμον. At Thucydid. πέμπω σοι φεὶ τόπον, Nuntium ad te super hac re mitto, De hoc te per literas admoneo. Idem lib. 8, p. 278, πέμπει ὡς τὸν Ἀγίοχον, vt Xenoph. Pæd. 5, πέμπω φεός σε, mitto ad te. Idem Pæd. 1, εἰς Πέρσας ἔπεμπε φεὸς τὸν τοῦ κοινοῦ καὶ φεὸς Καμβύσην, in Persiam mandauit ad. Idem eodem libro, ἔπεμπε φεὸς τὸν Κῦρον, δεόμενος αὐτὸ πειρᾶσθαι ἄρχοντα ἐλθεῖν τῶν ἀνδρῶν, misit & rogauit. Idem Hellen. 3, πέμπει φεὸς αὐτὸν, καὶ ἐρωτᾷ πότερον εἰρήνην ἢ πόλεμον ἔχειν βούλεται. Et Hellen. 6, πέμψας φεὸς τοὺς ἐφόρους ἠρώτα τί χρὴ ποιεῖν. Rursum Thucyd. lib. 1, ὡθεὰ τε Φορμίωνα ἔπεμπον, κελεύοντες ἀμύνειν. Itidem Plut. De deo Socr. ἔπεμψαν ἡμᾶς, κελεύοντες ὡς τάχιστα ἥκειν φεὸς αὐτούς. Idem in Amat. narr. πέμψας γὰρ ἤτει νεανίας χιλίους, Misit qui peterent. Aliquāto pòst, πέμπουσι Θηβαῖοι ἠσπασμένοι τοὺς Φώκου φονεῖς, mittunt qui Phoci interfectores sibi dedi postulent. In quibus locis subaudiendus relinquitur accus. φρέσβεις vel φρέσβευν, sicut & in epistola Philippi apud Demosth. πέμψαντος ὑπὲρ αὐτῶν ἐμοὶ πολλάκις: & apud Xenoph. Pæd. 6, πεπομφέναι ὃ Κροῖσον καὶ εἰς Λακεδαίμονα φεὶ συμμαχίας. Item πέμψας κήρυκα, Pauf. Att. Et πέμπειν τὰς βοηθείας, Mittere suppetias, Polyb. Iūgitur etiam cum infinitiuo, vt Xen. Hellen. 3, πέμπουσιν οἱ ἔφοροι, ἀπολιπόντα Λάκωνας, σραπεύεσθαι ὀλὶ Καρίαν, mandant vt relicta Larissa in Cariam expeditionem faciat. vbi subaudiri potest κελεύοντες, vt paulo antè in loco quodam Plutarchi. ‖ Item Dimitto. Odyss. ο, Χρὴ ἐξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα ὃ πέμπειν. Odyss. κ, ὁδὸν ἤτοιν, ἠδ' ἐκέλευον Πεμπέμεν. ἠδέ τι κεῖνος αἰήνασε, τῷ κε ὃ πεμπήν. Il. ω, — πέμψον δέ με σοῦ γε θεοῖσι, dimitte me. Verba Priami ad Achillem profecturi. ‖ Item, Procul amando. Od. ι, τὸν κριὸν ἀπὸ τοῦ πέμπε θύραζε. Eurip. ἀπ' ἐμῆς παιδὸς πέμψατε πόδε, Procul auertite & depellite à filia mea. ‖ Item Demitto, Il. φ, ὅς μιν ἔμελλε Πέμπειν εἰς ἀΐδαο, καὶ ἠὲ ἐθέλοντα νέεσθαι, ad orcū seu orco demittere. vt Virg. demiserit orco. ‖ Ponitur & pro Immitto. Quò refertur πέμπειν φίβους apud Platonem, quod Cicero interpret. Incutere terrorem. Item pro Mitto in, Impono. Quò pertinet quod ex Aristoph. affertur ἔπεμπε τὸ κράνος, Galeam mittebat in caput suum, Sibi imponebat & induebat. ‖ Item Deduco, Veho: vel Transueho, Tra-

iicio. Od.π, Φαίηκές μ' ἄγαγον ναυσικλυτοι, οἵπερ καὶ ἄλλους Ἀνθρώπους πέμπουσιν ὅπῃ σφέας εἰσαφίκηται. Cui similem locũ habes in Πορθμεύς. Odyss.ε, πέμψω δέ μιν οὔπερ ἐγώ γε. Οὐ γὰρ μοι πάρεστι νῆες ἐπηρετμοι καὶ ἑταῖροι, Οἵ κεν μιν πέμποιεν ἐπ' ἀμφίρυτον ἀλαόωνος, qui vehere ipsum possint. Prius autem πέμπω reddere queas Transuehendum ac transmittendum curabo. Ex eodem affertur πέμπω νέεσθαι pro Deduco, Duces præbeo reditus. ‖ Πομπὴν πέμπειν alii interpr. Ducere pompam, alii Celebrare pompam & ludum. quo vtitur tum Demosthenes, tum Plato lib.1 De rep. πομπὴν οἱ Θρᾷκες ἔπεμπον. ‖ Πέμπομαι pro Accerso, ex Eurip.

A

Πέμψις, εως, ἡ, Missio. Thuc.lib.7, καὶ τὴν πρεσβείαν πέμψιν τῆς νεῶν ποιήσασθαι. id est ἀποστολήν. ‖ At Hesychius exponit ἐν χωρισμός.

B

Πεμπτέος, Mittendus. At Πεμπτέον, Mittendum est.

Πεμπτός, ή, ό, Missus, Mandatus. Thuc.lib.8, pag.289, ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῆς Πισσαρακείου πεμπτοὶ πρεσβεῖς Ἀλκιβιάδαν καὶ Ἀλεξιφῶντα. vbi tamen & πέμπουσι quædam habent exemplaria.

Πομπή, ῆς, ἡ, Missio, Missus. Thuc.lib.4, pag.156, ξύλων ναυπηγησίμων πομπή, id est, διὰ τὸ πέμπειν ξύλα ναυπηγήσιμα, ob missa seu transmissa ligna fabricandis nauibus. Et apud Demetr.Phal. σπουπομπή, quæ & vno verbo σπουπομπία. Ælian. τὴν δρακαινίδα τὴν ἐκ τῆς θείας πομπῆς ἥκουσα, Diuino missu, Deo mittente. vbi Suid.exp. πέμψεως, ἀποστολῆς. Plato in fine libri 2 De rep. τὸν ὑπὲρ τῆς πομπῆς ὑπὸ Διὸς τῆς Ἀγαμέμνονι (vbi etiam NOTA, Ὄνειρος, quo Hom. vtitur, ab eo exponi ὀνόμιον) Respicit verò ad locũ Iliad.β Βάσκε δὲ οὐλόμενον ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. Item Plut. De defectu orac. πλεῦσαι τὴν αὐτὸς ἱστορίας καὶ θέας ἕνεκα πομπῆς τοῦ βασιλέως, sese, cognoscendi visendique causa, imperatore mittẽte nauigasse, seu Missu imperatoris. vt Tacitus dicit Missu principis. Affertur ex Platone libro 2 De republ. etiam πομπὰς σημείων, pro Signorum seu portentorum missiones, Missa portenta. ‖ Item Impulsus, Instinctus, quia ii qui mittũt mandantque aliquem, impellunt & instigant. Euripid. οὐείας πομπῆς ἀπαιλίζων, destitutus vento secundo qui impelleret. (nisi malis Qui transmitteret & transueheret) Quomodo & πομπὴ θεοῦ apud Herodot. exponitur Dei instinctu, Dei impulsu. quod possis etiam interpretari Missu instinctúque Dei. Itidem apud Plut. in Rom. πομπὴ θεία φαίνεται, Diuino impulsu apparet, Diuinitus: de augurio. Aristid. 113, πέμπουσι δὴ θεία πομπῇ γοῦν ὅθεν πᾶσαν ἀφορμὰς τοῦ βίου, Athenienses mittunt instinctu diuino, vel diuino numine: de Triptolemo loquens. Bud. Ex Nonno autẽ πομπὴ θεοῦ, pro Dei auspicia & ductus. ‖ Item Deductio, qua nimirũ deducendum aut transmittendũ transuehendúmque curamus qui apud nos aliquandiu diuersatus est: quod & Reductio à Cicerone nominatur. Odyss.ζ, ὄφρα τάχιστα Πομπῆς καὶ νόστοιο τύχῃς τῆσδε παρ' ἐμείο. Quomodo accipiunt & in hoc loco Od.ε, ὤρσε νέηται Οὔτε θεῶν πομπῇ, Diis deducẽtibus, Deorum ductu: πρόκομιδῇ, πέμψει. Itidem Plato in epistol. πομπὴ πρασκυνάζω σοι, pro qui te reducant. Quò refer quod Plutarchus in Alcib. dicit, Φαρνάβαζον πρέσβεσιν Ἀθηναίων πρὸς βασιλέα πομπὴν μετ' ἀσφαλείας πραξεῖν. Pro deductione quæ honoris causa fit, & alio nomine πεμπομπὴ dicitur. Plutarch. in Cic. ὅθεν τιμῇ καὶ θέᾳ τοῦ ἀνδρὸς ὑπὸ πομπῆς τῆς ἀεὶ πολλὰ σεμνῶς αἰόντος. ‖ Πομπή, Pompa: de spectaculo apparatúque solẽni in modum triumphi: quo nomine vocantur & funera, ferales pompæ à Lucano dicta. Herodianus lib.7, εἴπερ τὴν αὐτῶν πᾶσαν ἡ βασιλικὴ πομπὴ τῆς στρατιωτῶν, principalis pompa. Synes. epist. 40, ὅθεν τοῦ Λιβυκοῦ θριάμβου πομπὴ ὀθνείοις, pompa triumphalis. Plutarchus Philopœm. p 674 meæ edit. de funere eius, ὀθνείοις πομπὴν πινα ἅμα τοῖς θριάμβοις μιξάντες. Rursum Herodianus libro 7, πρὸς πομπὴν μᾶλλον ἢ μάχην ἐπιτήδεια, de armis quibusdam quæ asseruabantur. Et Thucydides libro 2, ὅσα ἱερὰ σκεύη τε καὶ πομπαὶ καὶ θυσίαι ἀγῶνας, ad pompas & ludos. Et apud Demosthenẽ, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς, in pompis solennib⁹ per forum transuehi. Quod pompæ genus Transuectio à Latinis dicitur, vt suprà in Ὀχέω pluribus docui.

C

D

E

H

A Platone πομπὴ ἵππων in libro De leg. nominatur. Item cum verbis. Thucydides lib.6, pag.216, τοῖς ἀπὸ πομπὴν πέμψαντας. quos ibidem paulo pòst πομπέας appellat. vbi etiã dicit, μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει, ὡς ἕκαστα ἐχοῖ τῆς πομπῆς τοιοῦτον. Eodem loquendi genere vtitur Demosthenes ac Plato. Terẽtius dicit, Traducere pompam: in Heautontim. Transeundum nũc est tibi ad Menedemum, & tua pompa eò traducenda est. Demosthenes contra Mid. τοῖς πομπαῖς ἤγετο, pompas ducebat: vt Plaut. loquitur & Ouidius. Plato De rep. πομπαὶ πιεῖσθαι. Et Plutarchus in Apophth. πομπὴν πλεῖν. Itidẽ Herodianus lib.1, μυστικοῖς θεῶν πομπὴν πολοῦσι, matri deûm pompam celebrant. Similiter libro 2 Epigr. λῶ πλεῖν δὲ τὸν πομπὴν. Virgilius dicit Exequi pompas, libro 5 Æneid. Annua vota tamen solennésque ordine pompas Exequerer. Eustath exponit θριαμβεῖν: dicẽs. κοινῇ γλώσσῃ vocari περιελθοῦσιν. cum qua voce conuenit & Gall. procession à procedẽdo. Vide & Πομπία. In qua signif. metaph. quoque capitur, vt & Latinè Pompa Herod. lib.2, οὐδαμοῦ τυφὸν καὶ πομπὴν παρεχόμενοι βασιλικὴν, imperatoriam pompam ostentare. In Axiocho. εἰς πομπὴν καὶ ῥήματων ἀγλαϊσμὸν αὐτῶν, Ad pompam & verborum splendorem. Itidem Cicero dicit, Pompa plena petitio. Item, Adhibere quandam in dicendo speciem atque Pompam. Et Seneca, Detrahere pompam muneri suo.

F

G

C. Πομπαγωγέω, Pompam duco. πομπῆς ἡγεῦμαι. Apud Hesychiũ, ETIAM Πομπαγωγεῖ, expositũ τὴν πομπὴν ἄγει.

Πομπικός, ή, ό, Ad pompas pertinens, Pompas decens, Pompis conueniens. Apud Athenæum πομπικὸν σαλπίζειν, Ita tubam inflare vt in pompis fit. Alii, Buccinis solẽnem pompam significare atque accendere, vt Virgil. — martémque accendere cantu. Et πομπικὸν μέλος καὶ προσόδιον, carmen triumphale, Bud. ex Plut. vel Quo in pompis vtuntur.

D

Πόμπιμος, ή, ό καὶ ἡ, Qui mitti seu transmitti potest. Itẽ, Missus, Transmissus. Sophocles Trachin p. 37 meæ edit. - ἡ μὲν οὐ σμικρῶν κακῶν Ἥρξεν τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον, ad Herculem missum. πεμφθὲν, vt schol. exponit. Et ex Euripide, πομπίμα φάτις, Rumor qui emittitur. ‖ Habet etiam actiuam significationẽ, pro Qui mittere seu transmittere potest. vt πομπίμοις πνοαῖς idem dixit pro Flatus secundos & qui transmittere seu transuehere aliquem possunt. Et πόμπιμος δαίμων, Qui deducit aliquem. Idem in Phœniss. τί δῆτ' ἔρημά μοι λῴστα; nimirum ad iter ingrediendũ. Respondet Creon, πόμπιμος ὁ δαίμων, quod schol. exp. ὁδηγήσει σε ἡ τύχη, Deducet te, Dux tibi & comes itineris erit. A T Πομπήμων, quod exponitur Dux, Deductor, apud Apollon. Arg. 1, καμάτῳ πομπήμονι βαῖνον ἔραζε, omnino mendosum esse puto, & veram esse eam lectionem quæ habet πολυπήμονι, à RECTO Πολυπήμων, Multum damnosus, πολυβλαβής.

Πομπαῖος, ή, ό, Mercurii cognomen, quòd defunctorũ animas ad inferos deducat. vt & Odyss.ω videre est initio. Aiax apud Sophoclem suo ense se transfossurus, — καλῶ δ' ἅμα Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον, ὅν με κοιμίσαι. Vbi schol. exp. τὸν ψυχοπομπὸν, Qui animas defunctorum ad inferos transmittit seu deducit: à NOM. Ψυχοπομπός. Idẽ & omnes generaliter homines iter ingredientes deducere & comitari solet, vt patet ex Iliad.ω, vbi Priamo ad Achillem a Ioue dúxque comésq; datur, dicente. Βάσκε δὲ καὶ Πρίαμον κοίλας ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἡγεμόνευε. Eustathius ibi πομπὸν & ὁδηγὸν eum vocat: imò ipse Mercurius ibi ad Priamum dicit, — σὲ γὰρ με πατὴρ ἅμα πομπὸν ὄπασσεν. Item τὰ πομπαῖα ἄγειν apud Eustathium pag.1695, videtur dictum pro Pompas ducere. Vide Πομπόν.

Πομπὸς, ή, ό, Qui aliquem deducit seu transmittit. ὁδηγὸς καὶ συνοδοιπόρος, vt Eustathius exponit Iliad.ν, — ἐπιρρά οἱ ὤπασα πομπόν. Ab Hesychio exponitur ὁδηγὸς πεμπων: vt & Suid. Πομπὸν, συνοδοιπόρον καὶ πεμπόντα. In vulg. lex. exponitur etiam Conuentus: perperam erroris occasione sumpta ex συνοδος, quod ibi non substantiuè conuentũ cœtumue significat, sed adiectiuè comitem, συνοδοιπόρον. Ex Plutarchi Pericle affertur etiã πομπὶ

πομπὶ τούτων καὶ κομιστῆρες, pro Exportatores eorum & baiuli. Vide & præcedens πομπαῖος. A T Πομπὸν dicitur τὸ κηρύκιον, Caduceus. Eustathius pagina 1935, exponens quid SIT Διοπομπῖν, SCRIBIT Δῖον à quibusdam vocari κώδιον ἱερέου τυδέος Διὶ μειλιχίῳ ὀνοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος μαμμακτηριῶνος, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα, καὶ καθαρμῶν ἀκόλουθοι εἰς τὰς τελετὰς ἐγίνοντο. quib⁹ subiungit, εἶχον δὲ μετὰ χεῖρας πομπὸν, ὁ δὴ ἦν (φασὶ) κηρύκιον, σέβας Ἑρμοῦ. ex quo πομπὸν & δῖον compositum esse Διοπομπῖν.

A

B

Πηκτὸς, οῦ, ὁ, Compactus, Coagmentatus. Hesiodus Erg. Δοιὰ δὲ δεῦτα θύρετρα ποιησάμενος κτέανον, Αὐτόγυον καὶ πηκτόν. vbi nota opposita αὐτόγυον & πηκτόν. dicitur enim αὐτόγυον, (Hesychio μονόβολον) quod per se burim habet: πηκτὸν verò quod compactum est seu compactitium, Compactile. Hesychius exponit τὸ ἀπὸ δύο ἀρότρων, quoniam quædam sunt μονόβολα. Idem πηκτὸν exponit οὐκ πολλῶν ξύλων πεπηγμένον. ¶ Πηκτὰ δωμάτων, Compactitiæ ædium partes, id est Fores. eæ enim ex pluribus tabulis cõpingi solent & coagmẽtari. (quamobrem ab Homero quoque dicuntur σανίδες πυκινῶς ἀραρῦῖαι, & κολλητὰ σανίδες: item θύραι δὲ ἀραρῦῖαι, item θύραι πυκινῶς ἀραρῦῖαι) Aristoph. Acharn. Ἀνὴρ ὑβελίζει κλεῖς πηκτὰ δωμάτων, Claude fores. Schol. quoque ibi πηκτὰ δωμάτων exponit θύρας, subiũgens hæc Homeri verba, — θύρας πυκινῶς ἀραρύας. Sed addit & alia quædam quæ ibi videre licebit. ¶Πηκτὸς, Concretus, Coagulatus, Coactus, Congelatus: vel Qui concrescere solet & cogi, Qui solet coagulari & congelari. vt πηκτὰ σώματα apud Aristotelem Meteorol. l.4, pro quo ibidem, τῶν σωμάτων ὅσα πηγνύεται καὶ σκληρύνεται: quibus opponit τὰ ἄπηκτα. Et apud Dioscoridem l.5, cap.114, πηκτὸν χάλκανθον, cõcretitium, vt Ruellius vocat: nimirum quod solet concrescere: de quo his verbis, τὸ δὲ ἁπλῶς ἐργαζόμενον ἐν ἀπηλαίοις, ἔπειτα μεταχόμενον εἰς βόθρους, τὸ πῆξιν λαμβάνει· ὃ δὴ καὶ πηκτὸν ἰδίως ὀνομάζεται. Vnde Plinius desumpsisse videtur quod scribit lib.14, c.12, Fit & in saxorum catinis, pluuia aqua corriuato limo gelãte. Item Πηκτὸν γάλα, SIVE Πηκτὴ, lac concretum per coagulum admisto melle, vt Gorræus tradit, qui in vocabulo Γάλα, Est & alia (inquit) lactis præparatio, quum per coagulum melle admisto lac cogitur: medici γάλα πηκτόν, Aetius πηκτὼ appellat. Sic enim serum à lactis à crassiore parte secedit. Præterea πηκτὸς ἅλς, sal cõcretitius, qui concreuit: quẽ vno nomine Lycophr. πάγον, comicus quidam apud Athen. πῆγον appellat. Sed sunt qui fossilium seu fossilem salem ita vocari scribant, id est τὸν ὀρυκτὸν καὶ ἐμμέταλλον. Nicander Alexiph. Πολλάκι δ' ἠὲ ἅλα πηκτὸν ὁμιλαδὸν, ἠὲ ἁλὸς ἄχλυν. Πηκτὸν, Cõcretile, (inquit Gorræus) Id quod condensari atque indurari potest. Duobus autem id contingit modis, calore & frigore: illo quidem deficcante humorem, hoc verò calorem expellente. Itaque alia humoris absentia, alia verò caloris, cõcrescunt: aquea quidem, caloris: vt glacies, cera, sæuum: terrea verò, humoris, vt sal, nitrũ, lutum. Vide Aristotelem Meteorolog. lib.4. ¶Πηκτὸς, Fixus, Defixus, Depactus. Sophocles Aiace, ἐν χθονὶ πηκτὸν ἔγχος, Telum in terra fixum. Et πηκτὰ σκόροδα,

Allia quæ solent pangi, τὰ πηγνύμενα: seu Quæ deponi A
& plantari solent. Columella, Modicis spatiis, id est inter quaternos digitos, depangas. Quod alibi idẽ Pangere & Deponere dicit. Vtitur illo Theophrastus Hist. plant. l.7, cap.5, vbi etiam τὰ πηγνύμενα dicit pro τὰ πηκτά, ad differentiam eorum quæ seruntur. ¶ Πηκτὸν dicitur etiam symphyti herbæ species quædam, teste Dioscoride lib.4, cap.10. ¶ Πηκτὰ, δάκρυα, ἅ τε πεπηγότα ὡς ἐκ πηγῆς ῥέοντα, Hesych. Vbi nota Πηκτὰ substantiuè vsurpatum: sicut & F O E M I N. Πηκτά. Nam Πηκτὰ, dicuntur θύραι, seu θύραι δίπηκτοι, fores bene cõ- B
pactæ & coagmentatæ, teste Hesychio: quas Aristoph. appellat πηκτὰ δωμάτων, Eurip. πακτά. ¶ Præterea Πηκτὰ sunt ἠηρυθρικὸν ὄργανον apud Aristophanẽ, teste Suida, seu εἶδος δικτύου, vt scholiastes annotat in Auib. vbi poeta ait, Παῖς τις ἐφ' ἡμῖν ὀρνιθευτὴς Ἴσῃσι βρόχοις, παγίδας, ῥάβδους, Ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτά. Itidem Aristoteles lib.9 Historiæ anim. de perdicibus, Τοῦτον δ' ἁλόντες ἐν παγίδι πηκτῇ. pro quo Plinius lib.10, cap.33, simpliciter dicit Capto eo. Putarim certè πηκτὰ idem prorsus es- C
se quod πάγας & παγίδας, nisi Aristoph. loco citato simul παγίδας & πηκτὰ tanquam diuersa posuisset. Vtut sit, hoc est, siue laquei siue reticula sint, à πήγνυμι significante Figo, Depango, πηκτὰ dicuntur, vt Tendiculæ à Tendo. Gaza tamen ibi vertit Compago, nimirum apud Aristotelem Historiæ anim. lib.9, cap.8. ¶Πηκτὴ ab Aetio vocatur etiam lac concretum per coagulum, admisto melle, vt paulo antè ex Gorræo docui. quò referri posse existimo hæc Suidæ ex Epigramm. Πειθοῖ καὶ Παφίᾳ πακτὰ καὶ κηρὶ σμιθλὰν ἀνέθηκεν ὁ Βουκόλος. D
(vbi D O R I C E Πακτὰ positum pro Πηκτό) Idem Suid. πηκτὼ esse dicit εἶδος ἀκολάστου σχήματος.

Ex Πηκτὸς C O M P. Ἄπηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ Qui compactus seu coagmentatus non est. ¶Item Non concretus, Qui frigore non coiit: Incõgelabilis, vt Gellius loquitur l.17, cap.8. vbi etiam Qui nunquam concrescit, Qui gelu non duratur: item Gelu stringi & consistere, & Facilia ad coeundum. quæ omnia pertinent ad exprimendũ Græcum verbum πήγνυσθαι. Cæterùm Græca voce ἄπηκτος pro Incongelabilis, Qui gelu non du- E
ratur & stringitur, Qui gelu non coit, Qui nunquam concrescit, vtitur Aristoteles lib.4 Meteorolog. πηκτὸν, ἄπηκτον· πηκτὸν, ἄπηκτον· μαλακτὸν, ἀμαλάκτον. Aliquãto pòst, ἄπηκτα ὅσα μὴ ἔχει ὑγρότητα ὑδατώδη, μηδὲ ὑδατός ἐστιν, ἀλλὰ πλεῖον θερμοῦ καὶ γῆς, οἷ μέλι καὶ γλυκὺς οἶνος. I T E M Εὔπηκτος, Bene compactus & coagmentatus: idem cum ἄπαγης & ἄπαγής. Il. β, ἐνὶ μεγάρῳ ἐὐπήκτῳ, in domo bene coagmẽtata, seu bene structa & ædificata. καλῶς κατεσκευασμένῳ. Item, Qui facilè conglaciatur, Facilis ad coeundum, vt Gellius loquitur in præcedenti ἄπηκτος. Vide in Πηκτός. A T Νεόπηκτος, Recens compactus & coagmentatus. vt νεοπαγὴς & νεοπηγής. vel Recens coagulatus. Hom. οὐδὲ πυρὸς νεοπηκτος. Redditur & simpliciter Recens. F

Πηκτικὸς, οῦ, ὁ, Congelandi seu conglaciandi vim habens, Vim habens cogendi, seu coagulãdi: vt πηκτικὸς ὀβὸς γάλακτος, Coaguli modo lac contrahit, Lac coagulat. quæ vide suprà in Ὀβὸς, columna 1375. Compar. gradu vtitur Theophrastus De causis Plant. lib.5, cap.20, ταύτῃ μᾶλλον δόξειεν ἂν ὁ λεπτὸς ἀὴρ πηκτικώτερος εἶναι), Facilius adstringere & congelare. Alii passiuè exponunt, Cõcretioni magis obnoxius. vt idem fit cum εὔπηκτος. Sequitur enim mox, ὁ δ' ἀκίνητος, ἀπηκτότερος.

Πηκτὴς, ίδος, ἡ, Gelu fictitium. v. l. ¶ Est etiam instrumentum musicum, quod & μάγαδις nominatur, Sapphûs inuentum, vt Athenæus lib.14 tradit ex Menæchmi libro περὶ πηκτῶν. quod tamẽ eodẽ libro, necnõ lib.4, ex Aristoxeno etiã refert. Aliquãto pòst autẽ ex Phillide Deliolib.2 De musica tradit πηκτὰς ὁρᾶν φέρειν μαγάδιδας: quippe qui sic scribat, φασὶ τινες, πηκτὰς, μαγάδιδες, σαμβύκας. Eodem libro, paulo ante verba citata, Πινδάρου λέγοντος τὴν Τέρπανδρον αὐτόφωνον θύρεῖν τῇ ᾠδῇ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βαρβίτον. Vbi etiam nota Lydis fuisse peculiare instrumentum: vt & Telestes indicat, quum apud eundem Athenæũ eodem libro ait, Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον. Idem Athen. lib.4, ex Soph. Οἴχωκε δὲ κροτητὰ πηκτίδων μέλη. Aristoteles Polit.8, πηκτίδας & βαρβίτους inter ἀρχαῖα ὄργανα numerat. Meminit & Herodotus, necnon Chrysostomus. At Suidas dicit esse εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ apud Aristophanẽ: afferẽs & hunc locũ ex Epigr. Ἀδὺ μέλος νῦν Παῦε τὸν Ἀρκάδα πηκτίδι μέλπῃς. Hesychio est ὄργανον μουσικὸν, πανδούριον, ψαλτήριον: item σύριγξ, id est Tibia, Fistula. ¶Rursum Suidæ est μάχαιρα κρεωκόπος, id est Culter ad scindendas carnes aptus, qui κοπὶς quoque nominatur.

Deriuata à præt. med. Πέπηγα.

Πηγὸς, οῦ, ὁ, Bene compactus & compositus, Bene coagmentatus & concretus. vt πηγοὶ ἵπποι, equi bene compacto & coagmentato corpore. Iliad. ι, δώδεκα δ' ἵππους Πηγοὺς, ἀθλοφόρους. id est ἀπαγεῖς καὶ στερεοὺς, vt Eustath. exponit, qui etiam annotat, πηγοὺς ibi veteres quosdã accipere pro μέλανας, quòd ii censerentur optimi. Idẽ Eustathius pag.1539, exponens πηγὸν κῦμα, ait πηγὸν significare vel ἀτραφές, & (vt idem poeta appellat) τροφόεν: vel τὸ ἀπαγές, in modũ ὀρφνοῦ πάγου. quo modo & πηγοὺς ἵππους dici πυὶ στερεούς. Vocat autẽ πηγὸν κῦμα Od. ψ, v.234, ἀνεργέα νῆ' ὀνὶ πόντῳ Ῥαίσῃ ἐπειγομένῳ αὐέμῳ καὶ κύμασι πηγῷ. Hesych. quoq; πηγὸν annotat quosdã capere pro ἀβαφῆ, quosdã pro μέλανα, quosdã pro λευκόν. Pro Albus, seu Niueus, qualis est glaciei color, vsurpauit Lycophrõ qui πόκαμον πηγὸν, vocauit λευκὴν πολιάν. i. Canos, Niueos capillos, quales sunt senum canorum. ¶Ponitur etiam substantiuè pro sale. nam & ipse concretus est. Apud Athenæum l.9 ex Stratone comico, Πηγὸς πάρεστ; quæ verba non intelligens coquus, & πηγὸς accipiens pro μέλας, respondet, πηγὸς οὐχὶ λευκὸς εἶ. succensens seni à quo multis vocabulis ambiguis deludebatur. Tandem senex exponens quid per vocabulum πηγὸς intelligat, ait, — ἅλας φέρε. Τοῦτ' ὀβὶ πηγός. Sed malim ibi S C R I B E R E Πῆγος, vt Πάγος. I N D E Πηγεσιμαλλος apud Homerum Iliad. γ, Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε εἴσκω πηγεσιμάλλῳ, Ὅστ' οἴων μεγα πᾶσι διέρχεται ἀργιφάων. Vbi Eustathius annotat πηγεσιμάλλῳ quosdã exponere μελανομάλλῳ, eo quòd nigri velleris aries ἐν λευκῷ ποιμνίῳ magis sit διάδηλος: quosdã contrà λευκομάλλῳ, à πηγὸς significante λευκός. Sed addit, videndum ne fortè hoc πηγεσίμαλλος sit à verbo πηγόω, quod formet fut. in ήσω, aut à substãtiuo neutrius generis πῆγος: vt ἔγχεσίμωρος ab ἔγχος. Dubitat tamen an hæc duo, nimirũ πηγεῶ & πῆγος, in vsu sint.

C. Εὐπηγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Bene compactus, Bene coagmentatus. Apoll. lib.2 Arg. πύργοις εὐπηγέας.

C. Νεοπηγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Recens compactus seu coagmentatus. In Epigramm. l.3, νεοπηγέος ἔνδοθι Ῥώμης, Romæ recens coagmentatæ, seu Recens constructæ & ædificatæ. Nisi malis Recens fundatæ, Recens fixæ & stabilitæ.

Πηγὰς, άδος, ἡ, Glacies, idem cum πῆξις. à πέπηγα sumpto pro Conglaciaui, Congelaui, Frigore concreui, seu adstrictus sum. Hesiodus Erg. 2, Τοῦ πεν ἀλθόμενοι καὶ πηγάδας, αὔτ' ὀβὶ γᾶμαι Πνεύσαιτ' ἐπιβορέαο δυσπελεμίζει πελέθεισι, id est, παγετοῖς, vt Moschop. & Tzetzes exponunt. Proclus verò per παγάδας intelligendas censet vel τὰς παγερὰς ἡμέρας, vel τὰς πάγας τῆς χόνος. Ego πηγὰς acceperim pro πηγυλὶς, subaudiendo ἡμέρα. Exponitur etiã Rupes, Scopulus, ex schol. Apollonii l. 2 Arg. ¶ Hesych. πηγάδα exponit τὸ οὐ πολλῷ ὕδατι κεχρημένῳ γλῶ, ὕστερον ἐκχυμηθέντα ξηρανθὲν καὶ πεπηγότα.

Πηγετὸς, οῦ, ὁ, itidem Glacies, Gelu. pro qua signif. affertur ex Dionys. De situ orbis.

Πηγυλὶς, ίδος, ἡ, Glacialis, Gelida, Qua conglaciant & congelant omnia. Odyss. ψ, — νὺξ δ' ἐπέλασε κακὴ βορέαο πεσόντος Πηγυλίς. id est παγετώδης, vt Eustathi⁹ exponit. qui tamen veteres annotat πηγυλὶς accepisse ibi pro παγετὸς, id est Glacies. Sic Apollonius lib.2 Argon. αὔτμὴ Πηγυλὶς ὀκρυόεντος ἀναπνείουσα μυχοῖο. vbi scholiastes itidem exponit παγετώδης καὶ ψυχρή. ¶ Suidas πηγυλὶς exponit per substãtiuum κρύος, id est Frigus, vel Gelu. sicut Eustathius tradit à veteribus itidem gramm. capi pro παγετὸς, id est Glacies. adeo vt non adiectiuè solùm vsurpetur, sed etiam substantiuè, sicut πηγάς.

Deriuata ab aoristo 2 Ἐπάγω.

C. Ἀκροπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, In summo fixus. Ex Nonno.

C. Ἀπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui compactus & concretus nõ est, ἀσύγκριτος. Plutarchus De primo frig. αὐτὸ μὴν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ ὕδωρ ἀδιάχυτον καὶ ἀπαγὲς καὶ ἀσύγκριτον ὄντι. id est, (Turnebo interpr.) Humor enim suapte natura liquefactus & dilapsus diffunditur, omni concretione vacuus & soliditate.

C. Ἀρτιπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Recens compactus & coagmẽtatus. Ex Nazian. verò ἀρτιπαγὴς ἐς ἀσέβειαν, pro Nuper pietati connexa.

C. Εὐπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Bene compactus & coagmentatus, Solidus. (Pro quo dicitur etiam ἀστιγὴς in metro) Vtitur Eustath. in πηγός.

C. Ἡμιπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Semiconcretus. Vide in Πάχνη.

C. Νεοπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, idem cum νεοπηγὴς & ἀρτιπαγής, Recens compactus & coagmentatus, Recens cõstructus.

C. Πρωτοπαγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui primus compactus & coagmentatus est. Vel, Qui primus fixus & depactus est. Vnde apud Suidam, Πρωτοπαγῆ, πρώτως πεπηγότα. Apud Homerum, πρωτοπαγὴς ἅμαξα, Currus nunc primùm compactus & fabricatus. quemadmodum Hesychius quoq; πρωτοπαγεῖς δίφροι exponit, οἱ πρῶτον πεπηγμένοι, καινοί: Il. ω, Ἐκ μὲ ἅμαξαθ' ἅτε ἐξέχον ἠμονείων, Καλὴν, πρωτοπαγῆ. Itidem πρωτοπαγὴς ναῦς dicitur Nauis nunc primùm coagmentata & ædificata. In v.l. ponitur ETIAM Πρωτοπαγὲς, ὲς, ὸ, itidem pro Nuper compactus, Recenter constructus, seu fabricatus: πρώτως πεπηγὸς, νεοκατασκευάστος. sed sine autore & exemplo. Cui aliquatenus simile EST Παλιμπηγὸς, ὲς, ὸ, Iterum compactus: quod à πέπηγα deriuatur. Vnde παλίμπηγα comici apud Pollucem: πάλαιά καὶ ἅμματα, teste Polluce: id est Calceamenta vetera: alii Veteramẽta sæpius suppacta.

¶ Πάγη, ης, ἡ, Laqueus depactus ad irretienda animalia: vel etiam Decipulum, vt Apuleius loquitur. Xenophon Pæd. 1, pag. 21, καὶ πρὶν κινεῖσθαι τοὺς ὄρνιθας ἐπιπίλωτί σοι ὅτι πούτω αἱ πάγαι αὐτοῖς. Philo de vita Mosis lib. 1, ἀπεσαγηνευθεὶς πάγαις πολυειδέσι, multiplicibus laqueis implicatus. Theophylactus epist. 65, αἱ μὲν γὰρ εἱρκταὶ καὶ πάγαι τοῖς λαγῴοις ἀπελαύνουσι, δι' ὧν καὶ ἁλίσκονται. Et apud Herodot. πάγας ἐκρέμασθαι, laqueos fabricatũ esse. Apud eundem, πάγας ἐνέχασθαι, laqueis irretitũ teneri. Non incõmodè reddirur etiam Tendicula, sicut enim Tendiculæ dicuntur à Tendo, quòd tendantur ad capiendas feras, sic πάγαι à πήγνυμαι, quòd humi in eundem vsum figãtur: πεζὰ τὸ πρὸς θήραν πεπηγότα, inquit Eust. ¶ Πάγην Hesych. exp. etiã ὑψηλὸν τόπον, vt πάγον. VNDE Παγὶς, ίδος, ἡ, idem cũ πάγη, id est Laqueus qui tenditur, seu in terram depangitur, ad capiẽdas feras. Vide in Νεῦλη quod pro reti capitur. Budæus interpr. Decipula auium, afferens ex Ecclesiaste, cap. 9, ὡς ἅρ' ὄρνεα θηρευόμενα ἐν παγίδι. Metaph. autẽ apud Athen. l. 3, Amphis cõmicus meretrices appellat παγίδας τοῦ βίου. Sunt enim velut amatorum laquei. Citatur ex Aristophane pro Pedica. at ex Epigramm. pro Retinaculum. Ex hoc Παγὶς fit VERB. Παγιδεύω, Illaqueo, Tendiculis irretio. Matth. 22, συμβούλιον ἔλαβον ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν. Et in Eccles. loco citato in Παγὶς, itidem, ὡς αὐτὰ, παγιδεύονται υἱοὶ ἀνθρώπου. Legitur & 1 Reg. c. 27.

¶ Πάγος, ου, ὁ, Collis, Tumulus, Terra in tumulũ coagmẽtata. Od. ε, v. 405, ἀκταὶ πρεσβῆτες ἔσαν, καὶ πάδες τε πάγοι τε. Et paulo pòst, Ἔκπαθεν μὲν δὴ πάγοι ὀξέες. vbi scholiastes exponit πετρώδεις ὀξεῖαι, vel ὀξεῖαι πέτραι, vel εἰς ὕψος ἀνέχουσαι πέτραι. quam expositionem Eustath. quoque sequitur: alibi πάγον esse dicẽs ὀξύτατα ὀρεινήν. Secundũ verò alteram expositionẽ πάγοι fuerint Petræ seu saxa in acumen desinentia, quæ depacta in terram videtur. Pro colle seu tumulo vsus est Hesiod. in Aspide, loquens de saxo quod è loco decliui deuolutum, πάγος δέ οἱ αὐτοβολήσας ὑψηλὸς, τοῦ δὴ σωενείκεται ἔνθα μιν ἴσχει. Item Lucianus, πότερον οὖν ὅτι τὸν πάγον τοῦτον ἀναβαίς, ἀπελαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις, ὀξὺ ὑποδεξάμενος ἀκροβολιζόμενος; Sic Ἀρείος πάγος apud Aristot. lib. 2 Polit. cap. 10, Collis Martius: alii verò minus rectè Vicus Martius, πάγος ea signif. accipientes qua Latinum vocabulum Pagus. Eurip. plurali etiam dixit, ἐν Ἀρείοις πάγοις, pro ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, teste Eustath. vbi πάγος exponitur ὄχθος. ¶ Item Humor frigore adstrictus seu concretus, Glacies. Plut. De primo frig. ἐμφαίνει δὲ μᾶλλον, ὅσον τὸ θερμὸν ἐξεθλίβη καὶ διέπαπε, πάντα τοῦτο παντάπασιν ὑπὸ τῆς ψυχρότητος παγῆναι. διὸ καὶ πάγοι καλοῦνται. id est, Turnebo interpr. Quum potius appareat, quorum calor expressus euolatit, ea prorsus omnia à frigore concrescere. ex quo etiam πάγοι Græcè vocantur. Aristot. De mundo, ἀπὸ τῆς ἀτμώδους ἀναθυμιάσεως γίνονται δρόσοι καὶ ὁμίχλαι καὶ πάγων ἰδέαι. vbi Budæus vertit Gelu species, Gelu omne genus. Itidẽ in Epigramm. πάγος κρυόεις, gelida glacies. Theophr. lib. 5 De caus. plant. πάγος ἰσχυρὸς, solida & firma glacies. pro quo & στερρὸς πάγος, vt Plutarchus De sollertia anim. ἀλώπηκα πειθοῦσαν γνώμονα τῆς τοῦ πάγου στερρότητος. ἡσυχῇ γὰρ ὑπάγουσα τῷ βαδίσματι τοὐπίσω, & quæ sequũtur. Sic Plin. lib. 8, cap. 28, Obseruatũ, eam aure ad glaciem apposita coniectare crassitudinẽ gelu. Rursum Aristoteles in Probl. dicit ἐν πάγοι, pro In glacie, à Πάγος neutro genere posito. Pro Gelu, id est glaciali frigore, vsus est Plato in Sympos. καὶ ποτ' ὄντος τοῦ πάγου οἷον δεινοῦ πάνυ, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἐνδοθεν, ἢ, εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας. ¶ Πάγος dicitur etiã Sal. nã & ipse est ex humore salso cõcretus. quo significato πῆγος quoque vsurpat comicus quidam, Lycophron, — Αἰγαίωνος ἀγνίπτου πάγον, quasi Lustrale Neptuni concrementum.

C. Παγοπηξία, ας, ἡ, Veterinorum morbus, quum nimirum gelu percelluntur. vt apud Virg. l. 3 Georg. — vbi frigidus imber Altius ad viuum persedit, & horrida cano Bruma gelu. Qui morbus peculiariter in bobus à Colum. vocatur Coriago. Apsyrtus, χειμῶνος ὥρᾳ πάγοι λυποῦσι περὶ τὰς ὀσφυοπρίας ἵππους τε καὶ τὰ λοιπὰ θήρια ὑποζυγίων, ὡς αὐ ἔτυχε. πυθόμενοι δὲ ἰατροὶ τὸ πάθος ὀνομάζουσιν παγοπηξίαν.

C. Πάγουρος dicitur cancri quoddam genus, τοῦδε τὸ οὐρεῖν καὶ φυλάττεσθαι ἐν πάγοις, id est κρημνώδεσι τόποις, vt in lexico meo vet. traditur. Omnes tamen generaliter cancri sub πάγοις fluminum latẽre solent, id est sub ripis præruptis. Vide Aristot. & Ælianum. Plin. quoque pagurum appellat. ¶ Lycophron aliter etiam vsurpat. Eustath. pag. 762, καὶ ὅρα τὸ, Γῆρας ἀπεξύσας, ὡς ἐς φιῶδες ῥηθὲν τῇ τοῦ γεροντικοῦ δέρματος τραχύτητι· δι' ἣν καὶ πάγουρον αὐτὸν ἡ Κασάνδρα που καλεῖ. Loquitur autem de Phœnice Achillis pædagogo.

C. Ἐπίπαγος, ου, ὁ, Superficies aquæ concreta, seu Id quod in summa aquæ parte congelatum est. Dioscor. lib. 1, cap. 134, de succo acaciæ, πλωΐσκει δὴ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ πειθοῦσιν μεθ' ὕδατος, ἀποχορδόν τοῦ ὀπίου ἄχρις οὗ καθαρὸν ἐφιστῇ τὸ ὕδωρ, effuso quod in summa parte concreuerat. Ab eodem Dioscor. ὀπίπαγος dicitur succus ille qui inciso arboris cortice emanans concrescit & congelat. vt lib. 1, cap. 182, de moro, ὀπίζεται δὲ περὶ τὴν πραμιὴν τῆς ῥίζης θερομουχθείσης καὶ ἐκκοπείσης. θυείσκεται δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ὀπίπαγός τις. id est (Ruellio interprete) Succum emittit qui postridie concretus inueniri solet. Plinius verò hoc vocabulum non expressit, quum lib. 23, c. 7 dixit, Radix per merces incisa succum dat. Quod verò idem Dioscorid. lib. 4, cap. 8, de fungis venenãtis scribit, ἔχουσι δὲ καὶ γλοιώδη οἱ τοιοῦτοι ὀπίπαγον, idem Ruell. sic vertit, Continent qui tales sunt, nescio quod strigmentum concretámque pituitam. Ad primum verò locum quem citaui, magis accedit hic eiusdem Dioscor. lib. 5, cap. 137, de adarca, ἔστι δὲ ὡς ἅρ' ὀπίπαγος ὑφαλμυρίζων, καθ' ὑγρῶν καὶ τελματωδῶν τόπων ἐν ξηρασίᾳ ὀπιγνόμενος, καὶ περιπηγνύμενος καλάμοις καὶ χορτοῖσις. Quæ Ruell. sic interpr. Est autem tanquã cõcreta salsilago, humidis & palustribus locis siccitate emergens, & arundinibus ac herbis agglutinata. Plin. lib. 32, c. 10, dicit nasci circa arundines tenues, è spuma aquæ dulcis ac marinæ, vbi se miscent.

C. Ὁμόπαγοι, Qui eiusdem pagi sunt. Sic v. lex. sine autore & exemplo. Verisimile est certè ex aliquo alio recenti esse sumptum. NAM Πάγος pro Pagus seu Vicus à vetusto scriptore vsurpatum nusquã inueni. Apud Suidam tantùm REPERI Παγανοὶ, quod merè Latinum est. Nam Pagani Latinis dicuntur Qui in pagis habitant. Ipse tamen Suidas exponit ἀγράπυνται, hunc locum afferens, σωεῖσθαι δὲ γωνιαί τε καὶ ἡ σραπία καὶ παγανοί.

Παγῴδης, ες, ὁ καὶ ἡ, Glacialis, Gelidus. Idem cum παγετώδης.

Παγῴος, οῦ, ὁ, Glacialis. Vide in Πηγὰς paulo suprà.

Παγετὸς, οῦ, ὁ, idem cum πάγος significante Glacies, Gelu. Xenophon Cynegetico, ὅταν παχνὴ ᾖ, ἡ παγετός. Hesych. Παγετὸς exponit non solùm κρυσταλλος, sed etiam ψυχος, itidémque Παγετῷ, ψυχρῷ, κρυμῷ. Exponitur etiam κρυμνὸς, πιόπλοος, vt πάγος.

Παγετώδης, ες, ὁ καὶ ἡ, Glacialis, Gelidus: vel Glacici instar concretus, Glacie seu gelu adstrictus. Aristoteles De mundo, ἀὴρ ὑποκέχυται ζοφώδης ὢν καὶ παγετώδης τοῦ φύσει, aer suapte natura caligine & gelu permistus seu concretus.

Παγὰς, idem cum πηγάς. Hesychius ita vocari scribit terram quandam ab agricolis. Quæ verò ea sit, vide ex eodem in Πηγάς. In Suidæ autem codice pro Παγὰς, quod dicit esse δοῦνεον Φεραίων apud Demosthenem in Philippicis, REPONE Παγασαὶ ex Harpocr. & Demosthene ipso. VNDE Παγασαῖος, Ex oppido isto oriundus. Epitheton Apollinis apud Hesiodũ in Aspide, quòd ibi coleretur.

¶ Πάγιος, ου, ὁ, Fixus, Firmus, Stabilis. πεπηγμένος καὶ ἑδραῖος, vt exponitur in lexico meo veteri. Nazianzenus, γῆ παγία, terra fixa & stabilis. Apud eundem πάγιος λόγος. quod exponitur Certa ratio. Magis ad verbũ, Firma. COMPAR. Παγιώτερος, Firmior, Stabilior. Ex eodem Nazianzeno, παγιώτεροι πρὸς τὸ καλὸν, pro Stabiliores in bono.

Παγίως, Cũ firmitudine, sicut ea quæ fixa sunt, Firmè seu Firmiter. Vtitur Plato in Theæt. item Philo. At Aristoteles παγίως λέγειν dicit pro Asseuerare, Cõstanter affirmare: lib. 2 Rhet. καὶ ἀμφισβητοῦντες, ὡς ἐστιν ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ πάγιον· καὶ πάντα λέγουσιν οὕτω, παγίως δ' οὐδέν. COMPAR. Παγιώτερον, Firmius, Constantius.

Παγιόω, ῶ, Firmum & fixum statuo, seu Firmo, Stabilio. vnde παγιωθῆναι, & participium Παγιωθεὶς, quod in lexico meo vet. exponitur ἑδραιωθείς.

Composita cum præpositionibus.

C. Ἀμφιπαγὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Circũquaq; firmus vel firmiter hærens. Apud Nonn. ἀμφιπαγὴς λίθος exponitur Solidus lapis. Sed VERBI Ἀμφιπήγνυμι pro Circumcirca compingo & coagmento, Circumquaque figo & firmo, nulla afferuntur exempla.

C. Ἀντιπαγὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, E contrario compactus, Ex adverso compactus, vel fixus. Aliis, Cõtrario modo constitutus. Verbi AVTEM Ἀντιπήγνυμι, pro Ex adverso figo, vel compingo, nullum vsum reperi.

C. Ἀνάπηγνυμι, Suffigo, Suspendo. Vide in Διαπαλαλεύω.

C. Ἀπόπηγνυμι, Congelo, Conglacio, Frigore cogo & adstringo, seu Concrescere & congelascere facio. Pass. Ἀποπήγνυμαι, Congelo seu Pergelo, id est Penitus gelu adstringor & coeo. quo significatu Bud. affert ex Xenophonte. Itidem Athenæus lib. 2, κρήνιον γὰρ αὐτοῦ ἐστιν λίθος ψυχρότερον ἐξ οὗ πολλοὶ μὴ πίνοιν, ἀποπαγήσεσθαι προσδοκῶντες.

C. Διαπήγνυμι, Compingo, Concinno, Compono. ex Luciano. Videtur habere aliquam διαχωρήσεως quoque significationem. VNDE Διάπηγα, τά, Intercolumnia, vt exponitur libro 3 Regum, cap. 7, καὶ ὀπὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ διαπρεύματα καὶ διάπηγα αὐτῶν τετράγωνα. Vbi Hebraico textui apposita versio sic habet, In angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant, & media intercolumnia quadrata. Ita vt Διάπηγα sint Intercolumnia, hoc est Columnulæ paruæ quæ inter maiores columnas panguntur. Atque ita Διαπήγνυμι fuerit Depango inter, vel Distinguo & separo iis quæ depanguntur.

C. Ἐκπήγνυμι SIVE Ἐκπηγύω, Congelo, Conglacio, Gelu adstringo, Frigore coire & concrescere facio. Theophrastus De causis plantarum lib. 5, cap. 20, καὶ ὅλως οἱ τρώτως οὐκ ἐκπηγνυντες τόποι, παχὺς ὄντος τοῦ ἀέρος, καὶ ἐκπηγύοισι. Ibidem pass. πλείω γὰρ ἐκπήγνυται καὶ πολλάκις ἐν τούτοις. Aliquanto pòst, τρόπον μᾶλλον ἐξεπήγνυτο.

Ἔκπηξις, εως, ἡ, Congelatio, Concretio quæ frigore fit. idẽ cum πῆξις. Theophrast. loco citato, αἱ δ' ἐκπήξεις πόρον δι' ἀὴρ τοῦ παχυτέρου τὸ ἄερος, ἢ δι' ἀὴρ τοῦ λεπτοτέρου γίνονται. Ibidem aliquoties SCRIPTVM Ἔκπληξις perperam pro Ἔκπηξις.

Ἐκπηκτικὸς, ῶ, ὁ, Congelandi & conglaciandi vim habens. idem cum πηκτικός. Theophrast. loco citato, sub finem capitis, διὸ καὶ εἴ που μὴ ὑδατώδης ὁ ἀὴρ, ἀλλ' ἅμα τῷ πάχει ξηρὸς, οὐκ ἄλογον εἰ μᾶλλον ἐκπηκτικός.

C. Ἐμπήγνυμι, Compactum & coagmentatum infero: vel Infigo, Depango in. Macedon. libro 2 Epigr. in vetulas, τίς γὰρ ὀδόντων Ὄρχαπον ἐμπήξει φαρμακόεντα δίλαι; Quis enim infiget & inseret ordinem dentium pharmacis? Nullis enim medicamentis dentes qui exciderũt vetulæ, reparare quisquã possit. ¶ Exponitur etiã Concrescere facio, Cogo, seu Coagulo: itidémque Ἐμπήγνυμαι Congelor, Gelu concresco seu coeo.

Ἐμπήκτης, ου, ὁ, Hesychio ὁ τὰ δικαστικὰ γραμματίδια τοῦ τοῦ θεσμοφόρου λαμβάνων ὑπουργέτης, καὶ πιστεύων εἰς τὴν κανονίδα. quæ verba sic exponunt, Minister qui forenses legalésque tabulas à legislatore accipiens in libellos compingit. Librorum quoque (vt hodie vocamus) compactores ἐμπῆκται fortasse nominare licebit.

C. Ἐπιπήγνυμι, VEL Ἐπιπήγω, In summa parte congelo, In superficie conglacio. Pass. Ἐπιπήγνυμαι, vel Ἐπιπήγομαι, In superficie congelor, In summa parte concresco & coeo. Theophr. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ αὐτόματος ὀπιπηγνυμένων δακρύων, οἷ ὀπὶ τοῖς ἀκάνθαις πίπτουσι. Ab altero autem ὀπιπήγομαι est ὀπιπήγνυτο, In summa parte seu superficie concrescit. Glacies verò superficiaria, vel Humor in summa parte concretus, DICITVR Ἐπίπαγος, ab hoc Ἐπιπήγνυμαι, vt πάγος à Πήγνυμαι. Gal. libro 2 ad Glauc. τοῖς γεμοῦν ἐν τοῖς τοιούτοις κηροῖς φαρμάκοις ὀπίπαγός τις ὀξύθεν ὀπιπήγνυται φαῦλος, ὑφ' οὗ τὸ βάθος τοῦ φαρμάκου κηρότερον ἢ ὀξὺ ἀρχῆς φαίνεται. Hesychio quoque ἐπίπαγος est τὸ ὀπὶ τοῦ ἐφωῴου, ἡ χραῖς, nimirum cuticula rugosa quæ in superficie pulsis contracta & concreta frigore ei innatat: alio nomine χραῖς appellata, de quo suprà, semipag. 849 tomi primi. De Ἐπίπαγος verò dixi & paulo antè, post πάγος.

C. ΚΑΤΑπήγνυμι, Gelu constringo, Congelo, Conglacio. Pass. Καταπήγνυμαι, Gelu coeo & cõcresco. Aristot. Hist. anim. lib. 6, ὑπὸ ψύχους καταπήγνυται, gelu concrescunt. ¶ Item Defigo, Depango. vt καταπῆξαι πάλαλον. quod vide in Πάταλος. Item Aristot. Hist. anim. lib. 5, εἰς πῶλῳ καταπῆξαι τὸν αὐλὸν, in terram depangere cauliculum. Quo loquendi genere vti Columellam, in Πικτὸς docui. Item Aristot. Polit. 7, ἐν δὲ τοῖς ἔθνεσι τοσούτοις τὸν ἀριθμὸν ὀβελίσκους καταπηγνύουσι περὶ τὸν τάφον ὅσους αὐ διαφθείρῃ τοῦ πολεμίου. Passiuè autem βρόχοι & παγίδες dicuntur καταπηγῆναι, in terram depacti esse, ad capiendas feras. Bas. κεκρυμμένοι βρόχοι τοῦδε τὸ ἔχθρὸ πολλαχόθεν καταπήγασι. Dicitur ETIAM Καταπήγνυν SEV Καταπήγειν pro Defigere, Depangere, sicut non πηγύειν tantùm, verumetiam πήγνυν.

Καταπῆξ, ῆγος, ὁ, Palus qui in terrã depangitur, qui & σαυρός. Suid. καταπῆγας exp. τὰ πηγνύμενα ξύλα ἐν τοῖς ὕδασιν, subiungens hunc locum, ἐπεὶ τὰ ὑποκείμενα οὐχ οἷά τε ἦν καταπῆγας δέχεσθαι, ὑφ' ὧν ἔδει σωέχεσθαι τὰ ὀπὶ τῶ ῥεύματος καθέδρα. Vulgatis lexicis Καταπῆγες sunt etiam Pessuli: sed perperam ibi SCRIPTVM Καταπίγες.

c. 2. Ἐγκαταπήγνυμι, Defigo, seu Depãgo in. Vnde particip. Ἐγκαταπῆξας.

C. ΠΑΡΑπήγνυμι, A latere figo, Iuxta defigo seu depango. Vnde παραπήγα, Defixus seu depactus sum. Iliad. γ, τοῦδε δὴ ἔγχα μακρὰ πέπηγμ, iuxta verò eos (milites nimirum à belli labore respirantes, & scutis acclinatos) defixæ sunt hastæ. vt ibi tmesis fit pro παραπέπηγα. Item metaphor. Isocr. αἱ λύπαι τοῖς ἡδοναῖς παραπήγασι, pro Doloribus adiunctæ sunt voluptates. Vel, Nulla voluptas est cui non affixa adiunctáque sit aliqua molestia. Itidem Greg. παραπήγασι τοῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι, καὶ εἴη πως ἀγχίδυροι. nisi potius ibi significet Po-

sita sunt iuxta virtutes vitia. nã ferè vna quælibet virtus habet sua à latere vitia: vnde & in medio cõsistere dicitur. Vera tamen est & altera expositio, nimirum nullam in quopiam homine virtutem esse cui non vitiosi aliquid admixtum sit. Budæus ibi interpr. In vicino collocatæ sunt, Adhærent. Itaque Παραπήγνυμι significat Iuxta defigo, Iuxta collocho, seu pono: item Affigo. quo significatu Προσπήγνυμι quoq; accipi tradunt. At ex Alex. Aphrod. in præfat. l. 2 Probl. affertur οἰκείαν ἀρχὴν παρεπήξατο pro Constituit.

Παράπηγμα, ατος, τὸ, Instrumentum astronomicum quo ortus occasusque siderum, tempestatúmque significationes cognoscuntur atque inueniuntur: inde dictum (vt putant nonnulli) quòd è multis variisque cõcinnatum esset. Vitruuius lib. 9, cap. 7, Quorum inuenta sequuti, siderum & occasus & ortus, tempestatúmq; significatus, Hipparchus, Aratus, cæterique ex astrologia parapegmatum disciplinis inuenerunt, & eas posteris explicatas tradiderunt. Apud Suidam ita legitur, Παράπηγμα, κανὼν, ᾧ εἴδός πόρπαγου ἀστρονομικοῦ. Quibus verbis hunc locum subiungit, εἰ δὲ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικάρδιον ἐθέλεις περὶ τὸν θανατον εἰπω. Diogenes Laert. lib. 8 tradit Democritum astronomica scripsisse παραπήγματα.

C. ΠΕΡΙπήγνυμι, Circunquaque compingo & coagmento. Item, Circunquaque figo vel defigo. Item, Circunquaque congelo & concrescere facio. Vide Επίπαγος.

C. ΠΡΟπήγνυ, Prius congelo, Prius concrescere facio. VNDE Προπηγὸς. Prius conglaciatũ, Prius concretum. Apud Dioscoridem verò lib. 3, cap. 92, ὁνίοτε δὲ δύεται καὶ προπηγὸς δάκρυον, Ruellius vertit, Interdum etiam cõcreta inuenitur lacryma. ΑΤ Προπαγὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Prominens, Protuberans. Luc. ὀφθαλμοὶ δὲ προπαγεῖς, Prominẽtes oculi. seu Ita prominentes acsi ante ipsa oculorum caua fixi essent, non intus collocati.

C. ΠΡΟΣπήγνυμι SIVE Προσπηγνύω, Appingo, Affigo. Item Cruci affigo, Cruci suffigo: quorũ illo Curtius vtitur, hoc Suetonius. Act. Apost. cap. 2, ὅρος πήξαντες ἀνείλετο, Cruci affixum peremistis, In crucem sustulistis. Alibi σταυροῦ vsurpat.

Πρόσπηγμα, ατος, τὸ, Id quod affixum est. Προσπήγματα Hesychio sunt pars quædam nauis.

C. ΣΥΜπήγνυμι, VEL Συμπηγνύω, ITEM Συμπήσσω, Compingo, Coagmento. Cui opponitur λύω, Soluo, Dissoluo. Vnde συμπεπηγὼς, Cõpactus, Coagmẽtatus, Cohærens. Luc. De saltatione, ὀκνήσας δὲ τὸ μετὰ ποδὸς πάσσειν ἔσω, καὶ τὸ σῶμα λελυμένος τε ἅμα καὶ συμπεπηγὼς ὡς λογίζεσθαί τε ὅσον κεμρὸς, ᾧ σωίσασθαι καρτερῶς, εἰ πύρου δέοι. Συμπηγνυμαι actiua quoque significatione accipitur pro Cõpingo, Coagmento, seu Cõpingendo fabricor, Coagmẽtando ædifico. Appian. in Mithridate, ἐν πύργῳ Μιθριδάτης ναῦς πλείους ὅσας τις Ῥοδίους συνεπήγνυτο. Metaphorica quoque significatione vsurpatur. Plutarchus Romulo, συνέπηξε τὰ γένη, compegit & commiscuit. Idem in Camillo, συμπηγνύναι τὰ λείψανα πόλεως διεφθαρμένης, euersæ vrbis reliquias colligere & coagmentare. ‖ Item Concrescere seu coalescere facio, Cogo, Coagulo. idẽ cum συνάγω τυγκρίνω. Cuius significationis exemplum ex Homero vide in Οἶς, suprà, tomi 1 semipag. 1375: vbi de lactis coagulatione dicitur. Item συμπήγνυ carnes herba incocta dicitur pro Facere vt inter coquendũ coeant & in vnam massam cogantur: ipsas autem carnes ita inter coquendũ συμπεπηγυῖας Latini dicunt Conferuere, Conferuescere. Dioscorides libro 4, cap. 9, de symphyto petræo, καὶ τὰ κρέα δὲ συμπήγει ἑψόμενον σὺν αὐτῇς. (sic enim reponendum pro ἑψόμενα) Vnde Plinius lib. 27, cap. 6, Tãta præstantia est vt carnes quoque dum coquuntur, cõglutinet addita. vnde & Græci nomen imposuere. Rursum Dioscor. cap. seq. de altero symphyti genere QVOD Πηκτὸν nominatur, καὶ τὰ κρέα δὲ συνεψόμενα [αἱρίζει] συνάγουσι. Itidem cap. sequenti de holosteo, δύναται δὲ καὶ αὐτὴ κρέα συνάγειν συνεψόμενη. de qua herba Plinius lib. 27, cap. 9, Vulnera quoque conglutinat: nã & carnes coguntur addita. Vbi etiam NOTA Συνάγω ET Συμπήγω synonymos vsurpari. Sed perperã apud Dioscoridem pro συμπήγει SCRIPTVM Συμπήγει, vt ex Plinii quoque verbis liquidò apparet. Pass. signif. συμπέπηγε, Coaluit, Concreuit. Et συμπεπηγὼς ac συμπαγὶς, Qui coaluit, Concretus.

Σύμπηξις, εως, ἡ, Compactio, Coagmentatio, Conglutinatio. idem cum πῆξις, seu κόλλησις. Herodianus lib. 4, ἄλλης μὴ ὑλης οὐδεμιᾶς μετεχούσης ἢ ἐκ μόνης συμπήξεως ξύλων μεγίστων, εἰς ἅρμα οἰκήματος, nulla præterquam lignorũ ingentium materia compactus in tabernaculi formã. Metaphoricè verò Plutarch. De defectu oracularum, Ὁ αὐτῶν θεὸς τὸ μαντικὸν πνεῦμα λαμβάνων σύγκρασιν ἅμα ψυχῆς καὶ σύμπηξιν, οἷον θεὸς τὸ φῶς ἡ ὄψις ὀξυτάτας γινόμενον. id est (Turnebo interprete) animũ cum diuino anhelitu sic temperari atque cohærescere vt aspectus cum lumine consentiente atque congruente.

Σύμπηκτος, ε, ὁ καὶ ἡ, Compactus, Coagmentatus, Compactilis, Plinio. Aristophanes Ranis, Καὶ καινὰ δῆσιν καὶ πήχεις ἐπῶν, καὶ πλάσας ξύμπηκτα πλινθεύσουσί γε, ita struẽt quadrata vt coeant & coagmententur.

c. 2. Ἀσύμπαγὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Qui compactus & coagmentatus non est, Compage carens. ὁ μὴ συμπαγὴς, seu ὁ μὴ συμπεπηγώς. Vel, Malè compactus. Malè coagmẽtatus.

Πηπύα quoque à πήσω seu πήθω deriuat Gaza lib. 3 Grammat. quo modo πίπτω à πῖπα ortũ esse opinor. Significat autẽ Πηπύα coagulũ: quod & ipsum à Cogo, synonymo verbi πήσω seu πήθω, denominatum est. Suidas exponit ὁ ὀπὸς ὁ πυρδυῶν τὸ γάλα, succus qui lac in caseum cõtrahit: afferens hunc versum prouerbialem, Αὐτὸς γὰρ ὀρεῖ τὸ κακοῦ πλὴν πηπύαν: & πηπύαν exponens τυρὸν, annotánsque dici ὅτι τοῦ ἑαυτοῖς κακὰ ὀλιγάκις ῥέοντος. Frequentius reperio diuersa SCRIPTVRA Πυπία, itidẽ pro Coagulum, seu Lactis coagulum: alio nomine ὀπὸς dictum κατ ἐξοχὴν. de quo suprà pag. 1375, litera A, vbi etiam exempla huius vocabuli πυπία inuenies, nimirum ex Eustathio, ἡ τῶν τυρῶν συμπήγουσα πυπία: item ex Dioscoride πηπικὸς ὅθι γάλακτος, ὡς καὶ ἡ πυπία, cum hac interpret. Plinii, Coaguli modo lac contrahit. Idẽ Dioscorides lib. 2, c. 85, de coagulo leporino, πύσα πυπία πήσει μόνη δέρμα λελυμένα, λυει δὲ τὰ σωεστῶτα. VNDE Ἐμπυπάζω, Coagulo iniecto contraho, seu Coagulo. A quo participium Ἐμπυπασθεὶς, Coagulatus, vt ἐμπεπαδὲν γάλα, Lac coagulatum, Lac quod coagulo iniecto coiit. τὸ πεπηγὸς, vt Dioscorides l. 6, c. 26, πήγνυται καὶ τυροῦται τὸ γάλα, in caseum glaciatur seu cõgelatur. Sic enim loquuntur Columella & Ouidius. Dioscorides loco citato, καὶ τῆς λαβεῖν εὐπυπαδὲν γάλα αἰθρόως, πολὺς πνιγμὸς γίνεται, δέρμα τὸ θρομβοῦσαν, οἷς βοηθεῖν τὰς γυναῖκας φέρειν δεῖ ὥσπερ αὐτίδοτον, πυπίαν σιωὶ ὄζει. Vnde Scrib. Largus cap. 65, Lac potum & gelatum odore spirationis cognoscetur: præfocãtur autem & hoc homines. Adiuuari autem debent qui ab eo laborant, mentha quãplurima sæpius sumpta: item coagulo agnino, leporino, porcino. Venenosum porro esse coagulatum lac atque adeo coagulum, tum ipse Dioscorides & alii docent, tum Plinius lib. 28, cap. 10, Asinino lacte poto venena restinguuntur, & si coagulum alicui nocuerit. nã id quoque venenũ est in prima lactis coagulatione. Sed notandum, passim inuersa scriptura LEGI Πυπία ET Ἐμπυπασθεὶς, vt tum apud Dioscoridem, tum apud Paulum Ægineta, & alios: quæ scriptura mendosa est. Nam Πυπία SIVE Πυπίεια, promontoriũ est prope Lampsacum, ita nominatum διὰ τὸ πίτυς πολλὰς ἔχειν, vt in lexico meo veteri habetur. Itidem apud Eustathium pag. 355, Πυπία ἡ Πυπίεια, ὀνομασθεῖσα παρονομασθεῖσα. Et mox, ἡ Πυπία τῆς Παριανῆς ὅθεν, ἥς ὑποκείεται πυπαδὲς ὄρος. quæ ex Strabone refert. Stephanus verò discrimen facit inter Πυπίλω & Πυπίειαν. nam Πυπίειαν dicit esse vrbem sitam inter Parium & Priapũ: cuius GENTILE Πυπαδί: at Πυπίλω esse vrbem Cariæ, cuius ciues VOCARI Πυπάται. Nominis autem Πυπία pro coagulo vsurpati nullam apud quempiam lexicographum mentionem reperi: contrà Πυπία apud Hesych. serie alphabetica legitur, necnon apud Eust. & Diosc. aliquot in locis.

¶ Πάσσω, VEL Πάττω, pro Πήσω seu Πήθω vsurpatum nusquam reperi, sequentia tamen ex eis deducta sunt: nisi

nisi Doricè ᾱ in α mutasse verius dici possint.

Πακτὸς, οῦ, ὁ, idem cũ πηκτὸς, id est Cõpactus, Coagmentatus. At πακτὰ δωμάτων dicuntur Fores, pro quo Aristophanes πηκτὰ δωμάτων, vt suprà in Πηκτὸς docui, ad quod te remitto. Eurip. λύε πακτὰ δωμάτων, Resera fores, Reclude ianuam, seu claustra. Apud Dioscoridem quoque πακτὸς pro cõpacto & spissè coagmentato sæpe vsurpari putatur, eique opponi ἀραιὸς, id est Rarus, Laxus. Et Πακτὰ apud Hesych. ἁρμοσμάτα, πτερτηρίδια. At FOEM. Πακτὴ, ᾶς, ἡ, idem cum πηκτὴ, id est Lac concretum per coagulum, admisto melle. vel etiam Caseus recens coagulatus. Theocritus Idyll. 11, de Galatea, Λευκοτέρα πακτᾶς πυκνοῖς, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνός. vbi schol. πακτᾶς exponit τυροῦ πυκνοῦ, quem Attici βεφαλίδα appellant. Habes & alium locũ ex Epigr. suprà in Πηκτὴ citatum.

Πακτόω, ῶ, Fut. ώσω, Compingo, Coagmento. ‖ Πακτῶσαι θύρας, Obserare fores, Claudere ianuam. vel Obdere pessulum ianuæ, Obice obfirmare ostium. κλεῖσαι, vt Pollux exponit, ex Archilocho eius vsum afferens. itidémque ex Aristoph. πρὸ τύλαια πακτῶν, vestibuli fores claudere: & synonymos ex eodẽ. θύρας βεβαλαίωκε καὶ θύραι. Idem Aristoph. ὑδροφόρας & ὁπὰς πακτοῦν dicit pro Obstruere: itidémque τρημνὰ πακτοῦν, in Vespis, — ἡμεῖς δ' ὀσ' ἦν τετρημένα, ἐπεβουσα ὀρακίσιν κατεπακτώσαμεν. vbi schol. exponit ἐπεξαλείψαμεν, ἐπληρώσαμεν: eo quòd πακτῶσαι significet σφιγῶσαι. Suid. quoq; πακτοῦν exp. κλεῖσαι, ἀσφαλίζεσθαι, ex Aristoph. Lysistr. μοχλοῖσι τὰ πρὸς πύλαια πακτοῦν, pessulis obfirmare vestibula. cuius loci ex Polluce quoque mentionem antè feci. Sic Eustath. pag. 1532, δῶμα πάκτου, ex Sophocle: itémque ex Aristophane, κατεπακτώσαμεν γε τὰς θύρας. In hoc verò Herodoti loco quem ibidem affert, πακτῶσι τὰς ἀρμονίας βύβλῳ, exponens καταστεφανίζουσι, malim in prima signif. interpretari Cõpingũt, Coagmẽtant. ‖ Pro Distendere & compactius reddere, ex Aristoph. affertur. quæ tamen, nimirum Distendere & Compactius reddere, contraria sibi sunt. Pro Distendere vsurpatum videtur in hoc epigr. de vento vela implente, Ἀλλ' ὅταν ἐμπνεύσῃ, κατὰ θυίσα πάντα φέρηται, λαιφεα πακτώσας, μέσσα δέοι πελάγη.

C. Ἐπιπακτόω, ῶ, idem cũ πακτόω. Vnde ὀπιπακτοῦν θύρας, obserare seu claudere fores, vt πακτοῦν. Pollux lib. 10, cap. 4, τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον καὶ τὸ Πακτοῦν καὶ τὸ Ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ὀδεῖ. ὡς καὶ τὸ Ἀνοιγειν ἔστι τὸ Λυειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης, — λύε πακτὰ δωμάτων. Vbi obserua opposita πακτοῦν seu ὀπιπακτοῦν τὰς θύρας, & λύειν πακτὰ δωμάτων.

Πάκτων, ωνος, ὁ, genus nauigii fluuiatilis, quod solui poterat, vt expeditius transportaretur, iterúmque vbi opus esset, compingi. De quo Diod. Sicul. l. 20, διεσκευάσατο κατασκευάζειν πτέρυα πλοῖα διαιρετὰ, διὰ τοῦ μεταφέρειν ἐξαπεκμμενα, καὶ πάλιν ἀναζευγνύμενα. Strabo lib. 17, p. 353, διέβησαν δ' εἰς τὴν νῆσον ὀπὶ πάκτωνος· ὁ δὲ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγὸς ὀδὶ σταφίνου, ὥστε ἐοικέναι ἐξαπλοκίνῳ. Hæc ex Bayfio, qui πάκτωνα scribit ab eodẽ vocari πορθμεῖον. Erat igitur nauigium ex vitilibus virgultisque contextum (vt ex Strabone patet) & vel corio obtegebatur vel bitumine oblinebatur, ne aquam transmitteret.

Πακτὶς, ίδος, ἡ, Instrumẽtum musicum, idem cum πηκτὶς, de quo suprà. Demetr. Phaler. ex Sapphone, πολὺ πακτίδος ἀδυμελεστέρα.

Π Ἄ Χ Ν Η, ης, ἡ, Ros glaciatus. i. Pruina. Aristot. De mũdo, κρύσταλλος ὕδωρ, ἀθροον ὕδωρ ὑπὸ ἀθρίας πεπηγός· πάχνη ὑπὸ δρόσος πεπηγυῖα· δροσοπάχνη ὑπὸ ὑμπαγοῦς δρόσος. i. Glacies, est aqua conferta à serenitate compactilis: πάχνη, ros concretus: δροσοπάχνη, ros semicõcretus, quasi ros pruinosus. Bud. Itidem Plin. lib. 2, c. 60, Grandinem congelaciato imbre gigni, & niuem eodem humore mollius coacto: pruinã autem ex rore gelido. Od. ξ, — χιὼν γίγνετ' ἠὼ πάχνη ψυχρή. Aliud exemplum ex Apoll. vide in Σωεχὲς, suprà, tomi 1 semipag. 1357, litera H. Confer etiam quæ Theophrast. scribit De caus. pl. lib. 5, cap. 19, cum iis quæ Plin. lib. 17, cap. 24. Secundum Suidam, ἐπιδαὶ ὀκ γῆς ἢ ὀκ θαλάσσης ὑφ' ἡλίου ὑγρασία ἀνενεχθεῖσα μὴ καπεργασθῇ, καταψυχθῇ ὑπὸ πάχνη καλεῖται. Hesychio πάχνη est παχεῖα δρόσος, vel λεπτὴ χιών, vel τὸ πηγνύμενον ὑπὸ ὕδατος ὑπὸ ψύχους. Idem πάχνη exponit etiam ψυχρότης, à πήγνυμι deriuans. INDE Παχνώεις, εντος, ὁ, ET Παχνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Pruinosus. ITEM Παχνόω, ῶ, Gelu constringo, Conglacio, Congelo. idem cum πήσσω, quemadmodum Suidas παχνοῦται exponit πήσσεται, πήγνυται. Plutarchus De oraculo Pyth. non procul ab initio, αὐτὸς γὰρ ὑφ' αὑτῷ παλαιοῦ ὄφους ὁ χαλκὸς ὀπτεῖ καὶ μεθίησι τὸν ἰόν, ὃν ἡ πυκνότης συμπεχυσα καὶ παχοῦσα, πιεῖ ἐκφανῆ δι' πλήθος. At παχὺ ἢ πρ aliquid dicitur pro λυπεῖν, vt scholiastes Hesiodi exponit, dicẽs metaphoram sumptam à pruina quæ λυπεῖ τὰ λήια. Hesiodus Erg. Ὃς δέ κεν αὐτὸς ἑλὴ αἰαιδείῃσι πιθήσας, Καὶ τε σμικρὸν ἐὸν, τό γ' ἐπάχνωσε φίλοισι ἦπρ. Itidẽ Hesychius παχοῦται exponit λυπεῖται, αὐαίνεται, φείδεται, θυμοῦται, respiciens ad hunc locum Homeri Iliad. ο, de leone quem canes & rustici persequuntur, τὸ δ' ἐν φρεσὶ θυμὸν ἦπρ Παχοῦται. vbi Eust. exponit πικραίνεται καὶ ὀδυνᾶται τῇ λύπῃ, vel etiam ψυχεῖ, quoniam ψυχρὼν nomine intelliguntur interdũ τὰ ἀνιδῆ. Budæus Παχοῦται interpretatur, Pruina retorridũ fit. qui etiã in suis epistolis dicit παχνωθὴ ἄμπελος, vitis quam pruina adurit, vt Plinius loquutus est, lib. 17 capite 24.

(Πάχυς quoque eiusdem cum præcedẽtibus originis est, significans Spissus, Dẽsus, Crassus. Qualia sunt ea quæ gelu constringuntur, & ea quæ coagmẽtantur: immo ET Πυκνὸς alicui huc referendũ videatur. Seorsim tamen illud superius ordine literario posui, de hoc verò infrà suo loco dicetur)

Π Ἀ Σ Σ Α Λ Ο Σ etiam huc refert Eustath. nimirum ex πάσσω FACTO Πάσσος, ex quo Πάσσαλος, interiecta syllaba αλ: at πάσσαξ diminutiuum esse ait: pag. 1348, δεκεῖ δὲ τὸ πασσάλου θεωρεῖσθαι ὁ Πάσσος, ἐκ τοῦ πάσσω ῥήματος· ἐκεῖθεν δὲ, πλεονασμῷ τῆς ἄλ συλλαβῆς, γλυφέσθαι πάσσαλος· ἄλλως δὲ καὶ ὑποκορισμὸν, ὁ θεραπὰ τοῦ κωμικοῦ πάσσαξ. Igitur Πάσσαλος, id est Clauus ligneus, Paxillus, dicitur à πάσσω significante Figo, Pango, Defigo, Depango.

ATTICE Πάτταλος, sicut πήγω pro πάσσω Attico itidẽ more dicitur. Odyss. α, Πασσάλῳ ἐκρεμάσασα θεοῦ τρηχὺν ἱστὸν λέχεσι. Odyss. φ, Ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον. Alcæus apud Athenæum lib. 14, χάλκειαι δὲ πασσάλοις κρυπτοῖσιν θεοῦ κείμεθα λαμπραὶ κηπῶδες. Synesius epist. 45, διέβησε κατ' αὐτῶν. οἱ πάτταλοι γὰρ πατάλοις ὀκκρούονται, Paxilli enim paxillis excutiuntur, Paxillos impactos aliis paxillis superadactis expellere solent. Quod prouerbii vice vsurpatur, sicut & πατάλω ἀπακρεμάσαι, clauo suspendere, de re cuius curam abiicimus. Præcedenti autem Synesii loco similis hic apud Pollucem, Ἥλῳ τὸν ἧλον, πατάλῳ τὸν πάτταλον. vbi ludum quendam memorat quo non solùm oportebat καταπῆξαι τὸν ἧλον (Pangere clauum, Figere clauum, Liuio) κατ' ἠῆς δίυγρου, sed etiam τὸν καταπαγῆναι ὀκκρῦσαι, πλήξαντα τοῦ κεφαλὴν ἑτέρῳ πατάλῳ. Poeticè AVTEM Πασσαλόφιν dicitur pro Πασσάλου, vt ὀστέοφιν pro ὀστέου. Iliad. ω, Καδ δ' ἀπὸ πασσαλόφιν ζυγὸν ἤρεον ἠμόνεσσιν. Sic Odyss. θ, Καδ δ' ὀκ πασσαλόφιν κρέμασεν φόρμιγγα. Itidem apud Athen. lib. 11, ὑψοῦ κρέμασεν θεοῦ πασσαλόφιν.

Πασσάλιον, ου, τὸ, ET Πασσαλίσκος, ου, ὁ, SIVE Πατάλιον, ET Γαπαλίσκος, Clauiculus ligneus, Paxillus. vt πυθοῦ δεῦρ' πατάλιον, apud Pollucem libro 9, alio nomine κινδαλισμὸς dicta: de qua vide in præcedenti πάτταλος. Hesychio πασσάλιον est τὸ ζυγοῦ τῆς κιθάρας τὸ μέσον. At Γασσαλίσκος apud Hippocratem legitur, apud quẽ Galenus Γασσαλίσκῳ exponit τῷ σμικρῷ πασσαλίῳ. Est & aliud diminutiuum, NIMIRVM Πάσσαξ, quod à Πάσσος potius deducemus, vt νόσσαξ à νεοσὸς, pro νεοσσός. Aristophanes Acharn. πάσσακι τὰς ἀγλίας ὀξορύσαιτο, paxillo effodite. Vbi schol. quoque πάσσακι ait ὑποκοριστικῶς dici pro πασσάλῳ.

Παπαλίαι ἔλαφοι, Quorum cornua πασσάλου speciem gerunt. Aristoteles Historiæ animalium lib. 9, cap. 5, φύουσι δὲ διετεῖς περὶ τὰ κέρατα ἄθρα, καθάπερ τοῦ πατάλοις· διὸ καὶ καλοῦσι πάπαλιας αὐτούς. Vnde Plinius lib. 11, cap. 37, Aliis simplicia tribuit, vt in eodem genere subulonibus ex argumento dictis.

Παϊσαλβύω S E V Παϊπαλβύω, Fut. ύσω, Palum figo. vel A Palo figo, seu Palo affigo. Vnde Παϊπαλβύσαι quod Suidas exp. πρὸς πῆξαι, id est Affigere, Appingere.

C. ΔΙΑπαϊπαλβύω S E V Διαπασσαλβύω, Distēdo clauis ab extrema parte fixis. Plutarchus Artoxerxe, pag. 307, προσείβαζεν ἐκδεῖραι ζῶντα, καὶ τὸ ὑδρῶδες πλάγιον διὰ βιῶν ταυρῶν αἰαπῆξαι, τὸ δὲ δέρμα χρυσοῖς δραπαϊπαλβῦσαι. Itidē apud Aristophanem in Equitibus, Ἡ βύρσα συθραυβύσει. Δεῦρ' ὦ σε θύλακον κλοπῆς. Διαπαϊπαλβυθήσει χαμαί, hui mi distentus paxillis affigeris. παῖ δὴ βύρσας ἐκπείνοντες ὅπῃ τῆς γῆς, ἵνα μὴ σιωάγοιντο καὶ συσέλλοιτο ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καύσεως, καὶ ἄκρα παππάλοις καθακρούοντες ἐκπίνοιεν, vt ibi scholiastes annotat.

C. ΠΡΟΣπασσαλβύω S I V E Προσπαϊπαλβύω, Paxillis appingo seu affigo. Aristophanes Pluto, Καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δ' ἡμάλα ὥσπερ κοπίνῳ πρεσπαϊπαλβύσω τυπωί. id est πρεσπήξω. Et pass. voce ac significatione, Lucian. ὁρᾶν τὸν Ἀνδρομέδαν ὅπῃ τινος πέτρας προσβλῆτο πρεσπεπαϊπαλβυμμένον, paxillis affixam. vel Palo alligatam, vt Bud. interpr.

Πάσσαξ à Πάσσος potius deriuari, suprà docui. Apud Hesychium legitur etiam Πάσσακον, quod expon. πάσσαλον: à NOMIN. Πάσσακος. Ab hoc autem siue Πάσσαξ siue Πάσσακος deductum est DIMINVT. Πασσάκιον, ὀ, τό, vnde apud eundem Hesychium Πασσακίω, πασσάλῳ. Item VERB. Πασσακίζω, Palo figo, vel Palo affigo. vnde Πασσακίζουσα, quod idē exponit πασσαλεύουσα. AT Πασσάριος eidem est σανιδοῦς, Palus.

ΠΗΔΑΩ, ῶ, F. ήσω, Salio, Salco. Iliad. φ, ὁ δ' ὑψόσε ποσὶν ἐπήδα. Xenoph. Cyneg. de lepore, quem ἐλαφρὸν esse ait, ὅταν αἴρεμα δραπορεύηται, πηδᾷ· βαδίζοντα δὲ οὐδεὶς εἴωκεν. vbi nota opposita sibi, βαδίζειν, ambulare, & πηδᾷν, saltare, seu (vt Sueton. loquitur) subsultim currere. Aristot. de leone, ἐὰν αἰαλ καθῇ φύγῃ, ὑπηδᾷ· διώκων μόνοι ὑπορρίπτει ἑαυτόν. de quo Plin. Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non vtitur. Eubul. comicus apud Athen. lib. 3, de piscib⁹ qui in sartagine friguntur, (ἀγνιοειδῆς ἰχθὺς appellat) Πηδᾷ, χορεύει, πάλλος ὡς ὑπὸ ζυγοῦ. Apud eundem lib. 8, — κρέβιον πηδῶντ' ἔπι, salientē adhuc. Ex quo intelligitur Viuum. Rursum de homine in Epigr. lib. 2, titulo εἰς ἀγωνιστά, — πολὺ δὲ πόδας μου Ἐξάραι πηδῶν ἴσχον οὐδέποτε, neq; vnquam pedes meos ad saltū attollere valui. At Soph. Aiace, p. 3, Πηδῶντα πεδία σὺν νεορρύτῳ ξίφει, Subsultim percurrentē cāpos, Saltantē per cāpos. vbi subaudiunt κατά. (vt Homerus de equis currentibus, — ὦκα δίεπον κατὰ πεδίοιο pro διὰ πεδίοιο) Et Herodot. πηδᾷν ἵππῳ pro Insilire equo, sed constructionem illam cum datiuo meritò quis miretur. Prouerbiale & metaph. est πηδᾷν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, pro Transilire metam, seu τὸν ὅρον ὑπερπηδᾷν, vt Poll. loquitur. Basil. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες. quæ verba Bud. pag. 270, sic interpr. Philosophiæ fines egredientes, & immodicè philosophantes, vt qui saltu sulcum stadii transilientes, efferuntur vltra modum athletarū. Meminit & Eras. in Adag. Chiliad. Vbi interpr. Scamna transilire. Πηδᾷν καρδία dicitur in pauore & tremore. vt apud Plaut. — iam horret corpus, cor salit. Item in ancipiti expectatione. Aristoph. Nub. Οἶμαί γε τοῦ νεωτέρου τὴν καρδίαν πηδᾷν ὅ, τι λέξει, trepidè expectare.

Πήδημα, ατος, τό, Saltus. ipsum effectum τοῦ πηδῶντος. Luc. De salt. ἀγροίκων πολλάκις πρὸς αὔλημα γυναικεῖον ὀρχουμένων σφοδρὰ καὶ κοματηρὰ πηδήματα, de saltationis genere quodam Phrygio quod inter pocula ebrii desaltabant. Plut. in suo περὶ ἀθυμίας libello, πηδήματα καρδίας καὶ σφυγμοὺς ἀφαιροῦσι. vbi πηδήματα καρδίας dicit quas alibi πηδήσεις, sicut Aristoph. quoq; τὰς καρδίας πηδᾷν ait.

Πήδησις, εως, ἡ, Saltus. id est actio ipsa salientis. Et πηδήσεις καρδίας de corde saliente, vt paulo antè πηδήματα καρδίας. Plutarch. in lib. De virtute mor. τοῦ ἀνθρώπου ταῖς μὴ παθητικαῖς ὁρμαῖς τὸ ἄθυμα συμπαθοῦν καὶ συγκινούμενον ἐλέγχουσιν ὠχρότητες, ἐρυθήματα, ἱδρῶτες, πηδήσεις καρδίας.

Πηδητικός, οῦ, ὁ, Qui salire solet, Qui subsultim incedere cōsueuit. Assultim ingredi dicit Plin. de phalāgiis. Gaza vertit Salax, quod potius de eo dicitur qui ad coitum pronus est. Et πηδητικὰ μέτρα Eustathio τὰ κατ' ὁπλίον ῥυθμὸν ποδιζόμενα: quale esse dicit, ὡς φάτο δακρυχέων· τοῦ δ' ἔκλυε πάντια μήτηρ.

C. ΑΝΑπηδάω, ῶ, Subsilio, Sursum salio. vt αἰαπηδήσας ἐπὶ τὸν ἵππον, Quum subsiluisset in equum, apud Xenophontem, Pæd. 7, & Hellen. 4. Item Prosilio, Exilio. Idem Pæd. 1, αἰαπηδήσαι πρὸς τὸν πύργον. Ibidem, καὶ πάντων ἀκουόντων αἰετηδὰ ὑπηρετήσειν ὅ, τι οἴοιτο χρεμεῖσθαι. Æschines in Ctesiphontem, αἰαπηδήσας ὀν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐθενὸς αὐθρώπων λέγοντος. Demosthenes in Androt. αναπηδῶντες οἱ βουλευταί. ‖ Interdum αἰαπηδᾶν capitur pro Resilire, id est Retrorsum salire, quasi Saliendo alicunde proripere se. Aristophanes in Ranis, νῶν δὲ δείσασά γέ πω ὅπῃ τὸν κατήλιφ' ἀθῶς αἰαπηδήσαιμι.

C. ΑΝΤΙπηδάω, ῶ, Vicissim & ipse salio. In vulg. lexicis ἀντιπηδᾷν ἐφ' ἵππου simpliciter exponitur Insilire in equum.

C. ΑΠΟπηδάω, ῶ, Desilio, Resilio. vt ἀποπηδᾷ τοῦ ἅρματος, Plutarchus in Fabio, Curru desilit, vel è curru. aut, Prosilit è curru. Apud eundem ibidem ἀποπηδήσαντες absolutè ponitur: sed facilè subaudiendus relinquitur genitiuus τοῦ ἵππου, quum de equitibus loquens, dicat, πάντες ἀποπηδήσαντες, πολὺ σωεπλέκοντο τοῖς πολεμίοις. Pro Resilio Budæus accipit in hoc Aristotelis loco, in Problematis, ἅπαντα δὲ ἀποπηδᾷ πρὸς ὁμοίας γενέσεις. Idē quod ἀφάλλεσθαι, inquit. Suidas ait non solùm genit. iungi hoc verbum, verumetiam accusatiuo. Sed viderit quomodo id probari possit hoc quod affert exemplo, ἀποπηδᾷν λόγον σοφὸν μὴ δυνάμενον τοῦ δήμου. nam hîc in ἀποπηδᾷν τοῦ δήμου verbum ἀποπηδᾷν genitiuo iungitur, præfixa præpositione τοῦ: accusatiuus autem λόγον σοφὸν à parte anteriori regitur.

Ἀποπηδάω, pro Aufugio, Refugio, Celeriter & cupidè abscedo, Auersor, idētidem apud Chrysostomum. Cui opponitur ἐπιπηδῶ, pro Cupidè accedo. Bud.

C. ΔΙΑπηδάω, ῶ, Fut. ήσω, Transilio, Saltu supero seu trāseo: idem cum ὑπερβαίνω: oppositum habens διαβαίνειν. Xenophon de re equestri, τάφροις διαπηδᾷν, πειρᾶν ὑπερβαίνειν. Eodē libro aliquanto pòst, ἔστιν ὅπου τρέχειν δεήσει τὸν ἵππον καὶ φραυῆ καὶ ὀξεῖα καὶ πλάγια, ἔστι δ' ὅπου διαπηδᾷν, ἔστι δ' ὅπου καὶ ἐκπηδᾷν, ἔνθα δὲ καὶ καταλλεσθαι. Item, διεπήδησε τὸν φλόγα, Saltu per ignem transiuit, Saltu ignem pertrāsiuit. Alii, Exiliit è flamma. Sanguis quoque è vena διαπηδᾷ, quum ea rupta aut aperta prosilit. Galenus libro quinto De locis affectis, ὁ χυτὸν θλᾶται τοῦ φλεβίου ὀξὺ ὢν διαπηδᾷ τὸ αἷμα. Vide sequens διαπήδησις.

Διαπήδησις, εως, ἡ, Transitus qui saltu fit. Διαπήδησις est solutæ continuitatis species per quam sanguis veluti transcolatus siue sudoris modo transmissus effluit: nimirum vel vasorum tunica ipsa rarefacta, sanguinéque tenuato, vel ex gracilium vasorum ore ad aperto. Non est autem hæc sanguinis effusio qualis per anastomosin, in qua tum maiorum venarum ora aperiūtur, tum sanguis impetu & copia erumpit. siquidem per διαπήδησιν veluti transcolatur siue sudoris modo transmittitur, pérque carnem sub cute diffunditur in modum τοῦ ὀχυμωμάτων: temporisque progressu liuescit, & ater euadit, paruis grumulis ex eo in multas cutis partes dispersò coactis. Hæc ex Gorræo, qui etiam addit, non propriè sanguinem esse qui per διαπήδησιν effunditur, sed seri potius speciem, vt scribit Galenus in libro De symptomatum causis. Itaque τῆς διαπηδήσεως præcipuam causam esse sanguinem serosum, tenuē & calidum, effluentem per vasorum tunicas rarefactas, eóque propriè differre ab anastomosi. Quòd si contigerit aliquando διαπήδησις apertis vasorum osculis, vasa quidem omnino exigua esse, & ex quibus sanguis cum impetu & copiosus emanare nequeat. Vide & Galenum lib. 7 & 4 Methodi med.

C. ΕΙΣπηδάω, ῶ, Insilio, Saltu impetúque inuado, Saltu irruo, seu Saltu insilio, vt Plin. loquitur in Πηδάω. Demosth. in Mid. εἰσεπήδησαν εἰς τὴν οἰκίαν, assiliebant isti intróque irruebant in ædes meas, vt Budæus interpr. Herodian. lib. 7, οἱ δὲ νεανίσκοι ξιφήρεις ξὺν παντὶ τῷ πλήθει

βιασάμενοι τοὺς τῆς αὐλείας θεσεῖς τοὺς, εἰς πηδήσαντες καταλαμβάνουσιν αὐτόν. vbi Polit. Proturbatis ianitoribus impetum in ædes faciunt. Rursum ex Demosth. εἰς πηδήσας θεός με.

Πινακίς, ίδος, ἡ, idẽ cum πινάκιον, id est Tabella. De tabella scriptória dictũ habes in γραφεῖον, & in Μάλθη. Exponunt quidã & Pugillares. Exponitur & Scutella, Parua lanx, qua signif. vsurpatur πινακίσκος. ‖ Aristoph. scholiast. πινακίδας dici scribit, τοὺς μεγάλας σανίδας τῶν πλοίων, in loco illo quem in Πινακιδὸν citabo. Hom. πίνακας eo significatu dixit. ‖ Est & genus saltationis. Athen. l. 14, μετ' αὐλῶν δὲ ὠρχοῦτο καὶ τὴν καλουμένην πινακίδα. Meminit & Poll. l. 4, c. 14, his verbis, τοὺς δ' πινακίδας ὠρχοῦτο οὐκ οἶδα εἴτ' ὅτι πινάκων, εἴτε πίνακας φέροντες. INDE Πινακίδιον, itidem Tabella. Pro tabella cerata in qua olim scribebant, accipitur Lucæ 1. item Tabella, hoc est Index rerum aliquo libro comprehẽsarum, vel aliquibus è libris excerptarũ. Quo nomine in inscriptione librorum vsi fuerunt nõnulli. Plin. in præfat. suæ historiæ naturalis, loquẽs de inscriptionibus Græcorum, Iam Μοῦσαι, Παυδέκται, Ἐγχειρίδιον, Ἀσκμοῦν, Πινακίδιον, inscriptiones propter quas vadimoniũ deseri possit. Itidem Gell. sub finem suarum Noctium Atticarum, Nam quia variam & miscellã & quasi cõfusaneam doctrinam conquisiuerant, eò titulos quoque ad eam sententiã exquisitissimos indiderũt. Nanque alii Musarum inscripserunt, alii Syluarum: ille κηρίον, alius κέρας Ἀμαλθείας: quidã Lectionis suæ, alius Antiquarum lectionum: atque alius πινακίδιον, & item alius ἐγχειρίδιον. Paulo pòst, Neque itẽ defunt qui indices suis libris fecerunt.

Πινακίσκος, ου, ὁ, itidem Tabella. Plerunque accipitur pro paruo disco seu scutella. cuius signif. exemplũ habes in Ἰχθυηρός. Itidem apud Athen. & Poll. VNDE Πινακίσκιον, ου, τὸ, itidem Tabella, Scutella. Legitur apud Athen. initio libri 15.

Πινακηδὸν, In modum tabularũ seu asserum. δίκην σανίδων, vt Eust. exp. Aristoph. Ran. Ῥήματα γραμματικὴν Πινακηδὸν ἀποστῶν. vbi & schol. exp. ἀποστῶν τὰ ῥήματα, ὡς τῶν πίνακας ἀπὸ πλοίων. Et mox hæc subiungit, δίκην σανίδων τῶν ἐκ νεὼς ἀποστωμένων ἐν τεκμηρίᾳ. In vulg. lex. perperam SCRIPTVM Πινακιδὸν.

Πινάκωσις, εως, ἡ, Tabulatio, vt Cæsar appellat: vel etiã Tabulatũ, vt idẽ, & alii. Plut. Symp. 3, probl. vltimo, de ligno oleagino, τοῖς δὲ βαλανείοις πολέμου ὄντος, καὶ λυμαίνεται τὴν πινάκωσιν αὐτῶν καὶ τὴν θερμοῖς ὑποκαιόμενον.

ΠΙ' ΝΟΣ, ου, ὁ, Sordes, Squalor & illuuies. idem cum ῥύπος, teste schol. Eurip. citante hoc hemistichium, πίνω δὲ οἰαύλεος χρὼς Ἐσκλήκει. Antiph. l. 2 Epigr. in philosoph. Καὶ τὸ χύδην ῥυπόωντα πίνῳ πεπαλαγμένον ὕδωρ, sordib⁹ squalẽtib⁹. Plu. De orac. Pyth. initio, ἐθαύμαζε δὲ τὸ χαλκοῦ τὸ αὐθηρόν, ὡς ου πίνῳ σωεσοιπόν, ου δὲ ἴω, βαφῆ δὲ κυανοῦ τίλβοντος. Strabo σωεὶ ὑφάσμάτων loquẽs quæ texuntur è lapide quodã Carystio, ῥυπωθέντα δ' εἰς φλόγα βάλλεται, καὶ ἀποκαθαίρεται τῇ πλύσει τὸν πίνον ἐμοίως, quæ sordida in flammã cõiici, ac sordibus emaculari, non secus quàm lota. Quod idẽ refert Plut. De def. orac. p. 770 meæ ed. Metaphoricè verbis quoq; antiquis πίνος tribuitur, vbi videndũ an reddi possit Sordes. sordida oratio apud Quint. cui opponit nitidã. Et τῶ ἀρχαιότητος πίνος, Sermonis antiqui squalor quidã, Oratio & verba squalida antiquitate. Dionys. Halicarn. ὁ, τε πίνος αὐτῇ καὶ χροιᾷ ὁ τῆς ἀρχαιότητος ὑπέρμα καὶ λεληθότως ὀλπτέχει, Squalor situsq; vetustatis. Obseruandũ autẽ in laudẽ poni, Itidẽ Suid. ex Damascio, ὁ ὢν καὶ λέγειν ἱκανὸς, οὐ πολὺ νεωτέροις ἐκμιμησάμενος σοφισταῖς, ἀλλὰ σωεῖς τὸν ἀρχαῖον πίνον τῆς λογογραφίας ἀμιλλώμενος. Erot. apud Hippocr. annotat se quibusdam in ὑπομνήμασιν reperisse, πίνον vocari τὸν αὐπλον. ‖ Πίνος dicitur interdũ homo sordidus, sicut αὐχμὸς, teste Eust. homo squalidus. Similẽ vsum habet ζωμὸς & κονιορτὸς, vt in Ζωμὸς docui, tomi 1 semip. 1408, E. In v. l. annotatur, accipi pro homine spurco & pestilente, vt Pestis apud Lat. Notandum porrò passim scriptum LEGI Πῖνος, licet in Epigr. corripiatur prior syllaba, itidémque apud Apoll. Rhod. Rectius ergo in lex. meo vet. Πῖνος. Cæterùm pro Πίνος vsurpatur ETIAM Πίνα, itidem Sordes, Illuuies. Schol. Soph. p. 23 meæ edit. Πίνα ὁ ῥύπος, δι' ἑνὸς ν· πίνναι, τὸ ὄσρεον, δεῖ δύο ν. AT VERO Πῖνον, Vinum hordeaceum, (vt scribit Arist.) quo qui inebriãtur, non in omnem partem, vt cæteri, corruũt, sed proni tantùm aut supini. Paulus autẽ vinũ quod ex sordibus vellerum elutis conficitur, πῖνον vocari putat. Gorr. Idẽ habetur apud Athen. l. 10, vbi hunc οἶνον κρίθινον ait vocari etiã βρύθον: aliàs ζύθος quoq; appellatur: vulgo Ceruisia. RVRSVM Πῖνος Theophr. pro pinu accepisse putatur, De caus. pl. l. 6, c. 17, τῶν αὐτομάτως ὀλπτηγυμένων δακρύων, οἷον ὅπῃ τε τῆς πίνου καὶ ἀκαίδας πσί.

C. Ἄπινης, έος, ὁ καὶ ἡ, Sordium purus, Qui sordidus nõ est. καθαρὸς, Suidæ. Apud Hesych. verò LEGITVR Ἀπινοῦται, ἀπορυποῦται, AB Ἀπινόω. Sed putarim SCRIBENDVM Ἀποπινοῦται, AB Ἀποπινόω, Sordibus emaculo. Alioqui Ἀπινοῦται & Ἀπινόω essent potius ab Ἄπινος deriuata, & Ἀπινόω significaret ἄπινον reddo.

C. Δυσπινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Sordibus ac illuuie deformis, Sordidus, Sordidatus. vt δυσπινῆ ἱμάτια apud Poll. l. 4, quibus ὀν δυστυχίας vsos fuisse scribit. Sic Aristoph. Acharn. Ἀλλ' ὦ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα; Vbi schol. exp. ἐρρυπωμένα, ῥυπαρά. Alibi, ἔδυσε δυσπινεῖς σολάς.

C. Κακοπινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Sordibus malè contaminatus, Sordib⁹ & illuuie fœdus, Impurus. Athen. l. 13, καὶ δὴ τοιοῦτοι ὑμῶν εἰσιν οἱ πλεῖστοι, σωεσασμένοι. καὶ κακοπινεῖς ου μόνον τοῖς ἤθεσιν, ἀλλὰ καὶ ὄψει. Itidẽ Soph. Aiace, p. 23 meæ edit. de Vlysse, ἀπάντων τ' ἀεὶ κακῶν ὀργανον, κακοπινέστατόν τ' ἄλημα σρατῷ. Vbi schol. annotat DICI Πῖνος interdum ὅπῃ τῆς ἰδέας, interdũ ὅπῃ τῶ ἤθους, (quod ex Athen. loco discimus) hîc verò significare τὸν κακοήθη, seu πεῖμα κακορύπαρον. ‖ Hesychio Κακοπινὴς est κακὸς, μεθυσής.

Πινόεις, εις, ὁ, Sordidus. ῥυπαρός. vt πινόεν ἔριον, lana sordida. quod & οἰσυπηρὸν ἔριον, & ῥυπαρόν. Et fœm. πινόεσσα in Epigr. Θυμοβαρὴς ἀρετὴ μύρομαι ἐζομένα, Ἀπόκαμος, πινόεσσα, ἐξῆ κρίσιν· ὅπῃ Πελασγῶν Οὐκ ἀρετὴ νικᾶν ἔλλαχεν, ἀλλὰ δόλος. quem locũ Suid. citans πινόεσσα exp. ῥυπῶσα, αὐχμῶσα, Sordida, Squalida. sed perperam apud eum SCRIPTVM Πινύεσσα: perperam ITEM Πινύεις in vulgatis lexicis pro Πινόεις.

Πινώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idẽ cum πινόεις. Eurip. Oreste, ὦ βοηρύχων πινῶδες ἄθλιον κάρα. vbi schol. exp. αὐχμηρὸν καὶ ῥυπῶδες, squalidũ & sordidum. Item apud Hippocr. πινώδεσι Erot. accipit pro ῥυπαροῖς. qui etiã dicit πινωδὴ ἐρία, lanas sordidas seu succidas, quæ & πινόεντα & οἰσυπηρά. VNDE Πινωδία, ας, ἡ, Sordida illuuies, Immundities, Impuritas: vel etiam Sordes. ἀκαθαρσία, Hesych. AT Πινάδης, quod in v. l. itidem exponitur Sordidus, mendosum est, & pro eo scribendum Πινώδης.

Πινηρὸς, ὴ, ὸ, idem cum πινόεις & πινώδης. Erot. annotat, quum Hippocr. dicit πινηρὰ ἔρια, intelligenda esse τὰ οἰσυπηρά, quæ idem πινώδη & πινόεντα appellat.

Πιναρὸς, ὴ, ὸ, idẽ. Hesych. ῥυπαρὸς, ἀπλὴς, ἐλάχιστος: qui πιναρὰ itidem exp. necnon & τὰ πινά. AT Πιναρὸν vocat Peteesius apud Dioscor. lib. 5, cap. 114, atramenti suto-

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS

rii genus quoddam, ab aliis σαλακτὶς nominatum. Apud Romanos verò Πινάριοι erat familia quædã, quam Plutarchus in Probl.Rom.pag.497 meæ edit. ᾠδὴ τὸ πινᾶν ita nominatam scribit, causam ibidem afferens: QVASI Πεναρίοι.

Πινόω, ῶ, F.ώσω, Sordibus inquino. Pass. Πινοῦσθαι. VNDE Πεπινωμένος, Sordibus fœdatus, Sordidatus. Plut.Alex. pag.218, φαιότερον καὶ πεπινωμένον ἐπόησεν. In v.l. habetur ETIAM Πινάω, Cõtamino. sed id mẽdosũ esse reor.

ΠΙ'ΝΩ, Bibo, Poto. Præt. πέπωκα, tanquã à Πόω. Aor.2, ἔπιον, tanquam à Πίω, vt annotant grãmatici. Hom.Odyss.ο, — πέρπε πινέ τε οἶνον. Idem dixit πίν' ἐμέθων οἶνον κύπελλα. Et Il.β, — πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσηπόιο. Apud eundẽ Odyss.ρ, ὀρὸν πίνων. Sæpius autem sine adiectione apud eundem, vt Odyss.α, — πίνοντά τε περπόμενόν τε. Et πίνειν καὶ ἔδειν, vel ἔδειν καὶ πίνειν, apud eũdẽ non raró. In soluta autem oratione dicitur & πίνειν οἶνον & πίνειν τὸ οἶνον, (vt Gall. Boire du vin) quæ cõstructio putatur esse Attica. Aristoph. Ranis, Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ αἴσθομέναν. Et in cuiusdã oraculi versu, Πὶν' οἶνον τρυγέων. Et πίνειν φάρμακον apud Gal. Frequẽtius sine accusatiuo. Thuc.lib.7, πίνον τας τε τοῖς πολλοῖς. Xenoph. Pæd. 4, ἀνειμένως καὶ ἔπινον καὶ ἐθορύβουν. Ibidem, καὶ ἔπινον καὶ ἄνωχωροῦν. Et Pæd.8, μήτε ἐδίψειν, μήτε πίνειν. Demosth. εἰς τὸ πίνειν ἥκειν. Et πεῖν ὕπνε apud Plutarchũ & Athen. vt Gall. Demander à boire. Item ἐκέχρον πίνειν apud Athen. vt Gallicè Verser à boire. Legimus præterea πίνειν cum præpositione ἐκ, vt apud Xenoph. Pæd.5, ἐκ χρυσῶν φιαλῶν ὀλίνομεν. Et Pæd.4, πεῖν ἀπὸ τοῦ θαρρέοντος πλαμοῦ. Apud Athenæum lib. 11, πίνειν μεγάλοις ποτηρίοις. Cæterùm ab ἔπιον est πίης, in hoc Philostrati loco, οὐδὲ πιῇ λέγει, μὴ πίης· οὐδὲ ὀπώρας, μὴ λάβῃς. Pro quo inuenitur & POET. Πίῃσθα. Et infinitiuus πεῖν sæpe obuius. pro quo HOM. Πιέειν etiam dixit per dialysin. Imperatiuus itidem Πίε legitur apud eundem, Odyss.ι, Κύκλωψ τῆ, πίε οἶνον. ITEM Πίθι in imperandi modo: vt in illo celebri atque adeo prouerbiali dicto, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, Aut bibe, aut abi. A passiua autem voce sumũtur FVT. Πιοῦμαι ET Πίομαι. A quo πιοῦμαι est πῇ apud Aristophanẽ, πικρότατον οἶνον τήμερον πῇ. (vnde videmus Phrynichum immeritò hanc futuri formam reiecisse) Πίομαι autem legitur cum alibi tum Epigr.lib.2, Πίομαι ὦ Λιωᾶς &c. Cuius secunda persona πίεσαι apud Lucã capite 17, φάγεσαι καὶ πίεσαι. Et participium Πόωθρος. vnde apud Homerum, πόωθρ' ἐκ βοτάνης. Quinetiam FVT. Πίσω ET Πίσομαι affert Eustathius pag.1253, hoc ex Antiphane, illud ex Pindaro. Sed & alibi πίσαι pro πιεῖσαι ex eodem Pindaro, necnõ ex Eupolide affert. Vnde appellata fuit (inquit) VRBS Πίσα, Pisa. item Πίσα nomen appellatiuum profonte, quasi ποτήρα. SED ET Πίσεα, neutrum plurale de loco irriguo, quasi videlicet qui possit πίσαι, id est ποτίσαι, potum præbere. apud Homerum aliquot locis, vt Il.υ circa principium, Καὶ πηγὰς πόεμεν, καὶ πίσεα ποιήεντα. Ab eadem origine EST Πιστὸς, (q.d. Potabilis) Poculentus, Potui aptus, Qui potatur, Qui bibitur, seu bibi potest. vt πιστὰ φάρμακα apud Æschylum in Prom.p. 3: meæ edit. Quod autem ad illud πίσμαι attinet, ab Antiphane accipi pro πίω tradit, nisi mendosè scriptus est hic locus: quod ego planè persuasum habeo. Denique & πίσμαι passiua voce quidam vsurpasse Homerum existimarunt, (vt idem tradit) scribentes ita secundum versum Il.χ, Ἰδρῶ ἀπεψύχοντο, πίσμαί τ' ἀκέοντό τε δίψαν. Alii legere maluerunt πίσμ' τ' ἀκέοντό τε.

Admonitio de passiuo aoristo Ἐπόθην, item de verbalibus Πῶμα, Ποτὸς, &c.

Inuenitur apud gramm. nõ solùm præt. πέπωκα, (vnde est præt. plusquamperf. ἐπεπώκει apud Luc. in Lapithis) sed & FVT. Πώσω per ω in priori quoque syllaba, verùm nullũ eius vsus exẽplũ affertur. at certè videmus πῶμα & πῶσις ac πῶτος cæteráq; per o scribi, quæ scriptura consentanea est scripturæ isti, πότω, nõ illi πώσω: necnõ isti πέπωμαι ac πέποται, non autẽ πέπωμαι & πέπωται. Atq; adeo scripturæ illius exẽpla inuenio, nõ itẽ huius. nec enim ἐπώθην (quod sciã) sicut ἐπόθην legitur. Sic πέποται, & comp. ἐκπέποται, &c. licet alioqui πέπωκα, vti dixi, in præt. perfecto actiuo scribatur. quã etiã sequitur πῶμα, quod alicubi reperitur pro πόμα, vt docebo in proximè sequente verbali Πόμα.

Πόμα, ατος, τὸ, Potio, Potus. Luc. in Hermot. τὸ νεκτάρεον ἐκεῖνο πόμα. Athen. lib.1, ἐρχῶντο δ' οἱ ἀρχαῖοι καὶ πόμα τι τοῦ ἀρωμάτων καταστυαζόμενον. Et de potione quã medicus exhibet, affertur ex Galeno ad Glauconem, διδόναι πόμα. Sciendum est autem inueniri scriptũ ETIAM Πῶμα: aut certè versum alicubi hanc scripturam poscere, vt in hoc versu Euripidis, Δήμητος ἀκτῆς, πώματος θ' ὑδρηχόου. Sic alibi & apud eundem. Quinetiam Anacreontis quidam loci eandem scripturam postulãt, & Græcorum epigr. Quidam tamen his omnibus in locis ο seruari posse existimarunt, vt prima syllaba vi liquidæ literæ μ producatur. Qua in opinione & Ianus Lascaris fuit.

Πόσις, εως, ἡ, Idem quod proximè præcedens πόμα apud Homerum, passim copulantem ἐδωδὴν & πόσιν, cibum & potum: alicubi verò πόσιος & ἐδητύος. vt in hoc versu, qui aliquoties repetitur, Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἆσε ἕκαστον. Alioqui accipitur pro potatione. quã signif. habet & Potus. Thucyd.lib.7, ὑπὸ γὰρ τῶν ἀθεμιστεροῦς τῆς νίκης, πρὸς πόσιν τρέπεσθαι τοὺς πολλοὺς ἐν τῇ ἐρυτῇ, ad potationem, aut etiam ad compotationem. Possumus verò ᾠδὰ πρὸς πόσιν reddere aptius, Inter potandum.

Hinc COMP. Ἀρχιπουσία, q.d. Principatus bibẽdi, quem qui consequutus est, arbiter bibẽdi vocatur ab Horatio. Ex quo fortasse ἀρχιπουσία potest etiam reddi Regnum vini: sequendo videlicet hunc eius versum, Ode 4, lib.1, Nec regna vini sortiere talis. Ibi enim annotatur, eũ regna vini appellare quæ in conuiuiis constituebantur: in quibus is è conuiuis cui hoc regnum sorte obtigerat, leges bibendi ferebat: quibus cæteros omnes parere necesse erat. Verùm Budæus ἀρχιπουσίαν exp. non solùm Principatum bibendi, sed & Primum bibendi locum, ex Plauto in Curc.

ITEM Πολυποσία, Multa potatio, Immodica potatio, Immodicus potus. Diosc. lib.5, cap.11, καὶ παῦε ὀξέων ἀρχὰς, ὃν δίδωσι καθ' ἡμέραν ἡ πολυποσία, Largus potus, seu Largior potus. Cui CONTR. Ὀλιγοποσία, q.d. Pauca potatio. Pro quo dixerim potius Parcus potus.

ITEM Φιλοποσία, q.d. Amor potationis, seu potus. Dicitur de inexhausta quadam & inexplebili bibendi auiditate. Redditur autem & vno verbo Vinositas. Xen. εἰς φιλοποσίαν τρεπόμενοι.

At Ψυχροποσία post ψυχὸς ponendum erit.

Πότος, ου, ὁ, Potatio, Compotatio. Possumus verò & Conuiuiũ interpretari alicubi. Athen. lib.4, ὅταν ὁ βασιλεὺς πόνον ποιῆται, συμπόσια, αὐτὸς εἰσὶν ὡς μάλιστα δώδεκα. Apud eundem, itidémque apud Plut. ᾠδὰ πόνου, In potatione seu cõpotatione. Vel, Inter potandum, seu compotandum. Bud. in hoc Plut. loco, ᾠδὰ πόνου βλάσφημα πολλὰ τοῖς αὐτῶν εἰρηκέναι, vertit ᾠδὰ πόνου, Inter potandũ. item Super conuiuium. Vsitatus est & plur. numerus πόνοι, Potationes, Compotationes. Quidam comicus apud Athenæum, πότοις ἐωθινοῖς πίνει δεῦρ' ἐπὶ σε νῦν. Et πότοις ποιεῖσθαι apud Pollucem, sicut πόνον ποιεῖσθαι ex eodem Athenæo protuli modó. Plato De rep. lib.1, τοῦ τε παροδύσα καὶ περὶ πότους καὶ ὁμιλίας. Isocr. Ἀλκιβιάδ. παῖς ὢν τοῖς πότοις σωφρόσυνος. Luc. καὶ τοῖς πότοις ἐρεῖς καὶ τοῖς δεῖπνα. Idem, φίλος πότων καὶ ἀφροδισίων. Cæterùm quanuis hoc nomen in hac signif. reperiatur in posteriore etiam notatum accẽtu, non dubium est quin germana sit ea quæ accentum in priori collocat scriptura. Exempla autẽ illius adulterinæ extant cum alibi, tum apud Lucianum, & Aristot. in Problem. in Aldina editione.

Ποτὸς, ὄν, ὁ, (q.d. Potabilis) Potulentus, seu Poculentus. vt ποτὸν φάρμακον apud Eurip. quod & πιστὸν vocatũ fuisse, dictum est suprà. Et ποτὸν ὕδωρ apud Thuc. Aqua potui apta. (Quidã interpr. Aqua ad potandum.) Qua signif. dicitur & πόσιμον. At neutrũ SVBST. Ποτόν, οῦ, τὸ, sicut πῶμα & πόσις, Potio, Potus, Quod bibitur. Hom. Od. ι, Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσας, Ἡδὺν, ἀκηρέσσον, θεῖον ποτόν. Sic & alibi θεῖον ποτὸν apud eum legimus. Itidẽ in soluta oratione. Xen. πτὸν πωῦ, ἡδὺ λῶ αὐτῷ. (Idẽ Pæd.8, σίτων καὶ ποτῶν μεταδόσις. Alibi autẽ dicit

ποθῶν καὶ σίτων ἀπόλαυσις. Itidémque Plato, ποθῶν καὶ σίτων ἀπόλαυσις, necnon σιτία καὶ ποτὰ) Lucianus De luctu, καὶ ποτὸν μνήμης πλέμον. Et γλυκὺ ποτόν. Apud Alex Aphrod. τῷ ποτῷ χρῆσθαι, pro Potare: & apud Diosc. ποτὸν δίδοται, pro Datur in potu. q.d. Potulentum datur.

COMP. Ἄποτος, q.d. Impotus, id est Non potus. vt ἄποτος αὐτὴρ καὶ ἄπυστος apud Sophoclem, Impastus & impotus. Tale est, ἄποτος ἐπὶ γράφει. Legimus & ἀποτα ζῶα, apud Theophr. de animalibus, Quæ potu nõ vtuntur. Interdum verò ἄποτος dicitur Potui inutilis, q.d. Non potabilis. qua in signif. vsus est Greg. Nazian. ITEM Ἡδύποτος, Cuius potus suauis est. Homerus Od.β, Εὖ δὲ πίῃσθ' οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο Ἕξεσαν, ἄκρητον θεῖον ποτὸν ἐν κύπελλον ἔχοντες. AT VERO Ὀλιγόποτος, Pauco potu cõtentus, Qui parum potat, seu bibit. Aristoteles, ὀλιγόποτα τοῖς διψητικοῖς opponit, teste Budæo. HINC Ὀλιγοποτέω, ῶ, Pauco potu vtor, Parum poto, apud eundẽ De part. anim. lib.3, cap.178. Sic & apud Plutarchum in Apophth. ἐρωτώμενος ὑπὸ τίνα αἰτίαν ὀλιγοποτοῦσιν οἱ Σπαρτιάται, ἔφη, ἵνα μὴ ἄλλοι ὑπὸ τῶν ἡμῶν βουλεύωνται.

Ποτικὸς, ου, ὁ, Bibax. eadem forma qua βρωτικὸς, Edax, Pollux ποτικὸς subiungit superlatiuo πιστότατος. Plutarch. de Demetrio & Antonio, ῥιψόμενοι ὑπὸ ὁμοίως ἐρωτικοὶ, ποτικοὶ, γραπτικοὶ, μεγαλόδωροι.

Πότιμος, ου, ὁ & ἡ, Potui aptus. vt πότιμον ὕδωρ, apud Theophr. & Aristot. (oppositũ habens ἄποτον apud eosdẽ) Aqua potui apta. Quidã verò interpr. & Potabilis. Item φρέαρ πότιμον, puteus cuius aqua est πότιμος. At in v.l. nõ solùm πότιμος ἄμμος, Dulcis arena, ex Gaza apud Theophr. sed & καρπὸ γλυκεῖς καὶ πότιμοι, Fructũ dulces & grati palato. Dioscorides τὸν δευτερέαν οἶνον vocatum etiam πότιμον tradit libro 5, capite 13. Plato metaphoricè πότιμον λόγον dixit, scribẽs, πτίμῳ λόγῳ ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύζεσθαι.

Πότης, ου, ὁ, Potor, Potator, Bibax. Aut etiam Bibosus. (si & hoc post Nigidium ac Laberium vti licet) Aristophanes Nubibus, λύχνον quoque vocauit πότην, lucernam bibacem, vel bibulam, vt alii interpretantur. Sũt autem ex πότης composita cum alia, tum οἰνοπότης, quod & ipsum interdum de bibaci dicitur. AT Φιλοπότης eandem quidem & ipsum significationem habet, sed ex πότης compositum esse arbitror. Ab οἰνοπότης autem FIT Οἰνοποτῶ, quod habes Tomo 2, col.1241. Eiusdẽ verò formæ SVNT Μετεωροπότης ET Μετεωροποτῶ. Nam Μετεωροπότης apud Xenophontem significat Qui modicè seu moderatè potat. Aut q.d. Moderatus potator. (Habet verò Poll. & SVPERL. Μετεωροπίστατος, quod magis probat quàm τὸ ἀπλοῦν μετεωροπότης. dicit enim esse ἀτελές) Μετεωροποτῶ, Modicè poto, seu moderatè. ITIDEM Κλεψιπότης ET Κλεψιποτῶ. Legitur tamen apud Suidam, ipsum duntaxat verbum Κλεψιποτῶ, exponentem Parcè bibo, ac compotorem fallo. Et subiungentem hunc locum, αὐτὴ γὰρ μὴν κλεψιποτοῦσα καὶ σωφρονοῦσα. Vbi fortasse reddi possit, Fallaciter potans, seu Fallacia vtens in potando. vt nimirum faciunt qui vt compotorem ad largè potandum prouocent, ipsi quoque largè se potare simulant, parcè alioqui potantes. Itidem verò κλεψιποτῆν eleganter dici potest, (meo quidem iudicio) Tibullus, faciẽs id quod his versibus describit libro 1, El.6, Sæpe mero somnũ peperi tibi: at ipse bibebam Sobria supposita pocula victor aqua. AT Κλεψιπότης, fuerit itidem Qui fallaciter potat. &c. FOEM. Πότης, Potrix (vt dicitur Cõpotrix) Quæ est bibax. πότης γυνὴ, quo vti Phrynicum testatur Pollux. Vtitur verò & quidam alius comicus apud Athenæum. Affert idem Pollux & gradum SVPERL. Πότατος, Bibacissimus.

Ποτὴς, ῆτος, ἡ, Potus, Potio. Sed poeticum est hoc ποτὴς, quo & Homerus aliquot locis est vsus. vt Odyss.σ, Βρωτὼ οὐδὲ ποτῆτα. Eiusdẽ Odyss. lib.ο, — ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος. Et Iliad.τ, Μή μοι τῷ σίτοιο κελεύετε μηδὲ ποτῆτος Ἁσασθαι φίλον ἦτορ.

Πότημα, ατος, τὸ, Potus, Potio. Cuius nominis pluralis numerus ex Dioscoride affertur, ὀν ὀκλεικτοῖς καὶ ποτήμασι λαμβανόμενον.

Πότημα est etiam Poculum, si Hesychio credimus, qui scribit, Πότημα, ποτήριον. ἢ ὁ πόπις αὐτός. sed pro πόπις non dubito quin reponi debeat πόπος.

Ποτήριον, ου, τὸ, Poculum. vt ἀργυροῦν ποτήριον, & χρυσοῦν, item χαλκοῦν, necnon κεραμοῦν, & ξύλινον, apud Athenæum. Sed & μικρὰ ποτήρια, item μεγάλα, apud eundẽ. Plutarchus de Socr. dæm. αἰτήσας δὲ ποτήριον, ἐκέλευσεν ἐγχεῖν. ‖ Ποτήριον, Canalis, seu Piscina, v.lex. ex Hieronymo in Ezech. ‖ Ποτήριον, est & Indumentum laneum, si Etymologo credimus, ita videlicet dictum quasi quod fuerit ποτὶ ἔριον. quod quàm ridiculè dicatur, lector ipse iudicet. Paulo certè minus ridiculum esse videtur etymon quod dat huic nomini, habentã suam illam primam significationem, nempe vasis in quo bibimus: videlicet ἀπὸ τοῦ πίνειν ποτὸν τηρεῖν. quis enim dubitet quin hæc terminatio nominis ποτήριον, ᾠδαγωγὴ sit duntaxat? ‖ Ποτήριον, Frutex spinosus, quem φρυάνιον etiam ac νοθεράδα vocant. Quidam falsò pomum sylueſtrem esse putarunt, cuius fructus sint quæ βεράθυλα vocantur. Vide Dioscoridem & Plinium.

(ETIAM Ποτὴρ significans idem quod ποτήριον, id est Poculum, ex Euripide affertur. Hesychio autẽ ποτὴρ est μέζων ποτόν.)

COMP. Ποτηριογλύπτης, ου, ὁ, Poculorum sculptor, seu cælator, ex Euphorione. ITEM Ποτηροφόρος, q.d. Poculi gestator, seu gestatrix, aut poculorum. In Achaia colebatur Ceres ποτηροφόρος, vt legimus apud Athenæum.

Ποτίζω, Potum præbeo, seu ministro, aut Potandũ præbeo. Greg.Naz. ποτίζει τοὺς πιεῖν ἐθέλοντας. Paul. ad Roman.12, ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν. In Geopon. ποτίσον αὐτὸν ὕδωρ ψυχρόπαγον. pro quibus legitur apud Columellam, Ei conuenit aquam frigidam præberi potandam. Interdum verò ποτίζειν dicitur medicus, potionem præbens. vt in epist. quadam Democriti, εἰ γὰρ πείσεις ποτισὶν ὡς μεμηνότα με ἐπόησας. Dicitur idem (medicus inquam) & ποτίζειν φάρμακον, Medicamentum potui dare, seu Potandum præbere, vel exhibere. (Fortasse autem & Potionare medicamento dici queat: quum dixerit Suetonius, Potionatus medicamento amatorio.) Aristot. Phys. libro 2, καὶ ἐπόησεν οὐκ ὀρθῶς ὁ ἰατρὸς τὸ φάρμακον, καὶ ἔγραψεν οὐκ ὀρθῶς ὁ γραμματικός. Sic vtitur & Gal. cum hoc ipso accus. φάρμακον. Iungitur & aliùs generis accus. quũ de aliis quàm medicis dicitur. Plato in Phædro, ὁ ἡνιόχος πρὸς πῦρ φαίνει τοὺς ἵππους τινάς, παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε καὶ ἐπ' αὐτῇ νέκταρ ἐπόησε. At cũ accus. ποτήριον apud Marcũ, c.9, ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος. In hoc autem Pauli loco c.3, γάλα ὑμᾶς ἐπόησα, καὶ οὐ βρῶμα, ἐπόησα commodè redditur Alui potu: hoc modo, Lactis potu vos alui, & non esca: quum alioqui βρῶμα non conueniat cum ἐπόησα. Pass. Ποτίζομαι, Potus mihi præbetur. (nisi Potionor reddi potest ex illo Suet. loco) Interdum cum accus. sicut & ποτίζω, vt ποτιζόμενοι τὸ γάλα apud Greg. (respicientem, vt opinor, ad locum Pauli quem modò protuli) Quibus lac potui datur, Quibus lactis potus præbetur. Et ποτίσθαι ὄξος apud eundem, Acetum sit tibi potus, seu tuus potus. Redditur verò & Acetum bibe. Apud Paulũ autem ep. 1, ad Cor.c.12, εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν, quidã interpr. Vnum spiritũ hausimus: sed in eo legi etiam sciendũ est, ἓν πῶμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν πνεῦμα. de qua lectione, simúlque de loci huius sententia lege annot. doctiss. interpretis. Nonnunquã & idipsum quod potui præbetur seu potatur, ποτίζεσθαι dicitur, vt ποτιζομένη πόα Diosc. In potionem data. sed malim Potui data. vt dicit Celsus Medicamentũ quod potui datur. ‖ Ποτίζω, Ago potum, Appello ad bibendũ, vel ad aquam, Bud. ex Varr. Interpretatur & Adigo potum, ex Vitruuio. ‖ Ποτίζω, Rigo, Irrigo. Sic apud Paul. ep.1 ad Cor. c.3, ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπόησεν. sed & in proximè sequentibus φυτεύων ac ποτίζων bis repetitur. Et pass. ποτίζεσθαι. vt apud Greg. τὰ ταῖς ῥίζαις ποτιζόμενα. Itẽ ποτιζομένη γῆ, Irrigata terra, seu rigua, Terra vliginosa. B. ex Luc.

HINC Πόσμα, ατος, τὸ, Potio, Dioscoridi. Ex quo COMP. Ποσματοπώλης, Potionum confector. Athenæ9 p.258, inter Darii impedimẽta enumerat ὀψοπωλῶς, & ποσματοπώλας, & οἰνοπόταις.

ΙΤΕΜ Ποτήρια, Vbi animalia aquantur, seu aquatum compelluntur. Bud. ΑΤ Ποτιστήριον in v.l. ex Græcis Bibl. interpr. pro canali.

C. ΑΝΑπίνω, (q.d. Rebibo) Resorbeo. Nam resorbens videtur esse αἰαπίνων in hoc Virgilii loco, Æneid. lib. 11, Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus Nunc ruit ad terras, scopulósque super iacit vndã Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam: Nunc rapidus retro atque æstu reuoluta resorbens Saxa, fugit, littúsque vado labente relinquit. Videtur inquam Resorbens hîc esse propriè αἰαπίνων, si quidẽ verum sit ἄμπωσιν (cuius pulchram descriptionẽ continent illi Virgilii versus, sicut & τὴ πλημμυείδος) dici quasi αὐάπωσιν, quòd in ea mare aquã velut rebibere ac resorbere videatur. Sed magis etiam vsitatũ ΕΣΤ Ἄμπωτις, per τ, quod exponitur, Reciprocatio æstus, ex Plinio. dicitúrque fieri quando post exundationem aqua ad mare reuertitur ac reciprocando subsidit. Vnde vertitur etiam Recessus æstus. Sunt alioqui & qui ἄμπωτιν simpliciter reddant Æstum. atque ita Budæus (quanuis & ipse Comm. pag. 725, ἄμπωτιν vertat recessum æstus littora destituentis, apud Theophr. ei opponentẽ πλημμυείδα) ἀμπώτεις vertit Æstus, in isto Aristotelis loco De mundo, πολλαὶ δὲ ἀμπώτεις λέγονται καὶ κυμάτων ὀρσεις συμπεριδεδεύειν ἀεὶ τῇ σελήνῃ κατά τινας ὡρισμένους καιρούς. hæc enim sic interpretatur, Aiunt etiam multos æstus vndarúmque sublationes statis quibusdam temporibus cum luna circumagi. Idem alioqui ἀμπώτεις vertit Æstuaria apud Philostratum, itidémque in isto Herodiani loco, libro 3, τὰ δὲ πλέκτα τῆς Βρεττανῶν χώρας ὅπλυζόμενα τῶν ὠκεανοῦ σωρεχῶς ἀμπώτεσιν, ἐλώδη γίγνεται. At Politianus hunc locum ita vertit, Siquidem Britanniæ pleraque loca Oceani alluuionibus paludescunt. Ab Eustathio in Dionys. τὸν περιηγητὴ, pag. 36 editionis patris mei, esse dicitur ξηρασία. (itidémque ab Hesychio, & Suida) addente, καὶ αὐάπωσις ὕδατος περιδικῆ· αὐάπωσις οὖσά τις, καὶ ἐν συγκοπῇ ἄμπωσις. quib⁹ addit, πάθος δὲ ὅτι γινόμενον πολλαχοῦ εἶα τῶ ὅπι πολαζοντος ὕδατος ἀποτοσωῦτος, ἐν ᾧ τῷ οἶον αὐαπίεσθαι (nisi potius αἰαπίνεσθαι scribendũ est) ὑπὸ χθὸ δυομένῳ καὶ χρονικὰς περιόδους πνεῦ. Et paucis interiectis, ὡς ἄρα αὖ πάλιν ἐκ τῶ ὀναιτίου πλημμύρα ἀνόμασται, ὡς ἀπὸ τῶ πλῶ, πλήσω, τὸ αὐαπλήρῶ. Mirũ autẽ videri possit, quum hoc vocabulũ πλημμύρα seu πλημμυείς, sit illi ἄμπωσις oppositum, vt non solùm ex hoc Eustathii patet loco, sed ex præcedentibus etiam, atque adeo ex Aristotele, à quo ἄμπωσις dicitur sorbere πλημμυείδα: mirum, inquam, quũ hæc ita sint, Suidam vocem ἄμπωσις hac quoque πλημμύρα exponere. Sed suspicor, quòd hæc tanquam correlatiua sint, & vnum ex altero intelligatur, ideo hac expositione vsum esse. Obiter autem obseruandum, inueniri ΝΟ|ΜΕΝ Ἄμπωσις cum σ: apud Eustathium in Comm. in librum Odyss. μ. vbi etiam tradit ω in Ἄμπωσις esse ex lingua Attica. ¶ Ab Hippocrate autem ἄμπωσις ad corporis humores transfertur, & sic appellatur ἡ εἰς βάθος μετάστασις τῆς ὑγροῦ, hoc est humoris reuocatio ab externis partibus ad internas. Hinc VERBVM Ἀμπωτίζω, vt πέλαγος ἀμπωτίζον apud Philonẽ, Quod se resorbet, Turn. interprete.

C. ΔΙΑπίνω, Perpoto. aut Epoto, Ebibo. vt διὰ σῖτ ὅτι πιπνόν, & quidem habens eandẽ ὀπίσω quam ἐκ in Ἐκπίνω, quod proximè sequitur. Alioqui redditur etiam Interbibo, Interpoto.

C. ΕΚπίνω, Ebibo, Epoto. Homerus Odyss. ι, vers. 353, -ὁ δ' ἔδεκτο, καὶ ἔκπιεν· ἥσατο δ' αἰνῶς Ἡδὺ ποτὸν πίνων. vbi significat, teste Eustathio, τὸ πᾶν ἐξέπιε, (nisi potius scripsit ἔπιε, hoc quidem in loco) sicut καταφαγεῖν est πᾶν τὰ φαγεῖν. Xenophon, οὐκ ἐκπίομαι αὐτὸς τὸν οἶνον. Aristophanes Nub. καὶ τὸν ψυχὸν ἐκπίνοισι. Pro Sicco calicem mihi propinatum. Bud. ex Athenæo: qui affert & pro composito περπίνω.

Ἔκπωμα, ατος, τὸ, (tanquam ab ἐκπέπωμαι, præterito passiui ἐκπίνομαι: vt ἐκπέπωκα est præteritum actiui ἐκπίνω) Poculum. Plato Sympos. ἀλλὰ φερέτω Ἀγάθων εἴ τι ἐστὶν ἔκπωμα μέγα. Et apud Xenoph. Pæd. 8. Item χρυσῶν ἐκπωμάτων, Plut. Et ἀργυρῶν ἔκπωμα, Athen.

A C. 2. Συνεκπίνω, Simul ebibo, Vnà etiã ebibo. vel, Pariter ebibo. Aristoph. Pluto, Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἐξίοις Πίνειν, συνεκπιεῖ ὅτι σοι καὶ τὸν τρύγα. VBI Συνεκπιεῖν ponitur pro συνεκπιεῖν, more Attico, vt πολεμιστὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἶ) Thuc. pro πολεμιστέον εἶ).

C. ΕΜπίνω, Ebibo, vt quidem redditur in vulg. lex. vbi & Imbibo. quum alioqui afferatur ex Herodoto, ἐμπίνει τὸ αἷμα τος, pro Potat sanguinem: & ex Aristophane, ὡς αὖ ἐμπιώμεθα, pro Vt bibamus. At B. ἐμπιεῖν dicens esse, Haurire, Deglutire, ex Luciano profert, πλέον τὸ ἱκανοῦ ἐμπιὼν οἴνου λεπτοῦ καὶ θριμέος.

B C. ΕΠΙπίνω, Superbibo, (quo composito vtitur Plinius) vt quum quis potui potum addit, vel potius vni potus generi aliud potus genus addit. Exponitur & Postea bibo. Aristoph. Pluto, ζωῦτω ὅπιπιόν. Apud Platonem cum genitiuo, Polit. lib. 2, δῶρα χρήσονται αὐτοῖ τε καὶ τὰ παιδία, ὅπιπίνοντες τὸ οἴνου, ἐστεφανωμένοι καὶ ὑμνοῦντες θεοὺς. Nisi potius reponendũ est ὑποπίνοντες, quo paulo pòst vtitur cum aduerbio μετείως.

C. ΚΑΤΑπίνω, Absorbeo. aut Ebibo, Epoto. possumus enim præpositioni κατ' eam significationem hic dare quam habet ἐκ in præcedente Ἐκπίνω, atque adeo quã habet κατ' in καταφαγεῖν. Sed hoc sciendum est, vsurpari potius pro Deglutio, seu Deuoro, degenerando à simplici πίνω, vt ita dicã. (quo magis miror scripsisse Pollucem, de hoc verbo agentem, ἤδη δὲ τῶτο ἔνιοι καὶ ὅπι ἐφῆς λέγουσι. quum enim hic ὅπι ἐφῆς vsus sit passim obuius, alter autẽ ille contrà, dicendum potius fuerat καταπίνειν vsurpari ὅπι ἐφῆς, deinde addendum, ἤδη δὲ τῶτο ἔνιοι καὶ ὅπι πόσεως λέγουσι) Aristoteles Rhet. lib. 3, ὡς ὁ Δημοκράτης εἴκασε τοῖς ῥήτορας τοῖς πίθοις, οἱ τὸ ψώμισμα καταπίνουσι, τῷ σάλῳ τὰ πταίδια θορυβεῖουσι. Lucianus autem & de carnibus vsus est. nam eas καταπίνειν dicitur aliquis apud eum. Plut. in præcept. sanit. ἄκανθαν ἐπύγχανεν ἰχθύος καταπεπωκώς. Et apud Athenæum, καὶ ὧν δὲ καταπίνομ' αὖ. Quinetiã metaphoricè dicitur apud eundem, τόν τε ναύκληρον λαβοῦσα κατεπόσκ' αὐτῷ σκάφει. Et apud Plutarchum in Alcibiade, καταπιοῦσαι ὑμᾶς Ἀθηναῖοι, ἴσως, εἶπεν ὁ Ἀλκιβιάδης, κατ' μικρὸν καὶ κατ' ὀλίγον πόδας· Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ κατ' τὸν κεφαλῶ, καὶ ἀθρόως.

Et pass. Καταπίνομαι, sequens significationes actiuæ vocis: nam καταποθήσεται legitur apud Aristophanem pro Deuorabitur. Et καταποθῶναι apud Philonem pro Absorptum esse. Sic apud Plutarchum in Antonio, καταποθῆ πόλις χασμάτων ὑπορραγῶτων. Sic & apud Aristotelem in Problem. διὰ πένιοτε πλοῖα θεοῖα ἐν τῇ θαλάττῃ ἀνδίας καταπίνεται καὶ ἀφανῆ γίνεται. Item alio metaphoræ genere apud Paulum, 2 ad Corinth. cap. 2, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Quod loquẽdi genus retinens Chrysost. dixit in lib. De sacerdotio, ὑπὸ τῆς περισσοτέρας λύπης καταποθείς.

F Καπάποσις, εως, ἡ, Absorptio, aut Epotatio, vel Deuoratio. Peculiariter autẽ καπάποσις, Deglutitio, id est Cibi potionisque ab ore in ventriculũ descensus. Sed accipitur & pro ipso deglutiẽdi meatu, vt Marc. Virg. interpretatur: seu faucium meatu, vt vertit Ruellius: vterque in interpretatione loci huius Dioscor. lib. 6, τοῖς πεὶ τὰ παρίδμια καὶ τὸν κατάποσιν πόροις. Redditur & Gula apud eundẽ, cum alibi, tum in hoc libri 3 loco, βέλλας τοῖς περιστρόφοις τῇ καταπόσει.

Καταπότης, ου, ὁ, Gula, Guttur.

G Καταπότιον, ου, τὸ, Medicamentum quod deglutiendo sumitur, Medicamentum quod non diluitur, sed deuoratur, vt tradit Scribonius Largus. Formatur ferè in pilulas: quò facilius deuorari possit & in ventriculo dilui, indéque transire in venas. Quidam non solùm pilulam, sed & pastillũ ex Plinio interpretãtur. At δίδοσ καταπότιον, Potui dari, si sequimur Gazã, qui apud Theophrastum lib. 9, c. 8 Hist. plant. de cicuta, καὶ τὸν ἀπαλαχὸν ἢ ἄπον καὶ ῥᾳδίως ποιεῖ καταπότιον δοθέν, vertit Potui datum. Sic autem & Dioscorides dixit, δίδοται καὶ κοιλιακοῖς καταπότιον. Vbi quidam, Græcam vocem retinẽdo (nam & in Latino sermone retinetur interdum) interpr. Cœliacis catapotium est.

Καταπόθρα, ας, ἡ, Fauces infimæ, quibus cibus deuoratur, Stomachi orificium. Hoc videri significare καταπόθρα

apud Paulum Æginetam, tradit Budæus, qui in alio loco scribit esse partem gutturis equini, in Hippiatria.

C. 2. Προκαταπίνω, Ante absorbeo, seu prius, Ante deglutio, Ante deuoro.

C. ΠΡΟπίνω, Propino. Retinuerunt enim Latini hoc cõpositum. Cæterùm quum περπίνω, si compositio spectetur, sonet Præbibo, tamen περπίνειν non est propriè τὸ ἑτέρῳ πρὸς ἑαυτῶ δεῦρο πίνειν, si Athenæo credim⁹, l. 11, & post eũ Eustathio, qui addit, ἐστὶ δ' ὅτε καὶ τὸ ποτήριον ἀπαχαείζεσθαι. vide pag. 1732 ex Homero, quem citat & Athenæus. Qui alio in loco scribit, videlicet lib. 5, περπίνον δ' ἀλλήλοις, οὐχ ὡς ἡμεῖς, (τῶτο γὰρ περκπιεῖν ὅτιν) ἀλλὰ μέσον τὸν σκύφον. Vnde existimatur significasse olim περπίνω, Trado poculum seu porrigo ebibendum, antequam ipse biberim. (quum alioqui Ciceroni Propinare esse videatur Præbibere. sed pro eo quod dicit Propino hoc pulchro Critiæ, non legitur apud Xenophontem, περπίνω τῶτο τῷ καλῷ Κριτίᾳ, sed Κριτίᾳ τῶτ' ἔστω τῷ καλῷ, vt videbis pag. 132, mei Ciceroniani lexici. Colligimus autem & ex ipsius Athenæi verbis nõ seruatam fuisse posterioribus seculis antiquam illam verbi περπίνω significationem) Pindari autem scholiastes exponit ἅμα τῷ πόμα τι καὶ τὸν φιάλω χαείζεσθαι. Budæus περπίνω σοι reddit etiam Poculo te prouoco, afferens ex Athenæo pag. 172, Ἀλέξανδρος οὖν αἰτήσας τὸ τὸ ποτήριον δίχωα, καὶ πιὼν, περὶ τῷ Πρωτέα: & addens, eum identidem sic vti. Afferens præterea ex eodem, pag. 174. περπίνω σοι κύλικα. & pag. 185, περπίνω σοι κύλικα πλήρη. Legimus verò & περπίνειν φιλοτησίαν apud eundem Athenæum, item cum plurali, περπίνειν φιλοτησίας apud Demosthenem περὶ στεφαν. Propinare pocula amicitiæ: συνεπαίνιζε Φιλίππῳ καὶ φιλοτησίας περὶ πίνε. Sed & cũ φιλοτησίας genitiuo singulari apud Lucianũ. ac fortasse φιλοτησίας in illo Demosthenis loco est itidem genitiuus singularis. Tunc autem subaudiendum esse puto accusatiuum κύλικα, aut alium tale quid significantem. Apud Xenophontem Hellen. 1, cum solo datiuo, ἐπεὶ αὐτῷ περπίων ὁ Κῦρος ἤρετο, &c. Item pass. Προπίνεσθαι. vnde περποθεῖσα κύλιξ, apud Athenæum, διὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι ἐκπιεῖν τὸν περπεθεῖσαν αὐτῷ κύλικα.

Προπίνω metaphoricè pro In gratiam alicuius alium prodo, ac porrigo perdendum: Budæus ex Demosthene. Apud quem alioqui legitur cum accusatiuo rei: vt περὶ τὸν Ἑλλάδα. Itẽ τὰς παρειδας περπίνειν de proditoribus dictũ, quod exponitur Ad occupandã patriã inuitare & allicere. Et τὸν ἐλευθερίαν περπίνειν apud eũdem, τὸν ἐλευθερίαν περπιπτόκτος περὶ τοῦ Φιλίππῳ. vt si dicas Latinè Libertatem suam propinare alicui. (Apud Plutarchum autem in Galba legitur etiam, πρὸ τοῦ Τιγελλῖνος αὐτῷ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας. vbi quidam interpr. Propinando obtulit) Et pass. Προπίνομαι itidem metaph. vt apud Demosthenem Olynthiaca 3, περὶ τῶν παραπίκα ὑδενῶς καὶ χάεντος τὰ τῆς πόλεως πράγματα. quæ Camerarius vertit, Propinatur respubl. præsenti voluptati & delectationi. Hermog. certè περὶ πόματα vult esse pro περὶ δεῖπνα.

Πρόπομα, ατος, τὸ, q.d. Propinamentum. Id est Potus qui propinatur. Sed peculiariter de certo quodam potionis seu potus genere dictum fuit πόμα, siue quòd eo in propinando vterentur, siue etiam quòd illum cæteris præbiberẽt. (quum πόμα præcedat τὸ ἄριστον apud Plutarchum, vt mox docebo) Erat autem hic potus ex vino & melle confectus: quum vini sextariis quatuor, mellis despumati vnus misceretur, citra quidem cocturã, sed lõga satis insolatione. Verùm fuerũt & alii πόματα conficiendorum modi, vtpote quæ ad varios vsus comparata essent. Vide Aetium, qui vina purgantia vocat πόματα, & alibi rosatum flauæ bilis purgatorium, itidem πόμα. Quinetiam sub nomine κονδίτου videtur πόμα comprehendere, quũ scribit, lib. 11, cap. 10, μετ' οἴνου, ἢ κονδίτου, ἢ ἑτέρου πόματος. Apud Athenæum legimus, εἰς πόμα (intellige autem de eo quo voluptatis gratia vtebãtur) iniici hæc fuisse solita, πέπερι, σμύρναν, κύπρον, μύρον Αἰγύπτιον. Discimus ex eodem, in antecœniis (vt loquitur Apuleius) πόματα locum habuisse. scribit enim ille, vel potius Phylarchus apud illum, πόμα τὸ δεῖπνα περιεφέρετο, καθὼς εἰώθει τὸ πρῶτον. Non dubium est autem quin & in anteprandiis (liceat enim hanc vocẽ ad illius exemplũ fingere) idem fuerit πόματων vsus. Imo verò anteprandium quoddam videtur esse Plutarcho, seu potus quidam anteprandianus, (& hoc nomine vti fas mihi esto) Symp. l. 1, quæst. 6, de quodam Heraclide pugile, ὃς ἀπορῶν συμπότου ἐφαμίλλωτος, ἐκάλει, τοὺς μὲν ὅπι πόματα, τοὺς δ' ἐπ' ἄριστον, ἄλλους δ' ὅπι δεῖπνον, ἐφάσκε δὲ πίναι ὅπι κῶμον. Paulo pòst autem inter πότις enumerat & πόματα. dicẽs, κἀκεῖνος εἶθεν διὰ γέμμα ποιῶν, ἅπασιν ἐξῆρκει, καὶ τὰ τέσσαρας πότις σωδιέφερε. Non dubium est alioqui quin rarus esset his quatuor πότις vtentium numerus. Sed siue ante prandium, siue potius ante cœnam πόματα vtebantur, hoc constat, fuisse quædam potus genera à quibus compotationis initium faciebant, vel quæ comporationis velut præludiũ erant. Nisi potius ad illã verbi περπίνειν respicientes signif. de qua dictum est, & ad illam verbalis πόσις, de qua dicetur, inde πόματα nomen accepisse putemus quòd essent velut propinamenta, vti dixi: id est, quòd ea potus genera propinationibus primùm fuerant destinata.

Πρόποσις, Propinatio, Athen. lib. 1, ἰῶ δὲ τὰς καὶ διὰ τῆς περπόσεως ἀσπασμός. Plutarch⁹ Sympos. lib. 1, λόγοις, πόσεις, φιλοφροσύνας. Epigramm. lib. 2, ὅτ' ἐῶ χρόνος ὤρεος ἡμῖν, Πάντα χρόνῳ ἔστω, φαλμοὶς, ἔρως, πόσεις. Quidã verò nõ solùm propinationes, sed & inuitationes interpr. Habes & ex Gregorio exemplum vsus huius vocis in bicomposito Ἀντιπερπίνω. Sed putatur πόσις dictum etiam fuisse de potu qui propinatur.

C. 2. Ἀντιπερπίνω, Vicissim propino. Apud Athenæum metaphoricè ponitur ἀοιδὰς ἀντιπόπτοις, in versu cuiusdam poetæ. Passiua vox Ἀντιπερπίνομαι pro Vicissim mihi propinatur, apud Gregorium, τὰς δὲ πόσεις τὰς καὶ φιλοτησίας αἱ δημοσία πόρναις περὶ πίνε τὰς αὐτὰς περὶ πίνεται.

C. ΣΥΜπίνω, Compoto, Plutarchus Sympos. lib. 2, οὐ γὰρ τῶ φαγεῖν (ὁ Ἀγίας ἔφη) χάειν, οὐδὲ τῶ πιεῖν, ἀλλὰ τῶ συμπιεῖν καὶ συμφαγεῖν, ὡς ἐγῶμαι, καλοῦσιν ἀλλήλοις. Plato Minoe, ἐν Κρήτῃ δὲ εἰς οὗτος ὅτι τῶν ἄλλων νομῶν οἷς Μίνως ἔθηκε, μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθυ. vbi obserua additum datiuum ἀλλήλοις. Luc. in Tox. καὶ ἀστέθημα αὐτῶν ἡγεῶτο εἶ) εἰ σωέπιον ποτ.

Συμπίνω, Combibo, (non quidem pro Compoto, vt videlicet Combibo sit Simul bibo, sicut in vulgatis lexicis legitur: sed ea significatione qua dicitur à Nasone, — ara cruorem Cõbiberat: vt alios aliorum locos omittam in quibus idem huius verbi vsus cernitur) Vel Imbibo, id est Humorem concipio, vt Budæus vertit: afferens ex Theophrasto, ἐπὶ πρός γε τὸν κόλπον ἡ ξηροπέρα ὕλη συμφέρει. ἵστατο γὰρ καὶ ναῦν ναυπηρύμβα, καὶ ὅταν συμπίῃ καθελκωσθέντα, συμμύει καὶ στέγει. id est, Quum humorem imbiberint, comprimuntur, & aquam arcent, rimis adstrictis, vt vertit idem.

Συμποσία vide post συμπόσιον.

Συμπόσιον, ου, τὸ, Compotatio. Vel potius quod Latini dicunt Conuiuium (sonans alioqui potius q. d. συμβίωσιν: & quidem quod sequatur significationem verbi συμβιῶναι, copulati cum συμπιεῖν, vt videbis Tomo 1, semi pag. 741, in principio. Cicero in libro De senectute, aut si mauis, M. Cato apud Ciceronem, Neque enim ipsorum conuiuiorũ delectationes corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorũ & sermonibus metiebar. Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. vt, quod in eo genere minimum est, id maximè probare videantur. Vbi non dubium est quin compotatio sit interpretatio nominis συμπόσιον, at verò Concœnatio, nominis συνδεῖπνον) Dico autem συμπόσιον esse potius Conuiuium, quòd licet συμπόσιον sonet Compotatio, aut, magis etiam ad verbum, Compotamẽtum, (si cum bona Latinitatis venia fingere hoc, docendi tantùm causa, liceat) dicitur tamen non simpliciter de compotatione, sed de cõpotatione quadã cõuiuali, vt

ita dicam.Plut.Symp.l.7,κοινωνίας γὰρ ὄντι καὶ ἀσυδῆς καὶ A
παιδιᾶς καὶ λόγων καὶ πρεσβύτερον τὸ συμπόσιον. Plato Polit.2.
εἰς ᾄδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ, καὶ κατακλίναντες, καὶ συμπόσιον ἡδὺ ὁσίων κατασκευάσαντες, &c. Pro eo autem quod dicit hîc συμπόσιον κατασκευάσαντες, dici etiam possit συμπόσιον συναγαγόντες, quum apud Athenæum legamus συμποσίου συναγωγή. Sed & συγκροτεῖν συμπόσιον, alicubi me legere memini. At συμπόσιον διαλύειν, Conuiuium dissoluere, id est finire: aut etiã συμπόσιον καταλύειν. vnde συμποσίου κατάλυσις apud Xenophontem. Et plur. συμπόσια, in frequenti etiam vsu. Xenophon Pæd.8, ὡσ ἂν αὐτοῖς νόμιμον, μηδὲ πρεσβυτέροις εἰσφέρειν εἰς τὰ συμπόσια. De metrius Phaler. ἐν ἑορταῖς καὶ ἐν συμποσίοις. ‖Interdum συμπόσιον ipsum conuiuii locum significat, vt ex Athenæo necnon ex Polluce patet. ‖Nonnunquam συμπόσιον de ipsis conuiuis dicitur, quam itidem significationem habet aliquando Latinis Conuiuium. ‖Vocarunt præterea συμπόσιον cum alii, tum Plato & Xenophon ac Lucianus, librum seu libellum quo conuiuium à quibusdam agitatũ descripserunt. Vide Plut. initio Sympos.

AT VERO Συμποσία, quod magis ad verbum & regulariter (vt ita dicam) sonat Compotatio, (sicut συμπόσιον dixi sonare Compotamentum) à Polluce quidem ponitur tanquam synonymum nomini πότος, item nomini συνουσία, atque aliis, sed nullius scriptoris autoritate confirmatur. In vulg. lex. autem affertur ex Maccab.lib.3, τὸν τῆς συμποσίας καιρόν.

C. Συμποσίαρχος, ου, ὁ, ET Συμποσιάρχης, ου, ὁ, Cõuiuii præfectus, Cõuiuii magister. Vel, Qui modũ conuiuis impo D
nebat, vt B. vertit: quum alii ex Varrone interpr. vno verbo Modiperator. Legitur autẽ hoc nomẽ συμποσίαρχος cum apud alios, tum apud Athenæum & Plutarchum, apud quem extat etiam locus ex quo συμποσάρχου officium cognoscere possumus. hic nimirum in Apophth. Ἀγησίλαος ὁ μέγας πρὸς πόνον ποτὲ λαχὼν συμποσίαρχος, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ οἰνοχόου πόσον ἑκάστῳ προσφέροι, Εἰ μὲν πολύ, ὅτιν οἶνος, ἔφη, ὅσον ἕκαστος αἰτεῖ· εἰ δὲ ὀλίγος, ἐξ ἴσου δίδου πᾶσιν. Apud eundem Sympos. lib.1, agitatur hæc quæstio, πίνον τινα δεῖ τὸν συμποσίαρχον εἶναι. vbi etiam eius E
munus esse dicitur ἡ πρὸς τὰ συμπόσια ὀλιγοσία καὶ διακόσμησις. Sed & ex toto illo loco, quæ eius essent partes, manifestissimũ esse potest. Verùm hoc sciendũ est, forte munus illud solitum tribui: quod & in illo Plutarchi Apophth. loco videre est. HINC Συμποσαρχία, q.d. Præfectura conuiuii. Sunt & qui reddant Magisterium conuiuii. Budæus vertit Magisterium in cõuiuio, ex Cicerone De senectute: apud quem tamen legimus Magisteria, sine adiectione, sed loquendo de conuiuiis. Est certè συμποσαρχία, illa quæ vocatur à Plutarcho ἡ πρὸς τὰ συμπόσια ὀλιγοσία καὶ διακόσμησις, vt modò dixi. Et VERB. Συμποσαρχέω, ῶ, Præfectus sum conuiuii, Præsum conuiuio, Sum magister conuiuii, Sum modiperator. Vtitur Aristoteles in Politicis, item Plutarch. Sympos. lib. 1, ὅ, τε ἀεὶ πανταπασι νήφων, ἀηδὴς καὶ παραχρεῖν μᾶλλον ἢ συμποσαρχεῖν ὀλιγοπότατος.

Compositione autem caret adiectiuum NOMEN Συμποσιακός, sonans Conuiualis. vt συμποσιακὰ προβλήματα seu ζητήματα Plutarchi, (quæ & συμποτικὰ ζητήματα appellat) Conuiualia problemata, Conuiuales G
quæstiones. Legimus tamen & τοῦ συμποσιακῶν apud eum lib.8, sine adiectione. & ita dicetur etiam τὰ συμποσιακὰ substantiuè.

Caret itidem compositione, eandem originem habens, etiam VERBVM Συμποσάζω, Vnà conuiuor, Vnà conuiuium celebro. (At si reddas Compoto, videbitur sonare simpliciter idem quod συμπίνω) Gregor. in Encom. Macc. καλὸν ἰδὼν καὶ συνοικοῦντας ἀλλήλοις ἀδελφοὶ καὶ συμποσάζοντες καὶ συναιρόμενοι. H
VNDE Συμποσιαστής, οῦ, ὁ, Conuiuator.

AT VERO Συμπότης à tertia præt. verbi συμπίνομαι persona formatur, sicut συμπόσιον & συμποσία, à secunda. Est autem Συμπότης, Compotor, aut etiam, Combibo. (vt Cicero dixit, Cum tuis combibonibus Epicureis) Athen.lib.4, ὅταν δὲ βασιλεὺς πόνον ποιῆται, (ποιεῖ δὲ πολλάκις) συμπόται αὐτῷ εἰσὶν ὡς μάλιστα δώδεκα. Lucian. συμ-

δεῖπνον καὶ συμπότιν ἐπιτήσαι. Et FOEMIN. Συμπότις, ιδος, ἡ, ITEM Συμπότεια, Compotrix, Terentio.
HINC Συμποτικός, (q.d. Compotorius, vt apud Athenæum lib.11, συμποτικὴ ὁμιλία, Compotorii cõgressus, Conuiuales congressus) Ad compotores pertinens, aut potius ad ipsam compotationem, Ad conuiuium pertinens, Conuiualis. vt συμποτικοὶ νόμοι, & συμποτικὰ ζητήματα apud Plutarchum: (quæ & συμποσιακὰ vocari modò dixi) & συμποτικὴ ἀπάτη, apud Lucianum, καὶ πιστά γε ἀπάτας ὦ Ἑρμῆ τὰς συμποτικὰς οὔσας οὐχὶ, οἶμαι, ἐπομνημονεύειν. Item συμποτικὰ ἀστείσματα, in quodam titulo libri 2 Anthol. Epigr. ‖Interdum verò συμποτικὸν significat Compotationi conueniens, seu aptum, aut Conuiuio conueniens. qua in significatione cum alii vtuntur, tum Plutarch. ‖Συμποτικός, Qui nouit quomodo se inter compotores gerere debeat, estque illis iucundus, Compotor suauis & iucundus, Conuiua iucundus, Qui nouit iucundè conuiuari. Aristoph. Vespis, Παῦ, ἀλλὰ δεῦρ' ἀπακλινεὶς πρεσμαθέ ἀνε Συμποτικὸς εἶ καὶ ξυνοισιαστικός. Plutarchus Sympos. ὅτι δεῖ τὴν μὴ φυλάκων ἀρχοντα, φυλακικώτατον (ὥς φησιν ὁ Πλάτων) εἶναι, τὸν δὲ συμποτικόν, συμποτικώτατον. (Additque talem fore, si neque τοῦ μεθύειν ἀνάλωτος ᾖ, neque πρὸς τὸ πίνειν ἀπρόθυμος: item si sit ἀσυδὴς οἰκεῖος, & παιδιᾶς μὴ ἀλλότριος, sed οὐ πως συγκεκραμένος πρὸς ἀμφότερα, &c.) Sic vtitur & Lucianus, ὥςπερ ἀχάριστός εἰμι, καὶ ἥκιστα συμποτικός. Apud quem tamen est συμποτικὸς & Qui libens ac bene lautéque conuiuatur, vt scribit Budæus, afferens ex eius Timone, χαῖρε Τίμων ὁμορρόπατε, καὶ ἥδιστε, καὶ συμποτικώτατε. quæ verba sunt parasiti.

C. Ὑποπίνω, Subbibo. id est Plusculum bibo, vel Aliquantum bibo, (vt exponitur in hoc Plauti loco, in Truculento, Qui improbus est, siue subbibit, siue adeo caret temeto, Tamen ab ingenio est improbus) Xenoph. Pæd.8, οὐκ πύτυ δὴ, ἐπεὶ ὑπέπινον, ἤρετο ὁ Ὑστάσπας τὸν Κῦρον, Quum plusculum poti essent. Idẽ Hellen.6, ὁν τῇ μεσημβρίᾳ ὑποπινόντων. Sic apud Aristophanem in Auibus, ὑπέπινον ἐν ἄσῃ. Vsus est & Anacreon hoc verbo nonsemel. Camerarius exponit etiam Largius bibo. Budæus autem ὑποπεπωκὼς in hoc Xenophontis loco reddit Appotus, μετὰ τοῦτ' ἤρξει Διόνυσος ὑποπεπωκὼς πρὸς θεοῦς. At præsens ὑποπίνειν aptissimè verbo Subbibere redditur, planè etiam expressa præpositione. Atque vt Suetonius addidit Paulum huic verbo Subbibere, (in Nerone, Si paulum subbibisset) sic verbo ὑποπίνειν addidit aduerbium μετείως Plato, De rep.lib.2, μετείως ὑποπίνοντες. Sed à Nicophonte dictum ὑποπίνειν pro μεθύσκεσθαι, tradit Suidas.

F ΠΙΠΤΩ, Cado, Labor. Fut. πέσω, tanquam à THEMATE Πέπω: & Doricè πεσῶ. sed in vsu est potius media vox πεσοῦμαι. Præt. autem πέπωκα, tanquam à Πέω, ῶ. Homerus Iliad.α, v.597, Εἰθά με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. Ab eodem Iliad.ρ, βέλεα dicuntur ἑτοῖσα πίπτειν ἔσαλτο. id est πίπτειν εἰς χθῶ. Apollonius autem Argon.lib. 2 dixit οὔδει πέσε, pro εἰς οὖδας. At πίπτω ἐν ἡνίοχοισι apud eũdem possumus accipere pro ἐμπίπτω ἡνίοχοισι. itidémque γενάχεσσιν ἐν λεχέεσσι πεσόντες, pro λεχέεσσιν ἐμπεσόντες. Magnus est verbi πίπτω vsus & in soluta oratione. Plutarchus, ὑπὸ τῶν πίπτοντος ὀξὺν ὀρθοῦ. Interdum cum præpositione εἰς. vt πίπτειν εἰς γόνατα, Xenoph. Pæd.1. Et ὅτι πάντα τὰ μέρη πίπτοι σι, Athen.lib.10. Cæterùm quoniã interfecti cadere solent (vt Herodianus lib. 7, αἱρεθέντας πρὸ τοῦ βωμοῦ πεσεῖν) ideo sæpe (sicut & Cadere) accipitur pro Interfici, Prosterni. qua in significatione vsi sunt posi Homerum cæterósque poetas, prosæ etiam scriptores. vt πεσόντι ἐν τῇ μάχῃ, Pausan. Item cum constructione conueniente verbo passiuo, vt apud Plutarchum, πεσὼν ὑφ' ἑτέρου. (Nonnunquam verò est potius Profligari. vt Thucydides lib.2, πολλὰ δὲ καὶ γραπόπεδα ἤδη ἔπεσεν ὑπ' ἐλαυνόντων) Sed & αὔεμος, id est vẽtus, πίπτειν dicitur ab Homero. qua in significatione Virgilius vtitur verbo Cadere. Dicuntur & δάκρυα πίπτειν apud Homerum, sicut Latinè quoque lacrymæ cadere: vicissimque aliquis ἐς δάκρυα πίπτειν apud Herodotum. Est verò vbi reddatur potius Incido quàm Cado. vt

πεπτωκότος συμφορᾶς, quod ex Epigrãmatis affertur. (dicunt enim Latini potius Incidere in calamitatem) Itidémque ex Sophocle, Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δίκαις, pro Incidere in ærumnas. Et ita quidem interpretando, fuerit vtrobique simplex pro composito: videlicet hîc πίπτειν pro ἐμπίπτειν, illic πεπτωκότος pro ἐμπεπτωκότος. ‖Interdum πεσὼν dicitur Qui procubuit, seu Procumbens, vt apud Synesium, καὶ πεσόντες ἱκέτευον. ‖Apud Herodotum, τῇ πίπτουσι τὰ πρήγματα, Eò res spectant. vulg. lex. ‖Apud Polybium, ὅσα τῆς Σικελίας ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων πίπτει δωρεαί, pro Subiecta sunt imperio Carthaginiensiũ. Apud Dioscoridem autem γῆ πᾶσα ἡ πίπτουσα εἰς ἰατρικὴν χρῆσιν, Budæus vertit, Omnis terra in vsum medicamenti recepta.

Πίπτειν affertur & pro Irruere: sed ex quibusdã locis in quibus præpositio iungẽda est verbo, vt docebo in Ἐμπίπτω.

Πτῶμα, ατος, τὸ, Casus, Lapsus. Apud Dioscor. aliquoties, πρὸς πτώματα πυρίζεται, Bibẽdũ præbetur præcipitatis ex alto. Sic apud Scrib. Largum de hiera Pachii, Nec minus arbore alta delapsis vel scalis deuolutis, excussis à rheda vel curriculo. Pro quibus sic apud Marcellum, Nec minus eorum maximè sanitati conuenit qui arbore alta delapsi sunt, vel scalis deuoluti, aut excussi rheda. ‖Item metaphoricè pro delicto seu errato. qua significatione vsurpatur tum à Luciano, tum in sacra scriptura aliquoties. ‖Πτώματα dicuntur etiam ea ipsa quæ cecidere. vt Lysias πτώματα ἐλαιῶν dicit Oliuas quæ cecidere ex arbore, seu Cadiuas oliuas. vel etiã ipsas arbores quæ cecidere seu corruere. nã Harpocration eius loci mentionem faciens, ait ita vocari vel τὸν καρπὸν τὸν ὀποπεπτωκότα τῆς φυτῆς, vel αὐτὰ τὰ δένδρα κατὰ πνα τυχὼν πεπτωκότα. ‖Peculiariter autẽ πτώματα corpora mortua, quæ itidẽ à cadendo dicta Cadauera. Plutar. Alexandro, οἵτε θηρὶ τῶν ὁρμάτων διεκωνόντων σωμέχοντο, πτώματα πεφυρμένοι ἰσοσύτοις, οἵτε ἵππον καταλαμβανόμενοι καὶ ὑποκρυπτόμενοι τῷ πλήθει τῶν νεκρῶν. Itidẽ Herodianus lib.7, ὡς δὲ πλῆθος πτωμάτων, μήτε νεκρῶν αἰάρεσιν πρὸς ταφὴν ἠρεῦσθαι δυνησθῶσι. Quæ verba Politianus sic vertit, Sic vt multitudine interfectorũ neq; discerni ad sepulturam funera potuerint. Itidem lib.4, τὰ δὲ πτώματα φερόμενα μετ' ὄψεως πάσης, ἁμάξαις ὀπισθέντα, ἔξω τῆς πόλεως κομισθέντα, σωρηδὸν κατεπιμάρασε, ἡ ὁπως δὴ ἐρρίπτετο, id est, Politiano interprete, Porrò ipsa cadauera plaustris omnibus per contumeliam imposita, atque extra vrbem exportata, aceruatim aut temerè iniecta rogis comburebãtur. Itidem apud Marcum cap.6, ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, sustulerunt cadauer ipsius, ni mirum ad sepulturam. VNDE Πτωματίζω. Cadere facio, vel etiã præcipito. Cyril. οἱ ὀπὸ χαίροντες ὀπὸ πτώματον ἑτέρων ἑαυτοὺς πτωματίζουσι. AT Πτωματίς, ίδος, ἡ, Poculi seu alius vasis genus, cuius mentio facta est in Λεπαστὴ & Ἐκπέταλος.

Πτῶσις, εως, ἡ, Casus, Lapsus. idem cum πτῶμα. Lucæ 2, οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, positus est iste in casum & resurrectionem multorum: verba Simeonis de Christo. vbi etiam nota opposita πτῶσις & ἀνάστασις. Matth.7, de domo in loco arenoso structa, ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη, cecidit, & fuit casus eius magnus. i. magna cum ruina collapsa est. Quod verò Exodi 30 legitur, οὐκ ἔσται ἐν αὐτοῖς πτῶσις ἐν τῇ ὀπισκοπῇ αὐτοῦ, vulgò sic redditur, Non erit in eis plaga quum fuerint recensiti. Malim, Nemo ex eis cadet, hoc est Interimetur. quo modo interempta corpora & quæ cecidere, πτώματα appellantur. ‖Πτῶσις, Casus, vocabulum grammaticum. In Epigr. Πτώσεις, σωιδεσμοι, ῥήματα, συζυγιαι. Aristot. De poet. τῆς δὲ λέξεως πάσῃ ὀρθὸν τὰ μέρη, στοιχεῖον, συλλαβὴ σωιδεσμος, ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις. Idẽ Aristot. πτῶσις non nominibus tantùm tribuit, de more gramm. sed etiã verbis. quod latius apud eum videre est Rhet.3. At Rhet.l.1. hæc apud eum leguntur, ὡς αὐ ὀκ ἦν τοῦ συοίχων καὶ τῶν ὁμοίων πτώσεων καὶ τὰ ἄλλα ἀκολουθῶ, οἷον, εἰ τὸ ἀνδρεῖος κάλλιον καὶ αἱρετώτερον τοῦ σωφρόνως, καὶ αἱ ἀρετὰ σωφροσύνης αἱρετώτερα, καὶ τὸ ἀνδρεῖον εἶναι, τοῦ σωφρονεῖν. Cui simile est hoc exẽplum ἀπὸ πτώσεων, quod Topic.

lib.4. affert, εἰ τὸ δικαίως αἱρετώτερον τοῦ ἀνδρείως, καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς ἀνδρείας αἱρετώτερα. vtrobiq; autẽ obserua aduerbia quoque & coniugata πτώσεων nomine cõprehẽdi. INDE Ἀνάπτωσις, εως, ἡ, Casus vnius pro alio positio, Casus pro casu. figuræ nomen apud grammaticos.

Πτωτος, οῦ, ὁ, Qui cadere potest vel solet, Cadiuus, Caducus. Hesychio πτωτὸν est τὸ πίπτον. ITIDEM Πτώσιμος, Caducus seu Cadiuus significat.

Πτωτικός, οῦ, ὁ, Casualis. vox grammatica.

C. Ἄπτωτος, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, Qui non cadit, Qui non corruit nec collabitur, Cadere seu corruere nescius: & per consequens Stabilis, Firmus, Constans. Vel, Non vacillans, Qui erectus & nõ vacillãs incedit. vt Gaza, apud Cic. De senectute, Alacri & erecto animo, vertit, ἀκραιφνῆ καὶ ἄπτωτον ψυχῇ. Item ἄπτωτος, Qui non cecidit. VNDE Ἀπτώτως, Citra lapsum, Ita vt non cadas nec vacilles. Alii, Sine defectu.

C. Ὁμοιόπτωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Similiter cadens. vel similes casus habens, Ὁμοιόπτωτον figura est oratoria. Quintilianus lib.9, cap 3, Tertium est quod in eosdem casus cadit: ὁμοιόπτωτον dicitur. Sed neque quod finẽ habet similem, est ὁμοιόπτωτον: vtique in eundem finem venit, ὁμοιοτέλευτον. Est enim ὁμοιόπτωτον tantùm casus similis, etiamsi dissimilia sint quæ declinentur: nec tantùm in fine deprehenditur, sed respondent vel prima inter se, vel mediis vel extremis, vel etiam permutatis his: vt media primis, & summa mediis accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. Nec enim semper paribus syllabis constat. vt est apud Afrũm, Amisso nuper infelicis aulæ si non præsidio inter pericula, tamen solatio vitæ inter aduersa. Meminit & Rutil. Lupus, necnon Beda, qui hoc ex Ennio exemplũ affert, Mœrentes, flentes, lacrymantes, commiserantes. Vtitur eodem vocabulo Plutarchus vt videbis in Κολλάω.

C. Πολύπτωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multos casus habẽs. Πολύπτωτον figura oratoria, itidẽ vt ὁμοιόπτωτον. Aquila Rom. Πολύπτωτον, ex pluribus casibus. hanc figuram ex eo nominauerunt, quòd quum sæpius initio ab eadem parte orationis stat, illa ipsa pars declinationibus casuum aut generibus aut numeris immutatur. Cuius exempla apud eum vide, necnon apud Rutil. Lupum. Bedæ Polyptoton est quum diuersis casibus variatur oratio. vt Littora littoribus contraria, fluctibus vndas Imprecor, arma armis. Huc pertinent quæ Quintilianus scribit lib.9, cap.3, de epanodo, Interim variatur casibus hæc & generibus iteratio. Magnus est labor dicendi, magna res est. Et apud Rutilium, longiore periodo & hæc initia sententiarum sunt, Pater hic tuus e patrem hunc appellas: patris tu huius filius es: Fit casibus modò hoc schema, quòd πολύπτωτον vocant. Simile exemplum apud Terentium, Eius me miseret, ei nunc timeo, is nunc me retinet.

C. Ἀνάπτω, Recumbo, Decumbo. item Procumbo. Euripides in Cyclope, Ἀνέπεσε, φαύλως αἰθὴρ ὀξυνεὶς βαφῶ. Interdum pro Accumbo in mensa, Accumbo in conuiuio. quod solet simpliciter Accumbo dici. Alexis comicus poeta apud Athenæum, μετὰ τοῦτ' αἰσθοῦ ὀνέλθοιν αὐτὼ παρ' ἐμέ. Sic vsurpant verbum hoc & Euangelistæ Matthæus & Marcus. ‖Ἀνάπτω, Supinus sum, inquit Budæus. Xenophõ in Oeconomico, ὀνήσει μὲ κατάστω), ὀνήσει δὲ φροντίσιν, ὀνήσει δὲ ἀναπίπτοιν. id est, Vicissim & rectè atque ordine incumbunt in remos, & rursus resupinantur. Sic & lib. περὶ ἱππικῆς dixit ἀναπίπτειν pro ὑπτιώτερον εἶναι, (vt explicat B.) cuiopponit πρηνεύειν. Athenæus autem illum priorem Xenophontis locum cum hoc Cratini coniungit, itidem de remigibus vsurpantis ἀναπίπτειν: quum scribit, ῥοθίαζε, κἀνάπιπτε.

Ἀνάπτω, ἀθυμῶ, ὀλιγωρῶ, inquit Athenæus, citans hunc Thucydidis locum, ex libro 1, νικῶμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτοιν. Ad animũ retulit Demosthenes ἀναπίπτειν. (vt scribit Budæus) quum inquit, δέδοικα μὴ νῦν ἀναπεπτωκότες ὦσιν. id est, ὕπνοι καὶ νυστάζοντες, inquit interpres, οὐκ ὀρθοὶ δὲ νήφοντες. hoc est, animo nec strenuo nec vigilanti erectóque: sed supini & desides, & malis ve-

ſtris indormiſcentes. Hoc Cicero Animo cõcidere appellat. vt, Si ſimul animus cum re concidit. Liuius, Victi autem ceciderant animis. Hactenus Bud. Eſt autem operæpretium conſiderare vt de iiſdem dixerit Liuius Animis cadere, de quibus Thucydides ἀναπίπτειν. ille enim ſcribit, νικώμενοι ἀναπίπτουσιν, huc, Victi ceciderant animis. ¶ Addit Budæus, Ἀναπίπτω ponitur & pro Frigeo, Remiſſus ſum. vt Demoſthenes, ἀναπίπτει δὲ τὰ τῆς ὁδοῦ, Quod agitatum fuerat de equitatu mittendo, refrixerat: populus iam conſilium mutarat. Idẽ ἀναπεπτωκὼς apud Chryſoſtomum ad Rom. exponit Supinè & per deſidiam agens. Thucydidis ſcholiaſtes ἀμβλυώττεσθαι apud eundem metaphoricè poſitũ exponit per ἀναπίπτειν. Ab Euſtathio ἀναβολὴ explicatur, ἡ ἀνάπτωσις, καὶ ὀργία.

Ἀνάπτωσις, εως, ἡ, Decubitio, Recubitio, Accubitio. ¶ Itẽ Reſupinatio. ¶ Item, Animi remiſsio: ſiue cum Budæo, Animus iacens & remiſſus.

C. ΑΜΦΙπίπτω, Circum cado, Circum procumbo. Odyſſ. θ, Ὡς δὲ γυνὴ κταίῃσι φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα. id eſt, terræ aduoluta circa illum. Euſtathius annotat ἀμφιπεσοῦσα hìc aptiſsimè dictum eſſe de mortuo: quum viuos dicamus ἀμφιβαλεῖν.

C. ΑΝΤΙπίπτω, Contrà irruo. Item, Obſiſto, Renitor, Aduerſor. Plutarchus in Theſeo, μηδὲν ἀντιπίπτει πρὸς τὴν ἱστορικὴν τῆς τραγῳδίας. Pro Intercedo. i. ἐνίστασθαι, apud eundem Plutarchum ſæpe, vt ait Budæus. Exponitur etiam Occurro, apud rhetores. eo ſenſu quo dicitur aliquis obiectioni aduerſarii occurrere. Sed & Obiicio, ſeu Occupo, vel Occupatione vtor, apud eoſdem exponitur. vt quum dicunt, λύει τὸ ἀντιπίπτον pro Soluit obiectionem. Occurrit ei quod obiiciebatur, vel obiici poterat. ¶ Dicuntur etiam ἀντιπίπτοντα πράγματα, aduerſæ res, quaſi contrà cadentes. Gregorius in Iulianũ, ἐν τούτῳ, τῇ ἐντεῦθεν ῥαστώνῃ, μεθιεῖς τὸ δυσδαιμονεῖν, καὶ τοῖς ἐναντίοις τὸ κακοδαιμονεῖν, τοῖς ἀντιπίπτουσι.

C. ΑΠΟπίπτω, Decido, Delabor, Epigr. lib. 2, Νῶν Λιβυκαὶ καὶ Ἕωναι ὀχυλμβος, εἶτ' ἀποπίπτων Πολλάκις, ἐξαίφνης γραμματικὸς γέγονεν. Verbale NOMEN Ἀπόπτωσις. q.d. Delapſio. Exponitur & Lapſus, Caſus. Affertúrque ex Galeno ad Glauconẽ lib. 2, πρὸς τὰς ἀποπτώσεις τῆς ἐφαρμῶν, pro Ad hoc vt cadant cruſtæ. Exponitur etiam, Ad cruſtas reſoluendas. Erotianus apud Hippocratem ἀποπτωσιν exponit πρὸς τὴν ὀδηδόνων ἄνεσιν. AT VERO Διαπόπτωτος, Qui vix decidit, ſeu delabitur. Affertur autem ex Theophraſto & alia ſignificatio in vulgatis lexicis, videlicet Qui difficilè poteſt abſolui. ſed non dubium eſt quin aut alia ſignificatio, aut alia lectio quærenda ſit.

C. ΔΙΑπίπτω, Intercido, item Interlabor, Elabor. vt ἐν τῇ μάχῃ διαπτόντες, apud Xenophontem. Ex quo eſt etiã διαπεσεῖν βουλόμενοι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν. quæ latius habes apud Budæum pag. 536, vbi etiam tradit ſignificare Intercidere: (addens, quaſi Inter digitos labi) cuius tamen ſignificationis nullum exemplum affert: extare autem exiſtimo in iſto Syneſii loco, ἀμφίβολος ὢν πόπτερον διαπέπτωκεν ἢ διεκομίσθη τὰ γράμματα. ¶ In vulgatis lexicis exponitur & Aberro. item Spe fruſtror, apud Ariſtoph. Quinetiam Excido, apud Gregorium, διαπέπτωκέ σοι λόγος. ¶ Ibidem, ex Plutarcho in Galba, λόγου διαπεσόντος εἰς τὰ στρατεύματα, quum inter exercitus diſperſus eſſet rumor. Atque ita διαπίπτω interdum erit Dimano, ſicut ἐκπίπτω, Emano. ¶ At διαπίπτω redditum apud Platonem Diffluo & vaneſco, (quibus eſt aliqua cum ſignificatione verbi Intercido cognatio) habes in eadem illa pag. 536.

Διάπτωμα, ατος, τὸ, Lapſus, in vulg. lex. quum tamen διαπίπτειν reddatur Interlabi & Elabi, non ſimpliciter Labi. In iiſdem EST Διάπτωσις, expoſitum Ruina, Infortunium, item Opinionis & ſpei fruſtratio: ſed abſque exemplo. Ego autem apud Plutarchum inuenio copulata ἁμαρτίαν & διάπτωσιν. Quò pertinet BIC OMP. Ἀδιάπτωτος, quum ſignificat, In quo nulla erratio eſt, In quo error non admittitur. Quam ſignificationem Budæus ex Polybio affert. Qui alioqui ἀδιάπτωτον interp. etiam Quod nec intercidit, nec dilabitur, nec intercipi poteſt.

C. ΕΙΣπίπτω, Incido in, vel ſuper: (vt apud Virgil. — & Danaûm ſuper agmina latè Incidit) Irruo, Irrũpo, Impetũdo. vt εἰςπίπτειν εἰς τὴν πόλιν, apud Herodotũ: poſt quẽ ita vſus eſt & Herodianus. Sed & apud Iſocratem pro Irruo ſeu Irrumpo legitur. Apud Thucydidem verò εἰςπίπτειν εἰς τὴν ἐρκτὴν redditur & verbo paſſiuo Cõiici in carcerem. Sic ἐμπεσὼν εἰς δεσμωτήριον Bud. vertit Coniectus in carcerem.

c. 2. Ἐπειςπίπτω, Magno cum impetu irruo, μετὰ σφοδρᾶς ὁρμῆς εἰς ἔρχομαι, Irrumpo. Ita Budæus, qui & addit ἐπειςπαίειν huic eſſe ſimile. Sed ego præpoſitionem ἐπὶ val de repentinæ irruptionis indicem potius eſſe crediderim. Alioqui ἐπειςπίπτειν eſſet Inſuper irruere, id eſt Vltra irruere: intelligendo, Vltra eos qui iam irruerint.

c. 2. Παρειςπίπτω, Irrumpo, Ingredior hoſtiliter. Plutarch. in Demetrio, εἰς τὴν Βαβυλωνίαν παρειςπεσών. vbi Bud. vertit, Ingrediens & Irrumpens hoſtiliter. Sed ita interpretando, ſuperuacanea fuerit præpoſitio παρὰ: propter quam potius exiſtimo ſignificari hoc verbo occultam quandam irruptionem, ac minimè apertam: qualis eſt eius qui velut in tranſitu eam facit. Ac certè non abſimilis eſt huius præpoſitionis vſus in παρειςπίπτω poſito pro Irrepo, ſeu Obrepo, & Inſinuo me. quas ſignific. vide apud illum p. 535, ex Theophr. & Luciano.

c. 2. Συνειςπίπτω, Simul irruo, ſeu irrumpo. At in v.l. affertur ex Plutarcho συνειςπίπτων τοῖς φεύγουσι pro Perſequens fugientes. Quum ille ſignificare voluerit fortaſſe, Simul irruens in fugientes.

C. ΕΚπίπτω, Excido, Decido ex. Homerus Odyſſ. ξ, — σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. Et Iliad. ο, — πῆξον δὲ οἱ ἔκπεσε χειρός. (At Iliad. φ, ſine caſu, ἕως ἀχέες δ' ἔκπαγλον ὀϊστοί. Et apud Xenophontem Pæd. ς, ἐκπεπτωκὼς ἐκ τῆς ἑόντων, ex Herodoto, Qui bonis ſuis excidit, Qui bona ſua amiſit. Item ἐκπίπτειν ἐκ τῆς δόξης, Iſocrati. Qui dixit etiam, πολὺ πόλιν εἰς ἔσχατα κατεῖναι ἐξῶθεν ἐκπέπτωκε. Dicitur verò & ἐκπίπτειν τῆς πόλεως, (quo vtitur Plutarchus in Camillo) ſeu τῆς πατρίδος, qui excidit ciuitate ſua, ſeu patria, & in exilium mittitur. Sed & ſine adiectione genitiui: vt Demoſthenes Pro corona, Οἶδ' ἔστιν καὶ τινὲς μετ' ἐκείνου ἐκπεσόντας ὑπὲρ δεξάμενα. Quinetiam cum conſtructione verbi paſsiui apud Iſocratem in Ep. ad Philippũ, ἐκεῖνος γὰρ ἐκπεσὼν παρ' ἡμῶν, Qui excidit à nobis. Id eſt, Qui patria excidit, eiectus à nobis. (A Budæo ἐκπίπτω, redditur nõ ſolùm Eiicior, Expellor, ſed etiã Explodor, & quidem ea etiam in ſignificatione qua dicitur explodi fabula quæ ſtare non potuit: vt videbis Comm. pag. 536) Itidem reges dicuntur ἐκπίπτειν quũ exiguntur regno ſuo & eiiciũtur. Latini dicunt itidem Excidere regno. ¶ Ἐκπίπτω, Excido inſtituto, vel potius Deſciſco ab inſtituto. Item Degenero, & mutor, vt Bud. vertit, pag. 536, afferens ex Platone, εἰς ἀλλότριον εἶδος τῆς πολιτείας ἐκπίπτει. Cui ſubiungit ex eodem, ἐκπεσεῖν ἐκ τοῦ δικαίου βήματος. vbi quum addatur ἐκ τοῦ δικαίου βήματος, erit ἐκπεσεῖν ſimpliciter Deſciſcere. At verò ἐκπίπτειν τοῦ λόγου ſeu ἐκ τοῦ λόγου dicitur qui deficitur ſermone, & cui oratio non ſuppetit, & quem memoria deficit ac deſtituit. vt idem apud Æſchinem vertit. ¶ Ἐκπίπτω, Emano, Exeo, & Prodeo foras. vt idem exponit, afferens tamen Ariſtotelis locum in quo eſt bicompoſ. συνεκπίπτειν. Addit accipi & pro Emanare ad vulgus, apud Platonem, ἀλλα δοξάζοντι μήποτε ἐκπέσῃ τοῦτο εἰς αὐθρώπους ἀπιστούμενος. His autem (quæ à Bud. ibi de ſignificatione verbi ἐκπίπτω traduntur) addendũ eſt, accipi & pro Elabor, item Prolabor, ſeu Delabor. Necnon Erumpo. Item Euado. Quarum ſignificationum exempla eodem ordine ſubiungam. Plutarchus in Lycurgo, ἐξέπεσε τῆς ἀγορᾶς δρόμῳ, Curſu è foro elapſus eſt. In hoc autem loco ex Epicuri ſelectis ſententiis, ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται καὶ ὑπόμισός ἐστιν· ὁ δὲ τῆς κενῆς δόξης, εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει, videtur ἐκπίπτει eſſe Prolabitur, aut potius Delabitur. (At Cicero eũdem locũ interpretãs, in his reddẽdis verbũ verbo non reddidit, vt videbis 53 mei Ciceroniani lexici) Sed pro Erumpo apud Plutarchum in Publicola,

ἐκπεσεῖν φωνὴν ἐξ ἄστεως. Ex eiuſdem Romulo affertur εἰς ἔργον ἐξέπεσε pro In opus erupit. At in hoc Thucydidis loco, ἡ τοῖς Συρακουσίοις τύχη ἐς φυγὴν ἐξεπεπόνει, non malè fortaſſe ἐξεπεπόνει reddetur Euaſerat.

Ἔκπωμα vide in Ἔκπωσις, quod proximè ſequitur.

Ἔκπωσις, εως, ἡ, Delapſio, Prolapſio, Strabo lib. 10, εἴ τις ἔκπωσις πρὸς τὸ χεῖρον γένοιτο τῆς μουσικῆς, Si qua contingat prolapſio in deterius, Si contingat muſicam in deterius prolabi, vel delabi. Ex Cebete autem affertur pro Caſus, ſeu Calamitas, ἐκπώσεις δὲ μεγάλαι καὶ σκληραὶ γίνονται.

Ἔκπωσις, ſicut ET Ἔκπωμα, Prolapſio oſſium è ſua ſede. Vna voce, Luxatio: hoc eſt, oſſium è propria ſede exceſſus, ſine fractione: vt inquit Gorr. addens non id modò ſignificare, ſed etiam ἐξάρθρωσιν ſiue ἐξάρθρωμα apud Hippocratem, vt Galenus annotauit, initio Comm. εἰς τὸ περὶ ἀρθρῶν. Eſſe autem duplicem omnis luxationis differentiam, vnam ſurſum, quum à muſculorum contentione articulus ad ſupernum locum trahitur: alterã extrorſum, quum in partem anteriorem aut poſteriorem, dextram aut ſiniſtrã, emotus tranſit. Omnem verò eiuſmodi luxationem aut eſſe ſimplicem, aut compoſitam, &c. In vulg. lex. ἐκπώσεις & ἐκπώματα exponitur etiam Articuli qui ſuis ſedibus excidunt.

Ἐκπωτος, υου, ὁ & ἡ, Delapſus, Qui excidit. In v.l. ex Gregor. τῶν πεφυκυῖαν ἐκπωτοι καὶ ἀλλότριοι.

c. 2. Παρεκπίπτω, Clam elabor. vt παρὰ eam habeat hìc ſignificationem quam & in παρεκπίπτω, (quod huic cõtrarium eſt, vt παρεκβαίνει τὸν παρεστῶτα νόμον) habere dictum eſt. Sic & in vulg. lex. redditur, Clãculum elabor, Furtim excido, & me ſubduco.

c. 2. Διεκπίπτω, Per medium elabor, & euado. Vel, Per medios elabor. Item Per rimam vel foramen elabor. Plutarchus de pugna Actiaca loquẽs, αἱ δὲ Κλεοπάτρας ἐξήκοντα νῆες αὐτόμολοι τὴν ἱστὰ πρὸς ὀπόπλεων καὶ διεκπίπτουσαι, ἅς ἀρχὴν ἐπίεσαν. Ex Philoſtrato, διεκπίπτω τοῦ ὁμίλου. Et ex Plutarcho rurſum, διεκπίπτω τῶν πόρων. (vbi redditur Per foramina exit) Et cum præpoſitione ex eodem, διεκπίπτειν ἐκ τῶν στρατοπέδων, pro Effugere è caſtris. ¶ Et pro Intercido, vt addit Budæus: afferens tamen locum in quo legitur non ipſum verbum, ſed verbale διέκπτωσις. Galenus ad Glauconem libro 2, δεῖ δὲ καταπάττειν αὐτὰ ἅμα κοσκίνου μετιόντου κραπυρῶν καὶ τῶν μέλιτος. δρύπτει δὲ ἄπαξ ἢ δὶς κρούσας αὐτὸ πρὸς τὸν συμμετρίαν τῆς διεκπτώσεως.

Διέκπτωσις, Per medium ſeu per medios elapſio. Exponitur etiam Effugium: ſicut διεκπίπτειν quidam alicubi interpr. Effugio. Vide & in Διεκπίπτω alium vſum apud Galenum.

c. 2 Προεκπίπτω, Antè elabor. Atque vt dicitur ἐκπίπτειν λόγος, vel φήμη, pro Emanare, ſeu Euulgari: ſic προεκπίπτειν pro Antè emanare, Antè euulgari. vt apud Plutarchum in Galba, λαλιὰ καὶ φήμη προεκπεσοῦσα.

c. 2. Συνεκπίπτω, Simul elabor. Plutarchus De primo frigido, ὁ γὰρ ἀτμὸς ὃν τὰ ζέοντα τῶν ὑδάτων μεθίησιν, ἀπόντα τοῦ θερμοῦ συνεκπίπτει, id eſt (Turnebo interprete) Vapor enim quem efferueſcentes remittunt aquæ, cum diſceſſu caloris emigrat. Apud eundem in Sympoſ. ὅτι τοῖς βροντῶσι πολλάκις ὕδωρ συνεκπίπτει γόνιμον, pro Simul decidit. At in v.l. affertur hic eiuſdem Plutarchi in Pericle locus, Περικλῆς οὐ συνεχώρει τοῖς ὁρμῶσι τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ συνεξέπιπτεν ὑπὸ Ῥώμης καὶ τύχης τοιαύτης ἐπιρρόμβοις, pro Non indulgebat cupiditatibus ciuium, &c. Sed (ſi mendo caret locus) alia quærenda eſt interpretatio, quæ non tam longè à propria huius verbi ſignificatione recedat. In iiſdem, ex Ariſtotele De mundo, τοῦτο ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως πέφυκε συνεκπίπτειν, pro, Hæc naturæ vi ab humida expiratione euenire cõparatum eſt.

c. 2. Ὑπερεκπίπτω, Supergredior, Exupero, Excello. Ita Budæus ex Gregorio, εἰς τὰ ἠμέτερα, vbi de Deo loquitur, πᾶσαν ὑπερεκπίπτων ἔννοιαν καὶ χρόνου καὶ φύσεως, νῷ μόνῳ σκιαγραφούμενος, καὶ πύτῳ λίαν ἀμυδρῶς. Addit autem vti & Hermogenem pro Exuperare.

C. Ἐμπίπτω, Incido, Illabor, Xenophon, ἐμπίπτειν εἰς τάφρους, Incidere in foſſas, vel Cadere in foſſas. Apud eundẽ ἐμπίπτειν εἰς τὰς φρουρὰς. Cui ſimile eſt ἐμπεσὼν εἰς τοὺς πολεμίους, id eſt Qui incidit in hoſtes. Vel, Illapſus in hoſtes, vt loquitur Virgilius. Sed & ἐμπίπτειν εἰς κίνδυνον, apud Galenum: vt Latinè Incidere in periculum. Quinetiam εἰς λόγους, vel εἰς λόγον ἐμπίπτειν, eodem modo quo Latini dicunt Incidere in ſermonẽ. Demoſthenes Pro corona, ἀλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους οὓς αὐτίκα μᾶλλον δρμόσῃ λέγειν ἴσως. Ibidem, εἰς τοιούτους λόγους ἐμπίπτειν ἀναγκάζομαι. In eadem oratione, & quidẽ non procul à loco proximè præcedente, dixit ſimul εἰς πράξεις & εἰς λόγους ἐμπίπτειν, ſcribẽs, ἐὰν εἰς Ἑλληνικὰς πράξεις καὶ λόγους ἐμπέσω. vbi Si incidero in res geſtas, ponitur pro In mentionẽ rerum geſtarũ (Vt porrò dicimur ἐμπίπτειν εἰς λόγους, ſine εἰς λόγον, ſic etiã λόγος dicitur ἐμπίπτειν, vt & Lat. Incidere in ſermonem, & ſermo incidere dicitur. Plato De rep. lib. 1, ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου ὑπὸ λοιπολέσχηνος ἢ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης) Sed cum hac conſtructione, id eſt iũctum accuſatiuo, exponitur & aliter, ſicut & quũ cuipiam alius generis accuſatiuo iunctum eſt. vt apud Plutar. in Themiſtocle, ἐμπεσεῖν εἰς Σαλαμῖνα, in Salaminem delatum eſſe. Item quum res dicitur ἐμπίπτειν in aliquem. vt ἐμπίπτει εἰς ἐκεῖνον ἡγεμονία, pro Demãdatur illi imperium, ex eodem, in Themiſtocle. Et ἐμπίπτει δίκη φορὰ εἰς τοὺς δικαστὰς, pro Refertur cõtrouerſia ad iudices. Vbi fortaſſe reddi poſſit Delabitur, aut Deuenit. Sæpe autem & cum datiuo dicitur aliquid ἐμπίπτειν νί. vt ἐνέπεσεν ἀθυμία τοῖς Ῥωμαίοις, Incidit Romanis anxietas, vel Romanorum animis. (vt dicit Cæſar, Incidit terror exercitui. Liuius autem, Incidit animis metus) Sic apud Homerum, ἔμπεσε θυμῷ, Odyſſ. υ, — καί μοι ἔπος ἔμπεσε θυμῷ. Hìc tamen paulo alium vſum haberet Incidit animo, videlicet pro eo quod dicimus potius Venit in mẽtẽ. Dicitur vero aliquis etiam ἐμπίπτειν νί, pro εἰς π. vt apud Platonem epiſt. 7, ἀλιτήριος τις ἐμπεσὼν ἀνομία, In flagitium aut flagitia delapſus, ſeu prolapſus. Apud poetas verò interdum ſeiuncta præpoſitione. vt πίπτειν ἀνὶ κύμασι apud Apollonium Rhodium, pro ἐμπίπτειν κύμασι. Item ἀνὶ λεχέεσι πεσόντες, pro ἐμπεσόντες λεχέεσι, Illapſi toris. (Affertur alioqui & ἐμπίπτειν ἐν τοῦτοις ex Hermogene, pro In hæc incidit. ſed hic locus ſuſpectus eſt) Interdum verò & ſine caſus adiectione poſitum inuenitur ἐμπίπτων pro occurrente ſeu obuio. Herodianus lib. 7, ὁ τῆς δήμος ἐνθυσιῶν παῦ τὸ ἐμπίπτον ὕλης ἀξιομάχου ἐγκαλεῖν, ὅπλον ἐπυιεῖτο. quæ Politianus interpretatur, Quum quicquid occurrerat, furor in arma conuerteret. Vt autem hic dicit παῦ τὸ ἐμπίπτον, ſic alibi, non ſemel, πάντα τὸν ἐμπίπτοντα. vt lib. 3, πάντα ὃ τὸν ἐμπίπτοντα ἐφόνευον. vbi reddiderim, Quicunque obuius factus eſſet. Poſſis tamen & verbum Incido retinẽs, dicere, Quicunque in ipſos incidiſſet. Vtitur verò hoc verbo in iſta ſignificatione, & abſque illo nomine. vt lib. 4, ἑλκοιτῆς τε τοὺς ἐμπίπτοντας ἐνέβαλλον. Sed ἐμπεπτωκότες, ſine adiectione dicti ſunt etiam Tranſfugæ à Græcis interpret. Bibl. 4 Regum, cap. 24, vt annotant v.lex. In quibus tamen & cum adiectione, ex eodem loco, οἱ ἐνέπεσον πρὸς τὸν βασιλέα, Qui tranſfugerunt ad regem.

Ἐμπίπτω, Irruo, Inuado, προσβάλλω, ἐπέρχομαι. Ita Budæus, nullum afferens exemplum. ſed afferri poſſunt cum alia, tum hoc ex Xenophonte, ἐπαναστρεφομένοις τοῖς πολεμίοις ἐμπεσεῖν. Poſſumus verò & iam inde ab Homero hunc verbi iſtius vſum repetere, apud quem legitur Odyſſ. ω, Ἐν δ' ἔπεσον πρόμαχοις Ὀδυσεὺς καὶ φαίδιμος υἱός.

Ἐμπτωσις, εως, ἡ, q.d. Ipſa actio incidendi. Exponitur tamẽ Caſus, & Lapſus, item Prolapſio, in vulg. lex. AT VERO Εὐέμπτωτος, Qui facilè incidit, ſeu labitur. & q.d. Labilis. Vnde ADVERB. Εὐεμπτώτως. vt εὐεμπτώτως εἰς τὰ πάθη ἔχει, Facilè incidit, Facilè labitur, Procliuis eſt ad, &c. Poſsis verò & vno verbo εὐεμπτώτως (ſi per ſe interpretandum ſit) reddere Procliuiter.

c. 2. Ἐπεμπίπτω, (ſicut & ἐμπίπτω interdum) Irruo, Inuado. Apud Sophoclem in Aiace, pag. 3 meæ editionis cũ accuſatiuo, Τί δῆτα πόμπαις πλοῦν ἐπεμπίπτει βάσιν;

ſed fortaſſe ſubaudienda eſt præpoſitio καὶ cum hoc A
accuſatiuo, vt reddatur βάσιν & per ablatiuũ, Cur greges inuadit hoc greſſu vel in greges irruit. Poteſt tamen & videri dictum vt πολεμῶ πόλεμον. Vide Triclinium.

C.2. Παρεμπίπτω, Intercido, Interlabor. Item Interrepo. Ariſtoteles De part. anim. lib. 2, de piſcibus loquens, τὰ χεῖα ἢ ἡ ὁδὸς εἰς τὴν κοιλίαν τῆς χυμῆς, διὰ τὸ μὴ οἷόν τ' εἶναι διαπορεύειν ὁκχυμίζον τι. παρεμπίπτοι δ' ἂν τὸ ὕδωρ, aqua enim interlaberetur. Greg. in ſua περὶ θεολογίας oratione, ὥστε ἀμήχανον τοῖς ἐν σώματι, διὰ τὰ σωματικὰ πάντα ῥυέδη B
μετὰ τῆς νοερῶν. ἀεὶ γὰρ τι παρεμπεσεῖται τῆς ἡμετέρου. Idē, μήτι παρεμπέσῃ μέσον καὶ διακόψῃ τὸν πόθον, Ne interrepat quidpiam quod interpellet deſiderium. Galenus, παρεμπεσόντος τοιούτου, ὡς ἐφ' ἑαυτῷ τὴν ὅλην διηρέθη θεραπείαν. Æſchines περὶ τῶν ἐν Παρεμπεσόντων ἢ εἰς τὴν πολιτείαν ἐκ ἐλθόντων ἀνθρώπων, καὶ τοῖς τρόποις οὐ μετείων, πάλιν εἰς πόλεμον κατέστησεν. id eſt, Obrepentibus. Hactenus Bud. Sciendum eſt autem verbum hoc παρεμπίπτειν reddi etiam Interuenire à Cicerone, vt videbis pag. 54, mei lexici Cic. Apud medicos autem παρεμπίπτων σφυγμὸς: C
redditur Intercidens pulſus & coincidens. Eſt verò pulſus inæqualis ſyſtematicus, in quo, expectata quiete, in medio tanquam ſuperuacuus aliquis pulſus ſentitur. Contrarius eſt pulſui τῷ διαλείποντι, hoc eſt deficienti, in quo ſæpe aboletur aut minor apparet pulſus: quum in illo cõtrà inter binos ictus qui ſuo ordine pulſant, medius quidam ictus præter legitimum numerum incidat. Gorr.

Παρέμπτωσις, q. d. Intercidentia. Grammaticam autem παρέμπτωσιν dicemus eſſe quaſi Interuenientiam, vel D
potius Interuentionem, (vt Cicero alicubi παρεμπίπτειν vertit Interuenire) potius quàm Intercidentiam. Volunt enim eſſe παρέμπτωσιν quum litera inſeritur: vt ξεῖνος pro ξένος, & λεγόμεθα pro λεγόμεθα, necnon πόλις & πολις, ac ſimilia. (Vide Tryphonẽ in Appendice) Dicemus autem hìc literam interuenire, potius quàm Intercidere. Sic & in iſto Plutarchi loco in libro De primo frigido, τὸ γὰρ ἐγκυπάτῳ τῷ πάθους ἀμπον ἀν συνοφθῆν, πυρετῶ μὴ ἔντασις, ἢ παρέμπτωσις. Ita enim reddit Turneb.
Nam ſi proximam affectionis cauſam peruidere poſ- E
ſint, velut febris intenſionem, vel interuentionem. Apud Galenum (teſte Budæo) παρέμπτωσις αἵματος ἐν ἀρτηρίαις, ſanguis in arterias aberrans & curſum ſuum flectens. At in vulgatis lexicis annotatur, παρέμπτωσιν eſſe propriè medicis quum humor aliquis in meatum qui in oculum videndi facultatem defert, vaſe vel rupto vel aperto, incidit, ac eundem obturat. Et ab Ariſtotele in lib. De mũdo, τῆς πνευμάτων παρεμπτώσεις dici de ventis qui introrſus ſe inſinuarunt.

c.2. Προεμπίπτω, Antè incido, Prius incido. Aut, Antè oc- F
curro, ſeu obuius fio. Turnebus vertit παρεμπίπτειν Prius occurrere, in iſto Plutarchi loco in lib. De primo frigido, ὁ τὸν ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν αἰέρα τὸν περὶ τὸ σῶμα ἀθεῖσθαι ψυχρὸν ὄντα, καὶ προεμπίπτειν. Ita enim hæc interpretatur, Non aerem à nobis conceptum, ſed frigidũ eum qui ori offuſus eſt, protrudi & prius incurrere.

C. Ἐπίπτω, Supercido, vel potius Superincido. (nam & apud Columellam pro Supercidentem alii codices habent Superincidentem) Sed & Incido fortaſſe alicubi adhiberi poſſit interpretationi verbi ὀλιπίπτειν: & quidem vel ad hunc Ciceronis locum reſpiciendo, qui G
legitur in oratione Pro Plancio, Equidem, ſiquando (vt fit) tactor in turba, nõ illum accuſo qui eſt in ſummaſacra via, quum ego ad Fabium fornicem impellor, ſed illum qui in me ipſum incurrit atque incidit. Omnino enim talis eſſe videtur vſus verbi ὀλιπίπτειν apud Marcum cap. 3, ὥστε ὀλιπίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτὸ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας. Vbi tamen alii interpretãtur, Ruerent in eum: vetus autem interpres, Irruerent in eum. Dici autẽ ὀλιπίπτειν ibi τοὺς θλίβοντας, ex proximè præcedẽte verſu apparet. Poſſumus alioquin, opinor, illud H
ὀλιπίπτειν reddere etiam incumbere: ex eodem Ciceronis loco. ſubiungit enim, paucis interiectis, Et ab eo qui hos demouit, potius quàm ab iis qui in teipſum incubuerunt, te depulſum putas. Erit certè & huic

Iohãnis loco aptum hoc verbum Incumbere, vtentis itidem verbo ὀλιπίπτειν, cap. 13, ὀλιπεσὼν δὲ ὁμένος ὀλὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, Quum incubuiſſet in pectus Ieſu, vel pectori. (Vetus autẽ interpres, Quum recubuiſſet ſupra pectus) Aut per præſens, Incumbens in pectus.

Ἐπιπίπτω, Irruo, Inuado, Adorior. Thucydides lib. 3, ὀλιπίπτει τοῖς Ἀμπρακιώταις ἐπὶ ἐν τῷ ἀνῶ, καὶ ἡ φεσηνὴ ἀνῆρ τὸ γεῖρον ἐκῶλυε. Idem libro 1, ἀφεσίκτω τῷ σφαπτέδῳ ὀλιπεσόντες. Ab eodem dicitur pestis ὀλιπίπτειν Inuadere, Ingruere, libro 3, τῶν δ' ὀλιγανθρώπων χειμῶνες, ἡ νόσος τὸ δεύτερον ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις. Sic autem & libro 2, dixerat de eadem, pagina 63, meæ edit. εἰ ποτε καὶ αὖθις ὀλιπέσοι. Eſt alioqui magis vſitatũ ὀλιπίπτειν de iis qui hoſtes inuadunt, ſeu adoriuntur, aut aggrediuntur, atque adeo impetum in eos faciunt. Xenophon Pæd. 7, οὕτω δὲ μάλιστα τοὺς πολεμίους τοῖς ἀσφαλεῖς ὀλιπεσούμεθα. Ibidẽ, ὡς δὴ οὕτω μᾶλλον ὀλιπεσεῖν ἀπροσκόπους τοῖς ἐναντίοις. Vt autẽ hìc legimus, ὀλιπεσεῖν ἀπροσδοκήτοις, ſic apud Herodianum, ὀλιπίπτειν ἀπροσδοκῆτοι, necnõ ὀλιπίπτειν αἰφνιδίως, aliquoties: ex quibus apparet ὀλιπίπτειν repentinum aliquid ſignificare. Ita igitur ille l. 2, μετ' ἀπογνώσεως ὀλιπεσόντες τοῖς Λαοδικεῦσιν οὐ προσδοκῶσι, &c. (vbi tamen μετ' ἀπογνώσεως malim præcedentibus iungere) Poll. ibi vertit, Laodicenis de improuiſo oppreſſis. Idem libro 3, δορυφόρων ἐπίμηνα ὀλιπεσεῖν αἰφνιδίως, ἢ φονεῦσαι. Vbi idem ille interpres reddidit, Vt primum ſeorſum à cuſtodibus nacti eum forent, facto impetu obtruncarent. Eodem libro, αἰφνιδίως αὐτοῖς ὀλιπεσόντες θηναίας καὶ οὐ προσηφοισμένης δυνάμεως. ¶ Vt verò dicitur & peſtis ὀλιπίπτειν in illis Thucydidis locis quos modò protuli, ſic παραχρῆ in iſto Æſchinis in Cteſiphõtem, τοιαῦτης δὲ ὀλιπιπτούσης παραχρῆς μετὰ τῆς συμφύτων νοσημάτων ἀυτῆς. (At verò παραχρῆς ὀλιπεσουμεθα in loco Xenophontis, ad alterum vſum pertinet) Quinetiam ſimpliciter pro συμβαίνειν, ſi ſcholiaſtæ Thucydidis credimus. qui in hoc illius loco, pagina 109, ἢ ἐπίπτε πολλὰ καὶ χαλεπὰ καθ' ἑαυτὸν τοῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὴν, ἢ ἀεὶ ἐστὶ δρᾶ, &c. συνέπεσε exponit συνέβη. Quam expoſitionem ſequendo, ἐπέπεσε reddere poterimus Acciderunt.

c.2. Προσεμπίπτω, Inſuper incido, Inſuper incumbo, Inſuper incurro. v. l. ex Philone. Sic autem ὀλιπίπτειν pro Incidere, Incumbere, Incurrere, habes in iis quæ proximè præcedunt.

C. ΚΑΤΑπίπτω, Decido, Delabor. Ariſtophanes Nubibus, ἀπ' οἴου καταπεσοῦν. Demetrius Phaler. καὶ οἷον καταπίπτειν ἀπὸ ἰσχυροτέρου ὀλὶ ἀσθενές. Dicitur verò καταπίπτειν & cũ εις, vel ὀλὶ. vt καταπίπτειν εἰς τὴν γῆν, vel ὀλὶ τὴν γῆν, ſeu ὀλὶ τῆς γῆς. vt apud Xenophontẽ, Pæd. 4, καὶ ὀλὶ τῆς γῆς καταπίπτοντες. At καταπίπτειν εἰς τὴν γῆν, legitur cum alibi, tum apud Lucam, Act. cap. 26, v. 14, πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν. Ponitur alioqui ſine adiectione quoque. vt eorundem Act. cap. 28, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Item, πρὸ τῆς χῆ καταπεσεῖν in epiſt. ad Hebr. c. 11.

Καπάπτωμα, ατος, τὸ, ε τ Καπάπτωσις, Lapſus, Caſus, Ruina. Alex. Aphr. καπάπτωσιν τὰ τῆς δυνάδη, Sunt cauſa lapſus, Faciunt vt quis collabatur.

c.2. Εὐκαπάπτωτος, ου, ὁ & ἡ, Procliuis ad lapſum, Qui facilè labitur, ſeu cadit, ſeu delabitur, aut decidit. Exponitur & Caducus.

Per ſyncopen autem dicitur ρ ο ε τ ι c ε Κάππεσον pro καπέπεσον, Decidi, Lapſus ſum. vt apud Homerum Il. α, Κάππεσον ἐν Λήμνῳ. ι τ ι δ ε μ Πεσεκάππεσε apud Apoll. pro πεσεκαπέπεσε (tanquam à τ η ε μ. Πεσεκαπαπίπτω, Cado circum) Argon. 2, πεσεκάππεσε δουρί. Redditur tamen Decidit in haſtam, non Decidit circum haſtam.

C. ΜΕΤΑπίπτω, Recido. Herodianus lib. 2, οἷς ὑπώπτευον οὐκ ἀνεξομένους, μετὰ βασιλέα ἄνηρ ἐστάτον τῷ ἀρχῷ μεταπεσοῦσαν εἰς ἀδόξους ἐξ ἰδιωτικοῦ καὶ ἀσήμου γένους ὀλὶ τὸ τοῦ ἐλθόντος, Poſt imperatorem generoſiſsimum, recidiſſe principatum ad hominem priuatæ ſtirpis atque obſcuræ. vt vertit Politianus. Itidem verò in hoc eiuſdem Herodiani loco, eodem libro, εἰς Κόμμοδον δὲ μεταπεσοῦσα [ἡ Ῥωμαίων ἀρχή,] vertit, Poſteaquam ad Commodum recidit

recidit. Apud eundem in præfatione hiſtoriæ, ἐξ οὗπερ A
ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μεταπεσεῖν εἰς μοναρχίαν, vertit, Quũ ſcilicet Romanorum potentia ad vnius eſt arbitrium deuoluta.

Μεταπίπτω, Excido ſpe. Æſchines, εἰ δὲ μιᾶς μόνον ψήφῳ μεταπεσεῖν, ὑπωρίας ἀν. hoc eſt ἀφῃμάρτειν. Bud. Sed & ipſæ ψῆφοι dicuntur μεταπίπτειν, vt mox videbis in quodam Platonis loco.

Μεταπίπτω, Dilabor. Iſocrates ad Philippum, καὶ πάλιν μεταπεσούσης τῆς τύχης. Quem locum affert Budæus
poſtquam dixit μεταπίπτειν accipi pro In deteriorem B
partem mutari, hoc eſt Labi & euerti. At ego malo Dilabi: præſertim quum iunctum reperiatur nomini Fortuna, quod eſt illi Græco τύχη ſynonymum: iunctum inquã illi in eadem re ſignificãda. Apud Platonem autem epiſt. 7, μετέπεσε τὰ τῆς πεντήκοντα, perinde eſt acſi dictum eſſet, μετέπεσεν ἡ τῆς πεντήκοντα τύχη. Quidã verò interpretantur, Euerſæ ſunt res triginta tyrannorum. Porro vt in illo Iſocratis loco μεταπίπτειν vertit Bud. In deteriorem partem mutari, ſic pro Mutari in meliorem voluntatem & laudabiliorem, ex Iſocrate affert. Itẽ & μεταπεσὼν Ἑρμείας, ex Polybio, Mutatus ex priore habitu. Denique generalius etiam pro Mutor: vt apud Platonem in Apologia, εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τῆς ψήφων, ἀπεφύγεν ἄν, Si tres ſententiæ ex damnatoriis in abſolutorias mutatæ eſſent. (Dicitur item aliquis μεταπίπτειν μιᾷ ψήφῳ ab Æſchine in loco quem modò protuli) Vide Bud. p. 535 & 536.

Μεταπίπτω, Tranſeo, & degenero ab vna ſpecie ad
aliam, hoc eſt μεταβάλλομαι. inquit Budæus, exemplũ D
tamen non afferens: ſed habemus in his Chryſoſtomi verbis, εἰς ὄξινον μεταπεσεῖν.

Μετάπτωσις, εως, ἡ, Dilapſio: ab ea verbi Dilabor ſignificatione qua dicitur Dilapſa fortuna. ¶ Item Mutatio à ſpecie in ſpeciem, Degeneratio. Galenus καθ' πόπις lib. 2, ἤτοι φυλάττειν ἀεὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς ἕξιν, ἢ περὶ τῆς μεταπτώσεως εἰρηκέναι π. Item, Mutatio in vtranque partem, inquit Budæus. quæ verba ita ſunt intelligenda, vt μετάπτωσις dicatur aliquando ſignificare mutationem in deteriorem partem, ſeu in deterius, aliquando contrà in meliorem partem, ſeu in melius. quod & in ipſo verbo videre eſt. E

c.2. Ἀμετάπτωτος, ου, ὁ & ἡ, Qui tranſire in aliam ſpeciem & degenerare non poteſt, Immutabilis. vt φίλος ἀμετάπτωτος καὶ βέβαιος. Plutarchus Sympoſ. lib. 4. Vide Suidam. c o n t r. Εὐμετάπτωτος, Qui facilè mutatur, Mutationi obnoxius.

C. ΠΑΡΑπίπτω, Incido. Item Accido, Euenio. Xenophõ, ὁπότε καιρὸς παραπέσοι, quum occaſio & tempus incideret. Cui ſignificationi vicina eſt ea qua ponitur παραπίπτων pro Occurrens, Obuius. nam occaſio quæ incidit velut occurrit nobis, eſtque obuia. Atque ita παραπίπτουσης apud Ariſtidẽ reddiderim Occurrentis, ſeu Obuiæ, potius quàm vt Budæus pagina 535. Qui alioqui pagina 534 apud Plutarchum τὸν παραπίπτοντα τῆς Νέρωνος vertit obuium quenque Neronianorum. Affert tamen hunc locum, poſtquam dixit παραπίπτω ſignificare Impingo, Offenſo: addens, Hoc eſt Incurro, & Obuiã fio. Subiungit autem ex Polybio, παραπεσὼν δὲ εἰς Ἄργος, quod reddit Quum vi irrumpere tentaſſet. ¶ At pro Accido, Euenio, Contingo, ex Platone affert
ibidem. Quinetiam aliam verbi Accido ſignificatio- G
nem ei dat ex Ariſtotele. ¶ Παραπίπτειν ait eſſe præterea quaſi παρεμβάλλειν ἑαυτὸν, hoc eſt Intercalare, Interſerere, Interlabi.

Παράπτωμα, ατος, τὸ, Lapſus, Offenſa, Erratum, Peccatum: ab ea verbi παραπίπτω ſignificatione qua ponitur pro Offenſo, Impingo. Paul. ad Gal. capite 6, ἐὰν καὶ προλημφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παράπτωμα.

Παράπτωσις, itidẽ Lapſus, Offenſa, vel potius ipſa laben
di actio, ſeu offendendi. Item Incurſus partium & H
attritio. Budæus pagina 534 ex Ariſtotele. ¶ Item figura quædam qua caſus pro caſu ponitur, vulg. lex. ex ſcholiaſte Homeri. Hac autem in ſignificatione fiet à πτῶσις, quo vtuntur grammatici Græci pro eo quod

Latini vocant caſum. ſicut ab eodem fit ἀπόπτωσις.

C. ΠΕΡΙπίπτω, propriè q. d. Cado circum, ſed ponitur potius pro Cado ſuper, & incumbo. vt περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει apud Ariſtoph. Cadã ſuper enſem, Incumbam enſi, ſeu gladio. Plutarchus in Othone, ξίφος ὑποστήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις τῆς χερσὶ, καὶ περιπεσὼν ἀνῴκτειρεν. Dicitur autem & de eo qui nõ conſultò ſed caſu id facit. vt apud Herodianum, οἱ δὲ τῆς ἁρπαγῆς πλοῖ διεφθείροντο ὑπό τε ἀλλήλων παπυρῶν, καὶ τοῖς δόρασι τῶν τραπωτῶν περιπίπτοντες.

Περιπίπτω, Incido. vt νοσήματι περιπίπτειν. Xenophon, Pæd. 6, Incidere in morbum: ὡς ὅσοι μὴ ἐξαπίνης ἀόνοι γενόμενοι νοσήματι περιπίπτωσιν. Itidémque νόσοις περιπίπτοντες, Herodianus libro 3, καὶ μὴ φέροντες τὸ πνιγῶδες τοῦ ἀέρος, διὰ τὸ ὑπὸ βάλλον τοῦ ἡλίου πῦρ, νόσοις περιπίπτοντες διεφθείροντο. Sic πάθεσι περιπίπτειν, Thucyd. lib. 3. Et τοιούτοις κακοῖς περιπεσεῖν, Iſocrates ad Philippum, τοὺς δ' ἄλλους πολλοὺς τοῖς κακοῖς περιπεσεῖν. ὥστε μηδὲ πωνῶν ἐξιστάμενοις τὰς συμφορὰς, &c. Idem dicit etiã μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν, ſimulque ταῖς ἐφάπαξ ἀσχυμίαις. (Itidémque Xẽ. Hell. 7, αἰσχυνῆ περιπίπτοιεν) Necnõ συμφοραῖς περιπίπτειν. (Demoſthenes autem dixit etiam συμφοραῖς περιπίπτειν τινί τινος, in oratione aduerſus Midiam, πολλαῖς καὶ τοιαύταις συμφορᾷ περιπίπτωσιν ὑπὸ τούτου. vbi ideo Bud. reddit verbo paſſiuo Deiectus eſt, addens tamen & Decidit. Talem autem conſtructionem, quæ alioqui verbo paſſiuo conuenit, habes & in aliis quibuſdam verbi πίπτω compoſitis) Sed inuenitur περιπίπτειν iunctum quibuſdam etiam datiuis, cum quibus poteſt & alio verbo reddi quàm Incidere. vt περιπίπτειν ὑποψίᾳ apud Plutarchum in Pericle, non ſolùm Incidere in ſuſpicionem, ſed & Venire in ſuſpicionem, ſequendo Latinæ linguæ conſuetudinem, reddi poteſt. Budæus interpretatus eſt & verbo Recidere: quum apud Gregor. ἀπληστίας περιπίπτω γραφῇ vertit Recidam in crimen intemperantiæ. Sed quum dicitur περιπίπτειν τραύμαι à Plutarcho in Alcibiade, & in Publicola, itidémque περιπίπτειν πληγῇ ab eodem in Camillo, tunc nullum eorum verborum adhibere interpretationi poſſumus: ſed quanuis περιπίπτειν τραύμαι ſonare videatur ad verbum Incidere in vulnus, reddere tamen cogimur Accipere vulnus. Alioqui vtendum circumloquutione eſſet ad exprimendam vim verbi περιπίπτειν, & pro τραύμαι περιέπεσε, dicendũ, Contigit ei vt vulnus acciperet. ¶ Περιπίπτω capitur etiam pro Incido, & Offendo, Obuiam fio, ſicut περιτυγχάνω, inquit Budæus, nullum tamen exemplum afferens. At in vulgatis lexicis ex Thucydide, περιέπεσον αὐτῆς, Offenderunt ipſos, Inciderunt in ipſos. Et ex
Demoſthene in Cononem, περιπίπτοντι τοῖς ἀσελγαίνουσι, F
Qui in petulantes inciderit.

Περιπίπτω, Incurro, vt προσπίπτω, niſi quòd Ad extremum incurrere, & quodam circuitu reuolui ſignificat. Ita Budæus pagina 533, afferens ex Gregorio in Iulianũ, ἐὰν τι γὰρ σε πολλοῖς ἐγκεκρουῶτα καὶ παραγόμενος κακοῖς, εἰς τοῦτο ἐπαχθῆναι πλάνης, καὶ σαυτῷ προσδήλως περιπεσεῖν. Addit verò & hanc interpretationem, Tibi ipſi tandem malè conſulere, In teipſum ſecus quidpiam ſtatuere & admittere. Sed idem exemplum paulo pòſt rurſus afferens, vertit, In teipſum incurrere, De te malè conſulere, Tecum ipſum pugnare. Idẽ pagina 431 ex eodem loco affert περιπίπτειν ἑαυτῷ pro Agere ita vt rei exitus in perniciem agentis cedat. Præcedit verò ex eodem Gregorio in Iulianum, οὕτως ἀπόλωλεν ὅτιν ἡ πτῶσις, καὶ πανταχόθεν ἑαυτῇ περιπίπτουσα, (quem locum affert & pagina 533) quod reddit, In ſemetipſam incurrens, Ipſa ſibi contraria. Cæterùm vt in priore illo Gregorii loco περιπίπτειν σαυτῷ reddit etiam Tecum ipſum pugnare, ſic & apud Chryſoſtomum, περιπίπτειν ἑαυτῷ vertit Secum pugnantia dicere, Sibi ipſi contradicere. (ſic tamen vt alicubi ſignificet etiam Secum pugnantia agere) comment. in 1 ad Corinth. 1, καὶ ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτῷ περιπίπτειν, οὐκ εἶπεν ὅτι οὐδεὶς σοφός, ἀλλ' οὐ πολλοὶ σοφοί.

Περίπτωμα, ατος, τὸ, ε τ Περίπτωσις, εως, ἡ, Quod accidit,

Casus, Calamitas. ‖ Περίπωσις, fuit & empirico- A
rum proprium vocabulum, quo significabant occa-
sionem quandam fortuitam, ex qua in aliquos mor-
bos & remedia improuiso incidissent. Inde enim spe-
cies experimenti fiebat per fortuitam occasionem,
quæ ab ipsis est DICTA Περιπωτικὴ πεῖρα. Gorr. Vide
Galenum De sectis lib. 1. Affertur certè & ex Plutarcho
περίπωσις pro significatione affini nomini πεῖρα. vbi
dicit, Τούτων δὲ οὔτε πεῖρα καὶ περίπωσις γέγονεν αὐτοῖς.
AT VERO Ἀπερίπωτος, Qui talis est vt non inci-
dat, Cui periculũ non est ne incidat. Dioscor. lib. 2, cap.
49, ἀπερίπωτος ὑδροφοβίας τηρεῖν πιστεύεται. B
C. ΠΡΟπίπω, Procido. Apud Homerum Odyss. ι & μ, οἱ δὲ
προπεσόντες ἔρεσσον, est προπεσεῖν quod Xenophõ dicit
προνθύειν, de remigibus itidem loquens, vt docet Eu-
stathius, pag. 1641. VNDE Διεκπεσόντος, Non facil-
lè procidens. Redditur tamen in v. l. Difficulter cadẽs,
seu labens, ex Galeno.
C. ΠΡΟΣπίπω, Accido. vt apud Aristotelem Polit. 3, ἀλλ'
οὐ πρὸς τὰ προσπίπτοντα ὀλιγωρεῖν, Non autem de iis sta-
tuere quæ quotidie alia atque alia accidunt & oc- C
currunt. Et φέρειν τὰ προσπίπτοντα, apud Herodianum,
Ferre quæcunque accidunt. ‖ Sed dicitur etiam
προσπίπτειν ἡμῖν apud Polyb. Quod accidit auribus no-
stris, (vt Cic. quoq; loquitur) Quod auribus incurrit,
Cuius sonus aures pepulit. Aristot. De mundo, ἀστραπὴ
πρότερον τῆς βροντῆς προσέπεσεν, ὕστερον ἠχοῦσα. Luc. ἀλλά
μοι ξένης φωνὴ προσέπεσε. Plutarch. in Camillo, προσέ-
πεσεν ἐκ θεοῦ φωνὴ τῷ Μαρκῷ Κεδικίῳ. Item προσέπεσέ
μοι τοῦτο, Hoc ad aures accidit, seu peruenit, Hoc fando
audiui, Nuntius ad me perlatus est de hoc. Polybius, D
προσπεσόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα. Alia exempla vide
apud Bud. p. 532. Præterea προσπίπτειν τοῖς γόνασι, Accide-
re ad genua, aut etiam cum datiuo itidem, Accidere
genibus, vt Tacitus loquitur. Pro quo dicitur & Aduol
ui genibus. Sed hac in significatione προσπίπτω reddi-
tur etiam Supplex fio, Supplicem me offero. Gregor.
Nectario, αὐ τῆς προσπιπτούσης σοι δι' ἡμῶν. Apud Aristo-
phanem in Equit. προσπεσεῖν πρὸς βρέτας θεῶν. vbi non
dubitem vti verbo Procumbere, ex Tibullo, dicente
Procumbere templis, pro ad templa. Quanuis autem E
προσπίπτω per se quoque intelligatur de supplice, inter
dum tamen additur ἱκέτης, atque ita vsus est Xeno-
phon Præd. 4.
Προσπίπτω, Irruo, Adorior, Inuado, Impetum facio.
(quæ signif. frequens est & verbo ὀλοπίπτω) Aut, Ve-
hementer irruo, Impetum facio, Impressionem facio.
Thucydides non semel προσπίπτοισι τε καὶ πρέπουσι. A
Budæo exponitur etiam Impingo, Incurso: & βαρέ-
ως ὀλοπίθεμαι καὶ σφοδρῶς. Esse certè significantius
quàm ὀλοπίθεμαι, ostendere videtur hic Thucyd. locus, F
libro 3, καὶ ὀλοπίθενται οἱ ἐκ τοῦ τείχισματος Συρακούσιοι, καὶ
προσπεσόντες τρέπουσί τε μέρος. Cum πρὸς, ex Plat. De
legibus, προσέπεσε πρὸς τὰς ψυχάς. ‖ Προσπίπτω, Oc-
curro, Obuius fio. vt apud Aristophanem in Concion.
αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς ὁδοὺς προσπίπτουσαι τοῖς, &c. ex-
ponitur συναντῶσαι.
Προσπτωκότα dictũ de iis quæ quum intumuerunt,
postea considunt & contrahuntur, vide in Συμπίπτω.
c. 2. Ἀπροσπτωσία, ας, ἡ, Certa & erroris expers methodus, G
qua instructi cauemus ne quid intempestiua assensio-
ne peccemus. vulg. lex. ex Diogene Laertio in Zeno-
ne. (Fuerit autem fortasse hæc nominis huius signif. à
προσπίπτειν significante Impingo (quam signif. dat Bu
dæus, nullum exemplum afferẽs) & Offendo. In iisdem
EST Ἀπρόσπτωτος ex Macc. l. 3, videlicet ἀπρόσπτωτος συμμαχία pro Belli societas indecidua. Quæ in-
terpretatio cum nulla ex præcedentibus verbi προσπί-
πτειν significationibus conuenit.
C. ΣΥΜπίπτω, q. d. Simul cado, vel Vnà cado. (At Cóncido H
alium vsum habet) vnde ponitur pro In idem desino,
Coeo, Cõpeto, Incurro, vt inquit Bud. (qui & σύμπτω-
σιν esse dicit incursionem rerum eodem desinentium,
vt linearum quæ non sunt parallelæ) Aristoteles De
hist. anim. lib. 1, οἱ μὲν οὖν μέγιστοι πόροι πρὸς ἀλλήλοι εἰσι, καὶ
οὐ συμπίπτοισιν, οἱ δὲ συμπίπτοισι. Sed & coeuntia animalia

dicuntur συμπίπτειν ab eodẽ Aristotele, κατὰ τὸ ὀρρωδοῦν
καθ' ὃ συμπίπτουσιν ὀχεύοντες ὄρνιθες. vbi Budæus reddit
Hærere. ‖ Συμπίπτω, Corruo. Xenophon Anabas.
lib. 4, de ædibus, ὡς δὲ αὐτοὶ σωέπιπτον. ‖ Συμπίπτω,
Accido, Contingo. Isocrates, Νικῶν τε γιγνόμενα καὶ τὰ
συμπίπτοντα καὶ τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς τυραννοῖς. Galenus ad
Glauconem lib. 1, καὶ ἡλικίαις καὶ φύσεσι, καὶ ὥραις ἔτεσι καὶ
κράσεσιν ὑγροτέραις συμπίπτουσιν οἱ ἀμφιμερεινοὶ πυρετοί. A
qua signific. est Σύμπτωμα. At de σωέπεσε iuncto cum
infinitiuo, dixi tomo primo semi pag. 572, circa princi
pium. vbi & de κατέλαβε. ‖ Συμπίπτω φόνῳ, Incido
in cædem, poeticè dictum à Sophocle. ‖ Συμπίπτω,
Recido, Deuenio. ξωέπεσεν ἐς τοῦτο ἀνάγκης, Thucydi-
di. ‖ Συμπίπτω, Conuenio, Congruo, Budæus, sine
exemplo. ‖ Συμπίπτειν dicuntur & qui concurrunt
& congrediũtur ac confligunt. vt συμπίπτειν τοῖς πολε-
μίοις, Xenoph. Sic Sophocles, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις. Et
ξυμπεσεῖσθαι πρὸς ἄλληλας τὰς ναῦς, Thucyd. Naues col-
lisum iri inter se. ‖ Συμπίπτειν dicitur etiam res tu-
mida quum ad habitum suum redit & considit. Hinc
τὸ συμπεπτωκὸς, quod considit, cuius tumor considit.
(Pro qua signif. affertur & προσπεπτωκὸς ex Gal.) Sed
& ταφυλὴ συμπεπτωκυῖα, de vua arefacta, ex Aetio. Con
trà ἀσύμπτωτον Galeno, Quod præ ariditate non consi-
dit & contractum non est. Item pro Contrahi & astrin
gi. vt Xen. μυκτῆρας ἀναπεπταμένους opponit τοῖς συμ-
πεπτωκόσι. Vide Budæum pag. 532. Sic & προσπεπτωκότα
quidam putant alicubi dici quæ & συμπεπτωκότα.
Σύμπτωμα, ατος, τὸ, Quod accidit, Casus. Thucydides l. 4,
pag. 134 meæ editionis, καὶ ἠρώτων οἱ τὰ αὐτὰ ξυμπτώ-
ματα (ὡς μικρὸν μεταξὺ ἐκείνου) τὰ ἐν Θερμοπύλαις. Et τὰ ἀ-
κούσιον σύμπτωμα, Demosthenes, Quod fortuitò accidit.
Aristoteles de apibus, ἀπολλύνται δέ τε ἄλλα συμπτώμα-
τα, καὶ ὅταν ἡγεμόνες πολλοὶ ἠρώτων ἕκαστος αὐτῶν μέρος ἀπο-
λάγῃ. Item pro casu rei alicuius affecta apud eundem
Aristotelem, vt docet Budæus pag. 531. ‖ Σύμπτωμα
in morbo esse accessionem eius, & differre ἀπὸ τοῦ συμ-
βεβηκότος, docet ibidem, ex Galeno, scribente The-
rap. lib. 1, τὰ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἐπόνυφα τοῖς καταστυβοῖς ἀφ' ὧν
ἐνεργοῦμεν, ὑγιαινόντων μὲν ἡμῶν, συμβεβηκότα νοσούντων δέ,
συμπτώματα καλεῖται. Idẽ, οὕτως οὐδὲ κατείνοι συγχωρεῖτω
σαι ἡμῖν, ἑλλωσί τε ἅμα καὶ διεκπεσῶς, οὐχ ἁπάσαν τὴν παρὰ
φύσιν διάθεσιν, ἀλλ' ἥτις ἂν ἐνέχῃ βλάβην, νόσημα προσ-
αγορεύειν· ἥτις δ' ἂν παρὰ φύσιν μὲν ᾖ, μὴ μὴν βλάβην γ' ἐνέ-
χῃ, εὐνόσημα, ἀλλὰ σύμπτωμα νοσήματος. Vide ibidem plu
ra de hac voce. Σύμπτωμα (inquit Gorræus) duobus
modis dicitur, autore Galeno: generatim quidem,
quicquid animanti præter naturam accidit, id est mor
bus & causa morbi interna, quæque morbo superue-
niũt: speciatim verò, quicquid præter naturã accidit,
exceptis morbis & eorum causis. Sic sumptum σύμπτω-
μα, non aliud est quam affectus præter naturam qui
morbum, velut vmbra corpus, sequitur. Huius tres à
medicis differentiæ assignantur. Aut enim consistit in
actionum offensa, aut in corporum ipsorum affectu,
aut in retentis vacuatisve immodicè. Quorum sym-
ptomatũ singula varias etiã habẽt differentias. Si qui-
dem animalium actionum noxæ triplices sunt. Primæ
quidem, sensilium: vt visionis, auditionis, gustus, odo-
ratus, tactúsque aboliti, debilis aut deprauati: vel sunt
motricum actionum, vel principum: vt imaginatio-
nis, ratiocinationis & memoriæ similiter abolitæ,
vel debilis vel deprauatæ. Secundæ verò, sunt natura-
lium: vt attractionis, retentionis, alterationis & expul-
sionis. Tertiæ verò, vitalium: vt pulsationis abolitæ,
debilis aut deprauatæ. Eorum autem symptomatum
quæ consistunt in corporum affectionibus, quinque
sunt differentiæ, pro sensuum numero. Aut enim, &c.
HINC Συμπτωματικὸς, Qui est ex accessione morbi.
vt dicitur σύμπτωμα, accessio morbi.
Σύμπτωσις, Casus, sicut σύμπτωμα, Bud. pag. 531, ex Ari
stotele. vbi exponitur etiam Incursio rerum eodem
desinentium, vt linearum quæ non sunt parallelæ.
Item Contractio, Compressio. In vulg. lex. σύμπτωσις
τῆς κοιλίας, Ventris compressio, ex Gellio, libro 16, cap. 3.
Item q. d. Con dentia. vt συμπίπτειν est Considere, di-

ctum de re quæ intumuerat. (VNDE Ἀσύμπτωτος, A
Qui non considit & compressus est. de quo vide paulo
antè in Συμπίπτειν dicto de re quæ intumuerat, quum
considit) Est præterea Σύμπτωσις, Concursio, Confli-
ctus, sicut συμπίπτειν, Confligere. Vide Suidam.
C. ΥΠοπίπω, Cado sub, Succido. vt si dicas, ὑποπίπτοντα
τὰ ἥλια δέχονται τὸν γονιῶ, Succidentia, Se submittenti-
a. Nam Budæus postquam dixit ὑπάγω esse Demit-
tor, vel Clunem submitto, seu ὑποπίπω, Succido, affert
exemplum illud ex Aristotele. Sed & ὑποπεσεῖν δο-
κεῖ apud Plut. sonat potius Submittere se telis, quàm
Obiicere se telis. Apud eundem Aristot. Eth. l. 2, ὑπο- B
πίπτει ὑπὸ τὸν τόχον, exponitur Cadit sub artem. Sic
ὑπὸ λύσιν ὑποπίπτειν, apud Alexandrum Aphrod. Red-
ditur alioqui Subiacere, Subiici. vt in hoc Dioscori-
dis loco, ὑποπίπτειν τὸ τῆς θηλαίας διαφορᾶς. At verò
in hoc Aphrodisei loco vbi eandem constructionem
habet, πολλοῖς ἐρωσινὸ αὐτὸς πολλαχοῦ ὑποπίπτει, redditur
Incidit in multos amores. Videtur tamen & hic subia
cendi significationem habere. nisi quis malit dicere
Obnoxius est, quàm Subiacet. Apud Herodian. autem C
lib. 6, καίτοι πολλὰ μεγίστας αἰτίας ὑποπεσόντων vertit Po-
litianus, Licet permulti maximis criminibus impege-
rint. (Sed fortasse ὑποπίπτειν αἰτίαις reddi poteſt, In-
currere in crimina. quæ tamen interpretatio magis
exprimit τὸ ἐπιπίπτειν & τὸ ἐπιπτῶ μιεῦτα) Ὑπο-
πίπτω habet & aliam submittendi significationem, a-
apud Demosthenẽ, τοῖς δὲ τοιούτοις ἐθελοντὴς ὑποπίπτει,
Talibus se sponte submittit. Sed & Cedo redditur a-
pud Aristidẽ, ὑποπίπτειν τῇ πόλει. Quò pertinet ὑποπί-
πτω significans Suppliciter ago, apud Plutarchum, te- D
ste Budæo: non addente tamen exemplum. Eodem
pertinẽt & quæ leguntur in vulg. lex. videlicet ὑποπί-
πτω pro Adulor, Assentior, vt canes ὑποπίπτοντες τοῖς ἥ-
κοντας, apud Philostratum. Sed hæc constructio noua
videri possit, præsertim quum & Suidas datiuo iungi
verbum hoc tradat.
AT VERO Ὑποπεπτωὼς, (cuius pluralis ὑποπεπτωῶτες
extat apud Homerum, Iliad. β, Ἔνθα δ' ἔσαν ἑρουθοῖο νεο-
ττιὰ νήπια τέκνα Ὀζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πεπαλοις ὑποπεπτωῶτες)
vel pro ὑποπεπτωκώς, Subiacẽs: vel pro ὑποπεπτωχώς: vel E
pro ὑποπεπτόρυος, à Πτῶ, πίπτω. Vide Eustathium pag.
229, vbi tamen secundam illam expositionem præ-
termittit.
¶ Πιτνέω, ῶ, apud poetas, idem quod πίπτω, Cado. vt ab
ἔχω, fit ἴχω, & ὀρέγω ab ὀρέχω, & μίμνω à μένω, & γίγνω à
γένω, sic a πίτνω fit πίπτω & πίπτω. & à ῥέπω, ῥίπτω, inquit
Eustathius. Affertur autem ex Euripide πιτνεῖ ἐν δίμοις
κέλαδος. Itẽ πιτνοῦσα κακῶς, pro ἐκπίπτοντα, & εἰς κακὸν
ἀποβαίνοντα. Ex eodem pro Cadere, quod dicitur de in- F
terfecto. Ab Hesychio πιτνεῖ exponitur non solùm
πίπτει, sed etiam ἀκτείνει.
C. ΕΜπιτνέω, ῶ, Irruo, Aggredior, Adorior. sicut ἐμπίπτω.
Sophocles Aiace, ἐν πίμναισι πιτνῶν, pro ἐμπιτνῶν πίμναισι.
C. ΠΡΟΣπιτνέω, ῶ, Accido. ea significatione qua dicitur
Accido ad genua, id est Aduoluor genibus. sic προσπι-
τνοῦσα apud Sophoclem. Habere autem hanc significa
tionem & verbum προσπίπτω, suprà docui.
Est ETIAM Πίτνω significans Iacio, Proiicio. vnde a- G
pud Hesiodum, Οἰῷ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον, καὶ ἔπιτνον ἀλω-
ῆ, exponitur ἔρριπτον εἰς τὸν ἄλωνα.
Inuenitur & PARTIC. Πιτνάς, quod Eustath. exponit
προσπίπτων in isto Homeri loco, Odyss. λ, Κλαῖε δ' ὀχεύ-
μενος, θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἴβων, Πιτνὰς, εἰς ἐμὲ χεῖρας ὀρέξα-
σθαι μενεαίνων. At verò Iliad. φ, imperfectum PRAET.
Πίτνα idem exponit καπεπτωκυῖα πρὸς ὀφθαλμοῦς: hoc in
loco qui in principio illius libri legitur, — πέρα δ' Ἥρη
Πίτνα πρὸς θαλάσσαν.
¶ At verò à THEMATE Πέπα (ex quo Πίπτω
futurum suum mutuari existimatur) deri- H
uata sunt quæ sequuntur.
C. Δικπτὴς, ός, ὁ & ἡ, Malè cadens, Aduersus. ‖ Item diffi
cilis. Hesychio enim δικπτὴς est δυσχερὲς, qui Δικπτίστε-
ρος itidem exponit δυσκολώτερος, δυσεπιτευκτότερος. Sic μα
θεῖν δικπτὴς, Cognitu seu agnitu difficilis, vt δύσκολος εἰ-

πεῖν. Soph. Aiace. p. 60 meæ edit. Ὁρῶ μαθεῖν γὰρ, ἐγγυᾶν,
οὐ δικπτής, Video. nec enim agnitu difficilis est quum
propè sit. Schol. sic exponit, ἐγγυᾶν γὰρ ὧν, οὐ δικπτής ἐστιν εἰς
τὸ πεισθῆναι. additque δικπτῆ dici τὸν δυσκόλως ὑπείκοντα,
siue τὸν δυσχερῆ: contrà ἄπτῃ, τὸν εὐκόλως ὑπείκοντα.
Δικπτέω, Res mihi malè cadunt, Aduersis casibus agor.
vnde particip. Δικπτοῦντα Suidæ καὶ κακῶς πράττοντα. ‖ Item
Difficulter & ægrè fero. Quò pertinet quod apud He-
sych. legitur, Δικπτεῖ, δυσαναρεῖ, παραιτεῖται. pro quo ta-
men nonnulli reponunt Δικπτεῖ, vt suprà annotaui.
Pro Ægrè & impatienter fero, vsus est Cyrill. ex quo B.
affert, ὁ γογγύζων καὶ δικπτῶν ἐν ταῖς συμπιπτούσαις συμφο-
ραῖς, interpretatúrque Impatiens.
Δικπτωμα, ατος, τὸ, Casus aduersus, Infortunium, Calami-
tas. δικπύχημα, seu ἀμοίρημα, ἀκλήρημα. Apud Hesych. le
gitur etiam Δικπτυμάτων, ἀποτυχημάτων. quod si men
do caret, erit ITIDEM Δικπτυμα, ἀποτύχημα.
c. 2. Ἀποδικπτέω, ῶ, Stomachor, Ægrefero, Impatienter a-
gitor, vt iniuriam passi facere solent. Chrysostomus in
epistolam ad Colossenses. Bud. Sic Laertius in Socrate,
πρὸς τὸν ἀποδικπτοῦντα ὅτι τοῦ παροξεῖν ὁπότε ἐπαινέσειεν
οἱ πειράκοντα, Ἆρα (ἔφη) μή πω τὶ μεταμέλει; Rursum Chrysо
stomus in libro De prouidentia, ἀλλ' ἀποδικπτοῦντες
τὸν ἄπαντα διεκπλοῦν, μὴν χρόνον. καὶ ὁ μὲν πενίαν, ὁ δὲ νόσον ὀδύ-
ρεται. Suidas & Hesychius ἀποδικπεῖν exponunt ἀπο-
δύρεσθαι. A quibusdam exponitur, Cuncta fastidire, æ-
grotorum more. Accedit certè ἀποδικπεῖν (si ad no-
minis δικπτὴς significationem respiciamus qua poni-
tur pro Difficilis) ad id quod dicimus vernacula lin-
Πλήρωμα, ατος, τὸ, Id quo impletur seu completur aliquid, Complementum. Aristoteles Polit. 3, εἰ πλείους μόνοι εἰσὶ, μὴ μόνοι δυνατὸν πλήρωμα τοῦ σχήματος πόλεως, pauciores tamẽ quam vt possint implere iustum numerum ciB uitatis. Idem Polit. 4, καὶ τοῦτο πάντα γένεται πλήρωμα τῆς τοιαύτης πόλεως, ciuitatem complent: nimirum ὑφάντης, γεωργὸς, σκυτοτόμος οἰκοδόμος: item χαλκεῖς, εἰ ὅσοι τοῖς αὐλοῖς καὶ τοῖς βοσκήμασι, ἔμπορος, καπηλος. Item nauium πλήρωματα dicuntur ipsi remiges, vel classiarii milites, quibus πληροῦται. vt apud Thucydidem libro 6, pag. 236, vbi schol. πλήρωμα exponit ναῦται, quum ait, αἱ τε νῆες ἐξέρχονται, καὶ τὰ πλήρωματα δεύονται. Sed non de nautis solùm intelligendum videtur Budæo, verùm & de mi C litibus classiariis, & fortasse etiam de cæteris impedimentis. Isocrates De pace, τὰ δύσασθαι πεντήρεις, αὐτοῖς πληρώσασι διεφθάρησαν. Demosthenes in Mid. pagina 235, τὰ πλήρωματα ἡ πόλις παρέχει, καὶ σκεῦη δίδωσι. Vbi etiam nota eum σκεῦη non comprehendere τοῦ πληρωμάτων nomine, intelligereque milites classiarios qui naui imponuntur, τοὺς ὑποβάτας, τὸ ναυτικὸν, seu ναῦται ὑποβάτας, vt Budæus accipit. paulo antè dicit, τὰς ναῦς ἐπληροῦσθαι αὐτοῖς πεντήρεσι. Æschines in Ctesiphontem, νεῶν ἔχουσαι τριακοσίων πλήρωματα. Pro his verò Polybii, τούτων ἐχούσας πλήρωματα, πεντήρεις μὲν τεσσαράκοντα δύο, τριήρεις δὲ πέντε, Liuius habet Sed aptæ instructæque remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. (vbi etiã NOTA Πεντήρεις, Quinqueremes: sicut paulo ANTE, Τετρήρεις interpr. Quadriremes) Bayf πλήρωματα ex Liuio reddi posse ait Remiges, Socii nauales. quippe qui quum dixisset libro 13 Decad. De remigum supplemento agi coeptum & mox, Edixerunt vt priuati ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio ribariisque, statim subiungat, Nã E vnde, quùm pecunia in ærario non esset, paraturos naues sociis. Item Duumuiros in rei nauali curã creari iussi, per quos naues x x deductæ nauali bus sociis ciuium Romanorum complerentur. Quibus addit & hunc locum, Vt sociis nauali bus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat. Item ex Diodoro Siculo, libro 20, ἐκθιασαμένων τὰ πλήρωματα τῶν διεστώτων, cõtendentibus summa alacritate sociis nauali bus. Pro remigibus certè accipere ipsum Liuium patet è loco F Polybii quem interpretatur. Sed affert ibidem & Luciani locos, in quibus πληρώματα accipi ait non iam pro sociis nauali bus seu remigibus, verùm pro ipsis nauigiis instructis & armatis. Alter hic est, δῆλοι ἦσαν κρατήσαντες, ἅτε καὶ πλείους πέντε καὶ ἑξήκοντα πληρώματα, quinque nauigia instructa armatáque habebant. Suidæ πληρώματα, sunt non solùm οἱ ὑποβάται, (cuius significationis aliquot affert exempla) sed etiam ὁ τοῦ νεὼς φόρτος, in hoc loco αἰαλαβὼν τὰ πλεύματα καὶ τὰ ἀχρεῖα λαβὼν, ἥκουσεν εἰς τὴν Ῥώμην. Sed & hic accipi queat pro G sociis nauali bus seu remigibus quibus naues complẽtur. vt & apud Pollucem libro 1, capite 9, πληρώματα δ' ἐν πλῇ, ἀκρίβῃ, καὶ πεθυσμένα, ὁδὸν κιμα, ἐν πλόμαδα. quibus instructam nauem Lysias ἀδιφάρον appellat. Et Plut. in Cam. ναῦν μακραὶ ἀναδρομῶν πνεύματα κατασκευάζαι τῆς. Budæus interpretatur præterea Supplementa nauium, in hoc loco Polybii libro 1, pagina 13, ἀγοσῶτα τὰ παρουσίαν τῶν πλήρωμα τῶν. Et mox, τὰ τῶν ὑποβάτων ἀθροιζομένα πλήρωματα. Sed idem annotat, Gregorium pag. 191, πλήρωμα καὶ σύστημα πεθυμαπκὴν vo H care supplementum legionum cælestium, seu viros sanctos qui viam veritatis sequuti in cælum peruenerunt. At πλήρωμα ἐκκλησιαστικὸν idem apud Chrysostomum comment. in epist. ad Ephes. pag. 164, interpr. Corpus ecclesiæ. Vide & eiusdem commentaria pagina 253. & 764. At Πλήρωμα γῆς, apud Græcos Bibl. interpretes Omnia quæ terra complectitur, ita vt plena reddatur. (vulgò Plenitudo terræ) Psalmo 24, τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Item πλήρωμα τοῦ Θεοῦ, & πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ, vulgò Plenitudo Dei, Plenitudo Christi. nũ quicquid habemus, ab eo, ceu perẽni & inexhausto fõte, atque adeo semper pleno, ad nos dimanauit: Ioh. 1, de Christo, ἐκ τοῦ πλήρωματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. In ep. ad Colos. cap. 1, ὃν ἀπῆρτισεν πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. Item in epist. ad Rom. cap. 11, πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, redditur, Tantisper dum plenitudo gentium introierit. Paulo antè autem dixerat, τὸ πλήρωμα τῶν Ἰουδαίων, de plenitudine illa qua futurũ est vt tota gens in communi ad Christum accedat. ‖ Rursum pro complemento accipitur & in alio sensu, in epist. ad Galat. c. 4, ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, Quũ venit complementum temporis. hoc est Complero certo tẽporis spatio. Item πλήρωματα τῶν ῥυθμῶν, quæ orationis numeros complent. vt Cic. De orat. Inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorũ. Item πλήρωμα τοῦ νόμου, Impletio legis, hoc est exequutio mandatorum legis, vt suprà πληροῦσθαι τὸν νόμον. in epist. ad Rom. cap. 13, πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. nam qui Deum amat & proximum sicut seipsum, legem implere seu legi satisfacere dicitur. ‖ Πλήρωμα pro Supplementum vsurpari, suprà etiam dixi, & Bud. Comm. pag. 253, & 764. Itidem verò voce illa redditur apud Marcum, cap. 2, οὐδεὶς ἐπιβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, Nemo panniculum impexum insuit vestimento veteri: alioquin illud ipsius supplemẽtum nouum detrahit aliquid ex vetere vestimento, & fit peior scissura. vbi πλήρωμα & ἐπίβλημα pro eodem ponuntur, pro eo nimirum quod ad implendam & sarciendam rupturam immittitur. Pro supplemento accipiunt & in hoc loco Aristotelis, Polit. 2, cap. 5, πλήρωμα τῆς πόλεως παρέχεται, sic interpretantes, In ciues assumuntur ad ciuitatis supplementum, Ad supplendum ciuitatis numerum, Ad supplendum quod in ciuitate deerat. Bud. autem vertit Ad implendum ciuitatis numerum, pag. 764. ‖ Πλήρωμα exponitur etiam Summa, seu Summa completa, (vt Summam complere Latinè dicitur) apud Aristophanem, Vesp. — λόγισαι φαύλως μὴ ψηφοῖς, ἀλλ' ἀπὸ χρῆς, Πρυτανεῖα, μεταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς καὶ δημοσίας. Τούτων πλήρωμα, τάλαντ' ἔγγυς δισχίλια γίνεται ἡμῖν. ‖ Pro Onus accipit Turn. apud Philonem De vita M. lib. 2, μετὰ τὴν εἴσοδον ἁπάντων, εἴ τις ἐθεάσατο τὸ πλήρωμα.

Πλήρωσις, εως, ἡ, Repletio. Est cuiuslibet rei, & quacunque in parte: itaque & cibi & potionis & humorum atque etiam excrementorum est, dicitúrque de ventriculo, venis, cæterisque corporis partibus. Hæc Gorræus. Hippocr. Aphor. 4, libro 1, αἱ πλήρωσις αἱ ἐς τὴν ἕδραν ἀφιγμέναι (quibus ibidem opponuntur, αἱ ἐς τὴν ἕδραν λεπότητος ἀφιγμέναι διάτασις, & αἱ λεπτοὶ καὶ ἀκριβέες διάτασις) vbi πλήρωσις dicit de iis qui cibo potúque explentur. Plato, τὴν πλήρωσιν ὑποθυμιῶν ἐκπορίζειν, quibus cupiditas ac libido expleatur. Plutarch. in suo περὶ φιλοπλουτίας libello φιλαργυρίαν esse dicit ὑποθυμίαν μαχομένην τοῖς περὶ αὐτῆς πλήρωσιν. Item De sera numinis vindicta, ἐνταῦθα γὰρ οὐ δεῖν ἡ πιά τις ἀπλῆς καὶ ὀνεῤῥήδενης πλήρωσιν οὐκ ἐχούσης πάρεστι, Quæ non expletur, Cui non satisfit. Ab eodem opponuntur ἔνδεια & πλήρωσις, sicut suprà a Plat. πλησμονὴ & ἔνδεια: in lib. De lib. educandis, σταζόντων σῶμα ῥῶν ἐνδείᾳ καὶ πλήρωσι, ψυχὴ δ' αἰέσει καὶ πόνῳ. Idem Symp. 6, problem. 2, τούτου δὲ ἀλογώτερον, εἰ κενώσεως μνημονεύεται διὰ πλήρωσιν ἡ φύσις. vbi itidem opposita κένωσις & πλήρωσις, vt suprà κενὸς & πλήρης. ‖ Exponitur etiam Perfectio atque absolutio, τελείωσις, vt πληροῦν pro τελεοῦν.

Πληρωτὴς, οῦ, ὁ, Athenis vocabatur ὁ ἀποδιδοὺς τὸν ἔρανον τοῖς ἤδη λαχοῦσιν ἠέωνηθμένοις, vt Harpocr. tradit, qui etiam addit, esse forsan hos πληρωτὰς eos qui suo tempore vocabantur ἐρανάρχαι. Profert verò eius vsum tũ ex Demosthene tum ex Dinarcho. Hesych. exp. ἐρανάρχου συναγωγός. Demosthen. contra Mid. pag. 228, πληρωτὴς τοῦ πιοῦπου γεγονὼς ἐράνου, σεαυτῷ τοῦτο δίκαιος εἶ συλλέξασθαι. Ibi-

dem, οὐ τὸ πν μόνον (sub. τὸν ἔσανον) ὃν συλλέροισι καὶ ὃ πλη- A
ρωτὰ γινονταί πνες. Α Τ Πληρωτικός, οῦ, ὁ, Implendi seu replendi aut explendi vim habens. Dioscor. l.2, cap.95, μυελοὶ ἅπαντες πληρωτικοὶ ἑλκῶν, explent, Plin. l.28, c.9.

C. Ἀ πλήρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui impletus vel completus non est. Αt ἀ πλήρωτα πληρώματα, de naui suis remigibus malè instructa, seu de remigio malè instructo armatóque. Pollux l.1, c.9, post verba in Πλήρωμα citata, καὶ τὰ μὴ καλῶς πεπληρωμένα, συγκεχρτισμένα τὰ ὦς ἑτέρως, ἀ πλήρωτα ἢ ἡμιπλήρωτα καὶ ἀσυγκρότητα. Vbi etiã Ν Ο Τ Α Σ υγκροτεῖν Ε Τ Ἀσυγκρότητος. ‖ Ἀ πλήρωτος exponitur etiam Inexpletus, Inexplebilis, vt ἄπληστος.

B

C. Ἡμιπλήρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dimidia ex parte impletus seu completus. vt ἡμιπλήρωτα πλήρωματα, de remigio malè instructo armatóque. Vide præcedẽs Ἀ πλήρωτος.

C. ΕΑΝ Α πληρόω, ῶ, Expleo, Suppleo. Plato in Symposio, ἀλλ' εἰ ὀλίγ λιπεν, σὺν ἔργον ὦ Ἀριστοφάνες ἀναπληρῶσαι. Id est, Siquid prætermisi, tuæ sunt partes, ô Aristophanes, id supplere. ‖ Interdum Impleo, Plenum reddo, pro simplici πλήρω, cum genitiuo. Plut. in Alexandro, ἀναπλήρωσιν ἀξελπιείας καὶ φόβου.

Ἀναπληροῦν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, apud D. Paulum, 1 ad Corinthios capite 14. Quod exponitur Sedere inter idiotas, ad verbum Implere locum idiotæ.

Ἀναπλήρωμα, ατος, τὸ, Supplementum, Explementum, Id quod ad explendum ponitur. Redditur etiam Suppletio, Expletio. sed altera significatio magis conuenit.

Ἀναπλήρωσις, εως, ἡ, Expletio, Suppletio.

Ἀναπληρωματικός, ῇ, ὁ, Expletiuus, Ad explendum aptus, siue accommodatus, vel Explendi vim habens. vt μόριον ἀναπληρωματικὸν in oratione, Particula expletiua: quæ potius tamen ὡς ἀναπληρωματικὸν, μόριον dicitur.

D

C. ΑΝΤΙ πληρόω, ῶ, Ecõtrario repleo, vel Vicissim repleo, Vires exhaustas repleo. Theophrast. De caus. pl. libro 2, δεῖ γὰρ κενεωμένα τὰ δένδρα μετὰ τὴς καρπὴς αὖ πάλιν πληρωθῆναι πάλιν τῆς ὑγρᾶς. Item, Suppleo quod deest. vt in hoc loco qui citatur ex Iosepho, lud. hist. lib. 2, τὸ λεῖπον ἀντὶ ὅλης τῆς ἡμέρας αὖ πάλιν πληροῦντες τὴς ὠφελείας. Sed malè citatur cum λοιπὸν, pro λεῖπον. Xenophon Hellen. 5, αὖ πάλιν ἐπλήρουν ὃ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ναυπικόν.

E

C. ΑΠΟ πληρόω, ῶ, Impleo, Compleo. idẽ cum πληρόω. Ac sicut suprà ex Herodiano habuimus, τὰς ὑποσχέσεις πληρῶσαι, sic idem libro 2 dicit, ἀπεπλήρωσαν ἃ ὑπέσχετο, Implere fidem promissorum, seu Implere promissa, vel Complere promissa. Et Plato libro 2 De rep. τὰ λοιπά μοι τῆς ἐπιστάσεως ἀπεπλήρωσον, Compleas & ad exitũ perducas. ‖ Item Expleo, Satio, Exatio.

Ἀπεπλήρωσις, εως, ἡ, Expletio.

Ἀπεπληρωτής, οῦ, ὁ, Qui aliquid complet & perficit, Exequutor. Sueton.

C. ΕΚ πληρόω, ῶ, Expleo, Compleo. Aristid. ἐκπεπλήρωνται κατὰ ὡς ἕλληνες πόλεσι. Item Suppleo. vt Suet. Librum quem imperfectum reliquerat Sylla, suppleuit. Xenophon Pæd. 4, τὸ ἐλλεῖπον ἐκπληρώσατε, nimirum siquis εἰς ὀνδεόμενά που κατεσκεύωσε. nisi & hìc malis interpretari Explete: vt dicitur Explere numerum.

F

Ἐκπλήρωσις, εως, ἡ, Expletio, vel Supplemẽtum, aut Complementum.

C. ΕΣΩΕΚ πληρόω, ῶ, Vnà expleo vel suppleo, Compleo.

C. ΕΜ πληρόω, ῶ, Impello. idẽ cũ ἐμπλήθω, seu ἐμπίμπλημι. V N D E Ἐμπλήρωσις, εως, ἡ, Impletio, Expletio.

G

C. ΕΠΙ πληρόω, ῶ, Adimpleo, vel simpliciter Impleo. Thucydides libro 7, pagina 237, οὐδ' ὁπόθεν ὅθεν πληρωσόμεθα τὰς ναῦς ἔχομεν. vbi schol. exponit, τὰ πληρώματα ἀναπληρώσομεν. Sic Virgilius, Remigium supplet, socios simul instruit armis. Quibus verbis poeta Ε Χ Ρ Ρ Ι Μ Ι Τ πληροῦ τὰς ναῦς, siue τὸ ναυπικὸν, Ε Τ Πλήρωμα. nã Remigium supplere dicit pro πληροῦ τὸ ναυπικὸν, seu ὅθεν πληρώσεται τὰς ναῦς: & Remigium suppletum, πλήρωμα.

C. ΠΑΡΑ πληρόω, ῶ, Iusto cõpletóq; oneri infarcio. N A M Π αρεμπλήρωμα idem esse volũt cum παρέβυσμα apud Suidam, Quod infarcitur atque inculcatur iusto completóque oneri, Cento & omne redundans atque superfluum, τὸ πλεονάζον: aliud autem Latinis Complementum aut Supplementum. potius Explementum, vt Seneca in epist. quadam ventris explementum vocat τὸ πλεονάζον. Budæus tamen interpretatur Complementum. Expletio, apud Dionysium Halicarn. de Isocrate, ὡς ἀναπλήρωμασι λέξεων οὐδὲν ὠφελουσῶν χρήσθαι καὶ ὑπομνήσκειν ὡς ἐπὶ τοῦ μετέπειτα τὸν λόγον. V N D E Παραπλήρωματικός, οῦ, ὁ, Expletiuus. idem cum πλεονάζων, teste Apollonio grammatico. vt ὡς ἐπληρωματικὰ δεσμοὶ apud Demetr. Phaler. & alios: quales esse dicit δύ, νύ, πότερον. vide in Παράζυσμα. quæ & ὡς ἐπληρωματικὰ καὶ μόρια vocantur: quoniam nimirum orationi per se plenæ perf. ctæque, numeri explendi seu complendi gratia addũtur. Tales apud poetas sunt ῥα, περ, τε, & aliæ multæ.

C. ΠΡΟΣ πληρόω, ῶ, Adimpleo, Superimpleo. idem cũ ὅπ πληρόω, vel Suppleo. Xenophõ Pæd. 5, ἱππάσας ὡς πεπλήρωσαι ἐς δίφριον. Thucydides simpliciter accepit pro πληρόω, Impleo, addens ei ἐπ, vt libro 7, pag. 244, ὡς πεπλήρωσαι, ἐπ' αὐτῆς. scholiastes tamen exponit ὡς πεπλήρωσαι ἄλλαις πληρώσαντες.

C. ΣΥΜ πληρόω, ῶ, Compleo, Expleo. V N D E Συμπλήρωμα, ατος, τὸ, Complementum. Ε Τ Συμπλήρωσις, εως, ἡ, Completio, Ipsa complendi actio. Ι Τ Ε Μ Συμπληρωτικός, Complendi vim habens, Ad complementum faciens, Complens.

Π Λ Η Ν,

aduerb. Præterquam, Nisi. Sophocles, Οὐκ ἄρ' Ἀχαιῶν ἄνδρες εἰσὶ πλὴν ὅδε; Thucydides πλὴν ὀλίγοι, Præterquam pauci, Exceptis paucis. Isocrates Panath. πάντας πλὴν τῶν μεπρηκότων. Aristophanes, ἀλλ' οὐδεμὸς πλὴν τοῖς μαθηταῖσι λέγω. Xenophõ, πλὴν εἴπερ συνιδεῖν ἔοικα. Interdum sequente ὅτι, vt ibi sequente εἴπερ. Aristoteles De hist. anim. libro 3, πλὴν ὅτι ζῶντα καλοῦσιν ἀῤῥένα. Sic apud eũdem Ethic. 4, πλὴν ὅσα μὴ δι' εἰρωνείαν. Αt πλὴν ὅτι, Nisi quòd, Nisi quatenus, Præterquam quód. Synes. πλὴν ὅσον τοξάμιλλον. Sic πλὴν πάροιθεν, Bud. ex Luc. πλὴν πάροιθεν ἐκείνα μὴ ἀπωθεῖ καὶ μαραίνεται, πυπὶ δὲ τὸ ἔαρ αἴθριον. Sic autem & πλὴν ὅσον, pro Nisi quatenus. ex Synesio, πλὴν ὅσον τοξάμιλλον. Itidem πλὴν καθ' ὅσον pro Nisi quatenus, Nisi quòd, Præterquam quód. Interdum & πλὴν ὅπ. Aristophanes Nub. ἐξαφέρουσ' οὐδὲν ἡμῶν ἐκεῖνοι, πλὴν ὅπ ψήφισμα οὐ γράφεισι. Sic Plutarchus Lycurgo, πλὴν ὅπ ὡς θεῶπς &c. Et Greg. πλὴν ὅπ καὶ πλέον ἐνεῦθα. Item πλὴν ὅτ' ὅπ, ex Aristoph. Nonnunquam & πλὴν non adiecta particula, hanc ipsam significationem habet. vt apud Platonem, De rep. lib. 5. Cæterùm vt πλὴν his in locis reddi potest particula Nisi, sicut & Præterquam, ita & in aliis, id est in quibus alii cuipiam particulæ est iunctum. vt πλὴν εἰ. & πλὴν εἰ μή, itidémque πλὴν ἐάν, & πλὴν ἐαν μή. Necnon cum ἀλλα, sequente εἰ. dicitur enim πλὴν ἀλλ εἰ. sic tamẽ vt frequentius esse putetur. Theophrast. De caussis libro 1, πλὴν ἔπ ἀπαντιον, καὶ ὡς πα εἰλογῳ. Idem, πλὴν ἔπ που καὶ ὡς βλαστάνει. Sic apud Platonem De rep. libro 2, πλὴν εἴπ ἀπέχεται αὐτοῦ. & cum optatiuo, πλὴν εἴπ ῥίζῃς, Naz. Sic πλὴν εἰ λαμβάνοιο ὦ, apud eundem: vbi obserua etiam non habere εἰ adiunctum illud πς vel π. (Sed & cum genitiuo, πλὴν εἰ φελλοῦ, Excepto subere, ex Gazæ interpretatione apud Theophr. Sic πλὴν εἰ πνεῦν ὀλίγον. Exceptis paucis, apud eundem, τὰ δὲ ὀθηρόμενα χῦρον αὐξεῖν, ὡς πλὴν εἰ πνεῦν ὀλίγον. Quibus tamen locis suspicetur forsitan aliquis aptiorem esse particulam ἢ quàm εἰ) Huic autem voculæ εἰ addita reperitur & μή, cum apud alios, tum apud Theophrastum, ex quo affertur ὡς πλὴν εἰ μή τι, sicut & ὡς πλὴν εἴ τι, pro Præterquã si quid, Nisi si quid, vel Nisi si quid. (vtroque enim modo & Latini loquuntur) Atq; vt dicitur ὡς πλὴν εἰ, & ὡς πλὴν εἰ μή, ita etiam ὡς πλὴν ἐαν, & ὡς πλὴν ἐαν μή. Isocrates, ὡς πλὴν ἐαν συμφέρῃ, Nisi conducat, πλὴν ἐαν ὅλως μεταῖῃ, Theohr. ὡς πλὴν ἐαν χῶρος ἢ χηρεύῃπαι. Et sequente μή, apud eundem, De animal. libro 5, ὡ πλὴν ἐαν μὴ ἐξέλθῃ, Nisi exierit. Sic autem ὡς πλὴν αὖ, & ὡς πλὴν αὖ μή. vt πλὴν αὖ ἢ, nisi sit, ex Platone De leg. ὡς πλὴν αὖ μὴ λαβῇ, ex Plutarcho in Solone. Eandem significationem habet ὡς πλὴν cum εἰ vel ἢ, interiecta etiã particula ἀλλὰ, vti dictum est. Sed in loco qui affertur habẽs εἰ post ἀλλὰ, videtur πλὴν & aliã interpretationẽ admittere

admittere: at in hoc Aristotelis loco, Metaph. libro 1, οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰαθεὶς, πλὴ ἀλλὰ ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ Καλλίαν ἢ Σωκράτη. apertissimè ponitur πλὴ ἀλλὰ ἢ pro Nisi si, vel potius Nisi. ‖ Πλὴ sæpe etiam legitur post ἄλλος, seu ἄλλη, seu ἄλλο, vel aliquem ex eorum obliquis. ac tum voce Quàm reddi etiam potest. Aristophanes in Pluto, οὐ γὰρ εἶν ἄλλος πλὴ ἐγώ. Sic Isocrates, ad Phil. ἄπορον δὲ τὸ πεφυκὼς αὐτὸ οὕτω ζῆν οὐδὲν ἄλλο πλὴ ὁ πόλεμος. Idem De pace, πάντας τοὺς ἄλλοις ἐκβάλλειν πλὴ τοὺς συναγωνιζομένους. (Sed hic omitti poterat τοὺς ἄλλους: sicut in hoc eiusdem loco in Panath. καὶ φημι πάντας λιπεῖν πλὴ τοὺς μετεχόντας τ' ἐμῆς διαβολῆς, videmus dici πάντας πλὴν, οὐ πάντας τοὺς ἄλλους πλὴν) Interdũ πλὴν ponitur ante nomẽ illud. vt apud Plut. Lycurgo, πλὴν ὕδατος, οὐκ ἄλλο σκεῦος ἔχων. ‖ Πλὴν ἢ interdum pro πλὴν, itidem Præterquam. Plato Apol. ἄδηλον πότερον πλὴν ἢ τῷ θεῷ. In hoc autem Aristoph. loco potest πλὴν ἢ reddi etiam Præter, in Nub. Σω. Ἔχεις τί; Σῤ. Οὐδὲν γε πλὴν ἢ τὸ πῖος ἐν τῇ δεξιᾷ.

B

Πλὴν aliquando sequente infinitiuo, vbi itidem particula Quàm cõmodè reddi potest. Plato Minoe, οὐ γὰρ ἐσθ' ὅ, τι πύπου ἀσεβέστερόν ἐστιν, εἰ δ' ὅ, τι χεὶ μᾶλλον ἀλαζεύεσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν (vbi etiam obserua potuisse Platonem pro πλὴν vti particula ἢ) Apud Luc. cum infinitiuo itidem, sed interiecto nomine ὅσα. ita enim ille, de Venere Cnidia loquens, παῖ ὃ τὸ κάλλος αὐτῆς ἀκάλυπτον, ἀδεμιᾷ ἐαθῆτος ἀμπεχόσης γυμνωθῇ. πλὴν ὅσα τὴ ἑτέρᾳ χειρὶ λεληθότως τ' ἀδῶ ὀθῆκρύπτειν. vbi πλὴν ὅσα sequente infinitiuo eandem significationem habet quam πλὴν ὅπεν, & πλὴν πάροσεν, & πλὴν καθόσον, suprà, videlicet Præterquam quòd, Nisi quòd, aut Nisi quatenus. Frequentius autem (nisi me fallit memoria) infinitiuum habet. præcedente τί ἄλλο, vel ἄλλο τι. Demosthenes, τοῦτον ἄλλο τί πλὴν ἀστεῖν φήσουσι; (vbi obserua etiã voculam τί cum ἄλλο) Latinè autem Quid aliud, sequente particula Quàm. vt, Quid aliud quàm insanire hunc dicemus? Quid aliud quàm desipere hunc putemus? Nec tamen solùm præcedẽte ἄλλο τι iũgitur infinitiuo particula πλὴν, sed & τι solo præcedente. vt apud eundem Demosthenem, τί ὦ ὑπολοιπὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐρρωμένως καὶ θεσθύμως; Interdum cum participio. vt apud Platonem De leg. πλὴν μηδαμῶς ζωγρουῦντας. vbi redditur, Modò ne viuum seruent. ‖ Πλὴν cum genitiuo etiam, pro Præter. vt apud Gregor. ἀλλὰ πόσα θαυμάζεισιν αἰθρωπι, ὧν ὁ δὲν τοὺς ἐγείραντας πλὴν δέξις ὀλίγης ὤνησε. quod solũ exẽplum ibi à Bud. profertur, quum alioqui apud vetustiores quoq; scriptores ita vsurpatum reperiatur. Legitur enim apud Plut. in Pompeio, πλὴν δυεῖν (vel potius δυοῖν) πλοῖαν ἐρασπάσας πιᾶς οὐ πολλοὺς ἀγόντων. Atque adeo vetustissimi etiam ita vsi sunt. nam legimus & apud Aristophanem in Vespis, Οἱ δ' αὖ νεκρόπσαν, πλὴν γε Θουφεσίου μόνου. Sic autem & Latinum Præter genitiuo iunctum reperitur, sed ita vt existimetur pro Præterquam esse positum.

B

F

Πλὴν, Ε Τ Πλὴν καὶ, Ε Τ Πλὴν ἀλλὰ, Veruntamen, Attamẽ. Paul. 1 ad Cor. c. 11, v. 11. πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς ἐν Κυρίῳ. vbi vetus etiam interpres reddidit Veruntamen. Quã particula Bud. pagina 1036 interpretatur πλὴ καὶ in hoc Aristotelis loco, Ethic. libro 4, ὁμοίως δὲ ὡς πρὸς τοὺς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμοις καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεσι πρὸς πιόνος πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ὁρμίζει. οὐ γὰρ ὁμοίως ὡς πρὸς τοὺς συνήθων καὶ οἰκείων φρονεῖν. (Dicã autem de hoc πλὴν καὶ & infrà, vbi agam de Πλὴν posito pro Itaque) Et addit esse pro ὡς πλὴν ἀλλὰ. quarũ particularũ copulatarũ exempla hæc affert ex Luc. οὐκ ὀθῆ δώρεις τὰ ἡμέτερα πλὴν ἀλλ' ἄπιθι. Itẽ πλὴν ἀλλὰ τὶ αὖ πάθοιμι; Sed alibi scribit πλὴν ἀλλὰ his in locis accipi vel pro Veruntamẽ, vel pro Verumenimuero.

G

H

Πλὴν. Sed, Verùm. Herodian. l. 3, πλὴν ἐρασπὰν ἀφεοῖσας. πλὴν ἄπειρον μάχης καὶ πόνων. Nam hic Bud. πλὴν vertit Sed, addens etiam Sed tamen. Ego autem priorem illam interpretationem malim, habẽtẽ particulã Sed, sine adiectione. (Perinde enim esse puto acsi dictum esset, πλὴν μὴ ἐρασπὰν, ἄπειρον δὲ μάχης, &c.) Ac certè Polit. quoque reddidit Sed.

Πλὴ, Cæterùm. Epigr. l. 2, Πλὴν μετὰ τὸ κοφίνου τὸ ὠδὲς πόδας ἄνελον ἔρχου. Ibidem, Πλὴν ἔγνωκα πίνος ποιῆς χρέιν. Nisi quis πλὴν & hic malit Verùm interpretari.

Πλὴν, Itaque. Paul. in epistola ad Ephes. in fine cap. 5, πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴ ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν. Hoc n. in loco doctissimus interpres πλὴν reddidit Itaq; cui affentior libẽtẽ quàm Erasmo, reddenti Quanquam: aut veteri interpreti, reddenti Veruntamen. Sed videndum est annon potius particula καὶ cum πλὴν cohærere debeat. (ficut in loco Aristotelis qui paulo antè prolatus fuit, πλὴν καὶ pro Veruntamen poni dictum est. itidémque διὸ καὶ passim poni videmus, pro διὸ, vacante hac vocula καὶ) Quod si ita est, vertendũ erit Itaque vos, non autem Itaque & vos.

Πλὴν ἐαν, pro Si modó. ex Græcis Bibliorum interpretibus affertur, libro 3 Reg. capite 8, οὐκ ἐξαρθήσεταί σοι ἀνὴρ πλὴν ἐαν φυλάξωνται τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. Ita enim redditur hic locus, Non auferetur abs te vir, si modò seruauerint vias suas. Alioqui πλὴν ἐαν sonat Nisi si, Præterquam si, vt antea dictum fuit.

Πλημμελὴς,

ἐος, ὁ & ἡ, Qui est contra modulationis normam, Inconcinnus. Item, In quo moderatio non seruatur, Immoderatus. A Budæo exponitur Inconditus, Incompositus. Qui etiam dicit esse ferè idem quod ἐκμελὴς, & deriuari à particula πλὴν. Quibus addit, sic vsurpari à Platone. Ex quo affert etiam πλημμελὲς εἶν pro Non conueniret. Accipi præterea ait πλημμελὴς pro Vitiosus, Culpabilis, Mendosus. Et affert ex Aristot. De mundo, πλημμελὲς γὰ, περὶ κόσμου λέγοντας, τὸ τὸ κόσμου κυεῖν πάντων ὡς ἐλιπῶν, pro Culpandũ, & improbabile. Hæc ille, Cõment. pag. 724, Sed eiusdẽ operis p. 680, hæc Plat. De leg. l. 5, πᾶσ' ἀκράτως καὶ ἀπαρεμυθήτως πλημμελεῖ καὶ κακῷ ἀφιέναι δεῖ πλὴ ὀργὴν, vertit, Iram autẽ exercere oportet in eum qui à malo reuocari oratione non potest. Idem hæc Phil. De mundo, ὥς ὡ ἀκοσμία καὶ ἀπραξία καὶ πῖς πλημμελέσι πᾶσι χαίροντες θεοῦ, sic interpret. Quasi verò inertia deus & incondita rerum nece, omnibusque perperam factis gaudeat. Hactenus Bud. Inuenio autẽ κωμῳδίαν αὐασυφῶν καὶ πλημμελῆ redditũ apud Synes. Comœdiã obscœnam & improbã. Apud Plut. πλημμελῆ βίον, Peccatis obnoxiam vitã. Ego verò suprà πλημμελὴς vertens Immoderatus, respexi ad locum Cic. in quo πλημμελῶς vertit Immoderatè, vt infrà docebo. Illæ autẽ interpr. Qui est contra modulationis normã, Incõd. Incõp. aliquatenus ad signif. nominis μέλος respiciũt, vnde πλημμελὴς deriuatum existimatur. Ac certè quin ab eo deriuetur minimè mihi dubium est. Licet etymol. aliam deductionẽ afferat, videlicet à πάλιν, & μέλω quod est φροντίζω, dicẽs πλημμελῶ, & quasi πάλιμμελῶ, & significare, ὃν δευτέρου τι αὐτὰ φροντίζω τὸ λέγειν, ἢ ἐπαναλαμβάνω. Sed, vt hanc deductionẽ apertè ineptam, simúlque expos. ei quidem consentaneã, sed quam falsam existimo, missam faciam: dico iterũ, minimè dubiũ mihi esse quin à μέλος originẽ habeat πλημμελὴς, (vnde etiã videri queat propriè fonare illud quod primum pro expositione attuli: aut etiam Absonus) sicut ἐκμελὴς & ἐμμελὴς, aliáque nonnulla: sed quomodo primæ syllabæ inclusa esse particula πλὴν dici possit, id verò me nequaquam perspicere: nisi nouus ei vsus in hac compositione tribuatur.

Πλημμελῶς, Immoderatè. vt Cicero apud Plat. in Tim. κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως vertit Immoderatè agitatum & fluctuans. Redditur etiam, Inconcinnè, Inconditè, Incompositè. Item, Perperam, Malè. vt πλημμελῶς λέγειν apud Strab. Loqui perperam. Item Vitiosè. vt πλημμελῶς γιγνομένη ἐνέργεια, Gal. Quæ vitiosè fit. (vel Vitiata, vt Bud. vertit) Redditur denique πλημμελῶς & Improbè, aliisque modis, sequendo significationes datas nomini πλημμελὴς. Affertur verò in vulg. lex. & πλημμελῶς ὀθῆμελόμενος ex Plutarchi Lycurgo, pro Segnius curãs. quæ interpretatio illi à nomine μέλος deriuationi consentanea esse non potest.

Πλημμέλεια, ας, ἡ, Vitiositas, Improbitas, Improbum factum, Peccatum. Item Erratum, Error. Plato in Apol. καὶ αὕτη ἡ πλημμέλεια ὀκείνῳ πλὴ σοφίαν ἀπέκρυψε. Plu-

tarchus in Pyth. orac. πολὺ δὲ πολλοὺς πρὶν χρησμῶν ὁρῶμεν καὶ πῆς μέτροις καὶ τῆς ὀνόμασι πλημμελείας καὶ φαυλότητος ἀναπεπλησμένους. Quidam sequentes illud etymum cuius suprà mentionem feci, quod nimirum à πάλιν & μέλω deducit hoc vocabulum, (vel potius πλημμελὲς, ex quo hoc factum est) tradunt πλημμέλειαν esse quod per incuriam & incogitantiam admittitur: tanquam quod posteriore cura, quæ prouerbio dicitur esse σφωτέρα, farciendum sit. Atque adeo πλημμέλειαν esse delictum, at ἁμαρτίαν peccatum: illud enim esse in omittendo, hoc in committendo seu admittendo quod non decet. Videmus certè à Græcis Bibl interpretibus statui discrimẽ inter πλημμέλειαν & ἁμαρτίαν, Leuit. capite 6, ὡς περὶ τὸ περὶ ἁμαρτίας, οὕτω καὶ περὶ τῆς πλημμελείας. εἷς νόμος αὐτῶν.

Πλημμελέω, ῶ, Incõpositè me gero, vel inconcinnè, & Immoderatè me gero. Aut etiam Improbè me gero, Improbè ago, Delinquo, Pecco, Erratum admitto, Erro. Budæus πλημμελεῖν exponit πλημμελὲς πιεῖν, Iniquè quidpiam per iniuriàmque agere. hoc est ἀδικεῖν. Et πλημμελεῖν εἰς τὸν θεὸν καὶ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ, Piaculum admittere. Apud Chrysostomum autem εἰς ἡμᾶς ἐπλημμέλησας, In nos peccasti. Interdum & cum περὶ. vt apud Aristotelem De mundo, πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπαλλαγὴν δυνάμει. vbi redditur Aberrantes. Dicitur etiam πλημμελῶπι, Pecco aliquid, Peccatum aliquod admitto. Vel, Aliquid delinquo. Xenophon, εἴπ ἐπλημμελήσατέ μοι. Et passi. Πλημμελεῖται Id in quo peccatur, seu erratur, Id quod perperam fit. vt εἴπ πλημμελήθη, Si quid erroris admissum sit. Aliquis verò dicitur πλημμελεῖσθαι, In quem peccatur, In quem admittitur quidpiam, Qui iniuria afficitur. Phalaris, οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ πώποτε πλημμεληθέντες οὔτ' ἔλαττον οὔτε μεῖζον, ἀξιώσεκαν ἀδίκως τὸν κατ' ἐμοὶ πόλεμον. Et πλημμελούμενος θεὸς apud Demosthenem Pro cor. in quem placulum admittitur, ὅπως μὴ περὶδῃ ὑπὸ τῶ ἀσεβῶν Ἀμφιστέων πλημμελούμενον θεόν.

Πλημμελεῖν dicitur & fluuius πλημμυρῶν καὶ ἀξυδείλων, quum violenta inundatione secum rapit segetes & tuguria. Bud.

Πλημμέλημα, ατος, τὸ, Quod improbè geritur, Peccatum, Delictum, &c. vt dictũ est in Πλημμέλεια. Item Quod pro peccato penditur. Num. cap. 5, τὸ πλημμέλημα τὸ ἀποδιδόμενον τῷ Κυρίῳ, τῷ ἱερεῖ ἔσται. Sunt qui & hunc Luc. locum proferant, tanquam in quo πλημμέλημα vocetur id quod pro delicto penditur, in Hermotimo, καὶ ὀλίγου δίκην ἔφυγον βιαίων, εἰ μὴ ἐγὼ παλαιόν ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα περὶ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐγχεκράτους. Sed non conuenit hoc exemplum, quum præcedat ὁς τοῦ μοῦ γείτονος Ἐγχεκράτους τὴν θυγατέρα συναρπάσας, παρθένον οὖσαν, διέφθειρε. vnde apparet hoc stuprum esse id quod vocat πλημμέλημα.

ΠΛΗΣΣΩ, VEL Πλήττω, Percutio, Ferio.

Hom. Il. υ, & alibi, Στῆθος ὑπὸ πλῆξας, κραδίην νύξε πεπαίνων. Idem Il. β, — σκήπτρῳ δὲ μεταφρένῳ ἠδὲ καὶ ὤμω Πλῆξεν. Ité πλῆξε ἀνδρὸς apud eundẽ. Il. π, Μηρὸν πλῆξ' ἀνδρὸς Παφλαγόνος θεοείδεος. Apud eundẽ præteritum MEDIVM Πέπληγα, actiua signif. videlicet pro Percussi, quum alioqui potius passiuè vsurpetur pro Percussus sum. Sic PARTIC. Πεπληγὼς, Qui percussit. Et FOEM. Πεπληγῦῖα, Od. κ, Ῥαψῳδῶ πεπληγῦῖα. (Ab hoc autem medio præt. est thema POETICVM Πεπλήγω. à quo EST Πέπληγον, tertia persona plur. præt. imperf. Od. θ. Πέπληγον δ' ὀρόρον θεῖον ποδοῖν. Vbi Eustathius πέπληγον annotat Ionum & Syracusiorum esse vocem, sicut & alia huiusmodi.) Est autem huius verbi vsus communis prosæ cum carmine. Sed illud πέπληγα potius in pass. significatione vsurpat prosa, si bene memini. Sic πεπληγὼς νόμος apud Dioscoridẽ Percussus locus. Vt verò πληξάμενος pro πλῆξας habes paulo antè ex Homero, sic apud Plutarchum quoque & quidem cum eo ipso nomine, μικρόν τε πληξάμενος. Et pass. Πλήττομαι, vnde πληγεὶς apud Xenophõtẽ Pæd. 7, ὁ δ' ἵππος πληγεὶς, σφαδάζων ἀποστίεται τὸν Κῦρον. Et ἐπλήγλω, pro Pulsatus sum, Demosth. Dicuntur autem πεπλῆχθαι & qui calamitatem aliquam acceperunt, atque adeo qui offensionem in bello seu cladẽ. Thuc. lib. 8, pag. 274, ἐν πολλαῖς ταῖς πρὶν μάχαις πεπληγμένοι. Et libro 4, pag. 156, ἅμα δὲ τῷ Ἀθηναίων οἱ τῆς Βοιωτῆς νεωστὶ πεπληγμένων. Præterea πλήττεσθαι cum accusatiuo: vt πληγήσεσθαι τὼ ὄμω ex Gregorio, Luminibus orbatum iri. Et πεπληγὼς τοὺς πόδας, ex Græcis Bibl. interpr. Reg. lib. 2, cap. 9, de claudo. Interdum verò ἐπλήγλω pro Perculsus sum. vnde πληγεὶς Perculsus, Perturbatus. Plato epist. 7, πληγεὶς ἐγὼ τῷ λεχθέντι. Quidã tamen de animo putarunt dici ἐπλάγλω sicut ἐπλήγλω de corpore.

Πλήττεσθαι pro Frangi, inquit Bud. afferens ex Gregorio, μηδὲ ὀρθὸν λοξὸν ὀνειδεῖν ἀφόβου μεταπλάσιον καὶ βίαιον χάρος ἀπευθυνουσης. Τὰ πλοῖον μόνον ἀν πληγῶν ἀρθῶσιν. Sic autem Hesych. πλήττω exponit etiam ῥηγνύω, item χίζω.

Πλῆγμα, ατος, τὸ, Plaga, Ictus, Vulnus. Ictus vel plaga apud Arist. vbi de Vespis dicit, ποικίλοι δὲ καὶ εἴκειν δοκοῦσι πάντες, καὶ τὸ πλῆγμα ὀδυνηρότερον πυνθάνεσθαι ἢ ἀκείνων. Ex Euripide autẽ affertur πλήγματα pro Vulnera.

Πλῆξ, (q. d. Percussor) Dicitur de stimulo quo boues punguntur. Et COMP. Πληξίππος, Qui pungit & stimulat equos, Equorum stimulator, Qui fodit calcaribus armos equi, vt loquitur Maro. Ex hoc autem intelligitur Agitator equorum, Domitor equorum, Eques, & generaliter etiam Bellator. Hom. Iliad. β, Ἑρμείας δὲ ἀναξ δῶκε Πέλοπι πληξίππῳ. Vbi Eustath. ait Pelopem vocari πληξίππον, tanquam ἡνιοχικὸν. veteres tamen attulisse & aliam huius epitheti rationẽ, videlicet quoniam αὐτὸς ποτε κατ' ἀνάγκην πιὰ ἑαυτῷ ἡνιόχησε. AT VERO Ἀπλῆξ passiua significatione affertur pro Non percussus.

Inuenitur ETIAM Ἀμφιπλῆξ, Vtrinque percutiens, vel feriens. nã Hesychius exponit ἑκατέρωθεν πλήσσουσα, autorem citans Sophoclem in Œdipode tyranno. Locus autem quem intelligit Hesychius est hic, Καὶ σ' ἀμφιπλῆξ μηδὲς τε κὴ ποδοῦ πάτος Ἑλᾷ ποτ' ἐκ χῆς τῆς δεῦρ' ἵπτις ἀεσά.

Ἀμφιπλῆξ terra, Isthmus, vt ait Pollux. at Hesychius habet ἀμφιπλήκτις, ἰσθμοῖς ἀμφίθα λάσσις. Videtur autẽ ἀμφιπλῆξ de isthmo dictum, accipiendum in passiua significatione, pro Vtrinque percussus, Qui vtrinque percutitur. Dictum autẽ fuisse ETIAM Ἀμφίπληκτος, ex illo Hesychii loco discimus.

Ἀμφιπλῆξ pro περιβάδην: vt ET Ἀμφιπλήσσειν pro περιβαίνειν à nomine πληξάδες deriuari tradit Poll. sed apud eum videtur potius legendum πλιξάδες per ι, & ἀμφιπλίσσειν itidem per ι.

Πλήκτης, ου, ὁ, Percussor, Qui promptus est ad verbera incutienda. Vtitur Paulus in epist. ad Titum, necnon in epist. ad Timoth. (vbi tamen Chrys. ad linguæ verbera, id est conuitia, retulit. Dixit autem & Horat. verbera linguæ.) At verò apud Plutarch. in Fab. κῇ χίεσι πλήκτης redditur Manu promptus, Manu strenuus. Ex eodẽ B. affert πλήκτης sine adiectione positũ pro Pugnax.

Πληκτὸς, Percussus, Ictus. cui contrarium est COMP. Ἄπληκτος, Non percussus, Nõ ictus. Affertur & pro Non percutiens, Non pungens. AT VERO Δύςπληκτος (ab ea verbi πλήττεσθαι significatione qua pro Percelli ponitur) Qui non facilè percellitur, seu perturbatur. In vulg. lex. Qui ægrè obstupescit. Subiungitur autem, δύςπληκτος ἀπὸ φόβων.

Πληκτικὸς, οῦ, ὁ, Qui percutiendi seu feriendi vim habet. Item, Pungendi vim habens, Mordacitatem quãdam habens. Vnde redditur etiam Mordax. Apud Diosc. lib. 1, πληκτικὸς τὴν ὀσμὴν, Odore caput tentãs. vt reddit Bud.

Πληκτίζομαι, Vsque ad plagas venio, in altercatione, Altercor seu contẽdo ad plagas vsque, id est vsq; ad plagarum illationem. (Sed Latini dicũt potius Ad manus venire) Digladior, Pugno. Homerus Iliad. φ, Ἀντοῖ, ἐγὼ δέ τοι οὔτι μαχήσομαι. ἀφαλέον δὲ Πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Διὸς νεφεληγερέταο. vbi Eustathius annotat πληκτίζεσθαι esse τὸ μάχεσθαι, vel ἐρίζειν ἕως πληγῆς. pro quo, suo tempore DICI Διαπληκτίζεσθαι. In vulg. lex. πληκτίζεσθαι ex Dione pro Lasciuire. Item pro πάθος ἐμποιεῖν, Mouere affectus, Ad commiserationem inducere. Illud etiam COMPOS. Διαπληκτίζομαι in iisdem exponitur Contendo, Decerto. Esse autem idem quod simplex πληκτίζομαι, ex iis patet quæ modò dixi. Sed frequentior est illius vsus quàm huius. Dicitur porro διαπληκτίζεσθαι πρός τινα. vt à Plut. in Erotico, διαπληκτίζομεν ἀπὸ νυμφῶν πρὸς τὸ γάμον. Existimo autem, quũ dicitur de altercatione quæ intra verba consistit, aptè redditũ iri Velitor. VNDE Διαπληκτισμὸς, εὐ, ὁ, Altercatio qua veniatur ad manus. Alicubi commodè redditum iri puto Velitatio, sicut Διαπληκτίζομαι, Velitor.

Πλῆκτρον, ου, τὸ, q. d. Percutiendi instrumentum. vnde dicitur de variis rebus. Euripid. πλῆκτρα de scuticis seu flagellis dixit, πλῆκτρ' οὐκ ὄπ' ζυγὸν ἵππων καθήρμοσαν. (qualem vsum verbi πλήττειν habuisti suprà) Idem κεραυνῶ, id est fulmini, tribuit πλῆκτρον, dicens πλῆκτρον κεραυνοῦ: sicut tribui πληγὴ tonitrui, docebo paulo post. Habet & cithara πλῆκτρον, in quo fides eius pulsantur, cum apud alios tum apud Aristotelem in Polit. vnde dictum illud Stratonici apud Athen. ἕτερον, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον, id est, Aliud est sceptrum, ô rex, aliud plectrum. Nam in hac signif. & Latini dixerunt Plectrũ. Sed & lingua sic vocata traditur, quòd aerem pulset, sicut plectrũ fides citharæ. Ex Herodoto autẽ affertur & pro instrumento quo vtebãtur Assyrii ad fabricanda nauigia.

Πλῆκτρον deniq; appellatur & calcar galli gallinacei, cũ ab aliis, tũ ab Aristoph. in Auib. Vnde prouerb. ἅμα πλῆκτρον ὁμωτέμενον. (HINC Πληκτοφόρος, Calcaria gerens, non solùm gallus, sed & aliæ aues quibus sunt calcaria apud Aristot.) Ab huius autem calcaris gallinaceorum similitudine, πῆκτρον, processus vnus ossis λιθοειδοῦς, ab inferiori eius parte exoriens, solidus, oblõg⁹ & subtilis, instar styli, graphii, vel acus: qui proinde totidem nominibus à veteribus fuit DICTVS, Συλοειδὴς, ET Γραφιοειδὴς, ET Βελονοειδὴς. Ita Gorr. qui alibi SCRIBIT, Λιθοειδὲς, (id est Petrosum) esse ossis nomen, vel potius partis ossis temporalis, protensis suturæ τῆς λαμβδοειδοῦς finibus terminatæ. In vulg. lex. πλῆκτρον, Locus vbi caput femoris coxæ acetabulo inseritur.

Πληγὴ, ῆς, ἡ, Plaga, Ictus, Vulnus. Hom. Il. λ, — ἵμασιν καλλίστευχας ἵππους Μάστιγι λιγυρῇ. τοὶ δὲ πληγῆς αἴσσοντες, Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα. Sic alibi apud eundem, καὶ σε πληγῆσιν ἱμάσσω. (itidémque apud Hesiodum, πληγῆσιν ἱμάσσας) Et πληγῆσιν ἱμάσθης. Item, Πετρηγὲς, ἀγρηῦ ἄνεκ' ἀσκέστοι πληγῆσι, fœdis verberibus cædens. Idem Il. π, Παφλαγόνας δὲ θεοῦ πληγῇ καὶ δουρὶ δαμασθείς. Frequens est autẽ nominis huius vsus in soluta oratione: vbi dicitur qui plagã seu plagas infligit, vel qui verberibus afficit (interdum & qui vulnus infert, aut vulnera) πληγὼ vel πληγὰς διδόναι, & πληγὼ ἐμβάλλειν, itẽ ἐντείνειν, necnon καταφέρειν. Is autem cui infliguntur, dicitur πληγὼ seu πληγὰς λαμβάνειν, vel εἰληφέναι, & πληγὰς ἔχειν, necnon τυπτεῖν vel δέρεσθαι πληγὰς, addendo πολλὰς, aut aliud adiectiuum. Illorum porro loquendi generũ hæc sunt exẽpla. Chrysost. De sacerd. δίδωμί σοι βαλεῖν πληγὼ. Xenophõ Laced. Politia. ὦ δὲ τῆς πῶς πτε πληγὰς λοιδωρεῖν ὑπ' ἄλλου, κατέπειτα ἕως τὴν πατέρα, ἀ χρὴν εἶδε μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ἐμβαλλειν τῷ υἱεῖ. Item ἐμβάλλειν πληγὼ, sequente εἰς. Plutar. in Cæsare, διὸ καὶ Βροῦτος αὐτῷ μίαν ἐνέβαλε πληγὼ εἰς τὸν βουβῶνα. Apud eundem, πληγὰς ἐντείνειν, in libro aduersus Coloten, οὐκ αὐτὸς ἐνέτεινε πληγὰς. Itidem, πληγὰς ὁ γεραιὸς ἕως ἐνέτεινε, Lucianus in Timone. Quo loquutus est modo & Demosthenes. At cum καταφέρειν legitur in hoc Plutarchi loco, De Alex. fortuna libro 2. ὑπέρω κῇ τὸ αὐχένος ὄπισθεν πληγὴν κατήνεγκεν. (Nec verò solùm καταφέρειν πληγὼ dicitur, sed & φέρειν legimus apud Herodianum in loco quem proferam infrà, vbi agam de πληγὴ signif. etiam vulnus) Is autem cui infligitur plaga seu cui infliguntur plagæ, vel qui verberibus afficitur, aut, vno verbo, qui vapulat: dicitur vel πληγὼ λαμβάνειν, seu πληγὰς. (quod reddi ad verbũ etiam potest Accipere plagas) Cuius generis loquendi exẽplum habes in loco quem modò ex Xenophonte protuli. Habes & in isto Thucydidis, ὑπὸ φραδείχων πληγὰς ἔλαβεν. Et πληγὰς εἰληφέναι apud Demosthenem. At illud πληγὰς ἔχειν, apud Aristoph. legitur. Apud quem & τύπτεσθαι πληγὰς, in Ranis, Οὐ καὶ σὺ τύπτῃ τὰ ἴτας πληγὰς ἐμοί. At δέρεσθαι πληγὰς, in Anthol. epigr. Atque ita & apud Lucam cap. 12, δαρήσεται πολλὰς, & δαρήσεται ὀλίγας, (subaudito videlicet illo accusatiuo πληγὰς. qui subauditur itidẽ in hoc Aristophanis loco, ἐπιτρίβεται τυπτόμενος πολλὰς.) Quinetiã cum verbo μαστιγοῦσθαι, apud Plat. De leg. libro 8, μαστιγούσθω πληγὰς ἑκατὸν μόνους. Interdũ verò datiuus πληγαῖς iũctus verbo reperitur, vt πληγαῖς καλάζειν apud Plat. De leg. & πληγαῖς ζημιοῦν apud Thucyd. lib. 8, ὡς πληγαῖς τε πάντας ζημιοῦσι. Dicitur præterea καταβάλλειν τινὰ μιᾷ πληγῇ, aut δυσὶ πληγαῖς, vel τρισὶ &c. & ἀποκτίνειν vel ἀναιρεῖν τινα μιᾷ πληγῇ, &c. Plut. Symp. lib. 2, τοὺς ὑπὸ μιᾷ πληγῇ καταβάλλοντας, ὥςτε ἀπιθυσὶ τὰ πνεύματα κεῖσθαι· τοὺς δὲ πολλαῖς μόγις καὶ χαλεπῶς ἀναιροῦντας. Demosthenes autem dixit etiã ἀποκτείνειν διὰ πληγὼ μίαν, in orat. in Midiam. Interdũ additur huic nomini genitiuus, eius rei videlicet qua plaga infligitur, seu qua quis pulsatur. vt πληγὴ ναρθήκων apud Xenoph.

Hoc porro sciendum est, πληγὼ propriè quidem distingui ἀπὸ τοῦ τραύματος, id est à vulnere: (vt videre est cum alibi, tum nominatim in hoc Plutarchi loco, in libro De sera numinis vindicta, καπνεχθεὶς γὰρ ὑψοῦς πνεῦς εἰς τράχηλον, οὐ θρομβοῦν τραύματος, ἀλλὰ πληγῆς μόνον, ὀξέσαντε. Itidémque Budæus annotat πληγὼ differre ἀπὸ τοῦ τραύματος apud Demosthenem, id est à vulnere: esse enim πληγὼ quum pugnis quis pulsatur. (Ego tamen maluissem loquendo generalius, dicere, Quum quis verberibus afficitur) Sed hoc discrimen video cõfundi alicubi. nam (vt alios omittam locos) legimus apud Plutarchum in Artoxerxe, τῆς πληγῆς ἰσχυρὰς ἕως πεσούσης: quum alioqui proximè præcedentia verba sint, Κῦρος δ' ἐπ' αὐτὸν ἐλακοντίσας, διὰ τοῦ θώρακος ἔτρωσε τὸ σῆθος, ὅστε ἐνδοῦσα δυο δακτύλους τὸ ἀκόντιον. Sic apud Herodianum, φέρειν τινὰ πληγὼ pro Vulnus inferre, Vulnerare, vel Sauciare, vt vertit Politianus: libro 1, ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ζώου ὁρμῇ κῇ τὸ μετώπου ἢ κῇ καρδίας ἔφερε τινὰ πληγὴν καὶ οὐδέποτε σκοπὴν ἄλλον ἔχεν. Ita enim ille hunc locum vertit, Nam vt primùm se fera concitauerat, statim illam vel in fronte vel in corde fauciabat. Obserua autẽ & φέρειν τινὰ πληγὼ, ac superioribus adde.

Πληγὴς appellatio generalius etiam patet. Veluti quum φωνὴ à philosophis dicitur esse πληγὴ σώματος διὰ γοῦς. quæ definitio extat apud Plutarchum, Sympos. 8, scribentem ibidem, σωφῆς καὶ ἡσυχίας οἰκεῖον εἶναι τὰ ἀναφὲς καὶ ἀπαθὲς καὶ ἄπληκτον. (quo in loco obserua ETIAM Ἄπληκτον oppositum πληγῇ) Ab iisdem πληγὴ tonitrui tribuitur, & nominatim ab Alex. Aphrod. Ex Aristotele autem affertur hæc πληγῆς & ὤσεως differentia: quòd ὦσις fit κίνησις ἀπὸ τοῦ κινοῦντος, ἡ γίνεται ἀπὸ τῆς ἁφῆς: at πληγὴ fit ἀπὸ τῆς φορᾶς. Πληγὼ medici vocant in pulsu motum arteriæ tactui occurrentem. Quidam tamen (vt scribit Galenus) non omnem arteriæ occursum sic vocandum censent, sed eum propriè qui violentus sit. Verùm nihil (vt idem ait) interest πληγὴν, aut δίωξιν, aut κίνησιν appellare, vel etiam πλῆξιν. Gorr. Obserua autem hîc & vsum NOMINIS Πλῆξις, ex Galeno.

Πληγὴ metaphoricè etiam pro clade, vel potius ingenti clade. nam Thucydidis scholiast. πληγὴν apud eũ exponens μεγάλως νικηθεῖς, addit, πληγὴν & τραῦμα in bello vocari τὴν ἰσχυρὰν ἥτταν. Sed & de alio damno, seu iactura rei alicuius. vt πληγὴ τῆς ὄψεως ex Gregorio affertur pro damno seu malo quod infertur oculis quum lumine orbantur. Dicitur verò itidem ab eo πληγήσεσθαι τὼ ὄψιν pro Orbatum iri lumine.

C. Ἀποπλήσσω, ET Ἀποπλήττω, Percutio, vel Repercutio, seu Retorqueo, vt à Gaza vertitur alicubi. Passiua vox est Ἀποπλήσσομαι, Percutior, vel Repercutior, Retorqueor. Alicubi accipitur pro Perterrefio, Obstupefio, Attonitus reddor. Sophocles Antigone, — καὶ με σθόγγος οἰκείου κακοῦ Βάλλει δι' ὄπτ· τυφλία δὲ κλίνομαι Δείσασα ἕως δι' μωλῶπι, καποπλήσσομαι. id est ὀκπλήττομαι, inquit scholiastes.

Ἀποπληξία, ας, ἡ, à quibusdam vertitur Stupor corporis mentisque, à Gaza Stupor totius corporis. Item, Stupor attonitus. Alicubi etiam (ni fallor) Stupor sine adiũctione. Galẽ. ad Glauc. l. 1, τῆς ἀποπληξίας ἕως ἐνεργείας λεν

πεθυμία. Corn. Cels. libri 3, caput 26 ita inchoat, Attonitos quoque raro videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo. Ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem proximè sequēs caput ita orditur, At resolutio neruorum, frequēs vbique morbus est. Sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres autores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominauerunt. Nunc vtrunque παράλυσιν appellari video. Est (inquit Gorr.) vitiosus humor, sola ἀποπληξίας causa, in cerebro citra putredinē citráque febrem consistens, pituitosus præsertim, aliquando verò & melancholicus. Et mox, Hic humor non modò principes cerebri ventriculos affatim implet, sed cerebri etiā corpus imbuit, vt nullus vel perexiguus spiritus animalis in neuos subeat. Qua quidem in re ἀπὸ τῆς ὀπληψίας differt, in qua non abolit[9] sed deprauatus tantùm facultatis animalis motus est: atque similiter ἀπὸ τῆς ἡμιπληξίας siue παραλύσεως, quæ non toto cerebro obstructo, sed altera tantùm eius parte, gignuntur. Aliquanto pòst, Sed ferè fit, vt sublata apoplexia, dimidii corporis resolutio succedat, quam Græci ἡμιπληξίαν siue παράλυσιν vocauere. Hæc Gorr. in quibus obserua & signif. NOMINIS Ἡμιπληξία.

Suidas ex quopiam historico, Μάρκος Βῆρος Ἀντωνίνου ἀδελφὸς βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀδόκητος διαφθείρεται, πληθεὶς ἰχῶρός τε καὶ πθύματος ὅπη ἔχοντες οἱ πὼ πολύ. ὁ δὴ πάθος ἀποπληξίαν πᾶσδες ἰατροῖν ὀνομάζοισι. Aristot. in Probl. sect. 11, ὡς ὅταν ἀποπληξία τὰ μέρος πάσχῃ. quæ Gaza vertit, Tanquam membrum id attonitum obstupescat. ‖ Est ἀποπληξία, Insania etiam, vel Amentia, μανία, ἡ ἄνοια, Hesychius. Suidas quoque easdem expositiones habet: sed præterea θλῖψις ab eo exponitur.

Ἀπόπληκτος, ὅ, καὶ ἡ, Qui laborat apoplexia. ‖ Item Insanus, Amēs, Vesanus. Redditur & Attonitus. Iul. Pollux l. 5, capite 36, in fine, ὡς ὅταν καὶ ὁ ἀπόπληκτος, ὃ, πεμανόμενος καὶ ὁ αὐόητος, καὶ ὁ νοσῶν. Ideo autem ego signif. hanc qua ἀφὶ τὰ νοσοῦντος dicitur, primam posui, quòd itidem ἀποπληξία ὅτι νόσου præcederet. Demosthenes, οὐχ οὗτος εἰμὶ ἄφρων οὐδὲ ἀπόπληκτος. Vbi Stupidus, vel Stolidus videtur posse reddi. αἰαῖθηπος ab Hesychio exponitur. Scholiastes Sophoclis ait esse eadem hæc tria, ἔμπληκτος ET ἀπόπληκτος ET παράπληξ, ac dici ὅτι τοῦ ὀπτρεμμόνων πὼ ψυχῶ. Alibi οἰστροπήληξ exponit, τὸ οἴστρα ἡ γραῦ μανία πληγείσης: addēs ἔμπληκτος, & ἀπόπληκτος dici ὅτι τὸ πληθόντων, ἢ γνάμιν καὶ ὀλβαπέπτων.

Eadem metaph. Latinè Perculsus, sed cū ablat. mente.

Ἀπόπληκτος, θαυμαστὸς, secundum Hesychium. id est Admirabilis. Videtur tamen vt ἀποπλήσσομαι est Perterrefio, seu Attonitus reddor: potius ἀπόπληκτον dici debere illum qui sit perterrefactus, vel vehementi quadam admiratione velut perculsus.

Ἀποπλήκτως, Aduerb. Insanè, Stupidè, Stolidè. Apud Luc. ἀπονενοημένως & ἀποπλήκτως ferè pro eodem ponuntur.

Ἀποπληκτικός, οῦ, ὁ, ἡ, Ad apoplexiam pertinens. Item ἀποπληκτικὸν νόσημα, Ipsa apoplexia. ‖ Interdum etiam dicitur ἀποπληκτικὸς is qui apoplexia laborat. qui & ἀπόπληκτος, vt modò dictum fuit. Aristot. Rhetor. 3, ὃ καὶ ὁ Πολυδύκου εἰς ἀποπληκτικόν τινα Σπεύσιππον, τὸ μὴ δύναεθαι ἡσυχίαν ἄγειν ἐπὶ τῆς τύχης.

Ἔκπληξις, ET Ἐκπλήττω, Ictu seu ictibus excutio. Apud Theophr. Ictu securis excutio. Et metaphoricè apud Thuc. ἡ καθ' ἡμέραν τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει, tristitiam excutit. Vide Bud. pag. 424. Loco autem illi Thucyd. quem affert, ex lib. 2 sumptum, addo & hunc, ex eodem libro, φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει, Metus memoriam excutit. Vel, Memoriam exturbat. Sic autem & alterum illud ἐκπλήσσει non dubitem reddere etiam Exturbat. Affertur & ἐκπλήττειν τὸν φθόνον ex Phalaride pro Inuidiā eicuincere.

Ἐκπλήσσω, ET Ἐκπλήττω, Percello, Perterrefacio, Obstupefacio. Arist. Ran. μή μ' ἔκπληθε, μηδὲ δείμαθε. Herodian. l. 3 μηδέ σε τὸ ἔργου τὸ μέγεθος ἐκπλήθέτω. Pass. Ἐκπλήττομαι. Percellor, Perterrefio, Obstupesco, Attonitus reddor. Plato De rep. libro. 1, ἐγὼ ἀκούσας ἐξεπλάγην, καὶ πρὸς ἐλέπων αὐτὸν ἐφοβούμην. Dicitur autē ἐκπλήττεται vel ἐκπεπλῆχθαί τινι, vel τι, vel ὅτί τινι, vel πρός τι, vel ὑπό τινος. Thuc. ἐκπλήττεται τοῦ πλήθους. Idem, ἐκπλαγὴ τόλμαν. Sic Sophocles, πάσῃ ἐκπέπληγμαι. (In hac autem cōstructione redditur etiam Pertimesco, Exhorresco, Perhorresco) Xenoph. ἐκπλήττεσθαι ὅτι τοῦ κάλλους. Plut. in Camillo, ἐκπεπληγμένοι πρὸς τοσοῦτο πλῆθος. At cū ὑπὸ, vt ἐκπεπληγμένος ὑπὸ τῆς συμφορᾶς. vbi reddi etiā potest Consternatus. Sic ἐκπλαγῆσα redditur Consternata, in hoc versu Euripidis, initio Medeæ, Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. In v. l. ἐκπλαγέντα δένδρα, ex Theophr. Arbores quæ tabuere. Et ἔκπληξις itidem de arborum tabe.

Ἐκπλαγήσω, vide in Ἐκπληκτικός.

Ἔκπληξις, εως, ἡ, Stupor, Perterrefactio, Terror, Cōsternatio. Thuc. lib. 1, καὶ ἔκπληξις ἐγίγνετο οὐδεμιᾷ τοῦ πρὶν πόλεμον ἐλάσσων. Apud Aristidem ἔκπληξις τοῦ βαρβάρου, actiuè, Terror quem affert barbarus. ‖ Ἔκπληξιν autor medicarum definitionum dicit esse mentis abalienationem quæ ex repentina quapiam perturbatione extrinsecus prouenit. Multi sideratione & tabem interpretantur. Gal. comment. Aphor. 14, lib. 7, ἔκπληξιν esse scripsit quum quis ex morbo nec loquitur nec quicquam agit, sed apertis oculis quietus manet, veluti præ timore attonitus. Quo loco Obstupescētia ab interprete vertitur. Gorr. Item ἔκπληξις de arboribus, pro tabe, vide in Ἐκπλήθομαι.

Ἔκπληκτος, ου, ὁ & ἡ, Obstupefactus, Stupore perculsus. Itē Qui aliis stupori est. Et Vesanus, sicut ἀπόπληκτος, & ἔμπληκτος. Sophocl. Τοιοῖδε μθῦποι φῶτες ἔκπληκτοι βροτῶν. (sed legitur & ἔμπληκτοι) Luc. in Herm. ὡς ἔκπληκτον εἶ καὶ κωνικῶν ἀπεχῶς.

Ἐκπληκτικός, οῦ, ὁ, Stuporem afferens, vel terrorem, aut cōsternationem, Terribilis, Horribilis. Thucyd. pag. 291, ἦν δὲ θόρυβος πολὺς καὶ ἐκπληκτικός. Et θέαμα ἐκπληκτικώτατον, Philoni. VNDE Ἐκπληκτικῶς, Cum stupore, Cum terrore, Vel Stuporem afferēdo, seu terrorē, Terribiliter. Pro quo dicitur ETIAM Ἐκπλήγδην poeticē. nam Suidas hoc exponit per illud.

c. 2. Ἀνέκπληκτος, Non obstupefactus, Imperterritus, Intrepidus. Et ADVERB. Ἀνεκπλήκτως, Imperterritè, Intrepidé.

c. 2. Ὑπερεκπλήσσω, ET Ὑπερεκπλήττω, Supra modum obstupefacio. Et pass. Ὑπερεκπλήττομαι, Supra modum obstupefio, Cum summo stupore admiror. Aut Valde exhorresco. Demosth.

C. Ἐμπλήσσω, ET Ἐμπλήττω, Percutiendo, seu feriendo irruo, seu ingruo. Item simpliciter Irruo, Ingruo, Incido. vt apud Aratum, — εἰ δὲ κεν ἐκ Ὑψόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνεμοιο θύελλα, Cicero vertit, Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus. Apud Apoll. autem Arg. 2, πολεμὲς ἐμπλήξασιν ἐναντίαι, redditur, Se mutuo concursu & impetu collidentes.

At verò ἐμπλήσσειν significantis (sicut & alia composita (Obstupefacere, Perterrefacere, Attonitum reddere, &c. nullum affertur exemplum: hanc tamen significationem sequuntur VERBALIA Ἐμπλήξια ET Ἔμπληκτος. Nam Ἐμπλήξια dicitur de stupore, atq; adeo stupiditate. A Budæo redditur Vecordia, in hoc Galeni loco, Therap. l. 1, καὶ πῦρ ἄξιον τοῦ τε ἄλλου μθοῦ κῶν ὄτι, καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς ἐμπληξίας αὐτῶν ὀρχηστοῦ Θεσσαλέ. quum antea vocasset eam παράληψα. (Ex Æschine autem affertur pro pauore) ITIDEM Ἔμπληκτος, Stupore perculsus. Vel potius Stupidus, Vecors, Stolidus. Plutar. in Dione, πολλὰ ἐλοιδορεῖτο πρὸς Συρακουσίους, εἰ μὴ σωιᾶσιν ὡς ἔμπληκτον καὶ μεθυόντος ἀπηλαθμοὶ πυρανίδος, ἐξηπορόπα καὶ νίφοντα δεσπότην εἰλήφασι Διόνυσα. Apud Plutarchum in Romulo, ἔμπληκτος τοῦ θόπου. Apud eundem in Othone, ἦν ἔμπληκτα καὶ σεβαρὰ πὰ τοῦ πολεμίου. Et ἔκπληκτος ὁρμὴ apud Basilium. Apud Sophocl. ἔμπληκτοι legitur, nō solùm ἔκπληκτοι, in eo versu quem protuli in Ἔκπληκτος. ADVERB. Ἐμπλήκτως, Stupidè, Vesanè, Stolidè. B. apud Thuc. τὸ ἐμπλήκτως οὐκ vertit Præceps celeritas. (ITEM Ἐμπλήδην pro eodem (sicut ἐκπλήδην suprà) quod exponitur μανιωδῶς, item μανικῶς, id est Insanè.) In vulg. lex. legitur etiam ADVERB. Ἀνεμπλήκτως, sed non sequens significationem illius: quum reddatur Audacter. quæ significatio data fuit suprà adverbio ἀνεκπλήκτως.

C. ΕΠΙπλήσσω, ET Ἐπιπλήττω, Obiurgo, Increpo, Reprehendo. (Nam reprehensiones sunt quædā linguæ verbera, vt Horat. appellat) Castigo verbis. Pro Obiurgo B. affert ex Isocr. πεπαιδῶνας θόρυβῆς ὄτι πλήττων. Itē ὅτι πλήττειν τοῖς ἁμαρτανοῦσιν, Reprehēdere quæ secus acta sunt. Profert & ex Plut. τοῖς δὲ φίλοις δυςχεραίνοισιν ἐπέπληξεν. Herodian. πτὲ μὲν λιπαρῶν, πτὲ δὲ ὀπτπλήττων. vbi Polit. vertit, Preces castigationibus admiscens. VNDE Ἐπίπληξις, Obiurgatio, Increpatio, Reprehensio. δίκῃ λόγων ὀπτπλήξις, Philo. At verò COMP. SEC. Ἀνεπιπλήξια, ET Ἀνεπίπληκτος, & ADVERB. Ἀνεπιπλήκτως. Itē VERB. Προεπιπλήττω. Sonat autem ἀνεπιπλήξια, q.d. Reprehensionis carentia. At in vulg. lex. Summa licentia. Hesychio tamen & Suidæ ἀνεπίπληκτος, non est Qui licentia vtitur, sed Inculpatus, Irreprehensus. & Ἀνεπιπλήκτως, itidem Inculpatè, Irreprehensè. In v. l. Ἀνεπίπληκτος, Quē nemo increpat errantem. At VERB. Προεπιπλήσσω, ET Προεπιπλήττω, sonat q.d. Præcastiho. vt αὐτὸν αὐτῷ προεπιπλήττειν, ipsū semet præcastigare, id est Castigare & reprehendere, velut præueniendo castigationem & reprehensionem alterius. Aristotel. Rhetor. 3, ἄκος δ' ὅτι πάσῃ ὑπερβολῇ τὸ θρυλλούμενον· δεῖ γὰρ αὐτὸν αὐτῷ προεπιπλήττειν. Apud Quintil. autem legimus προεπιπλήττειν τῇ ὑπερβολῇ, libro 8, cap. 3, quod quidam Præmunire hyperbolen, ex eo interpretantur. Hac autem de re satis copiosè disserui initio annotationum quas in Erasmicas quorundam prouerbiorum expositiones scripsi.

in quo sudabant in balneis: quòd nimirum vsque adeò A ex calfieret vt tantum non suffocaret æstu suo insudantes. Atque INDE Προπνίγεον, Calida lauatio, seu caldarium in quod intrabant è frigidario, minus calidum quàm ipse πνιγεύς, calidius autem ipso frigidario. Vitruuius lib.5, cap.11, Proximè autem elæothesium, frigidarium, ab eóque iter in propnigeũ, in versura porticus. Plinius iunior epist.41, lib. 2, Adiacet vnctorium hypocaustõ, adiacet propnigeon balinei: mox duæ cellæ magis elegantes quàm sumptuosæ. Sunt qui interpretẽtur Præfurnium, id est Os furni: quod his locis parum conuenit. Nisi fortè SCRIBENDVM Προπνίγειον, & deriuandum à NOMINE Πνιγέα, ας, ἡ, quod exponitur, Vaporarium, apud Galenum De causis morborum lib.2, σκύαι ἀπὸ πνιγέων, ἢ πνιγέα. ‖ Πνιγεὺς Hesychio est non solùm κλίβανος, verumetiam ὑδραυλικοῦ ὀργάνου μέρος: Item ὁ φιμὸς τοῦ κτένος. Quæ & in lex. meo veteri habẽtur, vbi & hic locus Aristophanis additur, τοῦδε σταυτῷ τὴν πνιγέα, exponitúrque τὴν φιμόν. Itidem Pollux lib.10, cap.12, ei qui μόνιππον equum conscensurus sit, dicit habenda esse, ἐφίππιον, κνημοῖς, φιμοῖς, ψαλλίᾳ, χαλινοῖς, πνιγέας, φάλαρα, παρωπία, αἰθηλία. vbi ex Aristoph. C Anagyro vocabulum id affert.

Πνιγαλίων, ωνος, ὁ, Incubus, Suppressio nocturna, qua nimirum dormientes sibi videtur suffocari. Vide Εφιάλτης & Ηπίαλος. vide & πνιγμὸς paulo suprà. Paulus Ægineta l.3, c.15, τὴν ἐφιάλτιν ὠνομάσθαι λέγουσιν ἀπὸ τοῦ φαντασιοῦσθαι τοῖς ἐν ὕπνῳ βυθιζομένοις ὡς ἐφαλλομένου τινος. Θεμίσων δὲ πνιγαλίωνα προσωνόμασεν, ἴσως ἀπὸ τοῦ πνίγειν. Habetur ET Πνιγόμων in v.l. pro eodem.

Πνιγίτις γῆ, terra quædam colore nigra, qualis est ampelitis, Eretriæ similis, vt Oribasius tradit. forsan sic dicta D quòd in locis πνιγηροῖς reperiatur. Meminit & Dioscor. lib.5, cap.177, & Plin.l.37, cap.16: sed perperam apud eũ legitur Pignitis.

C. ΑΠΟπνίγω, Suffoco, Præfoco. Item Strãgulo. Aristoph. in Vesp. Ὁ δ' ὡπόσ' με γοῦν ἀποπνίξαι βούλεται, Suffocare, βουβῶν καῦμα τὸ ἀπὸ τῆς καυνάκης, inquit scholiastes. Xenophõ Hellen.3, εἰσελθὼν ἀποπνίξαι αὐτὸν λέγεται. Passiua vox Ἀποπνίγομαι, Suffocor, Præfocor. Xenophõ Pæd.8, οὔτ' ἀμφιέννυται πλείω ἢ δυώ, οὔτε φέρειν ἀποπνιγεῖν δύναται. id est, Neque vestimenta plura induunt, quàm quæ gestare possunt. alioqui enim suffocarentur. Lucian. δίδασκε μή σοι ἀποπνίγῃ. Est autem ἀποπνίγῃ aor. 2 coniunctiui modi. Vnde & participium ἀποπνιγείς. vt ἀποπνιγεὶς εἰς τὸν τάλαντον. Ἀποπνιγήσομαι fut. 2 pass. ab eodem aor. 2, ἐπνίγην: quo futuro vtitur Aristoph.

Ἀποπνίγω, Metaphoricè sumptum, Indignationem moueo, Stomachum moueo alicui, Vro, Eneco. Et Ἀποπνίγομαι, Stomachor, Mihi mouetur stomachus, Præ indignatione disrumpor. Demosthen. ἐφ' οἷς ἔγωγε ἀποπνίγομαι. Sic ἀποπνίγομαί τινι Σίμωνι, pro Simon me discruciat, vel me vrit. Absolutè autem Lucianus in ἑταιρικοῖς dialogis, καὶ ἐπὶ ἐχαλέπηνέ σοι, καταλιποῦσαν αὐτὸν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν Λαμπρίαν, καὶ προσκαλεῖν ἐκεῖνον· ἑαυτὸν δὲ ἀποπνίγεσθαι τούτων γιγνομένων. Sic ETIAM Ἀπάχθομαι dixit Aristoph. Eodémque modo & ἐμπίπτομαι vsurpatur.

C. ΕΜπνίγω, Suffoco in. Pro simplici Suffoco affertur ex Nazianz. VNDE Ἔμπνικτος, id est ἐμπεπνιγμένος τῇ χύτρᾳ, In olla furno inclusa suffocatus. apud Athen. l. 14, ἐείφιον ἐν τῷ κεραῖ ἔμπνικτον. Vide Πνικτός.

C. ΚΑΤΑπνίγω, Suffoco, Præfoco, Offoco. Apud Galenum καταπνίγειν πῦρ, Suffocare atque opprimere ignem, vt fit in fornace, præfurnio spiraculisque obstructis. Vide & locum Aristotelis in Πνῖγος. Item Stangulo, Strangulando neco. VNDE Καταπνῖξις, εως, ἡ, Strangulatio, Suffocatio.

C. ΣΥΜπνίγω, Vnà suffoco & strangulo. Vel, Comprimo in strangulatu. Pass. Συμπνίγεσθαι Vna suffocari, In vnum aceruum congesta suffocari. Apud Suidã, Πνιγεύς, ὁ φοῦρνος, ὁ κρίβανος. κυρίως ὅπου οἱ ἄνθρακες συμπνίγονται. Pro quo apud schol. Aristoph. simpliciter πνίγονται. Vbi nota ET Πνιγεύς.

ΠΟ'ΘΟΣ, ου, ὁ, Desiderium. Odyss. ξ, Ἀλλά μ' Ὀδυσσῆος πόθος ἄγνυται, Desiderium Vlyssis me capit. Sic Hesiod. Ἀσπ. Τοῖος γὰρ κραδίην πόθος ἄγνυτο πυμφόα λαῶν. Od. ο, — οὐδέ κέ μ' οἴκου ἔλοι πόθος. pro quo alibi dicit ἵμερος. Xenophõ πόθον ἔχειν δεινόν, pro quo Cicero, Teneri desiderio, Moueri desiderio, Esse in desiderio. Plutarchus Pericle, πόθος ἔχε τοὺς Ἀθηναίους τοῦ Κίμωνος, desiderium tenebat. Aliquanto pòst, τοῦ Περικλέους σαφῆ πόθον Ἀθηναίοις ἐνεργάζεται. Herodian. lib.6, πόθον ἑαυτοῦ τῷ πλήθει ἐμπεποίηκεν. Sic idem lib.1, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς ψυχαῖς ἐνέσταξαν. Itẽ, πόθον τοῖς καθ' αὐτὸν ἔγκαταλιπόν. vt Cicero, Desiderium sui reliquit apud pop. Rom. Item πόθῳ κυμαίνεσθαι apud Athenæũ libro 13. Aristoph. Ranis, πόθος γυναικὸς & παιδός. ‖ Πόθος dicitur & Cupido, qui & ἔρως, Amor, necnõ ἵμερος, Pauf. Att. pag.32. Plinius l.36, cap.5, de Scopa, Is fecit Venerẽ & Pothon. ‖ Itẽ flos æstiuus, de quo Theophr. Hist. plant. lib.6, cap.7, & Plin. lib. 21, cap. 11, Sed maximè spectabilis pothos. duo genera huius: vnũ, cui flos hyacinthi est: alterum, candidius. qui ferè nascitur ad tumulos. Sunt qui putent πόθον esse aquilegiã: alii vtranque campanulam, albam videlicet & cæruleam. Eustathius pag.1679, ex Athen. αὕτη θεραπαινὶς, λυχνίς, κρίνον, ἴρυον, ἀμάρακος ὁ Φρύγιος. ἔστι δ' (φασὶν) ὁ πόθος καὶ λευκὸς ὡς ἡλιος δὲ ἐστὶ ὁ μὲν, ἔχων αὐτὸς ὅμοιον υακινθῷ. ὁ δ' ἕτερος, ἄκρως ἐκλευκος, ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς τάφους. ‖ Sunt qui etiam pro Priapo accipiant apud Dionem in Caligula, de Cassio Chærea, καὶ τὸ σιώπημα αὐτοῦ, ὅπερ εἰς ἐκεῖνον καθῆκεν, πόθον ἢ Ἀφροδίτην ἢ ἕτερόν τινα τοιοῦτον ἐδίδου. quòd Suetonius scribat, Seniorem iam vt mollem & effœminatum denotare omni probo consuerat: & modò signum petenti, Priapum aut Venerem dare: modò ex aliqua causa agenti gratias, osculandam manum offerre formatam commotámque in obscœnum modum. Idem & Pausan. in Bœot. tradi aiunt: addentes & hunc locum ex Iosephi Antiquit. Iud. lib. 9, καὶ ὁπόταν τὸ σημεῖον τῆς ἡμέρας καθηκούσης εἰς αὐτὸν ἔτι, θηλέα τ' ἐδίδου ὀνόματα καὶ θεῶν αἰσχύνης ἀπάτεια.

C. Ποθόβλητος, ου, ὁ & ἡ, Desiderio tactus vel captus. vt ποθόβλητοι μέριμναι apud Nonn. quo significat ipsa desideria. ‖ Itẽ, Cupidinis telis ictus, A cupidine vulneratus. Epigrammatum lib. 6, Σκύλα ποθοβλήτου κεῖται Ἀναξαγόρου. Exponitur & Amatorius, lib, 4, Epigramm. ποθοβλήτοις δὲ ἐπ' ἔργοις Ἐλπὶς ἀληθείης ὀδὴ μελιχροτέρη.

Ποθινὸς, οῦ, ὁ, Desiderabilis, Desideratus, Exoptatus. Herodianus lib.1, περὶ νὸν καὶ ποθινὸν τῷ δήμῳ θέαμα. Vtitur & Euripid. & Thucyd. ‖ Est & nomen proprium apud Athenæum, itémque Ποθινὴ apud eundem l.13, nomen αὐλητρίδος. ADVERB. Ποθινῶς, Magno cum desiderio. Xenophõ in Laced. polit. initio, ποθινοτέρως σφῶν αὐτῶν ἔχειν, de sponso furtim ad sponsam accedente. Plut. autẽ ait, eos hoc modo ἀεὶ καινοὺς καὶ προσφάτους ὥσπερ φιλεῖν συμπορεύεσθαι ὅτι τῶν κοινωνίαν, in Lycurgo, pagina 89 meæ edit. Affertur ET Ποθενὸς ex Epigr. metri causa pro ποθεινὸς vsurpatum.

Ποθέω, ῶ, Desidero. Odyss. τ, Ὀδυσῆα ποθεῦσα φίλον. Iliad. ω, Ἡ δ' ἔκλυον ποθέων ἀδροτητά τε καὶ μύθους ἠδ'. Iliad. υ, — ποθέοντα δ' αὖτιν τὸν πόλεμόν τε. Frequens vsus & in prosa. Luc. πολλὰ δὲ ἤδη αὐτόν. verba Ganymedis patrem suum desiderantis & requirentis. Xenophon, ποθοῦσι δὲ (nimirum τὸν φιλοῦμενον) αὖ που ἀπίη. Vbi acc. ex præcedẽtibus sub auditur, sicut & in hoc celebri senario apud Aristoph. in Ranis, ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχει. Improprie autem res aliquæ dicũtur ποθεῖν τινα, vt apud Plutarch. in Coriolano, τὸν δὲ Μάρκιον ὀδυσσῆ τε ποθεῖ τε Οὐολούσκων τρόπαιον. Paulum diuerso seusu Cic. Quæ longiorem desiderant orationem. Item cum infin. pro Cupio, vel etiã, Magno cum desiderio cupio, Expeto. Isocrat. Panath. τοῦτο γὰρ οἶμαι μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι τοὺς πολλούς. Sic & apud Demosthenem legitur ποθῶ ἀκοῦσαι. At ex Plat. De leg. ἔτι ποθοῦμεν μὴ ἱκανῶς δεδεῖχθαι; pro An adhuc desideramus sufficiẽtius demõstrari? An putamus non satis demonstratum esse? Sed non videtur posse ita scribi ille locus. ‖ Item Amo, sicut πόθος pro Amor. Theocrit. in Aita, — οἱ δὲ ποθεῶντες ἀν' ἄμαπ γηράσκουσι, amantes vno die consenescunt. verba amantis ad amasium, qui venerat πείτη σεῦ νυκτὶ καὶ ἠοῖ. schol. exponit, ἐρῶντες. Sic accipere possumus & apud Plutarchum Sympos. 6, αἰμύθ' ὁ τοῦ ποθεωῦντων ἡδονὴ πλεῖ

αἰάμυπτον ἀνελεύθερον ἔχουσι. Et apud Theophyl. epist. 10, A ἀχρεάδας χθὲς πέπομφα τῇ ποθεινῇ. Cæterùm notandum est futurum regulare esse ποθήσω, & præt. perf. πεπόθηκα, (vt Epigramm. lib. 2, Ἀλλ' αἰεὶ πεποθηκα σεωυτὸν μαζουσαν ὀπώραν) poeticè autem dici ποθέσω. vt Il. ο, Δωῶν δὲ πόνον ἰωὴ, πόθεσαν δ' ἥρωες Ἀχαιῶν, pro ἐπόθησαν, desiderauerunt ipsum. (itidémque ex Herodoto affertur ἐπόθεσαν) Od. β, Ἠώτιν ποθέσαι καὶ ἀφορμηθέντες ἀκοῦσαι, quàm desideret naui auectum. Eustathius hoc futurum Atticis quoque vsitatum esse annotat, afferens hunc locum ex Platone De anima, παρεσκευασαμένω ὡς οὐκέτι ποθέσων ἄλλο εἶδος αἰσθάνεσθαι. SED ET Ποθήσομαι apud Homerum legitur, quod Eustathius deducendum censet vel à VERBO Ποθάνω, VEL Πόθημι, Odyss. μ, ἐπεὶ οὐ πολὺ φέρτερόν ἐστιν ἐξ ἐπάρους ἐν νῇ ποθήσομαι ἢ ἅμα πάσας, Desiderare, Requirere.

Πόθημα, ατος, τὸ, Desideriũ. Nisi potius significet Res desiderata, τὸ ποθούμενον, Desideratum.

Πόθησις, εως, ἡ, Ipsa actio desiderandi, Desiderium, ὀπτζήτησις. Vtitur Gaza De senect.

Ποθητὸς, οῦ, ὁ, Desideratus. vt Cic. Omnia desiderata magis C quàm assiduè percepta delectant.

C. Ἀπόθητος, ου, ὁ & ἡ, Non desideratus, Cuius desiderio nõ tenemur. Ex cõsequẽti Abiectus, Vilis, Neglectus. ἠμελημένος, Eust. ὁ μὴ φιλούμενος, Hesychio. Suidæ autẽ magis ad verbum, ὁ μὴ ποθούμενος. ITEM Ἀπόθεστος pro eodem: à fut. ποθέσω, vt Eustathius tradit, exponens, μὴ ποθούμενος, ἀφίλητος, ἀτιμήλητος. Vtitur Homerus Odyss. ρ, de cane, Δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος ἀπὸ τριμμοῦ Ὀδυσῆος, Neglectus iacebat, Nemo ipsius desiderio tenebatur.

C. Πολυπόθητος, ου, ὁ & ἡ, Multum desideratus. D

C. Τριπόθητος, ου, ὁ & ἡ, Ter desideratus, id est Sæpe desideratus, Multum cupitus, Exoptatissimus. Quod verò Philo De mundo dicit, τεριπόθητοι ἡγεῖσθαι ἀληθείαν ἰχνηλατήσειν, reddere maluit Bud. Curam habere antiquissimam inuestigandæ veritatis.

Ποθή, ῆς, ἡ, Desiderium. Idem cum πόθησις, seu πόθος, sed poetis peculiare. Od. β, ποθὴ πολέος βιότοιο. Od. ο, ξείνων δέ οἱ οὐ ποθὴ ὀδε. Iliad. ξ, Κείνου δ' οὔτ' λίλιον ποθὴ ἔστεται. Il. ρ, — μεγάλη δὲ ποθὴ Δαναοῖσι τέτυκται, nimirum Patrocli interempti. Od. δ, Μηδέ τοι ξείνοιο γε ποθὴ μετόπισθε γένοιτο E Τοῦτο. Il. α, Ἦ ποθ' Ἑλλήνεσσι ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν. Il. ζ, εἰ μέν γ' ἐμεῖο ποθὴν ἀπόπτης ἔχεσιν. Item Σῇ ποθῇ, tui desiderio, Iliad. τ.

C. ΑΝΤΙποθέω, ῶ, Vicissim desidero, Mutuo alicuius desiderio tangor. Pass. Ἀντιποθοῦμαι, Vicissim desideror, Vicissim desiderium moueo. Xenophon, φιλῶν αὐτὸν φιλεῖσθαι, καὶ ποθῶν αὐτὸν ποθεῖσθαι.

C. ΕΠιποθέω, ῶ, idem cum simplici ποθῶ, Desidero, Requiro. Luc. θαρρεῖ μόνον, καὶ φαιδρὸς ἴσθι, καὶ μηδὲν ὀπτοῦσι τῶν F κάτω. Verba Iouis ad Ganymedẽ, qui ἐπόθει τὸν πατέρα. Itidem Theod. Gaza apud Ciceronẽ, Vires adolescentis desidero, vertit, ὀπτοῦσι νεανίσκου ἰσχύν. Eundẽ vsum habet τὸ ὀπτζητῶ.

Ἐπιπόθησις, εως, ἡ, Desiderium. Paulus epist. 2 ad Corinth. cap.7, ἀγγέλλων ἡμῖν τὸν ὑμῶν ὀπτοῦσιν. Pro quo vsurpauit ET Ἐπιποθία, ας, ἡ, in epist. ad Rom. c.15, v.23, ὀπτοῦσιν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

Ἐπιπόθητος, ου, ὁ & ἡ, Desideratus, Desiderabilis. In epist. ad Philipp. cap.4, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ὀπτοῦσιν. G

ΠΟΙΕ'Ω, ῶ, Fut. ήσω, Præt. ηκα, Facio, Efficio, Ago. Demosth. Phil.3, ἔδει γὰρ τὸ πεῖσαι, καὶ τὸ μὴ πεῖσαι. Idem Pro cor. ἐρωτῶντες αὐτοὺς. μᾶλλον δ' ἔγωγε τοῦθ' ὑμᾶς σοῦ πεῖσαι. Athen. 12, τί μηδὲν πώποτε ἕτερου ἕνεκα πεποιηκέναι. Xenoph. Hell. 6, ἐπερωτῶντα τὰ οἴκοι τέλη τί χρὴ ποιεῖν. Aristot. Polit. 8, καὶ ὅλως ζητεῖν τὶ ποιοῦντας δεῖ γελάζειν. οὐ γὰρ δὴ παίζοντας. Item sequente ὡς cum suo genitiuo. vt apud Xenophontem Hellen. 6, ὃν φοβοῦνται ὅ, τι χρὴ ποιεῖν ὡς Λακεδαιμονίων. Sed vt veniam ad eos huius verbi vsus quos habet iunctum particulæ τί, H in directa (vt ita dicam) interrogatione, tres obseruare me memini. Primus est hic apud Aristophanem. Σωκρ. Οὗτος, τί ποιεῖς; ὑγὲ φροντίζεις; Στρ. Ἐγὼ, νὴ τὸν Ποσειδῶ. Heus tu quid agis? Quã rem agis? Quid rerũ agis? Quid agitur? Et Gallicè, Hau-la, que faites nous? Secundus est, quum alicui dicimus τί ποιεῖς, non quòd ignoremus quid agat, seu quid faciat, sed admirantes simúlque indignantes quòd id facere audeat: vt apud eundem Aristophanem in Vespis. Βδ. Ἀλλ' ὑφάνδρος οἶσθα σε. Φι. Τί ποιεῖς; Βδ. Οὔ, τί ποιῶ; Εἶσθ φέρω σ' ἐντεῦθεν. Tertius autem rarior est, & in quo purus putúsque sit idiotismus, & quidem optimè cum linguæ nostræ idiotismo conueniens: à Demosthene tamen vsurpatus in oratione in Midiam, pag.226, ὡς δ' ἐδεῖτο χάριν οὐπὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδετέροις ἐπιθεν, ἀπειλήσας καὶ διαλοιδορηθεὶς, ἀπῆλθεν, τί ποιεῖ; (καὶ θεάσασθε πῶς κακοήθειαν) πῶς μὴ δίκαιον αὐτὸν παλαιόν, οὐκ ὤμοσεν, ἀλλ' ἔασε, &c. Eodem planè modo in nostra lingua, quum narratur aliquid, dicitur interdum, Que fait-il? ad verbũ τί ποιεῖ; Vel Que nous fait-il? pro eo quod est (vt alio sermonis genere vtẽtes dicimus etiã Scauez nous bien qu'il fit? Vel, Que pensez-vous qu'il fit? Persequens autem hanc verbi ποιεῖν cum verbo Faire collationem (quandoquidem in eam incidi) subiungam alium eiusdem Demosthenis locum, & quidem ex ea ipsa in Midiam oratione, pagina 239, οἶδα τοίνυν ὅτι καὶ τὰ παιδία ἔχων ὀδυνᾶται, καὶ πέπλους λόγοις καὶ βαπτοὺς ἐρεῖ, δακρύων καὶ ὡς ἐλεεινότατον ποιῶν ἑαυτόν. Dico enim hîc quoque vocem Græcam eum vsum habere qui Gallicè exprimi possit, reddendo verbum verbo, non item Latiné. Dicit enim eodem planè modo Gallica lingua, Faire le piteux, Faire le marmiteux, vel, Faire du piteux, Faire du marmiteux: quo hic dicitur à Demosthene, ἐλεεινότατον ποιῶν ἑαυτόν. Hoc præterea obseruaui multo melius cõuenire Græco ποιῶ cum Gallico Faire, quàm cũ Latino Facere, quũ infinitiuo iungitur, vt apud Isocratẽ De pace, οὔπω γὰρ αὐτὸ πάσχοντας ποιήσειεν ὑμᾶς, μισήσαντας ἃ δεῖ βελτίονας ὀπτοῦσθαι πρὸς πραγμάτων. Et Xenophon Pæd. 4, μάλα δὲ αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ἐποιήσατε. Eiusdem Pæd. 2, ἐγὼ κελεύειν ἐπειρῶμεθα σε ποιεῖν. Sic enim Gallicè dicitur Ie nous feray, vel Ie nous ay fait desirer, Ie nous feray auoir honte, Ie nous feray pleurer. quũ Latini in multis huiusmodi loquẽdi generibus potius vtantur suo verbo Faciã, cũ particula Vt habente coniunctiuũ, quàm cum infinitiuo. Sunt autẽ locis illis similes hi Xenophontis, εἰ βούλοιο ξένον ποιῆσαι Ἀθηναῖον ἑαυτόν. Item, ποιοῦσι σιωνται ἀπέχεσθαι, Facio vt discipuli mei abstineant, Do operã vt, &c. Sed est præterea duplex vsus verbi ποιεῖν infinitiuo iuncti, in quorum vtroque optimè ei conuenit cum Gallico Faire: at cum Latino Facere non itẽ, quod sciã. Vnus est hic apud Xenophontem Hellen. 6, pag.353 meæ editionis, καὶ ἐποίησαν πολὺ μὴ ἄλλοις εἰς τὰς τάξεις δραμεῖν, Ἀγησίλαον δ' ἐπαναχωρῆσαι πρὸς τὰ ὅπλα. Sic enim Gallicè dixeris, Ils le firent retirer. At nequaquam Latinè itidem Fecerunt illum recedere, pro Fecerunt vt cogeretur recedere, sibi timens videlicet. Vel, Imposuerunt ei recedendi necessitatem. Vel potius, Fecerunt vt sibi necesse putaret recedere. Aut etiam breuius, Fecerunt vt recedendum sibi esse putaret. Nisi quis malit, In causa fuerunt cur ille recederet. Alter autem vsus est hic apud Isocratem, De pace, circa principium, καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἐποίησε τοὺς μελετᾶν, καὶ φιλοσοφεῖν οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συμβήσεσθαι, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐρεῖν. pro Induxistis illis in animum philosophari ea quæ, &c. Fateor tamen hic quoq; ποιεῖν admittere etiam aliquas eiusmodi expositiones quales proximè præcedenti datæ fuerunt. (In vulg. lex. ex Demosthene affertur ποιοῦσι τοῦτο γνώσεσθε pro Autores horum. Et ex Aristotele, ποιῶ πράττειν τὰ καλὰ pro Exhortor agere honesta. Quæ interpretatio mihi minimè probatur.) Quinetiam ποιεῖν cum infinitiuo quidẽ itidẽ, sed interiecta particula ὥστε, respondet omnino ei quod dicimus Faire en sorte que, &c. vt apud eundẽ Isocratem ad Nicoclem, πεποιήκασιν ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν. Et in orat. aduersus Sophistas, πεποιήκασιν ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι. Latinè autem dixeris, Fecerunt, &c.

A ποιεῖν iuncto cum ὥστε transibo ad ποιεῖν iunctum cũ ὡς, cũ ὅπως, cũ πῶς, cum ὅπως, cum ἄλλως, aliisque aduerbiis. Autor dialogi qui Axiochus inscribitur, ποιήσω ὡς λόγεις, Faciã vt iubes. Quod nihil aliud est quàm Faciam quod iubes. Xenoph. Pæd. 1, pag. 9, ποιεῖ ὅπως βούλει, Fac quod libet. Ad verbum, Fac vt libet, Faite ce

qui nous plaist. ad verbum, *Faite comme il nous plaist*. Apud eundem Xenophontem cum πῶς, sequente etiam πεῖ, vbi scribit, ἐρωτῶσι πῶς δεῖ ποιεῖν ἢ πεῖ θυσίας ἢ πεῖ προνοίας θεραπείας, ἢ πεῖ ἄλλο τινὸς τῶν τοιούτων. (Habuisti autē & suprà cū hac præpos. præcedente ὅ, π) vt Gall. dicitur *Demandans comment il faloit faire de cela*. At Latinè non ita commodè reddi ad verbum possit. Dicetur enim potius Quid agendū sit ea de re, quàm, Quomodo agendum sit ea de re. Ait cum οὕτως iunctum verbū ποιεῖν habemus tum alibi tum apud Plutarchum in libro De Socr. dæm. Cum ἄλλως apud Platonem Pol. 1, ἀλλὰ μέν- B πε, καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε. vbi obseruari etiam debet hoc loquendi genus, quod itidē aliis in imperandi modo positis verbis subiūgi solet. Sed & alia aduerbia inueniuntur huic verbo iuncta, vt cum ὀρθῶς & καλῶς. Cum ὀρθῶς, vt in Alexandri Magni ad Aristotelem epistola, οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τοὺς λόγους. Cū καλῶς autem iuncti, & quidem duobus modis, habes exempla vbi de eo agitur. (Sed Demosthenes dixit etiam καλὸν ἐποίησαν τὸ σῶσαι τὴν νῆσον, in oratione Pro corona) Interdum verò ποιῶ cum aduerbio habet ac- C cusatiuū personæ, vt quum dicitur ποιῶ σε κακῶς. quod Latinè reddi ad verbum non potest, seruato videlicet accusatiuo. Sed nec Facio tibi malè, pro Afficio te malo, satis Latinum est.

Ποιῶ seu ποιοῦμαι actiua significatione, cum accusatiuo quoque construitur frequentissimè, interdum verò & duobus accusatiuis. Cum vno quidem accusatiuo iunctum varia loquendi genera efficit. nā & substantiuis & adiectiuis iungitur. Substantiuis, vt μνήμην, vel μνείαν ποιοῦμαι, Mentionem facio, apud Aristotelē. Et D λόγον vel λόγους ποιεῖσθαι, Verba facere, Orationem habere. Isocr. ἀρχὴν ποιεῖσθαι, Initiū facere. Et πόλεμον ποιεῖν (quod & πόλεμον ποιεῖσθαι) itidémque εἰρήνην ποιεῖν, Bellū facere, Pacem facere. (Ad quod posterius, nimirum ad ποιεῖν εἰρήνην, referri possunt & hæc, ποιεῖν seu ποιεῖσθαι καταλλαγὰς aut διαλλαγὰς, & σπονδὰς, sicut ad πόλεμον ποιεῖν, referri potest μάχην ποιεῖσθαι & ναυμαχίαν vel πεζομαχίαν ποιεῖσθαι) Cum adiectiuis autem, vt ποιεῖσθαι φίλον (sicut & ποιεῖσθαι φιλίαν) vicissimq; ποιεῖσθαι ἐχθρόν. Item cum aliis adiectiuis. cum quibus iunctū ποιεῖσθαι lōgius E recedit à faciendi significatione. vt quum dicitur δεινὸν ποιεῖσθαι, quod loquendi genus vide in nomine Δεινός. Itidémque πόλεμον ποιεῖν seu ποιεῖσθαι, & εἰρήνην, in Πόλεμος & Εἰρήνη: sic & ex reliquis singula in singulis nominibus. Exempla tamen hîc aliqua proponam significationum quas hoc verbum accipit pro variis substantiuis quibus iungitur, sed verbo Facere affinium. vt ποιεῖν ὀσμὴν apud Aristotelem, Odorem excitare. Et ἱδρῶτας ποιεῖν, Sudores excitare, vel mouere. Itidē ποιεῖν ἡδονὴν, Excitare voluptatem. Cui simile ποιεῖν χαρὰν in F Act. apost. Potest autem ποιεῖν in vtroque horum reddi etiam Afferre: videlicet Afferre voluptatem, Afferre gaudium. At ποιεῖν ἀγαθὰ, Isocrat. Conferre beneficia. Ex Demosthene verò & ποιῶ σοι ἀργύριον, pro Comparo tibi pecuniam. Itidémque ex Thucydide affertur ποιῶ pro Comparo, iunctum videlicet accusatiuo βίον. nam ποιῶ βίον redditur Comparo victum. (At ποιεῖσθαι κέρδος, verbo composito, Lucrifacere, In rem suam vertere, Bud. ex Plutarcho. Inuenitur & ποιεῖν ἐκκλησίαν pro Cogere concionem, Aduocare concionē. Et ποιεῖσθαι δικαστήριον, Cōstituere iudicium, Bud. Itidem ve- G rò cum aliis substantiuis iunctum, reddendum eritpro linguæ Latinæ proprietate. Quod & in Testamenti noui scriptis faciendum erit, vbi ποιεῖν τὸν νόμον, redditur Seruare legem, item Præstare, & Implere. (Nā Facere legem, ad verbum, sonaret potius Ferre legem & imponere) Ibidem ποιεῖν ἁμαρτίαν, Committere peccatum. (At ποιεῖν τὴν ἀνομίαν, sicut ἐργάζεσθαι, quod redditur ad verbum, Facere iniquitatem, dicitur de iis qui omne peccati genus committere gaudent, qui nulli non dediti sunt sceleri & flagitio) Ibidem ἐλεημοσύνας H ποιεῖν, quod redditur Eleemosynas præstare, & exhibere, & (quod malo) erogare, Gall. ad verbum reddi potest, *Faire des aumosnes*. Sed & quibusdam aliis substantiuis annexum verbum ποιεῖν, potest ad verbum reddi

vocabulo *Faire*, non item vocabulo Facere. vt ποιεῖν χώραν, *Faire place*, apud Aristotelem, Rhet. 3, δεῖ οὖν χώραν ποιεῖν ἐν τῇ ἀκροάσει τῷ μέλλοντι λόγῳ. Hic enim potis? red diderim Locum parare, seu sedē, aut Præparare, quàm ad verbum, Locum facere. (Nam dicitur quidem Latinè & Locum facere, sed non hac signif. quod quidem sciam. Certè apud Ouidium Voto locum facere est potius quod dicimus *Donner lieu*. Sic παράδειγμα ποιεῖν plerisq; in locis aptius reddetur, Proponere exemplū vel exempla, quàm Facere exemplū ex Fabio. vt quū dicit Isocr. in Panegyr. τῇ μὲν κοινῇ γνώμῃ, τοῖς δ' αὐτὼν πολλὰ παράδειγμα ποιήσασα. Et apud Aristot. ὅπερ πάντες ποιοῦσι παράδειγμα, τὸ τῆς Σωκράτους Ἑλένης ἐγκώμιον, Quod omnes sibi exemplum proponunt, vel exemplar. Apud Demosthenem autem in Timocr. ἄξιον ὄντα ὀργισθῆναι, καὶ κολάσαι, καὶ παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τοῦ πρ, nō solùm Proponere exemplum aliis, interpretari possumus, sed etiam Præbere exemplum aliis in hoc, aut etiam Statuere exemplū, vel edere. (At Facere exemplum, esset quidem interpretatio ad verbum, sed non satis exprimens Græcorum verborum vim. Itidem verò in aliis quoque loquendi generibus interpretandis velim huius rei lectorem meminisse: nimirum videndum esse an idem loquēdi genus Latinum, vsum omnino eundem habeat quem Græcum) Affertur etiam ποιεῖν σιωπὴν ex Xenophonte pro eo quod Gallicè dicitur *Faire silence*. sed quum dicit ille, Hellen. 6, σιωπὴν ἐποίησε παντὸς, hic σιωπὴν ἐποίησε non sonat *Il fit silence*, sed *Il fit faire silence*. Quòd si vsquam reperiatur σιωπὴν ποιεῖν in altera illa significatione, poterimus non minus reddere ad verbum Latinè quàm Gallicè: quum itidem dicatur Facere silentium. Quinetiam ποιεῖσθαι βασιλέα apud Platonem, Creare regem, Gallicè ad verbum *Faire roy*, vel *Faire un roy*, pro loco. (Fortasse autem & Facere regem, non prorsus linguæ Latinæ ignotum est. (Iam verò & quod apud Homerum legimus, ποιεῖσθαι λόχην, planè & ipsum cū Gallici sermonis consuetudine conuenit, dicentis, *Faire le lict*, quod est, verbum è verbo, ποιεῖσθαι λόχην, itidē pro Sternere lectū. Sunt verò & alia pleraque loquendi genera Gallis in quibus suo verbo *Faire* eodem aut simili modo vtuntur: sed & nonnulla Græcis in quibus itidem suo ποιεῖσθαι, vel potius πιεῖν. Sciendum est autem quædam etiam esse substantiua cum quibus iunctum hoc verbum nec Latino Facere reddi potest, nec Gallico *Faire*. sed nec verbo affinē habente illi Facere significationem, vt in superioribus exemplis fieri videmus. Nam ποιεῖσθαι, interdū est Existimare. vt apud Gregorium, καὶ πομπὴν ἀλλ' ὁ συμφορᾶς τὸ παράδειγμα ποιούμενος. quam significationē habet & cū aliis accusatiuis (vt docebo infrà, vbi agam de ποιοῦμαι iuncto præpositionibus, & nominatim de eo quod iūctum est præpositioni ἐν) habet & cū πεῖ cuiiungitur suus genitiuus, vt docebo aliquanto post. Interdum ποιεῖσθαι, Adoptare: vt quum dicitur ποιεῖσθαι παῖδα, apud Demosthenem. Itidē apud Plutarch. in Alex. τὴν ἐποιήσατο μητέρα, quam in matrem adoptauerat. Interdum etiam eū vsum habet ποιεῖν quem verbū Ago, cum accusatiuo significationem habente spatii temporis. (vt, Tres dies ibi egi, vel Tres menses aut annos ibi egi) cuius tamen vsus exempla in Testamenti noui scriptis duntaxat memini me obseruare. vt apud Iac. capite 4, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, Et agemus ibi annum vnum, Commorabimur ibi annum vnum. Sic apud Paulum 2 ad Cor. capite 11, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, Noctem ac diem in profundo egi. Sic & apud Lucā Act. capite 18, duobus in locis. Potest autem fortasse huc referri & illud ἐποίησαν quod legitur apud Matth. cap. 20, ὅτι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, vt videlicet interpretemur, Vnam tantùm horā egerunt, vel cōmorati sunt: & subaudiamus, In opere faciūdo, aut aliquid huiusmodi. Nisi quis malit, Vnam duntaxat horam operi impenderunt. Si qua præterea de hoc verbo iuncto cum substantiui nominis accus. dicenda supersunt, ea, vt spero, cum vno quoque substantiuo annotata reperientur. Quod autem attinet ad hoc ipsum verbum ποιῶ iunctum cum adiectiuo, præter eū

vsum quem habet cum illis adiectiuis quæ suprà protuli, aliisque eiusdem generis, sciendum est, interdum vel potius frequenter poni pro Efficio, & Reddo: in ea nimirum significatione qua dicitur reddere aliquem segniorem, vel Reddere otiosum, apud Ciceronē. Tale est ἀδυνατεῖς ποιεῖν, Infirmos reddere, seu debiles, apud Xenophontem Pæd. 1, ὀνομάζεν, εἰ τοὺς Μηδοὺς ἀδυνατεῖς ποιήσεις, πάντων γε αὐτῶν πόρρω ῥᾴδιος ἄρξεις. Sed interdum ipsum verbum ποιεῖν cum adiectiuo alia orationis forma reddimus, & quidem vel vnico verbo ambo interpretantes, vel pluribus. vt quum ἐπεγκλήματα νικᾶν ποιεῖν, Bud. vertit, Inclinare victoriam: & ἐμφανῆ ποιεῖν, Ob oculos exhibere. Venio ad ποιῶ duos accusatiuos B habens, quorum alter est pronomen. vt videlicet quum dicitur ποιῶ σε κακὸν, vel κακά: itidémque ποιῶ σε ἀγαθόν. Xenophon, ἐγὼ δ' εἰ μὲν σε κακὸν ἐκείνῳ τῇ πόλει ἐποιησάτην, οὐκ ἀπολογήσομαι, Siquid mali fecerūt ciuitati, Siquo malo vel damno affecerunt ciuitatem. Sic apud Athen. κακὰ πολλὰ ἐποίουν τοὺς Σαμίους. Huc autem pertinet ποιῶ iunctum aduerbio κακῶς, cum pronomine itidem. nam κακῶς σε ποιῶ, & ποιῶ σε κακὸν vel κακὰ, idem valent. Sed generalius etiam cum alio accusatiuo, vt πάντα ζῶντα τοὺς πλουσίους ποιοῦσιν, quod C ex Aristoph. Nubibus affertur. Sed & apud Matth. capite 27 legimus, τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Vbi interpretādo Quid faciam isto Iesu &c. talis videri possit vsus verbi Facio, qualis est in isto Ciceronis loco, Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruetis? Nisi quis putet eum non tam generaliter (vt ita dicam) loqui, sed interrogare quo supplicii genere afficiendū censeant. Sed hoc addendum est, apud eundem euangelistam inueniri iunctum etiā datiuo (pro- D nominis videlicet) cum accusatiuo, necnon datiuo cum aduerbio. Nam capite 21 legimus, ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τῶν ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; Et paulo antè, πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως. In quib? locis fortasse possimus ποιεῖν interpretari Tractare, aut Accipere: hoc modo, Quomodo agricolas illos tractabit? & Tractarunt illos eodem modo. Vel, Quomodo illos accipiet? & Acceperunt illos eodem modo. vt apud Ciceronem, Tuscul. 4, Quo te modo accepissem, nisi iratus essem. E Cæterùm quod ad has duas constructiones attinet, priorem quidem memini me legere apud aliquos etiā ex classicis scriptoribus (atque adeo ex Platonis Apologia affertur, ὥσπερ μὲν καὶ νεωστὶ καὶ πρεσβυτέρῳ ποιῶ, & ex Demosthene, ποιῶ σοι ἀπόχημα) at posteriorem nō item lectam mihi apud eos recordor. Cæterùm antequam finem faciam dicendi de hoc verbo adiunctum habente vel vnum substantiuum, vel duo, de hac etiam re lectorem monebo, iunctum quibusdam accusatiuis, nec Gallico *Faire*, nec Latino Facere, atque F adeo nec alio verbo satis commodè posse reddi: cōtrà verò ipsum vnà cum suo accusatiuo, aptè reddi vnico verbo, quod συνοικεῖν (vt ita dicam) significationem habeat nomini suo adiunctum est. Verbi gratia, huic phrasi, ὀργὴν ποιεῖσθαι, aptè dabitur eadem interpretatio quæ daretur verbo ὀργίζεσθαι, vertendo Irasci, aut Indignari. Itidem istis ἀπιστίαν ποιεῖσθαι, & ὀλιγωρίαν ποιεῖσθαι. commodè tribuetur ea ipsa interpretatio quæ tribueretur verbis ἀπιστεῖν & ὀλιγωρεῖσθαι. (in quibus tamen reddendis possumus nō solùm vnico vti verbo, verumetiā verbo cum acc.) Sed & ποιεῖσθαι γνώμην quū G redditur Statuere, Decernere, apud Thucydidem, eandem habet interpretationem quam γνωσκειν.

At præpositionibus iunctum Ποιῶ vel potius Ποιοῦμαι, quàm varios vsus habeat, docebunt quæ sequuntur eorum exempla, in quibus alphabeticum earum ordinem sequar. Cum præpos. εἰς. vt Ποιεῖσθαι εἰς vel ἐς ἀσφάλειαν, apud Thuc. Facere vt aliquid sit in tuto, Collocare in tuto. Thuc. l. 8, circa principium, καὶ τὰ ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, καὶ μάλιστα τὴν Εὔβοιαν, Res sociorū in tuto collocare, vel in tuto statu. (Dicam autem & de ποιεῖν significāte Collocare seu Ponere, infrà etiam) At interpres vertit, Oppida sociorum stabilire. Apud

Synesium autem ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν Budæus reddit, Recipere in sese, Periculi sui facere: πάντα ἀναδεχόμενος καὶ εἰς ἑαυτὸν ποιούμενος τὰ πάντων ἀναφέρεσθαι. Cum præpositione ἐν: vt ἐν θαύμαν ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, Habere pro miraculo, Miraculum existimare. Vel simplicius, Rem mirandam seu admiratione dignam existimare, seu censere. Plutarch. ὁρῶν τινὰς ἀκούσαντας, ἀπὸ τοῦ προσώπου καὶ τοῦ σχήματος, ἐν θαύμαν ποιουμένους, ἤρετο &c. Ita dicitur ἐν γέλωτ ποιεῖσθαι, Risui habere, Ridiculum existimare. (Atque adeo verbum hoc ποιεῖσθαι significationē hanc obtinere etiam quum iungitur accusatiuo, docui paulo antè, quum dissererem de huius verbi vsu cum accusatiuo constructi. Sed illis exemplis quæ ibi protuli, addo ex Thuc. οὐκ ἐπ' ἀναγκαῖον ἐποιοῦντο. Pro quo Plutarchus, per plurale, οὐκ ἀναγκαῖα ποιούμενος, Rē non tolerandā existimans, Vel Nō tolerandā ratus. vt Budæus vertit: afferens & δεινὰ ποιεῖν pro Conqueri, Vociferari, ex Demosthene, καὶ δεινὰ ἐποιεῖ, ἀδικεῖσθαι σφᾶς οὐ μικρά) At ἐν δεινῷ ποιεῖσθαι idem B. vertit Rem esse periculosam dictitare, in hoc Synesii loco, φέρε λιζόντων ἡμῶν, καὶ ἐν δεινῷ ποιουμένων, ποτοῦ πνεῖν ἀπορεῖσθαι τῆς γῆς. At verò ἐν μέσῳ ποιεῖν apud Thucydidem, pertinet ad eam huius verbi significationem qua ponitur pro τιθέναι, id est Ponere: quare eius verba in illum reseruabo locum. Cum præpositione ὑπὲρ: vt ποιεῖσθαι ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, pro Comparare sibi magnam potentiam, vt quidem Budæus vertit in hoc Herodiani loco, ὁ δὲ Πεσκέννιος, πεισάμενος αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, ἐπεβούλευε τῇ ἀρχῇ, id est, Quum summotis aliis in maximam Commodi gratiam insinuasset, & magnam potentiam sibi comparasset. At de ποιεῖν ὑπὲρ ξυροῦ τὰς ναῦς, dicam in Ποιῶ habente ponendi significationem. Item cum præpositione πεῖ, & quidem frequentissimé. habet autem in hac constructione verbum istud eum vsum quem iam semel atque iterum annotaui: videlicet pro Existimo, Censeo. (Estque animaduertēdum, Latinum quoque verbum Facio in certis quibusdam loquēdi generibus hanc significationē habere, vt mox docebo) veluti πεῖ πολλοῦ ποιεῖσθαι, vel πεῖ πλείονος, vel πεῖ πλείου. Lysias, πεῖ πολλοῦ ἂν ποιησάμην, Rē magnā esse existimarem, Pro re magna haberem. Demosth. πολὺ ἑαυτῷ συκοφαντίαν ἀξιοῖ πεῖ πλείονος ποιήσασθαι τοῦ νόμου. Isæus, ἐμοὶ δὲ χρώμενος ἡμῖν, καὶ πεῖ πλείου ποιούμενος ἁπάντων, Et omnium maximi existimans, vt Bud. vertit. Vicissim autem πεῖ ὀλίγου ποιεῖσθαι, & πεῖ ἐλάττονος. nam πεῖ ὀλίγου ποιεῖσθαι dicit Isocrat. pro Existimare rem paruam, Pro re parua habere. Idem dicit etiam πεῖ ἐλάττονος, adiungens illi comparatiuo suum genitiuum, καὶ πεῖ ἐλάττονος φάσκουσα ποιούμενος πολὺ ψυχὴν τοῦ παρ' ὑμῖν δοκιμεῖν. Itidem apud Lysiam, καὶ τὸν νόμον παραβαίνων, ὃν οὐ πεῖ ἐλάττονος τοῦ ἡδονῶν ἐποίησας. Cæterùm quum in aliis huius significationis exemplis quæ antea protuli, ποιεῖσθαι nequaquam ad verbum reddere possimus Facere, in his contrà, aptissimè eo vtemur: vertendo, πεῖ πολλοῦ ποιεῖσθαι, Magni facere: πεῖ πλείονος ποιεῖσθαι, Pluris facere: πεῖ πλείου ποιεῖσθαι, Plurimi facere, vel Maximi facere. (vt πεῖ πολλοῦ, redditur Magni) Itidémque πεῖ ὀλίγου ποιεῖσθαι, Parui facere, πεῖ ἐλάττονος ποιεῖσθαι, Minoris facere. vt in illo Lysiæ loco, ὃν οὐ ἐλάττονος τοῦ ἡδονῶν ἐποίησας, Quū legē minoris fecisti quàm voluptates, vel Non tanti fecisti quanti voluptates. Vel, vtendo alio verbo, Non tanto in pretio habuisti quanto voluptates. Possumus verò & mutata orationis forma reddere, Quam posthabuisti voluptatibus. Vel (vt Budæus vertit) Quam præ voluptatibus contemptui habuisti. Venio ad ποιεῖσθαι iunctum præpositioni ὑπό. Est ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν τὸ πρᾶγμα, In potestatem suam redigere, Potestatis suæ facere: vt idem scribit, pag. 302, afferens ex Synesio, ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος τὸ πρᾶγμα. & ex Demosthene ποιεῖσθαι τὴν χώραν ὑφ' ἑαυτῷ. Nam ἐφ' ἑαυτῷ quod ibi habetur, mendosè scriptū esse puto, pro ὑφ' ἑαυτῷ, quum inueniam hunc vsum propositionis ὑπὸ apud ipsum Demosthenem, cum alibi, tum in oratione Pro corona, vbi dicit ἕως Θεσσαλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησε. vbi etiā obserua iūgi ὑπὸ nō voci passiuæ (habēti videlicet

significationem actiuam) sed voci actiuæ. De ποιεῖν autem iuncto cum ὡς, dicam in Ποιῶ significante Cõduco, Prosum, &c. Exẽpla autẽ huius verbi iuncti & aliis præpositionibus, aut his ipsis quidem, sed cum aliis nominibus, inter hæc vel inter illas reperientur, id est inter ea quæ de ipsis disseruntur.

Ποιῶ & Ποιοῦμαι iunguntur etiam cum aduerbiis, non retinentia suam faciendi significationem, vt retinent cum illis aduerbiis, quibus iunctum ποιῶ protuli suprà, sed aliis, cum quibus alio verbo quàm illo Facere interpretari ea oportet. Aduerbia autem quibus iunguntur, sunt cum alia, tum ἔξω, itidémque εἴσω: & ἐμποδὼν & ἔμπροσθεν. dicitur enim ἔξω ποιεῖσθαι, vel potius ποιεῖν, & ἐμποδὼν ποιεῖσθαι, & ἔμπροσθεν. habétque cum his verbum ποιεῖσθαι ponendi significationem. vnde ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι Budæus vertit Opponere. Cui ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι affine est ἐμποδὼν ποιεῖσθαι. qui enim aliquid obstaculi affert, is illud velut opponit. Dicendum autem erit de ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι; & ἐμποδὼν ποιεῖσθαι, etiam in Ἔμπροσθεν & in Ἐμποδὼν. At verò ἔξω & εἴσω cum actiuo ποιεῖν apud Xenophontem. Legitur enim apud eum, Pæd. 4, ἔξω βελῶν τὴν πόλιν ποιῆσαι. vbi verbum ποιεῖν quandam collocandi significationem habet. Sed & cum ἔξω carente genitiuo. vt Act. c. 5, vers. 34, ὀλίγον ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι. vbi ποιῆσαι ἔξω est Facere vt foras eant, vel foras exeãt, seu egrediantur. (nam his duobus vtitur Plautus, quã alioqui breuius dici possit, Exeãt, vel Egrediantur, omisso illo aduerbio) At Facere vt foras eant, nihil aliud est quàm Abducere, vel Amittere. Adeo vt reddi debuerit, Iussit vt apostolos abducerent, vel potius, amitterent: non autem cum vet. interprete pariter & Erasmo, neutrum verbum Secedere interpretationi huius ἔξω ποιῆσαι adhibendum fuerit. Atque vt ποιεῖν cum ἔξω est Amittere, sic ποιεῖν cum εἴσω est Immittere, aut Indere. ita enim reddi posse non incommodè existimo in isto Xenophontis loco, in libro De arte equestri, ἔχοντα δεῖ πρὸς τοῖς ὀδοῦσι τὸν χαλινόν, τὸν μέγαν δάκτυλον τῆς ἀριστερᾶς χεροὸς εἴσω τῆς γναθοῦ τῷ ἵππῳ ποιῆσαι. Sũt porro (vt dixi) & alia aduerbia quibus iũgitur verbum ποιεῖν. legimus enim apud Isocratem ad Nicoclem, ἀλλὰ βουλόμενος ἅμα μὲν ἐμαυτὸν ὡς πορρωτάτω ποιῆσαι τῶν ὑποψιῶν. vbi ἐμαυτὸν ποιῆσαι ὡς πορρωτάτω reddere possis, Me quamlongissimè abducere. At de αὖω καὶ κάτω ποιεῖν seu ποιεῖσθαι, dictum est suprà, videlicet Tomo 1, col. seu semipag. 473.

Ποιῶ & Ποιοῦμαι quum in nonnullis ex proximè præcedentibus loquendi formulis quandam ponendi seu collocãdi significationem inclusam habeãt, de qua dicturũ me sum pollicitus, de ea hic verba facienda existimo, priusquam ad cæteras transeam. Extat igitur apud Homerum hic versus, Il. ν, éstque ibi, 55, Σφῶϊν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ θείατο θυμόν. Extat & hic illi similis apud eundem, Odyss. ξ, éstque 273, Αὐτὰρ ἐμοὶ Ζεὺς αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶν ὧδε νόημα Θείατο. Annotat autem Eustathius in priorem illum locum, θεὸς ἐνὶ φρεσὶ τιθείτε, esse quod κοινῶς diceretur, θεὸς ὁδηγήσειε. non enim esse aliud ἐνὶ φρεσὶ θείτε, quàm θεῖναι εἰς νοῦν, (ita enim scribitur) esséque multis in locis τιθῆσαι idem quod θεῖναι. At in alterum illum locum nihil annotat: sed quum reperiatur & alia lectio illius versus, videlicet τοῦτο νόημα, atq; hanc ipsa eius cõmentariorum editio habeat in textu, quãuis illecõtrà in suis commentariis scribat ὧδε νόημα, nullam illius alterius mentionem faciens: hoc tamen dico, si ποιεῖν accipiendum sit pro τίθεναι. i. Ponere, multo aptius legi τοῦτο quàm ὧδε, vt ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα θείτε sit, Hanc cogitationẽ posuit in mente, vel Imposuit menti. id est, Indidit menti, aut etiam Iniecit menti, seu animo. Hoc præterea sciẽdum est, de quo non admonet Eustathius, separandam non esse à verbo præpositionem. dici enim ἐνὶ φρεσὶ θείτε pro ἐμποιήσαι φρεσί. Quem vsum habere illud compositum ἐμποιεῖν in prosa quoque, eúmque frequentem, docebo quum ad ipsum peruenero. Affertur quidem certè & ποιεῖν τὴν διάνοιαν ex Platone, pro Fingere in animo, Concipere: sed id suspectum est. Habet alioqui & simpex ποιεῖν itẽ

ποιεῖσθαι ponendi significationem cum in aliis loquendi generibus, tum in hoc apud Thucydidem, ποιεῖν δὲ τὸ ξυνοδοῦ τὰς ναῦς, Facere vt naues sint in sicco, pro In sicco naues collocare. Itidémque apud eundem scriptorem, ἐν μέσῳ ποιεῖν. lib. 1, καὶ ὅταν Ἀθηναῖοι δὲ τὰ σφᾶς χωρᾶσι, κ' νυν βοηθεῖν τοὺς, ἐν μέσῳ ποιεῖν αὐτῶν τὴν πελεμίαν, Qui enim intercludunt hostes in medio, eos veluti collocant in medio. At de εἰς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι dixi suprà. Habet verò verbum ποιεῖν aliquam collocãdi significationem, cum nonnullis etiam aduerbiis, vt in proximè præcedente tmemate videre est. Cum illo certè Isocratis loquendi genere (quo tamen & cæteri vsi sunt) ἐμαυτὸν ὡς πρόσωπον ποιῆσαι, affinitatem habet aliquam hæc loquẽdi formula in sermone Italico frequens, Fatte-si in qua.

Ποιῶ pro Efficax sum, Prosum, Confero: cum præpositione πρὸς apud Dioscoridem frequens. vt libro 1, ποιεῖ πρὸς φάρμακα, Aduersus venena est efficax. Idem, ποιεῖ πρὸς τροφὴν. Idem, ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπραν, σὺν ὄξει δὲ πάσας τὸ μῶλυ. Idem, οἱ δὲ μέλανες κόκκοι καὶ πρὸς τὰς ὑπὸ ἐφιάλτων πνιγμοὺς ποιοῦσι. Plinius apud eum hoc verbum variè interpretatur. In hoc postremo loco reddit Auxiliari: locum illum ita interpretans, Grana nigra auxiliantur & suppressionibus nocturnis. At ποιεῖ πρὸς λέπραν vertit Sedant leprã. Pro illis autem verbis ποιεῖ πρὸς τροφὴν, habet, Discutit tormina. Idem alioqui non raro vtitur & verbo Facio in ea ipsa significatione & constructione quam videmus in locis illis habere verbum ποιεῖν: veluti quum dicit, Facit ad difficultatem vrinæ. Sed aliam etiam constructionem ei dat nonnũquam, nimirum cum datiuo: veluti quum dicit, Facit præclarè cœliacis. Habet alioqui Facio cum illa præpositione Ad & alium vsum.

Ποιῶ, Facio carmina, Versus facio, Poeticè scribo. Isocrates in Panegyr. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐθαύμασεν ἢ τοὺς λέγειν δυναμένους ἢ τοὺς ἐπαινοῦντας, μὴ πολὺ καὶ φιλοσοφίας; vbi animaduerte de poetis dici ποιεῖν, vt λέγειν dicitur τοὺς λογογράφους. Et quum aliquod ex poeta quopiam testimonium proferunt, vel testem eum laudant, dicere solent, ὡς ἐποίησεν, vel ὥσπερ ἐποίησεν, seu πεποίηκεν. Sic Aristoteles, μᾶλλον δὲ καὶ ὁ ἐπὶ τὸ χρῶμα καὶ τὸν ἰδέαν, ὥσπερ πεποίηκεν Αἰσχύλος. Pro quibus habet Plinius, Formã mutat & colorem vpupa, vt tradit Æschylus. Xenophon, ἴσως δὲ καὶ τοῦτο Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε φεύγων τοὺς ἀνθρώπους. Carmina scripsit seu composuit de. Vel, In suis carminibus scripsit, aut in suis poematibus, vt Budæus vertit. Interdũ verò cum accusatiuo, Carminibus describo, Carminibus persequor aut poemate. Vel Carmina scribo de &c. vt ὁ τὸν γιγαντομαχίαν πεποιηκώς, & ὁ τὰ Κυπρίαν πεποιηκώς. Potest verò & simpliciter reddi Scribo, vt quum dicitur ab Isocrate de Stesichoro illum τὸν λεγομένην παλινῳδίαν πεποιηκέναι. Alicubi verò est Describo, poeticè videlicet. vt quũ dicit Aristoteles de Bellerophõte, ὃν οὗτος ἐποίησεν Ὅμηρος, λύτταν ἐπεὶ καὶ οὗτος ἀπόχθετο πᾶσι θεοῖσιν, Ἠτοιὸ κατ' πεδίον &c. quem tamen locum Budæus affert postquam dixit ποιεῖν sumi pro Poeticè scribere. sed malim, hoc quidẽ in loco, Poeticè describere. Hanc porro significationẽ habens ποιεῖν cum variis nominibus componitur: vt κωμῳδοποιός, τραγῳδοποιός, id est κωμῳδίας seu κωμῳδίας ποιῶν, vel potius πεποιηκώς. Itidémque ἐλεγειοποιός, & ἐπποιός. Aristoteles in libro De poetica, πλεῖοι οἱ ἄνθρωποι γὰρ συνιστάντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν, τοῦ μὲν, ἐλεγειοποιοὺς, τοῦ δὲ, ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν. Hinc autẽ & ποίημα ac ποίησις & ποιητὴς, item ποιητικός, atque alia. à πεποίηκα videlicet, & πεποίησαι & πεποίηται. nam passiuè quoque dicitur aliquid πεποιῆσθαι quod carmine scriptum est, seu carminibus.

Ποιῶ λέγοντας, pro Induco loquentes, seu introduco, ex Plutarcho in Solone. Potest autem ποιεῖ οὕτω λέγοντας reddi etiam, Eis hunc sermonem tribuit, vel Eos hoc sermone vsos refert. Sunt qui reddant, Eis hunc sermonẽ affingit. Sed qui ita loquitur, sermonem illum falsò illis tribui seu adscribi, atque adeo fictum, non verum esse profitetur: quum alioqui Græca illa loquendi formula minimè hanc (vt ita dicam) restri-

ctionem patiatur.

Ποιῶ apud Xenophontem inuenio in alia præterea significatione: videlicet pro Fingo, eo quidem in sensu quo dicitur, Finge ita esse. Pro quo etiam quidam, Pone ita esse. Gallicè, *Mets le cas*, vel *Pren le cas qu'il soit ainsi*. Xenophon ἀναβ. libro 5, πολὺ δ' ὑμᾶς ἔγωγε πυθόμενος καὶ καταγνοὺς τοῦ ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φάσιν. ‖ Cum hac autem verbi, ποιεῖν significatione aliquam affinitatem habet passiua vox ποιοῦμαι pro Simulo. qui eius vsus ex Themistio affertur: vbi dicit, ῥητορικὸς ποιούμενος εἶναι pro Rhetoricum se esse simulans, id est peritum rhetorices. Item, φιλόσοφος εἶναι, πολὺ ἀκροατὴν φιλοσοφίας ποιῆ. Habet alioqui potius hanc significationem compositum verbum προσποιοῦμαι, vt suo dicetur loco.

Ποιῶ interdum pro eo quod & ἐργάζομαι (de qua significatione prius dixissem, si prius recordatus eius fuissem) qua in significatione Plinius interpretatus est Factito, vt quum de persica Ægypti scripsit, Simulacra ex ea factitauere. sunt enim hæc verba pro illis Theophrasti, ξοάνα καὶ τὰ ἀγάλματα ποιοῦσι. Sciendum est autem præpositionem quam in hoc Theophrasti loco videmus, interdum omitti, vt quum dicitur ποιεῖν λίθου λευκοῦ, pro Facere è lapide albo. Sic autem & pass. præteritum πεποιημένος sæpe pro Factus, Confectus, Fabricatus, εἰργασμένος. & quidem plerunque cum genitiuo, subaudita itidem præpositione.

Ποιῶ & ποιοῦμαι licet Budæus promiscui vsus esse dicat, Comment. pagina 302, (afferens ex Demosthene, οὐς κρατήρων κοινωνοὺς πεποίηται: & ex Aristotele, πεποίημαι τὸν λόγον, & ποιοῦμαι μνείαν ex eodem) sciendum est tamen non solùm adhiberi vnum plerisque loquendi formulis quibus alterum minimè adhibetur, sed cum iisdem etiam nominibus interdum diuersum vsum habere. Dicitur etiam δεινὰ seu δεινὸν ποιεῖσθαι, item δεινὰ ποιεῖν, Indigna existimare, Pro indignis habere, Ægreferre, Conqueri: at pro Indigna patrare seu improba, vel Indigna committere, dicitur δεινὰ ποιεῖν, potius quàm δεινὰ ποιεῖσθαι. vt apud Demosthenem Pro corona, εἰ γὰρ ἐπιλῶ, πῶς οὐ δεινὰ ποιεῖ, μᾶλλον δ' οὐδὲ ὅσια, εἰ τοῦθ' ὡς οὐκ δίκαιον ὑμᾶς ἀξιοῖ ψηφίσασθαι; Sic ποιοῦμαι φιλίαν πρὸς τοῦτον, vel πρός τινα, Ineo amicitiam cum hoc, vel contraho, apud Plutarchum. At verò ἐποιήσε φιλίαν τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Κρῆτας, amicitiam Athenienfibus cõciliauit cum Cretensibus, vel Athenienses cum Cretensibus amicitia iunxit. Quidam verò interpr. Inter Athenienses & Cretenses amicitiam iunxit, seu coniunxit, aut contraxit. His autem addi possunt ποιεῖν ἄκοιτιν & ποιεῖσθαι ἄκοιτιν. quum enim dicit Homerus Iliad. ω, vers. 537, de Peleo, Καὶ οἱ θνητὴν ἐόντι θεὰν ποίησαν ἄκοιτιν, secus accipit ποίησαν ἄκοιτιν, quàm Hesiodus ποίησατ' ἄκοιτιν. Hic enim intelligit, Fecit sibi vxorem, Matrimonio eam sibi iunxit, Duxit in vxorem: at illic ποίησαν ἄκοιτιν est Fecerunt vt ei esset vxor, Fecerunt vt eam duceret in vxorem, Matrimonio eam illi iunxerunt. Eustathius exponit ἔθεντο, subtiliora etiam quædam commentans. Vt autem Hesiodus, sic Homerus quoq; illo loquẽdi genere vtitur ποίησατ' ἄκοιτιν. Quin etiam vicissim apud eum dicitur mulierem quãpiam ποιεῖσθαι ἄνδρα, Facere sibi maritum, Matrimonio se iũgere illi, Cum illo matrimonium contrahere. Apud eundem poetam inuenitur non solùm medius aoristus ποιήσατο pro actiuo ἐποίησε. (vt ὀφείλω ποιήσαι, & ἰσία ποιήσασθαι, Odyss. ε) sed & fut. passiuæ vocis ποιήσεται pro ποιήσει: vt Odyss. κ, — ἢ κεν ἀπαντα Ἡ σῦς, ἢ ἐλάφοις ποιήσεται, ἢ λέοντι. Est autem (si Eustathio credimus) ΕΥΤ. Ποιήσομαι pro ποιήσω, Atticè vsurpatum. Cæterùm quum iam in superioribus extent pleraque loquendi genera quibus vna vox potius quàm altera adhibetur, addendi sunt & alii vsus vni voci, nimirum passiuæ, peculiares. Ποιεῖσθαι παῖδας potius quàm ποιεῖν, itidémque compositè, παιδοποιεῖσθαι, Liberos procreare. Luc. ὀνείδισε παῖδων τὸν οὐρανὸν, τοὺς μὲν ὀξυόμισθον ποιησάμενος. Sicautem ποιεῖσθαι παῖδα potius quàm ποιεῖν, quum significat Adoptare. de quo verbi huius vsu dictum suprà fuit. Quò etiam pertinet ποιεῖσθαι γυναῖκα de

viro dictum, vicissimque ποιεῖσθαι ἄνδρα, de muliere: de quibus loquendi formulis paulo antè disserui. Potest verò ad eandem classem referri & ποιεῖσθαι ἡγεμόνας apud Homerum Iliad. ω, Πέντε δ' ἡγεμόνας ποιήσατο, Duces creauit. Eustathius autem exponit προεβάλετο, addens, οὐ φυσὶ ἄρχοντας Μυρμιδόνων ὄντας, ἀλλὰ θετοὺς, οἷα νῦν ποιηθέντας. Quinetiam ποιεῖσθαι βασιλέα itidem pro Creare regem, dixit Plato, vt suprà docui. (At ποιεῖν πολίτην ex Isocrate affertur pro Donare ciuitate) Cum illis ποιεῖσθαι γυναῖκα & ποιεῖσθαι ἄνδρα aliquid affinitatis habet ποιεῖσθαι σύμβουλον, q. d. Facere sibi consultorem, Asciscere sibi consiliarium. nam & cum illis duobus accusatiuis iunctum ποιεῖσθαι aliquam asciscendi & adiungendi significationem habet. At verò ad ποιεῖσθαι significans Existimare referẽdum videtur ποιεῖν quod in isto Plutarchi loco in Romulo habetur, ποιεῖν δαίμονος οὐ δεῖ παντα. Affertur autẽ is in vulg. lex. vbi exponitur, Non omnia fortunæ sunt adscribenda. Quòd si ad illam significationem referamus hoc ποιεῖσθαι, reddemus ad verbum, Non omnia oportet existimare fortunæ. sub. esse. At de ποιοῦμαι pro προσποιοῦμαι, Simulo, dictum est initio col. præcedentis.

Ποιοῦμαι autem passiuam vt vocem, ita etiam significationem habẽs, apud Homerum quoque extat: Il. ζ, v. 56, — ἦ ποι ἄριστα πεποίηται κτ' οἶκον Πρὸς Τρώων. vbi obseruanda constructio quoq;. Sonant autem illa ad verbũ, Scilicet optima tibi facta sũt domi à Troianis, pro Scilicet optimè de te meriti sunt Troiani. Et particip. passiuæ itidem significationis apud Xenophontem, πεποιημένα παρασκευῇ, Effecta reddere, Præstare: Pæd. 2, ἱκανῶς ὧν ἐδέοντο, πάντα πεποιημένα παρεσκεύαζεν. Sæpe autem πεποιημένος pro εἰργασμένος. Factus, Confectus Fabricatus. Pausanias Att. Πανὸς δὲ ὡς ἑκάστου ἔτυχε ξόανα πεποιημένα. Atque adeo vt dici ποιεῖν λίθου λευκοῦ, docui suprà, sic φοίνικος αἱ θύραι πεποιημέναι, apud Xenophontem legitur Pæd. 7. ‖ At πεποιημένα ὀνόματα, vel πεποιημένα λέξεις, Ficta verba, Nouata verba, quæ etiam Facta. Aristotel. Rhet. 3, καὶ διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις χρηστέον. Si tamẽ Demetr. Phalereo aliisque credimus, non tam latè patet hui' partic. significatio, sed sunt τὰ κατ' μίμησιν ἐκφερόμενα πάθος ἢ πρᾶγμα πος, vt σίζε & κάππαρις. quam definitionem ipse aliũde affert. Sic certè Fabius ὄνομα ποιήσας exempla profert, Mugitus, Sibilus, Murmur. De hoc autem nomine ὄνομα ποιήσας, simúlque de verbo ὀνοματοποιῶ, dixi suprà, tomo 2, col. 1324. ‖ Itẽ πεποιημένον, Carmine scriptum. Quinetiam ipsa carmina dicuntur πεποιημένα, vt πεποιημένα ἰαμβεῖα apud Demosthenem. Apud Synesiũ autem, ὥσπερ λέγων πεποίηται, Inductus est ita loquens: aut etiam Inducitur.

Inuenitur ETIAM Ποιῶ pro Ποιοῦμαι. quod πῶ Atticũ esse dicenti Etymologo non lubenter fidem adhibeo: licet apud Aristophanem sæpe hanc scripturã reperiri sciam. Semper enim aut certè vt plurimũ, hæc scriptura absque ι extat in iis locis qui poscunt vt prior huius vocis syllaba corripiatur. Sed ne in illis quidẽ locis scriptura hæc necessaria est, quũ videamus alioqui corripi etiam syllabam πο apud eum: vt in Ranis, in — ἄνδρα ποιήσω, in fine versus: & — εἰ μὴ πεποίηκας: itidem in fine versus: quũ tamẽ in fine versus qui interiectus est, scriptum sit ποιοῦμεν pro ποιοῦμεν. Non ignoro interim, alibi etiam inueniri illam scripturam sine ι, & nominatim apud Theocritum, nisi me memoria fallit.

Ποίημα, ατος, τὸ, Quod aliquis fecit, Opus. (Factum autem & Facinus sæpe respondent potius nomini ἔργον) In epistola ad Ephesios, capite secundo, αὐτοῦ γὰρ ἐσμὲν ποίημα, Opus manuum ipsius sumus, Ab ipso facti sumus. πλάσμα alibi appellat, si bene memini. ‖ Plerunque de poetæ opere seu figmento: vox Latinis quoque vsitatissima, vt apud Plautum, Neque fictum vnquam neque pictum neque scriptum in poematis. De quorum origine Quintil. lib. 9, cap. vlt. & Plin. lib. 7, cap. 56. Æschin. contra Ctesiph. ποιήματα Ἡσιόδου. Plutarch. in lib. quem inscripsit, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, non procul à fine, τὸ γὰρ οὕτω σιωπᾶν καὶ συνοικειοῦν τοῖς δόγμασιν, ἐξάγει τὰ ποιήματα μῦθον καὶ τὸ προσωπεῖον, καὶ ἀπαδὴν παρέλαβον αὐτῆς χρήσιμος λεγομένοις. vnde etiam ap-

paret quæ præcipuè poematum materies fuerit, mirum fabulas & figmenta. Athenæus libro 14, οἱ μὲν φεσταίοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ὀκνοῦσι τοὺς σίχους τοῖς ῥιθμοῖς καὶ τῇ τάξει μέτρων. quales esse dicit τοὺς ἐλεγοποιούς. Idem rursus lib. 13, ἐποίησεν ὁ μὴ ὢν ἐ λεγείοις, ὁ δ' ἐν μέλεσι τὰ κοινὰ, ὅμνον πίημα Λύδιον. Idem libro 2, αὐτοφέδια ποίημαπα, versus qui ex tempore fiunt, quos ὀκ θφῆς ξηρᾶς οὐ γίνεθαι ait, sicut nec scommata. quo ferè modo Horat. Nulla placere diu nec viuere carmina possunt Quæ scribũtur aquæ potoribus. Isocrates ad Nicoclem dicit etiam ἔμμεφρα ποιήματα, opponens εἰς τὰ καταλογάδην συγφάμματα. A ποίησις autem quomodo distinguatur, vide in ea voce. VNDE Ποιμάπον, ου, τὸ, Luc. Paruum poema: Poemation Latini quoque vsurpant.

Ποίησις, εως, ἡ, q.d. Factio. (vt Testamẽti factio) Factura (At Factus peculiariter dicitur Tantum olei quantum vno tempore conficiunt, teste Varrone) ἀπὶ δος δίφχρυσου ποίησις, factio seu factura clypei. Et ab Herodoto, confectio etiã seu compositio vnguenti, ποίησις dicitur. At in epist. Iacobi capite 1, μακάριος ὀν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται, nimirum, ὁ φθρωπῶν εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλθυθερίας, καὶ φθρμείνας, redditur In opere suo beatus. quia ex effectis demum agnoscitur fides. Quòd si αὐτοῦ scriptũ esset, significaret ποίησις αὐτοῦ, subaudito νόμου, Exequutio mãdatorum Legis, πληρώσις. sicut πιεῖν νόμον pro πληροῦν νόμον suprà docui vsurpari. & sic etiam ποιηταὶ νόμου dicuntur. ‖ Ποίησις, Poesis, Carminum factio. Athenæus libro 10, ἀφυὴς πρὸς ποίησιν ὤν. Isocrates Panath. περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποιήσεως. Plato in Minoe, ἔστι δὲ τῆς ποιήσεως δημοπρεπὴς τόν τε καὶ ψυχαγωγικώτατον ἡ βα γῳδία. Plut. in suo libello quem inscripsit πῶς δεῖ τὸ νέον ποιημάτων ἀκούειν, dicit nullam esse ποίησιν ἄμωμον οὐδὲ ἀψευδῆ. cui similem locum citaui in Ποίημα. Ibidem ait ζωγραφίαν esse φθεγγομένην, τὸν ποίησιν, ποίησιν autem σιγῶσαν, τὸν ζωγραφίαν. Aristoteles πρὸς ποιητικὴν scribit, τὸν ποίησιν μᾶλλον τὰ καθόλου λέγειν: historiam autem μᾶλλον τὰ καθ' ἕκαστον. quamobrem etiã poesin historia esse φιλοσοφώτερον καὶ σπουδαιότερον. Item σκευικὴ ποίησις apud Athenæum l. 14, vbi etiam σκιωγικὴ ποίησις. Præterea οἱ πρὸς τὴν ποίησιν, poetæ. Cæterùm inter ποίησις & ποίημα id discriminis esse ait Aphthonius, quod inter διήγησις & διήγημα. nam ποίησιν vocari πᾶσαν τὸν Ἰλιάδα: ποίημα autem, τὸν τοῦ Ἀχιλλέως ὅπλων κατασκευὴν. Diogenes verò Laertius in vita Zenonis, libro 7, pagina 338, ex Posidonio tradit, poema esse λέξιν ἔμμετρον ἢ ἔρρυθμον μετὰ σκευῆς, τὸ λογοειδὲς ἐκβεβικυῖαν: poesin autem esse σημαντικὸν ποίημα, μίμησιν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ θείων καὶ ἀνθρωπείων. ‖ Exponitur etiam Adoptio, vt πιεῖσθαι pro Adoptare quoque ponitur.

Ποιητέος, ᾶ, ὸν, Faciendus. Et ποιητέον ἐστὶν, Faciendum est, Facere oportet. Xenophõ, πύτῳ ζῶπα ποιητέον, huic ista facienda.

Ποιητὴς, οῦ, ὁ, Factor (Sed peculiariter Factores à scriptoribus rei rusticæ dicuntur qui oleum efficiunt) vel Creator, Cõditor. vt in symbolo apost. πιστεύω εἰς Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, creatorem cæli & terræ. Et apud Naz. ὁ ποιητὴς τῶν αἰώνων, quod expon. Autor seculorum: de Christo. Cæterùm inter ποιητὴς & δημιουργὸς (quod redditur Opifex) Iustin. Martyr, ex sententia Platonis hoc discrimen constituit, quòd ποιητὴς, οὐδενὸς ἑτέρου πρὸς δεόμενος, ὀκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἕξεως ποιεῖν τὸ ποιούμενον· ὁ δημιουργὸς autem, τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφὼς, κατασκευάζει τὸ γιγνόμενον. Pro opifice accipere possumus apud Xenophontem Pæd. 1, ποιητὴν τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους μηχανημάτων. Itẽ ποιητὴς dicitur qui factis exprimit ea quæ facienda esse audiuit. vt ποιητὴς νόμου in epist. Pauli & Iacobi, sicut ποιεῖν νόμον pro πληροῦν, id est Exequi mandata legis, Satisfacere legi, suprà docui vsurpari. Eadem significatione in epist. Iacobi, capite 1, γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου καὶ μὴ ἀκροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτούς. Eodem capite, οὐκ ἀκροατὴς ὑπὸ λήσμων γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, effector operis: quem dicit fore beatum ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ.

Ποιητὴς, Qui carmina facit, Poeta. Plato Symp. εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον, καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς τοὺς ἀγαθοὺς

ζῆλῶν. (vbi etiam nota ἀγαθὸς ποιητὴς, vt & apud Athenæum libro 14, cui opponitur apud Aristot. De poet. φαῦλος ποιητὴς. Itidémque apud Aristophanem in Ranis, γόνιμος ποιητὴς) Plutarchus in libro de audiend. poem. οἱ δὲ ποιηταὶ ζωπὰ (nimirum quæ philosophi exemplis propositis quibus exhortentur & erudiant) ποιοῦσι, πλάττοντες αὐτὸ τὸ φράμματα καὶ μυθολογοῦντες. Idem in Apophthegm. Ἀνταγόρας ὁ ποιητὴς. Et fine artic. Athen. lib. 2, ποιητὴς Ἀνταγόρας. Idẽ tamen Athen. lib. 15, Σέλευκον τὸν τῶν ἱλαρῶν ἀσμάτων ποιητὴν. At libro 14, μοχθηρῶν ἀσμάτων γεγένασι ποιηταί. vbi etiam nota genitiuum ἀσμάτων. Apud Aristoph. in Ranis, ἄνδρες ποιηταὶ, & ἀνὴρ ποιητὴς simpliciter pro ποιηταὶ & ποιητὴς. Vulgᵒ autem, σωκράτη τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν, poetarum alios vocat ἐλεγοποιοὺς, alios ἐποποιοὺς, poetarum nomine dignans, nõ solùm τοὺς κατ' μίμησιν, sed generaliter omnes qui metra scripserunt, siue medica tractent, siue physica, siue alia. Vnde & Empedocles poeta dicitur, licet physiologus potius quàm poeta: nam is cũ Homero nihil cõmune habet præter metrum. Qua de re vide plura apud Aristot. περὶ ποιητικῆς, ferè ab initio. Ποιητὴς etiam κατ' ἐξοχὴν dicitur Homerus, vt Plutarchus tradit Sympos. 4, πολλῶν ὄντων ποιητῶν, ἕνα τὸν κράτιστον ὀνομάζουσι ποιητὴν καλοῦντες. qui Homerus, βασιλεὺς τῶν ποιητῶν dicitur ab Athenæo, libro 2. ΤΟΙΕΜ. Ποιητεία, ας, ἡ, Poetria, Quæ carmina facit. Athenæus libro 13, τῆς Μεγαλοφράτης ἐρασθεὶς ποιητρίας οὔσης. Plutarchus Hellen. Μυρτὴ ἡ Ἀνθηδονία, ποιήτρια μελῶν. vbi ποιήτρια μελῶν vt suprà ποιητὴς ἀσμάτων.

INDE Ποιητικὸς, οῦ, ὸν, Faciendi vim habens, Per quẽ aliquid fit. Aristoteles Polit. 1, capite 3, τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ὄργανα, ποιητικὰ ὄργανα ὄντα. quoniã nimirũ instrumẽtorum ope artifex opus suum efficit. Idem lib. 1, Rhet. ἀρετὰς dicit ποιητικὰς τῶν ἀγαθῶν εἶναι, bonorũ effectrices. Sic Epigramm. libro 2, in philosophos, Οἵοις τὸν πόνον φρενῶν ποιητικὸν εἶναι; Sapientes reddere posse? seu Sapientes efficere. Item apud Stoicos, ποιητικὰ ἀγαθὰ, efficientia bona, vt Cicero interpretatur pagina 57, & 165 mei Lex. Cicer. quod vide. Item ποιητικαὶ τέχναι, Artes in effectu positæ, quæ operis quod oculis subiicitur, consummatione finem accipiunt, qualis est pictura, Quintilianus libro 2, capite 19. Et ποιητικὰ ἄμα apud Aristotelem, Causæ efficientes. (Ex eiusdem Rhet. affertur δῶρα ποιητικὰ τοῦ χρήματα, Munificus circa pecunias. sed scribendũ potius coniunctim ὀνοματικός. ‖ Item, Poeticus, vt τὸ ποιητικὸν ἔθνος apud Philostr. ep. 16, ποιητικοῖς ὀνόμασιν ἐν ἱστορίᾳ χρωμένους, Luc. de scrib. hist. Sic Plutarchus De orac. Pyth. τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων. Item Poetis conueniens, Poetis familiare, Poetas decens. Dionys. Halicarn. de Areopagitico Isocratis loquens, ποιητικώτερα μᾶλλον ἢ ἀληθινώτερα, poetis conuenientiora quàm veriora (vt Liu. Cautior quàm promptior.) Itẽ ἡ ποιητικὴ, s. τέχνη, Ars poetica, Ars faciendi carmina. idẽ cum ποίησις. Plutarchus De discern. adulatore & amico, ἔνιοι τὴν ζωγραφίαν, σωπῶσαν ἀπεφήνατο ποιητικὴν. quod & in Ποίησις habes. Sic idem rursus in libro De audiend. poem. ζωγράφοντες τὴν ποιητικὴν, ὅπερ μιμητικὴ τέχνη καὶ δυναμίς ἐστιν αὐτοφυὴς τῇ ζωγραφίᾳ. Extat & Aristot. liber περὶ ποιητικῆς.

Ποιητὸς, οῦ, ὸν, Factus: sæpe etiam Factitius. Iliad. μ, οἱ δὲ κατ' αὐτὰς Ποιητὰς ἐσέχυτο πύλας, portas manu factas, seu factitias. Alibi πικτὰς & κολλητὰς vocat, nõ factas modò, verùm & compactas ac cõglutinatas è pluribus tabulis. Plutarch. Solone, ποιητὰς φρέασι, puteis manu factis, seu factitiis. Ex Nonno autem ποιητὸς τύπος pro Effigie. Item τὸ ποιητὸν, Id quod efficitur. Aristot. Ethic. 6, capite 2. Actiua quoque signif. ponitur pro ποιητικός, Efficiens. vt apud Epicur. τὰ ποιητὰ τῶν πρὸς ἀπάσας ἡδονῶν. Quod Cicero pagina 55 mei Lex. Cic. sic vertit, Quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum. Item Adoptiuus, Ascititius. vt ποιητὸς υἱὸς, apud Plutarchum in Demosthene, pro quo alibi εἰσποίητος. Sic ποιητὸν σε ἔθετο Gaza dixit pro eo quod Cicero De senect. Te adoptauit. Et ποιητὸς πατὴρ apud Lys. Adoptiuus pater. Huc refer quod apud Aristotelem legitur Polit. libro 3, capite 1, ποιητοὶ πολῖται, ciuitate donati.

C. Αὐτοποίητος,

C. Αὐτοποίητος, A seipso factus, Sua sponte & per se factus. αὐτοποίητον Hesychius exponit ἄπλες. A

C. Εὐποίητος, Bene factus, Affabrè factus, Eleganter confectus. vt εὐποίητα ἁρματα apud Homerum. Et εὐποίητος κερκὶς in Epigramm.

C. ΑΝΑποιέω, ῶ, in v. l. exponitur Efficio, Formo. affertur etiam ἀναποιωθρὸς præteritũ passiui ἀναποιέομαι, ῶμαι, pro Conspersus, ex Leuitici cap. 7, initio, ἄρτοις ἐγκεκαλαμμένοις ἀναποιωθρίοις ἐν ἐλαίῳ. quidam tamen interpretes nõ verterunt Panes conspersos oleo, sed, Panes præparatos in oleo. Verùm ibidem paulo pòst habetur, ἐγκεκαλαμμένα ἄζυμα ἀναποιωθρίοις ἐν ἐλαίῳ. Sic ἀναποιωθρὶς à Suida explicatur ἀναπεφυραμένος, ἀνεζυμωμένος. Ita enim lego apud eum, non ἀναπεφυρθρίς. B

C. ΑΝΤΙποιέω, ῶ. E contrario facio, Vicissim facio, Par pari reddo. Exponitur etiam Beneficium rependo. quæ significatio est potius verbi ἀντιδοῦναι.

P. ΑΝΤΙποιέομαι, οῦμαι, Vendico, Attribuo mihi, Arrogo mihi. Genitiuo iũgi solet. vt ἀνθποιεῖσθαι ἀρχῆς, Vẽdicare sibi principatum, seu imperium. Sic ἀνθποιεῖσθαι Σαλαμῖνος apud Plutarchum. & ἀνθποιεῖσθαι τῆς πόλεως apud Aristotelem, Polit. 3. ἀνθποιούμενος τῶν αὐτῶν, Qui eadem sibi vendicat, Competitor. ‖ Exponitur etiam ἀνθποιέομαι à Suida φιλονεικῶ & ὀθπμελῶ ἐξαίρεμαι. qui illius significationis hoc exemplum ponit, δεῖ δὲ ἀνθποιεῖσθαι οὐ πρὸς ἕτερον χαρίσασθαι θελήσαντα. posterioris istud ex Polybio, ὁ δὲ Ἀχαιὸς καταιδῶν τὸν Ἀνθίγονον πρᾶξιν ἔχοντα καὶ σώφρονα, καὶ πίστεως ἀνθποιούμενον. Vulgò etiam exponitur non absimili sensu, Affecto, Occupare cõtendo, Assequi conor: item Capesso. vt apud Isocratem in Archidamo, ἀλλὰ καὶ τοῦ μικροῦ δεῖσθαι ἀνθποιούμενος. Demosthenes Phil. 4, τὸ πρεσβεύειν ἀνθποιοῦνται μὲν ἅπαντες, ἀφέξασθαι δ' ἔνιοι. Notandũ est autem, in priori loco à Suida citato sine casu poni ἀνθποιεῖσθαι. Affertur etiam positũ cũ infinit. ex Platone, ἀνθποιούμενοι τὰ πλεῖστα πιεῖν. C

C. ΑΠΟποιέομαι, οῦμαι, Abduco, Reiicio, Repudio, Alienum à me facio. Contrariũ τοῦ οἰκειοῦμαι. Basil. Homil. 8, de aquila loquens quæ alterum pullum suum nido exturbat, ἀφελὸ τῆς ἑστίας ὅπερ ἂν ἀποποιοῦμενον ἐνέβιβασεν. Idẽ ad episcopos Italiæ, ἐπεὶ οὖν οὐ δυνάμεθα ἢ κεφαλὴ τοῖς ποσὶ εἰπεῖν, χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω, πάντως οὐδὲ ὑμεῖς ἀπέχεσθε ἀποποιεῖσθαι ἡμᾶς, Reiicere nos, & alienos à vobis facere. Sic & apud Græcos Bibliorum interpretes in libro Iob. vt cap. 15, οὐ καὶ σὺ ἀποποιῇ φόβον; id est, Reiecisti timorem Dei à te: & cap. 14, μὴ ἀποποιοῦ τὰ ἔργα, Ne abdices, Ne abnuas. Bud. E

Ἀποποιοῦμαι, Improbo, Non admitto, Repudio. Philoponus in Proclum libro 2, de discordia Aristotelis cum Platone loquens, καὶ κινδυνεύει μηδὲν οὕτως αὐτὸν ἐκεῖνος ἀποποιήσασθαι τῶν Πλάτωνος, ὡς τὴν τῶν ἰδεῶν ὑποθεσιν. ‖ Est etiam Renuntio alicui amicitiam. Plutarchus in Cõuiuio septem sapientum, οὕτω γὰρ δεῖ πρῶτον ἀποποιεῖσθαι τὴν Λυκοῦργον αὐτῆς νόμοις, ὅλῳ μεταποιήσαντα τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν. Hæc Budæus. Suidas, ἀπειπεῖν, ἀπαρνήσασθαι, ἀποπήσασθαι φιλίαν. F

Ἀποποίησις, εως, ἡ, Abdicatio, Reiectio, Repudiatio. Traditur etiam esse figura quædam, μετὰ θέσεως species.

C. ΕΙΣπιέω, ῶ, ν. ΕΙΣποιέω, Ascisco. Adopto. Demosth. καὶ τοῦ πρεσβεύειν ἐισεπιέ κοινωνὸν αὐτὸν. Sic apud Luc. μετὰ τῆς τέχνης ἐμαυτὸν ἐισεποίησα (vbi tamen redditur Insinuaui me artis auxilio) Et εἰσεποίει ἑαυτὸν εἰς τὴν δωσαμὴν αὐτοῦ, Plut. Apud Aristidem autẽ εἰσπιῶ τὰ μὰ εἰς ὁμοιότητα. Plut. in Numa, τοῖς δὲ ἐφεξῆς μῆνας Δομεπιανὸς εἰσεποίησε ταῖς αὐτοῦ ἐπωνυμίαις, suis cognomentis asciuit. Sic Adoptare herbam pro De suo nomine nuncupare, Plin. G

‖ Sæpe autem in propria signif. adoptãdi. nã εἰσπιεῖν est Adoptare, vt ἐκπιεῖν, In adoptionem dare. Et εἰσπιεῖσθαι Adoptari. Demosth. μετὰ ταῦτ' ἤδη ἐπαιδεύετο ὅπως ὀκ τῆς θυγατρὸς εἰσπιεῖται αὐτῷ υἱὸς εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ. (vbi tamẽ Bud. eodẽ sensu vertit In adoptionẽ daretur. qui enim à me adoptatur, is mihi in adoptionem datur) Et εἰσπεποιημένος, Adoptatus. Vide Comm. pag. 114. vide item quæ dicam in Ἐκποιῶ. H

Εἰσπίησις, εως, ἡ, Adoptatio. pro quo dicitur potius Adoptio. Plut. De Alex. fort. τοῦτο εἰσπίησις ὑπὸ Ἀλεξανδρου δόξα τῶν μαρτύρων.

Εἰσπιπτὸς, ῆ, ὸ, Adoptatus, qui & θετὸς & ὑόθετος. A

C. 2. Σωεισπιέω, Vnà ascisco, Vnà adopto. Plutar. in Polit. præc. ἐπιπίνων τοῖς καλοῖς καὶ φιλανθρώποις χρῆσι δεῖται φίλοις σωεισπιεῖν. vbi tamẽ est potius pro εἰσπιεῖν, inquit Budæus.

C. ΕΚπιέω, ῶ, oppositum proximè præcedenti εἰσπιῶ. nã vt εἰσπιῶ sonat q. d. Facio intra (.i. Facio vt sit intra, & velut Intromitto, seu Introduco) sic ἐκπιῶ, Facio vt sit extra, i. Amitto, Subduco. (vnde ἐκπιεῖν με τὸ δικαστηρίου apud Philostr. Subducere me è iudicio. vbi ἐκπιεῖν με τὸ δικαστηρίου, vel potius ἐμαυτὸν, eadem forma dicitur, qua ab Isocr. ἐμαυτὸν ποιῆσαι ὡς πρόκοπα τῶν ὑπὸ τοιούτων ὑπόψων. Dico autem, Vel potius ἐμαυτὸν, quod ita legendũ esse omnino mihi persuadeã) Hinc fit vt sicut εἰσπιῶ ponitur pro Adopto, sic ἐκπιῶ pro Adoptandum do, quoniam nimirum ego adoptãs, in domum meam intromitto eum quẽ adopto, ex alia amissum & velut amandatum: at verò dans adoptãdum, è domo mea amitto & velut amando, quẽ alius in suam intromittat. Hæc. n. mihi esse videtur huius signif. origo. Vnde fit vt generalius etiam pro Alieno ponatur, hoc est Emancipo. quo accipitur modo in Pand. Græcis, & accipi potest apud Æschinẽ in Ctesiph. vt inquit Bud. afferens tamẽ cũ locũ in quo non ἐκπιεῖν habetur, sed ἐκπίπτον ἡγεῖσθαι: (& addens, posse etiã ad hominẽ ὑπόδουλον referri, & significare εἰς ὑόθεσίαν δεδημόσιον) At in suo lexico affert vocẽ PASS. Ἐκπιεῖσθαι itidem ex Pand. pro Alienare, id est Vendere, vel donare. quum antea pro exemplo eius significationis verbi ἐκπιεῖν qua dicitur de eo qui in adoptionem dat, locum hunc Isæi protulisset: in quo & verbale illud ἐκπίπτης, & ipsum passiuum verbum ἐκπιεῖσθαι habemus: μηδὲς δὲ οὐδὲς ὄζιν ἐκπέπτης, ἀλλ' ὁμοίως ὑπὸ ἀρχὴ τὸν αὐτὸν τῆ μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μόνῳ τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθεὶς ἦ. id est, A matre autem nullus per adoptionem alienus esse potest, neq; matrem habere potest nisi propriam, siue in gentilitate maneat, siue inde migret. Cæterùm vt ἐκπιῶ pro Amitto poni dictum est, sic & pro Emitto ab Herodoto poni tradit Budæus, non tamen simpliciter pro Emitto, sed pro Emitto semen. Vide Θόρνυμαι. B

‖ Ἐκπιῶ, Sufficio, ἱκανῶ. Bud. ex Athenæo l. 4. καὶ πίνω Χῖον οἶνον, καὶ τἄλλα δρακοῦντος τῶν ἀναθυάζομαι, τὴν ἰδίων μου τῶν σοῦδον εἰς ζῶπα ἐκποιουσῶν. Ex Theophrasto quoque affert, libro 1 De causis, τὰ δὲ τῶν ἔθνεσπα ἀπόκισπα καὶ ἀνγρουῶπα, πάλιν ὁρμᾷ πρὸς κύησιν, ἐκποιούσης ἐπ τῆς ὥρας, Tempore anni adhuc sufficiente. Id est, Tempore anni pariendi spatium præbente. Addit, ἐκποιεῖν esse etiã Efficere, Consummare. In lex. autem suo proferi & ἐκποιεῖ positum impersonaliter pro Suppetit, ex Laertio in Theophrasto, 233. C

Ἐκποίησις, εως, ἡ, Ipsa dandi aliquem in adoptionem. Item Alienatio, Emancipatio. &c. sequendo signif. datas ipsi verbo. ‖ Itẽ Emissio seminis. Vide in Θόρνυμαι.

Ἐκπίπτης, ῆ, ὸ & ἡ, Datᵘ in adoptionẽ, vt vides in loco Isæi in Ἐκποιῶ. vbi etiã animaduertẽda cõstructio cũ genit. quũ alioqui aut sine adiectione ponatur, aut cũ præp. εἰς, habẽte suũ acc. vt ἐκπίπτης εἰς τὸν οἶκον τὸν Ἱπποκλέους. D

C. ΕΜποιέω, ῶ. Facio in, seu Efficio in, aut intra. Xenoph. οὐδὲ ψυχῇ δεσπόμενα ἄξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσι, Efficiũt in animo, Creant in animo. In vulg. lex. redditur Innasci facio, item Gigno. in quibus alioqui redditur & Indo, Infero, Incutio, Inicio. item Affero, Gigno: in sequentibus locis. Xen. καὶ ὅλον καὶ ἀκολῶ καὶ σῶμα ἐνεποίησαν, Indiderunt. Plut. in Numa, ἐμποιεῖν παιδευσιν τῆς ἀξίοις, inserit. ἐμποιεῖν φόβον vel δέος, Herodian. Incutere terrorem. ἐμποιεῖν ἐλπίδας, Iniicere spẽ, ex Xen. ἐμποιεῖν νόσον, Afferre morbũ, ex Plat. De rep. At Gigno redditur in ἐμποιεῖν μῆσος, apud Plat. Odium gignere. Ita quidẽ v. lex. sed hoc sciẽdum est, ἐμποιεῖν in plerisque huiusmodi, esse ab illo ποιεῖν quod diximus habere significationẽ τὸ πθέναι, id est Ponẽdi: ideoq; aptissimè reddi verbo Indere, aut Immittere: vbi autem nomen cum quo iũgitur minimè illud admittit, tunc ad ea quæ illi sunt affinia confugiendum esse. Quare pro loco possumus illius interpr. adhibere non solùm Incutio, Iniicio, Affero, Induco, Excito, item Ingenero: sed & alia verba. E

Nō dubiū est igitur quin in illo Xē.loco, ᾧ ὄφιν καὶ ἀκοὴν καὶ σῶμα ἐνεποίησαν, commodè reddatur ἐνεποίησαν, Indide runt. Sed & quū dicitur ἐμποιεῖν τινὶ ψυχήν reddi itidem potest Indere mentiitidémq; in aliis loquendi formulis quæ sunt huius generis, verbo illo vti possumus: sic tamen vt fatear esse & alia quæ ibi locum habeant. At ἐμποιεῖν λύπην apud Isocratem, Inducere obliuionē. Apud eundem ἐμποιεῖν ὀργὴν, Concitare iram, aut Commouere iram: in Panath. ἀ πᾶς ἀκούσας ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσουσι τῇ πεφαγμένῳ. Quum item dicit ἐμποιεῖν πολέμους, & ἐμποιεῖν στάσις, poterimus vti verbo Commonere, aut etiam illo Cōcitare, vel potius Excitare. Quin etiā Serere bella & & Serere discordias Latini dixerūt eo sensu quo ille ἐμποιεῖν. Cæterùm illi ἐμποιεῖν τῇ ψυχῇ simile est apud Hom. ἐμποιεῖν φρεσὶ, de quo dictū est in Ποιῶ. Vbi & de ποιεῖν τῇ διανοίᾳ quod ex Platone profertur, sed perperam (meo quidem iudicio) pro ἐμποιεῖν, vt ibi admonui. At minimè metaphoricam τῆς θήκης significationem habet ποιεῖν in hoc composito apud Herodotum, vbi dicit ἐμποιῶν ἐς τὰ Μουσαίου χρησμὸν, pro Inserens, Interiiciens, Immittens. ‖ Hesiodus verò DIXIT Ἐμπιήσασθαι simpliciter pro ποιήσασθαι ὄν, in Theogonia, Ἀκροπάτῳ Ἑλικῶνι χορὸς ἐνεποίησαν τε, Καλοὺς, ἱμερόεντας.

(Item cum particula οὖ COMP. Εὐποιέω, ῶ, Benefacio, Beneficus sum, Beneficium confero. Xenophon, εὐποιῶν τὴν ἀποιοῦσαν, Benefacienti benefacere, vt dixit Tacit⁹, Ingratis benefacere. Alioqui reddi possit, Beneficū esse, Beneficio afficere, vel Beneficētia prosequi. Scribitur verò & disiūctim Εὖ ποιῶ. ET Εὐποιητὴς, Beneficio afficiendus. ITEM Εὐποιητικὸς, Propensus ad beneficētiam, seu ad conferenda beneficia. Et subst. τὸ εὐποιητικὸν, Beneficentia. Aristoteles in Rhet. εὐποιητικὸς δὲ χρήματα, Circa pecunias beneficus, seu beneficētia lubenter vtens. QVINETIAM Εὐποιὸς pro εὐποιητικὸς, vt exponit Hesychius. Item δίκαιος, quòd videlicet iusti sit bene & rectè agere. Et SVBST. Εὐποιία, Beneficentia. sed illud vocabulum οὐ πάνυ κεκρίσθαι scribit Pollux. Item COMP. Φιλεύποιος, Amor beneficētiæ, Studium beneficētiæ.

E. Ἀντευποιέω, ῶ, Vicissim beneficentia vtor erga quempiam, Vicissim beneficus sum erga quempiam, Mutua beneficentia prosequor aliquem, Beneficium vel beneficia repēdo, ἀντευεργετῶ. Demosthenes, ὅτι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἡ πόλις αὐτεύπεποίηκε. Aristophanes Pluto, τὸν εὖ παθόν τ' ἀντεῦποιεῖν μ' αὐτεύποιεῖν. Dicitur & αὐτευποιῶ τὴν εὐεργέτιν, Gratiā refero ei qui de me benemeritus est.)

C. METAποιέω, ῶ, Muto, Cōmuto, Trāsmuto. Propriè autem Muto formam, Muto aliquid, faciēs diuersum ab eo quod prius erat. Quia videlicet qui aliquid mutat, postea facit, i. quod factum erat, id postea alio modo facit. Nisi potius μετὰ hìc significat id quod Trans, in Transformo. Exponitur μεταποιῶ etiā verbo Refingo. Budæus μεταποιεῖν νόμον (quod ille ex Demosthene sumpsit) interpr. Derogare legi, Obrograre aliquid legi. At PASS. Μεταποιοῦμαι interpr. Vendico, Mihi assero, Capesso. afferens ex Synesio, μεταποιεῖσθαι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως. Et ex Greg. τῆς ἀγχοτάτης μεταποιούμενοι, qui solertiam sibi vendicant. Ex eodem, εἰ δὲ καὶ αὐτὸ μεταποιοῦνται τῆς καλοκἀγαθίας λόγῳ γοῦν, sibi vendicant verbo tenus, saltem. Item cum accusatiuo ex eodem, Χριστὸν ἐν δέδυμαι, Χριστὸν μεταπεποίημαι διὰ τοῦ βαπτίσματος. id est Capessere cœpi, vt idem interpretatur. Alioqui redditur & Acquisiui.

Μεταποίησις, εως, ἡ, Mutatio, Commutatio. In vulgatis lexicis exponitur etiam Instauratio, & Refectio. Ibidem ex Gregorio, σωθέντος μεταποίησις, Fœderis commutatio. Ex quo & Budæus affert, καὶ τὸν τοῦ παντὸς μεταποίησιν καὶ μετάθεσιν εἰς τὸ ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον. ITEM Μεταποιητὴς, οῦ, ὁ, Mutator. In vulgatis lexicis Reformator, & Refector.

E. 2. Ἀμεταποίητος, ου, ὁ & ἡ, Immutabilis.

C. ΠΑΡΑποιέω, ῶ, (q. d. Facio ad similitudinem alicuius, ementiens videlicet id quod ita factum est, pro eo ipso cui assimulatum est) Falso assimulo, Adultero. vt παραποιεῖν σφραγῖδα, quod & παραποιήσαιμι. Thucydides libro 1, καὶ παραποιησάμενος σφραγῖδα, ἵνα λῶ ψευδῆ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος μετεχειρίσατο τὸ αἰτήσας, μὴ δοῦναι. Et παραποιηθεῖσα σφραγὶς, à pass. Παραποιοῦμαι, Signum adulteratum & falsum, vt Bud. vertit, (dicens falsum, pro Falso assimulatum) in hoc Basilii loco, μία σφραγὶς παραποιηθεῖσα, δύο ἢ τρεῖς μάρτυρες ἄδικοι ὅλον αὐτὸν ἐφέλοιτο μετηνέγκαν. Παραποιῶ, Ad dissimulationem veritatis, & ne res agnoscatur, corrumpo & peruerto. vt idem interpr. afferens ex Athenæo, lib. 12, πολλὰ δὲ τῷ Ξάνθου παραποιήκει ὁ Σπησίχορος, ὥσπερ καὶ τὸν Ὀρέστειαν καλουμένων, Immutauit, ne furtum agnosceretur. Addit, Παραποιῶ, Inuerto, Peruerto: quasi παραστρέφω: ex Paus. Eliac. lib. 1, τὸ δὲ ἄλσος τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς, παραποιήσαντες τὸ ὄνομα, Ἄλπιν ὀνομάζουσι καλοῦσι.

Παραποίημα, ατος, τὸ, Quod factum est ad similitudinem alicuius, &c. sequendo ea quæ dicta sunt in παραποῶ, Vel Adulteratum. Ab Aristotele autem παραποίημα vocatur verbum de industria paulum immutatum ad aliud significandum: quod plerūque fit facetè, vel scommaticé. Ita Bud. sed afferens tamen locum eius Rhet. lib. 3, in quo non παραποιήματα habetur sed παραπεποιημένα.

Παραποίησις, εως, ἡ, Assimulatio qua ementimur aliquid, Adulteratio. Et παραποιήσεως γραφὴ, Falsi accusatio. B.

C. 2. Ἀπαράποιητος, ου, ὁ & ἡ, Non adulteratus, Germanus, Genuinus. ἀπόθευτος, γνήσιος. Et ADVERB. Ἀπαραποιήτως, Non adulteratè, Germanè, Genuinè.

C. Περιποιέω, ῶ, Tueor, Tutor, Seruo, Conseruo. Thucyd. lib. 2, πολύν τε πόλιν περιεποίησε. Lysias, καὶ θάνατος αὐτῷ κατεγνώσθη, ἢ δὲ τύχη καὶ ὁ δαίμων περιεποίησε. Plutarch. in Public. περιεποίησε τοὺς Ῥωμαίους. Ab eodē περιποιεῖν dicitur is qui suo patrocinio aliquem tuetur, & periculo liberat: vt quum scribit, σωθεὶς ὑπὸ αὐτοῦ ὁ Κικέρων, καὶ περιεποίησεν. Herodian. l. 8, ἐς τὸ περιποιῆσαι τοῦ Μαξίμου τὴν μοναρχίαν. Apud Dioscor. εὔχρηστα περιποιεῖ Ruell. vertit Fouet. (A quo actiuo περιποιεῖν significante Conseruare, Seruare, est περιποιηθεὶς pass. apud Greg. pro Seruatus) Itidem verò περιποιεῖσθαι, pro Conseruare, Seruare, Tueri. Thucyd. lib. 3, οἱ δὲ εἰσελθόντες περιεποιήσαντο τὸ χωρίον, Seruarunt, Periculo liberarunt. Xen. lib. 4 Pæd. παῖς ψυχὰς περιεποιήσαντο. ‖ Περιποιοῦμαι, Acquiro, Quæro, Comparo, Emereor. Pro Acquiro, seu Comparo, apud Xen. περιποιεῖται ποσῶτα ὥστε καὶ πλουτεῖν. Sic Aristot. Pol. 3, περιποιοῦνται αὐτὸς δ' ὠνάσεσθαι. Dicitur & περιποιεῖσθαί τινα τῶν, Emereri. Dem. παῖς ἀγαθὰς ἐλπίδας περιποιεῖσθαι ἑαυτῷ καὶ τοῖς πᾶσι. Themistius autem hac quoque in significatione vsurpauit actiuam vocem, De anima lib. 2, τοῦτο γὰρ περιποιεῖ βούλεται εἰκόνα θειότητος κατόσον δ' ὠάτατα, id est κτήσασθαι, quærere & comparare. Suprà autem vsus aoristo medio fuerat, scribens, καὶ γὰρ τὴν δυσμενίαν δι' αὐτὸν αἱρεῖται, καὶ ὥστε ἑαυτῷ τοῦτον περιποιήσασθαι. ‖ Περιποιοῦμαι, Vendico mihi, Assero mihi, Attribuo mihi, Meum facio. Budæus exponit, Alienam rem mihi assero, afferens ex Synesio, τὸ μὴ σῶν περιποιήσασθαι. ‖ Περιποιοῦμαι, In contrarium & præposterè facio, inquit Budæus, afferēs ex Phalaride in epist. ad Messenios, Πολύκλειτον, ὡς πιστεύομαι, τὴν ἐκεῖνον ὑμῶν μέμφεσθε ὡς προδότην τῆς Ἀκραγαντίνων ἐλευθερίας γεγενότα, ὅτι με κάμοντα λαβὼν, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρασε νόσου, καὶ τὴν ἔπαινον αὐτῷ τῆς δικαιοσύνης, κατηγορίαν ἀδικίας περιεποίησε. vbi vertit, Præposterè interpretamini. Sed vereor ne potius scribendum sit παραποιεῖσθε. ‖ Περιπεποιημένον, particip. pass. signific. quasi περιτῶς πεποιημένον, Arte singulari & industria factum. vt περιπεποιημένον ὄργανον, apud Theophrastum lib. 9, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ φασὶν οὐκ ἐκπλήττοντες τὸν δόξαν ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ τῷ δένδρῳ περιεργάζεσθαι, φέροντες ὄργανον περιπεποιημένον.

Περιποίησις, εως, ἡ, Tutatio, Ipsa actio tuendi, & conseruandi. vt tam περιποιεῖν quàm περιποιεῖσθαι ponūtur pro Tueri & conseruare. ‖ Item Acquisitio, vt περιποιεῖσθαι pro Acquirere. ‖ Interdum Vindicatio & assertio, vt περιποιεῖσθαι est aliquid sibi asserere. quo exponitur modo apud Paulum ad Ephesios cap. 1, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, Ad liberationem vindicationis, siue assertionis, Dum liberemur ab assertione. Quod nihil aliud est quàm Dum in libertatē vindicemur. Ad cuius loci expositionē pertinētia vide in annot. doctiss. interpr.

Quidam ita interpr. paulo quidē certè liberi⁹, Eousque dum Christus, qui redemptionis nostræ pretium persoluit, nos à peccati seruitute asserens, vindicta liberabit.

Περιποιητικὸς, ή, ὸν, q. d. Acquisitiuus, Vnde περιποιητικὰ ῥήματα apud gramm. Acquisitiua, id est Acquisitionis significationem habentia.

C. ΠΡΟποιέω, ῶ, Ante facio, Prius facio. Et προποιοῦμαι, Ante fio. Vnde participium προποιηθεὶς, Ante factus. In vulgatis lexicis redditur etiam Præconditus, Præparatus: & προποιέομαι, Prius extruor, sed non addito exemplo.

C. ΠΡΟΣποιέω, ῶ: & Προσποιέομαι, οῦμαι, quod frequentius est: (q. d. Facio vt meum fit, siue sub mea potestate fit, vel præterea fit) Mihi assumo, seu adiungo, Vendico, In meam potestatem redigo. Apud Thucydidem aliquoties actiua vox προσποιεῖν pro Ditioni suæ adiungere, Subiicere sibi. vt libro 2, φάσκων προσποιήσειν αὐτῷ οὖσαι πολεμίαν, Dicens se illorum ditioni adiecturum eam, vel subiecturum eam illis, aut In illorum potestatem redacturum. Ibidem, καὶ πολὺ πόλιν Θηβαίοις προσποιήσειν. Sic autem & passiua voce vtitur idem, sæpius etiam quàm actiua: estque illa apud cæteros quoque scriptores in vsu frequentiore quàm hæc. Affert tamē Budæus & ex Demosthene προσποιεῖν pro Quærere sibi, (dicens aliquāto post, à Thucydide accipi pro ὑποπτεύειν, in loco illo, καὶ πολὺ πόλιν Θηβαίοις προσποιήσειν) in hoc loco orationis, κατ' Ἀφόβου inscriptæ, ὅρκον αὐτοῖς, εἰ καὶ μαθοῦσι τὴν οἰκίαν ἐδοῦλοντο ὑπὸ μηδενὸς τῶν προστόντων, ἐῶντας ὥσπερ εἶχε κατ' χώραν, ἡμᾶς τε τρέφειν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικεῖν, καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν ἐγίνετο, ταῦτα προσποιεῖν. vbi tamen προσποιεῖν postea reddit, In rem suam vertere: totum locum ita interpretans, Quum interim facile esset è reditibus patrimonii nostri, ita vt nihil è sorte absumerent, & nos alere, & munera ciuilia agnoscere, & quæ inde superfuissent, in rem suam vertere. At verò passiuæ vocis exemplum profert, primùm quidē pro ὑποπτεύειν, (id est Sibi subiicere, In suam potestatē redigere) ex Pausania, καὶ ἄνδρ τῆς παρῴας ἀρχῆς προσπεποιῆσθος Ἀρκάδων μόνος τοῖς πολλοῖς &c. deinde verò pro Vendicare, Suum esse contendere, ex Isæo, cum genitiuo, ἢ τίσι συγγενεῖς καὶ οἷς κατ' δόσιν προσεποιήσαι τοῦ Νικοστράτου, id est, Ex testamento sibi vendicassent. Ex eodem, καὶ οὐδὲ μόνον οὐδὲ προσποιοῦνται ἐκείνου τὸ ὄνομα, οὐτε γινώσκειν οὐτε θεωρεῖν αὐτοῖς. (Vbi tamen & pro ὑποκρίνονται intelligi posse admonet, id est simulant) Sciendum est autem iungi alioqui potius accusatiuo: cuius constructionis habes in superioribus illis locis exempla: itidémque in hoc Plutarchi, vbi de Cæsaris nece loquens, scribit, ἔνιοι δὲ καὶ καταμιγνύσαι ἑαυτοῖς, ὡς μετεχόντος τοῦ ἔργου, κατ' προσεποιοῦντο πολὺ δόξαν, Sibi vendicabant & assumebant. ‖ Interdum προσποιοῦμαι, Adiungo, id est Adicio. vt apud Themist. in librum 2. Phys. ὅλως δ' πολὺ ὕλιον οὐ προσποιοῦνται οἱ μαθηματικοὶ παντελῶς, ἀλλ' αὐτὸ τεταγμένον αὐτοῖς κύβον λαβόντες, οὕτω θεωροῦσιν ἀϊδῆ ὕλης καὶ κινήσεως. Potest etiā reddi Assumūt. Alibi verò οὐ προσποιεῖται ab eo positum censet Bud. vel pro Non admittit, seu Transmittit, aut pro Dissimulat: nimirum vbi ille scribit, ὥστε πολὺ ἐναργῶς φανεροῦται κατ' δεικνῦ ὑμᾶς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ὅσας ἡμέρας, ὁ θεὸς τὸν κενοῦ χρόνον οὐ προσποιεῖται ἢ ἀγνοεῖ.

Προσποιοῦμαι cum infinitiuo, interdum & cū accusatiuo, Simulo, Fingo. Plato De rep. libro 1, προσποιεῖται φιλονεικεῖν. Et προσποιοῦμαι ἐκεῖνον, Xen. Et προσποιοῦμαι τοῦ φίλος, Æsch. Apud Isocratem autem ἐὰν μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιῇ, itidémque apud Alex. Aphr. προσποιούμενος τὸ θεατεύειν. Qui locus alterius constructionis, videlicet cum accusatiuo, sunt potius exempla: quum præfigatur articulus τό. Quæ cum accusatiuo constructio cum alibi tum apud Herodianum extat: vt lib. 2, ἱκανώτατος δ' ὧν πάντων αἰθρώπων μάλιστα προσποιήσασθαί τε καὶ πιστώσασθαι δύνοιαν, Omniū hominum solertissimus erat ad simulandam amicitiam & præferendam cum certa fide beneuolentiæ. Apud eundem eodem libro, ὑποκρίνεσθαί τε καὶ προσποιήσασθαι πᾶν ὁποῖον. vbi Pol. vertit Simulatorem dissimulatorémque omnium. Idem quodam loco vertit Simulare, vbi puto potius fuisse reddendum Profiteri: de qua significatione mox dicam. At pro Dissimulare, dicunt μὴ προσποιεῖσθαι. Demosthenes, εἰ μόνοι βουλόμεθ' ἡμεῖς μὴ προσποιεῖσθαι πολεμεῖν αὐτὸν ἡμῖν &c. Sic Æschines, ἐὰν δὲ μὴ προσποιῆται ὑμᾶς ἀκούειν, μηδὲ ὑμεῖς ἐκείνου θέλετ' ἀκούειν. Sic Thucydides 3, δεῖ δὲ, καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ προσποιεῖσθαι. Iunctum itidem infinitiuo, redditur interdum Profiteor. vt in hoc Platonis loco, in Epist. Πλάτων, ὡς ἔοικε, προσποιεῖται μόνῳ τὰ δημοκρατία ξυμφέρουσα εἰδέναι. Sic autem existimo vel potius contendo reddi debuisse in isto Herodiani loco, libro 4. (non autem verbo Simulo, vt Pol. vertit) Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ὁπηείκειαν προσποιούμενος, Λουκίου τὸν ὕβριν καὶ ἀκολασίαν ὅπως χαμόρου, ἀλλ' ὅθ' ὅπη δουλῆς αὐτὴν ἀπεσείσατο. Inest autem huic verbo hisquoque in locis aliqua vendicādi significatio. nam qui aliquid profitetur, sibi scientiam eius vendicat.

Προσποίημα, ατος, τὸ, Id quod vendicamus nobis. Vel, Id quod simulamus.

Προσποίησις, εως, ἡ, Vendicatio, Ipsa actio vendicandi sibi aliquid, aut assumendi, &c. sequendo significationes datas verbo προσποιεῖσθαι. Apud Thucydidem de oratione qua nobis aliquid vendicamus seu tribuimus seu arrogamus. Frequenter autem pro simulatione. Synes. ep. 44, δεινοὶ δ' ὀξὲ ἐξαιρεῖσθαι προσποίησιν εἰβασανίσαι. Aristoteles Ethic. 2, capite 7, ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ὅθ' τὸ μεῖζον, ἀλαζονεία, καὶ ὁ ἔχων αὐτῷ, ἀλαζών· ἡ δὲ ὅθ' τὸ ἔλαττον, εἰρωνεία.

Προσποίητος, ου, ὁ & ἡ, Simulatus, Fictus. vt προσποίητος δύνοια apud Herodianū: (sicut προσποιεῖσθαι δύνοιαν ex eo protuli) apud quem legitur & προσποίητῳ πιῶ, quod Pol. vertit Specie quadam honoris. Et μετ' ὀργῆς προσποίητου ex Aristotele Œcon. 2.

Προσποιητικὸς, ή, ὸν, Simulator, Fictor, Simulationi deditus. Ex Aristotele Pol. libro 3, προσποιητικὸς αὐθρείας, simulator fortitudinis.

C. ΥΠΟποιέω, ῶ. & pass. Ὑποποιέομαι, οῦμαι, q. d. Sub me esse facio, ὑπὸ ἐμαυτῷ ποιοῦμαι. Vnde accipitur pro Acquiro, Conciliо. Sed maior est passiuæ vocis vsus. Aristoteles Pol. lib. 5. ὑποεποίησατο τὸν ἐρώμενον αὐτῷ, eius amasium sibi conciliauit, & quasi fecit vt sub se esset. Id est, in suam potestatem quodammodo redegit. Demosthenes de perperam gesta leg. ἵνα μὴ δι' ὑμῶν αὐτοὺς οἱ Φωκεῖς ὑποποιήσωνται. vbi exponitur εἰκειώσωνται. Philostr. in Heroicis, ὑποποιήσονται τοῖς χρήμασι τοὺς δυναμένους ὅθ' στε. Gregorius, λόγοις ἡμέρᾳ καὶ ὁμοιοτρόποις ὑποποιεῖσθαι τὴν πόλιν ὅθ' χρεῖ. vbi aptè reddem⁹ & Conciliare & Demereri. At verò in hoc Plut. loco in Pericle, ὑποποιεῖτο τὸν δῆμον, quidam ὑποεπιεῖτο interpr. non Conciliabat, sed Cōciliare nitebatur, & pellicere, Captabat. Budæus in illo Aristotelis loco quem modò protuli, τὸν ἐρώμενον αὐτῷ ὑποεποίησατο vertit, Dicto audientem sibi reddidit. Idem ὑποποιοῦμαι tradit esse idem fermè quod πειθοῦμαι, id est Mihi autoro, Ad autoritatem meam fidémque traho. Et affert ex Gregorio in Iulianum orat. 1, ὑποποιεῖται δὲ τὸ γραπτικὸν, τὸ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὸ δὲ δι' ἑτέρου· τὸ μὲν τῷ πιθανῷ ἡδύ, τὸ δὲ ἀπότομον τῷ συρόδρον. Cui loco alterum illum eiusdem subiungit. Idē in suo lex. ὑποποιεῖσθαι interpretatur etiam Subigere, Subiugare, sed exemplum non afferens. At verò actiuæ vocis exemplum affertur ex Plutarchi Pericle, ὡς τῆς προσποιήσεως αὐτῆς τῷ καλῷ ὑποποιούσης πρὸς λεληθότως ἥλιον. vbi ὑποποιεῖν exponitur Clam & sensim suggerere. Fortasse autem rectius Sensim acquirere & cōparare. Hesychius ὑποποιεῖσθαι exponit etiam προσποιεῖσθαι. pro cuius significationis exemplo Budæus affert hunc Plutarchi locum in Cæsare, Φαώνιος δὲ πολὺ Κάτωνος παρρησίαν ὑποποιούμενος, μανικῶς ἐφιλόνικει. HINC Ὑποπίπτης, quod in vulgatis lexicis exponitur Simulatus, vt videlicet sit idē quod προσπίπτης: quemadmodū Hesych. ὑποπιεῖσθαι exponit προσποιεῖσθαι: sed an ille ad hanc verbi προσπιεῖσθαι significationem respexit in illa expositione, dubitari potest. In iisdem ὑποποιοῦμαι redditur Simulo: & subiungitur expositio Græca, non solùm προσποιοῦμαι sed & ὑποκρίνομαι, autoris tamen nomine non addito.

ΠΟΙΚΙ΄ΛΟΣ, ή,ό, Varius, Qui multorum diuersórumque generum est. vt ποικίλα ἐδέσματα apud Athenæũ, & ποικίλη ῥῆσις, apud Plut. Sympos. 4, probl. 1, vbi quæritur, εἰ ἡ ποικίλη ῥῆσις ἧς ἀπῆς ὑπεπλόκεσα. aliquanto pòst dicit πῶς πολυχορδίαν à musicis cautè admitti διὰ τὸ μικτὴν καὶ ποικίλον. Ibidem διάφοροι ποιότητες dicit pro ποικίλαι. Idẽ in libro De primo frig. μονοειδὲς γὰρ ἡ σωτὴ, ποικίλον δὲ ἡ φωνή. Quæ Turneb. sic vertit, Est enim silentiũ vniusmodi, vox autẽ varietate distincta est. Item apud Herodianum ποικίλαι πέχναι, vt apud Virg. Artes variæ. Syn. ep. 114, ποικίλαι δὲ καὶ ὀρνίθων ᾠδαὶ, καὶ αἰγῶν χροιαὶ, καὶ λειμῶνος θάμνοι. Vbi ποικίλαι χροιαὶ vt apud Virgil. Colores varios mentitur lana. Rursum Herodianus libro 7, ποικίλη πολυτέλεια. ‖ Item Varius, Varii coloris, Versicolor. quæ significatio vtrique videtur magis propria esse & primum obtinere locum debere, vt Cic. De fin. libro 1, Varietas enim (inquit) Latinum verbum est, idque propriè quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna. Voluptas etiam varia dici solet quũ percipitur è multis dissimilibus rebus dissimiliter afficientibus voluptates. In hac signif. igitur ποικίλος frequentissimè vsurpatur. dicuntur enim ζῶα ποικίλα, Varia animalia, vt apud Virgil. Lynces variæ, quas maculosas alibi vocat. In Geopon. ἀνοίξας αὐτοῦ τὸ σῶμα, ἐὰν θύρης τὼ γνῶσιν μέλαιναν, μέλαν τεξεται· ἐὰν δὲ ποικίλω, ποικίλον ἔξει τὸ πτερόμενον. Quæ desumpta videtur ex his Varronis, Animaduertendum quoq; linguã ne nigra aut varia sit, quòd ferè qui ea habent, nigros aut varios procreant agnos. Eodem modo Columella quoq; ariem probari scribit, nimirum si palatum atq; lingua concolor lanæ est. Nã quũ hæ corporis partes (inquit) nigræ aut maculosæ sunt, pulla vel etiã varia nascitur proles. Vbi itidem obserua ποικίλος reddi posse non solùm Varius, sed & Maculosus, vt & Virg. Varias lynces dicit, quas alibi maculosas. Et Ouid. Pãtheræ pictæ, quas Plin. Varias. Aristot. de muræna, διάφορος ποικίλον καὶ ἀσενέστερον. de myro autẽ, ὁμόχροος καὶ ἴσχυρός. Vnde Plin. Muræna, varia & infirma: myrus, vnicolor & robust⁹, (vbi etiã nota ei OPPOS. Ὁμόχροος Vnicolor: pro quo paulo antè in verbis Columellæ habes Concolor) Itidẽ Antipho in oratione ὥσθ' ἱππῶν, ipsos πώς, id est pauones, vocat ποικίλους ὄρνεις, teste Athen. l. 9, apud quem lib. 3 legitur ποικιλώτερον παώ. A Latinis pictæ volucres vocantur aues versicolores. vt & vua picta, quæ à Columella & Varia dicitur: vt quum ait, Vbi vuæ variæ cœperint fieri. Quod Hesiodus ἀμόλγιος dicit, ab ἀμόλγος synonymo huic ποικίλος. Itẽ herbæ aliquæ ποικίλαι sunt. Theophrastus de helicis generibus, καὶ πεπι, ποικίλη. pro quo Plinius, Tertia, versicolor. quam & versicolorem hederam vocat. Item & arma ac vestimenta ποικίλα dicuntur. Homerus Iliad. η, ἀμφὶ δὲ πᾶσι θύρακα ποικίλ' ἔλαμπε. vt apud Virgil. Astur equo fidens & versicoloribus armis. Alibi Arma picta dicit, & Hom. ἀόλα. Athen. libro 10, ἐθῆπα ποικίλων αἰνέβαλλον (vt apud Terẽtium, Varia veste exornatus: Plin. Pictæ vestes, Propert. Picta toga) Et libro 10, de Iberis, ὧν ποικίλαις σολαῖς πεσίοντες. Itémque apud Plutarchum in Apophth. τὰ ποικίλα γράμματα, quæ ibi dicuntur ἐκτεινόμενα μὴ, δηδεικνύαι τὰ εἴδη, συγκλόμενα δὲ, κρύπτειν. Ouid. Strata pictaque Cic. Stragula picta, & Virg. Picta tapeta. Rursum apud Athen. libro 2, ἡ τῶν ποικίλων ὑφή. Et Luc. in Tim. ποικίλα ἐνδύ. Præterea quod ex lapidibus variis ac versicoloribus structum est, ποικίλον dicitur, vt apud Athen. lib. 5, λουτὴρ ποικίλος τῶν Ταυρομενίτου λίθου, solium ex lapide vario scalptum. Bud. Referenda huc & ποικίλη στοά, quæ erat porticus picta Athenis, ἔνθα ἐγεγράφεσαν οἱ ἐν Μαραθῶνι πολεμήσαντες. vt Suid. tradit. meminit comicus quidam apud Athen. lib. 3, & Æschin. in orat. contra Ctesiph. necnon Diog. Laert. initio l. 7, vbi Zenonis vitam describit. Hanc ποικίλην στοὰν à varia pictura dici testatur Plin. l. 35, c. 9, de Polygnoto Thasio: Hic & Athenis porticũ pinxit quæ ποικίλη vocatur, gratuitò, quum partẽ eius Myron mercede pingeret. At ποικίλου ὄρους meminit Pausan. Attic. pag. 27. ‖ Metaph. ποικίλος λόγος, Varia oratio, Variis quasi colorib⁹ picta & ornata. Ammian. lib. 2 Epigramm. titulo εἰς ῥήτορας, Ποικίλον αὐδήσαι μῦθον ὅπασ' ὠδῖν. vt apud Lucr. — vario distincta lepore Omnia. (Aliter autẽ Virg. — noctem vario sermone trahebat. vt & apud Cic. Disputationes variæ & diuersæ, & in omnem partem diffusæ. à quo etiã Plato dicitur fuisse varius & multiplex ac copiosus.) ‖ Ad animum quoque transfertur. Dicitur enim homo ποικίλος qui varias artes ac machinas callet: nõnullis Calid⁹, Vafer, Versutus, idẽ cum πεικιλόβουλος & ποικιλομήτης, quæ vide. Hesiod. Erg. Προμηθέα Ποικίλον, αἰολόμητιν. Plato Polit. 2, pag. 20, πῶς δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπηκα ἐλκτέον ὅθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην. quod Lysander apud Plut. dicit θεσσαρᾶ πλεῖν πῶς ἀλωπεκῶν ὅπου μὴ θεσσικνεῖται ἡ λεοντῆ. est enim vulpes animal versutũ & ἀπατηλόν. Respicit autem Plato ad hæc Archilochi verba, Τοῦδ' αὖ (nimirum πίθηκα) ἀλώπηξ κερδαλὴ σωνίστη· Πυκνὸν ἔχουσα νόον. vbi nota Platonem ποικίλη dicere pro πυκνὸν ἔχουσα νόον. seu πανοῦργον, vt alibi nominatur: Cauta Horatio, Astuta Persio. A Plutarcho in Polit. præc. ὁ πολιτικὸς quoque dicitur esse ποικίλος, vt qui pro variis casibus variare consilia norit. Afferuntur & hæc ex Xenophonte, οὐδὲν ποικίλον δεῖ μηχανᾶσθαι, nihil varium & argutum. Et ex Plat. οὐδὲν ποικίλον ὀξὺ διαλογίζεσθαι. Sic Demosth. Philippica 3, οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφόν. At verò ποικιλότερος ὕδραις, Suidas prouerbialiter dictũ scribit ὅτι τοῦ δολεροῦ θαυμαζομένου. Item ποικίλος dicitur cui animus variat & inconstans est. Aristoteï. Ethic. 1, cap. 10, οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ ἀμετάβολος. Sic Virg. — varium ac mutabile semper Fœmina.

C. Ποικιλόβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, In cõsiliis suis varius & callidus. seu simpliciter, Astutus, Versutus, Callidus, Vafer. qua significatione ETIAM Ποικίλος vsurpari docui, quod Hesych. quoque exponit πανοῦργος, σωφιστὴς, ἀπατηλός. (sic enim reponendum pro ἀπαλὸς) Epitheton Promethei apud Hesiod. quem & ποικίλον & αἰολόμητιν appellat, vt in Ποικίλος videbis. Item in Epigramm. Ποικιλόβουλος Ὀδυσσεύς. Synonyma ποικιλομήτης & ποικιλόστερνος.

C. Ποικιλόγραμμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Variis (id est versicoloribus) lineis distinctus, seu Varius, Versicolor, Pictus, Maculosus. Athen. lib. 7, tradit channẽ piscẽ ab Aristot. ποικιλόγραμμον vocari διὰ τὸ μελαίναις γραμμαῖς πεποικίθαι: necnon ποικιλοειδὲς μέλαγχρι. VBI Ποικιλόερθρος μέλας videtur significare (vt cum præcedenti loco conueniat) Rubeis nigrisque distinctus maculis. Mallẽ aliqui, Niger rubeis maculis pictus. SIC Ποικιλοιχθύς, varii seu picti pisces, apud eundem libro nono, Καὶ τοῦ πεβαίων ἰχθύων τὸ ποικίλον: vt apud Plinium Pictæ mormyræ.

Ποικιλόδειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Habens collum varium, id est Versicolor, Maculosum, Pictum. Ab Hesiodo verò in Erg. ἀνδῶν ποικιλόδειρος dicitur potius διὰ τὸ ποικιλόφωνον seu ποικιλῳδὸν, quòd vario modulamine canat. Synonymũ EST Αἰολόδειρος.

C. Ποικιλοδέρμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, idem CVM Αἰολόδερμος, Cuius pellis varia seu versicolor & maculosa est. (vt Varia & maculosæ lynces apud Maronem) Itidem poetis Latinis Pictus terga, qui & pictas pantheras dicunt quas Plin. varias & versicolores. Eurip. ποικιλοδέρμονες πῦλαι.

C. Ποικιλοδῶρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Variis & multiplicibus muneribus ornans, Varia donãs. vt βασιλεὺς ποικιλόδωρος, apud Nonn. SYNONYM. Αἰολόδωρος.

C. Ποικιλομήτης, ου, ὁ, idem cũ ποικιλόβουλος, quod vide. Odyss. ζ, Ἀμφ' Ὀδυσσῆα αἴσχεα δαήφρονα ποικιλομήτεω. Ad eũdem, Odyss. ν, Minerua, Σχέτλιε, ποικιλομῆτα. vbi ait eum δόλων οὐ μέλεον λήξειν οὐδ' ἀπατάων. vocat & κερδαλέον & ὀπικλοπον. Synonymũ EST Αἰολομήτης SIVE Αἰολόμητις, quod habes in Ποικίλος. FOEM. Ποικιλόμητις, Varia in consiliis suis, id est Callida, Astuta, Vafra, Versuta, Versipellis.

C. Ποικιλομήχανος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui varias machinas & technas callet, Callidus, Versutus, Versipellis. ὁ ποικίλα μηχανῶν, vt Xenophon loquitur. Apud Athenæum lib. 13, in epigramm. quodam, Ποικιλομήχαν' ἔρως.

C. Ποικιλόμυθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius sermo varius est vel vario distinctus lepore. Pro Facundus, Disertus, ex Nonno.

C. Ποικιλόνωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pictus terga, vt poetæ loquũtur, Cuius tergum maculosum & varium est: vt ποικιλόνωτος δράκων Eurip. Huic est SYNONYM. Αἰολόνωτος.

C. Ποικιλόστομος, Cuius os varium est. Apud Soph. ποικιλόστομος ναῦς, Cuius rostrum variũ est, id est Vario colore pictum, seu simpliciter, Pictum. vt & apud Homerum μακραὶ ἐπὶ νῆες, quarũ veluti genæ minio rubent. Ex eodem Soph. Eustathius affert ET Ποικιλόστολος, pagina 310, ἡ δὲ τοῦ Σοφοκλέους ποικιλόστολος ναῦς, δαίδαλον πρὸς μάθημα, ὡς πολλοῖς χρώμασι ποικιλλόμενον. Propriè autem ποικιλόστολος est ὁ ποικίλην στολὴν ἐνδεδυκώς, Stolã gerens variam seu variegatam, Cuius stola vesicolor seu picta est.

C. Ποικιλότραυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Variè balbutiens.

C. Ποικιλέμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Varia veste exornatus, Pictam seu versicolorem vestem indutus. ὁ ποικίλον ἱμάτιον φορῶν. Æschylo ποικιλέμων νυὺξ dicitur ἡ τὰ ἐν ἄστροις ποικίλον αὐτῆς: quamobrem ET Αἴολα νυὺξ à Sophocle vocatur. Eust. pag. 814.

C. Ποικιλῳδὸς, ου, ὁ καὶ ἡ, Vario modulamine canens, Cantum variare peritus. A Sophocle autem ποικιλῳδὸς dici videtur ἡ σφίγξ à callidis dolosisque ænigmatis, quæ nimirum varia & perplexa erant.

C. Διαποίκιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Variegatus, Variis coloribus distinctus. idem cum διαπεπεικιλμένος.

C. Παμποίκιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Omnibus modis varius, seu variegatus. ὁ πάντῃ πεποικιλμένος, vt Eustathius exponit apud Homerum Odyss. ω, Εἰθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι. Alii simpliciter exponunt, Varii, Versicolores, Picti. sed aliquid amplius significat quàm ποικίλοι. Accipitur etiam pro πολύτροπος, vt Hesychius exponit, quo nonnulli intelligunt non solùm Qui varios mores cognouit, sed etiam Versutus, Versipellis, Callidus.

C. Ὑποποίκιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliquãtum varius seu variegatus. Ποικίλος, Varié. Gell. dicit Variatim. Hesychius exponit πολύτροπος, id est Multis modis. Exponitur etiam Callidè, Versutè, Vafrè: & subiungitur hic locus Xenoph. ποικίλως πως ἔχειν δοκοῦσα.

Ποικιλία, ας, ἡ, Varietas. quo vocabulo vtitur Cicero in Ποικίλος. Propriè de disparib⁹ coloribus. vt ποικιλίαν ἔχει, variè distinct⁹ est. Et apud Hermog. τῷ ὀνόματι ποικιλία, varietates vocabulorũ: idem propè cum σωφωνία. Isocrat. epist. ad Philipp. τῆς τοῦ πλήθους λέξεως ποικιλίας. Quod verò Exodi 27 legitur, βύσσου κεκλωσμένης τῇ ποικιλίᾳ τοῦ ῥαφιδευτοῦ, vulgò exponitur Bysso retorta opere plumario.

Ποικιλίς, ίδος, ἡ, q.d. Varia, Versicolor, Picta. Nomen auis est apud Aristotelem Hist. anim. lib. 9, c. 1: alio nomine ἀκανθὶς vocatur: quam carduelem esse putant, pictam auem ac versicolorem. Gaza interpr. Varia.

Ποικίλλω, idem cũ αἰόλλω, Variego, Variè distinguo. Plato in Cratylo, τὰ τοῦ ἰαρῶν φάρμακα χρώματι ἢ ὀσμαῖς πεποικιλμένα, variata. quo ferè modo Martial. Tapetia Semiramia quæ variãtur acu. Herodianus libro 5, διὰ χρυσοῦ πολλοῦ καὶ λίθων πολίων πεποίκιλται, de vehiculo Antonini Heliogabali. Aliquanto pòst, χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένοις κοκκοβαφεῖς. Paulo antè, ἐθῆπεν χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένῃ. Sic lib. 4, χλαμύσιν ἀρχαίοις πεποικιλμένοις, argento variatis. vt vertit Pol. Existimo autẽ posse reddi etiã, Variè intertextis. πεποικιλμένος κόσμος, Cic apud Platonem interpr. Mundus varietate distinctus, pag. 19 mei Lex. Cicer. At pagina præcedenti, θαυμασίως πεποικιλμένας interpr. Varietate admirabili præditas, de erroribus planetarum. Idem Cicero pagina 53 eiusdem Lexici, ποικίλλεται ἡ ὑδρία, reddidit, Variatur voluptas distinguitúrque. ‖ Porro sicut ποικίλος versutiæ quoque ac vafritiei significationem habet, ita & ποικίλλω accipitur pro Vafrè vario, Vafrè comminiscor aut fingo. Plato Symp. μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἃ μοι δοκεῖ. Sic idem De leg. οὐδὲν ποικίλλων, σαφῶς διορισάμενος. Synes. epist. 121, δριμύτατον μὲ ἀνθρώπων ἔοικας εἶναι καὶ ἐσκαταπεπεμμένον ἐν τοῖς γράμμασιν· ἄλλο μὲν τι ποικίλλεις· ἐνθάδε δὲ οὐκ ἀποδράσῃς, Aliam tamen astutiam excogita, Aliam versutiam comminiscere. Verba Polyphemi ad Vlyssem, ποικιλόβουλον & ποικιλομήτην, vt in Epigr. & in Odyss. appellatur.

Ποίκιλμα, ατος, τὸ, Varius ornatus, Ornatus versicolor. Odyss. ο, Ὃς κάλλιστος ἔλυ ποικίλματι ἠδὲ μέγιστος, de peplo, vt suprà παμποίκιλοι πέπλοι. Legitur idem versus Il. ζ. Plato De leg. ποικίλλομαι ποικίλματα, Vario ornatu seu vario colore distinguor. Athenæus lib. 12, de tentorio Alexandri, οἱ δὲ ὑπὸ πίνοντες οὐρανίσκοι διήχουσι ποικίλμασιν ἐκπεμπόμενοι πολυτελέσιν ἑκκέραζον τὸν αἰῶ τόπον.

Ποίκιλος, εος, ἡ, Variatio. Plato De leg.

Ποικιλτής, οῦ, ὁ, Qui variat, Qui acu pingit, Qui versicolore ornatu vestimenta elaborat. Plutarchus Pericle, pag. 289 meæ editionis, enumerans opifices quosdam in rep. Athen. ζωγράφοι, ποικιλταὶ, πορφυραῖ. Frequens apud Græc. Bibl. interpretes, vbi vulgò redditur Plumarius, vt Exodi 26. Et capite 28, ἔργον ὑφαντὴν ποικιλτοῦ, opus plumariũ. Ibidem ἔργον ποικιλτοῦ exponitur Opus polymitum. Plumarius autẽ pro eo qui acu pingit in pulmonibus plagis, vocabulum Latinum est, à Catone vsurpatum. Sed Græca vox illa latius etiam extenditur, nimirum ad textores quoque qui ποικίλα siue πολύμιτα ὑφάσματα texunt. VNDE Ποικιλτικός, ός, όν, Pertinẽs ad eum qui acu pingit aut polymiton telam texit. Et fœm. ἡ ποικιλτική, sc. τέχνη, ars illa plumariorũ & phrygionum. (Plinius libro 8, capite 48, Pictas vestes iam apud Homerum fuisse. Acu facere id Phryges inuenerunt: ideóque Phrygiones appellati sunt) Hesychius & Suidas ποικιλτικὴν exponunt πολυμιτικὴν τέχνην, artem pluribus liciis texendi. (Vbi etiam NOTA Πολυμιτικὸς à πολύμιτος) Sic apud Gregorium, ποικιλτικὴ ὀπτασία. Porro apud eundem Hesychium HABETVR Ποικιλτής, ός, ὁ, quod exponitur ποικιλτής.

Ποικιλτός, ός, ὁ, Variatus, Variè pictus, Vario colore pictus & distinctus, Versicolor. idem cum ποικίλος. Dionys. Longin. τοῖς ὕψεσι, ex Theopompo, πλουτεῖ, σφαιραὶ καὶ χλανίδες, τὰ μὲν, ἀλουργεῖς, τὰ δὲ, ποικιλταὶ, τὰ δὲ λευκαί. Vbi ποικιλταὶ σφαιραὶ pro ποικίλα σφάματα, vt ex Plutarcho suprà habuimus, id est, Strata seu stragula picta. Plumatus autem, pro Opere plumario factus, affertur ex Vopisco.

C. ΔΙΑποικίλλω, idem cum ποικίλλω, seu Variè distinguo, Varia pictura distinguo, Vario, Variego. Isocr. in Euag. enc. non procul ab initio, καὶ τοῖς πόνοις δηλῶσαι μὴ μόνον τοῖς πλησίον ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ κοινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς, καὶ μηδὲν τοῦ θαυμαστοῦ, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἴδεσι διαποικίλαι πῶς πεῖσαι. Sic apud Horatium De arte poetica, Qui variare cupit rem prodigialiter vnam, nimirum narrationibus & fabulis. Pass. Διαποικίλλομαι, Variè distinguor. διαπεποικιλμένος μέλανι, nigris maculis distinctus.

C. ΕΜποικίλλω, Vario, Intertexo varié.

ΠΟΙΜΗΝ, ένος, ὁ, Pastor: propriè Ouium pastor, Opilio: οἰῶν ὀπιμελητής: ideóque & ab οἴς deriuatum putant, dictúmque quasi οἰμλύ. Iliados σ, Ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὖπ λέοντ' ἀθῶνα διώκοντα Ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πινάοντα δίεσθαι. Vtitur & alibi passim. De opilionibus autẽ propriè dici Plato in Minoe indicat, vbi quærenti quis sit & quo nomine vocetur ὁ πῶς τοῦ θεοῦ ἀγέλης κράτιστος νέμειν, respondetur, ποιμλύ. Itidem Polit. 1, ὅτι οἶει πεῖ ποιμένας ἢ τοὺς βουκόλους τὸ τῶν θεοῦ ἢ τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ πανόν ἐν αὐτοῖς καὶ θεραπεύειν. Et Theophyl. ep. 38, Ἀπόλλων ποιμένων ἄρα, καὶ Ἀφροδίτη βουκόλων. Item Plutarchus in Apophthegm. Agathoclis, οὐ μόνον τὰ θεοῦ λαβὼν, ἀλλὰ καὶ τὸν ποιμένα θεοσεκτυπώσας. per ποιμένα intelligẽs Polyphemum ab Vlysse oculis orbatum. A θεοῦ autem & μῆλον, sunt synonyma huic θεοῦ & μηλοῦ, apud Eustathium. Parabolicè autem Christus ποιμὴν in Euang. vocatur, sicut θεοῦ singuli fideles, vt tum alibi tum Ioann. 10. Necnõ Christi ministri & vicarii eodem nomine appellantur, vt in ep. ad Ephes. cap. 14, αὐτὸς ἔδωκε, τοὺς μὲν, ἀποστόλους· τοὺς δὲ, προφήτας· τοὺς δ', εὐαγγελιστάς· τοὺς δὲ, ποιμένας καὶ διδασκάλους. Itidémque totus fidelium grex ποίμνιον nominatur. Quinetiã ποιμὴν λαῶν ab Homero dicitur ὁ ἄγαθος στρατηγός, vt in Minoe docet Plato, id est, Dux seu Imperator: vel etiam Rex. Homerus Iliados α, & alibi, — Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν. quod Hesychius & alii exponũt βασιλέα τῶν ὄχλων. Imò & generaliter pro quouis curatore accipi tradunt. vt apud Soph. Aiace, pag. 22

meæ edit. σὲ πι μόνον δέδοικα ποιμένων ἐπαρκέσοντα, schol. exponit, τῶν κηδεμόνων, τῶν βοηθῶν. Affertur & ex Eurip. ποιμένες ὄχων pro Rectores curruum. Quinetiam pro bubulco capi docet Eustathius in hoc loco Od.κ, — ὅθι ποιμένα πιμλῶ Ἡτοῖει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ἐπακούει. quoniam nimirum sequitur, Ἔνθα κ' ἄϋπνος αὐὴρ δοιοὺς ἐξήεκτο μιθοὺς, τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἀρχύφα μῆλα νομεύων.

C. Ἀρχιποίμλω, ενος, ὁ, Pastorũ princeps. Sic vocatur Christus respectu cæterorum gregis sacri pastorũ: (alicubi & ipse ποιμλὼ nominatus) In ep. Petri 1, cap. 5, φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαραντινον τῆς δόξης στέφανον, quum apparuerit ille pastorum princeps.

C. Φιλοποίμλω, Pastorum amans. Item nomen proprium prætoris Achæorum, apud Liuium & Plut. qui vitam eius conscripsit.

Ποιμενικὸς, ὸν, ὁ, Pastoralis, Pastorius, Pastoritius. Theophyl. epist. 44, ποιμενικῆς μουσουργίας ὀπτήμων, cãtus pastoralis, vt Claudianus vocat. Philo De vita Mosis lib. 1, ποιμενικὴ μελέτη καὶ γυμνάσμα βασιλείας. vbi Turn. Are pastoritia commentatio est & meditatio regni. Athenæus lib. 11, ποιμενικὸν ἀγγεῖον μελιτηρόν. Item ἡ ποιμενική, sc. τέχνη vel ὀπτήμη, Ars pastoria, Scientia pascendi curandique ouium gregem, Plato libro 1 De republica.

Ποιμένιος, ᾱ, ὁ, idem. Ex Epigr. ποιμενίων καμάτων.

Ποιμενίδης, ου, ὁ, E pastore natus, Qui pastorii generis est. Ποιμενίδαι Hesychio γένος ἐξ ὧν ὁ Δήμητρος ἱερεύς.

Ποιμαίνω, Pasco. Odyss. 1, μῆλα Οἷος ποιμαίνεσκε, Solus pascebat oues. Hesiodus Theog. Ἄρνας ποιμαίνων τ' Ἐλικῶνος ἐπιζαθέοιο. Apollon. libro 2 Argon. ποίμνας ποιμαίνειν, ouium greges pascere. Item Plato lib. 1 De rep. ποιμαίνειν τὰ πρόβατα. Herodianus autem sine adiectione casus posuit pro Oues pasco, vel Opilio sum: libro 7, de Maximino, ποιμαίνων ὀν τοῖς Θρακίοις ὄρεσι. ‖ Item Curo, Curam gero. φροντίζω, schol. Soph. & Suid.

Πολὺ & pro comparatiuo πλέον ex Sophocle affertur, Νικᾷ γὰ ἡ ἀρετή με τῆς ἐχθρᾶς πλέον. Sic autẽ & apud Homerum posse exponi videtur, vbi iungitur VERBO Βούλομαι sequente ἤ. Alioqui certè fuerit βούλομαι non pro Volo, sed pro Malo, & πολὺ pro Multo, Longè. vt in hoc versu Il. α, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σῶον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. i. πλέον βούλομαι, Magis volo, id est Malo. Vel Multo malo, Longè malo. Quod itidem dicendum est de H aliquot aliis eius locis, in quibus verbo βούλομαι particula ἤ subiungitur. Quod verò ad illum attinet, (qui habetur paulo ante eum quem modò protuli) ἐπὶ πολὺ βούλομαι αὐτῷ Οἴκοι ἔχειν, quum in eo subaudiri existimem eandem illam voculam, eandem admittere expositionẽ censeo. vt videlicet perinde sit acsi diceret, πολὺ βούλομαι αὐτῷ ἔχειν, ἢ ἄπτινα αὐτῆς, vel ἢ δέξασθαι ἄπτινα αὐτῆς. nã proximè præcedentia verba sunt hæc, Οὔνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἄγλα' ἄπτινα Οὐκέθελον δέξασθαι. Scio alioqui Eustathium nihil tale in hunc locum afferre, sed exponere, οὐχὶ ὧδε θέλω, ἀλλὰ μάλιστα οἴκοι ἔχειν αὐτῷ. & addere, ὥςπε οὐχ ὡς παλακὴν, καὶ οὐχ ἁπλῶς θέλω, ἀλλὰ βούλομαι· ὅσῳ ὅπὶ πασης τὸ θέλειν δοῖ. καὶ οὐ τυχόντως βούλομαι, ἀλλὰ καθαπλύ. Vbi obserua obiter & hoc compos. ADVERB. Καθαπλύ Quod non solùm pro Multum, seu Valde, sed & pro Multo, positum inuenitur, comparatiuo videlicet iunctum, sicut πλύ. vt καθαπλυΐπλων apud Dioscoridem, Multo inferior. Scribitur verò & Κατὰ πολὺ disiunctim. (AT VERO Καθαπλὰ quod habent vulg. lexica pro Multis de causis, ex Thucydide, perperam scribi existimo pro κᾳ πλὰ disiunctim. Est enim κᾳ πλὰ ad verbum, Ob multa, pro quo dicitur Multis de causis. Et quoniam incidens in sermonem de Καθαπλύ, de eo tractaui, nunc tractandum existimo de hac eadem voce iuncta aliis præpositionibus, nimirum ὅπὶ & ὥςθᾳ, & efficiente aduerbia duo, ὅπὶπλὺ & ὥςθαπλύ. Primùm igitur dico ADVERB. Ἐπὶπλὺ interdum idem valere quod proximè præcedens καθαπλύ. Nam Budæus pro Multum, Valde, Admodũ, poni testatur: (SICVT Ἐπμικρὸν pro Parum, vel potius Perparum, Paulum admodum, Leuiter, apud Aristot. Polit. 8, pag. 106. Additque, dici VT Ἐπέλαττον, afferens hunc eiusdem locum, in quo vtitur vtroque, Ethic. lib. 10, pag. 90, vbi ὥςθ τῆς θεωρητικῆς δρέπτης loquitur, δοξειε δ' αὖ καὶ τῆς ἑκτὸς χορηγίας ὅπμικρὸν ἢ ἐπέλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς. & interpr. Videtur etiam ἡ θεωρητικὴ minusculum indigere externæ suppeditationis & copiarum quàm moralis. Posset autem videri scribendum ὅπμικρον, potius quàm ὅπμικρόν, nisi haberemus ὅπὶπλὺ scriptum itidem cum accentu in vltima, non ὅπὶπλυ. Cæterùm in vulg. lex. etiam οὐκ ὅπὶπλὺ affertur pro Non admodum) Addit verò & de tempore dici pro Diu, à Thucydide & Luciano. apud quem tamen ita scribentem in Hercule, ὥςτ' ἐγὼ ὑμῖν ὅπὶπολὺ εἰπεῖν ὀκνῶν, vertit ὅπὶπλὺ, Diutule, nõ Diu. Hac autem in significatione schol. Thucydidis subaudiendum censet δίαστημα χρόνου. Si tamen adderetur δίαστημα, scribendum esset disiunctim ὅπὶ πολύ. quæ alioqui scriptura extat & vbi non additur illud substantiuum: vt in illo Luciani loco. Cæterùm habet & aliam temporis significationem ὅπὶπολὺ, sed præcedente ὡς. Nam DICITVR Ὡς ὅπὶπολὺ, pro Plerunque, Ferè, Penè semper, Vtplurimum. SED ET Ὡς ὅπὶπολὺ, item Ἐπὶπολὺ sine ὡς eundem vsum habet. Alicubi verò hæc redduntur etiam Magna ex parte: quæ & disiunctim scripta inueniri sciendum est. Idem Ἐπὶπολὺ à Plutarcho poni testatur pro In multum spatii. At v. l. exp. Longo tractu, Laxè, Latè. vt apud Thucyd. ὅπὶπολὺ τῆς θαλάσσης ἐπέχει, Latè mare occupat. Nemini tamen dubium fore existimo quin hic genitiuus ab illo aduerbio regatur: sicut cum genitiuo πόλεως apud Herodianum libro 7, ὅπὶπολὺ τῆς πόλεως διώκοντες οἱ σφετῶν τοξεύσαν. Et cum genitiuo γῆς, apud eundem l. 4, ὅπὶ πολὺ τῆς Παρθυαίων γῆς ἐλάσας. vbi Polit. vertit, Regionem Parthicam penitus ingressus. Hoc certè significãt verba Græca quod Gallicè diceremus, *Estant entré bien auant dedant le pays.* Sed ibi legitur & disiunctim ὅπὶ πολύ. quæ certè commodior videtur scriptura, quum addatur genitiuus. fuerit autẽ hîc quoque subaudiendum δίαστημα. Tertium ADVERB. Παραπλὺ poni pro Multo, seu Longè, vt πολύ, cum comparatiuo & cũ superlatiuo, dictum est suprà, col. seu semipag. 43 huius tomi, litera D. Alia autem de ὥςθᾳπλὺ vel potius ὥςθᾳ πλὺ, disiunctim, habes ibidem col. quæ illã proximè sequitur. (AT VERO Περιπλοῦ coniunctim scriptum in vulg. lex. pro ὥςθ' πολοῦ, nullo modo admittendum existimo. De ὥςθ' πολοῦ autem iuncto cũ πίθμαι aliisq; verbis, dictũ est in hoc Tomo, col. 246, litera C & D) Inuenitur & aliud COMPOS. Πάμπολυς, in quo non præpositioni, sed nomini πᾶν iungitur hoc adiectiuum: (q. d. Omnino multus) Permultus. πάμπολυ πλῆθος, Luc. Et βοσκήματα πάμπολλα, Plato. Et aduerb. Πάμπολυ διαφέρεις αὐτῶν, apud eundem, Permultum

multum pressas ipsis. Item, πάμπολυ κρείττοι κρίται, A multo maioris autoritatis. Vel potius, Permulto.

POETICE Πολλὸν pro πολύ, aduerbialiter: sicut NOMEN Πολλὸς pro πολύς, poeticum est, (& quidem ab Ionica fortasse dialecto sumptum: si quidem Ionicum esse dicamus, quum eo vtatur Herodotus. vt l. 6, ὅ, τι λόγος πολλὸς ἐν Σπάρτῃ. Ab Homero autem accipitur & pro μέγας) Cuius aduerbii πολλὸν exemplũ habemus cùm alibi, tum Iliad. π, — Γλαῦκλος δ' αὖ χάζετο πολλὸν ὀπίσσω. Iungitur etiam comparatiuo & superlatiuo, sicut πολύ. vt πολλὸν παυρότεροι, Odyss. ξ. Et πολλὸν ἄριστος, Il. B α, & Odyss. ο. ITEM Περὶπολλὸν, pro Permultum, Maximè. Apollon. Arg. 2, ὥςθ' περὶπολλὸν εὔφρονέων ὥςεσέειπε.

Πολλὰ quoque interdum ponitur aduerbialiter pro πολύ, Multum: & quidem nõ solùm in carmine, sed & in soluta oratione. Xenophon, πολλὰ μὲ ἐπαινέσαντες, πολλὰ δὲ δεξιωσάμενοι Κῦρον. Sic Virgil. Multa sese incusans, pro Multum. Et πολλὰ χρήσιμος apud Demosthenẽ, vel Multum vtilis, Valde vtilis: aut etiam in multis vtilis. vt videlicet sit πολλὰ pro κᾳ πολλὰ. ‖ Sed & pro πολλάκις, Sæpe, apud Homerum, Il. β. Sic Aristophanes, ὦ πολλὰ C δὴ τῇ διαστῇ ταύτην θύμοι φαγόιτε. AT VERO Ὡς ὥςθαπολλὰ apud Plat. De leg. idẽ quod ὡς ὥςπολύ, quod vulgò Vtplurimum: quum tamẽ Latinius sit Plurimùm. Item ὡς ὅπὶπαπολλὰ, quod ex Alexide affertur.

Πολλάκις, (ET Πολλάκι poeticè) Frequẽter, (sicut πολὺ pro frequẽti etiam poni docui) Sæpe, Multoties. Xenoph. initio Apomn. πολλάκις ἐθαύμασα πῃ ποτὲ λόγοις. Interdum cum genitiuo, vt πολλάκις τοῦ μηνὸς apud eũdem, Sæpe in mense. At verò apud Plat. De rep. ἢ οὐσίαν πολλάκις τοσαύτην ἐποίησε, facultates multoties tãtas reddi D dit. id est, facultates valde multiplicauit. Poetæ autẽ dicunt etiam πολλάκι, ablato σ propter metrum. quidã verò Æolicũ esse tradiderunt. Vtũtur Hom. & Hesiod.

Πολλαχῇ ET Πολλαχοῦ, Multis in locis. Aristoteles De mundo, πολλαχοῦ γῆς, Multis in locis terræ. At verò πολλαχῇ iunctum itidẽ genitiuo, videlicet τοῦ μετοῦ, Gaza vertit, Passim per vbera. Item ἄλλῃ πολλαχῇ, Aliis multis rebus, in v. l. vbi & πολλαχῇ σκεδαίνυται, ex Phil. Sed & Multifariã ibi exponitur, SICVT Πολλαχῇ. AT VERO Πολλαχόσε, Ad multa loca, Multas in partes. Ad E uerbium autem de loco EST Πολλαχόθεν, Multis è locis, E multis partibus. vt apud Plat. epist. 7, πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τοιοῦτοι λόγοι.

Πολλαπλάσιος, ᾱ, ὸν, ET Πολλαπλασίων, ονος, ὁ & ἡ, Multiplex, (vt διπλάσιος, duplex. βιπλάσιος, triplex, &c.) Syn. αἱ δ' ἂν ἦλθον εἰς πολλαπλασίαν δίαθεσιν. Apud Platonem autem epist. 7, πολλαπλασίαν ποιεῖν τῷ πατρῴᾳ ἀρχῇ, nõ Multiplicem efficere paternum principatum, sed potius, Multiplicare. Sed rarum est hoc nomen absque genitiuo, cui iunctum signif. Multo copiosior, vel Multo ma F ior, seu multis partibus. Herodot. πολλαπλάσιος τοῦ ἡμετέρου, multo numerosior quàm noster. Xen. P. 1, σὺ δὲ πλοῦτον δυνάμιν ἔχων οὐδὲν δεῖ ἔρχει, αὐθ' ἧς πολλαπλασίαν ἀνάλωσεν αὐ δέξαιο. vbi non additur quidem genitiuus, sed subaudiri potest, vel potius subaudiendus relinquitur. perinde enim est acsi dictum foret πολλαπλασίαν αὐτῆς. Xenophon, ζῶντα πεπίνηκε, ᾗ ἄλλα ζῶντων πολλαπλάσια. In plurali, πολλαπλάσιοι, Multo maiores, vel plures. Xenophon, ζῶντα πεπίνηκε καὶ ἄλλα ζῶντων πολλαπλάσια. Altero autem, quod est quintæ declin. vsus est Plut. in Apophth. dicens, πολλαπλασίονι χρόνῳ pro Tempore multo maiori. (Pro Πολλαπλάσιος seu πολλαπλασίων, dictũ fuit ETIAM Πολλαπλόος, & per contract. πολλαπλοῦς: ea forma qua διπλόος, διπλοῦς &c. Nam Hes. πολλαπλοῦν exponit πολλαπλασίονα. Fateor tamẽ in v. edit. legi πολλαπλῶν, sed quin reponi debeat πολλαπλοῦν, nemini dubiũ fore puto. In v. lex. exponitur Multiplex, & Multifarius.) ADVERB. Πολλαπλασίως, Multipliciter, vel potius Multo amplius, aut Multo plus. SED ET Πολλαπλάσια aduerbialiter apud Xen. extat, ὅπως δίχᾳ ἐγκράτειαν H πολλαπλάσια εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀφαίνωντα, Multo plus.

VERB. Πολλαπλασιάζω, Multiplico. vt apud arithmeticos dicuntur οἱ ἀριθμοὶ, id est numeri, πολλαπλασιάζειν & πολλαπλασιάζεσθαι, multiplicare & multiplicari. quem vsum habet cùm apud alios, tum apud Plutarchum.

VNDE Πολλαπλασιασμὸς, Multiplicatio.

Πολλοστὸς, ᾱ, ὸν, Multesimus, (quo Lucr. vtitur) Vnus è multis. vt ὁ δὲ πολλοστὸν μέρος apud Dem. Vbi Budæus vertit, Ne quotamuis quidem partem. Interdum verò pro vno de multis, ea signif. qua dixit Cicero, Tenuis L. Virginius, vnúsq; de multis B. ex Isocr. Interpr. etiam A capite remotissimus, apud Plat. Vide pag. 249 & 250. item 996. ADVERB. Πολλοστῶς in loco quem affert in eadem illa pag. 251, quidam interpr. Perparũ, nonnulli Multifariam: quidam etiam Longo pòst interuallo. At verò COMPOS. Πολλοστημόριον, idem quod τὸ πολλοστὸν μέρος, q. d. Multesima pars, seu portio. Redditur alioqui & Minima pars. Lucianus, οὐδὲ πολλοστημόριον ἔοικε ἂν σε δεῖ παθεῖν. Plut. πολλοστημόριον τῆς Ξέρξου δυνάμεως. Vide Bud. pag. 249.

COMP. GRADVS Πλείων, ET Πλέων, ονος, ὁ & ἡ, Amplior, Copiosior, itẽ Maior. Hesiodus, Πλείων μὲν πλείονα μελέτω, μείζων δ' ὀπιθύνει. Et πλείων ὄχλος, Xen. πλείων χρόνος, Thucyd. πλείων ὁδός, Aristot. Probl. pag. 26 Maius iter, vel Plus itineris. Plural. autem Πλείονες, VEL Πλέονες, Plures. Plutarchus De Socr. dæm. καὶ σωφέρεον ἀεὶ πλείονες. Ex Thucydide affertur οἱ πλείονες & pro iis qui statum popularẽ fouent. Quinetiam pro mortuis ex quodam oraculo Tarentinis dato, ἄμεινον καὶ λώϊον ἔσεσθαι σφίσι ποιουμένοις τῶν οἴκοισι μετὰ τῶν πλειόνων. Itidẽ in alio quodam apud Pausaniam. Sic autem plures de mortuis dictũ ex Plauti Trinummo affertur. SEDET Πλείοις dicitur pro πλείονες ac πλείονας. Plut. Publ. ἐνὶ πλείοις πεθνήκασι τῶν Τυρρηνῶν ἢ Ῥωμαίων.

NEVTR. Πλεῖον, ET Πλέον. Plato De rep. lib. 1, ὁ ἄδικος τοῦ δικαίου δικεῖν σοὶ αὖ ἐθέλειν πλεῖον ἔχει; Et ὀλίγῳ πλεῖον, Xen. Paulo plus. Et ὥςθ' πλείονος ἡγεῖσθαι, Plat. Plu D ris æstimare, vel facere. Interdum autem πλεῖον, subaudiendo μέρος, Maior pars: vt apud Thucydidem, πᾳ πλείονι τοῦ στρατοῦ, Maiori copiarum parte. At verò πλέον ἔλαττον sine coniunctione, vt Latinè Plus minus, apud Athenæum, vt Bud. annotat pagina 1006. Quem consule & de πλέον ἔχειν posito pro πλεονεκτεῖν, itẽ de πλέον πιεῖν, ac πλέον φέρεσθᾳ ex Andocide, pro Promouere, Pro ficere. (Perperam autem in vulgatis lexicis apud Plutarchum in Theseo, ὃ δὲ ὥςτε ποιήσῃ πλέον ἐσκαλῶν, redditur, Questus est, aliud præterea sibi nihil faciendum putauit) Interdũ autem, οὐδὲν πλέον ὅτι, sequente infinitiuo, Nihil prodest, Nihil iuuat. aut etiam οὐδὲν πλέον, omisso verbo ὅτι. Et τί πλέον ὅτι apud Aristophanem, Quid prodest? Quid iuuat?

Item cũ præpos. ἐς τὸ πλεῖον & ὅπὶ πλεῖον, in v. l. ex Thucyd. pro Vltra, Vlterius. SED Ἐπὶπλεῖον etiã scribitur cõiũctim, ET Ἐπὶπλέον, apud Herodot. pro Vlterius. Sæpe & pro Amplius, Copiosi9, Fusius. vt ὅπὶπλέον διηγησάμενος, Thucydides (Sic autem & Pluribus commemorare dicitur) Interdum & pro Diutius. Coniunctim verò ET Ἐπὶπλέον, pro Amplior, vt exp. Bud. afferens Aristot. l. 2 De cælo, pag. 113 in fine.

Nonnunquam aduerbialiter πλεῖον cum genitiuo, vel sequente ἤ. vt πλεῖον εἴκοσιν ἐτῶν ἄρχειν, Plat. De leg. Plus quàm (vel Plusquam) viginti annos. Cum ἤ autẽ, vt πλέον ἢ εἴκοσι τετάρτης. In v. l. μὴ πλεῖον ἢ τεσσαράκοντα, ex Plat. De leg. Non plures vel plura quàm triginta. Et πλέον ἢ διπλασίας τιμῆς ἄξιος, ex eodem Plat. Plus quàm duplo honore dignus. Vel, Duplo maiore dignus honore. Et cum dativo, vt ὀλίγῳ πλεῖον, Xen. Paulo plus. Interdum ET Πλείω aduerbialiter.

Πλεῖν Atticè pro πλεῖον. Aristoph. πλεῖν ἢ μύριοι. At IONICE Πλεῦν pro πλεῖον: & πλεῦνος pro πλείονος, itidémque in cæt. casibus: necnon in plur. πλεῦνες, πλεύνων.

Πλεονάκις, (q. d. Pluries) Sæpi9. vt πλεονάκις ἢ δεκάκις. Din.

Πλεοναχῶς, Multifariam, in v. l. Sonat tamen propriè q. d. Plurifariam.

Item VERB. Πλεονάζω à πλέον posito pro πλεῖον. Est autem πλεονάζω, πλέον εἰμὶ τοῦ δέοντος, Copiosior sum aut maior quàm opus fit, aut etiam quàm necesse sit: Redundo, Abundo. vnde ὁκ πολλοῦ τοῦ πλεονάζοντος dicitur interdum cùm ab aliis tum à Sexto philosopho: vt Ex abundanti, à Fabio. In quo loquendi genere πλεονάζον potest exponi etiam Superuacaneum. Ab Aristotele

opponitur ὦ ἐλλείπω, Eth.l.2, c.6, ὃ μήτε πλεονάζει, μήτε ἐλ A
λείπει. Et ὁρμὴ πλεονάζουσα, q.d. Appetitus exuberãs. Cic.
autē vertit, Appetit⁹ vehemētior. In v.l. tamē ex Phal.
πλεοναζούσας ποιναὰς, simpliciter pro Pœnas abundè ma
gnas. Ibidem cum genit. πλεονάζειν τῶ δέοντος pro Vltra
modum progredi. At verò πλεονάζειν πλουσίως, ex Gal.
pro Largiore pissana vti. Ibidē ex Thucyd. πλεονάζειν
ἀτυχία pro Vti frequentiori bellorum successu. Aphro
disco autem γέροντι τὸ πάθος πλεονάζει, pro Senes hæc af
fectio magis exercet. Interdum & pro Plus habeo,
vt apud Chrysostomum, τί πλεονάζει τῶν ἀνθρώπων ὁ θεός; B
Quid habet amplius quàm homines? Qua re supe
rat homines? Passiua etiam vox Πλεοναζομαι, pro Re
dūdo: vt Bud. interpretatur in isto Galeni loco, ὥσπερ
γὰρ καὶ τούτῳ κακία πλεοναζόντι, id est quum reduadarit.
Annotat autem ideo vsum hunc passiuam vocem ha
bere, quòd πλεονάζειν actiuum sit interdum, & accu
satiuo iungatur, significans nimirum Plus iusto quid
piam facere. Subiungit tamen hunc locū in quo legi
tur passiua vox, sed passiuè sumpta, & tanquam actiui
signif. sequēs: ex Thucyd. ὅ, τι γὰρ οὔνοις ἀκροατὴς τάχ' ἂν τι C
ἐνδεέστερος ὢν ἃ βούλεται καὶ ὅπῃ σταθῇ νομίσῃς δηλοῦσθαι·
ὅ, τι ἄπειρος ἐστὶν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι δόξῃ φθόνῳ, εἴ τι ὑπὲρ ἑαυτὸν
φύσιν ἀκούοι. id est, Supra modum dicta esse & com
memorata existimarit. Sed commodius fortasse πλεονά
ζεσθαι reddatur Amplificari, supra verum videlicet.
Actiuæ autem vocis & actiuam habentis signif. af
fert hūc locum in exemplum, εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ πλεονά
ζειν τὰ ἄφθα, pro Superfluis vti articulis, vt ipse vertit.
Quòd si itidē actiua voce in interpretatione vti libue
rit, dicendum fuerit, Ex abundanti ponere articulos, D
vel Abundantes ponere aut superuacaneos. vel, Pone
re seu apponere articulos qui abundent seu redūdent.
Sciendum est autem Chrysostom. in actiua itidem si
gnif. vsum esse, sed pro Augere.

Πλεοναζω, Plus æquo audeo, Supra modum efferor, Insolesco. B p. 320 ex Dem.

Πλεονασμὸς, ῦ, ὁ, Redundantia, Superfluitas. πλεονασμοὶ λα
λιᾶς, Plutarchus Sympos. 3. Apud rhetores πλεονασμὸς
est abundãs supra necessitatē oratio, vt scribit Fabius,
lib. 9, cap. 3. (vbi obserua hanc interpretationē confir- E
mat enim quodāmodo eam quæ ipsi VERBO Πλεο
ναζω à me data modò fuit: quū dicerem poni pro Co
piosior sum aut maior quàm necesse sit) Et paulo pòst,
Nam & geminatio, & repetitio, & qualiscunque adie
ctio, πλεονασμὸς videri potest. Idē l. 8, cap. 3. Est & πλεο
νασμὸς vitium, quum superuacuis verbis oneratur ora
tio: Ego meis oculis vidi. satis est enim, Vidi. Et paucis
interiectis, Nonnunquam tamen (inquit) illud genus
cuius exemplum priore loco posui, affirmationis gra
tia adhibetur: -- vocémq; his auribus hausi. At vitium F
erit quoties otiosum fuerit, & supererit, nō quum ad
iicietur. Sic Rom. Aquila pleonasmum vocat quum
dictio abundat quidem, sed emphasin facit & vim ora
tionis intendit. Nam si prorsus otiosus sit, vitiosum
πλεονασμὸν esse. At verò apud grammaticos πλεο
νασμὸς est syllabæ aut etiam literæ redundantia, præ
sertim apud poetas, metri gratia. Vide Tryphonem &
Eustathium. ‖ Πλεονασμὸς ex Græcis Bibl. interpr.
affertur, Ezech. cap. 22, pro eo quod præter sortem
nomine vsuræ accedit: sed adiunctum tamen habet τόκον,
vel potius præfixum: quod vsurã significat. ITEM G
Πλεόνασμα, ατος, τὸ, Redundantia. Item Abundantia, Co
pia, in vulg. lex. Ibidem EST Πλεονastικὸς pro Re
dundans.

C. Ὑπερπλεονάζω, Superabūdo (quod ex Vlpiano affertur)
Sic autem auget in hoc verbo præpositio ὑπὲρ vt in ὑπερδεινοῦμαι.

SVPERL. Πλεῖστος, Plurimus. vt ἀριθμὸς πλεῖστος & ἐλά
χιστος, Plut. Pericle, Numerus plurimus. Et πλεῖστον substã
tiuè, vt δώσω ὅσον τις καὶ ἄλλος πλεῖστον, Xenophon Pæd.
de quo genere loquendi dixi & in Ὅσον: cui simile ὁπόσοι πλεῖστοι apud eundem. (At verò Τοὺς πλείστους μῦθας ἐξ
κύει, apud Aristotelem, Gaza vertit, Fert vterum men
sibus, quum plurimùm, senis) Interdum cum geniti- H
uo, & quidem aliud interpretationis genus poscens, vt

τὸ πλεῖστον τοῦ βίου, maxima pars victus, ex Aristot. Anim.
lib. 4. Thucydides autē vtitur & mascul. in huiusmo
di locis: vt τοῦ χρόνου τὸν πλεῖστον. Fœm. quoq; cum genit. i-
tidem vsurpatur: vt ἡ πλείστη τῆς χώρας apud Isocratem,
Maxima pars regionis. At οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων verti
potest ad verbum cum Plinio, Plurimi piscium, apud
Aristotelem: πίπτουσι δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων ἐν τέσσαρσι μησὶ,
plurimi piscium pariunt tribus mensibus. In vulg. lex.
affertur ex eodem Aristotele, ὁ τῶν πλείστων παῖς, pro Pleri
que omnes, ex lib. 1 De animalibus. Apud eundē πλεῖ
στος pro Frequentissimus, Meteor. lib. 2, pag. 188, ἀλλὰ δὴ
τὸ πλῶ οἴκησιν κεῖσθαι τοῦτῳ τῷ τρόπῳ, πλεῖστοι βορέαι πνέου
σι. SIC Πολλοὶ pro Frequentes, pag. 189, in fine. (AT
Πλειστὸς fluuii nomen apud Delphos vide Etym. & He
sych. apud quē tamen seruato accentu scriptū Πλεῖστος)

Πλεῖστον, aduerb. ET Πλεῖστα quoque interdum, Pluri
mùm. Reddi etiam potest nōnullis in locis Maximè,
aut Lōgissimé. vt πλεῖστον ἀπέχειν, Plurimùm abesse, vel
Maximè, aut Longissimè abesse. Xenophon, ὧν οἰκεῖος
πάντων ἀνθρώπων πλεῖστον ἀπῆν. Cui simile est πλεῖστον ὑπο
λείπεσθαι: quod affertur ex epist. Dionis ad Plat. πλεῖστον
ὑπολείπονται τοῦ καταγοῆν. Interdū cū superlat. vt πλεῖστον
ἀνομοιότατα, Plat. Tim. Aliquando τὸ πλεῖστον, Maxima ex
parte. qua vtitur in signif. Herodianus. Interdū autē
τὸ πλεῖστον est quod Latinè Ad summum. vt, ἢ τὸ πλεῖστόν
γε τεπάρτη, Gal. Aut ad summū quarto. Interdum verò
pro Plurimùm, significāte quod vulgò dicitur Vtplu
rimum, sicut ὅτι πολύ, &c. Sed & τὰ πλεῖστα hac significa
tione vsurpauit Aristoteles, aduerbialiter itidē: ei op
ponens ὀλιγάκις. quū scripsit, πίπτει δὲ ὀλιγάκις μὲ δύο, ὡς ὃ
πλεῖστα ἕν. vbi Plinius vertit, Maiori ex parte. (qui etiã
vsus horum verborum obseruandus est) Illa enim ver
ba reddit istis, Parit maiori ex parte singula oua (quod
nulla alia auis) rarò bina.

ITEM Ἐπιπλεῖστον interdum quidē pro πλεῖστον sim
pliciter, (vt καθόσον ἀνθρώπῳ ὅτι πλεῖστον οἷόν τε) sed in pleri
sque locis vbi coniunctim scriptū inuenitur in qui
busdam exemplaribus, disiungendum potius videtur:
præsertim quum genitiuum habet. Vbi eadem inter
pretatione vtendum censeo qua & in ὅτι πολύ, habē
te itidem genitiuum: nisi quòd positiui loco vtēdum
fuerit superlatiuo, subaudiēdo itidem δίαστημα. vt apud
Thucydidem, ὅπως ἀκούοιτο ὡς ὅτι πλεῖστον τῶν ὁμίλου. at in
ὅτι πλεῖστον ἐξέρχονται apud eundem, pro Lōgissimè pro
grediuntur, tolerabilius videri posit coniunctim scri
ptum. ‖ Dicitur autem & de tempore ὅτι πλεῖστον,
seu ὅτι πλεῖστον, pro In longissimum temporis spatium.
vel Diutissimé. Affertur verò & ἐκ τοῦ ὅτι πλεῖστον ex Thu
cydide, pro Ab æuo longissimo. AT VERO Περι
πλείστου minimè ferri potest: sed disiūctim scribi vbiq;
debet, vt περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, Aristoteli, seu ἡγεῖσθαι, Thu
cyd. Plurimi facere: eodem modo quo dicitur περὶ πολ
λοῦ ποιεῖσθαι & ἡγεῖσθαι, de quibus suprà.

C. Πλειστοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Plurimorum ferax. SICVT Πο
λυφόρος, Multorum ferax.

Πλειστάκις, aduerb. Sæpissime. vt πολλάκις, Sæpe. sed non ita
vsitatum illud vt hoc. Dicitur autem ET Πλειστάκις
sicut πολλάκι pro πολλάκις.

Πλειστα χόθεν, Ex plurimis locis.

Πλειστηριάζω, Plurimo licitor, Pluris liceor quàm cæteri,
apud Lysiã. Vsus est & Themistius, ei adiungēs ὑπερω
νεῖσθαι. Ab Hesychio πλειστηριάσαντες exponitur etiam
πλείονος πωλήσαντες οὗ ὠνήσαντο. Id est, Qui pluris vēdide
runt quàm emerunt. VNDE Πλειστηριασμὸς, οῦ, ὁ, Licitatio eius qui plurimi licitatur, seu pluris quàm
cæteri. Ab eodem Hesychio exponitur ὑπέρθεμα πεσμός.
Tradit autem Budæus, hoc NOM. Ὑπέρθεμα πεσμὸς si
gnificari meliorem allatam conditionem in pacto ad
dictionis in diem. Quum alioqui VERB. Ὑπερθεμα
τίζω exponatur simpliciter, Pluris liceor quàm cæteri.
Quam expositionem sequēdo, fuerit ὑπερθεματίζειν (red
dendo verbum verbo) quod vulgò dicimus quum de
licitatione agitur, *Mettre pardessus*, intelligentes *Mettre pardessus un autre*, vel *pardessus les autres*.

AT Πλειστηρίζομαι, pro καυχῶμαι, id est Glorior, Iac
to me, affertur ex Æschyli Choëphoris.

ΠΟ'ΝΤΟΣ, ου, ὁ, Pontus, Mare. (quam tamē si- A
gnificationē καταχρηστικῶς esse vo
lunt: propriè enim de mari quodam Asiatico dici, de
quo paulo pòst) Odyss. ι, κάλυψε Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον. Od.
α, -- πλέων ὅτι οἴνοπα πόντον. Odyss. θ, Πόντον ὑπὲρ πλαγχθείς.
Od. λ, -- ὑπὸ πόντον ἐδύσετο κυμαίνοντα. Il. λ, ἰοειδέα πόντον
ὀρέγει. Sic Niger pontus, Valer. Flacc. & Cæruleus pon
tus, Virg. & Catullo. Itē Thuc. lib. 4, pag. 130, ὁπότε πνεῦ
μα ἐκ πόντου εἴη. paulo antè πέλαγος dicit. Sic τὸν ἔξω πόντον
πέπλευκε. Item Αἰγαῖος πόντος apud Dionys. De situ orbis,
Ægæum pelagus, Ægæum mare. Necnō Πόντος Ἰκάριος B
apud Hesychium. Et πόντος ἄξενος, (qui postea εὔξεινος
vocatus κατ' ἀφημισμὸν) mare inhospitale, Ammia
no Marcell. vt videbis in Εὔξεινος: sed plerunque appel
latur Pontus euxinus, & de certo quodam mari intel
ligitur, sicut & quum dicitur Ἑλλὴς πόντος. De totius au
tem Pōti forma lege Plin. l. 4, c. 12. vbi etiam de parti
bus eius, nimirum Hellesponto, Propontide, & Euxi
no ponto. At cap. sequenti insulas Ponti recenset: vbi
etiam ait, æstum à Ponto profluētem nunquam reci
procari: sicut & lib. 2, cap. 97, Pōtus semper extrà meat C
in Propontidem, introrsus in Pontum, nunquam re
fluo mari. Alioqui Ponticum mare appellant ipsum
Pontum. Item Pontus dicitur pars Asiæ minoris, à
Ponto rege, vt tradunt nonnulli: cuius regnum conce
dēte Polemone, Nero in prouinciæ formam redegit,
teste Suet. cuius rei meminit & Sext. Aurel. Victor, &
Amm. Marcell. lib. 22. Antè Mithridates id obtinebat.
‖ Interdum dicitur πόντος ἀγαθῶν, pro Tāta bonorū co
pia quanta aquarum maris, aut Ponti. Sic apud Athe
næum lib. 12 de Nino Assyrio, -- ὅσπερ εἶχε χρυσίου πόντον, D
Καὶ πᾶλλα πολλὸν πλέονα Κασσίης ψάμμου. At Homerus
dicit πόντος ἁλὸς pro πόντος seu ἅλς. i. mare. Iliad. φ, v. 59,
-- οὐδέ μιν ἔχεν Πόντος ἁλὸς πολιῆς, ὃ πολεῖς ἀέκοντας ἐρύκει.

C. Ποντόβροχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mari madefactus, In mare deme
rsus. ποντοβρόχοις ἀπώλεσας, l. 3, Maccab. pro In mare de
mersos interemisti, seu καταπόντισας.

C. Ποντομέδων, οντος, ὁ, Ponti seu maris rex. Neptuni epithe
ton, in Epigr. vbi etiam ποντομέδοντι Πεμπῷ.

C. Ποντοπόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pontum seu mare peruadens, Trai
iiciens seu transiens per pelagus, Pontigradus, Mariua- E
gus. Nauis epitheton. Od. μ, Οἴη δὴ κείνη γε παρέπλω ποντοπόρος νηῦς. VNDE Ποντοπορέω ET Ποντοπορεύω, Per
pontum gradior, Mare peruado, seu pererro. Odyss. λ,
Τῆς δὲ παντμεσίης τέταθ' ἱστία ποντοπόρησις. Od. ε, Ἑπτὰ δὲ καὶ
δέκα μοῦ πλέον ἤματα ποντοπορεύων. Affertur & ex Plutar
chi Pericle ποντοπορεῖν itidem pro Mare percurrere,
Per mare iter facere, Traiicere.

C. Ποντοποσείδων, Pōticus, Neptunus. Pōti (.i. maris) rex Ne
ptunus. seu πόντος ποσείδων, vt dicitur Ἱππο ποσείδων pro
Ποσείδων ὁ ἵππιος. Aristoph. Pluto, Ὦ ποντοποσείδον ἠδὲ θεοὶ F
πρεσβυτικοί. At quidā putantes πόντος ibi ὑπεπικὸν esse,
vt & ἵππος, acceperunt ποντοποσείδον pro μέγιστε Πόσείδον.

C. Ποντοχαρυβδις, Pontica charybdis, Ponti seu maris vo
rago. Hipponax apud Athen. lib. 15, Μῶσά μοι Εὐρυμέ
δοντ' ἄδ' ἡς τὸν ποντοχαρυβδιν. sic autem appellat eum ab
insatiabili voracitate.

C. Διαπόντιος, ου, ὁ ἡ, (nam comp. istud hic collocādū po
ti⁹ quàm post πόντιος) vt διαπόντιος πλέω vel πέτομαι, Per
mare nauigo aut volito, Mare naui alisve traiicio. A-
pud Plutarchum in Erot. ὁ δὲ σὺς (nimirum ἔρως) ἐκ Κι
λικίας Ἀθήναζε λαμπρὰ κυκλώσας πτερὰ διαπόντιος πέτεται. G
Sic apud Athenæū libro 4, ἤδη γὰρ πέτεται διαπόντιος, ma
re peruolitat, seu Volitat per mare. Synes. De insomn.
ὡς ὅτι τῶν διαποντίων πλεόντων, in iis qui per mare nauigant. Item διαπόντιος πόλεμος, & διαπόντιος θραπία, Bellū
quod mari traiecto geritur, Expeditio per mare. Thu
cydides lib. 1, Χρονίων πολέμων καὶ διαποντίων ἄπειροι. Plu
tarchus Alcib. ὡς δ' Ἀλκιβιάδου θραπεύοντο διαπόντιον καὶ
μακρὰν θραπείαν. Sic Xenophon Hellen. 6, ἄπ καὶ διαπον
τίου τῆς θραπείας οὔσης. Gell. dicit Prælium maritimum. H

C. Μυχοπόντιον specus, Vbi recessus cauus & vorago pōti
est, qualis ferè ἡ ποντοχαρυβδις. Ammian. Marcell. lib. 22,
Vltra hæc loca Acherusiū specus est, quod accolæ μυ
χοπόντιον appellāt. De quo Iul. Polyhistor, capite 55, de
ora Pontica, Proximus inde Acherusius specus. quem

foraminis cæci profundo adusque inferna aiunt pate- A
re. Est tamen & Italiæ quædam palus Acherusia, propo
Puteolos & Cumas: -qua fama est Acherontis ad vn
das Pandi iter, cæcas stagnāte voragine fauces, & hor
rendos aperiente telluris hiatus, vt Valer. Flacc. lib. 4
Argon. ait.

C. Προποντίς, ίδος, ἡ, Propontis: mare illud quod ante Pon
tum Euxinum est, Byzantio adiacēs, vt Suidas scribit.
Vide & Plinium lib. 4, cap. 12. Pompon. Mela, l. 1, Qua
diffunditur, alia alis locis cognomina acceptat. Vbi
primùm se coarctat, Hellespontus vocatur: Propon
tis, vbi expandit: vbi iterum presit, Thracius Bospo
rus: vbi iterum effundit, Pontus Euxinus: qua paludi
committitur, Cimmerius Bosporus. Eust. dicit τόμα
πόντου ipsam προποντίδα dici à Dionys. in lib. De situ or
bis, vt & in oraculo quodam, Ἀκτὴς Θρηϊκίης ὑψηλὸν παρ'
ἄκρον τόμα πόντου. vicinam autem esse Byzantio: quod
& Suidas tradit.

Ποντικὸς, ῆ, ὁ, Marinus, Pelagicus. ‖ Item Ponticus, Qui
est è Ponto. vt apud Athen. lib. 6, ὁ Ποντικὸς τύραννος. Plu
tar. Lyc. πνὰ τῶν Ποντικῶν βασιλέων, Regum Ponti. Sic A-
then. rursum lib. 1, Ποντικὰ ἔθνη. vt apud Florum l. 3, c. 5,
Ponticæ gentes ad septentrionem in mare sinistrum
iacent, à Pontico cognominatæ mari. Ibidem Pontici
dicit pro Ponticæ gentes. Item Ποντικοὶ μυες, Pontici
mures, Plin. l. 8, c. 37, apud quem & Pontici pisces, Pon
ticæ anates, Ponticæ gemmæ, Pontica cera, Ponticum
triticum. Item & Ponticæ nuces, lib. 15, cap. 22, In Asiã
Græciamque è Ponto venēre, & ideo Ponticæ nuces
vocantur. Athen. lib. 2, Ποντικὰ κάρυα appellat, qui me-
minit & Ποντικῶν τειχῶν, lib. 6.

Πόντιος, ου, ὁ, Marinus. vt πόντιε δαίμον. qualis est Neptunus
inter alios, qui eā ob rē & ποντομέδων & Ποντοποσείδων,
necnō Πόντιος Ποσείδων, vt ἵππιος, Aristoph. Et πόντιον τόμα, os ponti seu maris. Nisi specialiter pro Propontide
accipiatur, quam Dionys in l. De situ orbis Πόντου τόμα
appellat. At ποντία ἁλς dictum volunt de interiore mari, vt sit τὸ ἐνδότατον μέρος θαλάσσης. Necnon ποντίας νῆας
Euripides dixit quas Homerus ποντοπόρους, mariuagas,
seu fluctuagas. Item πόντια ῥάκη apud Hesychium, ἀστό
γοι, siue τὰ τοῦτων ἀπερείσματα. (nam à petris marinis,
quibus adhærent adnatæ, auelluntur & abstrahuntur)
apud quem LEGITVR ET Ποντινοὶ, ἀστόγοι. ‖ Itē
Maritimus, θαλασσαλάσσιος, vt Sophoclis schol. exponit
in Philoct. pag. 386 meæ edit. -- ἡνίκ' ἐκ τῆς ποντίας Χρυ
σῆς κατόρον δεῦρο ναυβάτης τόλῳ. In v.l. habetur ET IAM
Ποντία, ας, ἡ, Marina superficies.

Ποντιάς, άδος, ἡ, Marina idem cum ποντία. vt ποντιὰς αὔρα
apud Eurip. & Aristoph.

Ποντόθεν, E mari, E pelago. Iliad. ξ. Οὔτε θαλάσσης κῦμα πόσον
βοάα ποτὶ χέρσον Ποντόθεν ὀρνύμενον ποιεῖ βορέαο. Alibi au- F
tem pro hoc Ποντόθεν DICIT Ἐκ ποντόφιν, E ponto, E
mari. Odyss. ω, Ὡς κεν τηλεφανὴς ὀκ ποντόφιν αὐδράσιν εἴη.
Est autem in ΗΟC Ποντόφι adiectio illius particulæ φι
quæ in Κεφαλῆφι & Νδυῆφι, & similibus.

Ποντίζω, F. ίσω, In pontum mergo. Cuius tamen nulla affe
runtur exempla. AT COMPOS. Καταποντίζω vsi
tatissimum est, significans In pontū seu mare demer
go, Submergo. Athen. l. 10, ἐνδήσας εἰς σάκκους καταποντί
σαι πόν ποσὶν ἀφεσέπαξε. Sic Plut. De orac. Pyth. ἀπέκτεινε, καὶ τὸ
σῶμα κατεπόντισεν ἐμβαλὼν εἰς φορμόν. Item pass. voce &
signif. apud Matth. 18, καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλά
σσης, demergatur in profundum maris. VNDE Κα
ταποντισμὸς, ῆ, ὁ, Demersio in pelagus, Submersio. ET
Καταποντιστὴς, ῆ, ὁ, Qui in pōti aquas demergit, Qui ma
ris aquas subire cogit. Isocr. Paneg. καταποντισταὶ τῶν θα
λάττων κατέχουσιν. quales sunt prædones marini, qui ca
ptos expoliatósque homines in mare demergunt. Itē
καταποντιστὴς ἄνεμος, vētus qui nauē abreptam præcipi
tat & submergit. Syn. ep. 57, καταποντιστὴς ἄνεμος ἅρας ὤσειν
εἰς μέσον τὸ πέλαγος. Eiusdem cum Καταποντίζω signi
ficationis EST Καταποντόω, ῶ: vnde apud Herodotũ
καταποντῶσαι. Vtitur & Philo De vita M. lib. 1, Τοὺς δὲ τὰ
τμήματα τῶν πλοίων αὐτῶν ἅρμασι καὶ ἵππεσι καταποντοῦ.
vbi Turn. vertit Obruunt. Sic apud Athenæum l. 14,
ἀναγαγὼν εἰς τὸ πέλαγος, καταπόντωσε.

ΠΟΡΦΥ'ΡΑ, ας, ἡ, Purpura. genus conchæ marinæ, de qua lege Plinium lib. 9, c.36, & sequentibus: itē Aristot. Hist. anim. lib. 5, cap. 25. Exemplum habes in Κηκιάζω. ‖ Item πορφύρα dicitur pannus liquore purpuræ tinctus, Vestis purpurea. de quo liquore hæc scribit Plin. l. 5, cap. 15, Florem illum tingendis expetitum vestibus, in mediis habēt faucibus. Liquoris hic minimi est in cādida vena, vnde pretiosus ille bibitur nigrātis rosæ colore sublucens. Vide & cap. 38, & 39, vbi mentio fit purpuræ violaceæ, purpuræ rubræ Tarentinæ, & purpuræ Tyriæ dibaphæ, quòd bis tincta esset, veluti magnifico impendio. Plutar. Apophth. φερεφερομένης τὴν πορφύρας ἀυτῷ καὶ τὸ δίβαφον δήματος. Aliquātо antè de Antigono, εἷς ἢ πορφύραν, φαιὸν ἱμάτιον αὐέλαβε. Idem Sympos. 6, πορφύραν φορέσας. Herodianus lib. 1, πλὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται, solennem purpuram. Idem lib. 2, πλήν τε βασίλειον πορφύραν περιβαλόντες καὶ τὰ λοιπὰ τῆς στεφανίου πομπῆς. Item Luc. in Demon. ὀδὴ τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα. vt Latus clauus in prætexta apud Romanos.

C. Πορφυροβάφος, ου, ὁ, Qui purpuræ liquore tingit vestes aut lanam. Poll. l. 7, ὁ δὲ καταβάπτων αὐτὰ, πορφυροβάφος. AT Πορφυρόβαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purpureo colore tinctus seu imbutus. Athen. l. 2, ὧν φρυγιαῖς πορφυροβάπτοις.

C. Πορφυροειδής, ές, ὁ καὶ ἡ, Purpuræ speciem gerens, Purpureo colori similis. Euripides, πορφυροειδὲς δ' ἅλα, Per mare nigricans in modum purpuræ. Nam secundum Plin. rubens purpuræ color nigrante deterior.

C. Πορφυρόκωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui purpureo caule est.

C. Πορφυρομιγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Purpuræ permixtus. Polluci l. 7, cap. 13, de vestium generibus, πορφυρομιγὴς ἐσθὴς καὶ χλαμὺς ἐστὶ οὗ ἡ σπουφαῦλος πορφύρα, sed quæ τῇ ὀξείᾳ φαιῷ οὔσῃ κατ' ἀρχὰς ἐμέμικτο.

C. Πορφυρόπωλις, ιδος, ἡ, Quæ purpuras vēdit, (intelligendo de conchis) vel potius, Quæ purpuram vendit, id est lanam aut vestem purpureā. Suid. ἡ τὰ πορφυρᾶ πωλοῦσα. Vtitur Lucas Act. Apost. c. 16.

C. Πορφυραυθής, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui purpureo flore est.

C. Ἀκροπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, In extremitate vel in summitate purpuram habens, vel In extremitatibus & limbis. vt vestimenta quorum fimbriæ & limbi sunt purpurei.

C. Ἀπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nulla purpura insignis, Purpura nō amictus. vt Plutar. ἡ χωὶ ἄχρυσος καὶ ἀπόρφυρος καὶ ἀφελὴς πάρεστι. cui apud eundem in Sympos. 6 opponitur ἡ χρυσὸν φοροῦσα καὶ πορφύραν. Ex eodem, ἀπόρφυρον ἱμάτιον, Vestis quæ purpureo liquore tincta non est. vel Toga sine purpureo clauo, Vestis cui ora purpurea non est addita.

C. Διαπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex quo aliquid purpurei coloris pellucet, Quem aliquid purpurei coloris velut intercipit. vt διάλευκος. Bud. tamen vertit Purpureus, in hoc loco Dioscoridis, ἐν τῷ ὑπολεύκῳ διαπόρφυρον, ex albicāte purpureum.

C. Ἐμπόρφυρος oppositum τῷ ἀπόρφυρος, & significans vel Indutus purpura, vel Imbutus purpureo colore, Purpureus. Budæus interpretatur non solùm Purpureus, sed etiam In purpuram vergens, In purpureum colorem inclinans, apud Diosc.

C. Ἐπιπόρφυρος, Accedens ad purpurā, vt Gaza vertit apud Theophr. Hist. pl. l. 4, χρῶμα δ' ὀλιγοπόρφυρον ἀμφοῖν. Bud.

C. Περιπόρφυρος, Purpura amictus, Prætextatus. Plutarchus Publicola, ὁμήροις ἐδωκαν ἐξ ἀυπαίδων περιπορφύροις δέκα, obsides dederūt ex genere patricio prætextatos decem. Et, ἡ περιπόρφυρος ἐσθὴς, Prætexta: itidémque περιπόρφυρος πίλεννος apud Plutarchum, quod Romuli gestamen fuisse dicit. At Plinius libro 9, cap. 39, Purpuræ vsum Romæ fuisse sēper video, sed Romulo in trabea. Nā toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsum Hetruscis deuictis, satis cōstat. Sæpe sine adiectione, ἡ περιπόρφυρος, subaudiendo ἐσθὴς vel πίλεννος. Athenæus lib. 14, de censoribus Romanis, πλὴν περιπόρφυρον ἐν δεδυκότες. Plutarchus in Problem. Rom. διὰ τὴ περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων. Sic apud Liuium, Prætextis purpura togis vti. Et frequenter, Prætexta insignis pro Prætextatus. Vide Τραβέα.

C. Ὑποπόρφυρος, Aliquatenus purpureum colorem referēs, Leuiter purpureus.

Πορφυρόεις, εντος, ὁ, Purpureus, Purpuram referens. Fœm. Πορφυρόεσσα, & per CONTRACT. Πορφυροῦσα, quod insulæ quoque est nomen, vt videbis in Πορφυρεῖς.

Πορφύρεος, ET Πορφυροῦς per cōtractionē, Purpureus. Od. τ, Χλαῖναν πορφυρέην ἔχε. Odyss. υ, ὀν δὲ θρόνοις ὑπεπίπτοσ τάπητας βάλλετ' πορφυρέους, tapetes purpureos: vt torus purpureus apud Ouid. Il. ω, Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες. Il. θ, Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἔχων. Ath. l. 12, ἱμάτια ἰοβαφῆ καὶ πορφυρᾶ. Aliquāto pòst, ἐοῦσῆ τις ἔχων πορφυρᾶς ἐχούσας πτυχάς. Et l. 5, ὀν πορφυρᾶς χλαμύσι. Et Xen. Pæd. 8, χιτῶνα ἔχων πορφυρῆν μεσόλευκον. Et πλόκαμος πορφυροῦς apud Luc. Necnō πορφυροῦν ἀνθος, Flos purpureus, Diosc. lib. 1, cap. 136. Præterea πορφυροῦν σῶμα, πορφυραῖ παρειαὶ, πορφυραῖ γνάθοι, vt Os purpureū, Horatio: Genæ purpureæ, Ouidio: Pudor purpureus, Senecæ. Apud Athen. lib. 13, πορφυρέα ὑπὸ σώματος ἱέντα φωνὰν παρθένος. Paulo antè, λάμπει δ' ὅτι πορφυρέαις παρειῶν φῶς ἔρωτος. Ibidē tamē quidam dicit Phrynichum παῖς γνάθους τὸ καλὸν non rectè vocasse πορφυρέας: quoniam nimirum εἰ ὁ ζωγράφος χρώματα πορφυρέα ἀναλείψειε πυδὶ τὸ παιδὸς παῖς γνάθους, οὐκ ἀν ἔτι καλὸς φαίνοιτο. Item apud Homerum πορφύρεον αἷμα, vt Iliad. ρ, αἷμα δὲ χθὼν δεύετο πορφυρέῳ. Quò respexit Pliniusl. 9, cap. 38, vbi ait, Laus ei summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. vnde & Homero purpureus dicitur sanguis. Apud eundem πορφυρεὸς θάνατος, & πορφύρεον κῦμα: vbi itidē intelligendū de purpureo colore nigricante. Iliad. ε, — τὸν δὲ κατ' ὄσσε Ἑλλάβε πορφυρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. Od. ι, — κῦμα δ' ὄπιθε Πορφύρεον μέγα δῦε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. COMPAR. Πορφυρώτερος, Magis purpureus. Diosc.

Πορφυρεύς, ου, ὁ καὶ ἡ, idem: vt ποφύρεος ἐσθὴς, apud Suidā.

Πορφυρόλς, εως, ὁ, Purpurarius. Pro eo qui purpura tingit, affertur ex Alexādro Aphrodiseo. Accipitur potius pro eo qui purpuras venatur. Sic Luc. πορφυρεοὺς ἑαυτὸν πορφυροῦσι συγκατιδύεται. Idem ἀπαγγεῖ dicitur. ET VERB. Πορφυροῦω, Purpuras venor. VNDE Πορφυρευτής, οῦ, ὁ, idem qui πορφυρεύς. Poll. lib. 7, cap. 30, πορφυρεῖς, πορφυρᾶς, σπογγοθήρας. VNDE Πορφυρυπικός, ου, ὁ, Pertinēs ad purpurarum venatorē seu venationem. ET Πορφυρυπικαὶ σέραι apud Euripidem, Casæ eorum qui purpuras venantur. Et πορφυρυπικὴ subaudi τέχνη, (vt σπογγοθηρευτικὴ) Scientia venandi purpuras. Poll. ibidem.

Πορφύριον, ου, τὸ, Parua purpura. Gaza vertit Purpurula apud Aristotelem Hist. anim. lib. 5, cap. 15, vbi legitur πορφύρια μικρά. ‖ Tradunt apud Theophrastum esse & floris nomen, vocarique à Plinio purpuream, l. 21, c. 11, Florum prima ver nūtiantium alba viola: tepidioribus verò locis, etiā hyeme emicat: postea quæ appellatur purpurea: proximè flammea, quæ & phlox vocatur. Apud Theophraft. tamen Hist. plant. lib. 6, cap. 7, quo remittunt, vocabulum id non reperi. & haud scio an confictum sit. potius enim ποιφυροῦν ἴον diceret sicut φλόγινον, id est violam purpuream, vt flammeam. Ex Plinii autem verbis apparet scribēdum esse ἅμα δὲ τῷ λευκοίῳ, ἡ μικρόν τι ὕστερον, pro ἅμα δὲ τῷ ἴῳ ἡ μικρ.

Πορφυρὶς, ίδος, ἡ, Purpurea vestis. vbi subaudiri potest ἐσθὴς. Xenophon Pæd. 8, οὐδὲν φεῖδόμενος οὔτε πορφυρίδων, οὔτε ὀρφνίων. ὅτι φοινικίδων, οὔτε καρυκίνων ἱματίων. Athenæus libro 12 ἐφόρει δὲ ὑπὸ τρυφῆς πορφυρίδα. Et lib. 4, πορφυρίδα ἔχουσαι χρυσᾶ κράσπεδα. Itidem Lucianus in Hermot. πορφυρίδα μεταμφιάσωμαι. Et in Nigr. πορφυρίδας ἀπέδυσαν αὐτόν. Et in libro De scribēd. Hist. ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι. Sic & πορφύρα vsurpatur: ac sicut πορφύρα βασίλειος dicit Herodian. lib. 2, sic idem eodē libro, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρὶς, imperatoria purpura suscepit, Commodū videlicet in lucē editum. ‖ Item Auis nomē, in Πορφυρίων. ‖ Itē insulæ nomē apud Plin. quam Nisyron antè dictā fuisse ait. Sic Eust. p. 318, eandem Nisyron ait nominatam fuisse πορφυρίδα, ὀνὸ τῆς ἐν αὐτῇ πορφυρίων. Idem tamen Plin. alibi & Cythera ait vocata fuisse πορφυρίδα. quæ Eust. quoque πορφυροῦσαν nominata tradit διὰ τὸ κάλλος τῆς ἐν αὐτῇ πορφυρῶν.

Πορφυρίτης, ου, ὁ, Purpurans. πορφυρίτης λίθος, Lapis in modū purpuræ rubēs. Pl. l. 36, c. 7, Rubet porphyrites in eadem

Ægypto: ex eo candidis interueniētibus punctis leuco-stictos nominatur. FOEM. Πορφυρῖτις, ιδος, ἡ, Nigricans in modum purpuræ, Purpuræ nigricantis speciē gerens. vt Porphyritis ficus apud eundem l. 15, c. 18.

Πορφυρίων, ωνος, ὁ, Porphyrio: auis nomen apud Aristot. Hist. pl. lib. 8, cap. 6, & apud Plin. cuius esu interdictum Iudæis, Leuit. 11. Vide & Athen. lib. 9, vbi inter alia ex Aristot. tradit πελαγόπουλα αὐτὸν ἔτι, ἐχάν τε χρῶμα κυανέον, σκέλη μακρά, ῥύγχος ἠρεμὸν ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικοῦν, μέγεθος ἀλεκτρυόνος. Ibidē ait Callimachum in lib. De auibus discrimen facere inter πορφυρίωνα & πορφυρίδα, vtpote qui ἰδίᾳ ἑκάτερον καταριθμεῖται. Eustathius πορφυρίωνα nominatū scribit διὰ τὸ τὸ ῥύγχος φοινικοῦν, à purpureo rostri rubore. Plinius quoque lib. 10, c. 46, testatur rostra eis & prælōga crura rubere. ‖ Est & piscis quidā teste Hesych.. ITEM Πορφυρίωνας in vulg. lex. traditur auis nomen esse. quod suspectum habeo.

Πορφύρω, Purpureo colore perfundo, Purpureo rubeóq; colore illustro. Nonn. πορφύρων χείματα πόντῳ Ὄρθρος. vt & ipsa aurora ab eodem dicitur πορφύρειν, purpureo rubere colore. ‖ Sæpius neutrali signif. ponitur pro Purpuro, i. Purpureo colore nigrico, vel rubeo: vt apud Colum. Purpurans viola, & vicissim apud Plin. Purpura violacea. Luc. ὑακίνθοις τὸ καλὸν αἰθοῦσιν ὅμοια πορφύροντες. Oppian. De venat. l. 3, πορφύοντα καὶ αὔθεσι μαρμαίροντα. Et Epigr. l. 7, πορφύρων βύσσις, Purpurās racemī, seu purpureus. vt Ouid. Metamorph. 13, Sunt auro similes longis in vitibus vuæ, Sunt & purpureæ. Id autē plus est quàm Pictæ. nā purpurant maturæ, vel maturitati proximæ: at quū sunt pictæ (quas & αἰόλεσθαι dicit Hesiod.) τῆς πεπαίσεως tantùm initiū habēt. ‖ Item mare fluctuās πορφύρειν dicitur. Sic Cic. Quid à mare nónne cæruleum, aut eius vnda quum est pulsa remis, purpurascit? Et Epigr. libro 2, — οὐδὲ θάλασσα Πορφύρει, Purpurascit & fluctuat. Sic Iliad. ξ, Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κῦμα κορῷ. vbi Eustathius exponit, μελαίνηται: addens, eadem metaph. ab eodem poeta vsurpari τὸ καλαίνειν, deriuatum à κάλχῃ synonymo τῷ πορφύρα. Sic & πορφύρεον κῦμα, quod nigricantis purpuræ speciem gerit. Rursum Epigr. l. 2, pass. voce, Εὐδία μὴν πόντος πορφύρεται, Placidè purpurascit, Placidis fluctibus nigrescit. Basil. quoque in Hexaem. pag. 32, dicit mare πορφύρουσαν χρόαν ἡ κυανοῦν τοῖς ὁρῶσι περιβάλλειν. Sicut verò metaphor. animus quoque dicitur κυμαίνειν quum concitatus & perturbatus est, (vt & Latinè Fluctuare atque Æstuare, trāslato verbo à mari) ita & πορφύρειν. Odyss. δ, πολλὰ δέ μοι κραδίη πόρφυρε κιόντι. Vbi Eustathius exponit, ἐκυμαίνετο διαλογισμοῖς, βαθέως διελογίζετο. Non semper tamen βαθὺν τάραγμὸν hoc πορφύειν significat, sed interdum & ἠρεμαίον: vt quum ait, Εὐδία πορφύροντα.

Πορφυρέω, ῶ, Purpuro (idem cum πορφύρω) seu Purpureo colore rubeo. Nonn. πορφύρεον ἠώς, purpureo fulgore rubebat. Sic & Ouidius Purpuream aurorā dicit, & Virgilius, Purpureū lumen ætheris. Aliàs & ῥοδοδάκτυλος ἠὼς dicitur à roseo rubore, quē Seneca purpureum ruborem appellat. Rursum Ouidius, Patefecit ab ortu Purpureas aurora fores. Et Virgilius, — quumprimùm crastina cælo Purpureis inuecta rotis aurora rubebit. Item, — æthere ab alto Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. Igitur eodem modo πορφυρεῖν aurora à Nonno dicitur quo ab Homero VOCATVR Ῥοδοδάκτυλος.

Πορφυρίζω, Purpuram colore refero, Purpureū colorem repræsento, vel imitor, Purpuro: vt Columella dicit Purpurans viola. Dioscorides libro 3, cap. 44 de thymo, ἔχον ἐπ' ἄκρου κεφάλια αἰθοῖς πορφυρίζοντα. Plin. de thymo nigricante dicit, Alterum nigrius, florisque nigri. Idem enim testatur & purpuram nigricare, immò rubentem colorem purpuræ nigrante esse deteriorem.

C. ΕΠΙπορφυρίζω, Ad purpurā accedo, Ad purpuram inclino. Dioscor. οἰνῶν δὲ καὶ ὡς ἀπὸ αὐὰ μέσον ὂν τὸ αἴθος ὅτι πορφυρίζει. Aristoteles, καὶ τὸ τούτης τὸ μὴν αἴθος ὅτι λευκὸν, ὅτι πορφυρίζον, ὁ δὲ καρπὸς ξανθός.

C. ΥΠΟπορφυρίζω, Aliquatenus purpuro, Paululum refero purpuram.

ΠΟ'ΣΟΣ, ου, Quantus? interrog. Aristoph. πόσον δίδως; Quātum das? Quantum pendis? Frequens est genitiuus πόσου inter emptores & cō ductores, vt Latinum Quanti pro Quanto pretio. Xenophon Pæd. 3, πόσου αὐ πρίαιο ὥςπ πὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν; quanti redimeres vxorem? Pro quo ibidem, ὅτι πόσῳ; Plato Apolog. πόσου διδάσκει; ad quæ respōdetur, πέντε μνῶν. Itidem apud Lucianum in Vit. auct. ἀγοράζω quærenti, πόσου δέ ἐστι; Quanti pretii est, Quanti venit? respondet Mercurius, εἴκοσι μνῶν. vt apud Terentium, Quanti emit? viginti minis. Item sine verbo apud Athenæum lib. 6. — πόσου Ὀλοβρᾶξ; respondet piscator, δέκ' ὀβολῶν. Interdum autem habens similem vsum ei quem πόσου habet ibi cum πείαιο, dicitur ὅτι πόσῳ, vt paulo antè docui: velut apud Xenophontē Pæd. 3, ὅτι πόσῳ αὐ ἐθέλοις πὴν γυναῖκά σου ἀκοῦσαι ὅπ σκυθρωπεῖς, Quātī velles vt, Quātī redimeres vt? &c. Sic Plato, ὅτι πόσῳ αὖ τις δέξαιτ' αὖ ὑμᾶς, Quæ Cicero sic, Quanti tandem æstimatis? Item, μέχρι πόσου; In quantum? Quousque? Quonamusque? Item plur. num. Xenoph. Pæd. 3, πόσα αὖ μοι χρήματα δοίης ὥςπ ἢ γυναῖκα ἀπολαβεῖν; pro quo Latinè potius Quantam pecuniam, Quantam pecuniæ vim. ‖ Pro Quantus accipitur & citra interrogationem, aut saltem in minimè directa interrogatione, vt & πόσος. tunc autem est relatiuum τῷ πόσος. vt μέχρι πόσου, In quantum, Quousque, Quonamusque. Apud Gell. lib. 1, cap. 3, εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ τῷ δίκαιον, καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα, An contra ius contrave morem faciendum pro amico sit, & in qualibus & in quibus causis & quémnam adusque modum, Quonamusque debeamus contra legem cōtráque ius pro amico progredi. Vtroque enim modo ipse interpretatur. Sic τὸ πόσον dicitur pro ἡ ποσότης, Quantitas: vel potius τὸ ποσόν. ‖ Interdū DICITVR Πόσος πς, vacāte particula πς, vt & in ποῖός πς: idque tam in interrogatione quàm citra interrogationem: itidem pro Quantus. Isocrates, πόσην τινὰ χρὴ νομίζειν, Quātam. Quo ferè modo Cic. Pro Deiot. Cuius tanti sceleris fuerit. Aristoteles in Probl. sect. 5, διὰ τὴ πλείων δοκεῖ ἡ ὁδὸς εἶναι ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν ὁπόσοι πς, ἢ ὅταν εἰδότες. Itidem lib. 7 Polit. B.

Πόσοι, Quot? vt apud Plutarchum in Apophth. πόσοι εἰσὶ Σπαρτιάται; respondet Lacon, ἱκανοὶ τοῖς κακοῖς ἀπαμύνειν. Quot sunt? tot quot sufficiant arcendis improbis. Item cū δὴ ὅτε apud Demosth. πόσοι δή ποτε ἦσαν; quótnam tandem erant? Pro Quot accipitur & in minimè directa interrogatione. Latinè dicitur etiā Quàm multi. vt apud Saluft. Immane dictu est quāti & quàm multi mortales postea ad Pompeium discesserint. ‖ Exponitur etiam Quotus. ITEMQVE Πόσος πς pro Quotus accipi tradunt. NECNON Πόσ' ἅπα, (vt ποῖ' ἅπα) Quótnam? Aristot. in 4 De cælo, φανερὸν ἔσται καὶ πόσα ἅπα καὶ ποῖ' ἅπα ὄντα. Idem addit & δή, in 5 Ethic. πόσ' ἅπα δὴ ὑποδήματα; quótnam? Ex hoc autem Πόσος significante Quot, COMPOS. Ποσῆμαρ, Quot dies, seu Per quot dies, Quot diebus, ὅτι πόσας ἡμέρας, seu πόσας ἡμέρας. vtroque enim Eust. modo exponit, Il. ω, — ἀβρεκέως καὶ πάλεξον Ποσῆμαρ μέμονας κτερεϊζέμεν Ἕκτορα; Existimatur etiā poni pro Quoto die, vt αὐτῆμαρ, Hoc ipso die, ὀνῆμαρ, Nono die. vt fit à πόσος signif. Quot. à quo DERIV. ET Πόσος, Quotus? cui respondent, ὀλιγοστός, πολλοστός, item πεζῆτης, δεύτερος, & quæ sequuntur. Apud Xenophontem Pæd. 4, καταπόνησον πόσῳ αὐτῆς μέρει πάντα μαχόμενοι νενικήκαμεν. VNDE Ποσημόριον, Quota pars? Quotæ partis? cui respōdet, ποσημόριον, πεπρωτημόριον, & similia. ITEM Ποσαῖος, Quoto die, Quot diebus, Quot dierū spatio. Xen. P. 5, p. 76, ποσαῖος αὖ σὺ πὴν σραπυμαπ ἐκεῖσε ἀφικοίμην; respōdet Gadatas, οὐκ αὖ δίγαιο μεῖον ἢ ἐν ἑξ ἢ ἑπτὰ ἡμέραις ἐνθεῖν πρὸς πὴν ἐμὴν οἴκησιν. Itē ποσαῖος πάρει; Quādiu est ex quo huc venisti? Quot dies elapsi sunt ex quo aduenisti? Diog. Laertius p. 278, πισαῖος πάρει ἀπὸ τοῦ ἔρχεσθαι; verba Diogenis ad quendam qui de meteoris differebat. Ex eodem πόσος significante Quotus, DERIV. Ποσαπλάσιος, Quotuplex? cui respōdetur διπλάσιος, τριπλάσιος, πολλαπλάσιος, & similia. AT Ποσαπλῶς Suid. & Hes. exp. πολλαχῶς, ἀναριθμήτως.

Suidas etiam ποσαχῶς. In v. l. HABETVR ET Ποσαπός, οῦ, Quotus: ET Ποσαπῶς, Quàm multipliciter, ποσάχως, sed sine exemplis. Ab eodem Πόσος sunt & ADVERB. Ποσάκις, Quoties. quo Plato vtitur epist. 7, & Matth. Euāg. At numerus ποσάκις πόσος ποσάκις dicitur Quoties quot? quoties, vel Numerosè numeratus numerosè. ITEM Ποσαχῇ, Quot in locis? ET Ποσαχῶς, Quótnam modis? Aristot. At Hesychius exponit nō solùm κᾷ πόσοις ϐόποις, verumetiam πολλαχῶς, id est Multis modis. Hæc autem pertinent ad eam quantitatem quam dialectici discretam appellant.

ATVERO Ποσός, Aliquantus, Aliquantulus, Certæ cuiusdam quantitatis. Et ὀλίγα ποσόν, Aliquantum, Ad certam quantitatem & mensuram. vt ὀλίγα ποσὸν ἐψηθείς. quod alias redditur Aliquantulum decoctus, Leuiter decoctus. Itidem pro Aliquantulum accipit Bud. apud Luc. νῦν δὲ αἱ ἔρχονται μὴν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐρρωμένως, καὶ πρὸς ἔρχονται ὀλίγα ποσόν, οἱ μὲ ὀλίγα ποσὸν ὀλίγον, οἱ δὲ ὀλίγα πλέον. Nisi malis Aliquousque, Ad certum quoddã spatium. Sæpe additur & πς, vacans tamen alioqui ea particula. vt apud Herodot. ποσόν τι, Certa quantitas. Sic Gaza ποσῷ τινι χρώμενος οἴνῳ vertit, Certa quadam vini mensura. Item τὸ ποσὸν dicitur pro ἡ ποσότης, Quantitas. Aristoteles De part. anim. libro 3, cap. 5, ἡ δὲ ὑφολὴ δίδοσι καὶ τὸ πρὸς ποῦ καὶ πρὸς ποιῶ. Vbi Gaza, Quantitate & qualitate, Modo & genere. Item κᾷ τὸ ποσὸν, Ratione quantitatis, Ratione modi. Aristot. Polit. 5, εἰ μὴ μόνον κᾷ τὸ ποσὸν ἀλλὰ καὶ κᾷ τὸ ποιὸν αὐξάνοιτο πρὸς τὸ ἀνάλογον. Item εἰς τὸ ποσὸν, ad quãtitatem. VNDE Ποσῶς, Aliquantulum, Aliquatenus. vt ποσῶς σύφων. quod expon. etiam Leuiter. sicut ὀλίγα ποσὸν itidem nonnullos reddere Leuiter, paulo antè annotaui.

C. Ἄποσος, ό, ὸν ἡ, Quantitatis expers: vt ἄποιος dicitur qui qualitatis expers est. Hesychius Ἄποσον exponit τὸ ποσότητι ἢ μέτρῳ οὐχ ὑποπίπτον: Suid. etiam ἄμετρον.

Ποσότης, ητος, ἡ, Quantitas: mensura modúsque vniuscuiusque rei. Vitruu. lib. 1, cap. 2, Hæc (Ἕξις videlicet, id est ordinatio) componitur ex quantitate, quæ Græcè ποσότης dicitur. Quantitas autem, est modulorum ex ipsius operis sumptione, singulisque membrorum partibus, vniuersi operis conueniens effectus. Vide & Ποιότης.

¶ Ὁπόσος, ό, Quantus: relatiuum τοῦ πόσος & πόσος: in metro autem DICITVR Ὁππόσος quoque. Odyss. ξ, Εἴπης ὁππόθεν ἐσσὶ καὶ ὁππόσα κήδε' ἀείσας. (vbi reddere etiam queas Quot quantáque) Philostr. in Heroic. ἦσαν ὁπόσην εἶπον ἀπεπρίευσε, insulã quantã dixi. Itē aliquis interrogat ὁπόσου veneat aut redimatur aliquid. Apud Ath. l. 6, — πρὸς ἐλθὼν ἤρετο Ὁπόσου, quanti veniret. Vbi subaudiri potest ὀδοῖ, vt in simili loco quem in Πόσος citaui. Xen. Pæd. 3, λέξον μοι ὁπόσου αὖ πρίαιο ὥστε πῶς μανθάνοις ἀπολαβεῖν. Affertur præterea ὁπόσον ὀδοῖ, Quãtum valet. At ὁπόσον πλείστη, quanta maxima. quo vtitur Gaza apud Ciceronẽ, imitatus Xenoph. qui in Œcon. dicit, λαβόντες ὁπόσον δύνανται πλεῖστον, ἀγόρασον αὐτὸν ὀβολῷ τῆς θαλάττης. Adduntur interdum particulæ ὁῶν, ὁήποτε, πεοῶν. Nam DICITVR Ὁπόσοεοῶν, ET Ὁπόσοτε ὁήποτε, ET Ὁπόσοτεοῶν, pro Quantuscunq;, Quantusuis, Quãtuslibet. vt ὁπόσονοῦν χρόνοι, Quãtumuis tẽporis. ὁπόσον δὲ βάρος, Quantumliber graue pondus, Aristot. Item Demosth. ὁπόσῳ ὁήποτε ἀργυρίῳ καθαρὸς τὴν ἀγορὰν. Et Lysias, ἀναπωμένῳ αὖ ὁπόσον νοεοῶν πριάμενος παρ' αὐτοῦ ἀπελθόμην, Quãticũque emẽtes, Quantolibet pretio. Ὁπόσος pro Quantuscunque capitur præcedente etiam ἄλλος. vt apud Greg. καὶ πῶς εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπεύει, πῶς τε ἄλλοι ὁπόσοι, καὶ πῶς ἐν τοῖς ὀπισθολιμαίοις σωθήσεται, tum aliam quantãcunque, tum &c. ‖ Sicut verò πόσοι discretæ quoque quantitatis significatiuum est, ita etiam Ὁπόσοι significans Quot. Xenophon Pæd. 4, pag. 64, ἤρξαντο συμμάχοις οὐχ ὅσοις σὺ ἔπεισας, ἀλλ' ὁπόσοις ἐγὼ πλείστοις ἐδυνάμην. vbi ὅσοι & ὁπόσοι eadẽ significatione vsurpauit. Demosthen. in Mid. αὖ τε δεκάσεις, αὖ τε χιλίους, αὖ θ' ὁπόσους αὖ ἡ πόλις καθίσῃ. Item ὁπόσας δὴ, pro Aliquot, Nescio quot. vt ὁπόσας δὴ ἡμέρας ἀποστῆν, Nescio quot dies à cibo abstinere, Aliquot dies. Bud. Item Ὁπόσοι αὖ, Quotlibet, Quotcunque. ‖ Interdum verò non tã reddi potest Quotquot, quàm Qui. Luc. πολὺ ὀλίγον πούτων ὁπόσοι μεθῆκαν. Idem, ὁ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω ὁπόσα τοῖς ἀνθρώποις ἀνάπειδεις καθ' αὑτοῦ ἢ κατ' ἀλλήλων ἐρᾷ ἐνθαῦ. Quomodo ET Ὁπόσοιωρ vsurpatur à Plat. πολὺ αὖ ἐν αὐτῇ πᾶς διαφορᾶς εἰδῆ πάσας ὁπόσαιωρ ἐν εἴδεσι κεῖνται, Quotquot quidem, Quæ quidem. Quibus addi potest & hic locus Luciani, δός μοι τὴ γυναῖκα σου γυναῖκα ἔχειν, πολὺ ὀλιγοδεεστέρω πούτων ὄντι ὁπόσα γε ὀλίγα τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς κτήμασι. Nisi potius reddendum, Quantum quidem attinet, Quod quidem pertinet ad fortunas. vel, Si ea spectes quæ ad fortunas attinent. Similem vsum habent ὅσα γε & ὅσον γε.

C. Ποδοκρυστία, ας, ἡ, Pedum plausus seu complosus. Strab.

C. Ποδονιπτήρ, ῆρος, ὁ, Peluis in qua pedes abluuntur, Pelluuium. Legitur apud Athenæum lib.11. AT VERO Ποδόνιπτρον dicitur ipsa aqua qua pedes abluuntur. Vide Νίπτρον. Sed dicitur & Ποδανιπτήρ & ποδάνιπτρον.

C. Ποδοσράβη, ης, ἡ, dicitur βασανιστήριον ὄργανον ἐν ᾧ τροβλοῦνταί τις δεσμούμενος τοὺς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Sic appellatum διὰ τὸ τρέφειν πόδα, vt scholiast. Demosthen. tradit. Hesychióque itidem τὸ γιγνόμενον τοῦ τὰ τρέμματα τῶν ποδῶν. Idem cum ποδοκάκη vt Aristoph. scholiast. tradit & Suid. apud quem legitur hic locus, ἐν ποδοσράβαις τοῦ τοῖς βόθροις ἐνειργόμενοι ἐκπίνοντο. Vide & Δακτυλήθρα. ‖Itẽ instrumentum medicum quo artus luxati reponuntur: Polluci τὸ τὰ τρέμματα καταθυμῶον. dicit autẽ à comicis sic vsurpari. ‖ Item Tendicula qua cerui capiuntur. ἢ τοῖς ἐλάφοις ἱστανμένη πάγη, vt Hesych. tradit. Xen. Cyneg. pag. 578 meæ edit. ἱστανται δὲ καὶ ποδοσράβαι τῶν ἐλάφων ἐν τοῖς ὄρεσι τοῦ τοῖ λειμῶνας. De structura autem eiusmodi tendicularum vide ibidem & apud Poll. lib. 5, c. 4, vbi & ποδαγρέτας appellat.

C. Ποδοτόβαλος, Pede rotam circumagens, id est Figulus. ὁ τῷ ποδὶ τὸν κεραμικὸν τροχὸν κινῶν. Hesych.

C. Ποδίκροτος, Pedibus plaudens, Pedes complodens, Epigramm.

C. Ποδανιπτήρ, ῆρος, ὁ Pelluuiũ. idẽ cum ποδονιπτήρ. Aristot. Polit. 1, c. 8. AT Ποδάνιπτον, vt ποδόνιπτον, ipsa aqua dicitur qua pedes abluuntur. idẽ cum πλῦμα, νίμμα, ἀπόνιμμα, νίπτον. Homer. Odyss. οἰσοιδύπη ποδάνιπτρα. Porro sicut dicitur βοῶν ὀπιβουκόλος αὐτὴρ, & οἰνοχοῶν οἶνον, sic idem Hom. Od. τ, v. 340, dixit ποδόνιπτρα ποδῶν, vbi tamẽ Eustath. exponit non solùm τὸ ὕδωρ ᾧ πόδας νίπτουσι sed etiam νίψις ποδῶν.

C. Ποδανωμαία, ας, idẽ cum λαμψηρὰ πόδας νωμάω, Velociter agilitérque pedes inter currendum moueo. id est Citato pede curro.

C. Ποδαβρός, οῦ, ὁ, Qui mollibus delicatísque pedibus est. ὁ τοῖς πόδας ἁβρός. Ex Themist. Sed legendum putant ποδαγρός.

C. Ποδάγρα, ας, ἡ, Pedica seu tendicula qua ferarum pedes illaqueantur: quæ ET Ποδάγρεια nominatur & ποδοσράβη. Pollux lib.5, cap. 4. vbi eius descriptionẽ vide. Xenophon Pæd. 1, δουλοῦσι τῷ αἰγείοις πλέγμασι καὶ ὀρύγμασιν, ἐλάφοις ᾗ ποδάγραις καὶ ἀρπεδόναις. Et apud Plutarch. in Erot. θήρεσιν ἔπηξε ποδάγρας. Et apud Suidam, τῶφρος ὤρυξε, καὶ ποδάγρας ὑφῆκεν ὡς θηρίοις, τοῖς πολεμίοις. ‖Ποδάγρα

πάγρα dicitur etiam arthritis pedum, quum pedum articulos noxius humor infestat: sicut si manuum articulos idem morbus occupet, χειράγρα vocatur. Athen. lib.11, καταπεινόμενον ὑπὸ ποδάγρας πλείους ἡμέρας. vt apud Cic. Doloribus podagræ complures annos cruciari. & Ardere podagræ doloribus. Plutarchus, ποδάγρας ἀπαλλάττει. vt apud Ouid. Soluere nodosam podagram.

VNDE Ποδαγρὸς ET Ποδαγρικὸς, ός, ὄν, Qui podagra tentatur, Qui podagra laborat: Podagricus, Plinio: Podager, Claudiano. Plautus verò dicit Podagrosi pedes. Ποδαγρὸς ex Epigramm. affertur: ποδαγρικὸς autem passim apud medicos occurrit, Diosc. præsertim. Item τὰ ποδαγρικά, sub. πάθη, Podagrici dolores, seu Morbus podagricus, Podagra. vt Theophrastus Historiæ plant. lib. 9, cap. 10, dicit mandragoræ radicem vtilem esse πρὸς τὰ ποδαγρικά. quam Dioscor. generaliter dicit τῶν ἄρθρων πόνοις πάνυ. Idem verò Diosc. lib.5, c.138, ποδαγρικὰς δυνάμεις vocat medicamenta quæ podagrã si non soluere, at saltem lenire possunt. vt apud Horatium fomenta iuuãt podagram, apud Ouidium autem, Soluere nodosam nescit medicina podagram. In v. l. habetur ETIAM ποδάγρης, ου, ὁ, itidem pro Podager seu Podagricus, Qui podagra laborat. Sed non nominatur autor, nec affertur exemplum. ITEM Ποδαγράω, SIVE Ποδαγριάω, ῶ, Podagra laboro, Podagricus sum. Vtrunque legitur apud Plat. in Alcib. minore, p. 310, ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν νοσοῦντα ποδαγρᾶν, ἢ πυρέττειν, ἢ ὀφθαλμιᾶν; Et paulo pòst, οὐ μόνον οἱ νοσοῦντες πάντες πυρέττουσιν, οὐδὲ ποδαγρῶσιν, οὐδὲ γε ὀφθαλμῶσιν. Et apud Dionem, δ' ἑνὸς ποδαγρῶν. Sic apud Aristoph. in Pluto metrum exigit vt legamus, — παρ' αὐτῷ γὰρ (nimirum Pluto) ποδαγρῶντες — εἰσίν. quam scripturam schol. quoque agnoscit, afferens tamẽ & aliam metro repugnantem, nimirum ποδαλγοῦντες. notum autem est ditiores præsertim & τοῖς τρυφεροῖς καὶ ἁβροδιαίτοις, hoc morbo tentari: vnde & locuples podagra à Iuuen. dicitur satyra 13. Posteriore verbo ποδαγριᾶν vtitur & Diosc. l.2, c.39, de pulmone marino, ποδαγριῶντας καὶ χιμετλιῶντας ὠφελεῖ καταπλασσόμενος.

C. Ποδαλγὴς, έος, ὁ & ἡ, Dolore pedũ laborans, Quem pedũ dolores cruciant, Qui ex pedibus dolet. vt κεφαλαλγής. ET Ποδαλγὸς pro eodẽ, vt κεφαλγός. Greg. δύο ποδαλγοὶ τοῦ φερόμενοι. ITEM Ποδαλγικὸς, ου, ὁ, idẽ significãs. Diosc. l.3, c.150, de androsarce, καταπλάττεται ᾗ ἐν ὀπὶ ποδαλγικῶν ὠφελίμως. Vnde Plin. l.27, c.4, Datur & podagricis illinitúrque. Idem igitur significant ποδαλγὴς, siue ποδαλγὸς, & ποδαλγικὸς, cum ποδαγρὸς seu ποδαγρικός. SIC Ποδαλγία, ας, ἡ, Pedũ dolor, Podagra. Chrysost. ἢ ποδαλγία ἢ φθόη τινὶ ἢ ἑτέρᾳ νόσῳ καταπιλημμένος. ET Ποδαλγέω, ῶ, Pedum dolore seu podagra laboro. Idem cum ποδαγρέω seu ποδαγριάω, quod vide.

C. Πέδαργος, ου, ὁ, Celer pedibus, Virg. πόδας ἀργὸς, seu πόδας ὠκὺς, Homero. Apud eundẽ est nomẽ propriũ equi Hectoris: ET Πεδάργη, ης, ἡ, equæ itidẽ nomen, à pedũ pernicitate appellatæ. illud, Il. Ψ, v. 185, hoc verò, Il. π, v. 150. AT Πεδαργία non signif. Pedum pernicitas, verùm Pedũ dolor, Podagra: Atticè vsurpatũ pro ποδαλγία: sicut γλωσσαργία & γλωσσαλγία idẽ significant, nimirum Loquacitas, Lingua loquax. Vide schol. Aristoph. initio comment. in Plut. ITEM Πεδάργης apud Hesychium λευκόποις, παχύς. nã ἀργὸς capitur & pro Albus & pro Celer.

C. Ποδάρκης, Pedibus valens, Celer. Il. α, ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. pro quo alibi πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

C. Πόδαυρος. vnde apud Hesych. πεδαυρου, ἐρρωμένου τοῦ πόδας. pro quo fortasse scribendũ ποδάρκου. sicut idem ποδάρκης exp. ὠκὺς τοῖς ποσὶν ἀρκεῖν δυνάμενος. Aliàs πόδαυρος significaret Qui pedum celeritate auras seu ventos æquat: quomodo ἀελλόποις dicitur & πνοόποις, necnõ ποδώκεμος seu ποδάνεμος.

C. Ποδηγὸς, οῦ, ὁ, (pro quo DORICE Ποδαγὸς) Pedũ ductor, hoc est Qui pedibus viã mõstrat præeũdo. idem cum ὁδηγὸς, Dux. Suid. expon. παιδαγωγός. In Epigr. ποδηγὰ πόδων ὠκύπτερα, alæ amorũ duces. Pro ὀπαδός, Assecla, Camer. ex Sophocl. Antig. Ἐγὼ δ' ὦ πόδαγὸς εἰπεῖν πόσι. Apud eundẽ Suid. HABETVR Ποδηγέτερον cõp. gradu, quod exp. ὁδηγοπκώτερον. qui cõparatiuus à ποδηγὸς irregularis est, vt ἀφνειέστερος ab ἀφνειὸς, teste Eust. ET VERB. Ποδηγέω, ῶ, idem cũ ὁδηγέω, Viã pedibus mõstro, eos veluti deducẽdo. Vnde apud Hesych. Ποδηγῶν, ὁδηγῶν, παιδαγωγῶν. nisi fortè est genit. plur. à ποδηγός. Plato ep. 7. αὐτὸν χωρεῖς δ' δεῖξαντος ποδηγεῖν, Se absq; viæ indice dirigere, seu Gressum suũ dirigere absq; indice viæ & duce, vt ii qui norũt quà eundũ sit, nec duce egent. Galen. ἡ τῶν ἀρεθέντων ἔνδειξις ἐποδήγει με. Pass. Ὁδηγέομαι, οῦμαι, Deducor & dirigor, viã faciẽs. Vel, Ducor ab aliquo præeunte, & pedes meos veluti ducente. 1. Via mihi mõstratur, Ducor. Galen. ἐγὼ μὴν ἐμαυτοῦ δεῦρον αὐτὰ τοῦ λόγου ποδηγούμενος, ratiocinatione me ducẽte. Et in Eccles. hist. τόπον μὴ οὐῶν τὸν τόπον οὗτοι πρὸς ἀσωτείαν ποδηγηθέντες τῆς σωτηρίας μετέλαχον. Et Athen. l.12, ὑπὸ τῆς φῆς εἰς ὕβριν ποδηγηθέντες. VNDE Συμποδηγῶ, Vnà duco, seu deduco, & viam cõmonstro. Apud Lysiam legitur ETIAM Ποδηγὴς, p.88, ὅστις ἐν τοῖς δωματίοις ποδηγὴς κατέπεσεν ἀνθρ, de adultero loquens. nisi sit ποδήρης. vel ποδηγὴς, pedibus è lecto detractus. Bud.

C. Ποδηγέτης, ου, ὁ, idẽ cum ποδηγός. Lycophr. ποδηγέτης σκότου λαμπτήρ, fax deductrix pedum in tenebris. VNDE Ποδηγετέω, ῶ, idem quod ποδηγῶ. Synes. epist. 142, φιλοσοφίᾳ χρώμενος εἰς τὸ θεῖον ποδηγετοῦσα, philosophia ad Deum ducente. Philo De vita M. libro 3, εἰ μὴ καὶ θεῖον τῷ πνεῦμα τὸ ποδηγετοῦν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, nisi eum diuinus spiritus ad veritatem deduxisset. Idem lib.1, οἷς ποδηγετούμενος, quibus deductus.

C. Ποδηνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Ad ipsos vsque pedes dependens. vt ποδηνεκὲς δέρμα, & ποδηνεκὴς ἀσπίς. id est ἡ ποδήρης, ἢ ἀιδρομήκης, ἢ ἀπὸ ἄνω μέχρι τῆς ποδῶν ἐνεχθεὶς τοῦ φορέντος, vt Eust. exp. quemadmodum & Hesych. ποδιωνεκὲα dicit esse βαθεῖαν, ὥστε ἀπὸ τῆς ποδῶν μέχρι αὐχένος διικνεῖσθαι. Il. ο, Τὼ (videlicet ἀσπίδε) -αὐτὸς φορέεσκε ποδιωνεκὲς ἔγκος ἀκόντων. quibus verbis indicat, clypeum tãtæ fuisse altitudinis vt totum corpus à vertice ad imos vsque pedes tueretur contra immissas sagittas.

C. Ποδιώκεμος, ου, ὁ & ἡ, Pedum pernicitate ventos æquãs, idem cum ἀελλόποις & πνοόποις. Il. ε, Ἐν δ' ἵππους ἔσπασε ποδιώκεμος ὠκέα ἕλης. AT Ποδάνεμος nomen proprium apud Xenoph. Hell. 5, p. 319.

C. Ποδήρης, εος, ὁ & ἡ, idem cum ποδιωκὴς, Ad ipsos vsque pedes promissus, Ad ipsos pedes pertingens, seu deperidens. Xenoph. Pæd. 6, σὺν ἀσπίσι τοῖς ποδήρεσι: quas Homerus ποδιωκείας vocat. Plutarch. ποδήρης πώγων καθεῖται, barba ad talos vsque promissa dependet. Sic ποδήρης χιτὼν, rursum apud Xenoph. quemadmodũ & Pausanias Attic. ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθόνδεσιν ἐν χιτῶνι ποδήρει. Athenæus lib.12, χιτῶσι ποδήρεσι χρώμενοι. aliquanto pòst, χιτωνίσκον ἐνδεδυκὼς ποδήρη. Hieron. in comment. in Ezech. c.9, Ποδήρη autem quod LXX transtulerunt, vna ex octo vestium est pontificis, quæ Latinè dicitur talaris: & ex eo quòd ad pedes vsque descendat, hoc sortita vocabulum est. Affertur & ex Apuleio, Poderem tunicam sumens. ‖At ποδήρης ναῦς dicitur ἡ ἐρεσσομένη ποσὶν, id est κώπαις, Eustath. & Hesych. Vbi etiã NOTA Ποὶ ab eis pro remo accipi, vt nõnullos apud Plautum per nauales pedes intelligere remos testatur Camer.

C. Ποδορώρη, epitheton Atalantes, quasi ἡ τοῖς ποσὶν ὁρμῶσα: compos. ex ποὶ & ὀρούω. vt in lexico meo vet. traditur. Apud Callimachum autem hymno in Dianam, v. 115, legitur, — ποδορρώλω Ἀπαλαίτῳ. vbi & scholiastes exp. τῷ τοῖς ποσὶν ὀρούουσαν καὶ ὁρμῶσαν: à NOM. Ποδορρώρη. Sed fortasse scribendum ποδορρώρλω.

C Ποδοχέω, ῶ, Clauum teneo, Ad gubernaculum nauis sedeo. vnde ποδοχῶν apud Pollucem lib.1, id est, ὁ ὅπῃ τῷ οἰάκων καὶ θωθμοῦ, ὁ ὅπῃ τοῖς οἴαξιν ἐστηκώς, qui & ἡνίοχος τῆς νεώς, & ὁ ἡγεμὼν τῆς νεώς. frequẽtius κυβερνήτης. Affert verò hoc ποδοχῶν ex Antiphonte, sed addens, se malle DICERE Ποδηγῶν. cui ποδηγῶν respondet magis ὁ ἡγεμὼν τῆς νεώς, qui nauem ducit, seu nauis veluti pedes dirigit. Illud autẽ ποδοχῶν est ab ea signif. NOMINIS Ποὶ qua ponitur pro clauo seu temone & gubernaculo nauis, τὸ πηδάλιον, ὁ οἴαξ.

C. Ποδώκης, εος, ὁ & ἡ, Pedib° celer, Virg. πόδας ὠκὺς, H. Il. ζ,

Τὰς Εὔμηλος ἐλάσσονε ποδώκειας. Il. κ, Ὅς δὴ τοι εἶδος μὲν ἐῴκει θεοῖς ἀθανάτοισι, ἀλλὰ ποδώκης. Vritur & Plutarchus in Fabio Ἀλλ' ὀρθοκαστάτην δ' εἶναι ὠΐ Ἰσίρων, ἀΐδρεις ἐλαφροὶ καὶ ποδώκεις. Itē Thucydides suprà in Ποιὰ, Col. 503, litera F. SVPERL. Ποδωκικέστατος, Pedibus celerrimus, Pernicisimus. ex Apoll. Sed annotāt ibidem SCRIBI ET Ποδωκιέστατος in quibusdam exemplaribus. Apud Suidam habetur ETIAM Ποδώκεια, ἡ ταχύτης, quod erit à Ποδῶκυς aut Ὠδόκυς, vt ἄδρομος, ἄτραχος. ‖Aliàs Ποδωκεία, SIVE Ποδωκείη Ionicè, substantiuum est, & significat Pedum pernicitas, Pedum agilitas, Pedum mobilitas. Il. β, Ὅς Τρώων σκοπὸς ἦεν ποδωκείῃσι πεποιθώς. Et apud Hesych. ποδωκείη, τῇ τῶν ποδῶν ἰσχυτῇ. Eiusdē significat. EST Ποδωκία. Bud. ex Xenoph. καὶ ἡ ποδωκία τοῖς τὸ ἀμβλυωπεῖν συμβάλλεται.

C. Ποδωνιχνοῦς, τὸ, Vestis qua vtebantur in sacris Pandrosi. v. l. Apud Hesych. verò hæc LEGVNTVR, Ποδωνυμος, ἐσθὴς ἱερὰ τῆς Παιδρόσου.

C. Ἀγκυλόποις δίφρος, (inquit Cam.) ab operis (vt videtur) & figuræ expressione apud Plu. in Mario, Sella curulis. Δύο γὰρ εἶσι τοῦ ἁρματοποιοῦ ἡ μὲν, ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀσκωλοπόδων, ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χειματίζουσι, ἔχουσι τοὔνομα τῆς ἀρχῆς· τὴν δ' ὑποδεξέραι δημοτικὴν καλοῦσι. Loquitur autem de ea ædilitate quæ à Cicerone & Liuio vocatur Curulis ædilitas.

C. Ἀερσίποις, ὀδοῦς, ὁ & ἡ, Pedes inter currendum agiliter tollens, Agilis, Celer. Il. γ, ἵππον ἀερσίποδες. vbi schol. ταχεῖς, εἰς ὕψος τοὺς πόδας ἀείροντες, id est Celeres, Altè attollentes pedes.

C. Ἀκαμαντόποις, Indefessis pedibus currēs. Pind. Olymp. 10, ἀκαμαντόποις ἀπήνᾳ, currus indefessi cursus. Camer.

C. Ἀντίπους, Oppositos pedes habens, Aduersa vestigia ferens. Ἀντίποδες (qui ET Ἀντίχθονες) q. d. Aduersipedes, vocantur qui pedibus nostris oppositos seu aduersos pedes habent. Cic. in Academ. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντίποδας vocatis? Plin. l. 2, cap. 45, Ingens hic pugna literarum, contráque vulgi, circunfundi terræ vndique homines, conuersisque inter se pedibus stare, & cunctis similem esse cæli verticem, ac simili modo ex quacunque parte mediam calcari: illo quærente cur non decidant contrà siti. Lib. 6, cap. 22, antichthonas appellat.

C. Ἄπους, Pedes non habens, Cui pedes nulli sunt. Est autem prima (inquit Cam.) hac in cōsideratione animaliū distinctio, aliud esse ἀπεῶν, vt serpentū genus: aliud ὑποπόδων, vt gradientiū. quæ & in primo θεραπευτικῆς nomina leguntur, ἀπαντῶν ἢ ὑποπόδων ὄφιν, ἢ ἀπεῶν. Rursum τὰ ὑποπόδια aut sunt δίποδα, quemadmodū homines scimus bipedes esse & aues: aut πολύποδα, vt τὰ τετράποδα, quadrupedes animantes, & cancros, ac vermes, & quæ ἕρπετα vocantur. Idē alibi, Et ἄποδες aues, vel omnino sine pedibus, vel cum breuissimis. Philo De vita Mosis lib. 1, ἀπόδων nomine intelligit serpētiū seu τῶν ἑρπετῶν omne genus, quorum ἡγεμονικώτατον ait esse draconem. Luc. apem quoque ζῶον ἀπεῶ vocat: quemadmodum, Probo Priscianóque testibus, à Latinis quoque Apes dicuntur quòd sine pedibus nascantur: innuente id & Virg. Georg. 4, vbi ait, Trunca pedū primò, mox & stridentia pinnis. Est & hirundinū genus ἀπεῶν, Aristot. Hist. anim. l. 9, c. 30. Plin. lib. 10, cap. 39, Plurimum volant quæ apodes, quia careant vsu pedum: ab aliis eypseli appellantur, hirundinum specie. Et mox, His quies nisi in nido nulla: aut pendent aut iacent. Et lib. 11, cap. 47, Qui negant volucrē vllam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere. Visæ iam etiam serpentes anserinis pedibus. Itē statuæ ἄποδες, quarum pedes temporis longinquitas aut vis absumpsit. Plut. in lib. an seni administr. resp. τῶν ἑρμῶν τοῖς θερισβυτέροις ἄχρας καὶ ἄποδας. VNDE Ἀποδία, ας, ἡ, Defectio pedum, Cam. ex Aristot. lib. 4, De part. anim. Idem alibi, Εὐποδία, integritas pedum: ἀποδία, vel pedes nulli vel eorum vsus ademptus.

C. Ἀργίποις, Qui vel albis vel velocibus pedibus est: idem CVM Ποδάργης seu πόδαργος. Soph. ἀργίποδας κρουοὺς αἰεὶ, id est λευκόποδας: vel ἰσχύποδας. Phocyl. ἀρχίποδιν ἢ λείψανα λεῖπε κυσίν.

C. Ἀρίπους, Qui integris pedibus est. ὁ οὐ χωλὸς ἢ πηρὸς τὸν ἕτερον πόδα, seu ὁ ἄρτους τοὺς πόδας. Luc. ὀξυδερκὴς τὸν τρόπον καὶ ἀρίποις γίγνομαι πρὸς μόνον τὸν καιρὸν τῆς ψυχῆς. Plato l. 7 De leg. p. 277, morem improbans eorum qui dextris sinistrisque partibus non æquè vtuntur, ὅπως ἀρίποδες καὶ ἀρίχειρες παίτες καὶ πᾶσιν γίγνοιντο. Videtur igitur ἀρίποδων & ἀρίχειρων nomine accipere qui vtroq; pede & vtraque manu æquè agiliter vtūtur, quales sunt οἱ ἀμφιδέξιοι, ambidextri. quippe in quibus neutrum membrum per desuetudinem debilitatum sit.

C. Αὐτόποις, Qui suis ipsius pedibus iter facit. Itē, Qui nō indiget ποδηγοῦ nec ὀχοῦντος, Suis ipsius pedibus absq; duce incedens. Luc. in Tim. ὁπόταν δὴ οἰκεῖ αὐτόποις βαδίζῃς, πῶς οὕτω τυφλὸς ὢν οὐδείσκεις τὴν ὁδόν; ἢ πῶς διαγιγνώσκεις ἐφ' οἷς αἴσθε ὁ Ζεὺς ἀποστέλλει; verba Mercurii ad Plutū: Quū tuis pedibus incedis, seu propriis pedibus, & ducente nemine. Cam. VNDE Αὐτοποδία, ας, ἡ, Quum quis suis ipsius pedibus iter facit, nec equo vel curru vehitur aut naui. vt Latinè, Pedibus ire, Pedibus proficisci, Pedibus peruenire, Pedibus transire seu trāsmittere. vnde apud Dionem αὐτοποδία iter facere seu ingredi, quod Cicero & Liu. atque alii dicunt, Pedibus. quo sensu accipitur & aduerb. αὐτοποδηί, cuius mentio fiet infrà.

C. Βλαισόποις idem cum βλαισός, Qui distortis tibiis ac pedibus est.

C. Γυμνόποις, Qui nudis pedibus est, Nudis pedibus incedens seu iter faciēs. αὐτόπους. VNDE Γυμνοποδία, ας, ἡ, Nudis pedibus incedere. Γυμνοποδίας tradunt fuisse choros puerorum Spartanorum qui nudis pedibus cum tripudio laudes deorū canerent, in honorē Spartanorum qui pro patria in Theræis ceciderant. ETIAM Γυμνοπαιδίον, Saltationis genus, à nuditate pedum. ITEM Γυμνοποδέω, ῶ, Nudis pedibus incedo. γυμνὸς βαίνω, Suidæ. (pro quo & αὐτοποδοτέω) Gre. p. 205, de discipulis Domini. Quidā ann. γυμνοποδεῖν esse φ Hier. l. 1 in Iouin. dicit Nudipedalia exercere. Sic apud Tert. in Apolog. c. 40, Nudipedalia denūtiare. Nudipedalia igitur fuerint γυμνοποδίαι, vt χαμευνίαι, quum humi cubabatur: quod in clade aliqua publica aut solenni supplicatione fieri solebat. cuiusmodi erat & mos cineribus conspergendi caput, & saccos induendi.

C. Δασύποις, Cuniculus: ab hirtis pedibus. Plin. lib. 9, c. 57, de leporib⁹ & cuniculis, Lepus solus, præter dasypodē, superfœtat, aliud educās, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Sic & alibi inter leporem & dasypodem discrimen statuit. Aristot. Hist. an. l. 4, dicit ἔχει τείχας ὑπὸ τοὺς πόδας ἢ ὀπὸς τῶν γάθων hoc animal solū. Cæterùm & pro lepore accipi colligunt ex hoc prouerbio, δασύποδι κρεῶν δόπ θυμεῖ, pro quo Terēt. Tute lepus es & pulpamentū quæris. Dicitur autē id ὅθεν τοῦ ὅθεν θυμοιοῦσθαι παρ' ἄλλῳ γενέσθαι τὰ ὄντα παρ' ἑαυτῷ, vt Suid. tradit, exponens & ipse λαγῷος.

C. Δίποις, Bipes, Binis incedens pedibus. vt ζῶα δίποδα apud Aristot. De gen. anim. l. 2, & De part. anim. l. 4. Et παιδίσκη δίπους apud Athen. l. 13. VNDE Διποδία, ας, ἡ, Bipedem esse. seu Duo pedes. ‖Διποδία, à duplicatis gressibus pedum, Laconica saltatio: Cam. ex Poll. Itidem apud Hesych. Διποδία, ὀρχήσεως εἶδος. οἱ δὲ δίποδισμός. AT Διποδία, socci lanei qui pedibus hyeme indūtur. Poll. l. 7, c. 22, ἀ δίποδα Κελτίας καλεῖ, (εἴτε πίλους αὐτὰ οἰηθέον, εἴτε τοιεικήματα ποδῶν) ἢ τὰ πέλυβρα καλεῖ ὁ Φοινίκιος Αἰσχύλος, Πέλυβρα τ' ἔχοισιν ὑδήτοις ὀφρύαις. vbi ETIAM Αὐτοποδία dicit esse εἶδος ὑποδήματος. Nisi fortè αὐτοποδία potius scribendum est. Sed & pro δίποδα legendum putarem ἢ ποδεῖα, (vt idem lib. 2, cap. vltimo, ἢ ποδεῖα ἢ, τοὺς τοῖς ποσὶ πίλους, Κελτίας, ἀ Αἰσχύλος πέλυβρα καλεῖ) nisi paulo pòst ex Cratete subiugeret — ἢ δίποδα τεριμίνα, soccos trilices. Notandū verò ET Πέλυβρα scribi vno in loco, in altero LEGI Πέλυβρα.

C. Δεκάποις, Decem pedes habens. Item, Decem pedes longus, Qui decē pedum est. Aristophanes, οὐ μὴ ἴσῃ ὅταν ἡ δεκάποιον τὸ τοιχεῖον, λεπαρὸς χωρεῖν εἰς δεῖπνον. id est, quum vmbra solis fuerit δέκα ποδῶν, decem pedum, seu ὅτε γίνεται ὀψινόν, aut τοῦ ἡλίου τροπὰς, vt schol. exp. Antiquitus enim, inuitati ad conuiuiū, horā obseruabant ex ratione vmbrarum, de qua vide Colum. Ex Plat. autem Pollux lib. 3, c. 21, affert ETIAM Δεκαποδὸς, itidem fortasse pro δεκάποις.

C. Δολιχόποις, SIVE Δολιχηποις, Longos pedes habens.

C. Ἑξάποις, Qui sex pedum est, hoc est, Qui vel ingreditur sex pedibus, vel senos pedes lōgus est. Atticè verò DICI Ἑξόπις, sicut Ἑξκλινος, tradit Etymol.

C. Ἐρυθρόποις, Cui pedes rubēt. Item nomen auis apud Aristoph. in Auib. à rubeis pedibus. sicut Plin. dicit porphyrioni crura rubere.

C. Εὔποις, Bonis pedibus præditus. seu (vt alii) Validis solidisque pedibus. vt εὔποις ἵπποις, & εὔποδες κύνες, apud Xenoph. VNDE Εὐποδία, ας, ἡ, Xen. Boni pedes. seu Pedum integritas, vt Cam. interpr.

C. Κακόποις, Qui malos pedes habet, Qui prauis pedibus est. vt κακόπους ἵππος, Xen. De re equ.

C. Καλόποις, idem cum εὔποις. vel Pulchros pedes habens. Καλόποις (inquit Cam.) erit pedibus bonis aut pulchris: sicut è cōtrario κακόποις, vitiosis. Sed & καλόποις lignea pedis figura ad quam calcei consuuntur. De quo vide suprà post Κᾶλον.

C. Κοινόποις, Communi socióque pede iter faciens. κοινόποιον παροτσίαν Soph. Electra, Aduentū consortem seu socium dixit, Camer. seu Aduentum eorum qui κοινῇ (seu ὁμοῦ) ὁδοιπορήσαντες aliquò appulerunt.

C. Κολοβόποις, Truncus pedum, Virg. seu Trūcatus pedes.

C. Κραταίποις, Qui validis pedibus est, Firmos solidósque pedes habens. vt κραταίποδες ἵπποι apud Hom. οἱ σεῤῥοὶ καὶ ἰσχυροὶ, quos & χαλκόποδας appellat, à ferreo pedum obore.

C. Λειόποις, Qui leuibus pedib⁹ est, vel planis: à λεῖος, quod Hesych. exp. ὁμαλός. ita λειόποδες à plantæ planitie dicūtur qui Latinis Planci, teste Camer. vt in quibus concauum seu conuexum pedis non est.

C. Μεγαλόποις, Magnos habens pedes.

C. Νέποις, Pedibus carens, Cui pedes nulli sunt, idem cum ἀπεῶ. quale est genus τῶν ἑρπετῶν καὶ νηκτῶν. vt φῶκαι νέποδες apud Hom. Et Epigr. lib. 1, Ὀστέα δ' αὖ νεποδῶν, id est piscium. nam piscibus pedes non sunt, verùm pinnæ potius & cirri, quæ brachiorum vicē gerunt. Hesychius verò νέποδες EXP. Νηξίποδες, Qui natando gradiuntur, quemadmodum & scho. Homeri νέποδες φῶκαι exp. non solùm ἄποδες, verùm etiā αἱ δι' τὸ νήχεσθαι πρὸ πορείαν ποιούμεθαι. Tunc autem deriuatum fuerit à νέω idem significante cum νήχομαι, No, Nato. Verùm νέποδες ἁλοσύδνης φῶκαι nōnulli exposuerunt (teste Eustath.) θαλάσσης τέκνα: eo quòd νέποις dicatur κατὰ πτωχῶσαν ὁ ἀπόγονος. quemadmodum Lascaris quoque in Epigr. quodam dixit, — Καίσαρι καὶ νέποσι, Cæsari & nepotibus. Sed hæc expositio parum consentanea videtur: Eustathióque potius sic dici videntur quòd sint quoddam veluti κῆμα θαλάσσης. Verba Homeri extāt Od. lib. δ, Ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης Ἀθρόαι εὐδοῦσιν, πολιῆς ἁλὸς ἐξαναδῦσαι.

C. Ὀκτάποις, Octo pedes habens, Octipes. vt Octipes cancer Ouidio. Item polypus piscis κοινόπρον dicitur ὀκτάποις, ab octo pedibus: vt πολυγλώχιν vocatur ἡ τείαινα, teste Eust. Itidem breuium scholiorum autor πουλύποδος exp. per ὀκτάποδος veluti notius. In Scythia verò ὀκτάποδες dicebantur qui duos boues posiderent & currum. duobus enim bobus octo pedes sunt. Luc. οἱ πολλοὶ καὶ δημοτικοὶ, ὀκτάποδες· τὸν δὲ ὄβελ δύο βοῶν δεσπότην εἶ καὶ ἁμάξης μιᾶς. ITEM Ὀκτόποις, Cui octo pedes sunt, Octipes. Sic vocatur & scorpius ab octo pedibus. vnde prouerb. apud Cratinum, ὀκτώποιν αἰεὶ χείρεις, id est, σκορπίον, Suid. Apud Hesych. verò perperam SCRIPTVM Ὀκτόπας, σκορπίος, pro Ὀκτόποις.

C. Ὀρθόποις, Rectos pedes habens. vel Quem pedes rectà ferunt. VNDE Ὀρθοποδέω, Pedes me rectà ferunt, Recto pede seu cursu progredior, aut tēdo: idem cum εὐθυπορέω. Camer. interpr. Rectè ingredior, apud Paulum epist. ad Galat. c. 2, οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς ἀλήθειαν.

C. Παλίμποις, Pedem reflectens, Repedans, Retrò pedem referēs, Retrogradus. πολίνστρος & ὀπισθόρμπος Homero: à quo sicut ἀρίς dicitur ἀλλοπρόσαλος, quòd mutabilis & inconstans modò his modò illis victoriam cōcedat, ita & τύχη παλίμποις, quæ eum quem euexerat, destituit & retrò relabi sinit. Ioseph. De captiuitate Iudaica, οὐδαμοῦ τὴν νίκαν αἱμαμωὴ πρὸς γίγνεται. ἡ γὰρ παλίμποις τύχη πρὸς ἔστατο. Item apud Virgiliū, Multa dies variūsque labor mutabilis æui Rettulit in melius: multos alterna reuisens Lusit & in solio rursus fortuna locauit.

C. Περίποις, Pedem circundans. Item Qui aptè pedē circundat, Qui pedi bene quadrat & conuenit. Hesychius verò πρὸς ἐπόδος generalius etiam exponit ἁρμόζοντος. sic aliquid alicui πρὸς πόδα ἁρμόζειν dicitur quod tam aptè quadrat & conuenit quàm pedi calceus. Pollux libro septimo, cap. 21, πρὸς πόδα δὲ, ὑποδήματα ἁρμόζοντα. AT Περιποδίν, Ionicè pro Περιποδία, dicitur esse orbiculus quem gentes quædam alligare pedibus solent vice calceorū, ne pedes lædantur. Galenus verò in lexico Hippocratico πρὸς ἐπόδιν exponit πλὴν ὑπὸ κύκλῳ ὑπὸ πόδα οὖσαν καὶ κάτω. Vbi ambiguum est, substantiuúmne sit an adiectiuum.

C. Πολύποις, Multos pedes habens, Multipes. vt πολύποδα ζῶα apud Platonem, Animalia multorum pedum: vt ἄποδα, nullorum. Sic Plutarchus Sympos. 5, probl. 3, de ouo, καὶ πλωὰ γυνᾶ καὶ νηκτὰ μυεία, καὶ χερσαῖα, σαύραι· ἢ ἀμφίβια, κροκοδείλοις· ἢ δίποδα, τὸν ὄρνιν· καὶ ἄποδα, τὸν ὄφιν· καὶ πολύποδα, τὸν ἀπέλεθον. Vide ἄποις etiā. Sic & Aristoteles Polit. 3, ἕνα ἄνθρωπον πολύποδα καὶ πολύχειρα, καὶ πολλὰς ἔχοντα αἰσθήσεις. Vbi etiam nota accusatiuum πολύποδα, pro quo & πολύποιν. VNDE Πολυποδία, ας, ἡ, Pedum multitudo. seu Multi pedes.

Item πολύποδες dicuntur bestiolæ quædam multipedes: cutiones nonnulli, alii porcelliones appellant. Vide Ὄνος col. 1338, B. Item πολύποις (SIVE Πουλύπους, metri gratia) piscis quoddam genus, quod κοινόπρον vocatur ὀκτάποις, ab octo pedibus, vt dixi suprà. Est autem è genere τῶν μαλακίων, id est mollium: & pedes illi pinnarum vicem præstāt. nam non omnia natatilia pinnas habent, sed quædam eorum loco πόδας οἷς νεῖ, vt mollia: at plana, quum & ἄποδα & ἄπτερα sint, ipsa latitudine natant. Plinius tamē libro 9, cap. 29, scribit polypos brachiis vt pedibus ac manibus vti, & per brachia velut acetabulis dispersis haustu quodam adhærescere, teneréque supinos, vt auelli non queant. De solertia autem qua conchas & pisciculos venatur, vide ibidem & capite sequenti, vbi etiam ait luctari complexu & sorbere acetabulis ac numeroso suctu detrahere quum in naufragos vrinantésque impetum cepit. Sic apud Plautum, Ego istos noui polypos, qui vbi quid attigerint, tenent. Et πεφυῆς πολύποις apud Phocylidem: quod confer cum loco quodam Theophrasti in Πολυπόδιον. Præterea colorem mutat ad similitudinem loci, & maximè in metu, vt ibidem docet Plin. & Theognis, quum ait, Πολύποδος νόον ἴσχε πολύφρονος, ὅς ποτὶ πέτρῃ Τῆλε φορεῖται, τοῖος ἰδεῖν ἐφαίνη. Sic apud Plutarchum, τὸ πολύποδος αἱ μεταβολαὶ, & πολύποδος ἕξεις. Itidem Xenarchus apud Athenæum lib. 2, — ἕξεις πνεῦ πολύποις. Et Ion tragicus apud eundem, libro 7, Καὶ τὸν πεφαῖον πλεκτάναις αἱμάσσει Σπυρῶν μεταλλακτῆρα πουλύποιν χροός. Et Eupolis aliquātō antè, Ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τοὺς τόπους. Et paulo antè ex Alcæo, νοῦν πολύποδες ἔχειν. Ipsum etiam brachia sua rodere opinio est, quam tamen Plinius falsam esse dicit loco citato. Alcæus apud Athenæū, ἐδω δ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Meminit eiusdem rei Orus Apollo in Hieroglyph. dicēs eum, ἐὰν ἀπορήσῃ τροφῆς τῆς ἀπὸ ἄλλων, τὰς ἰδίας πλεκτάνας ἐσθίει. Vide de eadem re quæ ipse Athenæus scribit, citans & Pherecratis quendam locum, libro 7, vbi etiam ex Aristotele docet eum habere octo pedes, ὧν τοὺς μὲν αὖω δύο καὶ κάτω, ἐλαχίστους, τοὺς δὲ ἐν μέσῳ, μεγίστους· τὸ δὲ στόμα ἢ τοὺς ὀδόντας ἐν μέσοις τοῖς ποσίν. VNDE Πολυπόδιον, ου, τὸ, paruus polypus. Athenæus libro 7, quum docuisset polypum ἀστακῶν & ἐπωάζειν ὅταν τέκῃ, subiungit paulo pòst, καὶ μεθ' ἡμέρας πεντήκοντα ἐκ τῶν ὠῶν πολυπόδια ἐξέρπει, ὡς τὰ φαλάγγια, πολλὰ τὸ πλῆθος. ‖Est item herbæ nomen. Plinius lib. 26, cap. 8, Polypodion no-

stri filiculam vocant: similis enim est filici. radix acetabulis cauernosa, seu polyporũ cirri, in petris nascens. Sic & Diosc. lib.4, c.188, πλεκτώνας ὡς σφῆρα πολύποδος ἔχουσα, φύεται δ' ἐν πέτραις. De eodẽ sic Theophr. Hist. pl. l. 9, c.14, quum de scorpio loquutus esset, ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου, θαυσία, καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας, ὥς περ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάνας· κἂν ἀφεάψῃ τί τις, φασὶν ἐμφύεσθαι ὡς πολύποδα. VNDE Πολυποδίτης οἶνος, Vinum ex polypodio factũ: cuius compositio habetur apud Aetium lib. 3, cap. 60 & 61. ET Πολυποδίνη, ης, ἡ, genus quoddam polypi. Aristot. Vide in Ὅμολος siue Ὁμόλη. ET Πολυποδώδης, εος, ὁ, & ἡ, Polypis abundans. vel Polypo similis. Et τὰ πολυποδώδη, Quæ è polyporum genere sunt.

Præterea πολύποις tuberculũ in naribus, polypi carni simile, multâsq; habens radices, vt polypus multos pedes, & nares obstruens: ita vt difficulter spirent & ægrè loqui possint qui eo laborant vitio: quemadmodũ & polyp⁹ ea quæ inuadit, brachiis suis stringit. Cels. l.6, c.8, Polypus in naribus est caruncula modò alba, modò subrubra, quæ nariũ ossi inhærет, & modò ad labra pendens narẽ implet, modò retrò per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descendit, adeo increscit vt post vuam conspici possit: strangulâtque hominem, maximè austro & euro flante: feréque mollis est, rarò dura. eáque magis spiritũ impedit & nares dilatat, quæ ferè καρκινώδης est. Quibus verbis polypum graphicè depingit, omnes eius differẽtias cõplectẽs, quas Hipp. in lib. περὶ παθ. quinque constituit. Horat. quoq; hoc vocabulo vtitur, Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Vnde Polyposus apud Mart. Nasutum volo, nolo polyposum.

C. Πρόπους, Cui grãdes pedes. Suidæ enim πρόποδες sunt οἱ μεγάλους πόδας ἔχοντες. ‖ Propus vocatur etiam alter Geminorũ, vt discim⁹ ex cõm. in Aratea Phænomena Germanici. in quo tamẽ & stella quædã πρόπους. In sinistro pede (inquit) vltimæ distantiæ vnam, quæ vocatur Propus. Proclus, ὁ ὢν πρωηγούμενος τῶν δύο διδύμων ἀστὴρ παρεπορεύεται πρόπους. Vbi πρόπους signif. ὁ πρὸ ποδῶν κείμενος, Ante pedes situs. ‖ Alioqui πρόποδες subsstãt. dicũtur Anteriores seu primores pedes. vt πρόποδες ὄρους Hesychio τοῦ ὀρεῶν τὰ πρόσκοπα, qualia sunt procurrentia saxa apud Virg. Vide locũ quendã Philonis in Περὶ circa finem, vbi de περὶ ὄρους. Sic Strabo l.9, p.188, οἱ τοῦ Ὄθρυος πρόποδες. ‖ Πρόποδες dicuntur etiam αἱ προκείμεναι τῆς Αἰγύπτου νῆσοι. Hesych.

C. Σαράπους, Qui magnis pedibus est, & eos veluti trahit, vt fit ὁ σύρων τοὺς πόδας, Cam. Sic Diog. Laert. in Pittaco, p.39, tradit Pittacũ ab Alcæo vocari σαράποδα καὶ σάραπον, διὰ τὸ πλατύπους εἶναι. καὶ ὅλως σύρειν τοὺς πόδας. (Vbi etiam NOTA Πλατύπους, Latos pedes habens) Galeno autẽ in Lex. Hippocr. σαράπους est ἡ διεστηκότας καὶ διεῤῥωγότας ἔχουσα τοῖς δακτύλοις τοὺς πόδας.

C. Σπιγανόπους, Palmipes. Aristot. Hist. anim. l.2, c.12, πολυώνυχοι δέ εἰσι πάσης οἱ ὄρνιθες· ἐπὶ δὲ πολυδακτύλοις ὅσοις πιγανόπαιν. τὸ μὲν γὰρ πλέισιον διήρηται οἱ δάκτυλοι, τὰ δὲ πλατὰ σιγανόποδα ἐστι. Plin. lib.11, c.47, Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes: aliæ inter vtrunque, diuisis digitis adiecta latitudine. Hesychio σιγανόποδες ὄρνιθες sunt οἱ ἐν ὕδατι τρεφόμενοι καὶ διαπείοντες, καὶ τοῖς πόδας ἔχοντες σιγανοῖς, ἤτοι δέρματα ἐνειλημένοις. vt cycnus, ancer, platea, anates. Vide in Παρακαθίημι locum Aristot. item Athenæi & Plinii. Vide & proximè sequens.

C. Σχιζόπους, SIVE Σχιδανόπους, Cuius pedes in digitos fissi sunt, Digitat⁹, vt Plin. in præced. Σπιγανόπους. Cam. Auium alia est σχιζόπους, id est digitata, diuiso nimirum pede: alia, σιγανόπους, palmipes, vt Plin. Vtitur autẽ Aristot. Hist. anim. l.8, c.3, καὶ ὅσοι μὲν σιγανόποδες, ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι τοιούμενοι τὸν πλείστον διαπειθῶσι. ὅσοι δὲ σχιζόποδες, περὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ. Posteriore autem vtitur Athen. l.9, ex Aristot. tradens porphyrionẽ esse σχιδανόποδα. VNDE Σχιζοποδία, ας, ἡ, Fissi pedes, seu Fissura pedum in digitos. Aristot. lib.1 De part. anim.

C. Ταναύπους, SIVE Ταυύπους, Pedibus in rectum tendẽs. Ταναύποδα Hesych. exp. ὀρθόποδα, πεπαιμένοις τοῖς ποσὶ κατὰ ὁδοιποιείαν. Idem ταυύποδας ἐκτεταμένους (à Sophocle in Aiace) dictas scribit τοχύποδας, ἐν τάχει πεποιημένους. schol. exp. τοὺς ἀκοπάτους ὀλπούσας, τοὺς ταχὺ τινύσας τοὺς πόδας. p.50,

A meæ edit.

C. Ταχύπους, Pedibus celer. ποδώκης. Xen.

C. Τράπους, Quadrupes. vt τράποδα ζῶα, & sine adiectione τράποδα. Vide & Ἄποις. Item τράπους mensa, quæ propriè τράπεζα, à quatuor pedibus: ad differentiã τῆς τρίσκελοῦς, tripedis. VNDE Τραποδηδόν, Aristoph. In morẽ quadrupedum, Ritu & more quadrupedum. (vt Plut. βαίνειν νόμῳ τετράποδος καὶ παιδός) ET Τραποδίζω, Incedo vt quadrupes. Quaternis pedibus gradior. Aristot. Hist. an. l.2, de homine, τὸ πρῶτον παιδίον ὢν ἕρπει τετραποδίζων, In modum quadrupedũ, Quadrupedans. B. VNDE Τετραποδιστής, Quadrupedum more gradiens aut viuens. τετραποδιστί. v. l. Ærumnosi & laboriosi instar quadrupedum. ET Τετραποδιστί, Ritu seu more quadrupedantum.

C. Τρίπους, Tripes. Item Tripus. Erãt autem τριπόδων duo genera: ἐμπυελοβήτης, qui & λοεβόχοος, in quo aqua calefiebat: & ἄπυρος, in quo vinũ diluebatur, quem Eust. ἀναθηματικὸν quoq; vocatũ scribit, qui ad ornatũ ædiũ templorũmque seruatus ignem non experiebatur. Vide plura apud Athen. l.2. Vide & κρατὴρ, suprà, vbi habes & prouerb. ἐκ τρίποδος λέγειν. Od. ε, — δώσει δέ τέ οἱ φέρεσθαι, Ἡέ τινα βίπτοιν εὐχάλκου τὲ λεβήτων. Vnde Horat. Donarẽ tripodas, præmia fortium Graiorum. Item Δελφικὸς τρίπους, cui vates insidens responsa consulẽtibus reddebat. de quo plura apud sch. Aristoph. & Pollucẽ. Naz. βίπτοδος Δελφικοδοσοφίσματα. Aristoph. Equit. — λογίων ὀδόν, ἵν' σοι Ἀπόλλων Γᾶς ἐξ ἀδύτοιν βίπτοδος τρίπεδον ἐκπέμων. Item τρίποδες dicebantur ἐφ' ὧν ἔκειντο αἱ τράπεζαι. Vide Μαγὶς & Τράπεζα. Itẽ ipsa mensa τρίπους, vt tripes mensa Horatio. Aristoph. Καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι; VNDE Τριπόδιον, υ, τὸ, ET Τριποδίσκος SIVE Τριποδίσκιον, Paruus tripes. Τριπόδιον pro paruo tripode cui imponitur mensa, Poll. ex Xen. Anab. Τριποδίσκιον, Suid. ex Antiph. αἰθράκιον βραχὺ, τριποδίσκιον. At Τριποδίσκος dicitur etiam vicus in agro Megarico: qui. ET Τριποδίσκη. VNDE Τριποδίσκιος, Qui inde oriundus est. Steph.

C. Ὑπόπους, Pedes habens, Pedibus subnixus. Vide Ἄπους. A T Ὑποπόδιον, υ, τὸ, Scabellũ, quod nimirũ pedibus subiicitur, Homero θρῆνυς. Vsi sunt Græci Bibl. interpr. cũ alibi, tum psalmo 109, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Vtitur & Athen. itémq; Eust. & schol. Aristoph. in Θρῆνυς & Θρόνος. Sicubi verò LEGATVR Ὑποπόδιος, significabit Pedi suppositus.

C. Ὠκύπους, Pedib⁹ celer, Virg. (πόδας ὠκὺς & ὠκύποις, Homero) Hesiod. ἵππους ὠκυπόδεσσι. CONTRA Βραδύπους, Tardipes, Catullo, Tardigradus, Ciceroni. Eurip. βραδύποιν ἀπεύσω. Et in Epigr. βραδύπους βουλή.

C. Ἄρπους, idẽ cum ἁρπόπους, per systolen, Od. θ, — καλὸς τε καὶ ἁρπός. SIC Ἀέλλοπος pro Ἀελλόπους: ET Σάραπος pro Σαράπους, quod vide. ET Τέτραπος pro τετράπους: ITEM Τείπος pro Τρίπους, apud Hesych. & Suid. Sic Hesiod. — τρεῖπε μέγας τείπους.

C. Γυμνοπόδης, ου, ὁ, idem cum γυμνόπους. Suidæ ὁ αὐτόποδης. SIC Βλαισοπόδης, idem cũ βλαισόπους: vt βλαισοπόδης βάτραχος apud eundem. ET Διπόδης, Qui duorum pedũ est, Bipedalis, Bipedanus seu Bipedaneus. Xen. Œcon. SIC Ἑξαπόδης, Qui sex pedum est. pro quo ET Ἑξάποδος, υ, ὁ, & ἡ. vide in Σπάδιον. ITEM Ὀκτωπόδης, Octo pedes habẽs, Octipes. idem cum ὀκτάποις seu ὀκτώποις. vt ὀκταπόδης καρκίνος, Nic. Ther. v.605. nam ὀκτὼ πόδας ἔχειν οἱ καρκίνοι. Sic Ouid. Octipedis brachia cancri. Ὀκτάπους, Octo pedes longus. vt ὀκτάπους ἄξων, Hesiod. Erg. v.43. Virg. Temo protentus in octo pedes. SIC Ἑπτάπους PRO Ἑπτάπους, Septẽpedalis, Plauto. Hesiod. Erg. v.42, ἄξονά θ' ἑπτάπουν. Ambo apud Hesychiũ. ET Τριπόδης, Tripedalis seu Tripedaneus. Hesiod. Erg. Ὄλμον μὲν βίπτοδον τάμνειν, ὕπερον δὲ τείπηχυν. Xenoph. Œcon. βαθύτερον τριπόδου. vt Altitudo tripedanea apud Colum. ITEM Ὠκυπόδης pro Ὠκύποις. Epigr.

C. Ἐμπόδιος, Qui impedimẽto & obstaculo est. Plato De leg. ἐμπόδιος γίνεται. Aristot. Pol. 5, ἐμπόδιοι πρὸς τὴν ἀρχήν. Idem De mundo, ὥσπερ οὐδαμῶς ὄντων ἐμπόδιον ὑπὲ ἐκείνῃ πρὸς τὸ δρᾶν, ὑπὲ ἡμῖν πρὸς τὸ πιστεύειν, nec obstat illi ad agendum, nec nobis ad credendum. Et Herod. ἐμποδίου γινομένου τοιοῦδε. Sed sunt qui substantiuè IBI Ἐμπόδιον accipiant pro Impedimentum, Obstaculum.

C. Μονοπόδιον, Mẽsa quæ vno tãtùm pede sustinetur. Plin.

C. Ἐκποδὼν pro ἐκ ποδῶν, E pedibus, Procul se summouẽdo è pedibus. Aristophanes Ran. Ἄπαγε σαυτὸν ἐκποδὼν, εἰ σωφρονεῖς. Idem χωρῶμεν ἐκποδὼν, abscedamus & procul nos è pedib⁹ summoueamus. Sic Eurip. ἐκποδὼν χωρήσομαι Ἑκάβη. Sic Nazianz. ἐκποδὼν οἴχεται. Plutarch. Solone ἐκποδὼν ἀπελθεῖν, longè secedere & se submouere, vt & ἐκποδὼν ἀπαλλάττεσθαι. Itidẽ, ἐκποδὼν ἵστασθαι, & ἐκποδὼν γίνεσθαι, velẽ). Xenoph. ἐκποδὼν γενήσεται ἡμῖν τὸ δόξαν ἡδὺ ἀλυσιτελοῦν ἐφίεσθαι, à nobis summouimus. Plutarch. ἐκποδὼν εἶναι νέοις, à iuuenum conspectu abesse, vel summotum esse aut se subduxisse. Item ἐκποδὼν ποιεῖν siue ποιεῖσθαι, summouere, ne impedimento sit, Amoliri. Ex Xen. Pæd. 3, βουλόμενος τὰ ὄντα ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, res suas amouere. Ex Plut. in Numa, ἐκποδὼν ποιησάμενος τὴν πλεονεξίαν, quũ habẽdi cupiditatẽ à se summouisset. Rursum ex Xen. Œcon. ἐκποδὼν ποιεῖσθαι pro Exportare, Auferre: vt in eodem, ἐκποδὼν κομίσου ἑκάστου, amota & loco suo reposita re qualibet. Itẽ cum genitiuo. Xenoph. Pæd. 5, τούτων ἐκποδὼν ἡμῶν, ab his lõgè aberamus. At in hoc versu, Ἀνδρὸς κακῶς πραξάντος ἐκποδὼν φίλοι. genit. iũgere necesse nõ est. Aristoph. sine verbo posuit, dicẽs, ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδὼν, sub. χωρείτω, vel quid simile. Notandũ verò, ἐκποδὼν cõmodissimè reddi etiã posse, E medio. vt Cicero, Recede de medio: per alium transigam. Et Suet. Vt etiam discedere è medio & cõmutare latebras cogeretur. Verùm pro E medio accipitur & ea signif. qua ponitur pro E vita. vt Cicero E medio tollere: & Terent. E medio excedere. Isocr. Euag. ἐκεῖνον ἐκποδὼν ποιήσετε. Plutarch. Galba, ἐκποδὼν ἵστασθαι τὸν ἰδιώτην, è medio tolli. Idem in Lyc. ἐκποδὼν ἔσται, è medio tolletur. Alicubi reperitur ET Ἐκ ποδῶν.

C. Ἐμποδὼν, Ante pedes, In via. idem cum ἐν ποσί. Aristot. Ethic. 5, χαείτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, in via, seu in media vrbe, & loco patenti. Item Impedimento. Thucydides, ἐμποδὼν ἵστασθαι ἡμῖν, nobis estis impedimẽto. Plutarchus Rom. Τοῦτοις ἐμποδὼν γίνομαι. Idem in Themist. ἐμποδὼν εἶναι τοῖς Ἕλλησι τῆς διαβάσεως. Idem in Camillo, οὐδὲν ἐμποδὼν τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἐχώρουν παντὶ τάχει, amoto omni impedimento. At Demosthenes ἐμποδὼν ἐποιησάμην θεοὺς τοιούτῳ λόγῳ. Item ὁ ἐμποδὼν, pro ὁ ἐν τοῖς ποσί, obuius. Herodot. τὸ ἐμποδὼν πᾶν ἔθνος κατεπρήθη, omnes gentes, vt in quãque incidebat, subigens. Vel etiam, Quæ impedimento ipsi essent. vt τὸ μὴ ἐμποδὼν dicitur τὸ μὴ ἐναντίον. Item τὰ ἐμποδὼν, vt τὰ ἐν ποσί, Quæ sunt ante pedes. i. Præsentia. Plutar. Rom. τοῖς ἐμποδὼν ἄθλοις, certamina præsentia. VNDE Ἐμποδοστάτης, Qui obstat & impedimento est. ὁ ἐμποδίζων, Suid.

C. Προποδὼν, Ante pedes. ἐμπροσθεν, Hesych. Frequentius πρὸ ποδῶν.

C. Ἀκροποδιστὶ, Summis pedibus insistẽdo, aut Leuiter pedibus insistẽdo. Lucian. ὥσπερ ὀρθὴ τοῦ ἀκανθῶν ἀκροποδιστὶ μόλις βαδίζοιμι. Idem in dial. Trit. & Ner. ἀκροποδιστὶ καὶ ποιοῦσαν ὀλίγης τῆς πέτρας ὀλισθηρᾶς οὔσης. Et in Cauc. καὶ τοῦ ποδὶ γενοῦ τούτῳ ὁ κρημνὸς ἔχει πολὺ ὀρθοβασιν, ὡς ἀκροποδιστὶ μόλις ἐστάναι. Quibus in locis quidam exponunt, Suspẽso gradu: quum id potius significet quod vernacula lingua dicimus, En pas de larron. Suid. ἀκροποδιστὶ exponit ἄκροις ποσί, summis pedibus: alii, Summis seu extremis pedũ digitis: quod Luc. locis non cõuenit. Sed notandũ, alicubi SCRIBI Ἀκροποδιστί, SICVT Αὐτοποδιστὶ apud Hesych. Suis ipsius pedibus, nõ vtendo equo, nec curru, nec naui. quod & αὐτοποδία. Sic & apud Luc. in Lexiph. αὐτοποδιστὶ βαδίζειν, cui ibidẽ opponit ἐπ' ἀγράδος ὀχεῖσθαι. ITIDEM Τετραποδιστὶ apud Suid. Quatuor pedibus. seu ποσὶ καὶ χερσί, vt ipse exp. Atque ita fuerit quod Gallicè dicimus A quatre pattes.

Ποδύτης, ου, ὁ, Pedatus, Pedibus præditus. v. l. AT Ποδωτὴς, οῦ, ὁ, Pedibus intẽtus: intellige autem pedes nauis. vnde τὸ ποδωτὰ λίνα Lycophr. vocauit τὰ ἱστία, id est vela: à VERBO Ποδόω, ῶ, Pedibus intẽdo. Verùm DICEBANTVR Πόδες, (à NOM. Ποῦς, Pes) τὰ κάτω δύο χοινία οἷς πρὸς τροφὴν καὶ πρύμναν δεσμεῖται τὸ ἱστίον: inde nomẽ fortita quòd essent κάτω. Aliis autẽ grãmaticis πόδες sunt χοῖνοι κάτωθεν συνέχοντες τὴν ὀθόνην, vel οἱ μαστῶνοι τοῦ κέρατος, aut οἷς συνέχεται ἀπὸ τροφὴς καὶ ἀπὸ πρύμνης ὁ ἱστός: aut τὰ ἑκατέρωθεν τρεῖς δεδεμένα τῶν ἀρμένων ξυλία. Hæc Eust. Latini quoque pedes vocãt, vt suprà docui.

Ποδιαῖος, ου, ὁ, Pedalis, Pedaneus. vt ποδιαῖον διάστημα, interuallum spatio pedali, Camer. Et τὸ τείχισμον τὸ ποδιαῖον, triangulus pedaneus apud Theophr. De causis plant. lib.6, cap.2. Apud Aristot. verò in Mechan. quæst.5, διὰ τί, ὅταν ἐξ οὐείας βούλωνται διαφαμεῖν μὴ οὐείᾳ τὸ πνεῦμα τοῦ ὄντος, τὸ μὲν πρὸς τὸν κυβερνήτην τὸ ἱστίου μέρος στέλλουσι, τὸ δὲ πρὸς τὴν πρῶραν ποδιαῖον ποιησάμενοι, ἐφιᾶσι; Bud. putat respici ad illud ποῦς quo signif. pes nauis, id est, rudens quo velum intenditur. VNDE Διποδιαῖος, Bipedalis, Bipedanus seu Bipedaneus: idem cum διπόδης. Xen.

Ποδίον, ET Ποδάριον, ου, τὸ, Pediculus seu Pediolus. (vt Afran. Nudo pediolo) Aristoteles, ἀσκοὶ τὰ ποδία ἔχοντα μικρὰ, paruos pedes. At Plinius, Cãcris pedes octoni. Idẽ Plinius diminutiuo vtitur, de mollibus, His caput inter pedes & ventrem, pediculi octoni omnibus. Quibuscum confer locum quendam Aristotelis in Πολύποις. Athenæus libro 3, ποδάριον, ῥύγχη, ὠτάριον. quos Celsus petiolos passim appellat. Citat idem ποδάριον Pollux ex Platone comico. Latini autem Podium dicebant menianum, seu locum extra domus parietem propendentem, mutulis marmoreis suffultum, è quo spectare solebant. vt tum apud Iuuenalem & Plinium, tum Suet. Podio adaperto spectare.

Ποδήριον, ου, τὸ, Socculus qui pedi inducitur, idem cum πίλος seu πίλημα. Vide in Διπόδιον. Scribitur & proparoxyt. πόδηρον. vt apud Athen. lib. 2, de bulbi quodam genere ἐκλοφόρῳ, ex Theophr. ὑφαίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ πόδηρα καὶ ἄλλα ἱμάτια. itidémque apud Hesych. proparoxytonως, sed sine diphthongo, LEGITVR, Πόδια, ὀνειλήματα ποδῶν, ἤτοι φασκίας. Vbi puto per diphthongum esse scribendum, quia nõ ordine literario ponitur, verùm ante πόδες: licet apud ipsum etiam Theophr. sine diphthõgo scriptum sit πόδια, Hist. plant. lib.7, cap.13. Vnde desumpsit Plin. quod lib.19, cap.2, scribit, Ex qua mapalia vestésque quædam conficiuntur. Verùm quum mapalia eadem sint quæ Magalia, teste tum Seruio, tum eodẽ Plinio, lib.16, cap.37, quæ è lino potius cõficiuntur, nonnulli ibi reponunt Impilia, quod apud Vlpianum legitur in l.25, par.1, D. de aur. arg. Fasciæ crurales pedaléque, & impilia, vestis loco sunt. Ac impilia pro socculis diei existimant, quòd sine pilis è lana coacta fierent: quæ ET Πῖλοι dicuntur, ET Διπόδια, quòd vtrique pedi essent idonea. At Sculponeæ ligneæ sunt, à sculpendo nomen sortitæ. Notãdum porro Pollucẽ dubitare an διπόδια sint πῖλοι, an verò περιειλήματα ποδῶν, quas Vlp. Fascias pedales appellat. Hesych. quidem certè πόδια exp. Fascias, & ἐνειλήματα ποδῶν.

Ποδεών, ῶνος, ὁ, Pes, ea signif. qua dicitur de pede nauis. Lucianus De ver. narr. ταῖς χερσὶ τοῖς ποδεῶνας κατέχοντες. Sic ET Ποῦς ab eodem vsurpatur, πλὴν ὀφείλω σεῖλαι τὴν ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδός. Et Plutarchus in suo περὶ πολυφιλίας libello, καθάπερ πόδα νεώς, ὅτι διδόντα καὶ προσέχοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν: respiciens ad hæc verba Eurip. in Oreste, Καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ, Ἔβαψεν· ἔσπευ αὖτις ἐν χαλᾷ πόδα. quò & Cicero respexisse putatur, quum nimias amicitias fugiendas scribens, ait, Commodissimum esse quamlaxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas quum velis, vel remittas. Bayf. Podiã appellat Seruius. nam exponẽs Virgilii illud Æneid.5, Vnà omnes fecere pedem, Podiam, (inquit) id est funem quo tenditur velum. ‖ Item ποδεὼν Periolus dicitur in vtre pendulus qua liquor effunditur & infunditur, soluto vinculo quod pro obturamẽto est. Herodotus Euterpe, ὅτι παρασαντα τοῦ ἀσκοῦ δύο ἢ τρεῖς ποδεῶνας αὐτὸν λύειν ἀπαμμένους, duos aut tres vtriũ petiolos pendulos resoluisse. Pro quo Euripides in Medea dicit ἀσκοῦ τὸν περεύχοντα πόδα. quod & apud Plutarchum in Theseo legitur, ferè initio. vbi per ἀσκοῦ περεύχοντα πόδα tectè innuitur penis, propendens è ventre imo, vt ποδεὼν ex vtre. (Quod verò idem Herodot. in Vrania dicit, τοῦ δὲ Δωρίδος χώρας ποδεὼν γενὸς τοῦτο καὶ τοῦ πίνει ὡς πεπηγότα τὰ δίνα μάλιστα κυβόρος, nõnulli ποδεὼν accipi dicentes translatè pro figura in angustum desi-

nénte, sic interpretãtur, Regionis Doricæ hac in parte angustus est aditus, latitudine patens ad millia passuum circiter quatuor) Aristophanis scholiastes in Vespis, Ἀρχέλεφοι, τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι. Vbi itidem pro petiolis. Item ποδεῶνες apud Theocritum, calceamenti rustici genus, Perones. Sic in Epigramm. Καὶ τερπνοὺς ποδεῶνας ὁ γατόμος ἀνθεπ Δηοῖ, apud Suidam.

Ποδίζω, Metior pede. μετρέω, Hesych. in Ἀναποδίζω. ‖ Item ποδίζω, Pedes ligo, seu Pedicis obligo, vt Budæus interpretatur. Xenophon Pæd. 3, πεποδισμένοις ἔχοιτο τοὺς ἵππους ὅπῃ τῶν φάτναις, pedibus alligatos, Cam. Opponit mox ei, λύσαι ἵππους. ‖ Item Pedo, Gradior, Incedo. Sic Suid. Ἐμπουσαν dictam ait ἀφ' τὸ ἑνὶ ποδίζειν. quemadmodum & Aristophanis scholiastes eam fingi ait μονόποδα, ὅθεν τὸ ἑνὶ ποδὶ κεχηνᾶν. VNDE Ποδισμός, οῦ, ὁ, Dimensio pedibus facta. Itidẽ Podismus apud Vegetium, lib. 3, legitur pro Ratio mensurandi pedibus. Polit. pedaturam vocat. Est & saltationis cuiusdam genus apud Pollucem. AT Ποδιστῆρες à Iosepho De antiq. Iud. & lib. 3 Regum, cap. 7, in supellectile tẽpli Solomonis numerantur: vbi alii exponũt Lebetes, alii Cacabi. Apud Hesych. habetur ETIAM Ποδίζειν. τὸ ὅπῃ τὸ αὐτὸ αἱαιρέφειν καὶ ὑποστρέφειν.

C. Ἀνα ποδίζω, ad verbũ Repedo: accipiẽdo pro Retrocedo, Retroagor, Refero pedem, Quintil. Reflecto pedem, Catull. Reporto pedẽ, Reuoco pedem, Virgilio. Verto pedem, Ouidio. Dionysius loquens de solis deliquio in Christi morte, σελὼν δὲ μέχρι ἡλιακοῦ πέρατος ἐλθοῦσα, εἶτ' ἀναποδίσασα. Gregorius, καὶ πλὴν τῶν Λουκᾶ γενεαλογίαν ἀναποδίζουσαν. id est, Iuxta Lucæ genealogiam retroactam. nam ἀναποδίζουσαν hic exponit Budæus Retroactam. Herodianus & Lucianus addiderũt εἰς τὸ πίσω. ita enim ille lib. 5, ἔθεε πρὸς ὅ ἁρμα τος, ἀναποδίζων εἰς τὸ πίσω. Lucianus autem πρᾶγμα εἰς τὸ πίσω ἀναποδίζον dixit (vt docet Budæus) Rem malè cedẽtem, quotidie minus ac minus progredientem, quasi retroageretur. Apud Philostratũ, de Alcmena, ἀναποδίσασα τὴς ἀνῆς. id est Refugiens, Retrocedens, inquit Budæus. Ἀναποδίζω, in significatione actiua, cum accusatiuo, Reuoco, & quasi Retroago. Æschines in Ctesiphontem, καὶ πολλάκις αἱ ἐπόδιζον τὸν γραμματέα, Reuocabãt scribã. id est, Iubebant scribam repetere iam recitata, vel Iubebant iterare recitationem. Quem autem repetere cogimus iam dicta, eum veluti retroagimus & retrogredi facimus. Herodotus in Terpsichore, ἐπιστωπῶν τε καὶ ἀναποδίζων τὸν κήρυκα, id est (interprete Budæo) Percunctans identidem & reuocans caduceatorem, vt sæpius mandata exponeret. Idem in Euterpe, αὐτὸς ἐπίδισε ἑαυτὸν, Seipsum reuocauit. pro Iterum idem dixit. Ἀναποδίζω, Diligenter expendo, vel Exactè perpendo. ἀναποδίζειν, inquit Hesychius, τὸ ἀκριβῶς ἐξετάζειν. Suidas habet tantùm τὸ ἐξετάζειν. Est ἀναποδίζω, inquit Budæus, τὸ ὥστε πολλάκις λέγω, καὶ τὸ ἀκριβῶς ἐξετάζω. id quod faciũt qui diligenter rem quærunt. sæpius enim scisciantur & reuocãt eum quẽ interrogauerũt. Quod ETIAM Ἐπαναποδίζειν dicitur. Aristoteles De gener. & corr. libro 1, πάλιν ἐπαναποδιστέον, Rursus in medium reuocandum est.

Ἀναποδίζομαι, Reuocor, quod ET Ἐπαναποδίζομαι dicitur. (vide in proximè citato Aristot. loco ἐπαναποδιστέον) Suidas αἰαποδιζόμενα dicit accipi pro ἐξεταζόμενα, vel αὖθις πολλάκις τὰ αὐτὰ λεγόμενα ἢ θεωρούμενα.

Ἀναποδισμός, οῦ, ὁ, Repedatio, Retrocessus siue Retrocessio, Retrogressio, Retrogradatio, vulgò. Hesychius ἐπανάλυσιν exponit. Apud Alexandrum Aphrod. καὶ ἀνάλυσιν καὶ ἀναποδισμὸν εἰπεῖν, interpretantur Vicissim & inuerso ordine dicere. mallem Retrogrado ordine.

Ἀναποδισμός, Reuocatio. vt ἀναποδισμὸς τῶν γραμματέων, Reuocatio scribæ, inter recitandum videlicet.

C. ΔΙΑ ποδίζω, Pedibus dimetior. vel Examino. Hesych. enim διαποδίζων exponit βασανίζων, ὅπῃ μελῶν ἐξετάζων. quomodo & αἰαποδίζω. AT Διαποδισμὸς eidem est εἶδος ὀρχήσεως ἢ ἅλμος, vt ποδισμὸς Poll.

C. Ἐμ ποδίζω, Pedes implico, Impedio, Impedimento & obstaculo sum. Xenophon Pæd. 2, ὀνεπόδιζον ὅ, τι ἠδυνάμην τὸν πάμονα. Magis propriè Herodianus l. 4, ἐμποδιζούσης αὐτοῖς τοῦ τῆς ποτὶ χαύνου ἐόθητος, impediente cursũ fluxa veste. Et Luc. De calumn. τὸν δρόμον ὀπηρῶν ἢ ἐμποδίσας. Et rursum Herodianus lib. 3, ἐμποδιεῖν τὴν τῶν βαρβάρων ὁρμήν. Idem pass. ἐμποδιζόντες αὐτὸ τὸ στοιχῆσαι δρόμου, cursu impedito: de torrente. Ἐμποδίζω cum dativo quoque iungitur. Aristot. De gener. anim. lib. 3, ὅσοις ἐμποδίζει τὸ οὐραῖον, quibus cauda impedimento est. Sic idem Polit. 4, ἐμποδίζουσιν ἀλλήλοις. Et Eth. 7, οὐκ ἐμποδίζει φρονήσει. ‖ Apud Aristophanẽ autem in Equit. Κέκριγεν ὥστε ἐμποδίζων ἰσχάδας, Aristarch. exponit μαστώμενος, ἢ ἐμφορούμενος, vt Schol. ann. quẽ vide. Hesych. autem scribit quosdam ἐμποδίζειν exponere non solùm μαστᾶσθαι τῆς μελίσσης ὅπῃ μιαθῶ, (quod fuisse lusus quoddam genus) verumetiam θλίβειν τοῖς ποσί. VNDE Ἐμπόδισμα, ατος, τὸ, idem cũ ἐμπόδιον, Impedimentum, Obstaculum. Demosth. Olynth. 3, ὡς τοῦτο ὥστε ἐμπόδισμα τῷ Φιλίππῳ. AT Ἐμποδισμός, οῦ, ὁ, Impeditio, Præpeditio. ET Ἐμποδιστικός, ῆ, ὁ, Impediendi vim habens, vel Impediens, Qui impedimento est. ἐμπόδιος. BICOMP. Ἀνεμπόδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui nil impedimento est, Liber ab omni obstaculo, Expeditus. Aristot. Eth. 7, cap. 13, εἴπερ ἑκάστης ἕξεως εἰσὶν ἐνέργειαι ἀνεμπόδιστοι. sic & cap. præcedenti. Et Philo De vita M. lib. 3, ὅπως ἀνεμπόδιστοι καὶ ἐπιμονώτεροι πρὸς τὰς ἱερὰς ὑποτυρίας ὦσι, ex pediti & paratiores ad sacrorum administrationem. Vnde ADVERB. Ἀνεμπόδιστα, Sine impedimẽto & obstaculo, Nulla re impediente & cursum interpellante. Aristoph. Schol. ἀνεμπόδιστος καὶ λάβρος ἐοῦσιν. BICOMP. ET Παρεμπόδιζω, idem cum ἐμποδίζω: vt παρενοχλῶ idem cum ἐνοχλῶ, id est Impedio, Præpedio. Basil. εἰς τὸ βραχὺ χωρίον στενοχωρούμεθα, οὐδὲν ἑκάστη παρεμποδίζει τῇ ἐνεργείᾳ τῆς γείτονος. Vtitur & Luc. VNDE Ἀπαρεμπόδιστος, idem cum ἀνεμπόδιστος.

C. ΠΑΡΑ ποδίζω, Impedio. idem cum ἐμποδίζω & παρεμποδίζω, Præpedio, Impedimento & obstaculo sum. Suid. exponit ἐμποδὼν γίνομαι: subiungens ex Polybio, βαπτόδεις ὄντας τοῖς τόποις ἐμπλεκόντος τοῖς ἐφάμμασι, καὶ παραποδίζειν τὴν τῶν ὅπλων χρείαν. Sic idem & passiuo vtitur l. 16, ὥστε παραποδίζεσθαι καὶ τὴν τῶν κυβερνητῶν καὶ τὴν τῶν ἐρετῶν χρείαν, vt gubernatorum remigúmq; ministerium impediretur. Plato in epist. μή πῃ παραποδισθείη, ne fortè impediretur. Idem libro 2 De leg. μή πω παραποδισθῶμεν. quod Poll. accipi posse ait pro παραπαιωθῶμεν ἢ ἐξαπατηθῶμεν. vt actiuum παραποδίζειν sit Pedes à recto tramite auertere.

C. ΠΡΟ ποδίζω, Procedo, Progredior: (CONTRA, Ὑπο ποδίζω, Repedo, Retrocedo, ὑπὸ πόδα seu ὅπῃ πόδα χωρῶ) Sic apud Hesychiũ προποδίζων, πρόβαινων. VNDE Προποδισμὸς ET Ὑποποδισμός, Progressus & Regressus. Ὑποποδίζειν (inquit Camer.) est Retrocedere: & προποδίζειν, Procedere. Et ὑποποδισμοὶ ac προποδισμοὶ stellarum. quum videntur de signo aliquo vel ad præcedentia vel ad sequentia illæ pergere, quæ sunt προηγούμενα & ἑπόμενα.

Πρᾶος, ου, ὁ, Lenis, Mitis: (interdũ magis propriè Mãsuetus, cui opponitur δεινὸς & χαλεπὸς apud Isocr. ἄγριος apud Xenoph. Idem Xen. Pæd. 6, πρᾷός τε καὶ συγγνώμων τῶν αἰθρωπίνων ἁμαρτημάτων. Isocrates ad Nicoclem, πρᾶος φαίνου τῷ παῖς ἡμῶν ἐλάττης πιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. (in quibus locis reddere etiam queas Clemẽs: vt Budæus apud Synesium, αἰτίαν εἶχε πρᾳότατος εἶ), reddit, Vitio ei vertebatur nimia clementia) Herodianus lib. 4, μέτριόν τε καὶ πρᾶον ἑαυτὸν τοῖς πρεσβεῦσι παρεῖχε, moderatum se & lenem in congressibus præstabat. Item Plato Polit. 1, ἐπειδή μοι πρᾶος ἐγένου καὶ χαλεπαίνων ἐπαύσω. Idem libro 2, πρὸς τοὺς οἰκείους πρᾶος, lenis & mitis. Ibidẽ πρᾶον ἦθος. Et apud Plutarchum in Lycurgo, πρᾶος ἵππος. vbi redditur potius Mansuetus: cui opponitur ἄγριος, ferus. Fœm. gen. mutuatur à πρᾶΰς, neutr. plur. ab eodẽ: sicut πραῦς vicissim parum vsitatum est. Compar. Πρᾴοτερος, Lenior, Mitior. At ex Platone De leg. πρᾳοτέρα ἡδονή, Remissior voluptas. Superl. Πρᾴοτατος habes paulo antè. Alicubi reperitur cum ι subscripto, at in lex. meo vet. simplici α scriptum habetur.

Πρᾴως, Leniter, Mansuetè. Demosthenes Pro cor. πρᾴως καὶ μὴ πικρῶς. Superl. Πρᾴοτατα, Lenissimè, Mitissimè, Mansuetissimè. Pro Πρᾴως autem Aristophanes BIXIT Πρᾴόνως, tanquam à πρᾴων: in Ran. Σὺ δὲ μὴ πρὸς ὀργὴν Αἰχμὴ, ἀλλὰ πρᾴονως Ἐλέχ'.

Πρᾳότης, ῆτος, ἡ, Lenitas, Mansuetudo. Aristoteles Ethic. 4, capite 5, πρᾳότης δ' ὅτι μὲν μεσότης περὶ ὀργάς. Et mox, οὐ γὰρ πιμωρητικὸς ὁ πρᾷος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Ibidem dicit alterum eius extremum esse ὀργιλότητα: alterum verò esse ἀοργησίαν, & fortasse dici posse ἀοργησίαν. Plutarchus autem in lib. De virt. mor. pagina 791 meæ editionis, tradit quosdam eam constituere mediam inter ὠμότητα & ἀναλγησίαν. Idem in suo περὶ ἀοργησίας libro, μεῖζον ἡδὺ ἀνωλίας ἢ ἀφελείας ἐφόδιον εἰς πρᾳότητα πρὸς οἰκέτας καὶ γυναῖκα καὶ φίλους. Idem in Pericle, πρᾳότης πορείας. Pro quo in lib. De fort. Rom. dicit πρᾷον βάδισμα, Lenis incessus. qualem virtutis esse dicit.

Πρᾴος, έος, ὁ, FOEM. Πρᾳεῖα, idem cum πρᾷος, seu βύκολος, ἄγαθος, vt in lex. meo vet. expon. Plato l. 2, De reb. πόθεν θυμοειδὴ καὶ μεγαλόθυμον ἦθος βύκόλοιο; ἐν ἀντιπαρόπου θυμοειδεῖ πρᾳεῖα φύσις. Herodianus libro 7, ἐκ τε πρᾳείας καὶ παύνυμένου βασιλείας εἰς τυραννίδος ὠμότητα μεταγὼν πάντα ἐπιεζῶν, è miti mansuetóque imperio. Neutr. plur. τὰ πρᾳεῖα, Mitia, Lenia, Non aspera. vt πρᾳεῖα κύσματα, Galen. Rursum fœm. πρᾳεῖα φωνῇ, miti lenique voce. Et πρᾳεῖα ψυχῇ, Miti mansuetóque animo, Basil. epist. At πρᾳεῖαν νύκτα, placidam noctem, Plut. Rom.

Πρᾳέως, Leniter, Mansuetè, Clemẽter. idem cum πρᾴως. Budæus.

Πρᾳότης, ητος, ἡ, idem cum πρᾳότης. Vtitur eo Hesychius in exp. COMP. Πρᾳοπάθεια. Nam πρᾳοπάθειαν esse dicit πρᾳότητα. Possis etiam πρᾳοπάθος seu πρᾷον πάθος dicere, aut cum Plat. πρᾷον ἦθος, πρᾳεῖα φυσις, animus & ingenium mite & mansuetum. Apud eũdem autem Hesych. LEGITVR Πρᾳοῦμωσις, πρᾳοῦμωσ· πρᾴω τὴν μῆνιν χεώμενος.

Πρᾳύνω, Lenio, Mitigo, Mãsuefacio. Vel Sedo. nam quod Plato Polit. 9 dicit, τὸ θυμοειδὲς πρᾳύνας, Cicero vertit, Illa tertia parte animi in qua irarum existit ardor, sedata atque restincta. Xenophon De re equestri, πρᾳύνεσι καὶ οὐκ ἀνεχείρωσι τὸν θυμοειδῆ, mansuefaciũt equũ. Plutarchus Coriolano, ὅπῃ εἰκὸν λόγοις καὶ δόγμασι χρηστοῖς πρᾳύνεσι καὶ καταστέσι τοὺς πολλούς. Pass. Πρᾳύνομαι, Mãsuefio, Lenior & sedatior reddor. Xenophon De re equestri, τῷ ποππυσμῷ μὴν πρᾳύνεσθαι, κλυσμῷ δ' ἐγείρεσθαι. Aristoteles Rhet. 2, τὸ ὀργίζεσθαι ἀναπαύειν τῷ πραύνεσθαι, καὶ ὀργὴ πρᾳότητι. Hesych. πραυνεται exp. μαλάσσεται: at Πραύνει, καταστρέφει, καταπαυμίζει.

Πρᾳύνσις, εως, ἡ, Sedatio irati animi, Quum animus iratus placatur, & lenior mitiórque redditur, Mitigatio iræ. Ait enim Aristot. Rhet. 2, ἔστω δὴ πρᾳύνσις, κατάστασις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς.

Πρᾳυντικός, οῦ, ὁ, Mitigatorius, Plinio. Mitigandi ac sedandi vim habẽs. Aristoteli Rhet. 2, τὰ πρᾳυντικὰ sunt quæ animum iratum placare ac permulcere possunt, & irarum feruorem sedare.

C. Ἐκ πρᾳύνω, idem cum πρᾳύνω, Mitigo, Sedo. vel Delinio, Demulceo, Permulceo. addit enim præpositio significationi vim aliquam.

C. ΚΑΤΑ πρᾳύνω, idem. Isocrates Paneg. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τοῖς θεωρημάσι ὁρᾶν καταπρᾳύνοντας τοὺς ἄκρα τά. Plutar. Pericle, τοὺς δὲ βυκολουμένους μάχεσθαι, καὶ διαπαυομένους πρὸς τὰ γινόμενα, καταπρᾳύνε λέγων. Idem in Themistio, καταπρᾳύνε τῆς ὀργῆς αὐτὸν, ab ira ad mansuetudinem & lenitudinem reuocauit. vel Iram eius placauit sedauitque. Idem pass. vtitur, in Lycurgo, καταπραύνοντα τὰ ἤθη τῶν ἀκροωμένων, quum hæc audirent, eorum ingenia demulcebantur & mitescebant. VNDE Καταπρᾳύνσις, Sedatio. ET Ἀκαταπρᾳύντος, Qui sedari leniórque reddi nequit, Implacabilis.

C. Ὑπο πρᾳύνω, Paululum latentérque mitigo & sedo.

Πρηΰς, Ionicè pro Πρᾳύς. Epigr. πρηὺς Ἀπόλλων. Et πρηύτερον γῆρας. Et πρηυπάτου ποταμοῦ, placidissimi ac lenissimi.

C. Πρηυγελως, Placidum ridens, Risu suo animum lenem prodens. Epigramm. lib. 2, Εὔλαλε, πρηύγελως. Et πρηύγελως ζέφυρος, Mitis, Lenis & placidus. ITEM Πρηύνομος, quod exponitur Placidis moribꝰ præditus. ὁ πρᾶος τὴν φύσιν. Epigramm. ET Πρηύνοος, Qui est animo leni & miti. Epitheton Dei apud Apollinarium. ET Πρηυπένων, Qui miti & mansueta ceruice est, Mansuetè iugum subiens, vt πρηυπένοντες ζωροι. Epigr.

Πρηύνω, idem cum πρᾳύνω, Mitigo, Mansuefacio. Hesiod. VNDE Καταπρηύνω, idem cum καταπρᾳύνω, Mitigo, Demulceo.

Πράσσω, ET Πρᾴττω, Facio, Ago. (Quidam certam quandam constituunt differentiam inter πρᾴττειν & ποιεῖν, ex iis quæ ab Aristotele differuntur Polit. lib. 1, cap. 3. ad quod te remitto. Apud eundem certè in libello De poetica legimus, καὶ τὸ ποιεῖν, αὐτοὶ μὴν δρᾶν, Ἀθηναίους δὲ πρᾴττειν προσαγορεύειν) Xenophon Pæd. 4. οἱ μὴν ζῶντα ἔπρασσαί τε καὶ ἔλεξαν. Demosthenes, μηδὲν δ' ἐμὲ ζῶντον πρᾶξαι. Et τὰ δίκαια πρᾴττειν. Aristoteles Ethic. Sicut vicissim dicitur πρᾴττειν τὰ ἄδικα. Itidémque πρᾴττειν τὸ κακὸν apud Nazianz. Aliquid mali facere, seu perpetrare. Dicitur etiam πρᾴττω τοῦτο πρὸς τοῦτο, & πρᾴττω τοῦτο πρὸς τοῦτον, necnon ὑπὲρ τούτου. Thucydides lib. 4, πρὸς τὴν νῆσον ἀνδρῶν πρᾴξοντας, ὅτι αὐ ὑμῖν τι ὠφέλιμον, &c. Idem lib. 6, καὶ πρὸς τὸ παντὸς πλοῦ τοῖς στρατηγοῖς πρᾴττειν ἢ αὐ αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶ) Ἀθηναίοις. At secũdum illud cùm apud alios legimus, tum apud Isocratem: (qui etiam dicit πρᾴττειν ὑπὲρ τινος, non addito accusãtiuo, quemadmodum Gallicè dicimus *Faire pour quelcun*, pro Facere ea quibus res eius adiuuemus, Cõsulere rebus eius, aut generalius Stare ab eius partibus. Xenophõ autem dixit, omisso itidem accusãtiuo, πρᾴττειν πρὸς εἰρήνης, in Hellenic. pag. 345, de quo genere loquendi, simul & de πρᾴττω iuncto vel cum ὑπὲρ, vel cum πρὸς, dicam & infrà, vbi agam de ea illius significatione qua ponitur pro Transfigo seu Tracto) Apud eũdem Thucydidem, πρᾴττειν ὅτῳ ζῶτῳ possumus fortasse interpretari ad verbum, *Faire en sorte que*. libro 4, ἔπρασσον ὅτῳ ζῶτῳ ζῶντα τῆς μὴ ξυμβήσεται, τὴν δὲ ἀπαλλάξεται, *Il faisoit en sorte qu'il se peust ioindre auec les uns, & rompre l'alliance auec les autres*. Latinè autem fuerit reddendum hîc πράσσειν, vel verbo vno, Agere, vel duobus, Dare operam: verùm sequente particula Vt. Quinetiam dicendũ potiꝰ fuerit fortassis Hoc agebat, vt &c. quàm, Agebat vt, nõ præfixo pronomine. Sed malim, Operã dabat. Sic autem & quum dicitur πρᾴττειν ὅπως, &c. reddemus aptissimè, Operam dare vt. Demosthenes Philippica 3, ὅς γε μοι δοκεῖ οὐχ ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκοπῶν οὐδὲ πρᾴττων. Eodem pertinet & iste eiusdem locus in or. De perperam obita legatione, ἐμοὶ δὲ τὰ συμμάχων σώματα γεγενῶτος δίκαιον, καὶ τὴν εἰρήνην ὅπως ἴσην καὶ δικαίαν ἡγήσεται πρᾴττοντος. Eodem inquam pertinet locus iste, quũ Atticè dictũ sit πρᾴττοντες τὴν εἰρήνην ὅπως ἴσην ἡγήσεται, pro πρᾴττοντες ὅπως ἡ εἰρήνη ἴση ἡγήσεται. Ideóque perperam in vulg. lex. postquam dictum est πρᾴττω significare Contendo & laboro vt aliquid fiat; subiungitur pro exemplo, πρᾴττειν γάμον: cum quo accus. aliisque huiusmodi quid valeat πρᾴττειν, docebo mox.

Πράσσω, vel Πρᾴττω, Ago. (vt dicitur Agere res, aut Agere negotium, seu negotia. Cic. ad Atticum, Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirificè diligo) Administro, Tracto. Thucyd. lib. 1, πρᾴσσετε ἅπερ καὶ τὰ ἐμὰ καὶ τὰ σά ὅπῃ κάλλιστα καὶ ὠφελιμώτατα ἔξει ἀμφοτέροις. (At verò apud eundem, itidémque apud Xenophontẽ, legimus aliquos reuerti οὐδὲν πρᾴξαντας pro eo quod Latinè dicitur Re infecta) Quo in loco non dubium est quin subaudiatur πρᾴγματα. cũ quo substantiuo duobus modis iunctum reperitur. Dicitur enim non solùm πρᾴττειν τὰ πολιτικὰ πρᾴγματα, (sicut & τὰ πολιτικὰ, sine adiectione, vel τὰ τῆς πόλεως:) itidémque πρᾴττειν τὰ ἑαυτοῦ πρᾴγματα, (sicut πρᾴττειν τὰ ἑαυτοῦ, sine adiectione) sed etiã simpliciter, πρᾴττειν τὰ πρᾴγματα. Est autem πρᾴττειν τὰ πολιτικὰ πρᾴγματα, &c. item πρᾴττειν τὰ δημόσια, vel τὰ κοινὰ, Agere res ad rempublicam pertinentes, seu res reip. Tractare negotia publica, Administrare remp. Esse in magistratu: cui πρᾴττειν τὰ ἑαυτοῦ πρᾴγματα, vel potius sine adiectione, πρᾴττειν τὰ ἑαυτοῦ, interdum opponitur, significãs Esse priuatum, vt ver-

tit Budæus:qui etiam hũc Lysiæ locum affert,(in quo A
dicitur aliquis τὰ ἑαυτοῦ πράττειν,& τὰ ἀλλότρια,peculiari significatione)ἐγὼ μὲν οὔτ' ἐμαυτοῦ πώποτε,οὔτ' ἀλλότρια πράγματα πράξας, νῦν ἰώσασθαι τοῦτο κατηγορῶν. quem ita vertit, Qui nunquam nec meam litem intendi,nec alienam. vel, Qui nunquam nec mea nec aliena actione expertus sum. Suspecta autem esse posit ea interpretatio quam idem huic eiusdem Lysiæ dat loco, πεισόντες τοῦ Ἀειστοφάνους οἱ πράττοντες τὰ τοιαῦτα πράγματα. vertit enim, Qui negotia facessere tum
B solebant. Herodoto quidem certè πράσσειν τὰ πράγματα(sed apud eum scribitur IONICE πρήσσειν τὰ πρήγματα) est Rebus ad remp. pertinentibus operam dare,Actui rerum vacare,atque adeo Ius dicere, vt idẽ testatur: ex eo afferens non solùm πρήσσειν τὰ πρήγματα, sed etiam ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα. ¶ At verò πράττειν καθόδον τινὶ,Plut.in Cic. est Conficere alicui reditum ab exilio,& impetrare,Efficere vt quis redeat ab exilio. Cui non dissimile est apud Sophoclem
C Aiace,ὅπλα πράττειν τινὶ, Facere seu efficere vt quis potiatur armis.(Atq; vt πράττειν illic reddo etiã Impetrare,sic in isto Isocr. loco redditur ad Nic. πράττειν παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν)Quod autẽ dicitur à Plutar.πράττουσα γάμον κόρης,Budæus vertit,Tractans connubium & interpres eius:sed malim Moliens connubium, vt dixit Tacitus Moliens nuptias.(Scio tamen Latinè dici etiã Facere nuptias: sed ambiguitate non careret hæc interpr.nã vt dẽ inueniri alicubi Facere nuptias pro Moliri, at multo frequentius esse dico hoc loquendi genus pro eo ipso quod dicimus Faire un mariage, quam in illa altera significatione,id est Traitter un mariage,vel
D Pourchasser un mariage,aut etiam poursuyure)

Πράσσω vel Πράττω, vicinam proximè præcedenti significationem habet iunctũ etiam quibusdã præpos. Dicitur enim πράττειν τινός τινα proAgere cũ aliquo de re quapiã,Trãsigere cum aliquo. Thuc.καὶ πράξαντες πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως. Isocr. in Trapez. ἐγὼ δ' ἠξίουν παρὰ Μενέξενον πράττειν ὅ,τι βούλοιτο περὶ δ' ἐμὲ ποιεῖν αὐτὸν τὰ συνκείμενα. (nisi quis hic simplicius etiam accipiendum existimet πράττειν) Interdum verò &
E cum sola præpositione habẽte suum accusatiuum, vt rursus apud Thucydidem lib. 2, καὶ Εὐρύμαχος εἷς αὐτῶν ὢν πρὸς ἐπράξαν οἱ προδιδόντες, quocum transegerũt proditores. (Itidem pass. πράσσονται πρός σε τὰ πολλὰ ex Æschine, pro Transiguntur tecum) Quinetiam cum præpositione ἐς apud eundem Thucydidem, libro 1, πράσσων τε ἐσηγέλετο αὐτοῖς ἐς τοὺς βαρβάρους, καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος. Vbi interpres reddidit Tractare cum barbaris. Possumus autem aptius interpretari, meo iudicio, Trãsigere aliquid cum barbaris.aut etiam, Rationis aliquid contrahere cum barbaris. At
F scholiastes subaudit, τὰ συμφέροντα ἑαυτῷ. (Talis est certè vsus verbi Gallici,Pratiquer,de quo dicam in Πραξικοπῖν)At iũctũ præp.μετ' affertur pro βουλευέσθαι,Cõsultare,ex Thuc. οἱ δὲ μετ' Ἀθηναίων πραξάντες. Vt autem eadem opera dicam de hoc verbo cuipiam alii præpositioni iuncto,sciendum est πράττειν iunctum cum περὶ,posse itidem reddi verbo Agere:vt in illo Xenoph. loco cuius antea mentionem feci,πράττειν περὶ εἰρήνης, Agere de pace:Hellen.lib.6,pag.345,Ὑποχόμενος δὲ Ἰφικράτει,εἰ αὐτὴν ἀφήσει,ἢ χρήματα πέμψειν τῷ ναυπικῷ,ἢ εἰρήνην
G ποιήσειν, οὕτως Ἀθηναίοις τε ἐδόκει καὶ ἐπράττετο περὶ εἰρήνης. Vbi obserua, eum qui pollicitus est se ποιήσειν εἰρήνην, id est facturum esse pacem, dici πράττειν περὶ εἰρήνης. (Dicitur alioqui ET Πράττειν εἰρήνην, sic ποιεῖν εἰρήνην.Demosthenes, ἔπραξαν ἐκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην) Quod autem attinet ad πράττειν iunctum præpositioni ὑπὲρ,dicitur à Demosthene πράττειν ὑπὲρ Φιλίππου
H ea significatione qua dixit Isocrates,τοὺς πραττόντων ὑπὲρ αὐτῆς.vbi quid valeat πράττειν,paulo antè docui. Apud Demosthenẽ certè πράττειν ὑπὲρ Φιλίππου, exponitur vno etiam verbo φιλιππίζειν.Possumus autem,vt opinor, dicere nihil aliud esse πράττειν ὑπὲρ Φιλίππου quam quod alibi dicit πράττειν Φιλίππῳ,atq; adeo συμπράττειν Φιλίππῳ. (Vbi obserua obiter & hunc vsum verbi πράττειν datiuo iuncti) Philipp.3, ὃν Ὠρεῖται Φιλοκτίδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ,καὶ Μένιππος, &c. (Pagina autem sequente,οἱ δ' ἐν αὐτοῖς οἷς χαίρουσι,Φιλίππῳ συμπράττουσιν)Sic Plutarchus in Alcibiade, πραττόντων δὲ Βοιωτῶν μὲν Λεσβίοις, Φαρναβάζου δὲ Κυζικηνοῖς. Sed ante ipsum etiam Demosthenem ita vsus est hoc verbo Thucydides. apud eum enim legimus non solùm πράσσειν τοῖς Λεσβίοις(sicut πραττόντων Λεσβίοις in loco Plutarchi quẽ modò protuli) sed etiam Λακεδαιμονίοις πρασσοντες, l.5. At in vulg.lex.affertur πράσσω σοι & pro Tecũ transigo,ex Thucyd. & quidem peculiariter etiam pro συνεργοῦσι τινὶ πρὸς δόσιν,ex schol.Thuc.vt opinor.

Πράσσω vel Πράττω cum aduerbio, aut etiam cum adiectiuo plurali neutro, interdum quidem reddi potest impersonali,Agitur.(vt καλῶς πράττω,vel εὖ πράττω,Bene mecum agitur, aut Præclarè mecum agitur) interdũ verò,& quidem sæpe,alio gen.loquẽdi,eundẽ tamẽ sensum habente, aptius redditur. Πράττω (inquit Bud.)etiam absolutè positũ signif. Viuo,Ago,i. Ætatẽ ago,Sorte aliqua vtor.vt Demosthenes in Æschinem, ὡς γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων,καὶ ἀρίστην ἔχων οἴησιν, οὐκ οἶδεν εἰ μηθὲν ἑαυτῷ μέχρι τῆς ἐσχάτας, πῶς χρὴ ὀνειδίζειν τοῦ τύχου ἑπέρῳ;id est,Qui se felicissimũ existimat,Qui secum à fortuna actum esse præclarissimè censet. Affert verò ex alio eiusdem loco, πράττων οὐ κατ' ἀξίαν, pro Fortunæ iniquitate ad inopiam redactus, Qui ea fortuna nõ vsus est qua dignus erat.Item,ταπεινῶς πράξας, dictum de homine afflicto & opibus fortunisque lapso,ab Isocrate ad Philippum, καίτοι τίς οὐ θαυμάσειεν ἐπ' αὐτοῖς οὕτω ταπεινῶς πράξαντος αἰσχρῶς τὰ τῆς Ἑλλάδος πράγματα; Inde βέλτιον πράττειν, & ἄμεινον πράττειν, & κακῶς πράττειν dicunt, & καλῶς πέπραχε, in præterito. Hæc ille. Sciendum est autem,hunc vsum medii PRAET. Πέπραγα frequentem esse Aristophani præsertim,& quidem cum vtraque constructione,nimirum & cum aduerbio,& cum neutro plurali.Dicit enim in Pluto,Ὁ δεσπότης πέπραγεν ἀτυχέστατα,Præclarissimè actum est,aut agitur,cum hero,Fortunatissimus est herus.Ibidem, ὡς μακαρίως πεπράγατε, pro Quàm feliciter vobiscum actum est, aut etiam agitur, Quàm felices estis. Atq; vt πράττειν μακαρίως, sic etiam πράττειν δαιμόνως apud eũdem legitur. Vicissim autem πεπραγαμεν ἀθλίως,pro Pessimè nobiscũ actum est,aut nobiscum agitur. Sic & πεπραγὼς κακῶς, apud eundem de misero. At verò cum accusatiuo vt πεπραγαμεν πάντα τὰ γαθά.Atque vt πράττειν ἀγαθὰ dicitur,ita vicissim πράττειν πονηρά, de afflicto,apud Plutarchum.(Synesius autem & cum aduerbio, πονηρῶς πέπραγα)item πράττειν χείρω,apud Isocratem. Legitur etiam in singul. πράττειν οὐδὲν χεῖρον τὰ ἄλλα. vbi subauditur κατά. Sciendũ est porro hoc verbũ eundẽ vsum habere & cũ nõnullis adiectiuis aliùs generis.vt πράττω χρηστόν τι,Eurip.Et πράττω κεδνά, itẽ πράττω μεγάλα, quod in v.l.exponitur,Splendidis honoribus sum donatus affertúrque ex eodem Euripide. (Inuenio autẽ & apud Aristotelem hanc ipsam loquendi formulam, raram certè alioqui.Ita enim ille Rhet.lib.2,δὸοί μεγάλα πράττοντες καὶ ἀτυχοῦντες, φθονεροί εἰσι. Vbi tamen dubium esse posit an ita intelligendum sit πράττοντες, vt intelligitur πράττειν cum ταπεινὰ, à Plutarcho in Galba, vbi planè phrasis illa huic opponitur:(nam ταπεινὰ πράττειν non aliud est quàm ταπεινῶς πράττειν in loco quem modò habuisti ex Isocrate) an potius οἱ μεγάλα πράττοντες dicantur ii qui præclaras quasdã res gerunt,seu præclara quædam facinora edũt.Quã interpretationem si sequamur,sequi itidem potius oportebit illa exemplaria quæ repetunt articulum οἱ ante ἀτυχοῦντες:vt nimirum non dicatur καὶ ἀτυχοῦντες tanquam ἐπεξηγητικῶς,sed tanquam de diuersis, καὶ οἱ ἀτυχοῦντες. non enim ἀτυχοῦσι quicunque præclara facinora edunt.Atque ita interpretando hunc locum, fuerit μεγάλα πράττοντες dictũ simpliciter, id est, participio illo πράττοντες vulgarẽ retinente significationem: sicut eam retinet πράττειν iunctum nomini καλά apud eundem Aristotelem:sed præfixo articulo.Ita enim ille Polit.libro 7,ἀδύνατον δὲ καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσιν. Proximè autem præcedẽtia verba erant,

ἐχόμενον δὴ δῆλον καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου δεόμενον, καὶ πόλιν εὐδαίμονα τὴν ἀρίστην εἶναι καὶ πράττουσαν καλῶς.Insistit porrò A
ristoteles significationi huius loquendi generis καλῶς πράττειν, vel potius insistit ei quod propriè sonant illa verba, tanquam declarãs vnde significationem illam acceperint. Eodem certè pertinet quod eodem libro scribit,ἀδύνατον γὰρ,τὸν μηδὲν πράττοντα,πράττειν εὖ· τὸν δ' εὐπραγίαν καὶ τὸν εὐδαιμονίαν εἶναι τοῦτον. Quin tamẽ subtilius hæc disputẽtur quàm vt passim recepto vsu comprobari queant, non dubium est. Sed de his hactenus. Considerandus est autẽ vsus articuli cum adie-
B ctiuis iunctis huic verbo πράττειν, loco aduerbiorum: sicut videmus ab Aristotele eum præfigi adiectiuo καλά,cum illo etiam πράττειν quod alteram significationem habet.Legimus enim in loco Demosthenis quẽ modò protuli,τὰ βέλτιστα πράττειν. sed Atticum esse articuli πλεονασμὸν existimo: ideóque nõ dubito quin Aristophanes dicturus fuerit etiam πεπράγαμεν ταγαθά, sicut πεπράγαμεν πάντα ταγαθά.Neq; tamen horũ exemplo puto dici posse τὰ ταπεινὰ πράττειν pro ταπεινὰ πράττειν.cùm alibi, tum in hoc Plutarchi loco qui legitur C in Agide,pagina 1460 meæ editionis,τῶν πλείστων ἐξέπεσεν ἡ Σπάρτη καλῶν, καὶ ταπεινὰ πράττουσα παρ' ἀξίαν διετέλει) Præterea οἷα πέπραγας, pro Qualiter tecum actum est. Sed & cum aliùs generis aduerbiis, vt apud Thucydidem lib.2,οἱ μὲν δὴ ἐν τῇ Πλαταιᾷ οὕτως ἐπεπράγεσαν,pro Eorum hæc erat fortuna, Res eorum ita se habebant. vel,erant hoc in statu. Et πράττω τοιαυτηνοῦν σοι, Vtor fortuna simili tuæ. At illud κρεῖττον ἐλπίδος πράττουσι, pro Melius cum illis agitur quàm sperarant: annumerandum est iis loquendi generibus in quibus πράττω D iũgitur cõparatiuo, vt βέλτιον πράττω,vel ἄμεινον. sicut apud Aristophanem in Pluto, ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν. Potest enim κρεῖττον ἐλπίδος resolui in ἄμεινον ἢ ἤλπισαν. Interdũ etiam πράττω κατὰ νοῦν, pro Agitur mecum ex animi sententia.Plato De rep.libro 2, καὶ τοῦτο θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις πράττομεν κατὰ νοῦν. Venio ad εὖ πράττω, quod ideo in hunc locum reseruaui, quia peculiarem etiam vsum habuit. quanuis enim εὖ πράττω idem fit cum καλῶς πράττω, (vnde τὸ πράττειν εὖ Xenoph. Prosperitas. Et ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν apud Platonem oppo-
E sita,in Protagora,ὁ δὲ τοῦ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖται τὴν ψυχήν,ᾧ ἐν ᾧ παντ' ὀρθῶς ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν,χρηστοῦ ἢ πονηροῦ ἀνδρὸς γιγνομένου,τοῦ δὲ τοῦτο &c.quæ Budæus vertit, Quod verò tu antiquius ducis corpore animũ,in quóque omnia tua possunt vel bene vel secus cedere,prout probum vel prauum esse euenit:de hoc verò &c.Est autem frequentior vsus huius εὖ πράττειν quàm τοῦ καλῶς πράττειν) tamen salutationi epistolicæ εὖ πράττειν non καλῶς πράττειν adhibebatur. Existimátque Plato
F longè aptiorem hanc salutationem esse quàm quæ sit verbo χαίρειν: vt te docebit tertia eius epistola, quam his verbis inchoat,Πλάτων Διονυσίῳ χαίρειν ὅσπερ εἶπας,ἀρ' ὀρθῶς αὐτυχεῖν οἰμαι τῆς βελτίστης πρεσβείας; ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν ζεφαρν εὖ πράττειν, ὥς περ εἴωθα ἐν ταῖς ὅσταις τοῖς φίλοις προσαγορεύειν; Existimo autem Lucianum ad hunc ipsum respexisse locum, quum dixit Platonem verbum χαίρειν reiicere tanquam μοχθηρὸν καὶ οὐδὲν ἀποδιδοῦν ἐμφανῆ,cõtrà verò introducere εὖ πράττειν,tanquã κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον.Nisi fortè ex alio Plat. loco hæc sumpta sunt: quã
G hæc ibi de εὖ πράττειν non dicantur: & subiungat Luc. καὶ ὅσπερ ἔλεγον γε τοῦ Διονυσίου, αἰτᾶται αὐτὸν ὅτι ποιῶν ἐς τὸν Ἀπόλλω,χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν, &c. ita vt videri posit ex alio hæc afferre loco.Videmus porrò vsurpari hanc salutationem à Plat. in suis epistolis. vt Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν, item Πλάτων Δίωνι Συρακουσίῳ εὖ πράττειν. Et Πλάτων Περδίκκα εὖ πράττειν. Sic Alexander in sua illa ad Aristotelẽ epistola, Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. Vicisimque Aristot.ei respondẽs, Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.Clauditur autem vtraque verbo ἔρρωσο. sicut & quædam alia Aristotelis clauditur
H his,τὰ δ' ἄλλα ἔρρωσο. (Sed annotat Budæus, Aristotelẽ Philippo scribentem, in fine epistolæ salutationem posuisse huiusmodi,τὰ δ' ἄλλα εὖ πράττε. In alia,πράττε μὲν τὰ συμφέροντα,ὀλιγωρεῖ δὲ τὰ δίκαια. Fuisse autem & χαίρειν receptum in salutatione quæ præfigebatur epistolæ,vel ipse Alexandri pater Philippus in suis ostendit epistolis,qui in earum limine,vel potius salutatione limini earum præfixa,vtitur verbo χαίρειν,(sicut Alexãder εὖ πράττειν)vt videre est in iis quæ à Demosth. proferuntur. Libet autem & quæ Budæus huc pertinẽtia scripsit,addere. Εὖ πράττειν, inquit, caput est vel frons epistolarum.moris tamen fuit olim, χαίρειν loco eius dicere, & ita extat in epistola Philippi apud Demosthenem Pro Ctesiphonte.Et in epistolis ipsius Demosthenis ita legitur, Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. In Platonis verò epistolis salutatio est εὖ πράττειν.Et paulo pòst,Tria igitur fuerunt vsitata apud priscos,χαίρειν,εὖ πράττειν,ὑγιαίνειν.Per quod vltimum,bene optabant corpori, quod primum est inter res humanas. Per secũdũ optabãt vt actiones feliciter cederẽt & prono cursu. Per tertiũ,vt quũ omnia ex animi sententia cessissent,animus lætitia frueretur.Hæc ille. Quibus addo, Flaccum vtriusque salutationis vim exprimere volentẽ,ita orsum esse octauã libri 1 epistolã, Celso gaudere & bene rem gerere Albinouano Musa rogata refer,comiti scribæque Neronis.Perinde videlicet acsi dixisset χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.at certè ita copulata reperiuntur etiam alicubi.Latini alioqui potius iubebant saluere, vtentes itidem accusatiuo Salutem in fronte epistolarum: imitantes potius eos ex Græcis qui non χαίρειν,nec εὖ πράττειν,sed ὑγιαίνειν iubebãt eos ad quos scribebant.De quo vsu verbi huius,sicut & de illorum duorum,lege Luciani libellũ περὶ τῶν ἐν τῇ προσπαίσμ. Hoc addo,manifestè relinqui subaudiendũ aliquod verbum cum his infinitiuis : id autem esse posse (ni fallor)εὔχεται. Superest vt de verbi πράττειν iuncto huic aliisve huiusmodi aduerbiis, hoc quoq; dicã: posse nos id interpretari Agitare, si quidem Gellium sequi libuerit.Quippe qui lib.16,cap.vltimo,in iis quæ de Arione ex Herodoto affert,hæc illius verba,τοιαῦτα ὁ ἐκείνων ὡς εἴη τε σῶς περὶ τὴν Ἰταλίαν,καὶ μὴν εὖ πρήσσοντα λίποιεν ἐν Τάραντι,interpr. Eos dixisse hominẽ,quum inde irent, in terra Itala fuisse, eúmque illic bene agitare. Sed addit, Et studiis delectationibúsque vrbium florere, atque in gratia pecuniáque magna fortunatũ esse. Quæ certè videri posint ab eo adiecta ad declarãdam latius quam ibi habent ista verba εὖ πρήσσοντα significationem. Hoc enim sciendum est, interdum εὖ πρήσσοντα dici significando peculiariter diuites.cuius vsus exẽpla cùm apud alios extant, tum verò apud Aristophanem (qui etiam dicit in Pluto, κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν) Tunc autem talis quædam est significationis illorum verborum restrictio, (vt ita dicam) qualis QVVM εὐδαίμονες,itidémque Latinè Beati vocãtur, qui sunt diuites. Cæterùm εὖ πράττειν si rectè interpretabimur Bene agitare, itidem ἄμεινον πράττειν seu βέλτιον, reddere poterimus (vt opinor)Melius agitare. Sed alicubi existimo posse nos aliquod loquendi genus nõ solùm ab hoc sed à superioribus quoque diuersum interpretationi horũ verborũ ἄμεινον πράττειν seu βέλτιον, adhibere, videlicet Meliore esse cõditione. vt vicisim χεῖρον πράττειν vel χείρω,Deteriore esse conditione.

Πράσσω,siue Πράττω interdũ etiam pro πάσχω ponitur,vt παθὼν pro πράττω. Inde illud ambiguè & lepidè dictum apud Eurip. ὡς πώποτ' πράξας ὧν σε δεῖ &c. Vide Budæum p.306.

Πράσσω, siue Πράττω,Exigo, Cogo. cum duobus accusatiuis,sicut & πράττομαι,in quit Budæus,qui tamen passiuæ vocis dũtaxat affert exemplum, ex Demosth. Ad Lept ἐκεῖνος πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ ὅσ' ἂν δέξωνται, τὴν ἀκοσιν,exigit tricesimam ab iis.Sic & in vulg.lex.ex Xenophõte,τοὺς δ' ἑαυτοῦ ὅσ' ἐθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα.Item,οὐδένα γοῦν τῆς συνουσίας ἀργύριον πράττῃ. Et ex Thucydide,πεπραγμένος φόρους, Qui exigit tributa. (Ex eodem tamen πράττομαί σε χρήματα , etiam pro Multo te pecunia. (Sed & cum aliùs generis accusatiuo, videlicet δίκας,ex Philostr.Heroicis,ἐπεξιέναι τούτων αὐτὸν δίκας. vbi possumus vti itidem verbo Exigere: hoc modo, Horũ pœnas exegi de eo. Addũt enim La-

tini interdum hanc etiam præpositionem verbo Exigo cum isto accusatiuo. Ideóque minimè necesse fuit, mutata orationis forma, reddere, Ob hæc mihi pœnas dedit. Sed & vox actiua vsum hunc habet, videlicet pro Exigo, multo tamen rarius. Lucianus in Vit. auct. Τίγαρωῦ ὢν ἡπτος, σοφὸς καὶ ὀξυδερκὴς ὤν. φέρ' ἴδω τί καὶ πράξεις με ὑπὲρ αὐτῆς σύ, Quid exiges à me pro eo. Id est, Quod pretium exiges. Hoc autem perinde est acsi diceretur, Quanti eum indicas?

Passi. Πράττομαι, siue Πράττομαι, Fio, Conficior. Thucydides libro 2, καὶ ἐπειδὴ ἀυτῷ οὐδὲν ἐπράττετο ὧν ἕνεκα ἐσβαλε. Et δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται apud Aristot. Æschyl. in Prom. vincto, Καὶ δὴ πέπρακται τοῦργον ἡμῖν κρῶπτῶ. Ex Euripide affertur πέπρακται sine adiectione etiam pro Actũ est, Peracta res est. Item τὸ πεπραγμένον & τὸ πεπραχθὲν, Quod factum est seu confectum. Ex Apophth. πεπραχθὲν πρᾶγμα, Res gesta. Bud. Platonem πεπραγμένον sæpe dixisse de cæde perpetrata testatur. ¶Et πράττεται pro Trãsigi, vide suprà cum πράττω, significante Transigo.

Interdum autem passiua vox pro actiua ponitur. vt videmus πεπραγμένοι pro πεπραχότες in isto Demosthenis loco, οὐδὲν ἀκήκοα πρᾶγμα μιαρώτερον, ἢ ὁ οὗτοι πεπραγμένοι εἰσὶ περὶ ἡμᾶς. Sed & pro actiua voce πράττειν significante Exigere, vsurpatur passiua πράττεσθαι, vt paulo antè ostendi.

A τ Πέπραγα med. præt. non solùm iis adhibetur locis cuiusmodi sunt ii quos paulo antè protuli, sed & simpliciter pro Feci ponitur, sicut πέπραχα. vnde πεπραγμένα apud Aristotelẽ, sicut πεπραχέναι, Fecisse. Apud Xenophontem autem participium πεπραγὼς eam videtur sequi verbi πράττω significationem qua ponitur pro Impetro, Hellen. libro 1, ὅτι παίτων ὧν δέοιτο πεπραγότες εἶεν παρὰ τοῦ βασιλέως.

Πρᾶγμα vide post ea quæ à πέπρακται formata sunt. huic enim à πεπραγμαι prima persona formato, præposui, certo consilio, quæ à secunda & tertia formata sunt.

Πρᾶξις, εως, ἡ, Actio. vt apud Aristotelem, initio libri 1 Ethic. πᾶσα πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ. Idem libro 10 Ethic. cap. 8, ζητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς, ἢ αἱ προαιρέσεις, ἢ αἱ πράξεις. Quò pertinet illud, Laus omnis virtutis in actione consistit. A Cicerone ἢ κατ' ἀρετὴν πρᾶξις redditur Actio honesta. Et πρᾶξις πολεμική ex Platone affertur pro Bellica actio. At μετὰ τὴν πρᾶξιν, Re peracta. Interdum verò & aliam interpretationis formam admittit πρᾶξις: ac reddi potest Res agẽda, vel gerenda. vt apud Plutarchum in Rom. ὅθεν πρᾶξει φανέντες γυνὴς, in re gerẽda. Et in plur. apud Xenophontem, εἰ μὴ παὶ αἰαῖκαιοτάτας πλείστας πράξεις τῖς ἀνθρώποις ἐν ὑπαίθρῳ, hominibus res plurimas, eásque maximè necessarias, sub dio agendas esse. Bud. τὴν πρᾶξιν vertit Rem audẽdam, in hoc Plutarchi loco in Pelopida, ὑφίστατο δὲ τὴν πρᾶξιν Πελοπίδας πρῶτος, Aggreditur rem audendam. Sed vertit etiam, Facinus sibi deposcit. Atque vt πρᾶξις alicubi est Res gerenda, sic nonnullis in locis est Res gesta, præsertim verò plur. πράξεις, Res gestæ, aut etiã vno verbo Gesta. qua voce vti possumus interpretãtes πράξεις τῶν ἀποστόλων. Vbi tamen etiam Acta vel Actus interpretari licet, vt tradit Bud. p. 126. ¶Vt autem paulo antè, sic & in aliis plerisq; locis πρᾶξις redditur Facin⁹, & πράξεις, Facinora. Polyb. οὐδ' ἐν ἀδικήματι κατηλθμεῖτο τὴν πρᾶξιν, Ne facinus quidẽ illud suum iniuriæ loco numerabat. Et πρᾶξιν πράττειν, Facinus edere, Æschin. Itidẽ plur. πράξεις, Facinora, aut etiam, Facta. vt ἔργῳ καὶ πράξεσι, Demosth. Re & factis. Est verò & vbi πρᾶξις reddi queat Opus, & πράξεις Opera: id est ἔργον & ἔργα. Quinetiã vt in illo Demosthenis loco ἔρῳ redditur Re, sic apud Platonẽ De leg. πράξεις, Res. itidém que apud Herodianum à Polit. ¶Πρᾶξις, Negotium, vt ἐν πράξεσι μεγίσταις ἐξεταζεῖς, Herodian. In maximis spectatus negotiis, vt idem ille vertit. Sic αἱ κοιναὶ πράξεις, ex Aristotele, Publica negotia: & ἔνδημοι πράξεις ex eodem, Ciuiles administrationes. Sed & sine adiectione, πράξεις de publicis negotiis dictum fuit peculiariter. Vnde Budæus, τοὺς ἐν τῆς πράξεσι, dictos annotat Magistratus. afferens tamen locum Herodiani in quo non sine adiectione ponitur hoc vocabulum: οἵτ' ἔπαρχοι καὶ οἱ ἐν τῆς μεγίσταις πράξεσιν αὐξόμενοι, qui rerum summæ præfecti erãt. Qua significatione rerum actum dixisse Plinium iuniorem, necnon Suetonium existimat: summum autem rerum actum, Corn. Tacitũ appellauisse Curam rerum. Sic certè lingua nostra peculiari significatione dicit, *Les affaires*, quum alioqui vocabulum istud *Affaires* generaliter quæuis negotia significet. Annotat ibidem Budæus hæc verba, τὸ δὲ πρᾶξιν εἶ) ἐξ ἑνὸς καὶ ἀμφοῖν, esse in cõtractibus apponi solita, significãtia vtrunque in solidum obligari, & reos esse promittendi, vt iurisconsulti loquuntur.

Πρᾶξις, Sors, (vt dictũ est πράττειν poni interdũ pro Sorte aliqua vti) Status rerum alicuius, Conditio. ἀπραξία, vel δυςπραξία: ex Sophocle in Aiace, Οὐκ οἶδ' ἀπὸ τίνος πρᾶξιν. Et Αἴας πρᾶξιν οὐ πλησιόχρῳ. (vbi tamen fortasse possumus accusatiuo πρᾶξιν vulgarem etiam significationem dare) Et ex Herodoto, πρᾶξιν ἑαυτοῦ πᾶσαν ἀπικλαίει, conditionem suam deflet. Nisi potius scribendum πρῆξιν Ionicè.

Πρᾶξις, Proditio. sequendo quidem Suidam qui exponit προδοσία: vide in verbo Πρᾶξικοπέω.

Πρᾶξις, Exactio. (vt πράττειν ac πράττεσθαι pro Exigo poni dictum est) Bud. p. 226 ex Aristotele.

C. Πρᾶξιδίκη, (q. d. Actionum vltio, vel vltrix) Dea quæ actionibus seu factis nostris finẽ imponit, & eum quem merentur exitum. Vide Hesych. & Suidam.

C. Πρᾶξικοπέω, ῶ, Facto quopiam astuto & callido circũuenio, vel, Astutia & prudentia tractandi alicuius incepti hominem circumuenio, vel præsidium arcémque ad deditionem perlicio, vel proditionem. Vnde πρᾶξικοπῖδαι dicitur qui huiusmodi arte vincitur ac circũscribitur, & πρᾶξις, ipsa proditio. Ita Budæus, addõs exempla ex Polybio, ex quibus est hoc, Κλεομένους πραξικοπήσας αὐτοῖς. Habes verò & apud Suidam. qui etiam dicit πρᾶξιν esse προδοσίαν: quem sequens Bud. interpr. Proditionem. At ego dixerim potius esse actionem quampiam callidam qua proditionem molimur: generalius autem actionem aut tractationem alicuius negotii callidam, seu artẽ qua negotium aliquod callidè tractamus. Videtur enim ita posse accipi πρᾶξις in iis locis quos Suid. affert. Gall. dicimus itidẽ *Pratique*. cui synonymum est *Mence*. Vnde *Faire des pratiques & menees*, pro πρᾶξικοπῖν. Et *Pratiquer auec quelcun*, vt dicitur πράττειν τινὸς τινα. vel μετά τινος.

C. Ἀπραξία, ας, ἡ, Cessatio à rebus agẽdis (ea significatione qua dixit Nazo, res agere, opponens otio) vel Cessatio, sine adiectione, Otium. vt in hoc senario qui prouerbialis censetur, Ἀπάυσις ὅστι τῶν κακῶν, ἀπραξία. Synesius ἀπραξίαν opponit τῷ μετέχειν πραγμάτων, ep. 50, in fine, πενίαν ἐξ ἀπραξίας ὡς κέρδος ἑλόμενος. Sic autẽ Tibull. paupertatẽ cũ vita inerte copulauit, vt hic πενίας μετ' ἀπραξίας, in hoc versu, Me mea paupertas vitæ traducat inerti. perinde acsi quis dicat, ἡ ἐμὴ πενία τὸν ἀπραξίαν μεταγάγοι με. Sed fuerit hic ἡ ἀπραξία τὸν πενίας κέρδος. quoniã otiosa vita cõtingit iis potius qui diuitiis nõ inhiant, sed cõtrà paupertatẽ amplectuntur. Hoc enim voluisse existimo Tibullum, Hoc cõmodi ex mea paupertate percipiam, quòd liceat mihi soluto iis omnibus negotiis quibus districti solent esse qui diuitiarum amore tenẽtur, vitam otiosam agere. Quare non possum eorum sententiam probare qui inuersam esse verborum structuram cẽsent, & dixisse Tibullũ, Paupertas mea traducat me vitæ inerti, pro Vita mea iners traducat me ad paupertatem. Et hæc quidẽ obiter dicta sint. Cæterùm Budæus apud Philonem ἀπραξία vertit etiam Inertia: affértque ex eodem Synesio ἀπραξία dictum quum nec quicquam negotii agere, nec experiri licet actione, & appellare nomina sua. Vnde (inquit) Plut. in Sylla pro iustitio posuit. Vide Bud. pag. 110, & 305 ac 306.

C. Δυςπραξία, ε τ Δυςπραξία, Infelicitas in rebus agendis, seu gerendis. Et generaliter etiam Infelicitas, Sors dura, seu aspera, Res aduersæ. Plurali vtitur Sophocles Aiace, Πίπλειν βαρείαις τοὺς θεῶν δυςπραξίαις. vbi exponi-

tur Calamitates. Idem valet δυςπραγία, quod est à futuro medio πεπράξομαι. Vnde & V E R B. Δυςπραγέω, ῶ, Infeliciter res gero, Infelix sum in rebus gerẽdis. Et generaliter, Infelix sum, Aduersã fortuna vtor, Res mihi sunt aduersæ. Plutarchus, τὸ δὲ ναυτικὸν ἐν παντὶ δυςπραγοῦν, αὖθις ἐνίκασε τὴν Ἀντώνιου τύχην περιιστῶν τὸν πόλεμον. Pro iisdem D I C V N T V R Κακοπραγία, E T Κακοπραγῶ, quæ nomini ἀπραγία & verbo ἀπραγῶ opponit Aristoteles. Gal. dixit etiam ὁπὸ ἀπλήνη κακοπραγουῶν, pro malè affecto.

C O N T R. Εὐπραξία E T Εὐπραγία, Felicitas in reb⁹ gerendis, Sors prospera, Res secundæ, Prosper successus. Extat autem hoc ἀπραγία apud Thucydidem aliquot locis, item apud Platonem: & pluralis quoq; ἀπραγίαι apud Herodianum. At ἀπραξία non semel vsurpat Aristoteles in Ethic. vsurparat autem ante eum Herodotus. Sed affertur & ἀπραγία γῆς pro fœcũditate terræ. I T E M Εὐπραγέω, ῶ, Feliciter res gero, &c. sequẽdo significationes datas verbo δυςπραγῶ. Thucyd. πόλιν ἀπραγοῦσαν opposuit τῇ σφαλομένῃ. Q V I N E T I A M Εὐπραγὴς affertur pro Felix, V T Δυςπραγὴς pro Infelix: Et compar. gradus, Εὐπραγέστερος, Δυςπραγέστερος, Felicior, Infelicior.

C. Γιὸπραξία, vide in Γιὸπραγμῶν.

Πρακτὸς, οῦ, ὁ, (q. d. Agibilis, pro Qui agi potest, id est fieri) Sub actionem cadens, vel in actionem, In actione versans. Aristoteles Ethic. 1, cap. 2, initio, εἰδὴ τέλος ὅδε τὴν πρακτῶν. Vtitur & aliis plerisque illius operis locis. Idem libro 6, capite 4, τὸ πρακτὸν distinguit ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ.

C. Ἄπρακτος, ου, ὁ, Infectus. Non factus. Xenophon, ὅπως μὴ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίνηται. Demosthenes, εἴ τι τούτων ἄπρακτον ὄφ τοῦτοις ἐφ' οἷς ἐκείνων πάντας κατέγνωσαν.

Ἄπρακτος, magis vsitatè actiuam significationem habet: dicitúrque sæpe aliquis reuerti ἄπρακτος, qui reuertitur quum non confecerit negotium propter quod venerat: id est, Qui reuertitur infecto negotio, vel re infecta, seu rebus infectis. Thucydides libro 1, ἀλλ' ἀπεχώρησαν πάλιν ἄπρακτοι. itidem, ἀπρακτος εἰς χωρήσας apud Plutarchum, & ἀπῆλθεν ἄπρακτος, rursus apud Thucydidem. Et ἄπρακτος ἐπανῆλθεν, Herodian. ἄπρακτος ἀπῄει, Luc. Quinetiam dicũt ἀποπέμπειν ἄπρακτος: quod apud Thucydidem legitur, & sæpe apud Herodianum, πρὸς πρέσβεων, id est de legatis. vt libro 6, ὁ δὲ βάρβαρος τοὺς μὲν πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους. A quibusdã autem ἄπρακτος in huiusmodi locis redditum fuit Irritus & Irritus spei. Possumus certè, si Taciti autoritate niti velimus, quum de aliquo dicitur qui legatus missus fuit, interpretari ἄπρακτος ἐπανῆλθεν, legationis irritus rediit. Sciendum est porro Thucydidem dixisse etiam ἄπρακτον γίνεσθαι. Apud Dioscoridẽ redditur Inefficax. vbi dicit τοῦτο ἄπρακτα efficere τὸ θανάσιμα. Actiuam significationem habet ἄπρακτος & quum dicuntur ἄπρακτοι ἡμέραι à Plutarcho, qui Latinis dies festi. Quò pertinet ea interpretatio quæ à Bud. tribuitur huic nomini, (paulo aliqui liberior) videlicet Iners, Otiosus, item Inactuosus, ex Augustino. Annotat præterea ἄπρακτον ἡμέραν Luciano eandem esse quam & ἀπόφραδα. Nec tamẽ ἄπρακτον ἡμέραν existimo sonare Infaustum diem, sicut & ἀποφράδα, sequendo expositionem quam habent v. l. sed infaustum diem dici ἄπρακτον, quòd eiusmodi die sua negotia agere non auderent. In iisdem ὁ ἀπρακτόπαις, Ineptissimus rebus agendis.

(A D V E R B, Ἀπράκτως, Re infecta, seu Reb⁹ infectis, Infecto negotio. Itẽ Irritè, Sine profectu, aut Nihil proficiẽdo: vt ἀπρακτεῖν ponitur pro Nihil proficere.

V E R B. Ἀπρακτέω, ῶ, idem quod ἀπρακτος εἰμί. Budæus vertit Nihil proficere, afferens ex Xenophonte Pædiæ 1, τοῖς δὲ ἀθέμιστα ἀνχμῶσι, ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶ) τοῖς θεῶν ἀτυχεῖν, ὥςπερ καὶ τοῖς ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν τοὺς παράνομα δεομένους. Sed tamẽ hic ἀπρακτεῖν, haud positũ absolutè, verùm cũ præpositione πρὸς, non possumus reddere Nihil proficere: sed debemus potius ἀπρακτεῖν πρὸς ἀνθρώπων interpretari Pati repulsam ab hominibus, vel (minus liberè) Ab hominibus nõ impetrare quæ petũt: sicut πράττειν pro impetrare poni interdum, docui suo loco. Apud Aristotelem verò Ethic. lib. 1, cap. 5, δοκεῖ γὰρ εὐδαίμων καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, non aliud est ἀπρακτεῖν διὰ βίου, quàm Nihil agere per totam vitam; Otiosum esse per totam vitam.

R V R S V S Ἄπρακτος pass. significationem habet, quũ ponitur pro ἀνέκδικτος & ἀπιμώρητος, (vt quidem Suidas ἄπρακτα exponit ἀνέκδικτα & ἀπιμώρητα, afferẽs hunc locum, non nominato autore, ἀλλὰ τοῦτο μὴ οὐχ οἷόν τε ἦ) ἄπρακτα γενέσθαι, ἐπεὶ περ οἱ θεοὶ ἀπιμώρητα αὐτὰ παρεῖδον ἐκ σφῶν γενόμενα) id est Inultus, Impunitus. Videtur autẽ esse à πράττειν significãte Exigere pœnas, cuius tamen vsus exemplum nullum inuenio: at cum accus. δίκας ex Philostrato attuli.

C. Δυςπρακτος, ου, ὁ & ἡ, Factu difficilis. C O N T R. Εὐπρακτος, Factu facilis.

C. Ἐμπρακτος, ου, ὁ & ἡ, Efficax. Et comp. gradus: ἐμπρακτότερος, Efficacior. vt ἐμπρακτότερον ἔμπλαστρον, Dioscor. Efficacius. quod & δραστικώτερον. Ἐμπρακτος redditur etiã Actuosus à Budæo, afferente ex Gregorio, καὶ πρᾶξιν ἡσύχιον, καὶ ἡσυχίαν ἔμπρακτον. Et ex Basilio De vita solitaria, οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐπιτηδευόμενον ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματα ζῶντα κινούμενα καὶ ἔμπρακτα, τοῖς βίοις τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν. Et ἔμπρακτοι ὑπαπικοὶ in Pand. (inquit idem) nisi sit mẽda, vocantur ordinarii, hoc est, nõ honorarii tantùm, sed administrantes, munifices.

Ἐμπράκτως, Efficaciter, Actuosè.

C. Ἐμπρακτικὸς, ἡ, itidem pro Efficax, Actuosus. Et comparatiui gradus ἐμπρακτικώτερος, Efficacior, in v. l. sed absque autore.

Πρακτικὸς, (actiua signif. vt πρακτὸς passiua) Agendi vi præditus, Aptus ad agendum, Qui talis est vt agere possit. Vel, In agendo positus, vt Fab. lib. 2, cap. 19, [Quũ artiũ] aliæ in agẽdo [positæ sint,] quarũ in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit: (quæ Πρακτικὴ dicitur: qualis est saltatio) aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subiicitur, consummatione, finem accipiunt: Q V A M Ποιητικὴν appellamus: qualis est pictura. At primum genus artium esse dixerat, positarum in inspectione, quæ Θεωρητικὴ vocabatur. Sic autem Aristoteles Ethic. 6, cap. 2, διάφορον vnam constituit πρακτικὴν, alteram θεωρητικὴν, non autẽ πρακτικὴν, μηδὲ ποιητικὴν. vbi πρακτικὴ redditur Ad agendum valens, seu Ad res agendas. Paulo pòst autem dicit τὸ πρακτικὸν substantiuè, sicut & διανοητικόν. vbi redduntur Facultas agendi, & Facultas cogitandi. Apud eundem in Polit. βίος πρακτικὸς, quæ vulgò Actiua vita. Et πρακτικαὶ ἀρχαί, Agendarum rerum principia, in vulg. lex. Ibidẽ πρακτικὴν ὁρμὴν ἐνιέναι, pro Ad agendum impellit. Vbi verò Aristoteles χαριεντῆς & πρακτικοὶ copulat, (nimirum libro 1, cap. 5) redditur πρακτικοὶ, Nati rebus agẽdis, ex Horatio. Sed is ita dixit iambum esse natum rebus agẽdis, vt idem Aristoteles ἰαμβεῖον appellauit πρακτικόν. Bud. autem ex Xenophõte affert πρακτικὸς καὶ λεκτικὸς pro Opere & oratione pollens. A Polybio accipi idem testatur pro Efficax: alicubi verò & pro Strenuus: vt In hoc eius loco, libro 1, σωιοήσαντες ὅτι τὸ πρακτικώτερον μέρος καὶ φοβερώτατον τῆς τῶν ἐπεναντίων δυνάμεως ἡγεῖται διὰ τοῖς τόποις. Addit autẽ, πρακτικὸν differre τοῦ μεθοδικοῦ apud eundem Polybiũ libro 1, vbi scribit, πότε γὰρ ὦ, ὡς ἔοικε, σωιδεῖν, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἔμπειρία μεθοδικὴ καὶ πρακτικὴ δυνάμις, ἀπειρίας καὶ τελείας ἀλόγου θραπωτικῆς. Cæterùm apud Aristotelẽ iungitur etiam genit. πρακτικός. vt libro 5 Ethic. initio, ὁρῶμεν δὴ πάντας τὸν τοιαύτην ἕξιν βουλομένοις λέγειν δικαιοσύνην ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια. Vbi πρακτικοὶ τῶν δικαίων redditur Ad res iustas gerendas idonei.

A D V E R B. Πρακτικῶς, Cũ agẽdi facultate. Præterea vt πρακτικὸς affertur pro Efficax, sic πρακτικῶς pro Efficaciter: ex Plutar. in Pericle, τὸ καλὸν ἐπ' αὐτὸ πρακτικῶς κινεῖ.

Πρακτὴρ, ῆρος, ὁ, Exactor, Coactor tributorum, inquit Bud.

qui affert & hanc Græcam expositionem, ὑπηρεσίας A
ὄνομα, φορολόγος. Addit & versum Gregorii, in quo habe
tur scriptum per η in prima, — κραπερὴν τε φέρειν πρηκτῆ-
ρος ὁμοκλῇ. Est autem IONICVM Πρηκτὴρ pro πρᾶ-
κτὴρ, & quo vtuntur poetæ, vt docebo infrà. Animad-
uertendum est porro, sequi hoc nomen πρᾶκτὴρ eam
verbi πράττω signif. qua ponitur pro Exigo: sicut eam
sequitur ἄπρακτος, pro αὐθέκδικτος & ἀπημώρητος.

Πράκτωρ, ορος, ὁ & ἡ, Perpetrator. vt πράκτωρ φόνου, Perpe-
trator cædis. Antiph. in Apol. οὔτοι πράκτορες τῆς ἀκου-
σίων εἰσί. Vbi meminisse oportet eius quod antè dictũ B
est, nimirum πτῶμα ξυμβόλου à Platone sæpe dici de cæde
perpetrata.

Πράκτωρ, (sequens itidem illam verbi πράττω signi-
ficationem de qua in proximè præcedenti vocabulo
dictum est) Exactor, Quæstor, ex Dione & Luca, itidẽ
ex capite tertio Esaiæ. Et cum genitiuo χρέους, ex Naz.
μὴ γὰρ πράκτωρ πικρὸς τῶν ἐλαττόνων χρέους. Apud Demo-
sthenem πράκτορες, Qui pecunias mulctatitias exigũt:
ὧν οὐδεὶς τῶν δεδωκότων τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα. C

Πράκτωρ, Vltor, seu Vltrix, Vindex. vt πράκτορες χρ-
εί, Aristoph. Vltrice manu. Et cum genitiuo. vt πράκτο-
ρες αἵματος dicũtur Furiæ ab Æschylo, Vltrices sangui
nis, id est cædis. Vt autem πράκτωρ his in locis est ἐκδί-
κους, τιμωρός, sic ἄπρακτος, pro αὐθέκδικτος & ἀπημώρητος
poni antea dixi, rationem aliquam huius significatio-
nis afferens.

VENIO AD Πρᾶγμα, quod quanuis à prima persona
passi. πέπρᾶγμαι, sit formatũ, in hunc locum à me refer-
uatum fuit, tum ob multiplicem eius vsum, tum ob
numerosum deriuatorum quasi comitatum. Redditur D
autem πρᾶγμα vt plurimum, Res. (Sed si deriuatio spe
ctetur, sonat propriè q.d. Res facta à quopiã, Id quod
fecit quispiam. vnde etiam Factum alicubi reddi for-
tasse potest. Affertur certè ex Demosthene αὐτὰ πρᾶγ-
μάτων pro Nullis rebus gestis) Thucydides libro 1, καὶ
τῶν παντὸς πράγματος ἀρχὴν ἐποιήσατο. Plutarchus in Fa-
bio, πρᾶγμα μὴ πρότερον ἐν Ῥώμῃ γενόμενος. Sic in Cam.
πρᾶγμα γενόμενον ὅθεν πᾶσι μεγάλαις καὶ δημοσίαις συμφο-
ραῖς: videlicet τὸν δῆμον μεταβάλλειν πλὴν ἐλθῆτα. Demo-
sthenes, καὶ τὸ πρᾶγμα εἰς ὑπὲρ δεινόν μοι πρόεισι. Sed & in- E
ipsum πρᾶγμα alicubi dicitur esse δεινόν. Legitur & χα-
λεπὸν πρᾶγμα apud eundem Demosthenem, sicut ἀρχα-
λέον πρᾶγμα apud Aristoph. initio Pluti, Δοῦλον γὰρ ἐξ
ἀφρονοῦντος δεσπότου. Sed præfigitur particula ὡς, hoc
modo, ὡς ἀρχαλέον πρᾶγμ' ὄντ, Quàm molesta res est,
vel Grauis est res, Quàm acerba res est. (Posis autẽ &
adiectiuis substãtiuè positis vtẽs, interpr. Quàm mole-
stũ est, Quàm graue est, Quàm acerbũ est) Apud eun-
dem, πρᾶγμα γλυκὺ ἐποίησω. Et μετέωρα πράγματα, ei-
dem Aristoph. Sublimes res, Cælestes res. Apud Phi- F
lonem De mundo, ἄστατα καὶ τυχηρὰ πράγματα, res flu-
xæ & fortuitæ. (Ibidem τὰ πράγματα distinguit ἀπὸ τῆς
σωμάτων, inquiens, τῇ διανοίᾳ τὰς ἀπάντων φύσεις σωμάτων
τε καὶ πραγμάτων εἴωθεν ἄνθρωπος καταλαμβάνειν) Affertur
ex Plat. copulatum πράγματα cum πράξεις, illud pro
rebus, hoc pro actionibus. Cicero quoque πράγματα
vertit Res, in hoc Platonis loco (p.3, mei Lexici Cice-
roniani) οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα, nec
vnquam eius res à diis immortalibus negliguntur. I-
dem tamen τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα apud Demosthe- G
nem reddere maluit, Fortunas Græciæ, quàm Res Gra-
ciæ, vt videbis pag. 138 eiusdem Lexici. Quinetiam po-
terat, vt opinor, interpretari Statum rerum Græciæ. A
pud Xenophontem quidem certè ἀδύνατον ἐστιν τοῖς τοι-
οῦτοις πράγμασι, incommodè verteris ad verbũ
In talibus reb⁹, seu In huiusmodi rebus: at commodè,
In tali rerum statu. At si hac interpretatione vtaris, In
tanta rerum angustia (aut alia quæ idem valeat) simul
interpretaberis & explicabis. ¶Vt autẽ πράγματα hîc
verto duobus verbis Rerum statum, sic quum dicitur H
de rebus ad remp. pertinentibus, seu ad eius admini-
strationem, redditur aptè duob⁹ verbis Rerum sum-
ma. Atque ita vertit Budæus in hoc Plutarchi loco,
οὔτε ὁ τοῦ Κίννα τελευτήσαντος ἐδέξατο τὰ πράγματα ὁ συνεῖ
χεν ὁ Κάρβων, Rerum summã excepit. Addit verò & i-
πίσης ὅτι τὰ πράγματα ex Polybio. Quos profert locos
pagina 307, postquam dixit πράγματα significare ad-
ministrationem reip. id est πολιτείαν. Consule etiam
pagina 226 & 227, vbi τὰ πράγματα, sicut αἱ πράξεις, vi-
debis exponi item posse Rerum actus. Vide & p. 304
πράττειν πράγματα, item quæ dixi suprà in Πράττειν. v-
bi & de Gallico vocabulo *Affaires*. Cæterùm significa-
tionẽ hãc habet πράγματα apud antiquiores etiam
scriptores, Thucydidem, Isocratem, atque alios. Legi-
mus autem apud illum τὰ πράγματα cum verbo παρα-
δοῦναι, l. 8, τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παρα-
δοῦναι. Et cum verbo μεταδιδόναι, eodẽ lib. ἐπειδὴ μετέστησε
τὰ πράγματα, ὥστε κατάγειν Ἀλκιβιάδην. Ex eodem affer-
tur ἦλθον ὅτι τὰ πράγματα, pro Ad rerum administra-
tionem peruenerunt. Ex eodem, οἱ τὰ πράγματα ἔχοντες
& οἱ ἐν τοῖς πράγμασι, Qui res administrant. Et ex Plu-
tarcho, τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, Remp. gerere, Publica mu
nera obire. Vt autem hic plur. πράγματα redditur Mu-
nera, seu Munia, sic τὸ σὸν πρᾶγμα ex Platone affertur
pro Tuum munus, Tuum officium, itidémque τὸ ἐμὸν
πρᾶγμα, Munus meũ. Sed de hac interpretatione am-
bigi potest, itidémque de ea quæ datur illi Plut. loco.
¶Πρᾶγμα interdum eũ quoque vsum habet quem Res
apud Latinos, quum dicitur, Nihil mihi rei est tecum.
ita enim dicitur, οὐδέν ἐστί μοι πρᾶγμα πρὸς σε. Vbi redde
re etiam queas, Nihil est mihi tecum negotii. Apud
Demosthenem Pro corona, καταρώδυρος καὶ δυσμενὴς μη-
δὲν εἶναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα. Idem, ὥσπερ πρὸς οὓς
οὐδέν ἐστί σοι πρᾶγμα λυπεῖσθαι. Quinetiam dixit, οὐδέν
τῇ ἐπ πρᾶγμα πρὸς τὰ συμβήκας ei qui iam pacto nõ te
neretur, καὶ δίκαιον πορεύεσθαι ἐπ οὐδέν ἄπτῳ ἐστὶν ἐπ πρᾶγμα
πρὸς τὰ συμβήκας ἐκείνας. Vt verò πρᾶγμα hîc redditur
Negotium, sic & in aliis etiam locis ab hoc diuersis
reddi potest. Itidémque plur. πράγματα, Negotia. vt τὰ
ἐμὰ πράγματα, Negotia mea: & τὰ πράγματα τῆς πόλεως,
apud Isocratẽ, Ciuitatis negotia, Publica negotia. Sed
hoc quoque sciendum est, sicut Negotium pro mole-
stia ponitur interdum, sic πρᾶγμα & Græcos vsurpare.
Plato in Sympos. οὐδὲν ἐκείνῳ πρᾶγμα pro Nihil est mole-
stiæ. (vel Nihil est incommodi. vtroque enim modo
vertit Budæus pagina 307. At in vulgatis lexicis ex He
rodoto, οὐδὲν πρᾶγμα εἴη, pro Nihil opus fuerit) Sed fre-
quẽtius pluralis πράγματα vsum istum habet: vt con-
tra potius singul. Negotium ita vsurpatur à Latinis.
Posse autem nos hoc singulari interpretari illum plu-
ralem, ex Cicerone etiam discimus, qui hæc Epicuri,
τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλ-
λῳ παρέχει, ita vertit, Quod beatũ & immortale est, id
nec habet nec exhibet cuiquam negotium. Dicitur e-
tiã πράγματα οὐ μικρὰ ἔχειν ab Herodiano, & πολλὰ πράγ-
ματα παρέχειν in Epigr. Ex Synesio autem affertur &
cum verbo ἔχειν, ea significatione qua dicitur πράγματα
ἔχειν. sed suspicetur forsitan aliquis, ab eo scriptum
fuisse πράγματα. ¶Commodè autem vel potius com-
modissimè ab hac significatione transibo ad eam qua
πράγματα ponitur pro litibus. præsertim quum Vlpi-
anus Negotium facessere dixerit, vel Negotium facere,
(vt legit Budæus) etiam pro Accusare. Aristoph. Nub.
πράγματα κ' αὐτὴ ἐφαφά. vbi vide schol. (Idem certè poe
ta in Vespis δικῶν & πραγμάτων copulauit: quod perin-
de esse puto acsi quis diceret Litium & molestiarum
pro Litium molestarum, vtens videlicet eo schemate
quod DICITVR Ἓν διὰ δυοῖν) Sic apud Lysiam, οὔτ'
ἐμαυτοῦ πώποτε, οὔτ' ἀλλότρια πράγματα πράξας, Bud. ver-
tit, Qui nunquam nec meam litem intẽdi, nec alienã,
Qui nunquam nec mea nec aliena actione expertus
sum. Sciendum est autem, Gallicæ voci *Affaires* in hac
quoque significatione conuenire cum Græca πρᾶγ-
ματα. Hac enim voce *Affaires* interdum intelligimus
lites: quas alioqui propria significatione vocamus *Proces*.
sicut generaliter *Affaires* dicimus molestias.

(DIMINVT. Πραγμάτιον, ου, τὸ, Recula, Res par-
ua, Vel, Negotiolũ. Quo vocabulo redditur aptius a-
pud Aristophanem in Nub. — ἵνα Αὐτοῖσι κοινώσω τὴ πρᾶγ-
μάτιον ἐμόν. Extat & apud Athenæum libro 10 hoc di-
minutiuum.

C. Πραγματοδίφης, Qui litem scrutatur seu lites. Vnde ex- A
ponitur Aduocatus: à Suida δικολόγος. Sed in v.l. addi-
tur poni pro sycophanta.

C. Πραγματολογέω, ῶ, Rem narro, vel res. In v. l. πραγμα-
τολογοῦντες, In narrandis rebus occupati: sine exemplo.

C. Πραγματομαθής, ές, ὁ & ἡ, Cui est rerum vsus. Sic autẽ
accipio vsum rerum, vt accepit Cicero quum scripsit
Verr. 6, Et autoritate & ætate, &, vt mihi visum est, vsu
rerum antecedebat. Vide Suidam.

C. Ἀπράγμων, ονος, ὁ & ἡ, Negotiis vacuus, Nullo in ne-
gotio occupatus, Quietus. Aut, A negotiis alienus, seu B
abhorrens, Iners. Thuc. l. 2, μόνοι γὰρ τὸν τε μηδὲν τῶνδε μετ-
έχοντα, οὐκ ἀπράγμονα ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν. Et ἡσυχάζ ἀ-
πράγμων apud eundem. Bud. ἀπράγμονα interdũ dici
tradit inertem, & qui laborem recusat: vocari autem
alioqui hoc nomine virum bonum aut certè placidis
moribus, qui negotiũ exhibere aliis non solet, & simul
qui sibi negotia non libẽter exhibet. In v. l. ἀπράγμων
ΠΡΩΡΑ, ας, ἡ, Anterior nauis pars: πρῴμνα autē extrema eiusdem pars nominatur, τὸ ἔσχατον τῆς νεώς. Latinis quoq; Prora dicitur: à Virg. etiā Frons nauis. vt & à schol Thucyd. πρῴρα dicitur μέτωπον esse τῆς νεώς. Plutar. Alcib. πρῷρά τε καὶ πρῴρας τῶν πολεμίων νεῶν. Variæ huiū vocabuli afferūtur etymologiæ, aliis à πρόειναι deriuātibus, & dictum volentibus, quasi πρόειρα, quamobrē & ι subscribi: aliis à πρόορᾶν, quasi πρόορα, πρῷά τε πρόεχειν καὶ προορᾶν τὰ σκάφη: aliis aliunde, vt Etymologus fusè docet. A πρό certè deriuatum esse verisimile est: vnde & τὸ ἔμπροσθεν τῆς νεώς siue τὸ πρόσωπον τῆς νεώς à Suida pariter & Hesych. exponitur. Prouerb. autem πρῴρα καὶ πρύμνα, prora & puppis, vide apud Erasm. in Chiliad. Metaphoricè pro πρόσωπον accipitur. VNDE Ἀνδρόπρωρον pro ἀνδροπρόσωπον, ex Soph. ‖ Hesychio etiam τὸν δεκαπλαλωπισμένον, πολὺ ὄψεις ὀπτὰ λύπουσα. ‖ Πρῴρα viti etiam tribuitur apud Theophrastum Hist. plant. lib. 2, cap. 1, ὅλως γὰρ ὁλίγα τὰ ἀπὸ τῆς αὔξω μᾶλλον βλαστάνοντα ἢ ἠρυκόμενα, καθάπερ ἄλλοτε ἀπὸ τῆς κλημάτων. αὕτη γὰρ οὐδὲ ἀπὸ τῆς πρῴρας ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος φύει. Vbi Gaza vertit Prora. Verùm eo nomine quidā appellari volūt partē quæ sarmenta præcedat. Alii Vitis rostrū interpretantur. id est, τὸ ἄκρον τοῦ κλήματος, quod vt sationi inutile respuit Cōstantinus lib. 5 Geopon. Iidem ex Plinio reddunt Cacuminum extrema articulatio. Ea autem pars rostrata est vt nauium proræ.

C. Ἀμπρῴρος, ος, ον καὶ ἡ, Obuersam seu oppositam prorā habens. propriè de nauibus, vel iis qui è nauibus pugnant. Plut. αἱ νῆες αὐτοπρῴροι, πρὸς πρόσδοσιν. Vbi quidā interpr. Infestis proris in se irruentes: alii, Aduersa frōte concurrentes. Sic apud eundem in Themistocle, αὐτοπρῴροις καθίσῃσαι τοῖς βαρβαρικοῖς τὰς πτέρας, triremiū proras seu rostra barbaricarum nauium proris siue rostris obuertere. Et apud Philostr. in Heroic. αὐτοπρῴροι ἐμβολαὶ, irruptiones quæ fiunt aduersis proris. Sic apud Polybiū lib. 16, καὶ τὰς αὐτοπρῴροις συμβολὰς. vbi Bayf. vertit, In oppositis conflictibus. Frequentius de ipsis nauibus, vt tum in superioribus duobus Plutarchi locis, tum in sequentibus. Thucydides, αὐτοπρῴροι παρεσκευάζοντο. vbi Budæus vertit. Conuersis proris. Plutar. Anton. αὐτοπρῴρον ὁλκάδα φέρειν τὸν ναῦν κελεύσας, obuerti nauem iubens. Polyb. l. 16, πολλοὺς ἀμπρῴρους ποιεῖν τὰς ναῦς, aduersas naues opponere, seu aduersis proris. Sic eodem lib. καὶ πρόσωπον αὐτοπρῴροις τάξαντες τὰς ναῦς, dispositis in aciem vtrinq; aduersis nauibus. Rursum Plut. in Anton. αὐτοπρῴροις σιωπῇ τε, ὡς ἐνόπλοις καὶ παρεσκευασμένοις ἀμύνεσθαι, obuersas continebat naues, tanquam instructas & paratas ad decertandum. Idem, πολὺ δὲ Καίσαρος αὐτοπρῴρων συμφέρεσθαι πρὸς χαλκώματα στερεὰ καὶ βαρέα φυλασσομένων, nauibus Cæsaris cauentibus ne obuersæ cum rostris firmis & æratis Antonii concurrerent. ‖Metaphoricè pro αὐτοπρόσωπος, Aduersam faciem habens: & generaliter pro Oppositus, ἐναντίος. Sophocles Trachin. pag. 339 meæ editionis, Τάδ' αὐτόπρωρα δή σοι βλέπειν πάρεστ' ἐναργῆ. vbi scholiastes exponit, ἐναντία, αὐτοπτικὰ, ὀφθαλμοφανῆ, ἵνα ὄψιν ὁρώμενα. Ex Euripide affertur etiam αὐτόπρωρα ἀνωτάθμων πυρά, pro ignes coram naualibus.

AT Αὐτόπρωρον, ου, τὸ, substant. Pars nauis aduersa proræ, Pars nauis quæ proræ oppositaest. i. Puppis. vt quidam interpretantur apud Thucydidem, τὸ αὐτόπρωρον συγκρουσαι. Nisi id potius significet Obuersa prora (seu Aduersis rostris) confligere.

C. Δίπρωρος, Duplicem prorā habens. Vide in Δίπρυμνος.

C. Ἐμπρωρος, In proram inclinatus; vt Bayf. apud Polybium libro 16, ἐμπρωρα τὰ σκάφη ποιοῦντες vertit, Inclinatis nauibus in proram. Exponitur etiam Qui in prora est.

C. Καλλίπρωρος, Pulchrã habens proram. Item, Qui pulchra facie est: à πρώρα significante πρόσωπον. Vnde apud Hesychium, Καλλίπρωρον, ἀ. πρόσωπον.

C. Κυανόπρωρος, Cæruleam seu nigricantem proram habens. Pro quo ET Κυανοπρώειρος, in l. meo vet. SICVT Προείρα pro πρώρα: SIVE Κυανοπρῳόρος, VT Πρόῳρα pro πρώραι: quæ & apud Eryth. habes in Πρώρα, afferẽtem κυανοπρώροις ex Homero, κυανοπρῴοιν ex Simonide. Apud Homerũ tamen scriptum Κυανοπρωρείοις, vt in Κυανοπρωρείοις post Κύμασι videbis.

B C. Οξύπρωρος, Acutam seu acuminatam proram habens. vel Cuius prora in acuminatum rostrum definit. ὀξύπρωροι Hesych. exponit ὀξυκέρατοι.

C. Υπόπρωρος, Proram humiliorem & depressiorem habens. vt quidem apud Plutar. in Pericle, ναῦς ὑποπρωρος τὸ σῶμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ βαθυειδής, exponitur Nauis prora depressa, concaua & ventricosa.

Πρωεράτης, ου, ὁ, Proreta, (vt Plaut. Si tu proreta isti naues, ego gubernator ero. Et Paul. Iurisc. Quòd si absente domino, id à magistro, vel gubernatore aut proreta nautáue alio factũ sit) Qui in prora nauẽ regit: vt πρωμνήτης & κυβερνήτης, id est gubernator, qui in puppi sedens clauũ tenet. VNDE Πρωρατεύω, Proreta sum, Aristoph.

C Idem Πρωεράτης frequentius DICITVR Προορός. Xen. Anabas. 5, χαλεπαίνει μὴ πρωορὸς τοῖς ἐν πρῴρᾳ· χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ, succenset proreta iis qui in prora sunt: succenset gubernator iis qui in puppi. Athenæus libro 5, τῷ δὲ κῦ ναῦν ἀδικήματων δίκας τιθεμεν καθεστήκει, ναύκληρος, κυβερνήτης καὶ πρωορεύς. Aristot. D Polit. 3, dicit πλοτήρων quosdam esse ἐρέτας, quosdam κυβερνήτας, quosdã πρωρέας. Plutarchus Polit. præcept. dicit κυβερνῆται interdum vti ναύταις καὶ πρωρεῦσι καὶ κελευσταῖς, interdum aliis instrumentis. vbi nota, πρωρέα esse inferiorem κυβερνήτη. κυβερνήτης autem nauclero subest, vt in Ναύκληρος videbis. VNDE Πρωρεύω deriuatum existimatur, vt idem sit cum πρωρατεύω. Hesychius tamen πρωρεῖ exponit κελεύει, πρεσβεύει, βοηθεῖ (vt sit pro πρεσβεύει) item ἐκρεῖ. pro quo potius scribendum foret πρεῖρεῖ, à πρέρρεω, profluo.

E Πρώραθεν, E prora. Plut.

Πρωραίζω, In prora deprimo. sic πρωραίζεται nauis dicitur quum prora ponderum vi deprimitur: metaphoricè autem senes, quum caput εἰς βῦμ πρηνὲς incuruatur. Vide Hesychium, qui πρωραίζαντες exponit etiam κεροστήσαντες, à nauibus sumptam metaphoram dicens.

ΠΤΑΙΩ, F. αίσω, Impingo, Offendo, πρόσκοπτω, vt Eustathius exponit, qui & deriuat à πταῖ, vnde πτίπτω. Itidem Suidas exponit πρόσκρουσα, subiungens hoc prouerb. μὴ πολλάκις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν, ne sæpius ad eundem lapidem impingas. Itidẽ apud Herodian. lib. 5, ὁμοῦ δὲ ἔπαιστο καὶ γνώμη καὶ τύχη, Polit. vertit, Offendit consilio pariter atque fortuna. vbi metaph. est sicut etiam quum sibi opp. καπρόσκοπτω & πταίω, vt apud Demosth. ad Philippi ep. ἕως μὲν αὐ ἐν τοῖς πολέμοις καπρόσκοπτε, sequente in redditione, ἐπὰν δὲ πταίσωσιν. Isocr. verò inter se opponit καπρόσκοπτω & ἁμαρτάνειν: item καπρόσκοπτω & ἀτυχεῖν: necnon καπρόσκοπτω & πτάω, quod plus est. Affinia autẽ πταίειν, ἁμαρτάνειν & ἀτυχεῖν. Sagittarius certè πταίει, itidem vt ἁμαρτάνει, quũ aberrat & scopũ nõ attingit. Alicubi exponitur etiã Titubo, Vacillo, σφάλλομαι. vt apud Herodian. 1. 7, εἰ πταίσειαν τὰ Μαξιμίνου πεσήματα, Pol. vertit, Si cubi res Maximini titubassent. vt Cic. Si tantulũ offensum titubatúmq; sit, vt ea quæ singulatim diúq; collecta sint, vno tẽpore vniuersa perdantur. Est vbi redditur etiam Labor. vt ex Thucydide, οὐκ ἐλάττω πταίει, non minus labitur. Interdum etiam Collabor, Concido, Corruo: sequẽte autem ὑπό, Labefactor seu Collabefactor. vt Gaza, ταῖς μεγάλαις τῶν πολιτῶν ὑπὸ νέων πταισάσαις, καὶ γεροντων ἀφορθωθείσας, pro eo quod Cic. De senect. Ab adolescentibus labefactatas. Itẽ Fallor, Fruftror: ea significatione qua dicitur Falli & frustrari spe. Herodian. lib. 8, πταίσαντας τῆς μαχῶν Aristid. dixit pro πταίσαντας ἐν ταῖς μάχαις, qui in prælio offenderũt & succubuerũt. i. victos, ἡττηθέντας.

A Πτῶσμα, ατος, τὸ, Offensio, Lapsus. propriè quũ quis lapidi pedẽ impingit, aliue offẽdiculo in quod pedes incurrũt. Sed & ipsa pedis ex offẽsione oblæsio, πτῶσμα dicitur. ait enim Pollux lib. 2, quũ de rupturis & pernionibus loquutus esset, τὰ δ' ὑπὸ τοῖς δακτύλοις κρούματα, πτώσματα. Pro offensione autem in propria significatione apud Plutarchũ De sera num. vind. ἡ ποινὴ παραχρῆμα τὸ πτῶσμα καὶ τὴν ἁμαρτίαν διώκουσα, πληγὴ καὶ τύξις. solent enim calcaribus moneri quum impingunt. Sæpius metaphoricè pro Lapsus, Delictum. σφάλμα, ἁμάρτημα, qua significatione Gregorius vsus est. Item de errato quod aliquis scriptor admittit. Dionysius Long. quum dixisset à sese animaduersa tum aliorum tum Homeri quædam ἁμαρτήματα, subiungit, ἡνικαῦτα τοῖς πτώσμασιν ἀρεσκόμενος, ὅμως οὐ τὸν ἁμαρτήματα μᾶλλον αὐτὰ ἐκούσα καλῶν ἢ παρεξεμάτα. vbi affinem significationem habent, παράραμα, ἁμάρτημα, πτῶσμα. Sunt πτώματα & eorũ qui in re aliqua gerẽda vtuntur aduersa fortuna, quum nimirum impingunt & σφάλλονται. Id est, Infortunia, Fortuna aduersa, Clades, quibus opponuntur καπρόσκοπτα, ἀτυχήματα. Demosthenes Philipp. 4, εἰ τί πότε συμβῇ πτῶσμα· πολλὰ δ' ἀν' ἀνθρώποις αἴτιον πεσόν. Sic Æschines in Ctesiphontem, εἰ τι πτῶσμα συμβήσεται Ἀλεξανδρῷ. Et Herodian. lib. 7, σωτήριον πτῶσμα ὀλέθριον τῇ Ῥωμαίων πόλει, Incidit Romanæ ciuitati funesta calamitas. Rursũ Demosth. Olynth. 2, μικρόν τι πτῶσμα ἅπαντα ἀνέχαιτε. Et Herodianus lib. 7, τὰ πλοιῶν πτώματα. Diuitum res aduersæ, seu Infortunia & calamitates, vt Bud. interpr. Plutarch. Fab. τὸν ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πτώμασι διδάσκουσι. nam iuxta prouerb. Nocumẽta documẽta, παθήματα μαθήματα. Item Casus, vt τύχης πτῶσμα, casus fortuitus. τυχηρὸν σύμβαμα. Herodian. lib. 5, μηδὲ τῆς ἀπροσδοκήτου τύχης πτῶσμα νομιζέτω ὅτι δὴ ὀλίγα μὲν ἐν τῇ ἱππικῇ τάξει, ὅθεν ἦν ἡγεμ. verba Macrini ad imperatoriam dignitatem euecti.

C. Ἄπαυστος, Non impingẽs, nimirum vel in processu vel in re gerenda. vt Plut. Fab. ἀστραλὴς δίκης καὶ ἄπαυστος, id est ὁ πταῖων πώποτε, παντὶ δὲ καρτερῶν. Propria autẽ significatione apud Xenoph. ἄπαυστος ἵππος, equus qui non impingit. Item, Qui non labitur, nec delinquit, seu errat ὁ οὐχ ἁμαρτάνων. VNDE Ἀπαύστως, Sine offensione, Ita vt non impingas. Apud Hesychium verò legitur Ἀπαυστος, ἀκαταγνωστος. ITEM Ἀπαυσία, ας, ἡ, Non impingere, nec labi. Vtitur Plato De leg. vbi tamen Ficinus diuitur vertisse Tarditas.

Idem cum ἄπτωστος, SIGNIF. Ἀνάπτωστος. Suidas enim Ἀνάπτωστον exp. τὸ μὴ πταῖον. Fuerit autẽ hoc ἀνάπτωστος pro ἄπτωστος simile τῷ ἀσάπνδυστος, quod Hesiod. pro ἀπνδυστος vsurpauit, dicẽs, Κεῖ' ἀσάπνδυστος καὶ ἀϊαυδος.

F C. ΑΙΑπταίω, itidem pro Offendo vel Titubo. Apud Lucian. autem in Somnio suo, ταῦτα καὶ ἐπ' οὖπον πλέοντα διαπταίουσα καὶ βαρβαρίζουσα exponitur Quum hæc effutiuisset, vel balbutiuisset.

C. ΕΠΙπταίω, Offendo. Impingo, idem cum πταίω. VNDE. Ἐπίπτωμα, ατος, τὸ, Offensio, Quum impingitur: item Quum pes in offensione læditur. Poll. enim lib. 2 quum πτώματα dixisset esse τὰ ὑπὸ τοῖς δακτύλοις κρούματα, subiungit Aristophanem ea vocare ὀπωτισμάτα.

C. ΠΑΡΑπταίω, Offendo, Impingo. Item Labor, Erro. Itẽ Vacillo, Cespito. Alicubi & pro παραπαίω, seu παρακόπτω.

C. ΠΡΟπταίω, Prior impingo seu Labor: Prior cladem accipio.

C. ΠΡΟΣπταίω, Offẽdo, Impingo, προσκόπτω, προσκρέω, Aphthon. τῆς ἀκανθας προσέπταισε, ad spinas offendit. Sic Plutarch. οἱ λίθῳ προσπταίσαντες ὁδοιπόροι. Itidem Aristophanes in Pluto, & Lucian. in Macrob. sed sine casu. In sermone etiam aliquis προσπταίει quum vterque. In sermone etiam aliquis προσπταίει quum impingit & titubat eius lingua. Synes. de quodam memoriter pronuntiante, οὐ προσπταίων, οὐ διαπολεγαῖ, οὐκ ἐφιστάμενος, ἐφ' ᾧ τῷ μνήμῃ ἀθροῖσαι, non offensans, non sese reuocans, non resistens ad colligendam memoriam. Rursum pro Offendo, Impingo, alia metaphora, vt apud Gregorium, προσπταίεις τῇ βακτηρίᾳ, offendis ad id quod videtur. Ex eodem verò

A προσπτύετε τῇ φωνῇ, pro Voce offendimini. Item Offẽdo, id est indignationẽ aut odiũ alicuius incurrõ. quẽ vsum & verbũ προσκόπτω habet, necnõ προσκρούω. Plutarchus Pericle, ὑφ' Φειδίου προσεπταίετο τῇ δόξῃ. Item in re aliqua gerenda προσπταίει qui impingit & aduersa fortuna vtitur, vt & πταίει suprà: quibus oppositum καπροσκοπῶ & ἀτυχεῖν, prospere rem gerere. Herodot. προσέπτωσε τῇ τύχῃ, cladẽ accepit (vel aduersa fortuna vsus est) in prælio natali. Idẽ, μεγάλως προσέπτωσε, magnam cladem accepit.

B Πρόσπτωσμα, ατος, τὸ, Offensio pedis, Quũ pedem impingimus lapidi aut alii offẽdiculo in via occurrẽti, quod & πτῶσμα dicitur, necnõ πρόσκομμα. Legitur apud Aristot. Eth. 5, cap. 9, vbi & verbo προσπαίειν vtens, ait, ἡ προσπαίσαντα, ὁ δὲ πατήσας, σύμβεβηκε τὸ τῶν πολεμίων λυσιτελῶν. Sic Alexander Aphrod. Problem. 1. libro 2, ὅτι τοῖς πτώματος βουβῶν γίνεται quum pes offenditur, inguen intumescit. pro quo dicit libro 1, ὅτι τὰ προσπτώματα τῶν ποδῶν δακτυλοι βουβῶν ἐπαίρεται, si digiti pedem offendas.

C

ΠΤΑΡΩ, SIVE Πτύω, Sternuo, Sternuto. Odyss. ο, Ὡς φατ' Τιτεμαχος δὲ μεγ' ἔπταρε· ἀμφὶ δὲ δῶμα Σμερδαλέον κονάβησε. Legitur & in Epigramm. item apud Aristot. & Plat.

Πταρμός, οῦ, ὁ, Sternutatio, Sternutamentum: motus cerebri quo per nares confertim acto spiritu nititur sibi molesta expellere, vt Gorræus definit, apud quem vide plura. Galenus libro 1 ad Glauconem πταρμοὶ καθαρτικοὶ, vt & Dioscor. in πταρμικῇ paulo post: vbi & πταρμοὺς ἐρεθίζειν, Sternutamenta mouere, vel euocare. Legimus enim apud Plin. Haustum naribũ sternutamẽta mouer. Et apud Cels. Admotis iis per quæ sternutamen a euocantur. Rursum Plinius, Radix concisa sternutamentum est. Gellius autem dicit, Sternutamentis quati. Et apud Ruf. Ephes. πτήματα ἡθμοειδῆ, δι' ὧν ὁ παρμὸς ἐκμυζᾶται ἀποκρίνεται.

Πταρμικός, οῦ, ὁ, Qui sternutare potest, vel solet. Item Sternutamenta mouens, Sternutamenta euocans, seu Cui vis inest mouendi & euocandi sternutamenta. vt πταρμικὸν φάρμακον, pro quo medici vulgò dicunt Sternutatorium medicamen. ũ. Id est, Acre medicamẽtum quod naribus haustum vel admotum, sternutationem mouet. Acre autem & mordax omnino sit oportet quod facultatem cerebri expultricem irritet. ea nanque offensa medicamenti acrimonia, nitẽnsque à se quod molestum est depellere, sternutamentum edit. Est autem medicamentum id genere ἕρπνον, in hoc ab aliis differens quæ naribus adhibita, citra sternutationem pituitam à capite detrahunt. Hæc inter alia Gorræus, apud quem vide quæ huiusmodi sint, & quomodo adhibenda. Plinius dicit Radix concisa sternutamentum est, pro πταρμικὸν aut πταρμικοῦ, hoc est πταρμῶν κινητικῆ, siue ἐρεθιστικῆ, vt Dioscor. loquitur.

ITEM Πταρμικὴ fruticis genus apud Dioscoridem lib. 2, cap. 192, cui inter alia esse dicit ἐπ' ἄκρου κεφάλιον μικρόν, σφαιροειδὲς, δριμὺ τῇ ὀσμῇ, ἐπεκτεινόμενον, ὅθεν καὶ ὠνόμασται. Sed & ipsius flores scribit πτερωτὰ ὀκταγώνα κινεῖν. Gorr. officinis & herbariis pyrethrum sylue stre dici tradit.

G

C. ΕΠΙπτάρω, Insuper sternuto, vel Sternuto aduersus. vt ἔρωτες ὅθεν πταίρουσιν amanti dicũtur ὅθεν χείρονι μοίρᾳ. velut apud Theocritũ in Thalys. Σιμιχίδα μὴ ἔρωτος ἐπέπταρον. ἢ γὰρ ὁ δεῖλος Τόσσον ἐρῶ Μυρτῶ, ὅσσον ἔαρος ἄγρες ἔραντα. vbi vide quæ scholiastes de sternutamentis annotat, è quibus futura interdum coniectari solebant, vt Eustathius quoque apud Homerum annotat. Cuius rei meminit & Plutarchus in Κλεῶν, & Athen. lib. 2.

H Πτάρνυμαι idem cũ πταίρω siue πτάρω, vnde & deriuatũ est, vt ἀρνυμαι ab ἄρω, Eust. teste. Apud schol. Aristoph. οἱ σίγοντες τῷ μυκτῆρος λεπτῷ καρφῶ πτάρνυνται. Vtitur & Aristoteles in Problem. vbi legitur etiam opt. πτάρνοιν τ, à VERBO Πτάρνυμαι.

C. ΕΠΙπτάρνυμαι idem cum ὀπωπτάρω. Hesychio ὀπωπτάρνυμαι est μετακαλῶ, καπεχω. quoniam ὀπωχπιὸν ὁ πταρμὸς πολλάκις.

ΠΤΕΡΝΑ, ης, ἡ, Calx, Calcaneum. os pedis omnium maximum, parte qua ingredimur, leniter rotundum & latiusculum: posteriore, tibiæ rectitudinem lõgè excedens, inferiore, astragalo, anteriore, ossi scaphoidi inarticulatum, vt Gorr. inter alia tradit. Iliad. χ, Ἀμφοτέρων μετόπισθε πὸ δῶν πέτρη νε πεσοντι, Ἐς σφυρὸν ὀκ πέρηνις, βρέοτις δ' ἔξηπεν ἱμάντας. Est igitur in pede humano πτέρνα, τὸ ὀπίσθιον τοῦ ποδὸς κατὸ πυγὴν. in curru autem τὸ ὀπίσθιον τοῦ ἁρματος, οἱ πρόσθεν αὐαβαίνοντοιν ἢ ὀπισθοίνοντες, vt Pollux tradit. Πτέρνη πλοίου: Lycophroni ἢ βάσις, teste Eustathio. In malo autem nauis πτέρνα dicitur ima eius pars, τὸ κάτω μέρος τοῦ ἱστοῦ, inquit Eustathius. Sic Athenæus libro 11, τὸν ἱστὸν τὸ κατωτάτω, πτέρνα καλεῖται, ἐμπήγνυται εἰς τὴν λεμνίν. Itidẽ & Pollux libro 1, καὶ τὸ ἐν ὑποστρόμῳ τὸν ἱστὸν, λεμνίν· τὸ δὲ ἐναρμοζόμενον ἄκρον, πτέρνα. A Vitruuio quoque calx malè dicitur. Atque adeo calx generaliter vocatur: cuiusuis rei extremum & finis, vt quum prouerbialiter dicitur A capite ad calcem. Item in aratro πτέρνα nominatur τὸ σιδηρεῖον τὸ κατατεῖνον ὑπὸ τὸν γύλιν, Hesychio autore, qui etiam τὰ ἔσχατα μέρη τῶν ὀρῶν vocari πτέρνας testatur. Tunc autem πτέρνα (nimirũ quum monti tribuitur) fuerit idem cum πυξ, seu ὑπώρεια. pes montis, seu radix: vel etiam Calx montis, vt dicuntur Capita & vertices montium. ‖ Item πτέρνα est ὁ δόλος καὶ ἡ ὀπισθολή, per metaphorã ἀπὸ τῶν πτερνιζόντων, vt Suidas annotat: apud quem hæc inter alia leguntur, πτέρνη τοῖς σωθεῖσι τὰς πρεσπτεῖν οὐκ ἀν καὶ πίπτειν μηχανωμένοις. Capitur & pro vestigio. Affertur enim ex Cantic. Solom. cap. 1, ὀπίσω τῆς ποιμνίων pro Post vestigia gregum.

C. Πτερνοκοπέω, ῶ, Calcibus pulso seu tundo, propriè Calcibus subsellia theatri tundendo, strepitum excito. Nã, Pollux lib. 2, πτερνοκοπεῖν esse dicit τὰς πτέρναις κτυπεῖν πρὸς τὰ δώλια ὀκτοῖς θεάτοις, ὁπόταν πιὰ θορυβοῦσιν. Itidémq; scribit lib. 4, c. 19, τὰ ἐρείσματα τὰ δώλια τῆς πτέρναις κατακρούειν. πτερνοκοπεῖν ἕλεγον. ἐπίοιω δὲ τῷ ὁπότε πνὰ ὀκβάλλοιεν. ἀτκλαῖειν & συρίττειν dicuntur spectatores quum sibilopis & sibilis eiiciunt aliquẽ è theatro. Supplodere autem pedem dicitur qui terram pede tundit, itidẽ in iudicio aut spectaculis. vt Cicero, Pedem nemo supplosit in iudicio illo. itidémque Pedis supplosio. A T Πτερνοκόπος, cognomentum est Philoxeni cuiusdam, apud Athenæum l. 6, vbi ait, Φιλόξενος δ' ὁ θεράπων, πτερνοκόπος δ' ὀπίκλω. Mentio eiusdem & paulo ante eum locum.

C. Πτερνοφώκτης, ου, ὁ, Qui vorat πέρναν, Perniuorus, vt nonnulli exponunt apud Homerũ in Batrachomyom. vbi muris nomen est.

F Πτερνίς, ίδος, ἡ, Calcaneum seu Calx. Sũpra autẽ à calce pedis humani metaph. πτερνὶς dicitur fundũ & basis pelluis. Æl. enim Dionysius (teste Eust.) πτερνίδας vocari scribit τὰ πυθμένια τῶν λεκανίδων. Pollux quoque libro 2 à mediæ comœdiæ poetis πτερνίδας dici testatur πυξ πυθμὴν τῶν ἰατρικῶν λεκανίδων. Et libro 4, recensens instrumenta medicorum ait, καὶ λεκανὶς ἡ τὸν πυθμένα. Ἀλεξις πτερνίδα καλεῖ. Similiter & Hesychius ita appellari testatur τὰ πυθμένια τῶν ἰατρικῶν λεκανίδων, subiungens, ἃ μέχρι ναῦ φασὶ δέεσθαι ἀλυσιτίοις μικροῖς ἐν τοῖς ἰατρείοις.

Eodem teste πτερνὶς est etiam εἴδος ἰξεακος. A T Πτερνίζ, cauliscacti apud Theophr. & Plin.

Πτερνίζω, Calce pero, Cõtingo, Ferio, Pulso. vt & à Suida exponitur λακτίζω. Apsyrtus pro Calcari stimulo. vt Sil. — ferrata calce cruentat Cornipedem. Hesych. exponit etiam ὑβρίζει. vt sit, Calce petulanter impeto, Calcibus iniuriose insulto. Item Supplanto, Decipio. vnde eidem Hesychio & Suidæ πτερνίζει est ἀπατᾶ. Necnon Suidas πτερνίζω exponit καταβάλλω, dicẽs metaphoram esse ἀπὸ τῶν τοῖς ἀγωνιζομένων. & leguntur apud eum hæc verba, ex Aristoph. vt puto, ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη πεῖ τον τῶπ.

Πτερισμός, οῦ, ὁ, Supplãtatio, Deceptio. ὀπωβουλή. Hesych.

Πτερίστης, ου, ὁ, Qui calce impetit & verberat. Vel, Qui calcibus contingere & ferire solet, vt apud Gellium, Calcitro equus. & Calcitrosus iuuẽcus apud Cõlumellam. Item Supplantator.

Πτερίστηρ, ῆρος, ὁ, idem. vel Calcar.

C. ΑΠΟπερνίζω, idem cum πέρνιζω, id est, vel Calce impe to seu pulso, vel Supplanto. Aut etiam, Calce repello.

ΠΤΗΣΣΩ, Fut. ξω, q. d. Metu contrahor. μετὰ φόβου συστέλλομαι, vt Eustathius exponit. Propriè dici volunt de animantibus quæ conspecto hoste prodire non audēt, sed præ metu se contrahunt in loco aliquo ad latendum commodo. Aristophanes Vespis, πτήσσει Φρυνίχος ὥς τις ἀλέκτωρ, sese contrahit & pauet vt gallinaceus. conspecta nimirum aliqua aut milvo, aut potius conspecto alio gallinaceo equi pugnæ præstantior sit. Sic Soph. Aiace, p. 11 meæ editionis, ἀλλ' ὅτι γὲ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν, παταγοῦσιν, ἄτε πτήσσων ἀρήλαν μέγαν ἀγυιοῦ ὑποδείσαντες. τάχ' αὖ ὀξὺ φωνεῖς ἐν σοὶ φανείης, σιγῇ πτήξειας ἄφωνος. Frequēs & in prosa. Xenophon Præd. 3, καὶ ἀνυχωῦτα ἐξυδείσαι, καὶ πταίσαι τὰ χωρία πτῆξαι. Isocrates ad Philippum, ἕως ἄλλοι ὁρῶν τοὺς τοῦ αὐτοῦ ταύτῃ τῇ συμφορᾷ κεχρημένους, ἐπτηχότας δίχα τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Plutarchus in Cicerone pag. 1589 meæ editionis, de coniuratione Catilinæ loquens, πτήξασα καὶ καταδείσασα τὸν δρόμον, αὖθις ἀνέθαρρεν. Sic idem in Demosthene, pag. 1570, ἐξαυχάσωνεκινήθη πάλιν, εἶτ' ἔπτηξε. Et alibi, πτήσσεις δὲ μεγάλη μάχῃ, πτερὸν ἐπτῆξε. In quibus locis inest ei quædam etiam τοῦ κρεμεῖν significatio. nam ea quæ metu cōprimūtur, nec mouere se nec muffitare audent. Antiphon verò dixit etiam ἐν ταῖς διανοίαις μὴ πτήξαντας, quorum animos pauor nullus percelluerat. Dicitur etiam aliquis φεβούμενος πτήσσειν apud Xenoph. Præd. 3, οὐχ ὡς φεβούμενοι, πτήσσοντες αὐτοὶ καθήμενοι. Alicubi redditur etiam Expauesco, Exhorresco siue Perhorresco. Sic Budæus ex Athenæo, ὡς πάντας πτῆξαι, ita vt omnes perterrerentur. Alicubi etiam Fugio. quemadmodum Suidas quoque exponit nō solùm φοβεῖσθαι, verumetiā φεύγειν. Quò pertinet quod ex Euripide affertur, πόλις ἕως πόλιν ἐπτῆξε χθονὸς ἐξῶσα, pro Ciuitas calamitate accepta trepida se recepit ad aliam ciuitatem, seu confugit. Necnon Abscondo & occulto me. quod & ipsum consequens est τοῦ φόβου. vnde Hesychius quoque πτήσσων exponit non solùm ὑποπίπτων, sed etiā κρυβόμενος. Itidémque Suidas πτήξῃ ὢν pro κρυβῇ ὢν accipit hoc loco, ἀλλ' ἐκποδὼν πτήξωμεν. vt fit, E medio abscedam & nos abscōdamus, ne videlicet in manus hostiles incidamus. Sed & ii πτήσσουσι qui in insidiis latētes sese nō mouēt, ac ne mussitāt quidē, donec occasio sese offerat inimicum inuadēdi & posternendi. Cuius significationis exemplū affertur ex Aristoph. πτήξαντες ἠρεμεῖ, quietè subsidentes. Apud Euripid. quoque in Androm. Ὅσα δὲ μὴ ἰοῦ εἰς ἐρημίαν ἑδεδ' πτήξαντες εἶδε, ἕως βίαν ἄγροι με, scholiastes exponit λοχήσαντες: addens tamen & aliam expositionem, ἐκφοβήσαντες. sed prior magis consentanea videtur.

Transitiuam quoque significationem habet, significās Perterrefacio, Pauefacio, Facio vt quis metu velut cōtrahatur. εἰς πτοίαν κινῶ, seu ἐκφοβῶ. vt Eust. apud Homerum Il. ξ, πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. Similiter Hesychius quoque πτῆξαι accipit pro εἰς φόβον ἤγαγον. Sed annotat Eustathius, quosdam ibi scribere πλῆξε. vt sit πεπληγμένα ἢ τῷ δέει ἐπίασε.

Præteritum MED. Πέπτηα, vnde PARTICIP. Πεπτηώς, quod Eustath. exponit καταπτηχὼς καὶ δίχα δειλίας σωφρονῶν, apud Homerum Odyss. χ, Πεπτηὼς γὰρ ἐκεῖνο ὑπὸ φρένας. Hesych. autem accipit pro δίχα ἀδείας καὶ δειλίας πεπτωκώς: innuens, à πτῶ, id est πίπτω, esse deriuatum: à quo & πεπτώς.

C. ἘΚπτήσσω, Expauefacio, seu Exterrefacio. à πτήσσω significante ἐκφοβῶ. Apud Euripidem verò in Hecuba, τί νέον κηρύξασ', οἵκων μ' ὥστ' ὄρνιν θαμβεῖ τῷδ' ὀξέα πτάξασ; Scholiastes exponit πτήσσω θῶμαι ἐπίησας. vt propriè sit Auem ita expauefacere, vt statim passis alis auolet: sicut ἐκπετῶ.

C. ΚΑΤΑπτήσσω, idem cum πτήσσω, Perterrefio, & timore contrahor. Antiphon, ὁρᾶν δ' ἦν ὀλίγ' τῶν θυρῶν χωλῶνας τοῖς φόβοις, καταπτηχύας, καὶ πάνυ θαυμάζοντας εἰ ζῶσι. Plut. πεπνοὶ καταπτήξεν. vbi Bud. Spiritus ponetis. Item Perterrefio admiratione, Obstupesco. Od. θ, de Vlysse discū eiaculante, Βάλεν δὲ λίθον, χὦ δ' ἔπτηξαν πτηνὰ φάνες — λᾶας ὑπαὶ ῥιπῆς. vbi schol. exponit, ἤχησεν ὁ λίθος τοῦ τῇ γῇ ὡς τις Φαίακας καταπτῆξαι. At καταπτῆξαι accipit pro καταπτεῦσαι ἐκπλαγῆναι. vt καταπτήσσειν ferè sit Terrore perculsum inclinare seu cōsternari. Idē & in præcedenti significatione vsus est, nimirum pro Deiecto sū animo ex pauore. vt Iliad. χ, Τὸν δ' ἐπιρκὲ λάθησι καταπτῆξαι ὑπὸ θάμνῳ. Nisi malis accipere pro Metu consternor & concido, Pauefactus corruo. vt Iliad. θ, Τὼ δ' ἴππω δείσαντε καταπτήτω ὑπ' ὄχεσφι. vbi syncopen esse tradunt pro καταπτήξατον. Vnde quidam volunt esse PARTICIP. Καταπτήσσω, vt πτωσσὼ à πτήσσω, aliis ad πτῶ significās πίπτω ea referētibus, vt sit Qui metu deiectus & cōsternatus est, Qui terrore perculsus concidit. Apud Hesiodum verò λιμῷ καταπτήσσα exponitur συμπεπτωκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον ὑπὸ λιμοῦ.

Υ Πόπτασω, Præ timore me submitto, Pauore & metu perculsus submitto me. Xenophon Præd. 1, παῦε μὲ δρᾶν ὁ ἀρχὴν ἔχῃ πιστεύσας αὐτοῖς ὄντας ὑποπτήξαι, καὶ μὴ ἐλεύθερα αὐτοῖς ἀπαγορεύσῃς. non aliter videlicet ac si auicula conspecto vulcure, è latebris prodire nō ausit, sed sub fronde aliqua se contineat. Idem cum datiuo, Pa d. 1, p. 13, ἐτοῖσθα δὴ πάλιν ὑπέστησαν οἱ ἥλικες ἀυτῷ. quem nimirum antè ἐσκώψαν. ὑπέστησαν autem quòd viderēt magnos progressus facere, & κραπῳῶν ἀεὶ ἄπαντα. Deriuant & hinc PARTICIP. Ὑπτηστὼς, quo vtitur Homerus Iliad. Ϛ, de pullis passeris, πτήλοις ὑποπεπτώτες, vt fit, Qui metu perculsi sub foliis se abscondiderant. Qui autem à πτῶ significante πίπτω deducunt, accipiunt pro ὑποπεπτωκότες, ὑποκείμενοι.

D Πτῶξ, ακος, ὁ ἡ, Pauidus, Timidus. δειλός. Hesych. ET Πτωκὸς, ίδος, eiusdem significationis, vt idē docet: πτῶκες, (inquit) ἢ πτωκίδες, δειλοὶ ἐπτηχότες. ITEM Πτῶσις apud eundem, Trepidatio, Quum aliquis metu contrahitur. ET Πτωκῶλεν, πτήσσειν, δεδοικέναι.

ΠΤΩΣΣΩ, eiusdem cum πτήσσω originis & significationis esse tradit Eustathius: deriuatum nimirum à πτῶ, significare autē μετὰ φόβου συστέλλομαι, id est, Metu contrahor, Metu perc ellor, Perterreor. Exponitur etiā Trepido, Expauesco. Iliad. δ, Τί πτώσσετε; τί δ' ἐπτοίθετε πόλεμόνδε γεφύρας; id est καταπτήσας, ἀποδειλιᾶς; mox dicit πτωκάζειν. Sic & Iliad. η, Ἀχαιοὶ πτώσσουσιν ὑφ' Ἕκτορι, nimirū δείσαντες ὑποδέχθαι. Et pass. Πτώσσοντα apud Hesychium δειλιῶντα. Item, Metu perculsus fugio, vt & πτήσσω suprà. Eustathius verò simpliciter exponit φεύγω. Item Metu consternor, Timore perculsus concido, seu μετὰ φόβου πίπτω, vt Eustathius exponit. Iliad. φ, ταὶ δὲ πτώσσουσι κατὰ ὕδωρ. Item Abscondo me, nimirum præ metu. κρύπτομαι, vt idē exponit Iliad. φ, Πτῶσσον ὑπὸ κρημνοῦ. Sic apud Suidā, Πτώσσουσα βρομίης σιναίδος ἐν πυκάλοις. id est, κρυπτομαι, δειλιῶσα. ‖ Significat etiam Mēdico. πτωχεύω, ἐπαιτῶ, vt idem accipit, Od. ρ, — ἀλλὰ πτώσσων χὦ δ' ἤμων βούλεται ἀπίζων βίοκεν ἢ γαστέρ' ἄναλτον. Itidem pro Timidè oberro mendicans, accipitur apud Hesiodum Erg. μή πως τὰ μεταξὺ χαίρων Πτώσσῃς ἀλλοτρίοις οἴκοις.

C. ΚΑΤΑπτώσσω. idem cū καταπτήσσω. Deiecto sum animo præ pauore, Metu concido. καταπτώσσει Hesychius exponit φοβεῖται, δειλιᾶ, ἀθυμεῖ.

Πτῶξ, idem cum Πτάξ, Pauidus, Timidus. Iliad χ, — ἢ ἄρ' ἀμαλιὴ ἢ πτῶκα λαγῷόν. vt apud Horatium, Pauidū caprare leporem. Idem Homerus substātiuè posuit pro λαγῷός, (vt & Oppian. dixit, δείμαινε πτῶξ) Iliad. ρ, de aquila, Οὔπω καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας πεζὸς οὐκ ἔλαθε πτῶξ, Θάμβει ὑπ' ἀμφιάμω κατακείμενος. Solet enim lepus præ timore plerūque sese in fructectis abdere, & πτήσσειν situe πτώσσειν. Itidem Pollux lib. 5, cap. 12, δειλία δὴ ὑπόβαλε τοῦτο τὸ ζῷον, ἐμπλήκτον ῥᾷστα γινόμενον καὶ αἰσθανόμενον. ὅθεν καὶ πτῶξ ὀνομάζεται. Hesychius Πτῶκες, δειλοὶ, λαγῷοι, δορκάδες, ἔλαφοι, νεβροί. timidæ enim hæc animalia sunt. vt apud Virg. Timidæ damæ. Ouid. pauidi fotmidine cerui, Senec. Timidi cerui.

Πτωκὰς, άδος, ἡ, Pauida, Timida, ἢ πτῶξ. vel etiam Fugax. Per πτωκάδας nonnulli intelligunt harpyias apud Sophoclem in Philoct. pag. 421 meæ editionis, εἰς' ἀλόρος ἀὶν πτωκάδες ὀξυάνου δίχα πνεύματος ἕλωσί με. alii verò πτωχάδες scribunt, itidem harpyias intelligentes, quæ nimirū ἀεὶ πεινῶσι. Alii scribunt δρομάδες, & pro καταγιδὶς accipiunt. A Simmia autem πτωκαὶ κώπειρος dicitur δίχα τὸ χθαμαλιεῖ). nam solēt οἱ πτήσσοντες siue πτώσσοντες præ metu καταπτοῦσθαι, ne videlicet conspiciātur ab eo cuius metu se contrahunt & abscondunt.

Πτωκάζω, idem cū πτώσσω, id est Metu cōtrahor, aut deiecto sum animo, Metu cōsternor, Expauesco. Il. η, post versum in Πτώσσω citatum. Οὐ μὴ Τυδεΐδὴ δὲ φίλον πτωκαζέμεν ἔμεν. vbi schol. exp. καταπτώσσειν, δειλιᾶν.

¶ Πτωχὸς, ῆ, ὁ, Mēdicus: à πτώσσω significāte Mēdico. Od. φ, v. 326, Ἀλλ' ἄλλος τις πτωχὸς αὖθις ἀλαλήμενος ἔλθοι. Od. τ, πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες. Idem sine adiectione substātiui, Il. ζ. πᾶσι γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Πτωχοί τε ξεῖνοί τε. vt & Od. ρ, εἴπω πτωχῶν τε θεοὶ καὶ ἐρινύες εἰσὶ, siqui dii sunt & vltrices deæ mendicorum. Alicubi ei veluti substātiuo iungit adiectiuum. vt Od. π, Πτωχῷ λθυκλέῳ ἐναλίβιον. Od. σ, πτωχὸς κακοεργός. Od. ρ, Πτωχὸν αὐτόρον, δαιτῶν ἀπολυμαντῆρα. Quid verò interfit inter πτωχὸν & πένητα, id est Mendicū & pauperem, Aristoph. in Pluto docet, his verbis, Πτωχὸς μὲν γὰρ βίος ἐν σοὶ λέγεις, ζῆν ὅστις μηδὲν ἔχοντα· Τὸν δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Περιγίνεται δὴ αὐτῷ μηδὲν, μὴ ῥῦτι μικρὸν ὑπολείπειν. Martial. autē, Non est pauperies, Nestor, habere nihil. In Nouo testamēto exponitur potius Mendicus quam Pauper. vt Marci 12, χήρα πτωχὴ. Matth. 5, Lucæ 6, μακάριοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι. COMPAR. Πτωχότερος, Mendicior. Apud Athen. l. 6, Πτωχότερον αὐτὸν καθαμαστῶν τὸν Τιλεφον γενόμενον. Itē irreg. COMPAR. Πτωχίστερος itidē Mendicior vel Pauperior, apud Aristoph. Potest autem Mendicior dici, vt Mendicissimus apud Cicer. legitur, dicentem solos sapientes esse ditissimos, si sint mendicissimi.

C. Πτωχοδοχεῖον, ου, τὸ, Receptaculū mendicorum. πτωχεῖον.

C. Πτωχοποιὸς, ῆ, ὁ καὶ ἡ, Mendicos faciens, Ad mendicitatē redigens. Aristoph. Pluto, Καὶ πτωχοποιὲ γὰρ ἀκμὴ συρρακτάδη.

C. Πτωχοτρόφος, ου, ὁ, Qui mendicos alit. VNDE Πτωχοτροφία, ας, ἡ, Mendicorū nutritio, Alere mendicos. Gregor. οὐ πτωχοτροφίαν θαυμαζόμενον. Alibi, πτωχοτροφίας, ξενοτροφίας. INDE ET Πτωχοτρόφιον, ου, τὸ, Locus alendis mendicis dicatus: idem cum πτωχοδοχεῖον & πτωχεῖον. Legitur apud iurisc. quoque.

C. Πτωχαλαζὼν, Mendicus arrogans, Qui in ipsa mendicitate arrogantiam suam celare nequit. Erasmus in prouerbio, Messe tenus propria viue, Ostentatorem diuitiarum (inquit) elegante verbo Alexis apud Athenæū libro 6, πτωχαλαζόνα dixit, eodem verbo declarans fastum cum paupertate coniunctum.

C. Πτωχελένη, Mendica Helena. cognomen Callistii meretricis apud Athen. & Eustath.

C. Φιλόπτωχος, Mēdicorum seu pauperum amans. seu Qui mendicis & pauperibus lubenter est beneficus, Promptus ad iuuandos mendicos & pauperes.

Πτωχικὸς, ῆ, ὁ, Mendicus, Pauperinus. Item πτωχικὴ στολὴ apud Euripidem, Quæ mēdici est, vel Qualem mendicus gestat. Itidémq; ὀνόματα πτωχικὰ, vocabula mendicis familiaria, aut mendicis conuenientia. vnde intelligimus vilissima. Lucianus De scribenda historia, οὕτως ἀπελῆ ὀνόματα καὶ δημοτικὰ καὶ πτωχικὰ πολλὰ παρεισέδυσε. At de πτωχικὸν κρέας vide Plut. in Hellen. nō procul ab initio.

Πτωχίζω, Ad mendicitatem redigo, Pauperem facio. πτωχὸν ποιῶ, Athen. Legitur libro 1 Regum, cap. 2. in cantico Annæ, Κυριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει, ταπεινοῖ καὶ ὑψοῖ.

Πτωχεύω, Fut. εύσω, Mendicus sum, Mendicus viuo, Mendicando viuo, Mendico. Aristoteles Rhet. 3, τὸν μὴ πτωχεύοντα θύεσθαι, τὸν δὲ ἀτυχοῦντα πτωχεύειν. Paulus epistola ad Corinth. 2, cap. 8, de Iesu Christo, δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν, vestri causā mendicans vixit. seu, Vt mendicus nihil possidens, aliorum opibus eguit. Vsus autē eo verbo est Apostolus, vt ostenderet eum vsque ad extremam etiam paupertatem nostra causa sese demisisse. Nazianz. μηδαμῶς πόσον πτωχεύων, πόσον πλουτήσας, ex quàm mēdico & paupere diues factus sis. Idem cum accusatiuo iunxit, dicens πτωχεύει πτῶχ' ἐμὸν σάρκα, pro In mea carne mendicās viuit. Alii sic interpr. Ob meā carnem pauper fit. Apud Chrysostomum autem in cōm. in ep. ad Cor. p. 150, μὴ πτώχευε τὴν δόξαν, μηδὲ ἀγνόει τὸν πλοῦτον τοῦ Θεοῦ, Bud. vertit, Ne mentis inops fis. Malim, Ne mente inops fis. vt & Plato dicit, πένης τὴν ψυχήν. seu, Ne mente mēdica & inope fis. duplex enim πενία secundum Plutarchum, χρηματικὴ & ψυχική. Genitiuo autem iunctum significat Egeo, Indigeo, vt πένομαι. Gregorius de homine, pag. 24. Et alibi, οὔτε τοῦ πλήθους τῶν νοημάτων ψυχὴ δίχα τὰ φθάσματα πτωχεύει ποτὲ, sed eo ditior fit in futurum ad alia intelligenda. Bud. Idē in loco paulo suprà citato apud eundem legit πόσων πτωχεύων. Sed altera lectio, quæ & in vulg. lexicis habetur, videtur magis consentanea. Rursum πτωχεύω significat Mendicus oberro, Mendicans peto, vt πτώσσω. qua significatione Homerus vtitur Odyss. ο, Ἠῶθεν ὡς τε ἄγυιαλιαίομαι ἀπονέεσθαι Πτωχεύσων. & Od. τ, κακὰ δὲ χρὴ εἶμαι ἔμεναι, Πτωχεύων ἠ' ἀνὰ δῆμον. Item cum accusatiuo. Odyss. ο, ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι Δαῖτα πτωχεύῃ. vt Ouidius, Mendicato cibo pasci. Suetonius verò, A sociis pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni. Hesychius quoq; exponit ἐπαιτῶ, Stipem peto. Theognis cum accusatiuo personæ etiam, Πτωχεύει δὲ φίλους πάντας, ὅπου πτ' ἴδῃ, Mendicās adit, Adit emendicans stipem. At Hesiod. dicit πτώσσειν ἀλλοτρίους οἴκους.

Πτωχία, ας, ἡ, Mendicitas. Aristophanes Pluto, πτωχείας φαμὲν Πενίαν ἀδελφήν. Paulus epist. ad Corinthios 2, cap. 8, post verba in πτωχεύω citata, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε, ipsius mendicitate & paupertate ditescoretis. vel etiam ipsius inopia.

D Πτωχεῖον, ου, τὸ, Locus in quo mendici degunt, Locus mendicis alendis destinatus. idē cū πτωχοδοχεῖον & πτωχοτροφεῖον. vt ξενῶν, locus peregrinis recipiēdis destinatus. Legitur in Pandect. & Can. 8 concil. Chalced.

C. ΚΑΤΑπτωχεύομαι, Ad mendicitatem redigor, Depauperor. vt Varro, Priusquā domum depauperasset sumptu suo. Vnde particip. κατεπτωχευμένος, apud Plutar. in Cic. pag. 1587 meæ edit.

ΠΤΟΕΩ, ῶ, eiusdem cum πτήσσω & πτώσσω originis, affinisque item significationis. Exponitur enim Consterno metu, Terrefacio, itidem vt πτήσσω: seu Terreo, Exterreo. qua significatione Budæus ex Basilio, εἰ γὰρ τὰ φρικτὰ οὐ πτοεῖ. Pass. Πτέομαι, οῦμαι, Terrefio, seu Exterrefio, Perterreor. vnde apud Pollucem synonymos ponūtur, ἐπτοημένος, ἐκπεπληγμένος seu ἐκπλαγείς, σπουδαλμένος, πεταρυβημένος, ὀξυπνιῶν, nimirum τῷ δέει. Lucæ 21, ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε, ne terremini. pro quo Matthæus dicit, μὴ θροεῖσθε, ne turbemini. quod & apud Marcū legitur. Lucæ cap. 24, πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι. Itidē Plutarchus in Alcibiade, πτοηθέντος καὶ δίκαιον τὸν ὄρτυγος, expauefacta & exterrita coturnice, quā in sinu gerebat: expauefacta inquā, τοῦ δήμου κροτοῦντος καὶ βοῶντος. Idē in Publicola, ἵππος πτοηθέντος ἀπ' εὐδειμίας ἐμφανοῦς προφάσεως: proquo alibi dicit πτορέντος. de quo infrà dicetur. Sic Cōsternati equi apud Ouidiū: qui etiam dicit Præceps attonitis per freta raptus equis, id est consternatis, pauefactis, metu perculsis. Vnde in Geopon. lib. 16, cap. 1, inter boni equi notas hæc vna est, ἐὰν ᾖ μὴ ἐπτοημένος μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰφνιδίως φαινομένων ἐκπεφοβημένος, si nō facilè cōsternetur & pauefiat. Sic apud Columellā, Quum natus est pullus, cōfestim licet indolem æstimare, si intrepidus, si neque cōspectu nouēq; rei auditu terretur. ‖ Πτοέω alicubi exponitur potius Obstupefacio, Attonitū reddo. Et Πτοοῦμαι itidem Obstupefio, Attonitus reddor, Hæreo attonito animo, vt loquitur Virg. Paul. Æg. l. 5, c. 53, de iis qui toxico hausto superuiuūt, πολὺν χρόνον κλινοπετεῖς διαμένουσι, καὶ ἀναστέντες, ἐπτοημένοι τὸν λοιπὸν χρόνον διέρχονται. Itidem in Geopon. lib. 1, cap. 10, traditur, si tonet dum luna est in ariete, πτοηθήσεσθαι πινὰς τῷ πτῶχώραν, attonitos futuros. Necnon aliquis admirādo & contemplādo aliquid πτοεῖται. vt Liuius, Attonitus nouitate ac miraculo. Et Plinius, Adeóque ad hæc attonita antiquitas fuit, vt affirmaret incredibilia dicta. Aristoteles Historiæ animalium libro 1, πτοεῖται περὶ τὰ ξύλα, attonitus est ad ligna. Basil. τί πόσον ἐπόησεν περὶ τὸν

πλοῦτον, λίθος ὅστιν ὁ χρυσός. Itidem apud Herodianum, ἐμέμφετο δὲ αὐτῷ τὸ περὶ τὰς μαντείας ἐπτοημένον. Sed notandum, hisce in locis ἐπτοῆσθαι περὶ π significare etiã Vsq; ad stuporẽ deditũ esse. nã ii qui ad rei alicuius conspectũ attoniti sunt, seu stupidè aliquid admirãtur, simul eius contemplatione gaudent & desiderio quodam eius tanguntur, tanto inquam desiderio quantus stupor ille est quo id admirãtur: ideóque Budæus vertit non solùm Admirari, sed etiam Deditum esse: necnon τὸ περὶ τὰς μαντείας ἐπτοημένον interpr. Nimiam affectionẽ. Itidem περὶ ὀπτυμίας & περὶ ἀφροδίσια ἐπτοῆσθαι dicuntur qui nimia cupiditate flagrant & velut attoniti sunt ad id quod desiderãt. Plato, σωφροσύνη ὅστι τὸ περὶ τὰς ὀπτυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν. Idem, ἡ δὲ ὀπτυμητικῶς τοῦ σώματος ἔχουσα, περὶ ἐκεῖνο πλεῖστον χρόνον ἐπτοημένη. Chrysost. περὶ τὰς ἐν σκιᾷ τέρψεις ἐπτοημένον. Aristoteles Historiæ animal. lib. 6, κινεῖ τὸ περὶ τὴν ὀπτυμίαν καὶ τὴν ἡδονὴν ἐπτοῆσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ὀχείας μάλιστα. Ex eodẽ apud Athenæũ, ὅτι τοσοῦτον δὲ ἐπτόηται) περὶ τὴν ὀχείαν οἱ πέρδικες καὶ οἱ ὄρτυγες, ὡς εἰς τοῦ θηρεύοντος ἐμπίπτειν. quemadmodum Plinius lib. 10, cap. 33, eas dicit tanta libidinis ferri rabie vt in capite aucupantiũ sæpe cæcæ metu sedeant. vbi vide & alia de earum impotenti libidine. Budæus ibi vertit, Stupescit, Sui impos efficitur, Nimium deditus est & addictus, Nimium afficitur. Euripides dicit etiam ἐπτοήθης ἔρωτι, amoris œstro ad stuporem vsque perculsus es.

Πτόησις, εως, ἡ, Pauor & consternatio. vt Liuius, Pauore & consternatione territa. Pollux lib. 5, πτόησις, συστολή, θόρυβος, ταραχή. Pro Pauor, Timor, Metus, vsurpauit & Petrus epist. 1, cap. 3, de vxorum erga maritos obedientia, ἧς (videlicet Σάῤῥας) ἐγένηθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι πτόησιν, cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, etiam quũ non terremini vllo pauore. Vbi ostendit Apostolus, verè pias mulieres & Saræ filias, etiam quum nullus eas metus constringit, (id est sponte & vltro) officium facere. Hesychio πτόησις est δειλία. Est & πτόησις quædam περὶ ἀφροδίσια, id est libido velut attonita, quum nimia & veluti stupida rei venereæ libidine quis flagrat: quo sensu & ἐπτοῆσθαι suprà. Aristoteles De generatione animalium, libro 4, cap. 5, vbi docet libidinem mulierum cessare post multiplicem partum: ἔστι γὰρ τὰ καταμήνια σπέρμα ἄπεπτον. διὸ καὶ τῶν γηγενῶν ὅσαι περὶ τὴν ὁμιλίαν ἀκρατεῖς τὴν τοιαύτην, ὅταν πολυτοκήσωσι, παύονται τῆς πτοήσεως. ἐκκεκριμένη γὰρ ἡ σπερματικὴ θέρμανσις οὐκέτι ποιεῖ τῆς ὁμιλίας ταύτης ὀπτυμίαν. Vbi Bud. πτόησις accipit pro immodica libidine.

C. Ἀπτόητος & Πολυπτόητος vide ἐν Ἀπτόητος & Πολυπτόητος.

C. ἈΝΑπτέομαι, οῦμαι, Cõsternor, Expauefio, Perterreor, Obstupefio. vt ἀπτοηθεὶς περὶ τὴν φιλοφροσύνην τῆς γυναικός, obstupefactus comitate mulieris. At in vulg. lex. exponitur Mulieris amore flagrans. Hesychius ἀπτοημένοι explicat ταῖς ὀμνοίαις ἀπατεραμμένοι: si mendosum non est hoc postremum vocabulum. In hac autem significatione ἀτὰ habet ὀλίγαστα.

Ἀνεπτόημαι, inquit Budæus, Erigor spe & animo. Herodianus de Nigro ad imperium euocato, ἀνεπτόητο ὑπὸ πάντες, καὶ μηδὲ μελλήσαντες περισκέψασθαι, ἐκλιπαροῦντες καὶ αὐτοὶ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς περιχαρείας. id est, animo erecti erant, quasi à consternatione ob rerum nouarum euentiũ. Plutarchus in Sertorio, ὥστε τὴν Ἀσίαν βαρυοῦσθαι τῇ πλεονεξίᾳ τῆς ὀπτασίας, ἀναπτοηθῆναι πρὸς τὴν ἐλπίδα, καὶ πιστεῦσαι τὴν περὶ τοῦ πολέμου μεταβολήν. Hactenus Budæus. Notandum est autem, secundum hanc significationem ἀτὰ sumi vt in ἀπακαλύπτω contrario τῷ καλύπτω.

C. ἈΠΟπτέω, ῶ, Exterrefacio, vel Obstupefacio. vnde Ἀπεπτοημένος apud Polybium.

C. ΔΙΑπτέω, ῶ, Perterrefacio. Basilius, ἡ σκιά σου παύσει τὰ δεπτόητα, Bud. Pass. Διαπτῶμαι, Perterreor seu Perterrefio, Metu percellor. Plato libro 1 De republica, δείσαντες δεπτοήθημεν. Et participium διαπτοηθείς, Perterrefactus, Metu perculsus, Attonitus. Plutarchus, θόρυβοι πανικοὶ περιέπεσον νύκτωρ, ὑφ' ὧν διαπτοηθέντες ἐνεπήδησαν εἰς τὰς ναῦς ἀκόσμως.

Διαπτόησις, εως, ἡ, Pauor attonitus. ‖ Ἰτὲ διαπτόησις ἀφροδισίων ex Plat. De leg. pro Vehemens & impotens libido Sic suprà ἐπτοῆσθαι περὶ ἀφροδίσια.

C. ἘΚπτέω, ῶ, Exterreo, Exterrefacio, Metu cõsterno. Vnde ἐξεπτόημαι apud Poll. idem cum ἐκπέπληγμαι. & ἐξεπτοημένος, idem cum ἐκπλαγὶς seu ἐξίστηκώς. Item Obstupefacio, seu ἐξίστημι. Ἐξεπτοῆσθαι redditur etiam Impotem animi esse.

C. ΚΑΤΑπτέω, ῶ, Metu consterno, Perterrefacio, καταπλήττω.

Πτόα, ας, ἡ, Pauor & consternatio, seu simpliciter Timor, Metus.

¶ Πτοιέω, ῶ, idem cũ πτοέω, Ionicæ vel Atticæ linguæ familiarius: id est Consternio metu, Metu percello, Perterrefacio. Itẽ Obstupefacio seu Stupida & attonita admiratione percello. sicut & πτοέω. Et sicut ἐπτοῆσθαι dicuntur qui simul & admirantur aliquid ad stuporem vsque & impotenti eius desiderio flagrãt, ita & ἐπτοῆσθαι. Apud Hesiodum autem in Erg. Κουρότερος δ' αὖηρ μεθ' ὁμηλικας ἐπτοίηται exponitur, Gaudens spectat æquales & intento animo. Ii certè qui stupido aliquid admirantur, eius aspectu etiam gaudent, & magis ac magis intentis oculis contemplantur.

Πτοίησις, εως, ἡ, idem cum πτόησις, Pauor & consternatio, Timor attonitus. Item Impotens libido & desideriũ, vt πτόησις. Legitur apud Plat.

C. Ἀπτοίητος, idem CVM Ἀπτόητος, Interritus, Intrepidus, Metu non consternatus, seu perculsus. ἀνέκπληκτος, ἀκατάπληκτος.

C. Πολυπτοίητος SIVE Πολυπτόητος, Pauidus, Meticulosus. Pro Tumultuosus, affertur πολυπτόητος ex Plutarcho. Ex Epigram. autem πολυπτοίητος τὰ λάσια pro Valde stupendum mare.

Πτοία, (siue πτόα) Pauor & cõsternatio, Timor eius qui est attonitus. Plut. Fabio, ἀδιήγητος κατεῖχε ταραχὴ καὶ πτοία τοῖς Ῥωμαίοις. Sic idem in Coriolano, ταραχὴ καὶ πτοία τὴν φήμη παρεῖχε τὴν πόλιν κατεῖχε. Et in Crasso, ταραχὴ καὶ πτοία αὐτοῖς παρεῖναι ὑπελαμβάνεν ὡς ὀπφερομένων ἐπὶ πολεμίων. Item Impotens & velut attonita libido rei alicuius, Nimia affectio. Quem vsum habet & πτόησις. Plutarchus in suo περὶ ὀπτυμίας libello, αἱ γὰρ σφοδραὶ περὶ τὰ πράγματα πτοίαι καὶ παρ' ἀξίαν ἐρέσεις καὶ διώξεις. Sic suprà, ἐπτοῆσθαι περὶ π, impotente rei alicuius libidine incensum & velut attonitum esse. Sic idem alibi ἔρως καὶ πτοίας. ‖ Πτοία Hesychio est non solùm φόβος, sed etiam πτερμὸς, id est Sternutatio, Sternutamentum. Nisi potius scribendum πτυρμὸς, de quo paulo infrà. In lex. meo vet. perispomenos scribitur Πτοῖα, exponitúrque θόρυβος φόβος, ἔκπληξις, ταραχή.

ITEM Πτοῖος, eiusdem cum πτοία signif. Sic enim Hesych. Πτοῖαν ἡ πτοῖον, θόρυβον ἢ ταραχήν.

Πτοιαλέος, ου, ὁ, Pauidus, Timidus, Meticulosus. δειμαλέος.

Πτοιάω, ῶ, idem cũ πτοέω, siue πτοέω. Vnde πτοιᾶς, quod Hesychius accipi scribit pro παρορμᾶσθαι περὶ τὰ ἀφροδίσια. apud quem & particip. πτοιώμενον.

ΠΤΥΡΩ, eiusdem originis & significationis cũ πτοέω, id est Consterno, Expauefacio, Perterrefacio. Vnde pass. πτύρεσθαι peculiariter de equis, vt & πτοῆσθαι, quod vt de paulo suprà. Plutarchus Fabio, ὥσπερ ἀλόγου ἐνθουσιῶντος ἵππου θυμοῦ, καὶ πτυρέντος, ἐξέπεσεν, consternato & attonito equo, seu expauefacto & exterrito. Sic Diod. Sicul. in Hist. Alex. καὶ διὰ πλῆθος τῆς περὶ αὐτὴν σπουδομένων νεκρῶν πτυρόμενοι, τὰ μὲν χαλινὰ διεσείοντο, παρ' ὀλίγον δὲ καὶ τὸν Δαρεῖον εἰς τοὺς πολεμίους εἰσήνεγκαν. Item in epistola ad Philipp. cap. 1, καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, nec vlla in re terreamini ab iis qui se opponunt. ‖ Hesychius πτύρεται exponit non solùm φοβεῖται, φείδεται, sed etiam κραδαίνεται, σείεται, κλᾶται.

Πτυρμὸς, οῦ, ὁ, Pauor & consternatio. πτόησις siue πτοία. Hesychio φόβος, id est Horror.

ΠΤΙΣΣΩ, SIVE Πτίττω, F. ἴσω, Tundo, Decortico: Pinso seu Piso. Dicebant enim antiqui Pisere siue Pinsere aut Pinsare hordeum, pro In mortario tundere, vt cortices & gluma abscederẽt. Significare autem & Tundere & Decorticare, Hesych. quoque annotat, πτίσαι exponens κόψαι, (itidémque πτίσαι, κόψαι) & πτίσαπτ, ἀποδερμάτισαπτ. est enim cortex in

leguminibus & frugibus, id quod pellis in animantibus. Suidas prioris tantùm meminit, πτίσσειν exponens τύπτειν, & Πτίσσεσθαι, δίκην πτισάνης τύπτεσθαι. Pherecrates apud Eustathiũ pag. 801, νυῶ σ' ὀπτχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀποβράττειν, λεῖαι, μαίζαι, τὸ τελευταῖον τῷ θερμῷ εἶναι. Vbi sicut πτίσσειν præcedit τὸ φρύγειν, ita apud Varronem lib. 1, cap. 63, Far quod in spicis condideris per messem, & ad vsus cibarios expedire velis, promendum hyeme, vt in pistrino pinsetur ac torreatur. Cui similẽ Plinii locum vide in Διαπτίσσω. Athen. l. 14, καὶ τῷ πτισσουσῶν ἄλλης, sub. ᾠδὴ, cantio mulierũ quæ hordeũ pinsunt. Et pass. ἐπτισμένα κριθαί, Hordeũ pistum, Hordeum à gluma separatum, apud Aristot. Historiæ animalium l. 8. Et πτισθείς, Pistus, apud Theophrastum Historiæ plant. lib. 2. Vide & Περιπτίσσω ac Διαπτίσσω. Latinum quoque verbum pro Tundo, id est κόπτω seu τύπτω, (quorum vtroque vtuntur in exponendo πτίσσω) vsurpauit & Persius, quum ait, O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. id est τύπτει, seu κόπτει, aut κολάπτει τῷ ῥύγχει.

Cæterùm inter Πίσσω ET Αἰνέω, (ex quibus compos. πτισάνη esse volunt) Eustathius loco citato hoc discrimen statuit ex Pausania, quòd τὸ πίσσειν γίνεται ἵνα τὸ πτοσόλυρον ἀπολίποι τὸ πιτυρῶδες ἄχυρον: τὸ αἰνεῖν verò, ὅτι ξηρῶν ὥσπερ καρύων, ἵνα τὸ ἀχυρῶδες αὐτῶν θερμαίνει ἀφαιρεθεῖν. Hesychius Αἰνεῖν exponit ἀνακαθαίρειν, repurgare: item ἀναπιεῖν κριθὰς βεβρεγμένας. Pro quo Αἰνέω scribi ETIAM Αἰνέω, ibidẽ annotat Eust. subiungens hæc ex Ælio Dionys. Αἰνεῖν, τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν κριθὰς ὕδατι φύροντα. Qui & addit ex Pherecr. Νυῶ ὀπτχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀποβράττειν, αἰνεῖν. Quem locũ ex Pausania quoq; affert. Et mox ex alio lexico, Αἰνεῖν, τὸ ἀναβράττειν ἀλπλεσμένον ὅσπον. (καὶ πτισάνη τοῦτο τὸ πίσσειν καὶ αἰνεῖν) οἱ δ, τὸ ἀναπιεῖν τὰς χρεὶ τὴν ὅσπον ὕδατι ῥαίνοντας. quo ferè modo apud Ouidium, Humida callosa quũ pinseret hordea dextra. Et Pompon. Neque molis molui, neque palmis pinsui.

C. Ἄπιστος, Qui pistus & tusus non est. Apud Hesychium, Ἄπιστον, ἀκόπτον.

C. ΔΙΑπίσσω, Tundo, Pinso. Theophrastus Histor. plant. lib. 9, cap. 17, post verba quæ in Περιπίσσω leges, καὶ διαπίσσαντες λεπτὰ, ὅτι πάλιν τῷ ὕδωρ, πίνουσι. vbi nota, femina ac legumina prius περιπίσσεσθαι καὶ ἀφαιρεῖσθαι τὸ κέλυφος, id est, perpurgari, & gluma seu cortice euolui: deinde ἐν ὅλμῳ κόπτεσθαι, tundi in mortario, & διαπίσσεσθαι λεπτὰ, cõminui: quod & λεαίνεσθαι, quum ita cõminuitur vt in mola. Plinius lib. 18, c. 7, vbi de ratione conficiendæ polentæ, Virentibus spicis decussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbibus eluunt, ac siccatum sole rursus tundunt, & purgatum molunt. Et paulo antè, Græci perfusum aqua hordeum siccant nocte vna, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt. Quæ confer cum loco Pherecratis in Πίσσω citato. Sed nota, perperam apud Theophr. SCRIBI Διαπίσαντες ET Περιπτίσαντες.

C. ΠΕΡΙπίσσω, Perpurgo, vt fit in oryza, corticẽ auferendo. Seu Exactè πίσσω, id est Decortico, vt Plin. Excastro, vt Scribon. loquitur. λεπίζω, ἀφαιρῶ τὸ κέλυφος. vt quum hordeum sua gluma euoluitur. Non semper autem πίσσειν & περιπίσσειν significare Tundere pilo, sed interdum Decorticare, Excastrare, Gluma euoluere, patet ex Theophrasto Hist. pl. lib. 9, cap. 17, vbi de cicuta ait, νυῶ δ' οὐδὲ αὖ εἰς τέλεσιν, ἀλλὰ περιπίσαντες καὶ ἀφελόντες τὸ κέλυφος, μετὰ ταῦτα κόπτουσιν ἐν τῷ ὅλμῳ. Nisi fortè id discriminis sit inter περιπίσσειν, siue πίσσειν & κόπτειν ἐν ὅλμῳ, quòd illo leuiter tundatur, vt gluma tantùm & cortices auferantur, hoc verò ipsum semen ita perpurgatũ, prorsus cõtundatur, non aliter ac mola molitur. (quanuis Pollux πίσσειν pro ἀλεῖν quoque vsurpari dicat, id est Mola frangere & comminuere) Vtut sit, πίσσω rectè interpretabimur Pinso, Plinium sequuti, qui hæc Theophrasti verba lib. 2 De hist. plant. ἡ τύφη δὲ καὶ ἡ ζειὰ μεταβάλλουσιν ἐὰν πεσεῖσαι σπείρωνται, sic vertit, lib. 18, cap. 10, Tradunt zeam ac typhen, quum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ serantur. Περιπτύσσω metaphoricè pro Purus ac omni veluti gluma carens, vsus est Aristophan. in Acharn. vbi quum dixisset hõdum aduenisse peregrinum militem & socios, subiungit, Ἀλλ' ἐσθῶ αὐτοῖνοῦ γε περιεπτυσμένοι. Τοῖς δὲ μετοίκοις ἄχυρα τῶ ἄσσον λέγω. vbi scholiastes, Περιεπτυσμένοι, οἷον ξένων ἀπαλλαγμένοι καὶ καθαροὶ ἀπό: subiungẽs, κυείας Πίσσειν ὅτι τὸ κριθὰς ἢ ἄλλο τι λεπίζειν καθαροπιεῖν. ἔνθεν καὶ πτισάνη. Simili metaph. apud Philostratum περιεπτυσμένος τὸ εἶδος, specie purus, καθαρὸς τὴν ὄψιν.

Ὅπως, Vt. sed quum Vt non tantùm accipiatur pro ἵνα, sed vsum habeat etiam affinem ei quem habet ὅπως in præcedentium locorum nonnullis, vbi redditum fuit Quomodo: de hoc prius agam. Sciendum est igitur in illo Homeri loco quem protuli suprà, ἔρξον ὅπως ἐθέλεις, ὅπως cōmodè reddi posse Vt: hoc modo, Fac vt vis, seu Fac vt libet. non minus quàm, Fac quomodo liber, seu quemadmodū libet. Et vt Latinè dicitur Operā dabo vt hæc fiant, vel Curabo vt hæc fiant, vel Mihi curæ erit vt hæc fiant, sic apud Plutarchum legimus in Lycurgo, ἀπὸ μελήσειν ἐφη ὅπως αὐθις ἐκπεσόντες ἔσται τὴν ῥητραν. Sic apud eundem in eiusdem Lycurgi vita, νόμιφης δὴ πεχρωμένης ὅπως αὖ ὁ κόμβος συμπορεύοιτο. Affertur verò & δέδοικα ὅπως ῥήσομαι ex Aristophane pro Vereor vt fiam. ‖Est certè apta hæc particula reddendo aduerbio ὅπως in hoc etiam loquendi genere, οὐκ ἔθ' ὅπως, si quidem ad verbum reddere velimus, & quidem sequendo Horatium: qui libri prioris epistolarum duodecimam epistolam ita orditur, Fructibus Agrippæ Siculis quos colligis Iceci, Si rectè frueris, non est vt copia maior Ab Ioue donari possit tibi. Pro, Nullo pacto, vel Nulla ratione donari possit. Vel, Nulla ratione fieri potest vt donetur. Sic autem Lucretius ante eum loquutus fuerat, lib. 2, — quare non est vt credere possis Esse infinitis distātia semina formis, Idem l. 3, — quòd si linquuntur & insunt, Haud erit vt meritò immortalis possit haberi. Sed hoc addendū est, apud eosdem poetas hanc particulam Vt habere istum vsum absque negatiua etiam particula. Canit enim idem Horatius ode 1 libri 3, Est vt viro vir latius ordinet Arbusta sulcis: hic generosior Descendat in campum petitor. pro Fieri potest vt &c. Sic autem & Lucretius ante illum loquutus erat, quum caneret libro 2, Quinetiam quanto in partes res quæque minutas Distrahitur magis, hoc magis est vt cernere possis Euanescere paulatim, stinguique colorem. Et libro 4, Hic odor ipse igitur nares quicunque lacessit, Est aliò vt possit permitti longius alter. Verùm & hoc animaduertendum, Lucretium huic loquendi generi adhibere verbū Posse in omnibus hisce locis: at Horatiū in altero id omisisse: sicut & Nasonem. Possumus e-

nim (vt opinor) his locis addere quendam illius in epistola Didûs ad Æneam, vbi Quando erit vt condas, non aliud est quàm Quando fieri poterit vt condas? vel Quando condere poteris? Ita enim ibi canit, Quādo erit vt condas instar Carthaginis vrbem, Et videas populos altus ab arce tuos? Sed malè in plerisque exēplaribus post Quādo erit, ponitur interrogationis nota. Ex his autē locis satis patet ὅπως in illo genere loquendi respondere Latino Vt. Sed quemadmodum dicunt hi poetæ Non est vt, item Est vt, haud scio an itidem dixerint Græci non solùm οὐκ ἔθ' ὅπως, sed etiam ἔθ' ὅπως. nam huius exempla nulla mihi succurrunt: at illius passim sunt obuia. Ac certè iam vnum in præcedentibus habuimus: in quodam videlicet Aristoph. loco quem protuli quum de hoc aduerbio agere cœpi: ex Pluto, οὐκ ἔθ' ὅπως ὠνήσεται δ' ἡπτυθεν, Non est vt emet, ad verbum, Fieri non poterit vt emat. Circa eiusdem comœdiæ principiū legitur, Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔθ' ὅπως σιγήσομαι, Fieri non poterit vt taceam, Nullo modo tacebo, vel Nequaquam tacebo. vt sit pro οὐδαμῶς σιγήσομαι, quemadmodū ipse etiam schol. exp. cui non itidē assentior in iis quæ de ὅπως dicit, nimirū ὅπως esse pro ὅπ permetalepsin: quòd ὅπως sit pro ὡς, at ὡς pro ὅπ. Verùm præsenti indicatiui sciendū est. vt in eadē comœdia, Οὐκ ἔθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτ' ῥέπει, Ἀλλ' εἰς ἕτερόν τι μεῖζον. (Vbi hoc etiam animaduerte obiter, nō esse cū ἀλλὰ repetēdū ἔθ' ὅπως: vt sit οὐκ ἔθ' ὅπως ῥέπει εἰς τοῦτ', ἀλλ' ἔθ' ὅπως ῥέπει εἰς ἕτερόν τι μεῖζον: sed simpliciter ἀλλὰ ῥέπει εἰς ἕτερον &c. perinde videlicet ac si præcederet, οὐδαμῶς ὁ χρησμὸς ῥέπει &c.) Sic apud Plat. in Apol. Socr. καὶ οὐκ ἔθ' ὅπως ὀρθῶς ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν. Sic οὐκ ἔθ' ὅπως σύγ' αὐτὸς ὑγιαίνεις, Fieri non potest vt sanus sis, Nullo modo sanus es. Et cum aoristo, apud Demosth. Pro cor. pag. 123. ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετο ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν τοῦ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κινδυνον ἀφόβοι. Sed interdum additur altera negatio, iuncta verbo quod sequitur post οὐκ ἔθ' ὅπως. vt οὐκ ἔθ' ὅπως οὐχ ὁμοῦ πάντες, Isocr. Fieri non potest quin concordes simus, vel Omnino fiet vt concordes simus, aut Omnino concordes erimus. nam & Bud. οὐκ ἔθ' ὅπως hic vertit Omnino. Et cum præsenti, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχει τὰ μου τὰ χρήματα. Item cum aoristo adiunctam habente particulam ἄν, vt apud Plat. in Apologia, statim post illa quæ modò protuli verba, καὶ δὴ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἄν τι πάθοιμι ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μή τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν. Et de hoc quidem loquendi genere οὐκ ἔσθ' ὅπως hactenus. (at de οὐχ ὅπως, longè diuersam significationē habente, dicam infrà.) Sciendū est autem Sophoclem aliquantulū diuersa forma dixisse in Aiace, οὐ γὰρ ῥηθεὶς ἀν τοῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν, pro Fieri nequeat quin hæc ita se habeant.

Ὅπως quoque cum ellipsi positum videmur posse in earum significationum numerum referre, in quibus aliquam cum vsu particulæ Vt, conuenientiā habet. Quemadmodum enim quum dicitur αὐτῷ μελήσειν ὅπως, &c. item ὀθπεχωρήσης ὅπως, &c. item apud Plutarchum, ἐν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἐξήκοιτο καὶ τελακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται, talem vsum habere videtur Vt, qualem quum dicitur, Cura vt hoc fiat, vel Da operam vt hoc fiat, aut Vide vt hoc fiat: sic quum dicitur ὅπως τοῦτο ποιῆς, vel ὅπως τοῦτο μὴ ποιῆς, videtur ὅπως exprimendum potius per Vt, quàm per aliam vllam particulam. Sicut enim absque ellipsi diceretur ὅρα ὅπως, vel σκόπει vel μελέτω σοι, ita Latinè dicitur Vide vt hoc facias, Da operam vt hoc facias. Sed particula Vt vsum hunc cum subiunctiuo duntaxat habet: at ὅπως plerunque & cum futuro indicatiui. vt apud Aristophanem in Nubibus, Ὅπως δ' ἐκεῖνα τὸν λόγον μαθήσει. Sic Xenoph. Pæd. 5, ἐγὼ δὲ ἐφυλάττετο, ὅπως τοῦτο παρέσοι ἔχων τῆς ἱππείας ἐξωπλισμένος. Sic verò & quū adiicitur negatiua particula, vt ramlibet constructionem habet. Legimus enim in eadem eiusdem poetæ comœdia, Ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξεις μηδέπω. Et in eadem, alterius constructionis hoc exemplū habemus, Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμαντ' ὅπως μὴ θύσεις. Sic apud Platonem De rep. lib. 1, καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς &c. Quibus in locis non solùm Vide ne, sed & Caue ne, reddere possumus. Cæterùm huc pertinet iste locus Æschyli in Prometh. pag. 9 meæ editionis, Σὺ δ' αὖ κατηκνεῖς, τῷ Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ Στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτεῖς ποτέ. vbi schol. deesse ait σκόπει vel ὅρα. Eustathius autem δέδιθι, exponens δέδιθι μὴ παθῇς οἰκτου ἄξια. (Scribi autem potest & ὑπὲρ sine accētu, vt intelligatur iungi cum στένεις) In eadem tragœdia, pag. 35, — φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος, sch. exponit, φέρε σκόπησον ὅπ ἡ χάρις &c. Quæ autem Bud. huius ἐλλείψεως exempla profert, cum sua interpretatione, videnda tibi relinquo Comment. pag. 952. In ea autem quæ hanc proximè præcedit annotat, ὅπως esse præcipientis, aut denuntiantis, aut exhortantis, in isto Synesii loco, ὅπως οὖν μὴ μόνον τὰς ὄψεις ὀθπεδάλης, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν πάνυ σφόδρα τρεσσίζεις τῆς γράμμασιν. vbi ideo indicatiuum cōiunctiuo subdidisse ait (nisi sit menda) quòd vtrique tempori modóque congruat ὅπως.

Ὅπως sequente αὖ interdum Prout, potius quàm Vt. Aristides, ὅπως αὖ συμπίπτει τῷ λόγῳ.

Ὅπως apud poetas pro Vt, Velut, Sicut, Tanquam, & quidem postpositū plerunque. Æschylus, φεμοὶ δ' ὅπως. Euripides, λέων ὅπως, vt leo. Apollon. Rhod. δμωὶς ὅπως. Scribunt autē poetæ præsertim heroici ETIAM Ὅππως pro ὅπως. Affertur & Ὅπως π ex Eurip. pro Tanquam: at Ὅπως περ ex Sophocle pro Quomodo.

Ὅπως pro Vt posito pro Quàm (vt videri possit poni quum dicitur à Virgilio, Æneid. 8, — vt te fortissime Teucrûm Accipio, agnoscóque libens. Videtur enim commodè exponi posse Quàm libens. Sic certè vtitur & alibi: necnō alii quidam, ex quibus Horatius, — vt iuuat pastas oues Videre properantes domum. (Neque enim dubito quin hic Vt iuuat, idem valeat quod Quàm iuuat, apud Tibullū, in hoc versū, Quàm iuuat immites ventos audire cubantem) Lucianus, οἶδα ὅπως ἦν θαρραλέος; scin'tu quàm audax essem? Sed an Vt huiusmodi quoque locis adhiberi possit, pro Quàm, alii viderint. ‖Præstat verò ὅπως & alium vsum particulæ Quam, de quo dicam in ὅπως pro ὅπ.

Ὅπως, Vt, ἵνα. Et ὅπως μή, Vt ne, ἵνα μή. Xenoph. ὅπως ἀκούσῃς ἥκεις, venis vt audias. Idem in lib. De ven. ἵνα δ' αὐτῶν μηδὲν αὐτεχοιτο, πτηνεῖν δεῖ τὰς χαλίδας, ὑπίαις, ὅπως αὖ ἐπιτρόμφαι ἔχωσι τὸ σῶμα νον. Idem, τοιχίζετω δὲ ὑψηλά, ὅπως αὖ μὴ ὑπερπηδᾷ. Apud eūdem cum optatiuo, ὅπως μὴ δοκοῖν. Sic Aristophanes, ὅπως ὑποδοίμην. Et Demosthenes, ὅπως ἐπεξέλθοιτε ὑμεῖς, vt exiretis obuiam. Affertur verò & ὅπως ἐφαίνε ex eodē Aristoph. pro Vt videreris: & ὅπως ἔκειτο ex Sophocle, pro Vt iaceres. Et quēadmodum Vt vacat interdum ante Ne, sic ὅπως ante μή. vt apud Xenoph. εἰ μὴ φοβοίμην ὅπως μὴ ἐπ' αὐτόν με τράποιτο. ‖Ὅπως Bud. exponit etiam ἐφ' ᾧ & ὅθι τῷ, afferens ex Demosthene pag. 185, ἐμωθώσατο μὴ τῶν ὄθνεως, ὅπως σωτρεῖ καὶ σωαγωνιεῖται τῷ μαρῷ Φιλοκράτει, καὶ τοῦ τὰ δίκαια βουλομένων ἡμῶν τρέπειν τοῦ ἐναντίον.

Ὅπως autem pro ὅπ (vt etiam à scholiaste Æschyli videmus exponi in quodā quem modò protuli loco) vsurpatur à primariis etiam scriptoribus, Thucydide & Xenophonte. Nam ex illo affertur ἴσμεν ὅπως, cum enarratoris expositione ἴσμεν ὅπ. Apud hunc autē legitur Pæd. 3, ἀλλ' ὅπως μὴ ὦ Κύρε καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μισεῖ ὑπονοεῖτε. Quendā etiam Aristophanis locū protuli in quo à scholiaste exponi ὅπ docui (nam ὅπως pro ὡς, hoc autē pro ὅπ poni ait) sed me (vti dixi) nequaquam ei assentiente. ‖Quinetiā quum dicitur ὅπως τάχιστα, possumus ei hic quoque tribuere illum vsum, quem ὅπ cum hoc aduerbio aliisq; nonnullis habet, itidémque particula ὡς. eundem videlicet quem habet particula Quàm cum aduerbiis itidem superlatiui gradus: reddendo ὅπως τάχιστα, Quàm celerrime, Quàm citissimè (Eustathius autem ὅπως τάχιστα ex Soph. affertur pro λίαν ταχέως.) Sed pro Quam celerrimè seu Quàm celerrimè fieri potest, dicunt etiā ὅπως ἐν τάχει, item ὅπως ἔχοιτο τάχιστα, pro Quàm celerrimè possunt, Quàm citissimè possunt. Quorum vtroque Basilius vsus est.

AT VERO in Οὐχ ὅπως longè à præcedentibus diuersam significationem habet ὅπως, accipitur enim οὐχ

ὅπως pro Non ſolùm non: ſequente ἀλλὰ, & quidē adiunctam ſæpe habente particulā καί. Iſocr. in Areopagitico, οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καθ' ἑαυτοὺς περαίνοντας, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες αἰρωνεῖν αὐτοῖς εἴ τῶν τῶν πολιτῶν ἀπειρίαν, ἐπήμωνον τοῖς ἀνδείαις. Demoſth. Pro cor. οὐχ ὅπως χάριν αὐτῆς ἔχεις, ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κ' τοῦτοῦ, πολιτεύῃ. Quibus in locis ei reſpondet particula ἀλλὰ, nō adiuncta particula καί. at ſequentes loci adiūctam illam habent. Xenophon Hellen. l. 5, οὐχ ὅπως ἠμωρήσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέσειεν τὴν Σφοδρίαν. Et apud Demoſthenē (licet in eius etiā loco quē paulo antè protuli, habeas ἀλλὰ, ſine καί) Philipp. 2, οὐχ ὅπως αὐτοσχεδιάζειν καὶ διαγκαλύσειν, ἀλλὰ καὶ συγκατθύσειν, αὐ αὐτῆς κελεύῃ. Sic deniq; & Luc. φημὶ γὰρ καὶ γυναῖκὶ καὶ παῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ ἄμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναγκωνίζειν τὸν κόσμον τὸν πολύ. Demoſthenes interiecit etiam particulā γὰρ inter οὐχ & ὅπως in hoc loco, (vbi Bud. vertit, Nō enim hoc modò, Neque enim tātummodo) orat. in Midiā, οὐ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαι πνὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἀνεδεχόμην εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ δίκη καὶ ψήφῳ τῶν ἐλόντων γιγνόμενα, τοῦ ἔαλωκότων καὶ κεκτημένων ἐξ ἀρχῆς τῆς γεῦ ἑορτῆς ἀπολώκαπε εἶ). Cæterùm in huiuſmodi locis poſſumus οὐχ ὅπως interpretari etiam Tantum abeſt: quinetiam Nedū, ſed mutata orationis ſtructura. At nonnunquam οὐχ ὅπως in poſteriore membro ponitur: & tūc aptè redditur, Nedum, vel Tantum abeſt vt, minimè mutata orationis ſtructura. Lucianus, καί τοι ἐγὼ μὲν ὅπως ἀφεθείη μὴ εἰδώς, ἡγούμην αὐ μᾶλλον, οὐχ ὅπως εἰπὼν ἀφιεῖμι αὐ. Idem in Prometheo, οὐδὲ μνημονεύσειν εἰς τὸν ὑστεραίαν ἔπ ὠμὸν τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τιμωρήσαιτο ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, Neq; Iouem poſtridie memorem futurum exiſtimabam, nedum tam grauiter hæc laturum. Vel, Tantum abeſt vt eum tam grauiter hæc laturum putarem. Animaduertendum eſt autem in hoc etiam loquēdi genere, ac præſertim quale eſt in ſuperioribus exemplis, in quibus οὐχ ὅπως in priore membro ponitur, ὅπως præſtare vſum VOCVLAE ὅπ. (dico autem, in hoc quoque genere loquendi, quòd paulo antè alium etiam vſum particulæ ὅπ præſtare particulam ὅπως docuerim) quum itidem dicatur οὐχ ὅπ pro Non ſolùm non. vt in hoc Athenæi loco, οὐχ ὅπ ἡμῶν πνὰ φρυσβλέπντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλοις. Sed ne fallatur lector, admonitus eſto, in οὐχ ὅπως aliquando etiam pro Vt vſurpari ὅπως. vt οὐχ ὅπως ὀμνύσῃ φρόνοιαν πιήσεται. Quem locū Budæus afferens ait, οὐχ ὅπως eſſe pro οὐχ ἵνα. Verùm ego ſuſpicor ὅπως hic eſſe pro Vt, non tam ſignificante ἵνα, quàm eum vſum habente quē habere diximus cum Curare. Dare operā. quum dicitur, Curabo vt hoc fiat, Dabo operam vt hoc fiat. (Cuius ſignificationis exemplis antè à me productis addo & hoc ex Xenophonte, τὸν δὴ ἔμπροσθεν χρόνον ἔζη ὑπὸ πολλῆς ὀπμελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δὲ ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο) Quòd ſi eundem vſum ibi habeat, illa verba οὐχ ὅπως ὀμνύσῃ φρόνοιαν πιήσεται, in iſta poterunt reſolui, mutata orationis ſtructura, οὐ τῶ ὀμνύσῃ φρόνοιαν πιήσεται.

Ρω P P ρ

ΡΑΒΔΟΣ, ου, ἡ, (Inuenitur aut cum ſcriptū ETIAM Ῥᾶβδος, de qua ſcriptura dicā infrà, vbi nimirum ſingulas ſignificationes recenſuero) Virga: vt Maro quoque & Naſo interpretantur apud Homerum, virgam appellantes quam ille vocauit ῥάβδον, de Circe loquens, Odyſſ. κ, — Κίρκη δὲ δῖ' ἐν μεγάροιο βεβήκει Ῥάβδον ἔχουσ' ἐν χερεί. Ibidem, — αὐτὰρ ἔπειτα Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, κ' συφεοῖσιν ἔειργεν Ibidem, — οὐδέ μ' ἔθελξεν, Ῥάβδῳ πεπληγυῖα. Ibidem, Ὅππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ πᾶφιμήκεϊ ῥάβδῳ. Itidem enim Maro cecinit, Aurea percuſſum virga, ſparſumque venenis Fecit auem Circe. Naſo autem de eadem loquēs, & quidem illos ipſos Vlyſſis ſocios mutante in porcos, Metam. 14, Et tetigit ſummos virga dea dira capillos. Et paulo pòſt, conantē virga mulcere capillos. Vbi (nā & hoc obſeruatione non indignum eſt) Mulcere virga dicitur quæ ex Homero diceretur non ſimpliciter θέλγειν ῥάβδῳ, ſed θέλγειν ῥάβδῳ πεπληγυῖα. At quod dicit hic πλῆξαι ῥάβδῳ, & ἐλάσαι, magis ad verbum interpretabimur ex Marone, Percutere virga (vt in verſu quem modò protuli, Aurea percuſſum virga) quàm Tangere, ex Naſone, Et tetigit &c. Quinetiam vt Mercurio tribuitur ῥάβδος ab Homero, ſic virga à Latinis poetis: & nominatim à Maro ne, qui de ipſo Mercurio cecinit, Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit: Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat: ad iſtos Homeri verſus reſpiciens, quibus vltimum Odyſſeæ librum exorſus eſt, Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξέκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν, Καλήν, χρυσείην· τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, οὓς ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Et in verſu proximè ſequenti, Τῇ ῥ' ἄγε κινήσας· αἱ δὲ τρίζουσαι ἕποντο. Sed & Horatius hoc Mercurii munus deſcribens, virgam vocauit itidē quam Homerus ῥάβδον: 1 Carm. ode 10, Tu pias lætis animas reponis Sedibus, virgáque leuem coerces Aurea turbam. Idem hanc ῥάβδον non ſimpliciter virgam, ſed horridam virgam appellat, ode 24 eiuſdem libri, Non vanæ redeat ſanguis imagini, Quam virga ſemel horrida &c. Nigro compulerit Mercurius gregi. At verò ad illud ῥάβδον χρυσείην pertinet epithetū χρυσόῤῥαπις, quod Mercurio non ſemel ab Homero tribuitur. An autem χρυσόῤῥαπις reddi etiā poſſit Caducifer, quod epithetum poetis Latinis eſt vſitatum de Mercurio, atq; itidem ῥάβδος, caduceum, (vt videlicet hæc virga eſſe dicatur idem quod κηρυκεῖον) aliis expendendum relinquo.

ῥάβδος in ſoluta etiam oratione frequens eſt, & quidem multiplicem vſum habens: adeo vt baculum etiam reddere poſſimus alicubi. Interdum enim de virga dicitur qua equū percutimus, vt apud Xen. De arte equeſtri, ὧν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἔχων τὴν μάστιγα ἢ ῥάβδον, ἐμβαλέτω ὡς ἰσχυρότατα. In alio eiuſdem libri loco dicit ῥάβδῳ κρούειν, & βακτηρίᾳ παίειν, de equo itidem loquens. Herodianus dixit etiam, equites quoſdam moderari curſum equorum ῥάβδῳ μόνῃ, abſque frænis: lib. 7, καὶ ἱππῆς ἄρχουσι, ὡς καὶ χαλινῶν αὐτοῦ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τοῦ ἵππων κυβερνᾶν. Apud Lucillium autē, Epigr. lib. 2, pag. 187 meæ edit, ῥάβδος etiam vocatur cuius vſus eſt ad abigendos canes. ita enim minatur cuidam Cynico philoſopho, Ἂν δὲ παραπαίζῃς ἄρτι κλαυμάτ' ἀνάδωσ, Κἀγὼ ῥάβδον ἔχω, καί σε λέγεισι κύνα. vbi certe baculum vel ſcipionem, videmur debere potius interpretari quàm virgam. Plurali autē numero ῥάβδοι ſæpe de virgis quibus cædebantur pueri, aut ſerui, aliive. vnde ξαίνειν ῥάβδοις & ξαίνεσθαι, item τύπτειν & τύπτεσθαι. Plut. in Alex. πρὶν ὀπτδεῖν Μηδικαῖς ῥάβδοις ξαινομένους Μακεδόνας, καὶ Περσῶν δεμνίοις. Plut. Symp. lib. 6, τοῦ οἰκέτου ἕνα τύπτοντες ἀγνίαις ῥάβδοις. (Vbi ἀγνίαις ſcribendo, intelligemus ῥάβδοις ἄγνου. vt dicuntur ῥάβδοι μυρσίνης ab eodem in Quæſt. Rom. ῥάβδοις ὑπὸ τοῦ αἰδοῦς ἐκολάζοντο μυρσίνης) Quinetiā ῥάβδοις cum μάστιγας copulauit idem in Camillo. Sæpe verò apud eos qui de rebus Romanis ſcripſerunt, ῥάβδοι ex Romani ſermonis conſuetudine interpretari debemus faſces. Plut. in Publ. ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι. Idem in Quæſt. Rom. διὰ τί τοῦ στρατηγοῦ αἱ ῥάβδοι σωδεδεμένοι τοῦ σιδηρίου τοῦ πελέκεων φέρονται; Herod. lib. 7, αἵ τε ῥάβδοι ἐδεδεμένοι φέρεται. vbi eas facit duplices, videlicet βασιλικαὶ & ἰδιωτικαί. addit enim, ὅτι σύμβολον εἰς τὸ διαγιγνώσκειν τοὺς βασιλικοὺς ἀπὸ τοῦ ἰδιωτικῶν. (Polit. tamen & hic interpr. Virgas) Et τοὺς ῥάβδους ὑφεῖναι, quod Latini dicebant Faſces ſummittere. Plutarch. in Publ. 32.

ῥάβδος, Virga viſcata, qua falluntur aues, vt dixit Naſo, Metamorph. 15, — nec volucres viſcata fallite virga. Apud Ariſtophanem in Auibus ὀρνιθευτὴς dicitur ἱστοῦ βρόχοις, & παγίδας, & ῥάβδοις, item ἕρκη, & νεφέλας, & δίκτυα, ac πτῆκτας. Scholiaſtes autem in hanc vocem ῥάβδοις, annotat, γράφεται σαυροῖς. & addit, ἔστι δὲ εἶδος δικτύου, ὃ χρῆσιν ἰξῶ. quæ verba non dubium eſt quin referantur ad illud ῥάβδοις potius quàm ad hoc σαυροῖς. Sed videndum an εἶδος δικτύου appellare ῥάβδοις illas debuerit, id eſt genus retis.

ῥάβδος, Ramus. vt ῥάβδοι λεπταί, Dioſcorid. Rami tenues. Sic autem & Plinius interpretatus eſt apud eundem, quum hunc eius locum, πράσιον φύεται μόνον ἐν Κρήτῃ μόνῃ, ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχῖνῳ ὅμοια, καὶ τοὺς ῥάβδους, καὶ τὸν καρπόν, ita reddit, Tragion naſcitur in Cretæ tantùm inſulæ maritimis, iunipero ſimilis & ſemine & folio & ramis. Sed palmæ rami peculiariter vocati fuiſſe ῥάβδοι exiſtimantur. ‖ ῥάβδοι, Sarmentum, eodem Plinio interprete. quum caſiæ craſſius ſarmētum vocat quod Theophraſtus τοὺς ῥάβδους πλατυτέρους.

ῥάβδος, Bacillus, aut etiam Baculus, vide ſuprà in ῥάβδος pro virga. Sed & apud Seruium grammaticum habemus vocem ῥάβδον expoſitam Pedum, hoc eſt baculum recuruum.

ῥάβδος, Haſtile. vt Budæus vertit, afferens hunc locum Xenoph. in lib. De venatione, τὰ δὲ ἀκόντια ἔχοντα τοὺς λόγχας ὀμπαστεῖς, ῥάβδοις δὲ σιφρᾶς. τὰ δὲ προβόλια τοῦ μὲν λόγχας ἔχοντα ὀπτοκαλκοκυμβίας, τὸ μέσον, καὶ τοὺς ῥάβδους κρανείας. Exiſtimo autem pro hac Budæi interpretatione facere quod legimus apud Virgiliū Georg. lib. 2, — & raſæ haſtilia virgæ. Licet hîc de haſtilibus ad alium vſum comparatis agatur.

ῥάβδοι, clypeis etiam tribuuntur ab Homero: vbi dupliciter poſſe exponi docet Euſtathius pag. 905, circa finem.

Ῥάβδος in aere vocatur Arcus cælestis exhibitio in directum conformata, vt quidē vertit Bud. definitionē Aristotelis in lib. De mundo: ῥάβδος ibi reddens Virga. Illius autem verba (loquentis de iis quæ in aere apparent, sed speciem tantùm exhibentia) ῥάβδος δέ ἐστι εἶδος ἔμφασις ἀθρόα. A

Ῥάβδοι, Venæ terræ in metallis. Bud. ex Theophrasto lib. 4 De caus. plant. cap. 13, ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ῥάβδοις, οὕτω καὶ τοῖς ἐργασίμοις ὑποβάλλειν χρὴ διαπεπάσθαι τὴν μὲν, πιαίνδε, τὴν δὲ, πιαίνδε, ὥσπερ νήλας. quæ Gaza ita vertit, Vt enim in metallis, sic & in aruis putandum venas spatiari vicinas, diuersas inter sese. B

Ῥάβδοις διαπόκιλος idem Gaza apud Arist. vertisse traditur Lineis interuenientibus varius. Sed crediderim posse nos & hic ῥάβδοις interpretari Virgis, respicientes ad hunc Nasonis locum (cui similes alii alibi reperiuntur) lib. 1 De arte, de tauro quodam, Signatus tenui media inter cornua virga: Vna fuit labes, cætera lactis erant. Quò pertinet Virgatæ tigres.

Ῥάβδοις in vestimētis quoque quidā interpr. Lineas. vt quū scribit Poll. lib. 7, purpureas ῥάβδοις intertextas tunicis vocari παρύφοις. Quò pertinent quæ Seruius in hæc Virgilii verba annotat, Æneid. 8, Virgatis lucent sagulis. Quæ (inquit) habebant in virgarum modum deductas vias. Et bene allusit ad Gallicam linguam, per quam virgæ purpura dicitur. Virgatis ergo, acsi diceret Purpuratis. Hæc ille. sed Virgatis aliter quoque ibi exponitur. C

Ῥάβδοι, Virgulæ & obeli qui versibus Homeri adscribebantur. in v. l. Possint autem fortasse vocari huiusmodi ῥάβδοι, Virgæ censoriæ: ex Fabio, ita scribente, lib. 1, c. 5, Quo [iudicio] ita seuerè sunt vsi veteres grāmatici, vt non versus modò censoria quadam virga notare, & libros qui falsò viderentur inscripti, tanquam subdititios, summouere familia permiserint sibi, &c. Verùm hic alia exempl. habent, Virgula, non Virga. D

Ῥάβδος duplicem habet etymologiam apud Eustath. Ῥάβδον (inquit ille) alii circunflexo accentu notant in priore, ob ῥᾶον, dicentes fieri ὥσπερ τὸ ῥᾶον βαδίζειν ποιεῖν: at qui deriuari à verbo ῥαπίζειν existimant, α ante β corripi aiunt. Idem alibi, ex quorundam antiquorum ὑπομνημάτων autoritate, tradit ῥάβδον dici ὥσπερ τὸ ῥᾴδιως ποιεῖν βαδίζειν. Sed addi in iisdē, rectius deduci à verbo ῥαπίζειν. vt (inquit) priore quidem ratione debeat περισπᾶσθαι, posteriore autē παροξύνεσθαι. Idem in quendam locum Il. μ, testatur magis receptam fuisse apud veteres deductionem à verbo ῥαπίζω. Sciendum est apud eum ῥάβδος etiam scribi, cum α & acutum & ι subscriptum habente: nimirum sequendo alterum illud etymum à ῥᾶον. Sed qua ratione habet ι subscriptum, eadem & circunflexum poscit: quorum vtrunque in aduerbio ῥᾶον extat. Eustathius tamen circunflexi quidem mentionē facit, at ι subscripti, non item. Etymologus alias præterea etymologias affert, quæ magis remotæ mihi videtur: qui tamē nec duab⁹ illis, vel potius neutri illarū quas modò protuli, multū fidei habeo. Nec video cur non æquè verisimile videri debeat ex ῥάβδος factum esse ῥαβδίζω, & ex eo deinde ῥαπίζω. E

C. Ῥαβδονόμος, vide cum compositis quæ proximè sequuntur.

C. Ῥαβδοῦχος, ET Ῥαβδοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Qui virgam seu virgas gestat, aut fasces, seu bacillum, aut baculum, Lictor. vt Plut. in Rom. ῥαβδοῦχοι exp. λικτῶρες. Atque ita vertit Polit. in hoc Herodiani loco, lib. 7, καὶ παρ' οἷς εἰς τὸν ἡγουμένου ὑπηρεσίαν ἀρκοῦσι ῥαβδοῦχοι. Apud Lucā tamen Act. apost. cap. 16, v. 35, ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους. vbi vetus interpr. vertit Lictores. alii interpr. Viatores, & intelligunt eos quorum opera vtebantur magistratus vocandi quempiam, vel aliquid denuntiandi causa, nō item ligādi: quod lictorū erat. sic tamen vt confusa interdum fuisse videantur horum munia. Polyb. apud Suid. παρὶ τοὺς ῥαβδοῦχος τοὺς τοῦ στρατηγοῦ, καλοῦν τὸν βασιλέα. (ITEM Ῥαβδονόμος, Lictor, Designator, Bud. ex Plut. In v. l. Minister qui cedere facit, id est locum præbere. Ab Hesychio autem exponitur ῥαβδυτής: de qua expositione mox dicam) Ῥαβδοῦχος & ῥαβδυτὴς pro eodem ponuntur à Platone in Protagora, pag. 298, nimirum pro moderatore & arbitro disputationis, inquit Bud. Sic certè ab Hesychio ῥαβδονόμος exponitur ῥαβδυτής: sed accipiente (vt opinor) ῥαβδυτὴς in propria significatione. De ῥαβδοῦχοι autem & ῥαβδοφόροι vide & Suidam. Apud Eustath. pag. 104, legitur & ὁ παξεωπικὸς ῥαβδοῦχος. Fiunt autē ab hoc ῥαβδοῦχος, & NOMEN Ῥαβδουχία, & VERBVM Ῥαβδουχέω, ῶ. Quanuis autem ῥαβδουχία sonet ipsum munus gestandi virgas seu fasces, affertur tamē plur. ῥαβδουχίαι & pro fascibus. At ῥαβδουχῶ, quum significet propriè Virgas gesto, seu fasces, aut Anteeo gestans fasces: à Budæo tamen ῥαβδουχεῖν exponitur simpliciter Anteire, Anteambulonis officiū præstare. Verùm in loco quem affert, non actiua vox habetur, sed passiua, ex Numa, ῥαβδουχούμενοι δὲ προϊοῦσιν Ἑπτάδες. vbi exp. Cum fascibus deducuntur. Ab illo autem nomine ῥαβδοφόρος est VERB. Ῥαβδοφορέω, ῶ, quod idem tradit esse ἱππασίας τι ἦθος, ex Poll. 46. Affert verò & ex Xenoph. 121. F G

C. Ῥαβδοειδής, ές, ὁ & ἡ, Virgæ formam habēs, Virgæ speciē præ se ferens. In v. l. exp. & Virgatus. Apud medicos quædā ῥαφὴ (i. futura) vocatur ῥαβδοειδής, quæ ETIAM Ὀφελαμοειδὴς nimirum futura cranii recta, quæ à media sincipitis futura ad mediam suturam occipitis, secūdum capitis longitudinem extenditur, & in cranio secundū naturam se habente, inter anteriorem posteriorémque suturam conciuditur, neque vltrà fertur: aliquando tamen ad nasum vsque per os frontis medium descendit. Vtrumque autem nomen habet, quòd veru, aut sagittæ, aut virgæ instar rectà incedit, verticémque in duas partes, dextram & sinistram, secat. Latini rectam vocare possunt. Gorr. H

C. Ῥαβδωδὴς, vide Tomi primi col. 121, in fine. vbi & de ῥαψῳδὸς ac ῥαψῳδία.

C. Ἄῤῥαβδος, ου, ὁ & ἡ, Carens virga, seu baculo. Scribitur etiā Ἄῤῥαβδος.

Ῥάβδωσις ET Ῥαβδωτὸς (tanquam à verbo ῥαβδόω, ῶ) q. d. Virgatio & Virgatus. Aristot. Ethic. lib. 10, cap. 4, ἡ γὰρ λίθων συνθέσις ἐπέρα τῆς τοῦ κίονος ῥαβδώσεως· καὶ αὕτη, τῆς τοῦ ναοῦ ποιήσεως: vbi vetus interpres reddit Columnæ virgatio. quidam, Erectio columnæ: alii Collocatio ad pares angulos. quòd ita scribat Eustratius (nō Eustathius, vt habent v. l.) ῥαβδωσὶν κίονος vocat Aristoteles τὴν κατὰ μῆκος πῆξιν, ἵνα γένεται ὅταν πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἵστται. quæ verba ita exp. ῥαβδωσὶν columnæ appellat collocationem in longitudinem, & defixionē: quæ tum fit quum ad rectos angulos recta steterit. Sunt alioqui & qui existiment ῥαβδωσὶν in columnis, sicut & introeumatibus, esse striationem seu striaturam, quam vulgo appellamus *canelure*. à parte ea quæ caua est, canaliculi instar. quum in striatura duæ sint partes, vna quæ caua est canaliculi instar, vnde canaliculata columna: altera, eminula, siue protuberans, nominata stria, quæ instar virgæ à summo ad imum dirigitur. Vnde striatæ vel virgatæ columnæ nomen fuit impositum. (Affertur verò & de toreumate poculo dictum ῥαβδωσις, ex Iosepho De antiquit.) ITIDEM Ῥαβδωτὸς κίων, Columna striata, vel Collocata & defixa in longitudinem, &c. sequendo expositionem quam Eustratius dat verbali ῥάβδωσις. Sed apud Aristot. quædam concharum genera ῥαβδωτὰ Gaza vertit Pectinatim diuisa. (Sunt qui & Striata reddi posse existimen., aut etiā Virgata. vt Virg. Virgatis sagulis dixit, quibus quasi viæ quædam in virgarum modum deductæ sunt & sectæ.) His autem opponit idem Arist. quæ VOCAT Ἀῤῥάβδωτα, Non diuisa pectinatim, vel Non striata, Non virgata. I

Ῥαβδεύω, Virgulas quatio, vt interpretatur Bud. qui etiam addit, ῥαβδεύειν vertisse Gazam apud Aristotelem. Verberare, volentem significare Virgulas quatere. Affert verò hunc Aristotelis, ex lib. 9 De hist. anim. locum, in quo passiua vox habetur, pag. 133, καὶ ὅταν πτήσῃ ἑαυτὰ ἄδηλα, εἶτα ῥαβδεύεται τῆς ὀφρύος, ἃ καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ῥαβδία. HINC Ῥαβδεία, Verberatio quæ fit virga. in v. l.

Ῥαβδίζω, Virgis cædo. Lucas Act. c. 16. v. 22, ἐκέλευον ῥαβδίζειν Et pass. Ῥαβδίζομαι, Virgis cædor, à quo est ἐῤῥαβδίσθην apud Paulū, 2. ad Cor. c. 11, v. 25, τρὶς ἐῤῥαβδίσθην: vbi tamē quidā intelligūt de alio verberum genere, quæ Romani præfecti inflixerint. & huiusmodi esse illa quorum meminit Marcus, cap. 14, v. 65, καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον. De quo loco dicetur etiam in ῥάπισμα post Ῥαπίζω. ‖ Ῥαβδίζω, Perticis cædo, seu percutio. Perticis decutio, seu excutio. A Budæo redditur Perticis cædo: afferente pass. partic. ῥαβδιζόμενα ex Theophrasto, ἐπὶ δὲ καὶ τὰ δένδρα λυμαίνοιντ' ἂν ῥαβδιζόμενα. A B

Ῥαβδίον, ου, τὸ, diminut. Virgula, Parua virga. Item Virgultum, & Ramulus, Scapus, v. l. ‖ Item ῥαβδία, in ore quorundam piscium, Raduli, vt quidam interpretātur. Habes in loco Aristotelis quem protuli in Ῥαβδεύω.

Ῥᾴδιος, ου, ὁ, Facilis. Pro quo ῥάδιος dicitur POETICE Ῥηΐδιος. quòd si ex hoc manasse existimetur illud, dicendum fuerit η versum esse in α, atque adeo ι quod ei subscribi videmus, esse illud quod ipsi η erat adscriptum. Hoc autem ῥηΐδιος quidam ex ADVERBIO Ῥέα deduxerūt (quod scilicet originem habeat à verbo ῥέω, quoniam quæ factu facilia sunt, veluti fluere videntur) vt ex ῥέα primùm formatum sit ῥεΐδιος, deinde ῥηΐδιος, verso ε in η. Inuenitur autem etiam COMPARAT. Ῥηΐτερος, Facilior: & SVPERL. Ῥῆιστος, Facillimus. Nec defuerunt & qui ῥάδιος à NOMINE Ῥᾶος deduxerint. Verùm si à ῥᾶος esset, non debuisset mutare α in η, vt inquit autor Etymologici, rationem quandam afferens. Videmur verò ei deductioni posse opponere & illam scripturam, cum ι videlicet sub α. At Eustathius non sat diligenter (meo quidem iudicio) hæc examinans, à ῥᾶον fieri dicit non solùm Ῥεῖον & Ῥηΐδιον & Ῥᾴδιον, sed etiam Ῥῖον, superlatiué. Vnde autem dicemus esse ῥᾶον & quomodo formatum? De hoc certè nihil dum apud grammaticos legi: sed diuino (quò enim interim hîc nisi ad diuinationem confugiam?) ex ῥέα factum esse ῥαΐον, ex quo ῥᾶον. (aut certè ῥαΐων nomen, vnde aduerbium ῥαΐον, ex quo ῥᾶον) Vtut sit, subscribendum esse ι ipsi α in comparatiuo isto, probare videtur verbum ῥαΐζω. vel potius ῥαΐσα pro ῥᾶσα, quod apud Theocritum legitur vt suo docebo loco. Sed cur ego in istis tam spinosis quæstionib⁹ diutius quàm officii mei sit, immoror? C D E F

Ῥᾴδιος, Facilis. vtrisque scriptoribus vsitatum (licet ῥηΐδιος, frequentius illo sit poetis, quibus etiam peculiare est) Theocr. initio Cyclopis, εὑρὴν δ' ὠ ῥᾴδιόν ἐστι, nō facile est inuenire. Sic Xenoph. οὐ πάνυ γε ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν. Idem, ῥᾴδιόν ἐστι γελᾶσαι. Demosthenes Phil. 2, ῥᾴδιον, καὶ πόνος οὐδεὶς προσέστι τῷ πρᾶγματι. Idem Olynth. 1, dicit aliquid ῥᾴδιον esse, & παντός: scribens, τὸ μὲν εὖ ἔστι πιθανῶν φύσει τις αὐ ῥᾴδιον καὶ παντός ἐστι). Sic Aristoteles, sed postponens ῥᾴδιον, Ethic. 2, cap. 8, οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι, παντὸς, καὶ ῥᾴδιον. Demosthen. ῥᾴδιον & εὔπορον pro eodem dixit: Isocr. autem ἁπλοῦν & ῥᾴδιον λόγον copulauit: idem ῥᾳδίαν & χαλεπὴν τὴν τοῦ σώματος ἕξιν inter se opposuit. Affertur porro ῥᾴδιος & fœm. gen. ex Euripide, ῥᾴδιος ἀπαλλαγή. G

Ῥᾴδιος, Procliuis ad aliquid. Synes. epist. 57, οὐ γὰρ ῥᾴδιός εἰμι χαυνωθεῖσαι, καὶ λαμπρόν τι λογίσασθαι περὶ ἐμαυτοῦ.

Ῥᾳδίως, aduerb. Facilè. vt ῥᾳδίως ποιεῖν τι, Facilè aliquid facere. Apud Platonem autem Polit. 1, ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, Facilè ferre senectutem, id est moderatè, vel patiēter. Cic. autem, idem exprimere volens, dixit in Catone, Tolerabilem senectutem tibi videri. ‖ Apud eundem Platonem, necnon apud Demosthenem, ῥᾳδίως reddendum potius Temere. ‖ Ῥᾳδίως, Facilè, id est Admodum, inquit Budæus, afferens ex Isæo, pagin. 66, ἀχρὸν ὑγιαίνου ῥᾳδίως ἄξιον. & sic identidem eum vti inquit. ‖ In v. l. ῥᾳδίως ἔχω, pro Bona sum valetudine: sed absque testimonio. At de ῥᾶον ἔχω, suo dicetur loco. H

C. Ῥᾳδιουργὸς, ου, ὁ, Qui facilè ad patrandum scelus aliquod prorumpit (quales οἱ ῥᾳδίως ἀποκτιννύντες apud Platonem) Qui facilè ad scelus quodlibet patrandū impellitur, & velut propenso ac procliui est animo ad patrāda scelera, Qui proiecta est ad quoduis facinus seu flagitiū audacia, Facinorosus, Sceleratus. A Poll. col. 129, ei adiunguntur θερμουργὸς & ἱπαμός. Plutarch. De exilio, ἀκούσας δ' ὅτι τις ῥᾳδιουργεῖ φυγαδεύοντα, Τί οὖν, ἔφην, οὐκ ἐρᾳδιούργησας, ὅπως ἐκ τῆς ξενοχοείας ζώσης μεθεστῆς; Interdum verò ῥᾳδιουργὸς redditur Veterator, Versipellis. Dicitúrque generaliter etiam de eo qui mala fide in re aliqua versatur. vnde & pro adulteratore testamenti, quem Cic. testamentarium appellat. B

Ῥᾳδιουργία, ας, ἡ, Scelus ad quod patrandū facilè quis prorupit, Scelus à proiecta quadam audacia profectum. Exponitur alioqui & simpliciter Scelus, Flagitium, Facinus. Item Facinus eius qui mala fide in re aliqua versatur: vnde ῥᾳδιουργία Plutarcho Testamenti suppositio, seu adulteratio. (vt ῥᾳδιουργὸς, Testamenti adulterator) Exponitur & Fallacia. atque ita vet. interpres Act. c. 13. Eraſm. Versutia. Sed Beza Maleficentia. Apud Plut. autem pro Temeritas. C

Ῥᾳδιουργία, Quum quid facilè fit & sine negotio. Budæus ex Xenoph. In v. l. Facilitas viuendi, Desidia, Incuria, Mollities. quibus subiungitur hic Xenophontis locus, αἱ μὲν γὰρ ῥᾳδιουργίαι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναί. Vide quæ dixi in Ῥᾴθυμος huic pertinentia.

Ῥᾳδιουργέω, ῶ, Facilè ad scelus aliquod patrandum prorumpo, &c. sequendo expositiones præcedentibus nominibus datas. Exemplum autem habes in loco Plut. quem protuli in Ῥᾳδιουργός. Sed significat etiam Mala fide in re aliqua versari, Mala fide agere. Vnde & pro Testamentum supponere, apud Plutarchum, teste Budæo. ‖ Idem ῥᾳδιουργεῖν ex Xenoph. affert pro Negligere, Cessare, Sine intentione & cura viuere, Segniter negotia obire, vt operarii qui operis consummationem ad se pertinere non magnopere putant. vt in Œcon. ῥᾳδιουργεῖν ἕως τῆς ἡμέρας, & ἑῴθινοι ῥᾳδιουργεῖν. Quinetiam pass. Ῥᾳδιουργεῖσθαι ex Laced. Politia, pro Cessare supino otio, & prorsus remissum esse. Vide Comm. p. 428. HINC Ῥᾳδιούργημα, Facinus ad quod perpetrandum aliquis facilè prorupit. aut simpliciter Facinus, Scelus, Flagitium. A Budæo exponitur etiam Veteratorium facinus. quam expositionem optimè conuenire existimo huic Luciani loco, in lib. De non temere credendo calumniæ, μηχανήματα δὲ αὐτῆς καὶ τὰ ἀπίστα, ὅτε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ ἡ δοπορία, καὶ περιλιπάρησις, καὶ αἰσχυντία, καὶ ἄλλα μυρία ῥᾳδιουργήματα. At Melanchthon ibi vertit, Innumeræ impostura ac malitiosæ cautiones. E F

COMPAR. Ῥᾴων, (de quo dixi suprà) Facilior. Budæus apud Demosth. ῥᾶον vertit etiam Expeditius, in orat. πρὸς Τιμόθεον. ‖ Ex eodem affert ῥᾴων pro eo qui iam melius habet, seu commodius valet, aut etiam hilarior factus est: καὶ ἐγὼ νῦν γεγηθηκὼς ὀπόδι ἐκείνου τὰ πλεῖστα πρὸς ὑμᾶς, ὡς ὅρᾳς ῥᾴων ἔσομαι. Et ex Synesio, ἀλλ' ἔστι παρ' ἡμᾶς ἐλθόντα, σὺν θεῷ, ῥᾴονι γενέσθαι. Pro superiore vti valetudine. Item ex epist. Basilii ad Eustathium, de animo dictum, ἀλλ' (ὥσπερ ἔφην) ῥᾴων γίγνομαι τοῖς γράμμασι, καὶ οὐκ ἔτι δοκῶ τῆς αὐτῆς εἶναι νόσου, Iā melius sentire de Dei prouidentia cœpi, Resipiscere cœpi ab errore. In v. l. ῥᾴων ἐγένετο, Conualuit. A Suida ῥᾴων exponitur ἀθυμότερος, item ἀπήμων. Et ADVERB. Ῥᾶον, Facilius, vt in prouerbio apud Suidam, ῥᾶόν τις τὴν ὀδύνην ἐλθμησιν ἢ τὴν δακτύλοις. vbi suspicor deesse particulam αἴ. Idem habet ADVERB. Ῥᾴων, ET Ῥᾴως. sed exponit ἀκόλως, quod est Facilè, non Facilius. sicut & nomen ῥᾴων exp. ἀκόλου. (Eustathius affert ETIAM Ῥᾴτερον, tanquam vsitatum poetis, sicut & Ῥῖτερον, de quo postea dicetur. Sed non addit, an vt nomē, an vt aduerbium afferat: ac certè pro vtroque pariter accipere possumus.) Non dubito autem quin sit hinc deriuatum VERBVM Ῥαΐζω, dicatúrque ῥαΐζω quasi ῥαονίζω, aut certè Ῥαΐζω tanquam à ῥᾶος significante idem quod ῥᾴων, vt ι quod adscribitur, sit illud ipsum quod ipsi α subscriptum esse conspicimus. H

Significat enim ῥαΐζω idemquod ῥάων εἰμί, Conualesco, Meliusculè valeo, Recreor ex morbo, (quod & αὐαφέρω atq; ἐξαναφέρω) Vtitur Xenoph. necnō Demosthenes, Olynth.1, atque alii. Itē COMP. Ἀναραΐζω, quod itidē significat Meliusculè me habeo, Remissionem morbi seu doloris sentio, aut etiam Dolore liberor, Dolore afflici desino. nam Hesych. αἀραΐσαι exp. παύσασθαι ὀδυνᾶσθαι. Sed German. editio perperam interpunxit inter παύσασθαι & ὀδυνᾶσθαι. Varinus autem grauius etiā peccauit, quòd alterū horum omiserit, videlicet ὀδυνᾶσθαι, & ita expositionem illam truncauerit. Suspicor autē, quū antea & ipse inter hasce duas voces interpungeret, nimirum inter παύσασθαι & ὀδυνᾶσθαι, postea visam fuisse alienam hanc expositionem, ὀδυνᾶσθαι.

SVPERL. Ῥᾶστος, Facillimus. A quo ADVERB. Ῥᾷστα, Facillimé. In Axiocho qui Platoni falsò adscribitur, ὅπως αὖ ῥᾷστα ὁμοῦ γενόμεθα. Habet autem hic gradus itidem deriuatum à se vocabulum, videlicet NOMEN Ῥαστώνη, quod prima quidem significatione pro facilitate ponitur. Plato in Gorgia, de rhetorica, ἀκοῦ πολλὴ ῥαστώνη ὦ Σώκρατες γίγνεται, μὴ μαθόντα τὰς ἄλλας τέχνας, ἀλλὰ μίαν ταύτην, μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῆς δημιουργῶν. Idē dixit ῥαστώνην τῆς πορείας, epist.7, ἔπεμψεν ἐπ' ἐμὲ τετάρη ῥαστώνης ἕνεκα τῆς πορείας. vbi redditur Itineris leuandi causa. Bud. cōm. pag. 427, itidem pro laboris leuamento, seu facili ratione rei conficiendæ, affert ex Lysia. Alicubi autem redditur Facultas, vt apud Plutarchum in Camillo, τῷ μὲν ὀκνοῦντι τῆς πόλεως ὀχλῶ ῥαστώνην φυγῆς παρέχον, fugiendi facultatem præbuerunt. ‖ Ῥαστώνη, Facilitas & indulgentia fortunæ, nullis casibus aut clādibus interrupta, Vitæ tranquillitas, Res secundæ. Budæus ibidem. ‖ Idem in suo Lexico affert & pro doloris remissione, ex Demosth. in orat. quæ ὑπὲρ τοῦ Λυκούργου παίδων inscribitur, ἀλλ' ἔχει τινὰ τῶν ἀδικουμένων ῥαστώνην τὸ λέγειν ἃ πάσχουσιν, ὡς καθ' τῶν ἀληθοῦ τὸ σεῖεν. ‖ Interdum ῥαστώνη, Relaxatio animi, vt idem accipi ait à Luciano. Item Otium (vt dictum est in Ῥαθυμία, tomi primi col. 1608, litera E) necnon Inertia. Quas significationes sequitur VERB. Ῥαστωνεύω, quippe quod ponatur pro Langueo otio, seu Capto otium, Indulgeo inertiæ, vt idem exponit in hoc Xenophontis loco, οὐδὲ ῥαστωνεύειν τῇ ψυχῇ, ὥσπερ κρίνας καὶ ὑπὸ σκιᾶς ἀναπαυόμενος. Addit verò, dici etiam ἐρραστωνευμένος passiuè, nullum tamen exemplum afferens. At in suo illo Lexico, affert ex grammatico quopiam, ἐρραστωνευμένος, ἀπὸ τοῦ ῥαστωνεύω ἀχρήστου ῥήματος (sed contrà verbi ῥαστωνεύω vsum habemus in proximè præcedente Xenophontis loco) καὶ Ἐρραστωνευμένως, αἰτὶ τὸ ῥαθύμως. atque ita ADVERB. Ἐρραστωνευμένως, poterit exponi Per inertiam, vel Segniter, &c. vtendo interpretationibus datis suprà aduerbio ῥαθύμως. Est verò ἐρραστωνευμένως à prima persona præteriti verbi ῥαστωνεύομαι, cuius nullum exemplum affertur. Inuenitur autem & VERBALE Ῥαστώνευσις apud Suidam, nimirum in quodam loco quem ille profert: vbi idem quod ῥαστώνη significare existimatur.

ITEM Ῥαΐστος pro ῥᾷστος. VNDE Ῥαΐστα apud Theocritum in Cyclope, circa initiū, Οὕτω γοῦ ῥαΐστα διάγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

POETICE Ῥηΐδιος pro ῥᾴδιος, de quo ῥηΐδιος lege quæ dixi suprà in Ῥᾴδιος. Hesiod. Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν. vnde fœm. Ῥηΐδίη. Et ADVERB. Ῥηΐδίως, Facilé. AT VERO Ῥήτερος ET Ῥᾴστος pro ῥᾴτερος & ῥᾷστος (sed pro illo ῥᾴτερος in soluta oratione dicitur ῥάων) Vult autem Eustathius à ῥᾷον fieri ῥήϊστον, sicut ῥήϊον (cuius vsus nullum profert exemplum) atque adeo ῥηΐδιον, de quo eius loco disserui & suprà. Est porrò Ῥήτερος, Facilior. Quem comparatiuum Homerus cum infinitiuo iunxit, quum dixit Iliad. ω, Ῥήτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δηΐεσθαι Κείνου πεθνειῶτος ἐναιρέμεν. vbi, sequendo Eustathium, possumus resoluere ἐναιρέμεν in pass. ἐναιρεῖσθαι. vt sit pro ῥάονες φονεύεσθαι: vel ῥάονες εἰς τὸ φονεύειν ἐκείνους δρῶντας τοῦτο ἐφ' ἡμῖν. Sed idem tamen videtur in hoc versu, Iliad. σ, Τόφρα δὲ ῥηΐτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί, voluisse potius resoluī πολεμίζειν per passiuum: quippe qui ῥηΐτεροι πολεμίζειν exponat ἀπολεμιώτεροι. Possumus alioqui hic itidem dicere ῥηΐτεροι ἦμεν εἰς τὸ πολεμίζειν αὐτοῖς. Quod autem attinet ad superlatiuum ῥήϊστος, significatquidem Facillimus: (vnde ADVERB. Ῥήϊστα, Facillimé) sed ῥήϊστη βιοτὴ apud Homerum exponitur ἡ μετὰ ῥαστώνης: vt simile sit ei quod legitur apud eundem, θεοὶ ῥεῖα ζώοντες.

Est itidem POETICVM Ῥέα (de quo lege quæ dixi suprà, quum de ῥάδιος agere cœpi) pro Facilé. Dicitur autem ET Ῥεῖα, & quidem frequentissimé. Hesiodus initio Ergων vtroque vsus est eodē in versu Ῥεῖα μὲν γὰρ βελάει, ῥέα δὲ βελάεται χαλέπτει. At in versibus duobus proximè sequentib' vtitur illo ῥεῖα. Sed quod ad illum attinet in quo & ῥεῖα & ῥέα legitur, crediderim potius vtrobique scribendum esse ῥέα, hoc modo, Ῥέα μὲν γὰρ βελάει. Nam legendo ῥεῖα, non video quomodo stare possit versus: at si scribatur ῥέα, nihil vetabit (vt opinor) quin dicamus ita elidi ε, vt in χεῦε ὤ, initio Il. Χρυσέῳ αὐὰ σκήπτρῳ. ac tunc meritò α longum ex breui fiet, propter crasin. Sic certè apud Homerum Iliad. υ, legendum censeo, — εἰ δὲ θεὸς ὧδ' ἔσται πίνειν πολέμου τέλος, ἠ μὰ μάλα ῥέα Νικήσῃ, non autem ῥεῖα: licet mea quoque editio hanc non illam scripturam habeat, vtpote in qua non ausus sim, absque alicuius exemplaris autoritate, à superioribus discedere.

Ῥαΐω, F. σω, Pr. κα, Profligo, Corrumpo, Perdo, seu Disperdo, Destruo, Pessundo, Homer. Odyss. ψ, Ὧν τε Ποσειδάων ἀνέρχεται εὐρέα νῶτα ὀτρύνῃ, ἐπιτερπόμενος ἀέλλῃ καὶ κύματι πηγῷ. (Sic ἐῶς ῥαΐσῃ apud Apoll.) Vt autem hic dicit ῥαΐειν de naui, sic alibi de eo qui naui vehitur. vt Od. ε, v. 221, Εἰ δ' αὖ τις ῥαίῃσι θεὸς ὀνὶ οἴνοπα πόντῳ. Sic & lib. ζ eiusdem Odyss. vbi idem versus vtranque vocem habet, nimirum & actiuam & passiuam: — ἐπεὶ πάρος οὐποτ' ἄκουσας Ῥαιομένου, ὅτε μ' ἔρραισε κλυτὸς Ἐννοσίγαιος. Vt autem ῥαΐειν νῆα reddi potest Frangere nauem, sic certè ῥαΐεσθαι omnino accipitur pro Frangi, cum alibi, tum in hoc loco Il. π, — ἀμφὶ δὲ καυλὸν Φαίανον ἐρραίσθη.

Ῥαΐω, vel à ῥώ monosyllabo, vel à φθείρω, si quibusdā grammaticis credimus. Vide Eustath.

Ῥαιστός, Corruptus, in v.l. sine exemplo. ideóque suspecta est hæc expositio. licet COMP. Ἀῤῥαιστος exponatur, Non corruptus, Incorruptus. Sed videtur ῥαιστὸς, sicut φθαρτὸς, significare potius q.d. Corruptibilis. (AT VERO Ἄῤῥαπος, quod esse dicit Etymol. οἷον ἄφθαρτος, & ὁ μὴ ῥαιόμενος, est tanquam à ῥώ, ῥάσσω, vt Methodius apud eundem tradit) ET Ῥαίστης, Corruptor, Profligator, Destructor, Interfector. vnde COMPAR. Λυκόῤῥαιστης, Luporum interfector. In epigr. scripto in Euripidem, Καί σε λυκόῤῥαιστα δεῖπνον ἔθεντο κυῶες. Affertur verò ex Apoll. Arg. lib. 3, ET Ῥαιστήριος, sed quod sonat potius q.d. Corruptorius seu Corruptiuus, quàm Corruptor. In v.l. Corruptiuus, item Vastatiuus. Item Fabrilis. Quæ expositio manauit (vt opinor) à NOMINE Ῥαιστήρ, significante Malleus, apud Homerum, Il. σ, — ἠὼ δὲ χαλεῖ Ῥαιστῆρα κρατερόν, ἑτέρῃφι δὲ χειὶ τυκίζει. Plutarch. Sympos. lib. 3, τὸν δὲ κτύπον ῥαιστήρων, καὶ πεμμοὶ τριετῶν, καὶ τελωνικῶν ἐπορθρισμοὶ κεκραγμῶν. In vulg. lexic. habetur ETIAM Ῥωστὴρ pro hac significatione, sed mihi suspectum.

C. ΑΠΟῤῥαίω, Perdo, Disperdo. Homer. Odyss. α, Μὴ γὰρ οὔ' ἔλθοι αὐτὴρ ὅς τις ἀέκοντα βίηφι Κτήματ' ἀποῤῥαίσῃ, id est, φθερεῖ ἀπαυτήσας, inquit Eustathius: eas absumet, & ita disperdet.

Ἀποῤῥαίω, Careo, Priuor. Hesiodus in Theogonia, Μή πιν' ἀποῤῥαίσῃν γεράων. Hesychius ἀποῤῥαίσῃ exponit non solùm διαφθερεῖ, & ἀποφθαρήσεται, sed etiam ἀπορεῖ. quanquam tamen expositionem mirum est in præsenti esse, quū illæ duæ sint in futuro, vt & verbum ipsum ἀποῤῥαίσῃ futuri est temporis.

C. ΔΙΑῤῥαίω, idem cum ῥαίω, nisi quòd διὰ significationi vim aliquam addere videri potest. Homer. διαῤῥαῖσαι μεμαῶτες, vbi exp. διαφθεῖραι. Et pass. apud Greg. in carm. Ἡ μεγάλην φεραμοῖο διαῤῥαισθέντος ἀλωλῶ Νηλεοῦς πυρόωσα. In v.l. perperā traditur signif. etiā Aspergo, & affertur

ex Prouerb. Solom. διέῤῥαγκα: quum hoc sit à διαῤῥήγνυμι, non à διαῤῥαίω.

Ῥ Α Π Τ Ω, F. ψω, Pr. αφα, Suo, Consuo, vel Sarcino, Cōsarcino. Et partic. vocis mediæ ῥαψαμένη ex Aristoph. Nub. οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύπνον. Apud Pollucē ῥάψαι ὑποδήματα καὶ κατοῦσαι. Apud eundem ῥάψαι cum ἀνέσασθαι. ‖ Sed frequentissimè in metaph. signif. vsurpatur: sicut vsus est Terentius metaphoricè verbo Suo, in Phormione, quum dixit, Ne quid suo suat capiti. ita enim dicit Homerus κακὰ ῥάπτειν, (vnde & compos. κακορραφία) item φόνον ῥάπτειν, & θάνατον τεμόρον τε ῥάπτειν. Dicitur verò & δόλον ῥάπτειν, vnde compos. δολορραφία, quod habes suprà. vbi & δολόῤῥαφης, quod passiuè sumitur. AT Δολορράφος actiuè sumeretur pro eo qui dolos suit, id est struit. Inuenitur autem ῥάπτειν metaphoricè pro Struere, Machinari, & apud Herodotum. Quinetiam cum illo ipso accusatiuo δόλον vsus est Chrysost. διὰ τοῦτό σε ψευδώκαμεν, διὰ τοῦτο τὸν δόλον ἐῤῥάψαμεν σοῦ. Sic & in epistola ad Ephes. pag. 175, οἱ λάθρα ῥάπτοντες δόλους. Sic ῥάπτειν ὀπτοῦλας, quidā comicus dicit apud Athen. ῥάπτοιτο δὲ πᾶσιν ὀπτοῦλας: de lenocinantibus loquens, qui puellas lenociniis mangonizant. B.

Ῥάμμα, ατος, τὸ, Sutura. Apud Hesychium verò & pro filo, (inquit Budæus) scribentem, Ἀγαθὶς, δέσμη ῥάμματος καὶ σήμονος. In v.l. ῥάμμα, Licium, Filum: & Fibula siue tænia quæ per annulos excurrit, vestisque scissuras inter se committit. Ios. De antiq. ῥάμματος καθαληφθέντος εἰς τὸ κοῦφος ἀλλήλοις κατάδεσιν τῆς κρίκοις τὰ τῆς ἐσθῆτος κοπτόμενα ἐνδύματα. Significasse autem hanc vocem & aliud Macedonibus, docebit te Hesych. cuius tamen suspectus est locus.

Ῥάπης, ου, ὁ, Sutor, Consarcinator. AT Ῥαπὸς, Sutus, Consutus, vel Sutilis, Budæus. Apud Homerum autem, Od. ω, — ῥυπώντα δὲ ἕσο χιτῶνα, Ῥαπὸν ἀειπέλιον. quidam ῥαπὸν interpretatur Lacerum. Mihi certè videtur id esse quod vulgò dicimus Raptassé. quin autem sit nostrum hoc Raptasser factum ex ῥάψαι, nemini dubiū esse debet. At Eustathius cēset ῥαπὸν ἀειπέλιον legendum ὑφὲν, vt sit pro ἀειπελίως ῥαπόν. Sed habemus in eodem illo Homeri loco ῥαπὰς ἀνηριθμήσας, de quibus eundem Eustath. consule. Bud. affert ETIAM Ῥαπὰ pro puluinis seu centonibus, ex hoc Xenoph. loco, Hellen. lib. 4, ὑπεστέρνων τοῦτο δὲ ἐκ πόντων ῥαπὰ ἐφ' ὧν καθίσουσιν οἱ Πέρσαι μαλακῶς.

Ῥαντὸς, ῆ, ὁ, Aspersus, Perfusus, Irroratus. AT Ῥαντὴρ, ἥρος, ὁ, (q.d. Perfusor, seu Irrorator) Loc⁹ in oculis ex quo lacrymæ manant. Ῥαντῆρες (inquit Gorr.) à quibusdam dicti sunt oculorum anguli naso proximi & maiores, quos aliqui etiam πηγὰς vocarunt, quòd lacrymæ ab his maximè stillẽt. Iis oppositos angulos, qui videlicet ad tempora spectant, παρωπίας nuncupant. Inuenitur & VERB. Ῥαντίζω, non tamen deriuatum à ῥαντὴρ, sed potius tanquam à nomine Ῥαντὶς (pro quo existimo fuisse DICTVM Ῥαὶς, elisa litera τ. Exponitur enim Aspergo: item Stilla, Gutta. vt in hoc prouerbiali versu, Πέτραν κοιλαίνει ῥαὶς ὕδατος ἠνελεχείᾳ) Est autem Ῥαντίζω, sicut & ῥαίνω, Aspergo, Perfundo, Irroro. Autor epist. ad Heb. cap. 9, καὶ αἷμα τοῦ δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, & cinis iuuencæ aspergens inquinatos. Et aliquanto pòst ἐῤῥάνται. Passiuam autem vocẽ ῥαντίζεσθαι quidam interpr. Abstergi in hoc Greg. loco, ὥστε δεξόπτερον δεῖ βορέβορον μικρὰ ῥαντίζεσθαι, ἢ καθαρὸν εἶναι, διὸ καὶ καθαρᾶς ὁδοῦ φερόμενον. HINC Ῥάντισμα, ET Ῥαντισμὸς, Aspersio. vt in epist. 1 Petri, cap. 1, circa principium, καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Verùm ῥάντισμα existimatur accipi etiam pro eo quo quid aspergitur. Factum est autem ex verbo ῥαντίζω, & COMP. Διαῤῥαντίζω, sed quod pro Dispergo poni testatur Budæus, locum tamen non proferens. ITEM Περιῤῥαντίζω, Circũaspergo. Hesych περιῤῥαίνεσθαι exp. περιῤῥαντίζεσθαι.

C. ΑΠΟῤῥαίνω, Spargo, Aspergo, Irroro. vt apud Herodotum, ἀπορραίνειν τὴν δρόσον. Arist. De animal. lib. 6, ἀπορραίνουσι λευκὴν ὑγρότητα. Ibidem, ἀπορραίνουσι τὰ ὠὰ exponitur Oua spargunt. Affertur ex eodem ἀπορραίνειν de sepia dictum, atramentum suum inspergente.

Ἀπορραίνω, Semen genitale spargo, inquit Budæus, afferens ex Aristot. De gener. anim. lib. 3, loquens de piscibus, τὸ δ' ἄῤῥεν ὑγρὸς ὢν πᾶς ὠοτόκος, καθάπερ αἱ θῆλειαι τὰ ὠὰ διὰ πλῆθος ἀπτῶσι, οὕτως ἐκεῖνοι ἀπορραίνουσι. Idem De part. anim. lib. 4 πλὴν γε ὑπαῤῥέαλλεται χολὴ ἀπορραίνειν πρὸς τὸν θυμόν καὶ τὰς φλέβας. Hæc Budæus. Itidem verò ab aliis profertur hic locus libri De gener. anim. 5, ἀπορραίνουσι τὰ ἄῤῥενα καὶ τὰ θῆλεα, expositus ita, Humorem suũ genitalem tum mares tum fœminæ emittunt.

C. ΔΙΑῤῥαίνω, Aspergo, Conspergo. Ex Græcis Bibl. interpretibus, in prouerb. Sol. διέῤῥαικα πλὴν κοίτου μου κρόκῳ. Sed hoc præt. in v.lex. magno crassóque cum errore à Διαῤῥαίω deducitur.

C. ΕΠΙῤῥαίνω, Inspergo, Instillo, Irroro. Theophr. ὀπῤῥαίνει τοῖς ὠοῖς ἀποκεκριμένοις τὸν θορόν. Alex. Aphrod. Probl. lib. 1, ὀπῤῥαίνειν τῷ πνεῦμα βεβρεχὼ τὸ ὕδατος. Interdum verò cum præpositione ὀπὶ, vt ὀπῤῥαίνει τὸν θορὸν ὀπὶ τὰ ὠά. Aristot. A quo & Bud. accipi ait ὀπῤῥαίνω pro Inspergo, vel Superspargo, aut Instillo: afferens ex lib. 3 De gener. anim. ἄγονα δὲ καὶ ἀμφότερα γίνεται τὰ αὐτόματα ὠά, ἐὰν μὴ ὀπῤῥαίνῃ ὁ ἄῤῥην. Eundem alibi ἐπῤῥαίνειν dixisse ait, vt pag. 328, alicubi & ἐπιχεύειν.

C. ΚΑΤΑῤῥαίνω, Perfundo stillatim, vt Bud. vertit in hoc Galeni loco ad Glauc. lib. 2, δεῖ δὲ, διάπυρον αὐτὸν ἐγκαταῤῥανθέν, ὄξει δριμυπάτῳ κατῤῥαίνειν. At in vulg. lex. redditur Aspergo: & huic interpretationi hic idem locus subiungitur.

C. ΠΕΡΙῤῥαίνω, Circũaspergo. In v.l. ex Dioscor. περιῤῥαίνουσιν οἰκίας. Philo De vita M. περῤῥαν ἄνδρας τὸ τοῖς εἰωθόσι καθαρμοῖς. vbi Turn. vertit, Aspersus solita lustratione. Budæus ex Polluce affert περιῤῥαντήριος iunctum cum καθαρὸς ὕδωρ.

Περίῤῥανσις, (q.d. Circunspersio) Aspersio. AT VERO Περιῤῥαντήριον, υ, τὸ, Aspergillum, Instrumentum quo ad aspergendum (seu circũaspergendum, ad verbum) vtimur. Dicitur autẽ peculiariter de ramo vel alia re qua fiebat lustralis quædam aspersio, [redacted] Theodor. in Eccles. hist. ἑκατέρωθεν δὲ τῶν θυρῶν εἱστήκεισαν νεανίσκοι, περιῤῥαντηρίοις τοῖς εἰσόντας περικαθαίροντες, ὡς ἐνόμιζον. Quem vsum apud Socratem Sozomenum habent θαλοὶ διάβροχοι, vbi scribit, ἐπὶ τῇ ἐμελλεν ὑποτεταμιεύειν τὸ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλοῖς πνεῦ διάβροχοις κατέχων ὁ ἱεραὶ νόμῳ Ἑλληνικῷ περιῤῥαίνε τοῖς εἰσόντας. Erat præterea Περιῤῥαντήριον, (vt ann. v.l.) Vas purum in templis aut concionibus, aqua lustrali plenum, qua [redacted] aut sacerdotes aut æditui perspergere solebant eos qui ingrediebantur. Additur autem, vocari posse Aquiminale, non Aquiminarium (quòd Vlpian⁹

testetur hoc fuisse vas escarium) Et affertur hic Lucia- A
ni locus, in quo cuidam spurcissimo & impurissimo ho
mini dicit, πόσων περιῤῥαντηρίων, πόσων ποταμῶν δεῖ; Ex eo-
dem, θεῖον δὲ βωμοὺς καὶ περιῤῥαντήρια, περσ-
άγειν τὰς θυσίας. Quibus locis adiiciendus est hic eiusdem, τὸ δὲ περιῤῥαμμένον φησὶ μὴ παρεύειν ἐστὶ περιῤῥαντήριον
ὅσπερ μὴ καθαρὸς ὅτι τὰς χεῖρας. Æschines quoque mentionem facit quorũdam quos moris erat ἔξω τῆς περιῤ-
ῥαντηρίων ἐξείργειν. sed dicit τῆς περιῤῥαντηρίων τῆς ἀγορᾶς: orat. in Ctesiphontem, ὁ μὲν πόλιν νομοθέτης τὴν ἀγοράπυπον
καὶ τὸν θεῖλον καὶ τὴν λιπόντα πλὴν τάξιν, ἔξω τῆς περιῤῥαντηρίων B
τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι, οὐδὲ εἰσιέναι εἰς τὰ
ἱερὰ τὰ δημοτελῆ. Idem in Timarchũ hæc verba ex quadã lege profert aduersus eũ Atheniensem qui ἐπαυρῆσαι
compertus fuerit, μὴ δὲ ἔξεστω αὐτῷ τῆς οἰνέα ἀρχόντων γεύσα-
σθαι, &c. Aliquãto post, μηδ' ἐν τοῖς κοινοῖς στεφανηφορεῖν
στεφανοῦσθω, μηδ' ἐντὸς τῆς ἀγορᾶς τῆς περιῤῥαντηρίων περβυέ-
σθω. Sed Aldina editio mendose scriptum habet ἀγορᾶς
περὶ τῆς ῥαντηρίων. Vsus est hoc verbo & Philo in vita
M. de filia regis quæ accesserat ad flumen ad cuius ripã
expositus erat ipse Moses, κἄπειτα λουσῆς καὶ περιῤῥαν- G
τηρίοις χρῆσθαι μέλλουσαν. quæ Turn. interpr. Lauare se &
purificare parantem.

¶ Ῥαθάμιγξ, γος, ἡ, poeticè Gutta, ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν θαμά, vt in-
quit Eustath. apud Homerum (non semel hoc vocabu-
lo vtentem) afferens & aliam etymologiam. De sangui
ne, nõ raro dicitur: quo & Hesiodus modo vsus est, di-
cens ῥαθάμιγγες αἱματόεσσαι. Fortasse autem pro αἱματόεσσα
positum est φονίη, in Epigr. Καὶ φονίη ῥαθάμιγγι λίθας
κατεκίρασε πυρή. Dicuntur verò & ῥαθάμιγγες κονίης, de
quo lege Eustath. Itidémque VERB. Ῥαθαμίζεσθαι, D
(ita enim legendum creditur apud Hesych. pro Ῥαθμίζεσθαι) exponitur ῥαίνεσθαι, id est Aspergi, &c. Fuerit an-
tem, vt c. pinor, ῥαθαμίζεσθαι dictum per syncopen pro
ῥαθαμιγίζεσθαι Sed inuenitur ETIAM Ῥαθαίνομαι
eandem expos. habens. nam ῥαθαίνεται Hesychio est
ῥαίνεται & βρέχεται. ITEM Ῥαθαυδῶσι exponit ῥαι-
νόμενοι, verum addens πληθόμενοι. Quæ posterior expo-
sitio affinitatem habet cum ea quæ tribuitur NOMI-
NI Ῥάθαγος, quum dicitur hac voce significari Strepi-
tus, & quidem propriè qualis est remi aquam percu- E
tientis, seu ferientis. licet schol. Nicandri dicat simpli-
citer, Ῥάθαγος κωφὸς, ὁ τῆς κώπης κτύπος. quũ alioqui an-
tea dixisset esse sonitum quem fluctus scopulis allisi e-
dunt. Ab Hesychio generalius exponitur ἦχος, ψόφος.
necnon τάραχος & θόρυβος. Fecerunt autem poetæ ab
hoc suo nomine & VERB. Ῥαθαγέω, ῶ, pro Sonitum
edo seu strepitum, Strepito. Item Fragorem edo. Atq;
adeo pro Cõfringo. nã συῤῥαθαγήσῃ, quod est à THEM.
Συῤῥαθαγέω, ῶ, schol. Nic. expon. κατάξῃ, & συνέθλασε, &
συνέτριψε: vbi scribit Nicander, -οἰοοῖς δὲ συνέῤῥαθάγη- F
σεν ὀδοῦσι. sed addit ille schol. δῆλον τὸ ὂν τῷ τρώγειν αὐτὰ, πι-
οῦσαν κτύπον ἀποτελεῖσθαι ὑπὸ τῶν ὀδόντων. Quanuis autẽ
hæ voces à nominis ῥαθάμιγξ significatione multùm
deflectant, nec ab eo deriuatæ, sed potius per ὀνοματο-
ποιΐαν factæ mihi videantur, propter præcedentia illa
verba ab iisdem syllabis incipientia, & originem à ῥα-
θάμιγξ habentia (si quidem spectetur expositio quæ
iis datur) hîc ponendæ mihi visæ fuerunt. Sed ad-
dendum est illis & VERB. Ῥαθαπυγίζω, quod dicitur
esse Planta pedis nates alicuius ferio. Vide plura apud G
Eustath. & Hesychium (apud quem mendosè scriptum
est Ῥαθαπυειζειν pro Ῥαθαπυγίζειν) necnon scholiastem
Aristophanis, vtentis hac voce in Equitibus. Adden
da quoque est VOX Ῥαθάμη, quanuis exponatur ῥαχώ-
νη, & ῥαθυμία, quæ quid signif. dictum fuit suprà. In v.l.
ῥαθάμη, Quies, Otium, Negligentia: sed Hesych. in illa
expos. potius intellexisse puto inertiam & pigritiam
aut desidiam, quàm aliud quidquam. Quòd si mihi li-
ceret aliquid quod multis, quæ apud grammaticos pa-
ssim extant somniis, germanissimum esset, somniare,
dicerẽ ῥαθάμη ideo pro inertia vsurpari, quòd ea quæ H
paulatim fluunt & quidem guttatim, (guttas autẽ vo-
cari ῥαθάμιγγας dictum est) fluunt tarda (vt loqutus
est Horatius) ésl que eorum fluxus velut piger at-
que iners.

Ῥ Ἀ Ζ Ω, (idem quod proximè præcedens ῥαίνω, & ab ea-
dem origine, vt antea dictum est) Aspergo, Inspergo,
Perfundo. vnde ῥάσαιτο apud Homerum, quod exponi-
tur ῥανάτω. Ab huius passiua voce Ῥάζομαι, EST Ἐῤῥάδ-
δετο apud eundem, pro ἐῤῥάσθη, Aspersi erãt, Perfusi e-
rant. Huius est verbale NOM. Ῥάσμα, Aspergo, Perfu
sio, inquit Bud. afferens ex Athenæo, μύρων ῥάσματα εἰς
πλοῦν ἔπεμπεν. quod exemplum affert & Eustathius.
Hinc est ETIAM Ῥάστωρ, poculi genus quoddam. He-
sych. exp. κρατήρ. Eadem est origo & NOMINVM
Ἀμφιῤῥηδὴς AC Περιῤῥηδὴς, quibus signif. Circunqua-
que aspersus, Circuncirca irrigatus. Formantur autem
ab aoristo 2 ἐῤῥάδον, mutato α in η. Estque Eustathii
hæc formatio: sed mihi non minus placuerit formare
ab ἔῤῥαδα, mutato itidem α in η. Idem περιῤῥηδὴς exp.
non simpliciter ἐῤῥαντισμένος, sed ἐῤῥαντισμένος ἄμαρ, sic-
ut & v.l. exp. Aspersus sanguine, siue aqua. Neque ta-
men putandum est, huius vel illiusaut alius cuiusquam
ablatiui signif. hoc vocabulo includi. Extat porrò loc⁹
in quo vsus est eo Homerus, Od. χ, — περιῤῥηδὴς ἡ τραπέζη
Κάππεσε δινηθείς. sed aliæ etiam afferuntur huius
nominis explicationes, quas videbis apud autorẽ bre-
uium scholiorum & Hesychium. Habet certè & Ga-
lenus Περιῤῥηδὲς inter voces Hippocratis, exponẽs πε-
κεκλασμένον ἐφ' ἑκάτερα, id est Vtrinque perfractum,
seu in vtranque partem. In qua significatione videri
possit περιῤῥηδὲς dici quasi περαῤῥηγὲς, hoc autem pro πε-
ῤῥαγὲς. Etymologus certè περιῤῥηδὴς exponit πε-
ῤῥαγὲς.

AT VERO Ῥαζῶ contractum, est Latro, Allatro:
quod ETIAM Ῥυζῶ dicitur. Et Suidas quidem ita: at
EVST. Ῥοῖζω pro hac ipsa significatione habet, necnõ
Ῥάζω barytonè. Quod autem ad metaphoricam signi-
ficationem attinet quam his verbis tribuunt, sciẽdum
est eam conuenire cum illa quam habet verbum Alla-
tro apud Liuium, & alios quosdam.

ΡΟΘΟΣ, ου, ὁ, Vndarum sonitus, seu strepitus. (aut cer-
tè Remorum strepitus, secundum quosdam, vt docebo
in Ῥόθιον) Et generalius etiam pro Strepitus. item Fre-
mitus, Tumultus. vt apud Hesiodum in Erg. Τῆς δὲ δίκης
ῥόθος ἑλκομένης ἣ κ' αἵδεσθε ἄγοσδε Δωροφάγοι. HINC
Πολύῤῥοθος, ου, ὁ & ἡ, ex Æschylo, Multistrepus. Sed ῥόθος
exponitur etiam ὁρμὴ, id est Impetus: vnde VERB.
Ῥοθέω, ῶ, itidem ὁρμῶ, Impetu feror. Cuius COMP. Ἐπῤ-
ῤοθέω, ET Ὁμοῤῥοθέω, ET Κακοῤῥοθέω. Est autem ὀπῤῥο-
θεῖν, Strepitũ edere, seu fremitum. Interdum & Tumul-
tuari. Eurip. vsus est de strepitu admurmurantium in
concione, λαοὶ δ' ἐστερέῤῥοθησαν. Hesych. exp. ἐπήχησαν, &
ἐπεβόησαν, nec enim dubito quin ἐπεῤῥόθησαν, quod apud
eum habetur, (& quidem non suo loco sed post ὀπῤ-
ῥοίζειν) sit illud ipsum quo illic vsus est Euripides. (Sed
addit & NOM. Ἐπῤῥόθητος, verbalis formam habens,
quod exp. ὀπτῆσαι, id est Vituperabilia, Vituperio dig-
na) At Ὁμοῤῥοθέω sonat, q.d. Constrepo. id est Vnà
strepitum aut sonitũ edo, vel simul. vt ὁμοῤῥοθοῦσης He-
sych. exp. ὁμόηχοι. sed ei præfigit ὁμοφωνοῦσης, id est Con
sentientes (ad verbum, Eandem vocem edentes) Sic
certè apud Sophoclem in Antigone, pag. 235 meæ edi-
tionis, Δέδρακα πῦρον, εἰσαφ ἡδ' ὁμοῤῥοθεῖ, schol. exp. συμ-
φωνεῖ. Sed ὁμοῤῥοθεῖν dicuntur etiam remiges quum eo-
rum remi consurgunt (vt loquitur Maro) & vno velut
consensu remigant. nam exponitur etiam πάμα καὶ
συμφώνως ἐρέσσειν. Interdum verò pro Adiuuo, Auxilior
(in qua significatione cõuenit cum Ἐπῤῥόθος de quo
mox) Vide schol. Arist. Postremũ est Κακοῤῥοθέω, q.d.
Malo strepitu linguæ & clamore insector. Accipitur
enim pro Conuitiis insector, Maledictis prosequor. Et
affertur ex Eurip. κακορῥοθεῖς συῤῥόνοις. item ex Aristo-
phan. Thesmoph. Ξένη τις ἡ χρᾶς ἡ κακορῥοθοῦσά σε. In v.
l. κακορῥοθεῖν veluti fluctibus & impetu agitare. Ve-
nio ad illud NOMEN Ἐπῤῥόθος, cuius significatio cõ-
uenit cum ea quam dedi postremam verbo ὁμοῤῥοθεῖν.
nam vt ὁμοῤῥοθεῖν est Adiuuare, Auxiliari, ita ὀπῤῥόθος
est Adiutor, Auxiliator. Sed hoc nomine significatur
propriè Auxiliator alacris, seu strenu⁹, seu gnauus, Qui
auxilium fert magna cum animi alacritate & conten-

tione, ac magno studio. si quidem his Eustathii verbis A
credimus (quibus certè non video cur fidem derogemus) ὁ σπουδαῖος βοηθὸς, ὁ μὴ ἀκνῶν καὶ ἠρέμα δ' ἔκων καὶ
οἷον ἀψοφητὶ πρὸς βοήθειαν πνος ἥκων, ἀλλὰ κῆ σπουδῇ, μετὰ
ῥόθου, πυπτέων ἤχου, ὡς εἰ καὶ ῥόθιον ὕδωρ κῆ πρηνοῖς ῥέοι. Dicitur autem & fœmin. genere, ὀπῤῥόθος, Adiutrix, Auxiliatrix. Hom. Il. δ, — παῦτα δ' ὀνίκα Ῥηϊδίως. πίν οἱ ὀπῤ-
ῥόθος ἦεν Ἀθήνη. Et ὀπῤῥόθοι ἀφρόναι. Hesiod. Erg. Apud
Apoll. autem Arg. 2, ὀπῤῥόθος ἠνδανε μῆτις, vtile consiliũ
(nam exponitur ὠφέλιμος) adiumento enim & auxilio
est vtile ac salubre consilium. Sed non minus fre- B
quens, apud Homerum præsertim, EST Ἐπιπάῤῥοθος,
habens syllabam παρ ita insertam vt videmus in ἀπαρ-
πιρὸς, pro ἀπιρός. Il. λ, Εἴπου τίς τε ἔμοιγε θεῶν ὀλοπάῤῥοδός ὅστι
qui versus legitur & Il. υ. Apud eundem Il. ρ, Ζῆν ὕπαπον
μήστωρα μάχης ὀλοπάῤῥοθον ἕτι. Et in fœmin. gen. Il. ε, -παῦ-
πα δ' ὀνίκα Ῥηϊδίως πίν οἱ ἐῤῥᾶν ὀλοπάῤῥοδος ἦα. Memini au
tem me vocem hanc ὀλοπάῤῥοθος in quodam legere o-
raculo vbi aliam signif. habere videbatur.

Cæterùm ῥόθος illud à quo sunt hæc, possit etiam po-
ni fortasse, & quidem com modius, post ῥόος, vt videli- C
cet ῥόθος sit dictum quasi ῥόος, inserto θ. Nisi quis ma-
lit per ὀνοματοποιΐαν fictum esse hoc vocabulum. vt scri-
bit Eustathius, ῥόθιον esse epithetum κύματος ῥοθοῦντος κῆ
ὀνοματοποιΐαν.

Ῥόθιον, ου, τὸ, Impetus vndæ, seu vndarum. aut etiam Vnda,
Fluctus. Apoll. Arg. ῥόθια κλύζοντο. Vtuntur & prosæ scri
ptores. Plut. in Symp. sept. sap. πρῴρωθεν ἀφεῶσα τὸ φρίκη
καὶ θοῦσα πλοῦν πλὴν ἄκρας, ἀφρόν πνα καὶ ῥόθον τὸν ἐκ τῆς κω
πῶν ἀκουόμενον, ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσι. Schol. autem Thu-
cyd. apud eum ῥόθιον esse dicit τὸν ἦχον τῆς εἰρεσίας. Ex Di-
onys. Halicarn. lib. 6 afferunt v.l. ῥόθιον ἵππου pro fremi- E
tu equi. quæ significatio noua videri possit. At HOM.
Ῥόθιον κῦμα dicit ὀλοπεπκῶς, Impetuosum fluctum, seu
Violentum. Od. ε, — ἀμῷ δὲ κῦμα βέβρυχε ῥόθιον, à nomi
ne ADIECT. Ῥόθιος. vnde & ῥόθιοισι κροκάλοισι itidem
ὀλοπεπκῶς, ex Epigr. pro Littoribus impetuosis, vel po-
tius quæ impetuntur aquæ impetu. Ex iisdem ῥόθιον πνῆ
pro Naui irruenti cum impetu. Bud. ῥόθιος exp. Impe-
tuosus, item cum impetu ciens: afferens ex Aristot. De
mundo, μετὰ ῥόθιου βίας. Vnde COMPOS. Παλιῤῥό-
θιος ET Πολυῤῥόθιος, ου, ὁ & ἡ. Est autem Παλιῤῥόθιος, Re- F
fluentes seu reciprocantes habens fluctus. At quum
dicitur κῦμα παλιῤῥόθιον ab Homero, est παλιῤῥόθιον sim
pliciter Refluẽs, seu Refluum. Budæus interpr. Reflua
vnda, item Refusa vnda (vt Virg. dixit Ponto sonat vn
da refuso. Et Naso, — æquórque refundit in æquor) Ex-
tat autem locus Homeri Odyss. ε, παλιῤῥόθιον δέ μιν αὖπις
Πλῆξεν ἐπιστύψαντο, πλοῦ δέ μιν ἔμβαλε πόντῳ. vbi Eustath.
παλιῤῥόθιον κῦμα esse tradit τὸ ῥοθοῦν καὶ κῆ πλὴν παλιῤῥοι-
αν. ἢν μὴν γὲ &c. quæ vide pag. 1541. Dicit autem κῦμα
παλιῤῥόθιον, repetens κῦμα ex versu proximè præceden G
te. (Quod fieri debere quum non animaduerterent vul
garium lex. consarcinatores, annot. παλιῤῥόθιον Home-
rum hic posuisse substantiuè pro refluente fluctu, seu
æstus reciprocatione, aut mari refluo vel refugo) Sed
apud Aratum de naue, παλιῤῥόθιν δὲ καθάπτεται ἠπείροιο,
schol. exp. τῇ εἰς πλῶα πόν κα πλασία καθορμίζεται τῇ ἠπείρῳ. dixerat autem antè idem schol. εἰς πύπισω ὠθοῦν ἠρέμα
κα πλαπῶπες, κατ' ὀλίγον πρεσστρμίσαι πνεῦσι. διὸ καὶ αὐτὸς H
φησι, παλιῤῥόθιν &c. Incidi autem aliquando in vetus
quoddam exemplar, habens scholia quæ vulgo vocã-
mus interlinearia: in eo παλιῤῥόθιν expositum erat πάλι-
νδρομοῦσα. Cicero autem ita vertit, Aduersamq; tra-
hunt optata ad littora puppim. Legitur & COMP.
Ἀνωῤῥοθία, ας, ἡ, quod in v.l. exp. Vnda quæ ad summum
marginem nauis tollitur. At Pollux habet, Εὔπολις δὲ
καὶ νηὸς χείλη εἴρηκεν. αἰωῤῥοθία, ἡ πρῴρα τὰ χείλη τῆς νεώς. Est
præterea deductum à ῥόθιον, VERB. Ῥοθιάζω, Impetuo-
sè seu contentè remigo. Vide Suidã, & Eustath. p. 1540.
Apud Aristoph. autem ῥοθιάζειν ἰσχάδας, Cum impetu
& strepitu vorare. vide schol.

Ῥὶν, ινὸς, ἡ, ET Ῥὶς, Nasus. Hom. Il. ε, — βέλος δ' ἴδυνεν Ἀ-
θηνὴ Ῥῖνα παρ' ὀφθαλμόν. Idem poeta Od. δ, Ἀμβροσίῳ
τοῦ ῥῖνα ἑκάστῳ θῆκε φέρουσα, Ἡδὺ μάλα πνέουσαν, ὅλεστε δ' κῆτεες ὀδμήν. Vtitur & alibi: sicut & plurali ῥῖνες, vt do-
cebo paulo póst. Extat autem in soluta oratione ille
vterque nominatiuus. Theophyl. epist. 15, ἡ δὲ ῥὶν λίαν
σεμνῶς ἐπεπόνθυτο, καὶ πολλὴν τῆς δημουργοῦ φύσεως πλὴν ὀπ-
τήμου ἀπήλεγχε. Alterum nominatiuum ῥὶς apud Xe-
noph. inuenio & Aristotelem, necnon Philostratum.
Xenoph. Sympos. pag. 520 meæ editionis, ἡ δὲ ὑψηλὴ ῥὶς,
ὡς ὄρος ἐπιπρεάζουσα, ὀλιγοπτεῖχνε τὰ ὄμματα. Aristot. Polit. 5,
ἀγνοοῦντες ὅτι καθάπερ ῥὶς ὅτι παρεκβεβηκυῖα μὴν πλὴν ἀδύνατα
πλὴν καλλίστην πρὸς τὸ ἡδυπνοῖν, ἢ τὸ σῶμον, &c. Philostr. in He-
roicis, ἡ δὲ ῥὶς ὀρθὴ τε ἦν καὶ πυῖ μυκτῆρας αἰθυρωέτρ. Quin-
etiam apud Theocritum in Cyclope legitur ῥὶς, in hoc
versu, Εἷς ἦ ὀφθαλμὸς ἔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ὅλη χείλη. Qui
certè loci (sicut & alii in quibus nominatiuum hunc
me obseruare memini) faciunt vt magis receptum a-
pud veteres scriptores fuisse existimem ῥὶς quàm ῥὶν.
Eustathius tamen, vbi vocis huius etymum affertà ῥέω,
huius tantùm, non item illius nominatiui meminit.
Itidémque Etymol. ῥὶν habet, non ῥὶς: addens, debuisse
per ει scribi, sequendo illam à ῥέω deriuationem. cuius
rationem reddens dicit, ἐκ γὰρ τῆς ῥινὸς ῥέουσι καὶ κατέρ-
χονται τὰ περιττώματα τῆς κεφαλῆς. Quinetiam Hesychius,
quum scribit, Ῥὶς, ῥὶν, ῥόθων, ostendit se illud ῥὶς pro anti-
quiore habere: quippe quod exponat per ῥὶν, tanquam
recẽtioribus magis vsitatum. Quod velle Hesychium
non considerarunt qui scripturam illius loci immu-
tantes, reposuerunt, ῥὶς καὶ ῥὶν. Quod autem ad ge-
nus attinet, vbique fœminini esse (nisi mendosus sit lo
cus) arbitror. Aristoph. in Pluto, ἀπεστρόφη πλὴν ῥὶν ὀπτ-
λαβοῦσα. Idem in Pace, Πόθεν αὖ περιαμῶμαι ῥῖνα μὴ πτεκ-
ρῶσαι; Demosth. in Aristog. ἀποφαγεῖν πλὴν ῥῖνα & ἀπῤῥώ-
γαν. Inuenitur porrò ῥῖνες sæpe quidem pro naribus
(vt mox ostẽdam) sed interdum & pro nasis. Xenoph.
in Sympos. paulo ante locum illum quem modò pro-
tuli, τῆς δὲ ῥινὸς πυκνὸν καλλίστη, ἡ σή, ἡ ἐμή; quibus sub-
iungitur, ἐγὼ μὲν, ἔφη, οἶμαι πλὴν ἐμοὶ, εἴπερ γε τῷ ὀσφραίνεσθαι
ἕνεκεν ἐποίησαν ἡμῖν ῥῖνας οἱ θεοί. Sic apud Aristoph. Nub.
αὖτα δὲ ῥῖνας ἔχουσιν.

Ῥῖνες, Nares. Hesiod. in Scuto, Τῆς ὁκ μὲν ῥινῶν μύξαι
ῥέον, E cuius naribus fluebat mucus, seu mucor. Vel ad
verbum, Fluebant mucores. Obseruandum est autem
hoc in loco ῥέον ἐκ ῥινῶν. hoc enim velut comprobat
superius illud nominis ῥὶς seu ῥὶν etymum à ῥέω. atque
adeo allusisse hic ad ipsum videri queat poeta. Frequẽs
est autem & Homero vsus huius pluralis, pro naribus.
Od. χ, Αὐτίκα δ' αὐλὸς αἰὰ ῥῖνας παχὺ ἦλθεν Ἀθήνης αἰθρομέ-
οιο. Et Il. τ, Γαῖῃ κλῷ δ' αὖτ' ἀμβροσίῳ καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν Σπάξε κῆ ῥῖνᾶν. Aliquoties verò copulantur σῶμα & ῥῖνες.
Nasi autem partes hæ sunt, Ῥῖνες, quæ etiam μυκτῆρες
appellantur, & ῥινία, & ῥάθωνες, & μύξαι. μυξωτῆρες, quasi
emunctrices cartilagines dicuntur pluribus spiracu-
lis peruiæ: ῥάχις ῥινὸς, nasi scapula aut spina, vocantur
ossea vtrinque partes genis proximæ. ἀκροείτιον tota
nasi summitas, quam poetæ à rotũditate σφαιρεῖον vo-
cant. cuius exteriores vtrinque partes, πτερύγια & ὑπῶπιαι
vocantur. συλὶς, κίων, διαφραγμα, interstitium illud car-
tilagineum narem diuidens. ἠθμὸς, nasi pars sub super-
cilis latens, vnde ἠθμοειδῆ ossa, quæ aliqui σπονγοειδῆ etiã
nuncupant. Sunt autem qui distinguant, appellantes
σπονγοειδῆ ossa illa tenera atque tenuia, quæ inter palatũ
& cerebri basin vsque ad nares vtrinque diuersa posi-
ta sunt: ἠθμοειδῆ verò, quæ ad summam nasi radicem
intus fixa hærent tenuia & lata: & magno, quod è ce-
rebro in nares fertur, foramini obtruduntur. Gorr.

C. Ῥινοβόλος, ου, ὁ & ἡ, Qui iacitur è naribus. In vulgar.
lex. ῥινοβόλῳ παπάγῳ ex Epigrãm. Sono naribus edito &
impulso.

C. Ῥινόκερως, ωτος, ὁ, Animal quoddã, vnius in nare cornu,

inquit Plin.quem vide,necnon Ælianum, & Oppianũ. A Extat & Rhinocerotis nasus,prouerbialiter,apud Martialem. Item nomen auis,teste Hesychio.

C. Ῥινεκόρουρα, VEL Ῥινοκόλουρα, Ægypti vrbs quædam,ita dicta quòd eius incolæ mutilatis essent naribus. ἀπὸ τοῦ εἰσωκισμένων ὀνεῖ τοπαλαιὸν αἰθρώπων τὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων,οὕτω καλουμένη, inquit Steph.Sed apud eum legitur Ῥινοκούραυρα, manifesto mendo,pro Ῥινοκούρουρα,vt ostendit τὸ ἐθνικὸν,quod ibi subiungitur,Ῥινοκουρουραῖος. Diodorus itidem habet Ῥινοκούρουρα, lib.1,pag.38 meæ editionis,κώμας πόλιν τινὰ ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τῶν οἰκητόρων B Ῥινοκούρουραν προσαγορευθεῖσαν. Habes & apud Ammianum Marcellinum, pag.1636 meæ editionis Rhinocorura. Altera autem scriptura in v.l.habetur,vt apud Plinium Rhinocolura. De vtraque autem dicam in proximè sequente composito Ῥινοκολούσης.

C. Ῥινοκολούσης,ου,ὁ, Decurtator narium,seu Amputator narium. In Bœotia Hercules ῥινοκολούσης, quòd ille aliquando legatis quibusdam nares amputasset. Ita Cam. facit autem hoc compos.pro altera illa scriptura vocis præcedentis. Erit enim ῥινοκόλουρα à κολούω, sicut & ῥινοκολούσης.(nisi quis ῥινοκολούσης quidẽ à κολοῦω,at G ῥινοκόλουρα à κόλουρος deducere malit, quod ipsum à κολοῦω deriuatum est) Sed Ῥινοκούρουρα vnde? nullum certè aliud verbum mihi in mentem venit ex quo deduci possit, quàm κείρω: cuius deriuata habent υ, vt passim videre est.

C. Ῥινοκοπέω,ῶ, Nasum amputo, Nares amputo, seu seco. Denaso,ex Plauto. Suid.habet,Ῥινοκοπῶ,αἰπαπκῆ.

C. Ῥινολαβὶς,ίδος,ἡ, Instrumentum quo nasus arreptus torquebatur. Fuisse autem forcipem verisimile est. παρὰ D Σωκράτει πυρεία,ἢ ὄργανον ᾧ τὴν ῥῖνα διέστρεφον, inquit Suidas.Locus autem Synesii quem indicare voluit Suidas, est hic (vt opinor) circa principium epistolæ 58, quæ ad episcopos scripta est,ἄπτα κολασηρίων ὀργάνων ᾠδὴ καὶ ἅμαλα τροφὸς εἰς τὴν χώραν εἰσενεγκεῖν (εἰν δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ μόνος χρηστήριος)δακτυλίθραν, καὶ ποδοστράβιον, καὶ πεσσήριον, καὶ ῥινολαβίδα,καὶ ὠτάγραν, καὶ χροστόφιον. (Affinem igitur habere significationem mihi videtur hoc vocabulum cum Latino Postomis, de quo consule Nonium) Nemini certè dubium fore puto, quin hic locus sit is E quẽ intellexit Suidas.quémq; Cam.scribit non satis explicasse quæ fuerit ῥινολαβίς. i nesse quidem verbo apprehensionis narium significationem. Hæc Cam.At ego quod ad hanc quidem significationem attinet, nihil in Suida desidero,sed eiusdem explicationes quæ hanc præcedunt, videlicet ῥινηλασία,& ἡ ὄσφρησις, mihi sunt suspectæ.

C. Ῥινόμακτρον,ου,τὸ, (q.d.Narium abstersoriũ) Linteolum (in vulgatis lex. Sudarium) abstergendis naribus aptũ.

C. Ῥινόσμος,ου,ὁ & ἡ, Qui naso est simo.ὁ σμῶς τὴν ῥῖνα. Vtitur Luc.in Dionys. P

C. Ῥινότμητος,ου,ὁ & ἡ,Cui nasus est amputatus. Amputatus nasum, seu nares, poeticè loquendo. Ῥινότμητος vocatus est Iustinianus, cui Leontiana factione nasus fuerat desectus.Cam.

C. Ῥινοτόμος,vide inter composita ex Ῥινός.

C. Ῥινεγχυσία,ας,ἡ,Infuso seu instillatio in nares. ITEM Ῥινεγχύτης,ου,ὁ,Instrumentum (quidam,Specillum) per quod in nares infunditur aliquid. Apud Cælium Aurelium Chronion lib.2,cap.4, Nari hederæ succum infundentes ex ferramento quod ῥινέγχυτον Græci vocãt. G Marcell.Empir. Purgatur caput cornu quod Græcè ῥινεγχύτης vocatur. Vnde VERB. Ῥινεγχυτέομαι,οῦμαι, Naribus infundor.Partic.ῥινεγχυτούμενος ex Dioscoride, Naribus instillatus,Naribus infusus. Ex eodem, ῥινεγχυτῶν ὁ χυλὸς, Naribus infunditur succus. Videndum est autem an huc pertineat NOM. Ῥινοχόος,quod redditur Infundibulum.ab Hesych.exp.χώνη.

C. Ῥινηλάτης,ου,ὁ,q.d. Qui naribus (id est narium olfactu) persequitur,seu olfaciendo. Exponitur alioqui ῥινηλάτης κύων à Cam. Olfactans canis, seu odorator. Potest certè & magis vsitato nomine reddi Sagax.Sed quum interpretor, Qui naribus seu narium olfactu persequitur,significationem verbi ἐλαύνω,inclusi hoc composito,exprimere conor. ITEM Ῥινήλατος, adiect.vt ῥινήλατον ἴχνος in v.l.Odoratu atque olfactu deprehensum vestigium: ex Oppiano,Βεβυκέρως ἔλαφος ῥινήλατον ἴχνος αὐδῦρε. Reperit vestigium odoratu sequutus.Cam. Necnon VERB. Ῥινηλατέω,ῶ,Naribus (id est narium olfactu) persequor. vt canes ῥινηλατοῦσι, qui & ῥινηλάται: qui odores naribus velut attrahunt. Nam ῥινηλατεῖν Poll.exp.τὸ παῖ ὀσμὰς ἕλκειν. addens, καὶ ῥινηλάτην κύνα, ἡ ἀναγωγία. Vsurpatur autem metaphoricè,pro Persequor indagando sagaciter, vel Indago sagaciter. Synes.μετέλθετε πᾶς φάρας ῥινηλατοῦντες.

C. Ἄῤῥιν, VEL Ἄῤῥις,ινος,ὁ & ἡ,Naso carens,aut Naribus carens. Vel potius,Nõ sagax: Cui OPPOS. Εὔειν,Sagax. Sed inuenitur etiam ἄῤῥινες vnico ρ, tãquam à nominatiuo SING. Ἄειν seu Ἄεις. Inuenitur inquam cum apud Xenoph.in Cyn.pag.570 meæ editionis,tum apud Pollucem. Nec solùm ἄῤῥινες, sed etiam ἄῤῥινα in eadem illa pag.extat: vbi etiã dicitur de illis,μάλις καὶ ὀλιγάκις αἰσθάνονται τὸ λαγῷ. (Pollux,vbi agit περὶ τῆς ῥινὸς μαρᾶν, non definit,sed scribit duntaxat ἀπὸ ῥινὸς esse hæc duo nomina ἄῤῥινες canes & εὔεινες. Ab eodem paulo antè,in titulo περὶ ῥινὸς καὶ ὀσφρήσεως, scribitur, λέγοις δ' ἂν ἀπὸ ῥινὸς,Εὔεινος,Ἄεινος) Cæterùm vt ἄῤῥινας appellari ibi à Xenophõte patet quæ sagaces non sunt,aut certè parum sagaces: ita vicissim εὔεινας esse illi quæ valde sagaces sunt, seu sagacitate præstant, videmus in ea quæ illam proximè sequitur pag. Vbi scribit,εὔεινες δὲ [ἔσονται] ἐὰν τὸ λαγῷ ὀσφραίνωνται ἐν τόποις ψιλοῖς,ξηροῖς,πρεσηλίοις, τῷ ἄκρου ὀλιγόντος. Vsus est autẽ & Sophocles hac voce initio Aiacis,— οὐ δέ σ' ἐκφέρει Κωὸς Δακαίνης ὥστε εὔεινος βάσις. vbi schol.exp.ἀοσφρήτου. Quemadmodum autem dicitur non solùm ἄῤῥιν,sed ETIAM Ἄειν D νος (vnde ἄῤῥινοι apud Xenophon) ITA Εὔεινος ostendit gradus SUPERL. Εὐειν ωτάτη. nam legimus apud Hesychium ἀειν ωτάτω expositum ἀοσφραιν ωτάτω.(manifestũ enim est hoc reponẽdũ esse pro ἀσφραιν ωτάτω.Nisi quis malit ὀσφραιν ωτάτω) Sic Gallicè dicimus ei qui parum olfaciendi vi valet,i. qui parũ est ὀσφραιν ωτικός,Vous n'auez point de nez. (Cæterùm is vsus quem habet ῥὶν seu ῥὶς in istis compositis, reuocat mihi in memoriam quendam Horatii locum in quo non paulo etiam audacius nares appellat flores & alia ex quibus odor suauis naribus afflatur,2.Carm.ode 25,— tum violaria & Myrtus,& omnis copia narium, Spargent olinetis odorem Fertilibus domino priori.) Sed possumus fortasse nomen ῥὶν in composito εὔειν pro naso accipere,vt εὔειν sit ad verbum Cui est bonus nasus. Bonus enim dicetur Bene sagax.quo loquẽdi genere metaphoricè quoque vtimur, quũ dicimus Il ha bon nez,de eo qui est sagax. Verùm ita interpretando εὔειν, quam interpretationem alteri illi ἄῤῥιν, seu potius ἄῤῥιν, dabimus?Existimo certè α hîc,vt in aliis infinitis compositis,posse vicissim κακοῦ significationem habere.vt ἄῤῥιν sonet perinde acsi quis dicat κακόῤῥιν. Dicitur ETIAM Εὔῤῥιν. vnde εὐῤῥίνων τι κυνῶν,Apoll. Arg.2.

Alia sunt COMP. Εὐθύῤῥιν,vel Εὐθύῤῥις, (pro quo perperã Εὔθυεις in v.l) ET Κολοβόῤῥιν, ET Μικρόῤῥιν, ET Ὀξύῤῥιν,vel Κολοβόῤῥις,& Μικρόῤῥις,& Ὀξύῤῥις. Est autem Εὐθύῤῥιν, Qui recto est naso, (quæ forma conuenientior existimata est) καὶ ἡ τοιαύτη ῥὶς δικαία λέγεται.ex quibus verbis(quorum autorem Cam.non nominat) v.l.Εὐθύῤῥις interpr. Habens nasum iustæ proportionis.(AT Εὐθυτενὴς ῥὶς,nasus directus.οἷς ἴσου τὸ πρόσωπον διακρίνουσι,in duas partes æquales faciẽ distinguẽs: qui visũ deducit & dirigit prospectum eminentia sua. Ita Cam.) Illud autem secundum Κολοβόῤῥις, Qui est mutilo naso præcisóque. A Suida κολοβόῤῥιν exponitur per illud proximè sequens Μικρόῤῥιν. quod tamen sonat ad verbum, Quiparuo est naso.In v.l.Κολοβόειν vnico ρ,ex Leuitico, Camurus. Ὀξύῤῥιν autem,Qui acuto est naso. Inuenitur ETIAM Ὑπόῤῥινος, Qui sic loquitur vt vox in naribus stridat.vt Cam.interpr.ex Hesych.(apud quem tamẽ vnico ρ scribitur) Quidam cum Horatio,Qui balba de nare loquitur.

Extant etiam substantiua COMP. Ἀνάῤῥινον, ET Ἀντίῤῥινον, ET Ἐῤῥινον. Est autem αἰάῤῥινον, Per nares rediens,vt Gorr.interpr.apud Hippocr. ex Galeno. addẽs

ex eodem,alios diuidere, scribentes αἰὰ ῥινὸν, id est Per A cutem. Sed inuenitur Ἀναῤῥινοι & pro ea herba quæ αἰνῤῥίνον vocatur, quæ est caule & foliis anagallidi similis,ideóque syluestris anagallis dicta. Semen habet vituli narium simile, vnde & nomen inditum fuit. Gal.ἐν ταῖς γλώσσαις scribit ab Hippocr.eo nomine appellari herbam quæ βούκρανον & λυχνὶς ἀγρία vocatur. Dictũ est eo nomine & τὸ ὑπογλωττον,vt habetur apud Dioscoridem.Gorr. Ἐῤῥίνον (vt idem docet) Medicamentum quod naribus,purgando capiti,infunditur. Quidam nostro tẽpore ἔῤῥινα, Nasalia,ficto nomine,vocarunt. sed ego à naribus quàm à naso appellationem B fingere maluissem, aut certè conatus potius fuissem. Quinetiãdesinẽtia in ινον, DVO Ἀκροῤῥίνιον,& Ὑπόῤῥινον. Est autẽ Ἀκροῤῥίνιον(vt antea dictũ est) Tota nasi summitas. A Cam.expon.Totus ambitus nariũ. Apud Poll. Ἀκροείνιον vnico ρ. Ὑπόῤῥινον, ου, τὸ, Barba quæ sub naribus enascitur.quæ alio nomine πρεσπωγώνιον, itẽ μύσταξ. Pollux,αἱ δὲ ὑπὸ τῇ μνὶ τρίχες,μύσταξ,ὑπόῤῥινον,πρεσπωγώνιον, πρόσθη βλάστησις.His autẽ duobus postremis verbis Cam. putat voluisse significare Pollucem,pilos qui sub naso C de labro superiore enascuntur,vocari μύσταξ,at in prima origine sua,nominari ὑπόῤῥινον & πρεσπωγώνιον. At ego (quod tanti viri pace dictum sit) hanc differentiã à Polluce statui non existimo,sed indicari,πρόσθη βλάστησιν appellari etiam illos ipsos pilos qui aliis nominibus,μύσταξ,& ὑπόῤῥινον,& πρεσπωγώνιον.

Ῥίναω,ῶ, Decipio. metaphora ducta à canibus quos suus olfactus decipit. Vide Eustathium ex Pausania, & Ælio Dionysio,pag.998,& 1822. At COMP. Ἐκρινίζω ex Luciano affertur pro Naso suspendo,Subsanno, μυκτηρίζω. D

Ῥίνιον,ου,τὸ,Naris.Cui plurale ῥινία pro naribus,ex Aristot.

Ῥινός, ῶ,ὁ vel ἡ,Pellis,Cutis,Corium. Hom.Od.ξ,de Vlysse, Τοῦ δ' ἤδη μέλλοισι κύνες πτερόεντες τ' οἰωνοὶ Ῥινὸν ἀπ' ὀστέφιν ἐρύειν. Ed Odyss.ε,Ὡς τὸ πρὸς πέτρησι θρασταίων ἀπὸ χροῶν Ῥινοὶ ἀπέδρυφθεν. Ibidem, Ἐν θά κ' ἀπὸ ῥινοὺς τε δρύφθη,σιῶ τ',ὀστέ' ἀράχθη. Apud eũdem poetam Iliad.κ, — αὐτὰρ ὁ γ' ἥρως Εὖδ', ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο. Euripid.dixit etiam πολικὴν ῥινὸν, equinam pellem. vbi obserua fœm.quoque genus:vt &apud Hesiodum, πρὸς E ῥινοῖο σαπείσης. Et apud Apollonium , αἰζαλέας ῥινοῖς. ‖Ῥινος,interdum Scutum,Clypeus: ponendo partẽ pro toto,vt scribit Eustath.vt Il.δ, Σειρὴ ἔβαλον ῥινοῖς,σιῶ δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν. Fieri autem solita scuta ex pellibus bubulis multi ostendunt loci: (atque adeo additur interdum ab eodem Homero genitiuus βοὸς post ῥινός) nominatim verò Aiacis scutum appellatur σάκος ἑπτάβοειον: quod perinde est acsi diceretur ἑπτάβοεινον. Naso certè epitheti huius significationem pulchrè expressit,ita canens, Scilicet Aiaci coniux ornata veniret, Cui clypeus septem terga fuere boum. Cæterùm huic nomini locus hîc assignatus est propter etymologiam cu F ius autor esse traditur Orus , ῥινὸν videlicet appellari quia ῥέοισι δ' αὐτῷ οἱ ἱδρῶτες, id est, per ipsum fluunt & manant sudores.

C. Ῥινοδέψης,ου,ὁ,Coriarius, Alutarius,βυρσοδέψης, Hesych.

C. Ῥινοτόμος,ου,ὁ,Scuta seu clypeos dissecans. Sic autem dici potest & Qui nasum vel nares secat. vt VERB. Ῥινοτομέω,ῶ, Scuta seco, vel Nasum seco, Nares amputo.ἀπλεῶν δὲ τὸ ῥινοτομεῖν δοῖ τὸ ῥῖνα τέμνειν,Eust.

C. Ῥινοτόρος,ου,ὁ,Scuta seu clypeos perforans,seu secans. Aut G generalius, Pellem dissecans seu clypeorum, siue corporum. Vide Eustathium. Martis est epithetum apud Homerum pariter & Hesiodum. Legitur enim Iliad.φ, — ἦρχε δ' Ἄρης Ῥινοτόρος . & apud Hesiodum,Ἄρηϊ ῥινοτόρῳ.

Βροτός, ῶ,ὁ,Mortalis. vt βροτὸς αἰὴρ,Iliad.ε,Homo mortalis, talis. Sed frequentius βροτοὶ sine adiectione, vt Latinè Mortales pro hominibus. vt Odyss. α,-οἷον δή νυ θεοὶ βροτοὶ αἰπόωνται. Sic alibi sæpe. Vnde etiam additur aliquando huic nomini βροτοὶ adiectiuum. nam legimus θεὶλοῖσι βροτοῖσι apud eũdem Homerum pro eo H quod Virgil.dicit Miseris mortalibus. Cæterùm data est hîc nomini βροτὸς sua sedes,sequendo eos qui à ῥέω deriuant, (non quòd multum tamen mihi placeat hæc A etymologia,sed quòd paulo plus quàm altera)vt dicatur βροτὸς quasi ῥοτὸς,id est ὁ ἐν ῥοῇ ὤν, quòd nihil magis sit fluxum & fragile quàm est homo. Obseruaui tamen quosdam locos in quibus βροτοὶ dicuntur simpliciter homines,non respiciẽdo ad humanæ naturæ cõditionem,seu mortalem conditionem vitæ (vt Cicero alicubi loquitur) E quibus locis vnus est hic,Od.θ, Καρπαλίμως δ' ἔμπλωτο βροτῶν ἀγοραί τε καὶ ἕδραι Ἀχαιῶν. C. Βροτόγηρυς,ου,ὁ, Mortalium vocem habens.i. qualis est hominum,qui mortales dicuntur. Ex Epigr. de psittaco,humanam vocem vsurpante. B

Βροτοειδής,έος,ὁ & ἡ, Mortalis hominis speciem præ se ferens,Qui est humana specie.

C. Βροτοκτόνος,ου,ὁ & ἡ,Mortalium interfector,Homicida.

C. Βροτολοιγός,οῦ,ὁ,Hominibus exitium afferens,Hominũ interemptor,Homicida. apud Homerum epithetum Martis,Il.ε,Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ,μιαιφόνε,τειχεσιπλῆτα.Eleganter torqueri potest in imperitũ medicũ. In Epigr. autẽ & in tõsorẽ,Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε πάσεο κουρεῦ. C. Βροτόφιλος,ου,ὁ,Hominum deceptor. αἰθρώποις φιλῶν, πυπίσιν ἀπατῶν. Hesych.

Admonendus est lector, sequentia composita, in quibus βροτὸς posterius est, contrà quàm in præcedentibus,in eo etiam differre ab illis quòd habeãt μ interiectum,& quidem διὰ καλλιφωνίαν καὶ ὄγκον ἤχου. Atque adeo de his,non de illis , intelligẽda esse hæc Eustathii verba,ex vet.grammaticis,φασὶ δὲ ἐν παῦθα οἱ παλαιοὶ ὅτι τὸ βροτὸς ἐν τῇς σωθέσεσι πρεσλαμβάνει τὸ μ. οἷον,πτρίμβροτος,φαεσίμβροτος,Κλεόμβροτος,ἐναρίμβροτος αἰχμή,πλεσόμβροτος ἄγρα. Simul verò & exceptionem addit,dicens præter Ἀμφιβρότη & Ἀβρότη ἡ νύξ. Fortasse autem non excipit itidem præcedẽtia illa cõposita,quòd de iis obseruationem illam non intelligi,satis manifestum esset.

C. Ἄμβροτος,ου,ὁ & ἡ, pro ἄβροτος,(inserta videlicet litera μ, in hoc composito:vt in sequentibus,ob eam quã modò declaraui causam)vide post composita quæ ex duobus nominibus constant.

C. Ἀμφίβροτος,ου,ὁ & ἡ,à quo FOEM. Ἀμφιβρότη apud Homerum aliquoties.quũ ab eo vocatur ἀσπὶς ἀμφιβρότη, clypeus circundans seu circuntegens hominem,vel vndique tegens,& ab omni parte. Sic Nicander ἀμφιβρότῳ κοίδειαν dixit.

C. Ἐναρίμβροτος,ου, ὁ & ἡ, Interfector hominum,vel interfectrix. vt ἐναρίμβροτος αἰχμή.

C. Πλεισόμβροτος,ου,ὁ & ἡ, Plurimos mortales seu homines habens,Abundans hominibus. vt πλεισόμβροτος ἀγορά, apud Eustathium,sed non nominato autore. Fortasse autem in hac voce allusum est ad illum Homericũ versum quem protuli suprà,Καρπαλίμως δ' ἔμπλωτο βροτῶν ἀγοραί τε καὶ ἕδραι Ἀχαιῶν.

C. Τερψίμβροτος,ου,ὁ & ἡ,Delectans seu oblectans homines. vt περψίμβροτος ἠέλιος apud Hom.Od.ν.

C. Φαεσίμβροτος,Lucens hominibus,Lucẽ hominibus præbens. φαεσίμβροτος est ὁ φαίων βροτοῖς.cuius θέσις est sicut τῷ περψίμβροτος, inquit Eust. In hunc versum Homeri Od.κ,Ἄμφω δ' ἐκ γαίας φαεσιμβρότου ἠελίοιο. Sic apud Hesiodum,ὑπὸ φαεσιμβρότου ἠελίοιο. Ex Nonno autẽ affertur etiam φαεσίμβροτον ἔλλαχε πιμώ.

C. Φθισίμβροτος,Hominum interemptor,φθισήτωρ. Et φθισίμβροτος μάχη,Pugna interemptrix hominum.

C. Ἄμβροτος,ου,ὁ & ἡ,pro ἄβροτος,Immortalis,Qualis est deorum immortalium,vel Diis immortalibus dignus. Vnde exponitur etiam ἄφθαρτος,& θεῖος, id est Incorrupt, Diuinus. nam dicitur non solùm θεὸς ἄμβροτος,sed etiã ἄμβροτα εἵματα,& ἄμβροτα πύκα apud Hom. quod Hesych.exp.θεῖα. Apud eundem poetã ἄμβροτον αἷμα θεοῖν. Ex Epigr.affertur & ἄμβροτος αἰών.

Inuenitur ETIAM Ἄβροτος in quibusdam exempl. pro ἄμβροτος significante Immortalis. vt in Carm. Pythag.θεὸς ἄβροτος quidam codices habent, non ἄμβροτος. ‖Item ἄβροτος, Sine mortali, Nullum mortalem, id est hominem,habens. vt ἄβροτος ἐρημία, apud Æschylum, Carẽs mortalibus solitudo, In qua nullus mortalis apparet.vt illa dicit apud Catullum,Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga. ‖ Exponitur præterea

ἄβροτον à Suida, ἄψυχον, ἀναίσθητον, id est Inanimatum, Sensu non præditum. Erit igitur ἄβροτον, mortalium naturam non habens, vel à natura mortalium abhorrens & alienum, quippe qui & animati sint & sensu præditi. ¶ Quinetiam ἄβροτον Hesych. exponit ἀπαίθρωπον, id est Inhumanum: quòd qui inhumanus est, sit itidem alienus à natura mortalium, id est hominum. At Varinus, postquã annotauit ἄβροτον significare ἀπαίθρωπον, id est Inhumanum, subiungit, βροτὸν γὰρ (legendum βρότος γὰρ) τὸ μετὰ κονιορτοῦ αἷμα. ἢ τὸν ἐκ φόνου λύθρον (melius τὸ) &c. Id est βρότος enim est pulueri commixtus sanguis, aut sanies ex cæde. Hanc autem rationem vnde habeat nescio, & quorsum eam afferat non video. Quomodo enim ἄβροτος diceretur inhumanus, ex eo quòd à puluerulento sanguine aut à sanie vulnerũ esset alienus? Idem ἄβροτος exponit ἀζήμιος, malè confundens, ἄβροτος per ο cum ἄβρωτος per ω. Ponit rursus & aliam significationem, ἀβρότων, κοχλίων εἶδος. οἱ ὄ, ἀκρίδων, αἱ νες, &c. Vide autorem Etymologici.

At SVBST. Ἀβρότη, ης, ἡ, Nox. Aliquando per se ponitur, omisso nomine νύξ: aliquãdo vtrunque simul, & tũ plenus est sermo: vt apud Homerum Il. ξ, — εἰσόκεν ἐλθῃ Νὺξ ἀβρότη. Deriuatur autem ἀβρότη à βροτὸς, id est mortalis, præfixo α priuatiuo, quòd videlicet noctu lateant mortales, i. homines. ἐν ᾗ βροτὸς οὐ τρέφεται, inquit Eust. i. in qua mortalis non prodit. Suidas autem, τῶν ἐστερῆσθαι βροτῶν. i. quòd priuata sit mortalibus. Alias duas etymologias, quæ mihi minus placent, vide apud Eustathium. Autor Etymologici dicit, ἀβρότη, ἀ τρέπτη οὖσα, τῶν τὸ μὴ τρεῖναι ἐν αὐτῇ. affert & superiorem etymologiam à βροτός. VNDE Ἀβροτέω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Noctu occurro. Hes. Significat etiam Pecco. Vnde verbale NOM. Ἀβροτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Peccator, Peccatrix. Hes. At verbalis formam non habet NOMEN Ἀβροτίνη, ης, ἡ, Peccatũ. ἁμαρτωλή, Hes. Malo autem accipere ἁμαρτωλὴ pro substantiuo, vt sit Peccatum, quàm pro adiectiuo, vt sit Peccatrix: tum quod ἀβροτίνη substantiui speciẽ præ se ferat potius quàm adiectiui: tum etiam quòd peccatrix potius dicatur ἁμαρτωλὸς communis generis nomine. ¶ Idem habet ἀβροτῆ, ἀβροτησία, qui locus mihi suspectus est mendi.

Extat & VERB. Ἀβροτάζω, F. ξω, P. χα. Aberro in via, aut In nocte euagor. Hom. Il. κ, μήπως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιιν, id est, ne aberremus alter ab altero. vbi Eustathius ait ἀβροτάζειν esse, aut τὸ βροτῶν ἀποτυγχάνειν ἐν ὁδῷ. id est à mortali [ab homine] aberrare in via: aut τὸ ἐν ἀβρότῃ ἀποπλανᾶσθαι, id est, in nocte euagari. His subiungit ex Lexico veteri, ἀβροτάξομεν. διαμφισβητήσομεν, ἁμαρτήσομεν ἀλλήλων. Vide διαμφισβέω suo loco. Hesychius dicit, ἀπὸ τοῦ ἀποτυγχάνειν τοῦ βροτοῦ μετὰ τινὸ σωαύτησιν. id est, Ex eo quòd mortalis à mortali [homo ab homine] aberret post occursum. Dicit autem statim pòst, ἀβροτῆσαι esse Noctu occurrere. VNDE Ἀβρόταξις, εως, ἡ, Aberratio, Deflexio de via. ἁμαρτία, διαμφισβήτησις, Eustathius ex veteri item Lexico. Potius autem hic ἁμαρτία interpretor Aberratio quàm Peccatum, quòd ἀβροτάξομεν expositum sit ἁμαρτήσομεν ἀλλήλων, vbi ἁμαρτήσομεν significare non potest Peccemus. ¶ Fortasse tamẽ & pro peccato vsurpatum fuit, & ἀβροτάζω pro Pecco, vt ἀβροτήμων exponitur ἁμαρτωλὸς, id est peccator, ab ἀβροτέω.

Cæterùm quanuis hæc sint ab Ἀβρότη deducta, ideóque careant itidem litera μ, tamen inueniri ETIAM Ἀμβρότω cum μ sciendum, est significans Aberro, (sicut & ἀβροτάζω) Hom. Il. π, — ἔγχεσι μὲν γὰρ Ἤμβροτον ἀλλήλων. Idem Il. ε. Ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες. vbi annotat Eustath. hæc prouerbialiter dici in eos qui aberrant ab eo quod sibi proposuerant. atque idem his duobus verbis significari ἐκ τοῦ ἀλλήλου. Fierique ἤμβροτες vel ex Ἀβρότω, per pleonasmum τοῦ μ (quod & ἀβροτάζω dicit idem poeta παραγωγῆς) vel ab ἤμαρτες, mutando α in ο, & traiiciendo ρ, necnon inserendo β, ad elegantiorem sonum. vt fit in ἀμβρός, & in μεσημβρία, aliisque huiusmodi. Sed apud Hesychium sciendum est extare & circunfl. IN FIN. Ἀμβροτῶν, cum μ, quod exp. ἁμαρτῶν, & ἀποτυγχῶν βροτοῦ. Item κρύπτειν.

Venio ad ADIECT. Ἀμβρόσιος. eadem enim opera & de hoc dicendum est, postquã de ἄμβροτος & ἄβροτος eorũmque deriuatis dictũ est. Itidẽ enim ἀμβρόσιος sonat Immortalis, item Diuinus. vt καλλος ἀμβρόσιον, Hom. Od. σ, Καλλεῖ μὲν, οἱ τοῦτο τοῦτο πεσόντα (ita enim hic legẽdum censeo, non τοῦτο πάντα: licet mea etiã editio habeat hanc lectionẽ, quòd absquevet. cod. autoritate mutare eam minimè ausus fuerim) καλὰ καθῆρεν Ἀμβροσίῳ, οἴῳ τῷ εὐῶδεστάτῳ Κυθέρεια Χαρίεσσα. atque hoc vnum est τῶν ἀμβρότων δώρων quorũ proximè præced. versu meminit. Et FOEM. Ἀμβροσία, Immortalis, Diuina. vnde ἀμβρόσιαι χαῖται, Il. α. Diuinæ comæ, Augustæ comæ. Apud eundẽ poetã ἀμβρόσιαι κάραι, quæ sunt τῶν ἀμβροσίων ἵππων, id est θείων. Quidã verò interpr. Præsepia ambrosia plena. Hom. Il. θ, Τῶν δ' Ὧραι μὲν λύσαν καὶ λίπον ἁρμαξιάς ἵππους, Καὶ τοὺς μὲν κατέδησαν ἐπ' ἀμβροσίῃσι κάπῃσιν. vbi Eust. ἀμβρόσιαι δὲ κάραι, inquit, δῆλον ὅτι πίμπλον παρ' ᾧ πολλὴ ἀμβροσίας χρεία, ὡς καὶ Σκάμανδρος ἵππους μυθικοὺς ἐνέτειλέ ποτε μύθῳ. Sed interdũ Ἀμβρόσιος ponitur pro Dulcis, aut Placidus, vt ἀμβρόσιος ὕπνος, Il. α, vbi cõmodè videtur redi Dulcis: quũ ab eo ὕπνος vocetur itidem γλυκὺς, item μελίφρων. Sic autẽ & Virg. dixit Dulcis quies, Æneid. 6, — prestitque iacentem Dulcis & alta quies, placidæque simillima morti. Ab aliis poetis vocatur & Placida: itidémque Dulcis sopor, & Placidus sopor. Ac fortasse hic ἀμβρόσιος malit quispiã reddere adiectiuo illo Placido. sed magis placet reddi Dulcis, quũ alibi γλυκὺ ab eo ipso vocetur, item μελίφρων. Sic certè & Eustath. dicens ἀμβρόσιος esse παρώνυμον nominis ἀμβροσία: vt videlicet ab ambrosiæ dulcedine ponatur ἀμβρόσιος pro dulci. Animaduertendum est autem quod ait, ἀμβρόσιος esse denominatiũ ab ἀμβροσία. idque minimè putandũ est esse generaliter dictũ: sed de ἀμβρόσιος hanc vel huic similem signif. habente. Alioqui enim non dubium est quin ἀμβρόσιος prius sit quàm ἀμβροσία. Cæterùm legimus & ἀμβροσίλω νύκτα apud eundẽ poetam, Il. β, vbi rectè videmur interpretaturi itidẽ Dulcẽ noctem, vel hoc nomine quòd nobis ἀμβρόσιον ὕπνον ministret. Scio alioqui reddi etiam Placidam, item Diuinam. Item ἀμβρόσιος, αἰθηρός, vide in Ἀμβροσία.

Ἀμβροσία, ας, ἡ, ET Ἀμβροσίη Ionicè apud poetas, quæ & Latinè appellatur Ambrosia, cibus deorum: vt Nectar, potus. Ouid. 1, De ponto, Nectar & ambrosiam, latices epulásque deorum. Cæterùm videtur Hesychius innuere, ἀμβροσία dici tanquam relinquendo nobis subaudiendum subst. Ἡσύχ. quum scribit, ἀμβροσία, θεία, δαιμονία Ἡσύχ. Erit autem ἀμβροσία Ἡσύχ idem quod ἀμβροσίου εἶδαρ, Il. ν. nisi malimus, in exponendo hoc adiectiuo recurrere ad substantiuum ἀμβροσίου, vt ἀμβρόσιον esse dicamus τὸ τῆς ἀμβροσίας. Hom. Il. π, Πα Ἡσίκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίου καὶ νέκταρος ἐρυθρὸν Σπάξε κυλῆνα. Idem Il. ε, Τοῖσι δ' ἀμβροσίου Σιμοέις αἰέτειλε νέμεσθαι. Verùm sciendum est quosdam existimasse ἀμβροσίου fuisse etiam aliquid liquidum tum ex isto versu Homeri, Od. ι, Ἀλλὰ τὸ δ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ὄζος ἀπορρώξ (quoniam ἀπορρώξ πῆχυς οὗς πρεσταρμόζει, inquit Eustathius) tum ex eo quem modò protuli loco, vbi dicit σπάξε νέκταρ καὶ ἀμβροσίου. quoniam verbum σπάξε vtrique accommodat. Sed possumus his aliisque huiusmodi in locis confugere ad syllepsin seu synecdochen. Atque adeo aliunde potius illius significationis petenda sunt testimonia. Fitmissimum certè ex Sapphone peti potest, dicẽte, ἀμβροσίας κρατὴρ ἐνέκραττε: deinde, Ἑρμῆς δ' ἐλὼν ἔοπτα θεοῖς ὠνοχόησεν. & ex Anaxandride, διαπίνω τ' ἀμβροσίαν. Vt autem ἀμβροσίαν de potu dici videmus: ita vicissim illud NOMEN Νέκταρ de cibo alicubi dictum inueniri sciendum est: vt apud Alcmanem, πεῖ θεοὶς νέκταρ ἐδόμεσθα, & Anaxandridem, τὸ νέκταρ πάνυ μάτην ἐάσω, διαπίνω τ' ἀμβροσίαν, καὶ τῷ Διὶ διακονῶ. Cæterùm ἀμβροσία & pro quodam suaueolente oleo seu vnguento accipi ab Homero quidam putarunt. Lege Eustath.

Ἀμβροσία, Flos quidã. vnde ἀμβρόσιος, αἰθηρός, Floridus. Vide Eustath. p. 976, in princ. Ἀμβροσία (inquit Gorr) Frutex est tenuis & pusillus, ramosus, trium ferè palmorum, foliis paruis circa imum caulem, rutæ similibus. In ramulis semina quasi racemuli dependent, qui nunquam florem pariunt: odore suaui & vinoso: qua de causa βότρυς à quibusdam dicta est, & à rusticis vinosa herba appellatur. Dicitur etiam ab aliis ἀρπεμισία. Sed ἀμβροσίαν dici à quibusdã τὸ ἀείζωον quoq; siue Sedũ maius, Dioscorides autor est, à foliorum immortalitate, quòd semper vireat. Quibusdam etiam ἡ ἀμβροσία dicitur alterum genus τῆς ἀρπεμισίας, vt ait Ruellius. ¶ Ἀμβροσία præterea nomẽ est malagmatis cõtra febres efficacis, cuius descriptio habetur apud Paulum lib. 7, cap. 13, A quo non dissimilis multùm est ἡ ἀμβροσία ἔμπλαστρος apud Aëtium, lib. 14, cap. 2. Est & antidoti nomen quam Zopyrus Ptolemæo regi composuit, cuius descriptio habetur apud Corn. Cellũ, lib. 5, cap. 23. ¶ Est & potionis nomẽ qua se vti ad phthisicos Galenus scribit, cap. 3, lib. 7, Φθοϊκοῖς ποτοῖς: & lib. 4, De locis affectis. Gorr.

Legitur ETIAM Ἀμβρόσια, τὰ, plur. num. quod est nomen festi Dionysii apud Iones. v. l. ex Tzetze.

Βρότειος, ᾱ, ὁ & ἡ, ET Βρότεος, Mortalis, Ad mortalem seu mortales pertinens, Humanus. vt βρότεος χρὼς, Hesiod. in Dieb. Mortale corpus. — μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρώς. Ex Anthol. Epigr. βροτέῳ πυρὶ, Humano igni, id est structo ab homine.

Βροτήσιος, idem. vnde, βροτήσια ἔργα, Hesiod. Humana opera.

AT VERO Βρότος, ᾱ, ὁ, Sanies. Datiuũ autẽ βρότῳ non solùm Sanie sed & Tabo, ex Virg. aliisque poetis vertere possumus. Hom. Od. ω, Οἶκ' ἀποτιλάντες μέλαινα βρότοιο ὀξῶ τελέσαν. (Vbi obserua etiã epithetũ μέλαινα. sicut enim hic legis μέλαινα βρότοιο, sic apud Virg. leges Atro tabo) Apud eũdẽ poetã habem⁹ aliquoties βρότοιο αἱματόεντα. vbi Eust. exp τὸν ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμόν. Nõ dubito tamẽ quin βρότος per se quoq; id significare possit: quod Hesych. exp. τὸ ἐκ τοῦ φόνου λύθρον. Esse autem λύθρον censetur puluerulẽtus sanguis, i. puluere permixtus. Exponitur etiam, Puluis mixtus sanguine & sudore.

HINC Βροτόεις, εσσα, ὁ, Saniosus, Sanie respersus. (At v. l. Cruẽtus. cõfundẽdo βροτόεις cum αἱματόεις: sicut malè ibidẽ βρότος exp. etiã Cruor, confundendo cum αἷμα. Nisi ficubi impropriè ita vsurpentur hæc, & quidẽ latiꝰ extendendo eorũ signif. præsertim quod ad βροτόεις attinet) Hom. Il. ξ, Ὅς τις δὴ τοῦτόν γε βροτόεντ' αἰθράσσοι Ἀχαιῶν Ἕκατ', ἐπεὶ &c. Apud eundẽ passim occurrit εἴαρα βροτόεντα, quod & apud Hesiodũ legitur in Aspide. Sed βροτόεντα Eust. ait posse deduci etiã à βροτός. vt βροτόεντα ἔναρα sint τὰ ἐξ ἀνθρώπων σκῦλα. cui expositioni nequaquã subscripserim. Hesyc. verò βροτόεντα exp. ἡμαγμένα. addens, οἱ δὲ τὰ λαμπρά. Extat & PARTIC. Βεβροτωμένος tanquã à pass. verbo Βροτόομαι. Est autẽ βεβροτωμένος idẽ quod βροτόεις, Saniosus. Sed possumus etiã interpr. Latino itidẽ partic. cum nomine Tabo: videlicet vel Oblitus tabo, vel Infectus tabo aut alio huiusmodi. Hom. Od. λ, Ἄνδρες ἀφνειοί τε, βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντες.

Ῥίζα, ης, ἡ, Radix. Hom. Il. λ, — ἐπὶ δὲ ῥίζαι βάλε πικρὸν χερσὶ δεξιτερῇφι, ὀδυνήφατον. Idem Odyss. κ, Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἶκελον ἄνθος. Scimus autem & in prosa passim occurrere hoc vocabulum, præsertim verò apud eos qui de plantis scripserunt. Sed de hoc admoneo, antequam ad metaphoricũ huius vocis vsum veniam, peculiarẽ interdum esse cuidam radicum generi appellationem. Ῥίζα (inquit Gorr.) commune quidem nomen radicibus omnibus, sic tamen κατ' ἐξοχὴν quædam dictæ sunt, vt γλυκεῖα, ἰδαία, ῥοδία: & apud Hippocratem ὀδυκή: quam Galenus dracunculi radicem esse annotauit. Idem verò ῥίζαν ab Hippocrate vocari scribit genus quoddam sati, sine flore, sine semine, tribus duntaxat foliis, sed proceris & in terra stratis, duorum digitorum magnitudine, similibus anchusæ, radice tenui, leuem purgandi vim habente. Hactenus Gorr. Sciendum est autem quosdam existimasse hanc ῥίζαν esse eandem cum illa quæ ὄνοσμα à Dioscoride vocatur. Sed venio ad metaphoricum vocis huius vsum, quem certè habet itidem Radix apud Latinos. Hesiod. Erg. χαίης τ' ἐν ῥίζῃσι. Plut. De sera numinis vindicta, οὕτως ὁ θεὸς ἐνδόξου καὶ βασιλικοῦ χώρις ῥίζαν πονηρὰν καὶ πρακτικὴν οὐκ αἱρεῖ πρεσβύτερον, ἢ φυῶσαι τὸν πρεσβύτατον καρπὸν ἀπ'

αὐτῆς. Alicubi autem inuenitur copulatum hoc nomen cum ἀρχή. vt apud Athenæum, ἀρχὴ καὶ ῥίζα πάντων ἀγαθοῦ. vt vicissim ῥίζα πάντων τῶν κακῶν legitur apud Paulum apost. vbi fortasse itidem dici possit ἀρχὴ καὶ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν. ¶ Ῥίζα, media pars τοῦ πηδαλίου, id est gubernaculi, quæ & φθείρ, itẽ ὑπόζωμα, inquit Poll.

Ῥίζα (quasi ῥεῖζα fortasse) quidam à ῥέω deduxerunt, alii ex duobus simul deriuatum crediderũt. Dici enim ῥίζα, quia per eam ῥέει τὸ ζῆν. Ego certè non tam quòd deductio hæc fidem apud me impetraret, quàm vt verbo ῥέω hoc quoque deriuatum, de aliorum sententia, tribuerem, hunc ei locum assignaui.

C. Ῥιζοβόλος, ᾱ, ὁ & ἡ, Radices iaciens, Radices agens, Iactis radicibus se propagans. Vnde VERB. Ῥιζοβολέω, ῶ, Radices ago. Epigr. lib. 2, ῥιζοβολεῖ τὰ κατω, imæ partes agunt radices. ITEM Ῥιζολαβέω, ῶ, Radices ago, Bud. Ad verbum Radices seu radicem capio.

C. Ῥιζολόχος, ᾱ, ὁ & ἡ, Radicum collector. Et VERB. Ῥιζολογέω, ῶ, Radices colligo. Item Eradico, Extirpo. Diodorus, καθόλου πάντας τυραννεῖς ῥιζολογήσας, quum omnes tyrannos radicitus extirpasset. v. l.

C. Ῥιζοπόμος, ᾱ, ὁ & ἡ, Radicum excisor, seu sector. de eo qui radices colligit, earum peritiam habens. Bud. certè ῥιζοπμία exp. etiam Herbarum lectio, vt mox docebo. In v. l. ῥιζοτόμος, Herbarius, Medicamentarius. Nicander dixit etiam ῥιζοτόμον ὀρίω tempus secandarũ radicum. Illud autem SVBST. Ῥιζοτομία est itidem radicum sectio, seu excisio, ad verbum Radicidium Gazæ. Sed à Budæo redditur etiam Herbarum lectio, vti dixi: quam (scribit) tractat Theophr. lib. 9 περὶ φυτῶν. (Intellige autem Herbarum lectionem ad medicamenta) Ab eodẽ redditur etiam Ablaqueatio. V. l. Herbaria, ex Plinio. VNDE Ῥιζοτομικός, Pertinens ad radicum excisionẽ, seu herbarum lectionem, aut ablaqueationẽ. Et liber ῥιζοτομικὸς Dioclis, necnon Crateua apud schol. Nicandri. Quinetiam Διονύσιος ἐν τοῖς ῥιζοτομικοῖς, & Μίκτων ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῶν. Quinetiam ῥιζοτομική, sub. τέχνη. vt Ἀνακρέων ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῆς. apud eundẽ. Et VERB. Ῥιζοτομέω, ῶ, Radices excindo, seu seco, Ablaqueo. ῥιζοτομεῖν τὰς βοτάνας, in v. l. ex Hippocrate, Legere herbas ad medicamenta. Bud. exp. etiam Ad medicinam condere. Addens, Et Ablaqueare. id est, γυμνοῦν σκαπάνῃ τὰς ῥίζας. Pro illa autem altera signif. affert ex ipso Hipp. in epist. ad Crateuam, σὺ δ' ἡμῖν πιπραήσκω Κρατεύα μάλιστα τὰς ὀρεινὰς ῥιζοτομεῖ βοτάνας. Et pass. Ῥιζοτομοῦμαι. vnde partic. ῥιζοτμούμενα, vt ῥιζοτμούμενα ὑλήματα apud Theophr. de herbis quarum radices expetuntur, B. ex Gaza. Apud eundem Theophr. De caus. lib. 3, pag. 164, ῥιζοτμεῖται ὑπὸ μετὰ τὴν φυτείαν, vertit Ablaqueatur.

Ῥιζότομος, Alterum iridis genus subrufum. Gorr.

C. Ῥιζοφάγος, ᾱ, ὁ, Radices esitans, Radicibus vescens.

C. Ῥιζόφλοιος, ᾱ, ὁ, Cui cortex radicis speciem gerit. vt vertit Gaza in hoc Theophr. loco, lib. 1, cap. 8. Ἀπηγκεχόκοντα δὲ, παχυφλοιόπεφα. ἐνία δὴ καὶ ῥιζόφλοια, κατὰ τὸν ἄμπελος, Ita enim Gaza, Cortice, quũ senescũt, crassiore scabrioréque. Nõnullis cortex radicis speciem gerit, ceu viti. Sed pro παχυφλοιόπεφα hic reponitur τραχυφλοιόπεφα, & ἰνόφλοια pro ῥιζόφλοια, id est, Corticis nerui, siue fibrati & membranacei. vt Plin. lib. 16, cap. 31, corticem vitis membranaceum esse dixit, quique sponte rumpitur: robori verò scabrum, omnibúsque in senecta rugosiorem. Quinetiam idem libri eiusdem cap. 4, ὁ δὲ τῆς ἀμπέλου φλοιὸς ὀξύρρυδ καὶ ἰνώδης. Item, ἰνώδης φλοιὸς καὶ ἄσαρκος ἀμπέλου.

C. Ῥιζουέω, ῶ, Radicem emitto, seu radices, Radices ago. Quidam interpr. Radicesco, ex Seneca. Theophr. De caus. pl. lib. 1, ἐὰν δὲ ἔνικμος ᾖ χῆ τυγχάνῃ, πανταχόθεν ῥιζουεῖ. Et NOM. Ῥιζουής, ές, ὁ & ἡ, Qui radicem emisit seu radices, Qui radices egit. à quo ῥιζουές, Bud. ex eodem Theophr. In v. l. ῥιζουής, Radice proueniens.

C. Ῥιζόφυλλος, ᾱ, ὁ & ἡ, A radice foliatus.

C. Ῥιζόφυτον, ᾱ, τὸ, Stirps. Bud. ex Gaza. In v. l. est & Ῥιζόφυτος adiectiuè, Radice natus.

In sequentibus autem compos. illud ο non habetur.

C. Ῥιζάχα, ας, ἡ, Instrumentum quo chirurgi spicula extrahunt. B. ex Ægineta.

C. Ῥιζόνυχες, VEL Ῥιζώνυχες, Radices vnguium in digitis. ῥιζόνυχες, Polluci sunt illi quasi margines vnguium, vnde hi procedunt. Cam.

C. Ῥιζώρυχος, ου, ὁ & ἡ, Radicem effodiens. Vel q.d. Radicis effossor. Epigr. lib. 2, Γραμματικῶν αἱρέτερα γῆν ἡ, ῥιζώρυχα μούσης Ἀλωτείης, Natio curiosa grammaticorum, radicem alienæ musæ effodiens. Hinc & VERB. Ῥιζωρυχέω, ῶ, Radicem effodio. quod apud Plut. ἐν τῷ περὶ ἀθυμίας legitur, ὡς γὰρ τῶν θηείων ἑτέρους αἱρῶ ἑτέρων παρεσκεύασε τὴν θορὴν ἔχειν, καὶ οὐ πάντα συρροφαγεῖν ἢ σιτρμολογεῖν ἢ ῥιζωρυχεῖν ἐποίησεν.

Ἄῤῥιζος, ου, ὁ & ἡ, Radice carens. In v.l. exponitur etiam Fundamento carens. At Ἀῤῥίζωτος vide post Ῥιζῶμα.

C. Ἀκρόῤῥιζος, ου, ὁ & ἡ, In summitate vel in superficie radicē habens, Altam & profundam radicem non habens. ἀκρόῤῥιζα δένδρα exponunt, Arbores quæ non agunt radices in profūdum, quasi τὰ κατ' τὸ ἄκρον ῥίζαν vel ῥίζας ἔχοντα. vnde apud Basilium ἀκρόῤῥιζα δένδρα & βαθύῤῥιζα opponuntur. Sic ἀκρόῤῥιζος dicitur ὁ κατὰ τὸ ἄκρον ῥίζαν ἔχων, vel ἡ ἔχουσα.

C. Αὐτόῤῥιζος, ου, ὁ & ἡ, vt αὐτόῤῥιζον ἀπόλλυται pro σὺν αὐτῇ τῇ ῥίζῃ, vnà cum ipsa radice interire, id est Radicitus. Sophocles in Antig. pagina 242, in fine, αὐτόῤῥιζον ἀπόλλυται. vbi schol. exponit αὐτόῤῥιζα. (atque vt hic αὐτόῤῥιζον exponitur αὐτόῤῥιζα, sic apud Aristophanem αὐτόῤῥιζος) Sic certè accipi αὐτὸς per compositionē alias nonnullis nominibus iunctū, videmus. Quo magis miror simul & suspectum habeo quod in v.l. habetur, αὐτόῤῥιζος, Suis radicibus innitens. Et αὐτόῤῥιζον ἑστὰν χθονὸς ex Euripide, Domum seu casam terræ infixas radices habentem. de casa pastorali. Sed locus in quo hæc leguntur, ibi non indicatus est.

C. Βαθύῤῥιζος, ου, ὁ & ἡ, Altas radices habens, seu profundas. Et βαθυῤῥιζότατον, Altissimas radices habens, vt Plinius interpr. apud Theophrastum. HINC Βαθυῤῥιζία, Radicis altitudo, seu profunditas.

C. Βραχυῤῥιζος, Breues habens radices. VNDE Βραχυῤῥιζία, Breuitas radicū. His opposita μακρόῤῥιζος & μακρόῤῥιζα occurrent paulo pòst.

C. Γλυκύῤῥιζα, Dulcis radix. Frutex est ramos spargens bicubitales, foliis lentisci densis, pinguibus, tactúque gūmosis, flore hyacinthi, fructu pilularū, platani magnitudinis, asperiore tantùm, atque rubescentes lenticulæ valuulas referente, radicibus prælongis, buxeo colore, gētianæ modo flauescētibus, sapore dulci, quadātenus subacerbo. Actuario sæpe neutro GEN. Γλυκύῤῥιζον. & Galeno lib. 7 τῇ κατ' πόπις absolutè γλυκεῖα dicitur. Modicè humida est, simúlque natura humana frigidior.

C. Ἐπιῤῥίζιον, ου, τὸ, q.d. Adradicium, pro additamento ad radicem. In v.lex. Radix parua quæ adnascitur, Capillamentum. Bud. autem ὑπῤῥίζια, interpr. Radicamenta apud Dioscor. Item capillamenta radicum.

C. Εὐθύῤῥιζος, Cuius recta est radix, seu Cuius rectæ sunt radices, seu in rectum tendentes. Theophr.

C. Κατάῤῥιζος, Radices terræ infixas habens, vel altè infixas, vt quidam interpr. In v.l. Terra conditus, ex Gaza apud Theophrastū. At καταῤῥιζοῦμαι (de quo infrà) ibidem. Ago radices, & Radicor, ex Plinio.

C. Μακρόῤῥιζος, Longas radices habens. ET Μακροῤῥιζία, Longitudo radicum. Oppositapræcedentibus Βραχύῤῥιζος & Βραχυῤῥιζία.

C. Μονόῤῥιζος, Vnicam radicem habens, vel Simplicem radicem habens. Contr. πολύῤῥιζος paulo pòst.

C. Ὁλόῤῥιζος, vt ὁλόῤῥιζος ἀνασκάπτειν. q.d. σὺν ὅλῃ τῇ ῥίζῃ, cū tota radice. Exponitur & Radicitus. Et metaph. ὁλόῤῥιζοι ἐκ γῆς ὀλεῶνται, ex Prouerb. cap. 15, Radicitus interibunt, vel Omnino eradicabūtur. HINC ADVERB. Ὁλοῤῥιζεὶ, Vnà cum tota radice, item Radicitus.

C. Παχύῤῥιζος, Cui crassa est radix, vel Cui crassæ sunt radices. Theophr.

C. Πολύῤῥιζος, Cui multæ sunt radices. vel Cui multiplex est radix. Sed πολύῤῥιζον dictum fuisse etiam helleborū nigrum à quibusdam, tradit Dioscorides: necnō quartum genus τῆς ἀριστολοχίας, quæ peculiari nomine πισολοχία vocatur. In v.l. annot. ita quosdam vocasse & τὴν πίτε εἶδα, id est filicē. SVBSTANT. Πολυῤῥιζία, Multitudo radicum.

C. Πρόῤῥιζος, vt πεόῤῥιζος ἐκριφθεὶς, Sophocl. Vnà cum ipsa radice, vel Vnà cum ipsis radicibus, Radicitus. Πρόῤῥιζος apud Andocidem, Radicitus & stirpitus euulsus, qui ab Homero πεοθέλυμνος dicitur, inquit Bud. AT ETIAM Πρόῤῥιζον aduerbialiter, Radicitus, Stirpitus. Dicitur ETIAM Πρόῤῥιζα. Sed inuenitur alicubi SCRIPTVM Πρόεριζος. Nam πεόεριζον δένδρον Bud. à Plutarcho appellari tradit arborem cum radicibus euulsam. Addit tamen, Nisi sit mendum, & scribi debeat πεόῤῥιζον. Sed afferuntur ITIDEM Πρόεριζον ET Πρόεριζα, aduerbialiter posita pro πεόῤῥιζον & πεόῤῥιζα. vt πεόεριζον ἐλοῦσα, v. lex. ex Aristot. pro Euellens stirpitus. Et VERB. Προεριζόω, ῶ, Ibidem ex Philone, Actis radicibus affigo. q.d. Adradico. At verò nomen BICOMP. Προεριζόφυλλος, quod sonat Iuxta radicem seu radices folia habens, in isdem redditur A capite foliatus.

C. Πυκνόῤῥιζος, ου, ὁ & ἡ, Densas seu crebras radices habens. Aut, Qui est densa radice.

C. Ταυόῤῥιζος, Radices extendens, seu Radices extensas habens & longè latéq; expāsas. vt ἄγχροι ταυόῤῥιζοι, Hesiod.

C. Ὑπόῤῥιζος, Qui est sub radice. In v.l. Radici subiectus. Item, Aliquid radicis habens.

Ῥιζώδης, εος, ὁ & ἡ, Radicis speciem præ se ferens, Radici similis.

Ῥιζίας, adiectiuè Radicarius, Gazæ. vt ῥιζίας ὀπὸς, qui ex radice exprimitur, apud Theophr. In v.l. Laser verò, id est ὀπὸς Κυρηναϊκὸς, & ὀπὸς, simpliciter per excellentiam, apud Hippocratem. Lacteus eius succus est, liquórque qui ex caule scarificatus effluxit, obíque ῥιζίας vel καυλίας vocatur. Succus (inquit Plinius) duobus modis capiebatur, è radice atque caule: & hæc duo erant nomina, rhisias atque caulias. vilior ille, ac putrescentis radice cortex niger, & ad mercis adulteria.

Ῥιζόθεν, Radicitus, Stirpitus. Herodian. lib. 8, ἀῤῥ πάντα ῥιζόθεν ἐκκόψας ὁ σφαπὸς, quibus radicitus excisis, vt Polit. vertit.

Ῥιζίον, ου, τὸ, Radicula, Parua radix. In v.l. ex Dioscoride, ῥιζία, Paruæ radices, Capillamenta radicum Fibræ. In v.l. ex scholiaste Nicandri est ETIAM Ῥιζῖον cum ει. videlicet ῥιζῖον Κυρηναϊκὸν pro silphio. minus tamen mihi ista scriptura probatur.

Ῥιζόω, ῶ, Radico (à cuius passiuo Radicor est partic. Radicatus) Radicibus firmo seu fulcio, Radices figo, vel Fixis radicibus stabilio. vel, tanquam fixis radicibus stabilio, & facio vt firmum & immobile maneat. Hom. Odyss. ν, de naui, τῆς δὲ ὀχεδὸν ἦλθ' Ἐνοσίχθων, Ὅς μιν λᾶας ἔθηκε, καὶ ἐῤῥίζωσε ἔνερθε, Νείαι καταφαίνων ἐλάσας. vbi autor breuium schol. exp. ἀκίνητον ἐπέπηξεν, id est Immobilem reddidit. Philo de mundo, γῆν μὲν καὶ ὕδωρ ὁ κοσμοπλάστης ὑπὲ τὸ μέσον ἐῤῥίζου. vbi Bud. vertit, Terram & aquam in medio fibris suis constabiliuit. Alicubi reddi potest & simpliciter, Stabilio, Confirmo, Corroboro. vt apud Plut. De educ. pueris, ἀλλ' ὅταν τὴς ῥιζώτη τὴν δύναμιν. Idem Bud. ῥιζόω vertit etiam Innasci facio, sed exemplum non afferens. Passiui Ῥιζόομαι, ῶμαι, præteritū ἐῤῥίζωμαι in frequenti est vsu, & quidem in metaphorica præsertim significatione. Sed de propria dicā prius, in qua Theophrasto Bud. tradit esse idem ἐῤῥιζωμένος cum ὑπόῤῥιζος. Idem ἐῤῥιζωμένος vertit Penitus infixis radicibus nixus, ex Fabio. In v.l. ἐῤῥιζῶσθαι, Radices egisse. Ibidem ῥιζωθῆναι, Fibris subnixum esse, & Radices capere. Et ῥιζωθεὶς, Radices capessens, Radicitus adhærens, Terræ inhærescens. Ibidem metaphoricè ἐῤῥίζωται, Radices egerunt, ex Plat. epist. 7, ἐξ ἁμαρτίας πάντα κακὰ πᾶσιν ἐῤῥίζωται καὶ θλαστάνει, καὶ εἰς ὕστερον ἀπετελεῖ καρπὸν τοῖς γνωσιν πικρότατον. Apud Oppianū ἐῤῥίζωται metaphoricè itidem pro Fixum & firmū est, tāquam actis radicibus: De ven. libr. 3, Σῆμα δ' ἐφημεείοισιν ἀφιφραδὲς ἐῤῥίζωται. q.d. Radicatum est.

Ῥιζόω, neutraliter etiam pro ῥιζοφυῶ, Radices ago. Theophr. lib. 1 De causis. ἐν δὲ τοῖς πεὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις ἐαὶ ὑποκόψας τὴς αὔω, φυτεύσῃ, ῥιζῶσι. alibi autem ῥιζοῦσθαι dicit ferè vbique. B.

Ῥίζωμα, ατος, τὸ, q.d. Radicamentum (vt ῥίζωσις, radicatio) Quod radices egit, vel Quod stabilitum est velut fixis

radicibus. In v.l. ῥίζωμα traditur Gaza vertisse Radicatum, in hoc Theophr. loco, De caus. plant. lib. 3, cap. 4, πλείονος ὁ ὄγκος καὶ ἰσχυροτέρου τὸ ῥιζώματος, πλείων ἡ βλάστησις ἔσται καὶ καλλίων. Ibidem ῥίζωμα exp. etiam Radix. Affertur etiam pro genere siue progenie, ex Æschylo. Item pro ortu siue principio, ex his versibus Pythagoræ, seu Pythagoreorum, Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν, Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν. Alterū VERBALE Ῥίζωσις, q.d. Radicatio. ex Theophrasto lib. 2 De caus. pl. πεολαμβανόντων τοὺς χαμαιῶνας εἰς ῥίζωσιν.

C. Ἀπόῤῥιζόω, ῶ, Idem quod ἐκριζόω, Radicitus euello, extirpo. Sunt qui putarint significare hoc verbū idem quod ῥιζοπμῶ, id est Ablaqueo. quorū opinio in vulg. etiam lexicis reprehenditur. Sed non sine reprehensione interim ibi ponitur ἀποῤῥίζω pro ἀποῤῥιζῶ, sicut dicitur ἐκριζῶ, non ἐκριζόω: contractione videlicet facta ex ἀποῤῥιζόω & ἐκριζόω.

C. Ἐκριζόω, ῶ, Eradico, Radicitus euello, Extirpo. Et Pass. Ἐκριζόομαι, ῶμαι, Eradicor. Vnde VERB. Ἐκρίζωσις, Eradicatio, Extirpatio. ET Ἐκριζωτὴς, ου, ὁ, Eradicator, Extirpator. metaph. ex Iosepho in Macc. οὐ γὰρ ἐκριζωτὴς τῶν παθῶν ὁ λογισμός ἐστιν, ἀλλ' αὐξητικός, non enim perturbationes animi extirpat ratio, sed cum eis colluctatur.

C. Κατάῤῥιζόω, ῶ, idem quod ῥιζόω, nisi quòd præpositio κατὰ vim aliquam significationi addere videri potest. In v.l. Fulcio. Et Pass. ibidem exponitur, Καταῤῥιζῶμαι Figor radicibus, Radicor, item Ago radices. Vide Ῥιζῶμα.

C. ΠΡΟΣεριζόω, vide suprà cum Πρόεριζος.

Ῥ῎ΙΝΗ, ης, ἡ, Lima. Xen. Pæd. 6, p. 96 meæ edit. ἀγαθὸν δὲ καὶ ῥίνιον φέρεται. ὁ γὰρ λόγχιον ἀκονᾶν, ἐκεῖνος κ πλὴν ψυχῶν πεῦθος ἀκοιᾶ. Schol. Aristoph. ait esse ἐργαλεῖον πυκτικὸν, ὡ ῥινοῦσι. In Epigr. esse putatur & ὄργανον χρυσοχόικον.

Ῥίνη, Piscis quidam, dictus Squatina à Gaza apud Aristotelem. Meminerunt eius Ælianus quoque & Athenæus.

Ῥινέω, ῶ, F. ήσω, Limo. A quo est ῥινοῦσι in loco schol. Aristoph. quem modò protuli. Et Pass. partic. ῥινούμενος, vt ῥινούμενος σίδηρος, Ferrum quod limatur. Item VERBALE Ῥίνημα, Quod lima abradit, seu exterit, Quod lima est abrasum, (vulgò Limatura) Ramētum, Scobs. Herod. l. 1, ὡς πεὶ μὴ οἱεῦται ῥίνημα χρυσοῦ πεεὶόντα ὑπὸ πάντοθεν. id est (Polit. interprete) Sic vt euntem quidam scobe aurea putarent conspergi. Est & ῥίνημα collyriū quoddam, de quo dicetur in Ῥίνιον.

Ῥινίζω, idem quod ῥινέω, ῶ, Limo. Exponitur etiam Polio: VNDE Ῥίνισμα idem quod illud ῥίνημα. vt ῥίνισματα χαλκοῦ, scobs. Bud. ex Diosc. COMP. Καταῤῥινίζω itidem pro Limo. A cuius pass. voce Καταῤῥινίζομαι est participium Καταῤῥινισμένος, metaph. vsurpatum ab Aristophane, sicut Latinè Limatus metaphoricum vsum interdum habet: in Ranis, τὴν μὲν ἀστεῖον πλέξειν καὶ καταῤῥινισμένον. vbi tamen scholiastes affert & aliam expositionem: dicens, ἢ ἄπλεξ. ὅτι ἐξελυπελίζομεν τῇ ῥινί. tanquā videlicet deductum sit à nomine ῥίν. Sciendum est porro quædam exempl. in illo Aristoph. loco habere perperam scriptū καπεῤῥινισμένον pro καταῤῥινισμένον, aut certè καπεῤῥινισμένον. In Ald. autem est καπυρινισμένον, alio errati genere.

Ῥινίον, ου, τὸ, diminut. Limula. ITEM Ῥιναῤιον, aliud diminut. q.d. Limulula. Sed ῥινίον apud Gal. lib. 4, τῶν κατ' πόπους, est quoddam collyrium, sic dictum quasi Limula. Habetur & aliud eiusdem nominis apud Celsum, lib. 6, ad xerophthalmiam & oculos scabros. Ῥιναριον quoque est collyrium σμυρνῆνον, cuius meminit Paulus lib. 3, cap. 22, πεὶ οὔλων καὶ λοιπῶν. Compositio autem habetur apud eundem, lib. 7, cap. 16. Hæc Gorr. Idem tradit ῥίνημα etiam dictum esse collyrium quoddam quod habetur lib. 4, τῶν κατ' πόπους, ab exterendis callis & cicatricibus.

Ῥ῎ΙΠΤΩ, F. ψω, Pr. φα, ET Ῥιπέω, ῶ, F. ήσω. Proiicio, Iacio præcipitem, Præcipito. Homer. Il. α, Ἤδη τόρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξήσασα μεμαυῖα Ῥῖψ' ποδὸς ἐκ παγῶν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. Herodot. de Arione loquens, ῥίψαι μιν ἐς πεὶ θάλασσαν ἐωυτόν. pro quibus habet Gellius (si non mentiuntur exempl.) Eiecit sese procul in profundum. Thuc. lib. 2, ἠδίστα τ' αὐτὸς ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. Et cum κατά. Plut. in Am. narr. ῥίπτει ἑαυτὸν κατ' τῆς πετρῶν. Quam constructionem simúlque alteram, habet apud Theognin, simul verò & cum præp. ἐς, vbi canit, de paupertate loquens, Ἢν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. Sed hìc subaudiendum relinqui accus. illum ἑαυτὸν, vix putassem ignorare quenquam (ex eorum quidem certè numero, qui interpretandi munus suscipere audent) nisi in hāc lepidā sanè festiuāmq; interpretationem incidissem, Quam paupertatem in mare & in rupes proiicere debemus. Quum contrà hic sit verborū Theognidis sensus, Ita eniti & cōtendere debet vnusquisque nostrū in paupertate fugiēda, vt potius quàm illa eum assequatur, in mare se præcipitare, aut etiam de celsis rupibus præcipitem dare debeat. (Quo certè alludens Horatius dixit, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Nisi potius ad illum pariter locum & ad hunc allusisse dicamus, Χρὴ γὰρ ὅμως ὅστις γῆν πεὶ ἀμφὶ νᾶα θαλάσσης Δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης) Verùm ne Budæo quidem in mentē venisse videtur hæc ἔλλειψις accusatiui, in isto Xenoph. loco, vbi de ceruis iā fatigatis & ad angustias in venatu redactis, dicit, ῥιπτοῦσι δὲ καὶ εἰς πεὶ θάλασσαν, ἐὰν κατέχωνται, καὶ εἰς τὰ ὕδατα ἀπορούμενα. Neque enim dubito quin maluisset interpretari Proiciunt se in mare, subaudiendo ἑαυτούς: quàm faciendo neutrum ex actiuo, reddere Insiliunt in mare. Addit verò, eundem habere vsum apud eum & compos. Ἐπιῤῥίπτειν: de quo ego contrà idem quod de simplici sentio. Cæterùm vt ad exempla significationis seu significationum verbi huius redeam, sciendum est posse reddi ῥίπτειν seu ῥιπεῖν & verbo Prosternere. vt apud Herodianum ῥίπτειν εἰς γῆν, Prosternere humi. Vbi tamen & verbum Proiicere retinere possumus. Sic apud Lucianum ἐῤῥίφω, aor. 2 pass. vocis Ῥίπτομαι, Prostratus fū, vel Proiectus fum. vnde apud Lucianum ἐῤῥιμμένοι etiam Dificti (potius quàm Proiecti) Participium dicitur. Vbi fortasse liceat quoque interpretari Vagè dificti. vt dicit autor libet. ad Herenn. Res sparsæ & vagè disiectæ. At verò quum hoc PARTICIP. Ἐῤῥιμμένος metaph. ponitur pro iacente & cōtempto, reddendum puto vel Abiectus vel Proiectus, quo lubenter Tacitus hac in signif. vsus est. Sed possunt & alia verbi Iacio composita huius verbi intecpretationi nonnunquam adhiberi. vt apud Xenoph. Pæd. 4, οἱ δ' ἐῤῥίπτουν τὰ ὅπλα ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων, Deiiciebant. Interpretamen Abiiciebant. Apud Plut. autem, (vbi metaph. ponitur) in Themist. ἐῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς ἐλπίδας ἀπόρους, Coniecit se. Quinetiam simplici Iacio redditur alicubi, aut etiā Emitto. vt ῥίπτω βέλη, Plat. De leg. Alicubi Iacto, vt ἀῶ ῥιπτοῦσι καὶ κάτω, Aristot. De mundo, Qui sursum deorsumque iactant. At de ῥίπτειν κίνδυνον dicendum erit in compos. Ἀναῤῥίπτω.

Ῥιφεὶς, έντος, ὁ, Iactus, Proiectus. Alex. Aphrod. ὕδατος ἀθρόως ῥιφέντος.

Ῥίψις, εως, ἡ, Proiectio. Plato De rep. lib. 2, Ἥρας δὲ δεσμοὶ ὑπὸ ὤμοις, καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρὸς, ὑ τῶν δαδεκτίον. ITEM Ἐῤῥιψις apud Hippocr. Prostratio & deiectio corporis. Vide Gorr.

Ῥιφὴ, vide in Ῥιπή. At Χαμαιῤῥιφὴς, post χαμαὶ ponendum erit.

C. Ἀνάῤῥιπτω, siue Ἀναῤῥιπτέω, ῶ, Sursū iacio, siue proiicio, Sursum eiaculor, In sublime iacio. Philo De mundo, κὴν αἰαῤῥίψῃς τὴν γεωδῶν, κάτω φέρεται. Arist. De mundo καὶ ὕδατος ἀναῤῥίπτουσι δεσπότας. Apud Homerum Od. ν, — ἀναῤῥίπτειν ἅλα πηδῷ. siue ἀναῤῥιπτεῖν, Mare remis sursum iacebant, pro Marinam aquā sursum proiicebant, remis impellendo mare. Alibi Homerus dixit ἀναῤῥιπτεῖν, absolutè, Odyss. κ, Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀνέῤῥιπτον, δείσαντες ὄλεθρον.

Ἀναῤῥίπτειν siue Ἀναῤῥιπτεῖν κίνδυνον, Periculum temerariè adire. Thucyd. lib. 4, ποσῦνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. id est, ῥιψοκινδύνως λαμβάνομεν, inquit scholiastes. Sic Herodianus lib. 5, ἑλόμενοι πάντα κίνδυνον ἀναῤῥίπτειν μᾶλλον ἢ ἱδρωτύειν. Apud eundem, ἅπαξ ἀναῤῥιφθεὶς τὸν κινδυνον. In vulg. lex. perperam exponitur simpliciter Periculum

adire: quasi αἰαρρίπτειν non significet aliud quàm αἰαλαμβάνειν aut αἰαδέχεσθαι. Ego verò existimo αἰαρρίπτειν τὸν κίνδυνον esse Subire periculum, velut se præcipitando in ipsum, vel Præcipitem se dare in periculum, & quasi quis diceret Aleam periculi iacere. Dicitur verò & αἰαρρίψαι μάχλω à Plutarcho in Cæsare, in cuius phrasis interpretatione commodius vsurpari possit Aleam iacere. vt sit αἰαρρίψαι μάχλω, Aleam pugnæ iacere, vel de pugna. vel, Aleam pugnæ aut certaminis subire. sed malim Aleam iacere. nam vt de hoc loquendi genere dicam semel quod sentio, puto αἰαρρίπτειν τὸν κίνδυνον vsurpari ad imitationem illius prouerbialis dicti, αἰαρρίπτειν κύβον. vt αἰαρρίπτειν κίνδυνον perinde sit acsi diceretur αἰαρρίπτειν κύβον περὶ τοῦ κινδύνου, & αἰαρρίπτειν μάχλω, sit αἰαρρίπτειν κύβον περὶ τῆς μάχης. (Quod autem de αἰαρρίπτειν τὸν κίνδυνον, idem & de ῥίπτειν τὸν κίνδυνον sentiendum est, quod habetur in v.l. sed absque exemplo) Lucianus, πολεμήσω αἰαρρίψας τὸν κύβον. Dicitur etiam ἀναρρίψας τὸν περὶ τοῦ παντὸς κύβον, & αἰαρρίψας πάντα κύβον, sicut & αἰαρρίψας πάντα κίνδυνον. Prius illud genus loquendi hoc in loco habetur, ὁ δὲ Πύρρος τὸν περὶ τοῦ παντὸς αἰαρρίψας κύβον, τῆς ἕλους ἐσφάλη. Posterius autem apud Plut. in Apophthegmatis. Is enim ibi narrat C. Cæsarem ad Rubiconem, quum paulisper de incœpto suo peragendo hæsitasset, tandem dixisse, πᾶς ἀνέρριπται κύβος. Dicitur etiam αἰαρρίπτειν τὸν κύβον ἐφ' ἑνός, vt apud Lucianũ: & αἰαρρίπτειν ἕνα κύβον, vt in hoc Aristidis loco, qui est in Pericle, καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀνέρριπτο, σωμάτων, χρημάτων, δόξης, ἡγεμονίας. Dicitur & ἔρριπται κύβον αἰαρρίπτειν, siue ἀφιέναι, vt loquitur Plutarchus. ‖ Iam verò & αἰαρρίπτειν absolutè interdum ponitur, neutro accusatiuo adiuncto, videlicet neque κίνδυνον, neque κύβον. Pausanias in Laconicis, παμβύσσεται γὰρ τὴν ἀπόλειαν ἐς τὰ ἰσχία ἡξίου, καὶ μὴ ἀφεδῶς ἐπ' ἀλλοτρίοις αἰαρρίψαι. ‖ At Suidas αἰαρρίπτειν exponit etiam μεταμελεῖσθαι, & μετανοεῖν id est, Pœnitere, & Mutare consilium. nam ita (vt opinor) accipit verbum μετανοεῖν.

Ἀναρρίψις, εως, ἡ, Ipsa actio iaciendi sursum, seu in sublime, Iaculatio in sublime. Plut. De primo frig. αἱ δὲ αἰαρρίψεις καὶ μετωρίσεις.

C. ΑΠΟρρίπτω, VEL Ἀπορρίπτέω, ῶ, Abiicio, Proiicio, cum accusatiuo. Herodian. lib. 3, ἀπορρίψαντα δὲ τὴν χλαμύδα τὴν βασιλικήν. Et lib. 5, ἀπορρίψας τὴν χλαμύδιον. Apud eũdem ἀπερρίπτει, quod est ab ἀπορρίπτέω. Chrysost. πᾶσαν αἰδῶ τῆς ὀφθαλμῶν ἀπορρίπτειν, Omnem oculorum pudorem abiicere. vel (vt alii) ex oculis abiicere. vt sit ὀφθαλμῶν ἀπορρίπτειν tãquam ἀπὸ τῆς ὀφθαλμῶν ἀπορρίπτειν. ‖ Est etiam ἀπορρίπτω, Non admitto, οὐκ ἀποδέχομαι. Reditur & Contemno, Aspernor. Plutarch. De primo frigido, ὡς ἀδόκιμόν τινα παντελῶς τὴν καὶ ἄπτειν ἀπορρίψας λόγον. (Sed ἀπέρριψε cum accus. λόγους, & ῥήματα aliter etiam sumi, videbis apud Suidam) At verò ἀπορρίπτειν κίνδυνον, quod in v.l. affertur ex Thuc. pro Contemnere periculum, mihi suspectum est. Ex eo quidem certè κίνδυνον αἰαρρίπτοῦμεν habuisti suprà. (Ab Ἀπορρίπτέω autem habes ἀπερρίπτει apud Herodianum, vt antea dixi. Sic ἀπορρίπτοῦσα apud Laertium, ἡπάσατό τε αὐτὴν τὸν ὑόν ἀπορρίπτοῦσα) P. Ἀπορρίπτομαι, Abiicior, Proiicior. ἀπερρίφη, ἐξεβλήθη, Suidas. Hinc participium Ἀπερριμμένος Abiectus, Proiectus. vt ἀπερριμμένος ἀπήμων. Aliquando locum obtinet nominis, vt & Abiectus apud Latinos pro vili & contempto. Demosthen. Pro corona, ἢ δ' Ἀείσραπος ὁν Σπιωῦνι καὶ ἢ Πεείλαος ὁν Μεγάροις; οὐκ ἀπερριμμένοι; Apud Alciphrontem Panope ita orditur epistolam ad suum Euthybûlum, ἠράσθη με, ὦ Εὐθύβουλε, οὐκ ἀπερριμμένῳ γυναῖκα, οὐδὲ μίαν τῶν ἀσήμων, ἀλλ' ἐξ ἀγαθοῦ μὲν πατρὸς, ἀγαθῆς δὲ μητρὸς γεγονυῖαν. Plutarchus in Galba, ἀπερριμμένοι καὶ ταπεινὰ φρονοῦντες. Chrysostomus, ἐλθεῖν εἰς ὁμιλίαν τῶν φεσσῶν καὶ ἀπερριμμένων. Nec verò de personis tantùm dicitur hoc participium in hoc sensu, sed & de rebus. vt Herodianus vocat τὰ φαῦλα καὶ ἀπερριμμένα τῶν ἐδεσμάτων, escas viles & abiectas.

Ἀπόρριψις, εως, ἡ, Abiectio, Proiectio.

C. ΔΙΑρρίπτω, VEL Διαρρίπτέω, ῶ, Disiicio, In diuersas partes iacio. Item Iacto. vt apud Aristoph. in Vespis, Ἡ μὴν

γὲ οὐκ ἔτ' οὐδὲ κάρυ ἐκ φορμίδος Δούλω διαρρίπτοιῶτε τῆς ἑωμῆς. Ab illo Διαρρίπτω est VERBALE Διάρριμμα, ατος, τὸ, quod Bud. interpr. Disiectio, Disiectus: afferens ex Xen. vbi loquitur de cane ad cubile leporis acceden

C. te. Vide Ἐπιρρίπτω.

ΕΚείπτω, VEL Ἐκριπτέω, ῶ, Proiicio, Exponitur etiam Decutio. Hinc VERB. Ἔκριψις, Proiectio, Decussio. id est Actio ipsa proiiciendi seu decutiendi. vt ex Theophrast. affertur de silphio, lib. 6 Hist. cap. 3, ὅτι ἀθροῦς φύεται μετὰ τὴν ἔκριψιν. simulatque in solum proiectum & decussum fuerit. Sed non video cur addi necesse sit alte-

C. rum hoc participium.

ΕΠΙρρίπτω, VEL Ἐπιρρίπτέω, ῶ, Superiicio, Iniicio, Coniicio in. v.l. ἐπιρρίψας χίεσα, ex Epigr. Bud. ὀπιρρίπτων pro Insiliens, Assiliens, sicut ὀξιρρίπτων pro Dissiliens à Xenoph. vsurpari tradit, de canibus, Sed fortasse subaudiendus est hic quoque accus. ille de quo suprà verba feci.

C. ΚΑΤΑρρίπτω, VEL Καταρρίπτέω, ῶ, Deiicio, Prosterno. A cuius passiuo Καταρρίπτομαι est partic. præt. καταρρίμμενος, Deiectus, Prostratus.

C. ΜΕΤΑρρίπτω, VEL Μεταρρίπτέω, ῶ, In diuersam partem iacio. vt interpretatur Bud. afferens ex Greg. περὶ φιλοπαιδείας, vbi loquitur de bonis caducis, ὅσα μὴ κρίνοντα καὶ φεύγοντα, καὶ ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφοις, ἄλλοτε εἰς ἄλλους μεταρριπτούμενα καὶ μεταπηδῶντα. Vbi tamen habemus passi. non actiuũ participium. Alibi verò actiuũ affert ex Galeno, μεταρρίπτει ἑαυτὸν ἄλλοτ' εἰς ἄλλο χρῶμα, de febricitante. At in v.l. μεταρρίπτω exponitur Perturbo.

C. ΥΠΟρρίπτω, VEL Ὑπορρίπτέω, ῶ, Iacio subter. Itẽ Subiicio, inquit Budæus, addens ei opponi VERB. Προρρίπτω. & afferens hunc Greg. locum (vbi tamen habẽtur passi. non actiua participia) ἱματίων γραῶς φεόρρίπτουσιν ἢ ὑποῤῥίπτουσιν.

Inuenitur ETIAM Ριπτάζω (factum ex ῥίπτω, vt κύπτω ex κυπτάζω) ET Ῥιπτάσκω. sed ῥιπτάζω est soluta quoque orationis: at ῥιπτάσκω carminibus peculiare esse puto. Quanuis autem videatur sonare potius Iacto quàm Iacio, interdum tamen & pro hoc ponitur, siue Proiicio, aut Præcipitem do. Sed Il. ξ, v. 257, Ῥιπτάζων κῆδεα θυμὸν ἀνῆκε, videtur ῥιπτάζων alio quopiam reddendum esse verbo. Nam Proiiciens, quod habet vltima interpretatio, nullo mihi modo placet. At in ea quæ prima prodit, tribus Latinis verbis vnum hoc Græcũ redditum extat, videlicet, Pulsabat, Prosternebat, Iactabat per domum. At ego, si Latino vnico cõtentos nos esse oporteat, dixerim potius Proturbabat, siue Proturbãs. nullum enim aptius mihi nunc succurrit. Autor breuium schol. exp. ῥίπτων & σπεύδων. Apud eundem poetam est ῥίπτασκον, necnon ῥίπτασκεν. vt Il. ο, Ῥίπτασκον πέζαν ἀπὸ βηλοῦ, (eodem planè modo quo Iliad. α, Ῥίψε πεδὸς πέζαν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο) Et Od. θ, Τῷ ἑπέρως ῥίπτασκε πυκινὰ φρεσὶ σκιδνάμενα, & c. Quum autem & ipse Eustathius constituat (vti dixi) thema Ῥιπτάσκω, non video cur in isto Hesiodi loco, τὸν μὲν ῥίπτασκον ὀπίσω, dicatur ῥίπτασκον esse pro ῥιπτάζεσκον.

Ριπτάζομαι, Iactor. &c. sequendo interpretationes datas voci actiuæ. Ῥιπτάζεσθαι, Conflictari. inquit Bud. ex Celso: addens dici de ægroto qui in lecto conflictatur. & subiungens hunc locum Plutarchi (vbi tamen metaphoricè ponitur) de Cicerone ambigente inter Cæsaris & Pompeii partes, καὶ δῆλός ὅτι τῇ γνώμῃ πολλὰ ῥιπτασθεὶς ἐπ' ἀμφότερα καὶ διεσπασθείς. VNDE Ριπασμός, ῶ, ὁ, Iactatio, item Conflictatio. Plut. in lib. De non irascendo, ἀλλ' ἡσυχάζειν, καὶ μὴ συνεπιτείνειν, ὡς φθόνημα, ῥιπασμὸν καὶ δῃοβοήσας, τὸ πάθος.

Ῥίπη, ῆς, ἡ, Impetus eius quod proiicitur. vt λᾶας ὑπὸ ῥιπῆς, Hom. Od. θ. vbi Eustathius exponit ὑπὸ λίθου ὁρμῆς, sed putat posse esse non solùm φορὰ τὸ ῥίπτω, sed etiã φορὰ πὰ ῥῖπα, quæ sunt ὀλύγισι. Budæus pro impetu accipi tradens, affert hunc Basilii locum in Hexaëm. καὶ τί δεῖ τοὺς ἄλλους ἀπαριθμεῖσθαι ποταμοὺς, ὧν αἱ ῥιπαὶ φθνάσαι τὰ ὑπὸ τῆς Σκυθίας ὄρη; In vulg. l. exponitur Ictus seu iactus teli missi, velut fulminis, Vis flatuum. Item Incitamentum, Impetus. Et affertur ex Hom. Il. θ, ἄλωτος

αὐδρὸς ἐνὸς ῥιπῇ. Dicitur verò & ῥιπὴ πυρὸς ab Apollonio. Itidémque ῥιπαὶ ἄστρων παμφεγγεῖς à Sophocle, vbi exponitur σπινθῆρες. At pro πνοὴ, non infrequens est. quæ etiam expositio Eustathii est alibi. necnon schol. Apollonii in hoc loco Arg. lib. 1, — οὐ μὲν ἰούσης Νυκτὸς ἐπ' ῥιπὴ μάλ' ἔμπεδον. Sic autem & apud Plutarchum in lib. De defect. or. ex quopiam poeta, ὠκείας τε αὐέμων ῥιπαί.

(ETIAM Ριφὴ dicitur, si Seruio credimus: quum in hunc versum Virgilii, Georg. 3: Gens effrena virũm Rhiphæo tunditur Euro, annotat, Rhiphæo vento, Scythico Euro. Rhiphæi autem montes Scythiæ, vt diximus, à perpetuo ventorum flatu nominati. Nam ῥιφὴ Græcè impetus & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν. Sed hæc controuersa esse possint, quum Græci ῥιπαῖα ὄρη potius dicant. Dionys. De situ orbis, pag. 51 editionis patris mei, Κεῖται καὶ Ἀλδήσκοιο καὶ ὕδατα Παιπκάπαιο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσι δεξόν καὶ ἀλδήσκοιο καὶ ὕδατα Παιπκάπαιο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσι δεξόν δίχα μερμήρισι. Itidem apud historicos.)

Ῥιπίζω, Ventilo. Plut. παῖδές τε τῶν γραφικῶν ἔρωσιν εἰκαστοῦσι, ἑκατέρωθεν ἑστῶτες ἐρρίπιζον. id est, Flabello ventulum factitabant, vt vertit Budæus. Affert verò & hæc Galeni, μόνα σήπεται τῶν σωμάτων ὅσα φύσιν ἔχοντα θερμὴν καὶ ὑγρὰν, καὶ εἰδεμπνεῦντα καὶ αἰαρρίπτα μόνον ἐν θερμῷ καὶ ὑγρῷ χωρεῖν· εἰ δ' ἐν κινήσει τε εἴη καὶ ῥιπίζοιτο, δύναιτ' ἂν ἄσηπτα φυλάττεσθαι. id est, Si ventilarentur vt corpus per respirationem, & vento refrigerarentur. vt idem vertit. (Subiungit & hunc Gregorii locũ, vbi metaphoricè vsurpatur hoc verbũ, τῷ καιροῦ ῥιπιζέντος ἤδη τὰς αὔραις τῶν πονηρῶν) Idem apud Philonem, εἰ μὴ πρὸς ἀνέμου ῥιπίζοιτο τὸ ὕδωρ, vertit, Flatu diuentiletur. Apud Iacobum autem cap. 1, copulantur αὐεμιζομένῳ & ῥιπιζομένῳ. vbi quidam interpr. ῥιπιζομένῳ, Qui impetu rapitur. Dicitur autem ῥιπίζεσθαι etiam πῦρ, id est ignis. In v.l. ῥιπίζω, Excito ignem sufflando, Follibus accendo. HINC Ῥιπισμὸς, ῶ, ὁ, ET Ῥίπισις, εως, ἡ, Ventilatio. Item Refrigeratio (propriè qualis fit ventilando) ex Alex. Aphrod. μεγάλη δὲ γίνεται ἀνάπαυσις τὸν ῥιπισμὸν τῆς καρδίας. ITEM Ῥιπιστὸς, Qui ventilari potest, aut Qui ventilatur, aut refrigeratur vẽtilatione. Redditur etiam Perflatilis, & Ventis expositus. Inuenitur & BIS COMP. Ἀναῤῥίπιστος, Qui ventilari non potest, seu ventilatione refrigerari, vel Qui non ventilatur, Qui vẽtilatione non refrigeratur. αἰαῤῥίπιστον σῶμα καὶ ἀδιάπνοον, quod non refrigeratur exhalatione pororum. Bud. ex Gal. cuius locum habes paulo ante. Quinetiam NOMEN Ῥιπὶς pro flabro quoque seu flabello, id est ventilationis instrumento, ponitur, Muscarium etiam interpr. Budæus ex Poll. 388. In v.l. pro Flabello quo excitantur carbones, ex Aristoph. in Acharn. πλὴν ἐφάραν μοι δεῦρο καὶ πλὴν ῥιπίδα. Ex eodem, οὐείᾳ ῥιπίδι, pro τῇ τῶν αὐέμων φορᾷ: vide schol. (Est alioqui ῥιπὶς, etiam vas ex vimine contextum, in v.l. Vbi tamẽ falsò affertur ex Homero, ῥιπὶσι δεξαμενὰς οἰσυΐνοισι, quũ ibi legatur ῥίπεσι δεξαμενὰς οἰσυΐνοισι.) Sed & DIMIN. Ῥιπίδιον pro flabello affertur ex schol. Aristoph. Quod tamen, si ad formam diminutiuã respiciatur, sonat potius Flabellulum.

Primum autem est verborum COMP. Ἀναῤῥιπίζω, quod propriè de igne dicitur, quum eum languescentẽ & propè extinctum redardescere facimus, & flatu exuscitamus, ac reaccẽdimus. vnde pro Accẽdo siue Suscito aut Exuscito generaliter dicitur per metaphoram. Ioseph. Iudaic. lib. 2, πόλεμος καθ' ἡμέραν ἀνεῤῥιπίζετο, Bellũ magis ac magis in dies exuscitabatur, siue accẽdebatur. Lucianus, πλὴν ψυχλὼ μοιστικῇ τὸ πρόσωπον καὶ ἀριθμητικῇ αἰαῤῥιπίζοιμι, Id est (vt opinor) excitamus, vt ignis sopitus flabello excitatur. Bud. αἰαῤῥιπίζω ex Plut. & Suida affert pro Excito, Concito, Cieo, Sollicito. item Irrito. Et Pass. Ἀναῤῥιπίζομαι, Suscitor, Exuscitor. AT Laert. de Empedocle loquẽs, ὕστερον γὰρ γνωσθῆναι, αἰαῤῥιπισθείσης αὐτοῦ μιᾶς τῶν κρηπίδων. id est, inquit Budæus, Ab igne sursum euẽtilata, vel Ab igne eiecta & eructata. Apud Luc. metaphoricè αἰαῤῥιπιζομένη ἡ ἰσχὺς πλείων γίνεται. Vnde αἰαῤῥιπισμὸς, Suscitatio, Exuscitatio.

Secundum COMP. ΑΠΟῤῥιπίζω, Flatu discutio. Ἀπορρίπίζειν, Bud. vertit Abigere, Discutere, Dispellere, ex Areopag. Sed videndum est ne legendum sit potius ἀπορραπίζειν. quam fuisse & eius coniecturam, ostendit

litera α ipsi ι superposita. Quinetiam ex eodem affert illud VERB. Ἀπορραπίζειν pro Depello, item pro Refuto, Reprehendo.

Tertium COMP. Διαῤῥιπίζω, Diuentilo Difflo. Exponitur etiam Ventilando seu flando dispergo, aut disiicio. Sic autem & verbum Difflo apud Plautum pro Flatu disiicio, seu diffipo.

Quartum COMP. Ἐκριπίζω, Flando excito seu suscito. vt dicimur suscitare ignem. Exponitur etiam Follibus accendo. A Budæo simpliciter Accẽdo, ἐκπυρόω, in hoc Aristotelis loco, Meteorol. lib. 1, ὅλον γὰρ, εἴπερ ἡ ἑνὸς ἄκρου κίνησις αἰάπτει, καὶ πλὴν τῶν πλείστων ποιεῖν πυροῦσθαι, καὶ ἐκπιπίζειν. Affertur & pro Immitto flãdo, seu impello, ex Plut. in Othone, πνεῦμα φεσσπνὸν ἄφνω πλὴν παρεσκευασμένῳ ὕλῃ ὅλῃ πυὶ πολεμίοις ἐξεῤῥίπτοι. Vt autem apud Latinos Accendo & Excito, seu Suscito, metaphoricẽ quoque vsurpantur, ita & hoc ἐκπιπίζω. Plut. καὶ τὸ τοῦ Μετέλλου θαρσαλέον καὶ μάχιμον, ἤδη σβεννύμενον ὑπὸ γήρους, αὖθις ἐξεῤῥίπιζε καὶ συνεξεέρμαινε, Excitabat, vel Suscitabat, tãquam sopitum ignem, vel languentem. vt legimus apud Virg. Æneid. l. 5. & 8, — sopitos suscitat ignes. In Moreto autem, (cuius poematii non parua est apud me autoritas) Excitat & crebris languentem flatibus ignem.

ῬΟΔΟΝ, ου, τὸ, Rosa. (ab Æolibus DICTA Βρόδον, præfigentibus β, vt aliis quibusdã vocibus: quum videlicet SCRIBVNT Βράκος pro ῥάκος, ET Βεῖζα pro ῥίζα, ET Βρυτὴρ pro ῥυτὴρ) quod ἄκανθον ῥόδον aliquibi vocauit Nicander, propter ἀκάνθας, quarum meminit & Anacreon in ode illa (si bene memini) quæ rosæ habet encomium. De his & Luc. in opusculo De hist. scrib. τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκανθας δὲ ἀυτὰ τὰ ῥόδα πὶν ῥίζαι ἀκριβῶς δοκιμάζειν. (Apud eundem legimus etiam πνοὴ ῥόδων, sicut & ἴων, in Nigr. τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρειν. Sic interdum à Latinis rosæ & violæ præ cæteris floribus commemorantur) Et Philostr. in Epist. καὶ τὰς ἀκανθας τῶν ῥόδων χαίρομεν. Sic spina & rosa apud Latinos: vt in hoc Ouidiano versu, Et riget amissa spina relicta rosa. Metaphoricè autem vsa est ῥόδων appellatione Sappho, quũ obiecit cuidam ἀμούσῳ & ἀμαθεῖ mulieri, eam οὐ μετέχειν ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίης.

Ῥόδον quasi ὄδον, pro ὄζον, ab ὄζω, vt vult Etymolog. sed addens, per antiphrasin, quasi μὴ ὄζον, ἀλλ' εὔοσμον ὄν. Qua in re illi nequaquam assentior: quum ὄζω de suaui etiam odore dici constet. Plutarch. autem Sympos. lib. 3, in fine cap. 1, vult ῥόδον esse appellatum quia ῥῶμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι. Ita enim scribendum est ibi, non ἐδωδῆς, vt habet Aldina editio.

C. Ῥοδοδάκτυλος, ου, ὁ & ἡ, Roseos digitos habens, Roseis digitis micans, seu fulgens. Auroræ epithetum passim apud Homerum. vt Il. α, Ἠμος δ' ἠριγένεια φανη ῥοδοδάκτυλος ἠώς. vbi autor breuiũ schol. exp. ῥοδόχρους, & διαυγής. addẽs, πυῤῥοειδὴς γὰρ ὁ ἀὴρ ὄρθρου γίνεται ὑπὸ τῆς ἀνατολῆς. Quibus subiungit, appellatione τῶν τῆς χειρὸς δακτύλων, id est digitorum manus, figuram radiorum nobis ante oculos ponere. Sed mihi non placet illud πυῤῥοειδὴς de rosæ colore dictum. atque adeo an, vt πυῤῥὸς sic & πυῤῥοειδὴς dicatur, non immeritò fortasse dubitet quispiam. Vnde etiam suspecta esse possit hæc lectio: sic tamen vt nec πυῤῥοειδὴς reponendum videatur. Nec enim dubito quin roseus rubor ab Homero auroræ tribuatur, vbi eam hoc epitheto ornat. Roseum autem ruborẽ puellæ tribuit Naso. Idem verò variis in locis variè ad hoc epithetum ῥοδοδάκτυλος alludens, alicubi ipsam Auroram vocauit roseam deam, alicubi lampada roseam ei dedit. Quinetiam quemadmodum rosæ purpureæ dicuntur, sic & Auroram purpuream dixit. Pulcherrimè verò Metamorph. 2, epithetum illud hac descriptione expressit, Naso, - ecce vigil nitido patefecit ab ortu Purpureas aurora fores & plena rosarũ Atria. (Idem poeta ad alterum epithetum Auroræ, videlicet κροκόπεπλος respiciens, eam nobis descripsit ac velut depinxit croceis inuectam rotis: alibi eius capillos croceos esse testatus est) Maronem autem (vt cæteros poetas taceam) bigas & quadrigas roseas Auroræ tribuisse, satis notum

est. Quibus hoc addo, Lucretium soli quoque hunc colorem dedisse: quum cecinit illum face rosea inferre lumina cælo. Sed hanc locorum vtriusque linguæ poetarum collationem cuidam non minus vtili quàm iucundo futuro operi reseruo. Aristot. Rhet. 3, διαφέρει δ' εἰπεῖν οἷον ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, μᾶλλον ἢ φοινικοδάκτυλος, ἢ ἕπ. φαυλότερον, ἐρυθροδάκτυλος.

C. Ῥοδοδάφνη, frutex idem cum eo qui Neriũ appellatur, vt docet Dioscor. Impositum autem fuisse hoc nomen cuidam homini in Syria, testatur Luc. in Pseudol. cuius appellationis causam afferre eum pudet, vt quidem ipse addit.

C. Ῥοδόδενδρον, idem ille frutex qui etiã ῥοδοδάφνη, de quo dictum fuit modó.

C. Ῥοδοειδὴς, έος, ὁ & ἡ, Rosarum speciem præ se ferens, Rosarum colorem referens. Qua signif. dicitur magis ad verbum ῥοδόχροις.

C. Ῥοδόμελι, Mel rosaceum. Sic paratum fuit à veteribus, quemadmodum ex Philagrii libello de suauibus potionibus Oribasius atque Aetius referunt: Tribus partibus succi rosarum exunguium excolati pars vna mellis adiicitur. Coquitur ad solem calidum diebus pluribus, eodem modo quo ὀμφακόμελι, & postea asseruatur. Quòd si turbulentus aut frigidior aër fuerit quãdo mel rosaceum paras, admisto optimo melle ad rosarum succum, & per rarum pãniculum vel linteum excolato, simúlque ad lentũ ignem coquito, donec quarta aut tertia succi pars consumpta sit: atque sic exceptum medicamentum asseruato: quúmque calidiorem videris aërem, velut ὀμφακόμελι insolato. Adstringit leniter, proindéque refrigerare potest. Habet & vim extersoriam ex melle. Habet & subamarum quiddam, & leniter acre. vnde ori commodum est inflammato propter calidi humoris influxum, & quibus acres atque biliosæ fluxiones in ventrem fiunt, præsertim post vomitum. Exhibetur etiam aqua dilutum iis quibus ventER exæstuat, citra humorem, item febricitantibus, vigore iam totius morbi instante & particularis accessionis. Sæpe etiam per febres largius semel epotum conueniẽti tempore, morbum soluit, sudoribus obortis, aut aluo subducta. Tale quidem fuit ῥοδόμελι simplex, à quo aliud habetur purgatorium apud Aëtium lib. 3, cap. 74. Gorr.

C. Ῥοδόμηλον, ου, τὸ, Confectio ex rosis & malis cotoneis, parata hunc in modum: Succi malorum cotoneorũ sextarius vnus, rosarũ libræ tres, mellis sextarii tres, aquæ sextarii quinque simul miscentur & coquũtur. Verùm quoniam rosæ non eodem tempore quo mala cotonea reperiuntur, conuenit eas cum melle suo tempore cõponere, ac, vbi mala prouenerint, totam compositionẽ moliri.

C. Ῥοδόπηχυς, ὁ & ἡ, Roseos habens lacertos, id est Roseo rubore suffusos. Ad verbum, Roseos habens cubitos. Hesiodus, Ἵππονόη ῥοδόπηχυς.

C. Ῥοδόπνοος, ου, ὁ & ἡ, Rosarum odorẽ habens. Vtitur quidam apud Athenæum.

C. Ῥοδόσαγμα, ατος, τὸ, Rosarum liquor. Bud. ex Hippiatria. Quod autem DICITVR Ῥοδόσακον, sic parari Paulus docet lib. 7, cap. 15. Rosarum, quibus vngues sint exempti, succi sextariis duobus mellis sextarius vnus adiicitur. Incoquuntur assiduè despumãdo, donec quarta pars fuerit absumpta. Non est aliud quàm ῥοδόμελι. Gorr.

C. Ῥοδοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Rosifer, Rosas ferens. vt ἔαρ ῥοδοφόρον, quod & generali epitheto αὐτοφόρον.

C. Ῥοδόχροος, ου, ὁ & ἡ, ET Ῥοδόχροις per crasin, Rosarum colorem habens, Roseus. πυῤῥὸν καὶ ῥοδόχροον, Dioscor.

C. Ῥοδωπὸς, ὸν, ὁ & ἡ, Qui est roseo aspectu, In v.l. ex Diosc. ῥοδωπὸν τὴν χρόαν, quod roseo est colore. Et FOEM. Ῥοδῶπις, ιδος, ἡ, Quæ roseo est aspectu, Quæ roseis est oculis. Fuit autem & meretricis cuiusdam nomen.

C. Ἀγειῤῥόδον, ου, τὸ, Saliunca. v.l.

C. Διαῤῥόδος, ου, ὁ & ἡ, vnde Διαῤῥόδα κολούεια, certæ collyriorum species ex rosis compositæ. Eorum multæ etiam differentiæ sunt. διαῤῥόδον Nili, omnium celeberrimum: διαῤῥόδον τὸ διὰ τῆς ὀξυβάφου, quod alio nomine χλωρὸν appellatur: διαῤῥόδον λευκὸν, ἀνελπίδιον, κρόκινον, ὠραῖον, quorum compositiones habentur apud Gal. Aetiũ, & Paulum Ægineta-

C. Πολύῤῥοδος, ου, ὁ & ἡ, Multas rosas habens, Rosis abundans. vt πολύῤῥοδος λειμὼν ex Aristoph. ITEM Πολύῤῥοδης, εος, ὁ & ἡ, Abundans rosis, seu Cõspersus rosis. v.l.

Ῥοδόεις, εντος, ὁ, Rosaceus. Item Roseus: vt ῥοδόεντα αἴθεα, Rosei flores, i. rosæ, ex Eurip. Et metaph. ῥοδόεντα χείλεα, rosea labella. Hesych. ῥοδόεντα exp. πυῤῥά. Homero autẽ ῥοδέων ἔλαιον esse putatur quod postea dictum fuit ῥόδινον.

Ῥόδεος, ου, ὁ, Roseus. In Epigr. ῥοδέη κάλυκι, rosæ calyculo. Apud Athen. ῥόδεα αἴθη vocat quidam periphrasticè τὰ ῥόδα, sicut Eurip. ῥοδόεντα αἴθεα vocasse illa traditur. Ex Nic. λίπεῖ ῥοδέῳ pro ῥοδίνῳ ἐλαίῳ, in Alexipharm. Ὀρχάζων λίπεῖ ῥοδέῳ. Ῥόδεος interdum Roseus, id est Qui est rosei coloris, Purpureus. aut etiam Pulcher aspectu, Formosus. vnde ῥοδέη Παφίη in Epigr. Accipitur & pro odorato. Nam Hesych. ῥόδεα exp. ἐρυθρά. idem ῥόδεον exponit θύχεσιν, & ἡδύδες, necnon ἀνειδής. Legitur ETIAM Ῥόδεος apud Suidam, cum substantiuo στέφανος, vt habes infrà ῥόδινος στέφανος. In v.l. habetur ET Ῥοδεία, quod exp. Sertum è rosis. Apud Var. legitur, ῥοδεία, παγκία, ὁ ἐκ ῥόδων στέφανος. Sed fortassis apud eum ex quo hæc descripsit, non ponitur interpũctio inter ῥοδεία & παγκία.

Ῥόδινος, ου, ὁ, Rosaceus. vt ῥόδινον ἔλαιον, passim apud medicos, Rosaceũ oleum. quod & Rosaceum sine adiectione appellatur interdum. quinetiam Rosam ipsum vocasse existimatur Celsus. Legimus verò & ῥόδινον μύρον, cum apud alios, tum apud Athenæum. Apud eundem & ῥόδινος στέφανος, corona è rosis facta. (Sed v.l. SCRIB. Ῥόδινον cum subst. μύρον ex Aristot. pro rosaceo vnguento) Suid. quoque habet, ῥόδια, μύρα: item ῥόδινον, φυτὸν. Gorr. autem ῥόδινον esse ait nomen medicamenti aridi acris & erodentis, quod refertur ad Heram. Diuersis id modis describitur à Paulo lib. 7, cap. 13, & ab Aëtio. l. 14, cap. 36. Eo Paulus vtitur lib. 4. c. 43, ad vlcera in quibus caro supercrescit, eóque similiter crustas inducit, sanguinémque quauis ex parte profluentem probè sistit, lib. 4, cap. 53. SED ET Ῥοδία ῥίζα in v.l. ex Dioscoride, Rhodia radix: herba quædam in Macedonia nascens, sic dicta quòd rosarum odorem referat, si interatur. Hesychio autem Ῥοδία est calceamenti genus: itẽ Vitis genus. Vbi non immeritò fortasse quispiam suspicetur esse eam quæ ῥοδωνιὰ vocatur apud Suidam, id est, quam illo teste, quidam ita vocant, tanquam à colore roseo ita dictam. atque adeo perperam irrepsisse ῥοδωνιὰ illud pro ῥοδία. Fit certè & à Marone mentio Rhodiæ vuæ, Georg. lib. 2, sed quidam hanc à Rhodo insula nomen accepisse tradunt. AT VERO Ὀξυῤῥόδινον VEL Ὀξυῤῥόδινον, sine adiectione substantiui ἔλαιον, Oleum rosaceum aceto temperatum. Sed quum varius esse possit vtriusque modus, qui temperatissimus est, recipit olei rosacei partes quatuor, aceti vnã, vt scribit Gal. initio libri περὶ ἀντιδότων.

Ῥοδίτης οἶνος, Vinum rosatum, siue Conditum rosaceum. Est vinum è rosis factitium, quod Palladius ætate sua fieri solitum hoc modo, docet his verbis: Quinque libras rosæ pridie purgatæ in vini veteris viginti sextarios merges, & post triginta dies despumati mellis libras decem adiicies, & vteris. Plinius verò vinum rosaceum sic condiri tradit: Ex rosæ foliis tusis in linteolóque in mustũ collatis cum pondusculo vt sidat, quadraginta põdere denariorum in sextarios vicenos musti: nec ante tres dies vase aperto. Cui condituræ non multùm absimilis est quam Dioscorides docet hũc in modum, Siccas tusásque rosas libræ pondo in linteolo colligatas in musti sextarios octo demittito, & post tertium mẽsem per colum traiectum diffundito & reponito vinum. Alia ab iis habetur cõpositio apud Apicium, itémque alia apud Constantinum Cæsarem, lib. 8, cap. 2. Gorr.

Ῥοδωνιὰ λοπὰς, Olla odoratissima quæ in mensam ferebatur, Bud. ex Athenæo. In v.l. esse dicitur Odorati edulii genus & scitamenti in quo intritæ rosæ: quod in olla ferebatur ad mensam. Apud eundem Athen. LEGITVR Ῥοδωνία de eadem.

Ῥόδη, VEL Ῥοδὴ, Frutex rosas producens. Apud Hesych. ῥόδη, apud Ammonium ῥοδὴ. Itidem verò NOM. Ῥοδωνιὰ, pro fruticе rosarum ex Theophrasto affertur in vulg. lex. sed malè scriptum habent ῥοδονιὰ, cum ο, in secunda etiam syllaba. Possit verò suspecta esse & hæc interpretatio, quum ῥοδωνιὰ illi ipsi Ammonio, vbi de ῥοδὴ agit, itidémque Suidæ & Hesychio, sit locus, vbi vi delicet rosæ nascuntur, qui Latinis Rosarium, vel Rosetum: SICVT Ἰωνιὰ est Violarium. Addit verò Hesychius ET Κεινωνιὰ, ἔνθα τὰ κρίνα, sub. φύεται. (In vulg. lexicis affertur ex Theophrasto pro toto cespite & planta rosæ, De hist. pl. lib. 2. cap. 2) Suidas exponit ἡ τῆς ῥόδων φυτεία. item ὁ τῆς ῥόδων λειμών. addens, rhododaphnen quoque ita vocari, secũdum quosdam: quinetiam existimari à nonnullis esse & nomen vitis ferentis vuam rosei coloris. (de qua significatione dixi paulo antè, in Ῥοδία) Hesychio autem ῥοδωνιὰ præter illam primã significationem, est duntaxat τὸ αἰδοῖον αἰδοῖον, id est pudendum virile. Dicitur porro ETIAM Ῥοδῶν, ῶνος, ὁ, pro rosario.

Ῥοδὶς, ίδος, ἡ, Pastillus ex rosis confectus. Plur. ῥοδίδες, Pastilli ex rosis confecti, Dioscor.

Ῥοδίζω, Rosæ similis sum, Rosam refero, colore videlicet, vel odore. Sed Dioscorid. addit datiuum ὀσμῇ, dicẽs ῥοδίζει τῇ ὀσμῇ pro Odore refert rosam, seu imitatur, vel Odorem rosæ repræsentat.

Ῥοδίζω, Roseo colore tingo, vel purpureo, vt vertit Bud. in hoc Alex. Aphr. loco, τῶν δὲ ἰῶ αἷμα τὸ ῥοδίζον τὸ δέρμα καὶ ἐρυθραῖνον.

Ῥόδαξ diminutiuum, vt λίθαξ. ῥόδαξ, ὑποκοριστικὸν ὡς λίθαξ, Budæus ex Demetrio. Sed vt λίθαξ vocatur Lapillus, sic etiam ῥόδαξ an dici possit parua rosa, (q. d. Rosula) dubitet forsan quispiam: donec aliquo testimonio vsus diminutiui huius confirmatus fuerit.

Ῥοῖζος, ου, ὁ, Stridor. vt οἰστῶν ῥοῖζον vocat Homerus Sagittarum stridorem, Iliad. π, Σκέπετ' οἰστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων. Sic Philo, καὶ τὸ πόῤῥωθεν μετὰ ῥοίζου, καθάπερ βέλος, εἰσακοντίζεται. Plutarchus dixit etiam πνευμάτων ῥοῖζον in libro De audiend. poem ὥσπερ τὸ ὑδὼρ βολὴ, καὶ ψόφον ἔχουσίας, καὶ πνευμάτων ῥοῖζον, καὶ θαλάττης κτύπον ἀκούοντες, ἐνεχλούμεθα καὶ διεταραττόμεθα. vt videlicet ventorum stridorem legimus apud Latinos poetas, & ventos stridentes. Fœminino genere ex Ioniсæ dialecti consuetudine, apud eundem poetam Odyss. ι, v. 315. Πολλῇ δὲ ῥοίζῳ πρὸς ὄρος τρέπε πίονα μῆλα Κύκλωψ· vbi exponitur συριγμῷ. at autor breuium scholiorum exp. ἀσήμῳ φωνῇ, item συριγμῷ. Eustath. quoq; συριγμὸν Cyclopis ita vocari ab Homero ait, volente συριγμὸν illum ἀγριαίνειν. Cyclopis certè συριγμὸν memini & ab Ouidio ita describi, Metamorph. lib. 13, Senserunt toti pastoria sibila montes, Senserunt vndæ. Dixerat autẽ paulo antè, Huc ferus ascendit Cyclops, mediúsque resedit. Lanigeræ pecudes nullo ducente sequutæ. Non libenter tamen hîc ῥοίζῳ ad Cyclopem refero, sed ad ipsas oues referre malo: id est ad strepitum quem edunt multæ simul gradientes. Nam ῥοῖζος ab Hesychio exponitur etiam ψόφος, item ἦχος. addente significare & ῥῦμα σφοδρόν. Fortasse verò & impetum interpretari possimus (si tamen impetus ouibus tribui queat) vt Bud. ῥοῖζον à Plutarcho vsurpari ait de impetu procurrentiũ militum in pugnæ initio. In vulgatis lexicis exponitur Impetus cum stridore, item Impetus simpliciter: ex Iosepho, ῥοίζῳ καὶ βίᾳ, Impetu atque violentia.

Ῥοῖζος factum est per onomatopœiam, ad imitationem soni literæ ρ, vt σίζειν ex sono literæ σ, & ζέειν ex sono τῦ ζ, & βόμβος ex sono τῦ β. Vide Eustath.

C. Πολυῤῥοιζος, ου, ὁ & ἡ, Multum stridorem edens, vel strepitum, Multistrepus. Pro πολύφλοισβος ex Nicandro affertur.

Ῥοιζώδης, εος, ὁ & ἡ, Stridorem edens, vel magnum stridorem, aut Strepitum edens, Streperus. Ex Galeno, ἐκφύσησις, ἡ ἐκπνοὴ ῥοιζώδης, cum strepitu emissus spiritus. vulg. l.

Ῥοιζέω, ῶ, Strido, Stridorem edo. Plinius ῥοιζεῖν interpretatur Stridere, quum pro his Aristotelis, οἱ κτένες ὅταν φαίνωνται ἀπρειδόμενοι τῇ ὀχεᾳ, ὁ καλοῦσι πέπλους, ῥοιζεῖσθαι, dicit, Creditur item aquatilium pectines stridere, quum volant. Exponitur ῥοιζέω & Sibilo cum stridore, item simpliciter Sibilo. Eustathius dicit pastorem dici ῥοιζεῖν id est συρίττειν, ex Homero (intellige autem ex illo Hom. loco in quo ῥοῖζον Cyclopi tribuere existimatur, vt antea docui) At in hoc versu Homeri Iliad. κ, Ῥοίζησεν δ' ἄρα, πιφαύσκων Διομήδεϊ δίῳ, redditur ῥοίζησεν, Sibilo innuit. Et PASS. Ῥοιζέομαι, ούμαι, Cum stridore voluor, seu volutor, aut circumagor. Pro cuius significationis exemplo affertur hic Gregorii locus ex oratione in Iul. οὐδὲ ῥοιζουμένῳ τροχῷ συγκυκλούμενος, οὐδὲ ὄρνιθι τὸ ὑπαρ κειρόμενος. Ex epigramm. autem ῥοιζεῖσθαι δι' αἰθέρος, pro Ferri celeriter per aerem cum stridore, sagittæ more. HINC Ῥοίζημα, ατος, τὸ, Stridor, aut Impetus qualis est sagittæ volantis cum stridore. Sic certè de volatu vsus est Lucianus, scribens, καὶ μεταπτέσθαι ἀπ' Ἀρμενίας μὲν εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δὲ, ῥοιζήματι ἑνὶ, εἰς Γέμελαν, εἶτα εἰς Ἰταλίαν. Et COMPOS. Εὐροίζητος. vt Ἀροίζητος ἰὸς, in Epigr. Bene stridens sagitta, id est Celeriter volans cum stridore. sicut ῥοῖζον οἰστῶν ab Homero vocari dictum est. Item ADVERB. Ῥοιζηδὸν, Cum stridore. Exp. etiam Cum magno impetu & stridore. ITEM Ῥοιζηδὰ pro eodem, ex Nicandro.

Ῥοιζῶ, aut Ῥοίζω, exponitur etiam ὑλακτῶ, id est Latro, (vt antea dictum fuit in Ῥυζῶ) cuius signif. meminit & Eustathius, ita scribẽs, pag. 1792, σημείωσαι δ' ὃ τοῖς τοιοῦτοι τὸ ὑλάειν ῥηθεῖσι, καὶ ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ῥάζειν καὶ ῥοίζειν λέγεται. Quibus subiũgit, φέρεται δὲ ὁ ῥητορικὸς ὁ λεξικὸς ὅτι ῥάζειν καὶ ῥοίζειν κυρίως μὲν τὸ ὑλακτεῖν, μετατίθεται δὲ καὶ ὅπου τοὺς πτεφαινομένους καὶ σκαιολογοῦντας. Vbi obserua etiam τοὺς πτεφαινομένους καὶ σκαιολογοῦντας. Et SCRIBI Ῥάζειν. Extat autem & COMPOS. Ἐπῤῥοιζῶ, VEL Ἐπῤῥοίζω, apud Theophr. de coruis, quod Plinius vertit Singultu quodam latro: ὅταν ὀλίγον ἐπῤῥοίζωσι καὶ πνάξωσι, singultu quodam latrantes, séque concutientes.

¶ Ῥοῖβδος, idem quod ῥοῖζος, Stridor: in hoc versu, Πτερῶν τὸ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν, (sic autem stridentes alas legimus apud Maronem & Nasonem) quem versum affert Eustathius, autorem non nominans, vt probet inueniri ῥοῖβδος positum pro ῥοῖζος, pag. 1716. Idem pag. 821, dicit ῥοῖβδος hoc pro ῥοῖζος esse Αἰολικώτερον. Sic de vento dictũ affertur ex Aristophane, ὑπὸ τῆς ῥοίβδου καὶ τῆς ῥύμης. Vnde VERB. Ῥοιβδέω, ῶ, Strido. Interdum verò Sorbeo: sicut COMPOS. Ἀναῤῥοιβδέω, ῶ, VEL Ἀναροιβδέω, ῶ, Resorbeo, aut etiam Absorbeo. vt Odyss. μ, Τῷ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ. Τεῖς μὲν γὰρ τ' ἀίπαν ἐπ' ἦμαρ, τεῖς δ' ἀναροιβδεῖ Δεινόν, μὴ σύγ' ἐκεῖσε τύχοις ὅτε ῥοιβδήσῃσιν. vbi ἀναῤῥοιβδεῖ Eustathius vult esse ἀναῤῥοφεῖ. Idem in hunc locum eiusdem libri, Ἔνθεν μὲν γὰρ σκύλλα, ἑτέρωθι δ' δῖα χάρυβδις Δεινὸν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ, ait quosdam ex veteribus ἀνεῤῥοίβδησε exposuisse ἀνήκόνησε: sed meliorem esse alteram interpretationem. & ἀνακοντίζειν potius esse quod ἀνίεναι vocat in illo priore loco. Quod autem dicit Homerus per compositum ἀναῤῥοιβδεῖν, idem & per simplex ῥοιβδεῖν, subdens ῥοιβδήσῃσιν. Cæterùm ἀναῤῥοιβδεῖν per literarum mutationem vult Etymologistes factum ex ἀναῤῥοφεῖν, Eustathius autem vult ῥοιβδεῖν & ἀναῤῥοιβδεῖν esse facta per onomatopœiam, sicut & ῥοχθεῖν. esse autem similia ἐῤῥοιβδήσε & ἐῤῥοίζησε, sicut ῥοῖζος & ῥοῖβδος. Mihi quidem certè non fit verisimile ἀνεῤῥοίβδησε per mutationem literarum dictum pro ἀνεῤῥόφησε, & ἀναῤῥοιβδεῖ pro ἀναῤῥοφεῖ. ac potius ἀναῤῥοιβδεῖν (deducendo à ῥοῖβδος pro ῥοῖζος) existimo esse Resorbere cum magno sonitu. Et tale quid Hesychius videtur indicare voluisse: qui & ἀναῤῥίπτει significare ait: sed & tum ἀναῤῥίπτει puto intelligẽdum μετὰ ἤχου, quasi Eiaculatur cum sonitu, vel potius, Sursum eiaculatur. Vide ῥοῖζος. HINC Ἀναῤῥοίβδησις, εως, ἡ, Absorptio aquarum, vel eiaculatio. ἡ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος.

ETIAM Ῥοιδμὸς apud Hesychium legitur, quod esse dicit ποιὸν ψόφον, id est Strepitus quoddam genus. Sed forsan aliquis ῥοιβδμὸς scribendũ potius existimet.

ΡΟΦΕΩ, ῶ, VEL Ῥοφάω, ῶ, F. ήσω, Sorbeo. vt ὥσπερ ὠόν τις ῥοφῶν, apud Athenæum, Ouũ sorbens (vnde ῥοφητὸν ὠόν, Sorbile ouum) Sic ἀῤῥοφῶν, Gal. ad Glauc. Fut. pass. ῥοφήσομαι pro ῥοφήσω, Sorbebo: Aristoph. in Vespis, πλὴν φακῆν ῥοφήσομαι. (vbi & infinit. actiuus ῥοφεῖν habetur) Itidẽ verò præsens pass. in actiua sign. affertur, videlicet ῥοφεῖσθαι pro ῥοφεῖν, Sorbere. Illud autẽ Ῥοφάω secundæ coniug. B. ex Aretha. Interdum ῥοφῶ pro Exhaurio, Haurio. vt apud Sophoclẽ in Trachiniis, Cicero vel potius Accius, πνεύμονός τ' ἀρτηρίας ῥοφῶ, vertit, Pulmonum haurit spiritus: vt videbis p. 112 & 113 mei Lex. Cic.

Ῥόφημα, ατος, τὸ, Sorbitio, accipiendo pro eo quod sorbetur. Sic certè Celsum dixisse sorbitones quæ Dioscor. vocat ῥοφήματα, tradit Bud. Qui etiam ann. Gazam interpretatum esse Polentam apud Aristotelem. Ex Gal. lib. 1 ad Glauc. affertur τὰ διὰ τοῦ χόνδρου ῥοφήματα: apud Athen. autem legimus χόνδρον dixisse τὸ ῥόφημα. AT VERO Ῥόφησις fuerit potius Sorbitio, significans ipsam sorbendi actionem. Gal. apud Hippocr. ῥόμματος ait esse ῥοφήματος vel ῥοφήσεως.

Ῥοφητὸς, ὸν, ὸ, Sorbilis. vt ὠὸν ῥοφητὸν apud Dioscor. & Galen. item Athenæum.

C. ΑΝΑῤῥοφέω, VEL Ἀναῤῥοφάω, ῶ, Resorbeo: aut etiã Absorbeo. Philostr. in epist. ὥσπερ τις πλέοντας ἡ Χαμυδὶς ἀνεῤῥόφα. At Ἀναῤῥοφεῖν primæ coniug. inuenitur apud Hesych. Suidam, Etymol. & Eustathium in expositione verbi ἀναῤῥοιβδεῖν.

C. ΑΠΟῤῥοφέω, VEL Ἀποῤῥοφάω, ῶ, Absorbeo, Exhaurio, apud Synes.

C. ΕΚῥοφέω, ῶ, VEL Ἐκῥοφάω, ῶ, Exorbeo. Synes. passiuam etiam vocem actiuè vsurpauit (vt ῥοφεῖσθαι pro ῥοφεῖν ab eo poni dictum est) εἰ δὲ πλοῖς σφετέροισι, ἢ μέχρι τοῦδε αὖ ἐκῥοφοῖτο πῦρ αἰθομένου.

C. ΕΠΙῤῥοφέω, VEL Ἐπῤῥοφάω, ῶ, Sorbeo, Sumo sorbitionem, vt Bud. vertit apud Aristot. in Probl. Affert verò & ὑπῤῥοφεῖν τοῦ ὕδατος ex Plutarcho in Phocione. In vulgatis lexicis, pass. participium ὑπῤῥοφηθεὶς, Sorbitione sumptus.

Ῥόφω apud Atticos barytonè pro ῥοφῶ, inquit Etymol. cuius tamen vsus exemplum nullũ affertur: sed non dubium est quin ab eo deducenda sint NOMINA Ῥόμμα ET Ῥοπὸς, quæ Hippocr. vsurpat pro ῥόφημα, id est Sorbitio: & pro ῥοφητὸς, Sorbilis. Sed Gal. in Lex. vocum Hippocr. ῥόπων dupliciter exponit, videlicet ῥοφημάτων & παντῶν τῶν ὀπωρικῶν ῥοφουμένων.

ΡΥΘΜΟΣ, ὁ, Numerus, qualis videlicet est in musica. Fab. lib. 9, c. 4, Omnis structura ac dimensio & copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, id est dimensione quadam. quod etiamsi constat vtrunq; pedibus, habet tamen non simplicem differentiã. Nam ῥυθμοὶ, id est numeri, spatio temporum constant, μέτρα etiam ordine. ideóque alterum esse quãtitatis videtur, alterum qualitatis. Ῥυθμὸς, aut par est, vt dactylus. &c. Hæc Fab. A Budæo ῥυθμὸς redditur etiam Modulus, ex Gel. additque, constare ῥυθμὸν modulatione, sicut μέλος canore & sonis. Quæ ex eodem Fabio sumpsit, ita scribente lib. 1, vbi de musica agit, Vocis rationem Aristoxenus music⁹ diuidit in ῥυθμὸν καὶ μέλος ἐμμετρον, quorum alterum modulatione, canore alterũ ac sonis constat. (Sed hic pro ἐμμέτρον legitur etiam, καὶ μέτρον, siue Et μέτρον) Gellius autem, lib. 16, cap. 18, Longior mensura vocis, inquit, ῥυθμὸς dicitur: altior, μέλος. Vbi ῥυθμὸν quidam interpr. Modulum & numerum, ac pedum ordinem: μέλος, cantum modulatum. Cic. in Oratore, Quicquid est enim quod sub aurium mensuram aliquã cadit, etiamsi abest à versu (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. Idem in eodem opere, de Aristotele loquens. Is igitur versum in oratione verat esse, numerum iubet. ex hoc Aristotelis loco, διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή. (Qui tamen alibi μέτρα fatetur esse μέρεα τοῦ ῥυθμοῦ) Certè quum celerior & tardior pedum sublatio & depositio, quæ est ἄρσις & θέσις, rationem inter se habuerit, tum ῥυθμὸς existere dicitur, qui sunt numeri, inquit Cam. Fabius autem lib. 9. cap. 4. Omnis structura ac dimensio & copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, id est dimẽsione quadam. Quod etiamsi constat vtrunque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. Nam ῥυθμοὶ, id est numeri, spatio temporum constant: μέτρα, etiam ordine. ideóque alterum esse quantitatis videtur, alterũ qualitatis. Ῥυθμὸς, aut par est, vt dactylus: vnam enim syllabam parem breuibus habet, &c. Afferuntur & ex Hephæstione quædam de differentia istarum vocũ, à Marc. Virg. nimirũ eo inter se differre quòd μέτρα materia syllaba sit, & absq; illa μέτρον esse nequeat: at ῥυθμὸν in syllaba quidẽ esse, sed & sine syllaba esse posse. quia malleis in incude potest ῥυθμὸς fieri, vel digitorũ motu: aque adeo cæteris omnib⁹ quæ in suo motu certis interuallis mouẽtur (Apud eundem ἡρῷον ῥυθμὸν interpr. Numerum heroũ. Idem Aristot. Probl. pag. 67, ῥυθμοῦ δὲ χαίρουσιν, διὰ τὸ γαίειμον καὶ πεπαιμένον ἀριθμὸν ἔχειν, καὶ κινεῖν ἡμᾶς πεπαιμένως. οἰκειοπαθὲς γὰρ ἡ πεπαιμένη κίνησις φύσει τῆς ἀπάκτου. διὰ δὲ τὸ ἔθος τοῖς μελῶν χαίρουσιν. quæ conueniunt cum verbis Galeni quibus dicit ῥυθμὸν esse κίνησιν ἐν χρόνοις τάξιν ἔχουσαν ὡρισμένην: sed loquens τῶν ἐμμελῶν, vt docebo infrà) Sic autem & Plato ante eum dixit, De leg. lib. 2, circa principium, τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα οὐκ ἔχειν αἴσθησιν τοῦ ἐν τοῖς κινήσεσι τάξεως οὐδὲ ἀταξίας, οἷς δὴ ῥυθμὸς ὄνομα καὶ ἁρμονία. Eodem libro, τῇ τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸς ὄνομα εἴη. quibus in locis Bud. interpr. Modum ratione temperatum. Cæterùm duo illa nomina ῥυθμὸν & ἁρμονίαν idem philosophus alibi distinguens, scripsit ῥυθμὸν esse ὅτι τὸ παχὺ καὶ βαθέος, vt ἁρμονίαν ὅτι τὸ βαρέος καὶ ὀξέος. Vocis humanæ (inquit Cam.) variabilitas musicos concentus efficit, in quibus considerantur, ῥυθμὸς, numerus, ἁρμονία, concinnitas, λέξις, verba. Habet autem ῥυθμὸς productionem & correptionem τῆς ἐκφωνήσεως, seu τῶν φωνηέντων, id est enuntiationis, seu vocalium literarum: ἁρμονία verò complectitur acutũ & grauem & æquabilem sonum, qui ὁμοπάθειαν habet nomen, & tractum quendam lentæ pronuntiationis compositæ de acuto & graui.

Ῥυθμὸν & de modulo gradus ab Alcidamãte vsurpari ait Budæus ita scribente, ἀλλ' ὡς ἂν οἱ δι' μακρῶν χρόνων ἐν διεμῶν λυόντες οὐ δύνανται ὁμοίαν τῆς ἄλλης ποιήσασθαι τὴν ὁδοιπορίαν, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα τὰ χώματα καὶ τοῖς ῥυθμοῖς ἐπφέρονται μεθ' ὧν καὶ δεδρόμεις αὖτις ἀναλήξειν καὶ τοῦ πορεύεσθαι. Idem hæc verba, ὁμαλῶς καὶ μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες, vertit, Æquabili modulatóque sensim ingressu conuenientes. Apud Lucianum autẽ, ἐν ῥυθμῷ βαίνειν πρὸς αὐλὸν, numeroso quodam gressu incedere. Apud eundem de iis qui circa ὄρχησιν peccant, ἔπεα μὲν ὁ ὁ τῆς, ἔπεα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. At Herodianus ῥυθμῷ iunxit cum δρόμῳ, lib. 4, παῖς τε τὸ ἱππικὸν πάλαι πρὸς δεῖ κύκλῳ μετὰ τινος ἀπαξίας καὶ αἰκικλώσεως, πυρίχιον δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ. Apud Aristotelem in Probl. ἐν τῷ ῥυθμῷ αἰκαπτόμενοι. vbi ἐν τῷ ῥυθμῷ puto redditum aptè iri In numerum, ex Virgilio, Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum. In vulgatis lexicis tamen redditur Numerosé. Ibidem annotatur dici κατὰ ῥυθμὸν fieri quicquid certo modo, ordine & proportione fit: & quod contrà, παρὰ ῥυθμὸν, extra numerum, Cic. Afferturque ex Platone De leg. lib. 1, κατὰ τὸν αὐτὸν ῥυθμὸν ἔχει, pro κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Et ex Græcis Bibl. interpr. κατὰ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἐπωμίδος ποιήσεις αὐτὸ, eius modu li imitatione & conuenientia.

Ῥυθμὸς est etiam medicæ artis vocabulum, ipsum tribuentis τὸν σφυγμὸν, id est pulsui. nam de eo loquens Gal. scribit, ῥυθμὸς ὅτι κίνησις ἐν χρόνοις τάξιν ἔχουσα ὡρισμένην. Et autem opponitur ἀκαταστασίᾳ. In v. l. τοῦ φλεγῶν ῥυθμὸς, Venarum rhythmus, Vitruuio. id est Motus constans certo ordine qui in pulsus sublatione atque positione, ex celeritate & remissione, eúisque æquabilitate & inæquabilitate deprehenditur. Plinius modulos & metricas leges appellasse videtur, quum scripsit, libro vndecimo, c. 37, Arteriarum pulsus in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum, in modulos certos legésque metricas per ætates stabilis, aut citatus aut tardus, &c. Ῥυθμὸς (inquit Gorr.) Rhythmus, Modulus. Est proportio tẽporis, motus aut quietis ad tempus motus vel quietis in pulsu. Quum enim pulsus constet quatuor partibus, duobus scilicet motibus & gemina quiete, sibi inuicem perpetua quadam serie succedentibus, eorum inter se proportio comparatióque rhythmus est. Eum omnis pulsus habet, sed variũ. Suus enim est cuiq; naturæ, ætati, anni tẽpori, loco, sexui, & reliquis, quẽ quidẽ qui seruat is ῥύθμος dicitur: qui nõ seruat, ἄῤῥυθμος. Quum ergo rhythmus in earum partiũ proportione consistat, variæ emergant rhythmi differentiæ necesse est. Vel enim tempus diastoles cum tempore systoles comparatur, vel quies cum quiete, vel motus: hoc est, ipsa diastole vel systole cum alterutra quiete. Sed quum in omni pulsu hic rhythmus sit, ægrè tamen noscitur nisi in vehementissimo. Sunt autem rhythmorum duæ summæ differẽtiæ. Omnes enim fiũt proportione, vel pari, vel impari. Pariquidẽ vt quũ diastoles tẽpus æquat tempus systoles: impari verò, vbi tempus vtriusque impar est, earúmque altera alteram excedit. Id quod modò certis, modò incertis fit excessibus. Certis quidem, etiam bifariam, aut multiplici proportione, aut vt numeri ad numerum, qui ὁλοπλάσιος appellatur. Proportio quidem multiplex est, dupla vel tripla vel quadrupla, vel alia. Vt numeri ad numerum est, quũ quanta sunt duo diastoles tempora, tanta sunt etiam systoles: incertis autem excessibus, tripliciter. Nam aut diastoles tempus incertum est, aut systoles, aut vtrunque. Quorum etiam vnumquodque aliquando parum, aliquando plus, interdum etiam plurimum aucta habet incertis excessibus sua tempora, siue plura, siue vnum, quod sensu primum est.

Ῥυθμὸν appellatio ad nostram quoque linguam trãsiuit, quæ appellat *ryme* (pro *rhythme*) certam quam in suis versibus homœoptotis seruat mensurã, aut etiam versus ipsos homœoptotos ad certã mensurã legem dimẽsos. (vnde prouerbiũ, *Il ny a ni ryme, ni raison en cela*) Hæc autem vox nostra mihi in memoriam reuocat istum Herodiani locum, lib. 7, τὰ πολεμικὰ αὐτῆς γυμνάσια, χοροὶ καὶ σκώμματα καὶ ῥυθμοί. quondam enim fuisse itidẽ scommata & dicta omne procacitatis genus habentia, præcipuam versuum illorum Gallicorum materiam, satis notum est.

C. Ῥυθμοποιὸς, ῶ, ὸ, Rhythmorum factor, seu fictor. ET Ῥυθμοποιία, Rhythmorum fictio. Ῥυθμοποιὸς, ὁ μέλη καὶ ῥυθμοὺς ποιῶν, Hesych.

C. Ἄῤῥυθμος, ος, ὸ & ἡ, Numeris carens, Numerorum expers, Non numerosus, Nullam concinnitatem habens, seu modulationem, qualis est numerorum. Nec solùm Inconcinnus, sed & Incompositus alicubi redditur. Fab. lib. 9, cap. 4, Cicero testatur frequenter, se quod numerosum sit quærere, vt nõ magis ἄῤῥυθμον quod esset inscitum atque agreste, quàm εὔρυθμον, quod poeticum est, esse compositionem velit. Falsò autem crediderunt vulg. lexic. consarcinatores, ἄῤῥυθμον hìc reddi à Fabio Inscitum atque agreste. Alioqui enim eadem ratione εὔρυθμον eum interpretari Poeticum, dicendum foret. Idem ann. ἄῤῥυθμον histrionem dici qui indecenter agit. Et ἄῤῥυθμον ἔρωτα ab Euripide vocari non concinnum, non congruum. At pulsus ἄῤῥυθμος quis sit medicis, dictum est in Ῥυθμός. HINC Ἀῤῥύθμως aduerbiũ Absque numeris, Absque concinnitate ea quam afferunt numeri. Aut generalius, Inconcinnè. Et SUBSTANT. Ἀῤῥυθμία, ας, ἡ, Inconcinnitas qualis est eorum quæ numerosa non sunt. Affertur & pro Dissonãtia, ex Galeno. Itidémque VERB. Ἀῤῥυθμέω, ῶ, redditur Dissono, Discordo. Dici autem ἀῤῥυθμεῖν ῥυθμῷ, vt ἀπᾴδειν ἁρμονίᾳ, videbis in Ἀπᾴδω, Tomi primi semipag. 116.

C. Ἔνρυθμος, ος, ὸ & ἡ, Cui insunt numeri, Numeros habens, Particeps numerorum: vt ἄῤῥυθμος, Numerorum expers. in v. l. ex Plat. De leg. sed suspectum, tanquam malè scriptum pro εὔρυθμος. Affertur tamẽ & ADIECT. Ἐνρυθμικὰ ex M. Capella, pro iis quæ ratione certa ordinem seruant. Vide εὔρυθμος.

C. Ἑπτάῤῥυθμος, ος, ὸ & ἡ, Diuersis numeris constans, seu diuerso numerorum genere.

C. Εὔρυθμος, ος, ὸ & ἡ, Numerosus, Numerorum modulationem habens. Item Concinnus, Compositus. Plut. in Psychog. ἁρμονικὸν αἴδρα καὶ ῥυθμικὸν οὐ φωνὴν ποιεῖν οὐδὲ κίνησιν, ἐμμελῆ δὲ φωνὴν καὶ κίνησιν εὔρυθμον, ἀξιοῦμεν. quæ ita Turn. vertit. Ab eo qui modos numerósque facit, nec vocem nec motum vt faciat postulamus, sed modulatam ab eo vicem & motum numerosum requirimus. In v. l. εὔρυθμα βαδίζειν ex Chrysost. (posito nomine εὔρυθμα aduerbialiter pro ἀῤῥύθμως) Numerosè incedere. Item εὔρυθμα πεσεῖματα ex Aristoph. Compositi progressus. Legitur & ὄρνεον εὔρυθμον apud Aristotelem in 8 De hist. anim. de tyranno aue, ἔστι δὲ φοινικοῦν λόφον ἔχων, καὶ ἄλλως εὔχαρι τὸ ὄρνεον καὶ εὔρυθμον. vbi Theod. Gaza Cantu suauẽ vertit. quod mihi non placet. magis enim significat membrorum aptam compositionem, inquit Bud. Sed intellige εὔρυθμον dici de illa apta compositione: non vt εὔρυθμον sit ipsa compositio, sed Habens compositionem illam &c. Sic certè Bayf. apud Athenæum, ἰῶν δὲ εὔρυθμος καὶ ὑψηλὸς, vertit, Erat autẽ mira & egregia statura. At pulsus εὔρυθμος quis sit medicis, dictum est in Ῥυθμός. HINC Εὐρύθμως, Numerosé. Item Concinné. De εὔρυθμα autem posito aduerbialiter, dictum fuit paulo anté. Et SUBST. Εὐρυθμία, Concinnitas quam afferunt numeri. κινεῖσθαι μετὰ πνος ἀῤῥυθμίας apud Aristot. De mũdo, Moueri ad numeros. Bud. ἀῤῥυθμία vertit ex Cic. Æquabilis vocum concentus, & Inoffensa vocum copulatio, ex Fabio. Apud quem legimus etiam dici ἀῤῥυθμίαν corporis decẽtem & aptum motum. Vnde apparet ἀῤῥυθμίαν accipi generalius etiam pro concinnitate.

Ῥυθμικὸς, ὴ, ὸ, Numerorum peritus, seu faciendorum numerorum. vel simpliciter, Qui numeros facit, vt ἁρμονικὸς, Qui modos facit. Quorum vtrunque habes ex Plutarcho in Εὔρυθμος. Legimus apud Ciceronem quoque & Fabium vocem Rhythmicus, pro eo qui concinnitatem numerorum in oratione obseruat. Ita enim De orat. lib. 3, Nec sunt hæc rhythmicorum atque musicorum acerrima norma dirigenda. Fabius autem lib. 9, cap. 4, quum dixisset, Tamen & duo prima verba, & tria proxima, & deinceps duo rursus ac tria, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes: subiungit, Sicut apud rhythmicos æstimantur hæ particulæ prout sint graues, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes.

Ῥυθμίζω, Ad numeros aptos redigo, Numerorum concinnitatem seu modulationem alicui rei tribuo. Vel, Modificor, Modulor, Modulatè facio, vt Budæus vertit. qui etiam affert passiuum PARTICIP. Ἐῤῥυθμισμένος pro Emodulatus, ex interpretatione Politiani. nam is verba hæc Herodiani lib. 4, ἄδεται δὲ ἑκάστοτε ὕμνοις τε καὶ παιᾶσι εἰς πυπτελεύτικόπα, σεμνῷ μέλει καὶ θριλῳδεῖ ἐῤῥυθμισμένοις, ita vertit, Verẽdo ac lamẽtabili carmine emodulatos. Idem affert pro Temperare, item Componere & effingere (vt dicitur Componere se in hilaritatem) ex Luciano, ἰῶ μειδιάσω καὶ ῥυθμίσω ἑμαυτὸν ὅπῃ τὸ ἥδιστον. At verò ex Theophr. pro Componere, id est Rectè collocare, De caus. pl. lib. 3, δεῖ δὲ καὶ θύπνιον εἶναι καὶ πρόσπλον τὸ δίνδρον. διὸ καὶ οὐ κακῶς οἱ οὕτω ῥυθμίζοντες ὥσπερ πρὸς μεσημβρίαν βλέπειν. Rursum verò pro Cõponere, vel Mores cõponere, Moderari, Informare, Docere, affert ex Chrys. in præf. epist. ad Rom. πῶς οἰκίαν ῥυθμιζέτω ἕκαστος τῶν ἑαυτῶν, καὶ παιδία καὶ γυναῖκα. Et ex Theod. l. 4, Eccles. hist. vbi de episcopis loquens, hæc dicit, καὶ οὐ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ βίῳ πᾶς ἀρχομένοις ῥυθμίζειν, καὶ πάσης ἀρετῆς ἑαυτὸν ἀρχέτυπον παρέχειν. Apud Naz. autem ῥυθμιζέτω redditur Dirigat, vbi scribit, αὐτὸν ῥυθμιζέτω σοι καὶ βίον καὶ λόγον.

C. Ἐπῤῥυθμίζω, ET Καταῤῥυθμίζω, ET Μεταῤῥυθμίζω, quorum priora duo reddi possunt vt ῥυθμίζω. (sed in vulgatis lexicis habetur quidem ὑπῤῥυθμίζω, & exponitur Formo, Apto, Concinno: at Καταῤῥυθμέω pro καταῤῥυθμίζω: nato errore ex participio καταῤῥυθμίσας, perperã scripto pro καταῤῥυθμίσας, quod exp. ἀπαρτήσας.

Reddũt autem καταρρυθμέω, Quadrare facio) Tertium verò Μεταρρυθμίζω, non est Formo, seu Informo, sed Reformo, vt vertit Budæus: addens etiam, Emẽdo, Corrigo. Affert idem ex Xenoph. ἵνα καὶ μεταρρυθμίσῃς με, ἐὰν σοὶ μὴ καλῶς δοκῶ ποιεῖν. ἀλλ' ἐγὼ μὲν δὴ (ἔφην) πῶς αὖ μεταρρυθμίσαιμι αἴδρα ἀπειργασμένον καλόν τε κἀγαθόν; Ex eodem in Œcon. loquente de officiis patrisfamiliâs in agro, ὥσπε δὴ ὁ τῆς σκευοφόρου ὅπως ἕκαστα γίγνεται, μεταρρυθμίζω, εἰ καὶ ἔχω τὴν βέλτιον τῶν παρόντων. Itẽ ex Aristotele, Ethic. 10, πῶς δὴ τοιούτους τοὺς αὖ λόγους μεταρρυθμίσαι; quæ doctrina posset emendare homines sic in errore mersos, & in animi morbos delapsos? Affert verò & pro Commuto, seu Transmuto, ex Gazæ interpretatione apud Theophrastum (sed passiua voce vtentem) αἰσθάνεται γὰρ τὰ χρήματα μεταρρυθμιζόμενα, καὶ ἐξ ὀξυχρόνιον τοῦ εφερῆ γίγνεσθαι. At in v.l. habetur non solùm Μεταρρυθμίζω, (quod exp. Accommodo, Apto, non expressa vi præpositionis μετά) sed etiam Μεταρρυθμέω, ὦ: quod redditur Transformo, item Traduco, Retraho. Sed mihi suspectum est hoc μεταρρυθμέω, ne ex errore manarit, sicut illud καταρρυθμέω pro καταρρυθμίζω.

Ρ Υ Π Ο Σ, ου, ὁ, Sordes. Plut. πῶς αὖ τις αἴσθοιτο &c. ὅλῃ δεικνύμενος ῥύπον ἢ κηλῖδα χιτῶνος, ἢ διερρωγὸς ὑπόδημα. Quidam ῥύπον propriè dici existimarunt sordes quæ in summis manuum ac digitorum vnguibus colliguntur: alii, illuuiem quæ distringitur à corporibus oleo illitis post sudorem. Ex Polluce affertur ῥύπος pro piscina & loco in quo eluebant. sed Pollucis verba sunt, ἐν ᾧ ἐξέπλυνον οἱ κναφεῖς. Apud Suidam legitur, Ρύπος κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ χ, χρῦπος, ὁ τοῦ χρωτὸς ῥυπῶν σύλλογος. Sed perperam hîc legitur χρῦπος, quum præcedat κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ χ. Estque legendum vt apud scholiastem Aristophanis, vnde hæc sumpta esse puto: ὁ δὲ ῥύπος, κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ χ. ῥύπος γὰρ ὁ τοῦ χρωτὸς ὑπῶν σύλλογος. Dixerat autem antea, ῥυπᾶσθαι οὐ τὸ σῶμα σθαι, παρεμπίπτοντος τοῦ τ, τὸ ῥύπον ἀφαιρεῖσθαι. quibus addit illa, ὁ δὲ ῥύπος &c. Atque ita fuerit ῥυπῶ à ῥύπος, non contrà. Ρύπος (inquit Gorr.) Sordes: excrementũ tertiæ concoctionis quod in summo corpore nostro colligitur. Sicut enim concoctio tum quæ in vẽtriculo, tum quæ in iecinore perficitur, duplex excrementi genus relinquit, vnum, humidum, alterum, siccum: ita & ex tertia concoctione duo excrementorum genera in singulis animantis nascuntur particulis, ex ipso vnde aluntur succo. Alterum, sudor est, hoc est humor qui ante transmittendi alimẽti fuerat vehiculum, humidus, tenuis, serosus, & vrinæ similis: alterum verò, ceu semicoctæ quæpiã reliquiæ, quæ assimilari nutriendæ parti nequiuerunt. Tenue quidẽ & illud est, vt quod in sensili transpiratione per cutis poros vacuetur: sed habet etiam crassioris excrementi nonnihil admistum, ex quo fit vt sæpissime sistatur ad cutem. Ab hoc excremento tum pilis origo est, tum iis quæ super cutem semper aceruãtur sordibus, à quibus idipsum etiam ceu sordes quædam dici meruit. Nõ incognitæ eæ quidem veteribus fuêre, vt quas ipsi magna cura ex hominum corporibus ad varios vsus deraderent. Sordes & strigmenta appellabant: à Græcis autem non modò ῥύπος, sed γλοιὸς etiam vocabantur. Vim habent modicè calfaciẽdi, emolliendi, discutiendi: quã quidem sortitæ sunt non tam ex corporis nostri natura, quàm olei atque puluerис mistione. &c. ‖ Metaphoricè autem ὅλῃ τοῦ γλίσχρων καὶ αἰσθυθέρων, vt Latinè Sordes & Sordidus, inquit Bud. Vide quæ attuli ex Suida in composito Ρυπκόνδυλος. ‖ Ρύπος pro cera sigillari, apud Atticos. Aristoph. in Lysistrata, Καὶ μηδὲν οὕτως δῦ σεσημάσθαι, τὰ μὴ Οὐχὶ τοὺς ῥύπους αἀκασάσαι. Vide Poll. Meminit autem huius significationis & Hesychius. In v. l. ãnotatur legi & apud Cic. in ep. ad Att. rhypos pro ceris siue formis vnde sigilla fiebãt, fortasse à situ vetustatis.

ITEM Ρύπον, ου, τὸ, pro ῥύπος, per metaplasmum, apud Theocritum, dicentem ἅπαν ῥύπον, vt annotat Eustath. eius plurali Homerũ vsum esse tradens, Odyss. ζ, Αὐτὰρ ἐπεὶ πλῦσέν τε καθηρά τε ῥύπα πάντα. Exponit tamẽ ῥύπα, τὰ ῥύπου μετέχοντα. ad quam alioqui expositionem respiciẽdo, existimari posset ῥύπα pro ῥυπαρὰ accipiendum esse: vt λίπ' ἐλαίῳ esse dicitur pro λιπαρὰ ἐλαίῳ. Cæterùm in illo Theocriti loco sciendũ est typographicas editiones habere ῥύπος, non ῥύπον. ita enim in iis legitur, in idyllio quod ἀδωνιάζουσαι inscribitur, Πέντε πόκους ἔλαβ' ἐχθές, ἅπαν ῥύπος, ἔρριον ἐπ' ἔργον.

Ρυπογράφος, ου, ὁ, Sordidarum rerum pictor. Res abiectas ac viles & sordidas etiam depingens. Hoc nomine vocatus est quidam Pyrrhichus, quòd tonstrinas, sutrinas & asellos pictura exprimeret. v.l.

Ρυπκόνδυλος, ου, ὁ, Sordidus, Valde parcus. Græci (inquit Erasmus) prouerbialiconuitio sordidos & impẽdio parcos ῥυπκονδύλους appellant, ducto cognomine ab iis quibus sordes in vnguibus resident, nec tãtillum sumptus facere volunt vt tõsori dent numm ulum qui eos repurget. Suid. in Ἄχθομαι habet ista, ἄχθομαι αὐτοῦ τοῦ ῥύπου, οὐ τῆς τῆς αἰσελυθερίας καὶ μικρολογίας. τὸν γὰρ ῥύπον ὅλῃ τῇ γλίσχρων καὶ αὐσελυθέρων ἐπίθεσαν. οὕτω γοῦν ῥυπκονδύλους λέγουσι τοὺς τοιούτους.

Ρυπέις, ειτος, ὁ, ε τ Ρυπώδης, Sordidus. Sed ῥυπέις est potiùs poeticum. At ῥυπῶδες est etiam nomen emplastri, cuius descriptio habetur apud Celsum, lib. 5, cap. 19.

Ρυπαρὸς, ᾶ, ὸν, (magis vsitatum in prosa quàm præcedens ῥυπώδης) Sordidus, Sordibus obsitus. Sed peculiariter ἔριον ῥυπαρὸν dicitur quod Latinis Succida lana: (est enim sordida) & ῥυπαρὸς ἄρπης, quem Marcellus secundarium panem appellasse creditur. est enim is sordidus præ illo qui σιλιγίτης appellatur. Nonnulli hunc ῥυπαρὸν ἄρτον eum esse tradunt qui alio nomine πιτυρίας seu πιτυρώδης vel πιτυρίτης dicitur: quidã eundem cum τοῦ συλκομισοῦ: Paulus tamen eos separat. Fuisse autem μέλανας hos ῥυπαροὺς ἄρτους, apertè ostendit hic Athenæi locus, lib. 6, εἰσφόρος δ' αὐτοῦ ῥυπαροὺς ἄρτους ὅλῃ τὰ δεῖπνα φέρεσθαι, ἐνεγκαμένου τινὸς ἐπὶ μελανὰ πέρας, σὺν ἄρτοις ἐφ' αὐτὸν σιλιγίτας ἀλλὰ τοῦ ἀφ' ὧν σκιαί.

Ρυπαρὸς metaph. vt Latinè Sordidus, pro eo qui valde & turpiter etiam est parcus, seu auarus. Cuius signif. meminit & Pollux: habet autem eam cum apud alios, tum apud Platonem in Parmenide. Atque vt Illiberalis & Sordidus à Tullio aliquando copulantur, sic ῥυπαροὶ καὶ αἰσελυθεροι apud Athenæum. Sed duo illa Latina quum copulantur, de re potius dici existimantur. Sic autem ῥύπον de auaritia seu turpi parsimonia dicunt, itidémque Latini sordes.

C O M P. Ἀῥύπαρος, Non sordidus. v.l. ex Greg. Naz. Ibidẽ S V B S T. Ρυπαρία, Sordes, & Sorditudo, ex Plauto. Item Spurcitia, Situs, Squalor, Illuuies, Pædor. Necnon, Vlceris sordidi genus quoddam, ex Dioscor. Metaphoricè autem (sicut & ῥύπος) Parsimonia nimia, atque adeo turpis, Auaritia: sicut Sordes Latinè.

Ρυπάω, ῶ, ε τ Ρυπόω, ῶ, Sordeo, Sordidus sum. Vtraque cõiugatione vtitur Homerus. nam legimus apud eum Odyss. ζ, — πολὺ δ' ὕδωρ Καλὸν ἐπ' ἐκτοσθεν μάλα τοῖν ῥυπόωντα καθῆρε. vbi Eustathius annotat, participii ῥυπόωντα coniugationem esse secundam circunflexorum, ὅπερ κοινολογεῖται (intelligit autem ῥυπόωντα dictum esse sicut βοόωντα pro βοῶντα) vt apparet ex hoc loco qui legitur apud Athenæum, πόσσε οἴομεθα τοὺς πάλαι ποτὲ Πυθαγορικοὺς ῥυπᾶν; Sed dici etiam Ρυπῶ, ῥυπώσω, tertia coniugatione, ostendisse Homerum, quum dixit, — τὰ μοι ἔρυσσε μόρα κῶας. de quo loco dicam & paulo post. Cæterùm apud eundem aliquis etiam dicitur ῥυπᾶν. Sic apud Aristoph. Pluto, ῥυπῶντα, κυφὸν, ἄθλιον, ῥυσόν. Sic dicunt ῥυπῶντας philosophos Luc. & Athen. quod Bud. interpr. Illotos & squalidos: ῥυπῶντας καὶ αὐχμῶντας καὶ τῶν δυσαρεστοῦντας. At ῥυπῶσι ἑῶθεν idem ex Basilio affert pro veste quæ sordet, seu sordida est: ἐσθῆτι ῥυπῶσα, κόμη αὐχμηρά. (Satis autem vel hunc locum ostendere arbitror, ῥυπῶντας illud ad vestimẽta potissimùm referri, αὐχμῶντας verò ad comã. qua in signif. ῥυπῶντα reddere etiam poterimus Sordidatos, vt docebo infrà) Affert verò & PASSIV. Ρυποῦμαι ex eodem Basilio, exponens itidem Sordeo: in epist. ad Leontium, καὶ τὸ ἐρρυπῶσθαι λοιπὸν τῇ καθαρεῖ σωμηθείᾳ τοῦς ἰδιωτισμοῦ, ὅπερ εἰκότως ἡμῖν ἐμποιεῖ τοῦς φθέγγεσθαι ὑμᾶς τοὺς σοφιστάς. Itidémque ex Greg. De baptismo, δεινὸν γὰρ εἰ ὁ κηρὸς καθαρσεως ῥυπωθήσεται. Sed videri possit cuipiam ῥυποῦσθαι potius reddẽdum Sordidari, itidémque ἐρρυπῶσθαι Sordidatum esse.

itidémque apud Homerum Od. ζ, εἵματα ῥερυπωμένα, vestimenta sordidata: — ἵνα κλυτὰ εἵματ' ἄγωμαι Ἐς πόσιν μόν πλωέσσα τά, μοι ῥερυπωμένα κεῖται. Sed potest & ῥυπῶν quũ neutraliter ponitur, reddi passiuo Sordidatus: ex Plauto, — quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamẽ sum. id est, sordida veste indutus. Sic autem fortasse ῥυπῶντας suprà reddemus aptè Sordidatos: nisi quis censeat generalius illud accipi.

Ρυπαίνω, Sordido, Sordidum reddo, Fœdo, Maculo, Contamino. Xenoph. pass. ῥυπαίνεσθαι oppositum τοῦ λαμπρύνεσθαι. Sic autem Plut. in lib. De def. orac. ἀλλ' ὅσ' αὖ ῥυπαίνοιθῆ χεωμένων, ἐμβάλλοντες εἰς φλόγα, λαμπρεῖ καὶ δίφαι ἢ κομίζοντα. vbi ῥυπαιθῆ est Sordidata fuerint, Sordes contraxerint. ‖ Ρυπαίνω metaphoricè, Turpem reddo & infamem, aut Contamino famam alicuius. vt Bud. vertit, afferens ex Dionys. Halic. in Isocr. καὶ οὐκ Ἀθηναίοις πείθομαι ῥυπαίνειν τὴν αἴδρα βουλόμενῶν.

H I N C Ρύπασμα, ατος, τὸ, Id quo aliquid sordidatũ est, Sordes. At C O M P. Ἀῥύπαντος, Non sordidatus, Non contaminatus. Item verbum C O M P. Καταρρυπαίνω, idem quod ῥυπαίνω. itidémque metaphoricè interdum pro Contamino famam seu nomẽ alicuius, Bud. ex Isocr. & Dionys. Halic.

Ρ Υ Π Τ Ω, (de cuius à ῥύπος deductione dictũ fuit antea) Sordes eluo, seu abluo, Purgo, Abstergo. Plin. l. 24, c. 11 de succo libanotidis agẽs, repurgare dixit pro eo quod ῥύπειν dixerat Diosc. Vide Marcell. Pass. Ρύπεσμαι apud Aristoph. in Acharnensibus exponitur σμήχομαι, Abstergor, Sordib' purgor. V N D E Ρυπτικός, ῆ, ὸν, Aptus ãd abluendas sordes, Aptus ad abstergendum seu detergendum, vel Abstergendi vim habens. vt Plutarch. Sympos. lib. 6, καὶ κατακαυθέντος ἢ πέφεκε ῥυπτικῆς πάτου παρέχει κόνιν. Et ῥυπτικὸν φάρμακον apud medicos: quod Gorræus vertit Detergens siue Extergens medicamẽtum. Sic autem appellatur (inquit) id omne quod ῥύπον, id est sordes, in quauis parte eluit & aufert. Sordes autem non cuti tantùm extimæ & vlceribus inhærẽt, sed etiã internis partibus, linguæ, œsophago, tunicis ventriculi, reliquorũ viscerum & venarum atque arteriarum. Ea quæ tergent, alia imbecillius, alia vehemẽtius id agũt. Modicè detergent, farina fabarum, hordei, ciceris, semẽ lini torrefactum, sacchar, oxymeli: magis terebinthina, thus, mel despumatum, amygdalæ amaræ: valẽtius, eruí farina, semen hormini, radix ireos & panacis, nitrum vstum, nitri spuma, fictiles testæ, pumex buccino rum & purpurarum, & cæterorum ostreorum: testæ vstæ, tritæ, tenui cribro cretæ. quorum quidem aliquatam valenter tergent, vt etiam pilos tenuent. Sed hæc impropriè ῥυπτικὰ appellãtur: quæ verò propriè & speciatim dicta sunt, tergent tantùm, non etiam obstructa liberant, quia sunt amaris imbecilliora, falsa scilicet & dulcia: quæ autem valenter detergent, omnino etiam digerunt, & ob id valde siccant. Affertur autem & N O M. Ρυπτὴρ ex Dioscoride pro cochleari, seu ligula. ῥυπτῆρες ῥαγδαίῳ τὸ ὕδωρ αὐάχῃ, cochleari aquam validiusculè conturbato, ex Ruellii interpr. vel, Aquam ligula grandi cõturbato, ex Hermolao. v.l. Sed esse qui ibi pro ῥυπτῆρες legant ἀρυτῆρες, annotat etiã Marcellus: quæ certè lectio magis mihi placet. A T V E R O Ρύμμα, ατος, τὸ, Purgamentum, Strigmentum. κάθαρμα, σμῆγμα. Nic. in Alexiph. Ἢ σὺ κνήματέ ἐσταν ὀν ὕδατι πλύνεο τέφρῃ Θαλπομένῳ. τὸ δὲ ῥύμμα νεοπλεκέος καλάθοιο Κόπτις ἰκμήνειας. vbi schol. ῥύμμα exp. σμῆγμα (ita enim apud eum legendum est, ex vet. etiam codicis autoritate, non μίγμα: vt habent vulg. edit. typogr. & vulg. quoque lexica ex illis) item τὸ κάθισμα, τὸν ῥύπον. Sed illud κάθισμα ex vet. codice addo. Affertur autem & ex Homero. ῥύμματα πάντα κάθηρεν. Cæterùm vt in illo schol. Nicandri perperam legitur μίγμα pro σμῆγμα in expositione huius vocabuli, ita etiam apud Hesychium in explicatione eiusdem, sciendum est vulgatas edit. habere σμῆμα & σμηματοδοκὶς & σμηματοθήκη pro σμῆγμα & σμηγματοδοκὶς & σμηγματοθήκη.

C O M P. Διαῤῥύπτω, ε τ Περιῤῥύπτω. Est autem Διαῤῥύπτω idem quod ῥύπτω: nisi quòd præpositio διὰ vim aliquam significationi addere videri potest. Ex Gal. ad Glauc. διαῤῥύψαι τὸν χυμὸν, detergere. At Περιῤῥύπτω, id. Circumabstergo. In v.l. Vsquequaque purgo. Et affertur ex Galeno, ὥστε περιῤῥύψαι τε καὶ ἀποκαθῆραι πυκνὴν κόπρον ἐν χῶρας. Ibidem redditur Abstergo, item Extero, ex Marcello. Apud Dioscoridem autem, vbi dicit περιῤῥύπτει αἀθρακας, meritò suspectum est hoc verbum.

Ρ Ω Ω, Fut. ώσω, Confirmo, Corroboro. A quo est infinit. ῥῶσαι, Corroborasse, seu Roborasse, aut Confirmasse: itidémque partic. ῥώσαντες, apud Greg. ῥώσαντες τὰς ψυχὰς εἰς ἀσέβειαν, id est Quum confirmassent, vt Bud. vertit. Idem affert pass. infinit. ῥωσθῆσθαι ex Luciano pro Confirmatum iri, Erectum iri. Et partic. ῥωσθεὶς ex Greg. rursum, pro Robustus factus & validus, vel Inualescens. Item ἔῤῥωται τοῦς καρπεῖς τὸ δέινδρον pro ὅλῃ τῇ δείνας ἔχει. Ex Lysia autem ἔῤῥωται pro Confirmatus est & animatus, obstinauitque: p. 128, οὕτω σφόδρα ἔῤῥωτο ἡ βουλὴ κακόν τι ἐργάζεσθαι. Hæc ille. In v.l. ex Plut. Pericle, ἔῤῥωσιν ἀναιδρία τὰς πόλεις. Ex eiusdem Camillo, ῥώσας τὸ σῶμα διὰ γνίσεσθαι, (vbi animaduerte addi infinitiuum huic actiuo participio ῥώσας, sicut illi præterito passiuo ἔῤῥωτο additur in proximè præcedente loco Lysiæ) Affert autẽ & Suidas participii ῥώσαντος hoc exemplũ, οἱ δὲ βαρβαροι ῥώσαντες ἑαυτοὺς ὅλῃ τὸ στρανώτερον, ὡς οὐκέτ' Ῥωμαϊκοῖς καὶ διαπλασμένοις ὑποτιθεμένοι σφαγήματα. vbi exponit δυναμώσαντες. Est alioqui multo infrequentior actiui verbi vsus quàm passiui, ac certè quod ad thema ῥώω attinet, ne vllum quidem eius esse vsum existimo, in soluta oratione præsertim: sed eius loco dicitur Ῥωννύω vel potius Ῥώνυμι, vt docebo infrà. Multo autem minus aliquem esse thematis passiui Ῥώομαι vsum putandum est, à quo sunt præcedentia tempora, ne cnon quæ sequũtur. vt apud Plut. in Public. ἐῤῥώσθη cũ dæmuo taquã instrumẽtali, χρήματα, vbi scribit ἐῤῥώσθη χρήματα ὁ δῆμος ἐκ τοῦ λαφύρων. vbi ἐῤῥώσθη redditur Locupletatus est: sed rectius fortasse Potens factus est. Apud Herod. ἀλλὰ τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἔῤῥωτο ὑπὲρ πάντα νεανίσκον, vertit, Tãta animi virtute quanta nemo vnquã vel iuuenũ. Vt autem ἔῤῥωται Bud. vertit suprà, Animatus est, sic apud Thucydidem ἐῤῥώσθησαν μᾶλλον, redditur Animatiores effecti sunt. Atque vt in illo Lysiæ loco infinitiuo iungitur, ita iunctũ ei videri possit in hoc itidẽ Thucydidis, lib. 2, ἔῤῥωτο πάντα τε πᾶς καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις ἐπὶ δυνάμει καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ξυνεπιλαμβάνειν αὐτοῖς. vbi tamen rectius videtur reddi Omni ope nitebatur, quàm Animatus erat. Dico autem posse videri iunctum, quoniam alicui magis placebit fortasse iungere infinitiuũ ξυνεπιλαμβάνειν cũ δυνάμει, vt ἔῤῥωτο per se ponatur & seorsum. Vt ut sit, sciendum est eundem scriptorem hoc verbo vti cum præposẽ: nimirùm in alio eiusdem libri loco, ὀλίγον τε ἐπηνέσαν οὐδὲν ἀμφότεροι, ἀλλ' ἔῤῥωτο ἐς τὸν πόλεμον. id est, Magna animi alacritate (seu animosè) bellum capessebant. Vel (vtendo itidem præpositione In) Alacriter (vel enixè) incumbebant in bellum.

Ἔῤῥωμαι, Valeo, Vtor prospera valetudine. Sic ἐῤῥώμιλω, Valebam. vt apud Thucyd. lib. 7, pag. 237, dicit Nicias, in sua ad Athenienses epistola, καὶ δὴ ὅτ' ἐῤῥώμιλω, πολλὰ ἐν νῆμονίαις ὑμᾶς ὀνέπτυσα. quum paulo antè dixisset, ὡς ἀδύνατος εἰμι διὰ νόσον νεφεῖπν παραμένειν. Solebãt autem claudi epistolæ imperatiuis huius verbi, ἔῤῥωσο, vel ἔῤῥωσθε. Luc. ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς ὅλῃ τοῦ ἐπιστολῆς ὑμαίνειν αὐτὸν τοῦς εἰπὼν, ὅλῃ τέλει δὲ, αἰ τὰ ἔῤῥωσθαι, ὑποτιθέμενος τὸ χαίρειν. Sic autẽ Latinos voce Vale aut voce Valete epistolas claudere passim videmus: & Naso præterea id testatur, quũ scribit, Accipe quo semper finitur epistola verbo, Atq; meis distent vt tua fata, Vale. Idem alibi, Accipe supremo dictum mihi forsitan ore, Quod tibi qui mittit, nõ habet ille, Vale: Vnde etiam discimus, in huiusmodi quoque locis verbo Vale ad valetudinem respici.

Ἐῤῥῶσθαι pro Valere, in ea etiã significatione quã habet quum dicitur Valere iubeo. item quũ dicit Terentius, Valeant qui inter nos dissidium volunt: & ab Ouidio, Valeant mendacia vatum. Demosth. in Midiam, πολλὰ ἐῤῥῶσθαι εἰπὼν τοῖς νόμοις καὶ ἡμῶν. Et in orat. περὶ παραπρ. Πολλὰ ἐῤῥῶσθαι φράσας τοῦ καλοῦ Σοφοκλέους. Sic (inquit B.) Cic. dixit Valeant recta, vera, honesta cõsilia. Ex eodem, Multam salutẽ dixi foro. vt πολλὰ ἐῤῥῶσθαι φράσας.

hoc est, Foro consuetudinem renuntiaui. Cæterùm in ea fui opinione aliquando vt crederem & apud Græcos ἐρρῶσθαι & apud Latinos Valere, hanc significationem accepisse ex illo ἔρρωσο & ex illo Vale quo epistolæ claudebantur, vti dictum est: sed quum considero χαίρειν quoque hunc vsum habere, aliam potius originem quærendam esse cēseo. Nam & isto quidem verbo χαίρειν clausam fuisse epistolam à Ptolemæo refert Dionysodorus apud Lucianum: sed hoc tanquam nouum commemorari manifestum est. Hoc autem quum ita sit, videndum an χαίρειν in isto loquendi genere habeat B ὄφημισμὸν, vt quidam putarunt. quod enim de χαίρειν dixerimus, idem & de ἐρρῶσθαι meritò nos dicturos esse existimo.

Ἐρρωμένος, Corroboratus, Confirmatus. Interdum metaphoricè Confirmatus animo, Qui est animo forti. Cui opponitur θραυόμενος τὸν λογισμὸν, apud Plut. inquit Bud. Sæpe verò (vtpote vsum nominis præstans) sonat Robustus, Robore præditus, Valens, Validus. Plut. in Polit. præceptis, ἐρρωμενέστερα μάλιστα καὶ νεανικᾶς προαιρέσεσι. C

At COMP. Ἐρρωμενέστερος, & SUPERL. Ἐρρωμενέστατος, tanquam ab Ἐρρωμένης, cuius nullum vsum esse puto (licet in v.l. afferatur tanquam receptum, exponentibus, Robustus, Constans) sed ita dici vt ἀφθονέστερος ab ἄφθονος, & ῥᾳδιέστερος à ῥᾴδιος, item ἀπανιέστερος à ἀπανίος, atque alia. Apud Xenophontem autem leguntur ἐρρωμενέστερος & ἐρρωμενέστατος, necnon apud alios scriptores, & quidem ἐρρωμενέστατος metaphoricè etiam positum cum datiuo ψυχῇ: sed & ἐρρωμενεστέρα ψυχὴ apud eundem. At verò ex Plut. in propria significatione ἐρρωμενέστατος μάχῃ ἀγωνισάμενος. ¶ Sed ἐρρωμένος partic. interdum Valens, id est Rectè valēs, Qui valetudine prospera vtitur. Synes. epist. 98, ἐρρωμένος καὶ ἀδαμαντῶν ἐξαπέλει.

Itidem ADVERB. Ἐρρωμένως, Robustè, Validè, Fortiter, Vehementer, Fortiter, Luc. in Caucaso, πολὺ σφόδρα ἐρρωμένως καταφέρε. Synes. cum particip. ἐρρωμένως ἀθυμῶν ἐξαιφνίως, Vehementer læto animo. (Nisi fortè reddi potius debet Forti & læto animo) Ἐρρωμένως metaphoricè etiam, Forti animo, Præsenti animo, apud E Xen. Et grad. COMP. Ἐρρωμενέστερον, VEL Ἐρρωμενεστέρως, Robustius, Validius, Vehementius, Fortius. Synes. ἀλλ' εἶμαι τοῖς κοπίδας ἐρρωμενέστερον ἐμβάλλειν. Isocr. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐρρωμενεστέρας τὴν τῶν ἄλλων ἀνοίαν ἀπαμάσῃς. ¶ Ἐρρωμένως, Cum firma valetudine, Valēte corpore & Firma vtente valetudine, vel Forti & valente corpore, apud Synes.

Ῥώμη, ης, ἡ, Robur, Vires, Vis. De robore corporis seu viribus, vt in hoc Isocr. loco, ad Demon. ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. Alioqui additur interdum genitiuus σώματος, id est corporis: aut etiam plur. σωμάτων cum plurali ῥώμαι. vt apud Xenophontem Pæd. 3, ὡς αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. Apud eundem legimus Pæd. 4, ἐὰν δὲ καὶ τὸ καρτερὸν ἐμβαλόμενοι ἴωμεν ῥώμῃ καὶ θυμῷ δηλονότι τοὺς πολεμίους. Apud Plut. ὄψωμεν ῥώμῃ καὶ ἀκριβείᾳ, in lib. De prud. anim. Item ῥώμη τὸ λέγειν, ex Plat. De leg. Et ἡ ῥώμη τῆς ψυχῆς apud Xenoph. vt Latinè dicitur Robur animi. Sed & absque isto genitiuo interdum de animi robore vsurpatur, seu animi præsentia. quo in significato vtitur & Thucydides. Hinc ῥώμην παρέχειν, Afferre animi robur, Animum addere. G Bud. ῥώμην ab Æschine vsurpari ait & pro confidentia, & audacia: seu pro audaci facinore. Locus autē in quo ita vsurpari putat, est hic ex oratione in Timarchum, σπέφασθε μεγάλῳ ῥώμην Ἡγησάνδρου καὶ Τιμάρχου. deinde quod eorum factum vocet ῥώμῳ, exponēs, subiungit, μεθυδόντες ἐφ' ὅτῳ καὶ αὐτοὶ (&c. paucis interiectis) εἰς πανδήμους νύκτωρ εἰς τὴν οἰκίαν οὐδὲν ἦκεν ὁ Παυσάλακος, ἀφεῖπον μὲν σωνεπιεῖν τὰ σκευάσματα &c. Ῥώμη cum ἰσχὺς interdū copulatur. vt apud Platonem, ἰσχὺς καὶ ῥώμη, quæ quidā interpr. Vis & robur, alii Potentia & robur. quum alioqui & hoc ipsum vocabulum ῥώμη nonnunquam reddendum sit isto Latino Potentia. Apud Philonem verò De mundo inuenitur etiam ἰσχὺς ῥώμη. vbi scribit, ὅτι ἡ συνέχουσα φύσις αὐτὸν (videlicet τὸν κόσμον) ἀήττητός ἐστι κατὰ πολλὴν ἰσχύος ῥώμην, τῶν ἄλλων ὅσα βλάπτειν ἔμελλεν, ἀπαξαπάντων ἐπικρατοῦσα. Quæ Bud. ita vertit Nempe quòd cohibitrix ipsius natura multifariam inuicta est viroris indomiti, omnibus ipsa præualēs violentiis quæ noxam allaturæ fuerant ei interituræ.

Ῥώμη, est celebris illius vrbis nomē quæ quōdā caput orbis vocata fuit, & à quodam orbis epitome. Et Seruius in Virg. dixit esse velut alterum mundum. Horatius principem vrbium appellauit. Tanquam autem à ῥώμη Robur significante, nonnulli scripserunt Rhoma, cum aspirationis nota. Sed recepta est potius scriptura absque aspiratione. atque adeo controuersa est hæc deductio à nomine ῥώμη. Nam quod nōnulli tradunt dictam prius Valentiam, deinde Romam voce Græca fuisse, id satis locupletes testes non habet. Sūntque qui à Romo potius (dicto postea Romulo blandimenti causa, vt Seruius scribit) sint qui à ruma, id est mamma lupæ, quam ipse vnà cum fratre Remo suxit, vocatam tradant: sunt & qui aliunde. vt videre est apud Plutarch. in principio vitæ Romuli. VNDE Ῥωμαῖος, Romanus, passim apud historicos. & ADVERB. Ῥωμαϊστί, Romanè, Romano more, vel Romano sermone: Romanè, vel Latinè (sicut Ἑλλωιστὶ Græcè) vt Ῥωμαϊστὶ λαλεῖν, Romanè loqui, Latinè loqui. Plut. De Roman. fort. ῥωμαϊστὶ μὲν Φήλιξ ὠνομάζετο, Romana lingua, seu Latinè vocabatur Felix. AT Ῥωμαϊκὸς (dictum ea forma qua Ἑλλωικός, Græcanicus) Ad Romanos pertinens, Qui est Romanorum. vt ῥωμαϊκὴν γλῶσσαν: & ῥωμαϊκὰ ὀνόματα apud Plut. Vocabula Romanorū, Vocabula Romanæ linguæ. Apud eundem ῥωμαϊκὸς οἰκέτης, Romanus seruus. sed accipiendo Romanus generalius quàm pro Ῥωμαῖος. Et ADVERB. Ῥωμαϊκῶς, Romano more, vel Romana lingua. Sed & VERB. Ῥωμαΐζειν, Romanis fauere, A parte Romanorū stare. Appian. in Mithrid. (AT VERO Ῥωμανὸς secundum quosdam fuit Vlyssis ex Circe filius, Romam ab eo conditam esse tradentes. vt legimus apud Plutarch. in principio vitæ Romuli.)

HINC Ῥωμαλέος, ᾱ, ὸν, Robore præditus, Robust⁹. Interdū additur datiuus σώματι. vt apud autorē dialogi qui Axiochus inscribitur, καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῆ τῷ ψυχῷ. Apud Plut. De dæm. Socr. κεῖται ῥωμαλέος. Hinc SUBST. Ῥωμαλεότης, Robur, Virilitas. Formatur ab eodem illo adiectiuo ῥωμαλέος, & VERB. Ῥωμαλεόω, ῶ, Robustum reddo seu validum. Vnde pass. Ῥωμαλεοῦμαι, Robustus reddor, Robur acquiro seu vires. A quo partic. ῥωμαλεούμενα apud Arist. κῆ μαλακώτερα ψυχὰς τὰ ἥλεα τῶν ἀρρένων, ἢ πόνῳ τι ῥωμαλεούμενα. Sciēdū est autē ETIAM Ῥῶμα legi apud Hesych. quod exp. ῥώμῳ & ἰσχύν, item ὅρμημα: esse dicens vt γῶμα γώμῳ. Sed ῥωμαλέος non minus à ῥώμη formari potest: quum sint alia eiusdem terminationis adiectiua formata à substantiuis in η itidem desinentibus.

Ῥῶσις autem à secunda persona deductum, sonat q.d. Corroboratio, aut Confirmatio. qua in significatione à Galeno accipi tradit Budæus: addens sonare apud Dionysium Areop. q.d. Valentia. Redditur etiam Robur, Firmitas. Ab Hesychio autem exponitur ὑγιεία, id est Sanitas, Valetudo. AT VERO Ῥωστικὸς, (quod sonat Corroboratiuus, Corroborandi vim habens, seu confirmandi) est à tertia persona. Sed ab Hesychio ῥωστικὸν exponitur ὅρμητικόν. de qua expositione, simúlque de eaquam dat nomini ῥωστήριον, dicam infrà, vbi agam de eo vsu quem habet ῥώσασθαι apud Homerum. Ab eadem autem persona sunt ETIAM Εὔρωστος ET Ἄῤῥωστος. Est autem εὔρωστος, itidem Robustus, Validus. Plut. ὁ μὲν γὰρ εὔρωστος καὶ μάχιμος. Idem, εὔρωστος δὲ τῇ ψυχῇ. Vnde ADVERB. Εὐρώστως, Robustè, Validè, Fortiter. Interdum ad animum refertur sicut Latinè Fortiter. vt apud Plutarchum in Apophth. Lac. Ἀρώστως ἐνέγκας, Fortiter tulit. Et SUBST. Εὐρωστία, Robur, Firmitas, Fortitudo. CONTR. Ἄῤῥωστος, ᾱ, ὸν & ή, Minimè robustus, Inualidus, Infirmus, Imbecillis. Exponitur & Languidus, Instrenuus. Isocr. in Panath. πῶς δὲ φύσιν εἰδὼς ἀνθρώπου τοὺς πονηροτέρους ἀῤῥωστοτέρους καὶ μαλακωτέρους οὖσιν τῶν δίκαιον ἐπιτιμᾷς. Et ἄῤῥωστος τὴν ψυχὴν ex Xenoph. Remissus animo. Sed

accipitur plerunque pro eo qui est infirma valetudine, A vel infirma & ægra, vt alicubi Cic. hæc duo etiam coniungit. Redditurque Æger, Ægrotus. Hinc ADVERB. Ἀῤῥώστως, Inualidè, Infirmè. Et ἀῤῥωστεῖσθαι, siue ἔχειν, (quorum hoc ex Poll. illud ex Dionysio Halic. affertur) Infirma valetudine conflictari, seu aduersa, Ægrotare. Item SUBST. Ἀῤῥωστία, Infirmitas, Imbecillitas. Apud Thucydidem autem ἀῤῥωστία τῶν σωμάτων ἐν τοῖς ἐν τῷ στρατεύειν de iis dici videtur qui ad militandum languidi sunt. Quidam interpr. Tædium militandi. Plerunque verò ἀῤῥωστία, Infirma valetudo, Infirma valetudo & B ægra, Aduersa valetudo, Morbus. Aristotel. De hist. anim. lib. 8, σημεῖον δὲ τῆς ἀῤῥωστίας. Isocr. ἀῤῥωστίαν & ὑγίειαν inter se opposuit, orat. ad Demonicum, ita scribens, καὶ τὸ τῆς ὑγιείας πλεῖστον ὀπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἀναμνημονεύωμεν. Plut. in lib. An seni administr. resp. καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι' ἀῤῥωστίαν ὄντας. Et in plur. apud Aristotel. Ethic. lib. 3, τῶν καθ' ἕκαστα δὲ ἡ προαίρεσις οὐ γινώσκομος, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἀῤῥωστιῶν.

Hinc & VERB. Ἀῤῥωστέω, ῶ, Infirmus sum, Imbecillis. vel, Infirma sum valetudine, Ægroto. Demosthen. C ἐξωμόσατο ἀῤῥωστεῖν πυκνοῖς, Excusauit hunc quòd diceret ægrotare. Athen. lib. 3, vel potius in epitome lib. 3 Athenæi, τοῦτο πίνοντες οἱ ἀῤῥωστοῦντες τὰ μέγιστα ὠφελοῦνται. Et tamē Amm. vult ἀῤῥωστῶν eo differre ab ἄῤῥωστος, quòd ἄῤῥωστος quidem sit ὁ νοσῶν, id est Qui ægrotat: at ἀῤῥωστῶν sit ὁ ἀδυνατῶν ὀπιτελεῖν τὰς κατὰ τὰς ὀρέξεις. & addit, ὡς Ἀθηναφάνης φησίν. Sed statim post, hoc ipsum ἀῤῥωστῶν non ab ἄῤῥωστος sed à verbo νοσεῖν distinguens, vult ἀῤῥωστεῖν dici qui malo est corporis habitu, at verò νοσεῖν qui in lecto decumbit. Sed hæc, vt alia non pauca eiusdem autoris (de D quib⁹ alibi admonui) magis subtilia seu curiosa quàm vera esse sciendum est. Nam primùm quidem non minus ἀῤῥωστοῦντα quàm ἀῤῥωστοῦντα vocari τὸν νοσοῦντα, vel illi quos modò protuli loci, apertissimè ostendunt: deinde si ἀῤῥωστοῦντα dici quis concedat ὅτι τὸ καχεκτοῦντος, sed non ὅτι τὸ κλινήρους, Plutarchi locus quem attuli in ἀῤῥωστία, ei opponi poterit, (sicut & alii plurimi qui passim extant apud alios scriptores) vbi dicit κλινοπετεῖς δ' ἀῤῥωστίαν. Scilicet enim ἀῤῥωστία dicetur ὅτι τῷ κλινοπετεῖν, siue κλινήρων, nō item ἀῤῥωστεῖν. Cæterùm ab hoc E verbo est & VERBALE Ἀῤῥώστημα, ατος, τὸ, Ægrotatio. vel Ægritudo, Morbus. Chrysost. πολλῶν ἀῤῥωστήματα. Inter Stoicorum definitiones legimus, νόσημα, οἵησις σφοδρὰ τοῦ δοκοῦντος αἱρετοῦ: ἀῤῥώστημα autem, νόσημα μετὰ ἀσθενείας. Cicero autem habet pro illis (nisi fortè paulo aliter lecta fuerint ab eo illorū verba) Animi ægroratio, opinatio vehemens &c. Ægrotatio, Morbus cum imbecillitate. Idem Tusc. quæst. 4, Ex perturbationibus autem primùm morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα, &c. Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, iisque item oppositæ contrariæ offensiones. F

¶ Ῥώννυμι ET Ῥωννύω dicuntur pro ῥώω, vt antea admonui: atque adeo ad hæc themata, siue potius ad horum thematum alterutrū referri solent quæ alioqui non ab his sed ab illo ῥώω formata sunt tempora (quorum antea mentio facta est) quòd illud inusitatum esse putetur. Essent igitur re petendæ hîc significationes datæ supra illi Ῥώω, quas potius ibi videndas tibi relinquo. Idem verò & in pass. Ῥώννυμαι faciendū est. cuius partic. vsus est Plut. in Cor. ὀλίγῳ ἥδετο ῥωννύμενος αὐτὸ τὸ σῶμα. Bud. ῥώννυμαι exp. non solùm Roboror, sed etiam Recreor, & Reficior, in hoc Synesii loco, ἐγὼ δὲ καὶ θρήσκου τὴς ὁ Ῥωμαῖος ὅτι ταῖς λεπάσι ῥωννύμεθα, hoc genere piscium in littore reficimur post iactationem maris. G Inueniuntur autem & COMP. Ἀναῤῥώννυμι ET Ἐπῤῥώννυμι, VEL Ἀναῤῥωννύω ET Ἐπῤῥωννύω (quæ tamen non perinde vsitata esse puto) Sonat autem ἀναῤῥώννυμι, q.d. Recorroboro, id est Robur pristinum reddo, Vires pristinas reddo, Refocillo, Reficio. Sic pass. Ἀναῤῥώννυμαι, Refocillor, vel Conualesco. vt Bud. vertit. Idem tamen, quod Plinius dixit Ægris se recolligētibus, vertit per participium actiuum, ἀναῤῥωννῦσιν. Sic certè & in v.l. αὐέῤῥωσεν (quod est tanquam à themate Ἀναῤῥώω) exponitur Conualuit. At verò apud Suidam habet illā suam significationem actiuam. exponit enim ὑγιᾶ εἰργάσατο, hoc in loco, (cuius autorem non indicat) ὁ δὲ Νικάνωρ ἀνόησε, καὶ πολλάκις ὁ θεὸς αὐέῤῥωσεν αὐτόν. Multo certè iustius αὐεῤῥώσθη significabit Conualui, quàm ἀνέῤῥωσα. (vel potius αὐεῤῥώσθην est Conualui, at αὐέῤῥωσα, Feci vt conualesceret) sic αὐαῤῥωστὶς apud Synesium, epist. 67, Vbi conualuerit.

Alterum autem COMP. Ἐπῤῥώννυμι idem valet quod simplex ῥώννυμι, nisi quòd præpositio ὅτι vim eius augere videri potest. (A Thucydide quidem certè animaduerti dici ἐπῤῥώθησαν pro eo quod alibi ἐῤῥώθησαν) Huc verò pertinet ἐπέῤῥωσα, (quod alioqui est tanquam ab ὀπῤῥώω, sicut de αὐέῤῥωσα dictum est ab αὐαῤῥώω) Thucyd. lib. 4, τοὺς μὲν τῷ ἀδοκήτῳ ἐξέπλαξε, τοὺς δὲ, ἃ τοιαῦτα δέχονται ἰδόντας, πολλῷ μᾶλλον ἐπέῤῥωσε. sed hîc ἐπέῤῥωσε est Cōfirmauit illos, id est illorum animos, vel Spem illis addidit. Bud. vertit simpliciter Cōfirmare in hoc Luciani loco, ὅτι ῥῶσον σαυτὸν, καὶ μὴ κάμνῃς. Affert verò & cum accus. ἐλπίδα, exponens ὀπῤῥώσαι τὴν ἐλπίδα, Confirmare spem: in hoc loco Herodiani, (vbi ei opponitur θραῦσαι τὴν ἐλπίδα) lib. 3, ὡς τῶν μὲν αὐταπλικῶν ἀθίως θραῦσαι τὴν ἐλπίδα, τῶν δ' ἓ Ἑλλυεικῶν ὀπῤῥώσαι. Politianum tamen sequendo, reddemus potius Spem addere. In v.l. ἐπέῤῥωσαν, Animum addiderunt. Ibidem ex Chrysostomo De prec. ὀπῤῥώσαι καὶ θαῤῥῶαι. Item pro Animo, Incito, Impello. ex Plut. ὀπῤῥώσας σε πρὸς πόλεμον. Item pass. ἐπεῤῥώθησαν, Animo sunt confirmati. Et ὀπῤῥωθεὶς, Animo erectus. Apud Thucydidem autem obseruaui ἐπῤῥώθησαν dici etiam de iis qui in suo proposito firmi esse cœperunt. Herodianus addidit accus. ψυχὴν, scribens, καὶ τὴν ψυχὴν ὀπῤῥωθεὶς, ὡς προθυμίᾳ θείᾳ ὁδηγούμενος. Sed apud eundem, vbi dicit ἐπῤῥώθη ἀπὸ τῆς νόσου, id est, Melius habere cœpit: tribuitur significatio huic ἐπῤῥώθη quæ est potius τῷ αὐέῤῥώθη, & quidem etiam sine adiectione.

AT VERO Ῥώσθαι, quod poetis est Concuti, Quati, ¶ Agitari, vel Vehementi motu agitari, separandum à præcedentibus censui. Fateor tamen, quum ῥώσθαι exponitur ἐῤῥωμένως κινεῖσθαι, existimari hoc ῥώσθαι suam significationem ab altero ῥώσθαι (pro quo, ῥώννυσθαι in vsu est) mutuari, vel potius suæ significationis originē. Hom. Il. ψ, de equis loquēs, in descriptione curulis certaminis, χαῖται δ' ἐῤῥώοντο μετὰ πνοιῆς αὐέμοιο. Vbi Bud. vertit Quatiebantur. Sed fortassè non malè reddidimus & verbo Agitabantur. vt dixit Horatius, Intonsos agitabat Apollinis aura capillos. (Vt autem & de hoc obiter admoneam, scribendum est πνοιῆς, vt scripsi, cum ῆ: vt sit pro πνοιᾶς. non autem πνοῖς: quam tamē lectionem videtur sequutus esse breuium schol. autor, quippe qui exponat αὐέμου δίκην· quæ certè expositio nullo mihi modo placet) Apud eundem legimus de Vulcano hunc versum, Il. σ, & υ, Χωλδύων· ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο δράγμα. vbi Eustathius, ῥώοντο, inquit, pro ἐῤῥωμένως ἐκινοῦντο. vt, videlicet, κατὰ τὴν αὐτόθεν dicat, ὡς αἱ μὲν κνῆμαι, ἀσθενεῖς, ἡ δὲ κίνησις αὐτῶν, γραμαλέα. Sic autem infrà eiusdem Vulcani ἀμφιπολοι ῥώοντο. Hæc ille. Sciendum autem, vt hîc κνῆμαι ἐῤῥώοντο, sic alibi γυῖα ἐῤῥώσαντο apud eum legi: videlicet Od. ψ, in tertio versu, Γυῖα δ' ἐῤῥώσαντο, πόδες δ' ὑπεκπαίνοντο. vbi Eustathius exponit itidem, ἐῤῥωμένως ἐκινήθησαν. addens, πιοῦσαν γὰρ ἡ παρ' ἐλπίδα πεῖψις, αὐαιεῦσα τὸ γῆρας, καὶ τὰς φυσικὰς δυνάμεις νεογνικὰς ῥωννύουσα ὡς πολλά. Apud Hesychium est ῥώσθαι, quod exponitur σπεύδειν, & ὁρμᾶν. Itē ῥώσται, quod exp. σπουδάζει. Necnon ῥάσσεσθαι, quod exponit ὀπτιάζεσθαι, & ὁρμᾶσθαι, & ἐπίγεσθαι. Cæterùm assumit interdum hoc verbum præpos. ὀπτὶ per compositionem. Extat enim apud illum ipsum poetam ET Ἐπῤῥώοντο, ET Ἐπῤῥώσαντο, tanquam à THEM. Ἐπῤῥώομαι. Legimus enim Odyss. υ, v. 107, Τῷ ὃ δὲ δώδεκα πᾶσαι ἐπῤῥώοντο γυναῖκες, Ἄλφιτα πυχοῦσαι καὶ ἀλείατα. vbi Eustathius annotat, verbo ἐπῤῥώοντο indicari τὴν τῶν ἀλετρίδων σπουδαίαν κίνησιν καὶ ῥωμαλέαν. At ἐπῤῥώσαντο legitur Iliad. α, v. 532, Ἀμβροσίαι δ' ἄρα χαῖται ἐπῤῥώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. id est Concussæ sunt comæ, Ibi certè annotat idē

gramm. ἐπερρώσαντο dictum esse sumpta metaphora ab A
Σβεστὴρ, ῆρος, ὁ, Extinctor. A T V E R O Σβεστήριος E T Σβεστικὸς, q.d. Extinctiuus, seu Restinctiuus. id est Extinguendi vim habens, seu Aptus ad extinguendum. vt σβεστήριον πυρὸς ὕδωρ, Greg. A Galeno σβεστήρια vocantur Res ad restingẽdum aptæ: inquit Bud. ex Therap. lib.10, εἰ μὲν οὖν εἰς ταῦτο συμβαίνοι τὰ τε τοῦ πυρετοῦ σβεστήρια καὶ τὰ τῆς αἰτίας ἀλεξητήρια &c. Idem Bud. σβεστικὸν ab Aristotele opponi τῷ καυστικῷ scribit. A T V E R O Ἄσβεστος, compos. Inextinctus, (pro Inextinguibilis) Qui extingui nõ potest. Propriè πῦρ ἄσβεστον, sed ex Dioscor. & Gal. affertur dictum de calce viua, vtpote quæ nõ restincta sit aqua. Sic & Luc. ἄσβεστος λύχνος. Ab Homero autem metaphoricè vocatur etiam κλέος ἄσβεστον. quò respexisse Nasonem suspicor, quum dixit Nomen inextinctum. Apud eundem Homerum habes etiam ἄσβεστος γέλως, item ἄσβεστον μῦθος, de quibus lege Eustath. Verùm sunt qui nomen illud, quum his aliisq; huiusmodi substantiuis iungitur, minus subtiliter quàm ille, exponant Immẽsus, Ingens. I T E M Ἀσβέστη, fœm. Hom. ἀσβέστη φλόξ. Affertur verò ἄσβεστος ex Plinio & tanquam nomen lapidis coloris ferrei, lib.37, cap.10.

C. ΑΠΟσβέννυμι, V E L Ἀποσβεννύω, Fut. ἀποσβέσω, item ἀποσβήσομαι, & quidẽ in actiua etiam significatione. Præt. ἀπέσβηκα. Aor.2, ἀπέσβην, tanquam ab ἀποσβῆμι, Extinguo. vt ἀποσβεννύειν τὴν φλόγα, Extinguere flammam. Capitur etiam metaphoricè, sicut Latinè Extinguere, pro Abolere, Perdere. Xen. Pæd.8, πᾶν ἀποσβῆναι τὴν ἡμέτερον γένος καὶ ὄνομα. (Sed passiuè accipi hunc aoristum, mox docebo) Item supprimo, Cessare facio. Plutarchus, τὴν μὲν ἐὰν ἴδῃ τὴν αὔραν, ἢ παρῆχε χαλήνην, πολὺς ἀποβήσας πελάγους τῆς νυκτὸς ἀπέσβεσε.

Ἀπέσβηκα præteritũ & Ἀπέσβην aor. posterior passiuã aliquando significationẽ habent. Xenoph. Pæd.8, τὸ μὲν πρῶτον τὰ ἵππα καὶ μανθάνειν καὶ μελετᾶν, ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἱέναι ὅπου αὐτὰ ἀποφαινόμενοι ἠδικοῦντο, id est Extincta est & abolita exercitatio rei militaris. vel Funditus interiit. Sic ἀπέσβην vsurpatur apud Theodoritum, Eccles. histor. lib.3, Λουκιφεριανοὶ γὰρ ὀλίγοι πλεῖστον ὠνομάζοντο χρόνον. ἀπέσβη τε καὶ τοῦτο τὸ δόγμα καὶ παρεδόθη τῇ λήθῃ. Bud. autem affert ἀπεσβήκει ex Plutarcho in vita Demosthenis pro Concidit animo, Relanguit.

P. Ἀποσβέννυμαι, V E L Ἀποσβεννύομαι. Extinguor. Itẽ Interreo. Xen. Pæd.8, νῦν δὲ ἢ μὴ ὀλίγον Περσῶν καρτερίαν πεποιηκόσιν ἀποσβεννυμένην. Item Supprimor. Aristot. De gener. animal. lib.4, οὐ γίνονται οὐδὲ θηλαζομένοις αἱ καθάρσεις καθ' φύσιν, ὅτι συλλαμβάνοιτο θηλαζόμενοι. καὶ συλλάβωσιν, ἀποσβέννυται τὰ γάλα. Idem De hist. animal. lib.9, de caprimulgo loquens, φασὶ δὲ, ὅταν θηλάσῃ τὴν μαστὸν, ἀποσβέννυσθαί τε καὶ πλὴν αἷμα ἀποτυφλοῦσθαι.

C. ΚΑΤΑσβέννυμι, V E L Κατασβεννύω, idem quod σβέννυμι & ἀποσβέννυμι, Extinguo. Aristoph. τοὺς λύχνους κατασβέσας. Et metaph. κατασβεννύναι τὰ χαχὴν, Sedare tumultũ: Xenoph. Pæd.5, εἰ δέ τινας θορυβοῦντας αἰσθάνοιτο, κατασβεννύναι τὴν ταραχὴν ἐπειρᾶτο. Item Καταβῆναι, Extinctũ esse, tanquam à καταβῆμι. sicut ἀπέβην tanquam ab ἀποβῆμι.

Σ Ε Β Ω, E T Σέβομαι, Veneror, Adoro, vel Colo, ea signif. qua dicimur Colere deum. Thuc. libro 2, θεῶν δὲ φόβος ἢ αἰδὼς ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπέρχεται· τὸ μὲν κρίνοντες ὀλίγῳ, καὶ σέβειν ἢ μὴ, ὁμοίως τοῖς πᾶσι τὰς ὁρᾶν ἐν τῷ ἀπολλυμένῳ. Aristoph. Nub. κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν. Pausanias, καὶ ὅσοις θεοὺς καθεστήκασιν ἄλλοις ἐν τοῖς δήμοις σέβειν, οὐδέν τι ἧσσον τὴν Ἀθηναῖαν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. Luc. in lib. De sacrif. κατ' ἔθνη σέβουσιν, ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Ἀπόλλω. Sed dicitur etiam τὰ θεῖα σέβειν, & quidem ab Aristoph. quoque. Et Ἀτρείδας σέβειν à Sophocle: à Platone σέβειν τὴν δίκην. Magis vsitata est passiua vox Σέβομαι, (actiuam certè illã σέβω Eustath. à veteribus vsurpatam tradit: sed videm⁹ & à Pausania ac Luciano qui nequaquam in numero τῶν παλαιῶν censeri possent, vsurpari: vt, omittam Herodianum, atque alios de quibus idem dicendum fuerit) ponitúrque non solùm pro Veneror, & Colo, quæ de diis aut rebus diuinis dicuntur, verùm & pro Colo ac Obseruo, quæ de hominibus. Xen. Pæd.8, οἵ τε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο. Itidémq; dixit Charondas τοὺς ἀρχομένους debere πρὸς τοὺς ἄρχοντας οὕνοιαν διαφυλάττειν κατὰ τὸν πατρικὸν, ὑπειθοῦντας καὶ σεβομένους. vnde Cic. De leg. lib.3, Nec verò solùm vt obtemperẽt obediántque magistratibus, sed etiam vt eos colant diligántq; perscribimus, vt Charondas in suis facit legibus. Sic Polyb. σέβεται δὲ καὶ τὸν παρ' ὅλον τὸν βίον ὁ πωθεὶς ὡς πατέρα. Apud Homerum σέβεσθαι exponitur & αἰδεῖσθαι & ἐκπλήττεσθαι. vide Eustathium. Apud Lucam autem legitur hoc participium & sine adiectione accusatiui positum, primam illam significationem venerationis habens: cap. 13 Act. Apost. vbi οἱ σεβόμενοι redditur Religiosi, itidémque αἱ σεβόμεναι, religiosæ. Existimatur autem hoc nomine appellare eos ex profanis gentibus qui Mosis religionem relicto paganismo erant amplexi. quanuis nonnulli essent incircumcisi: vt antea Cornelium vocauerat ὀσεβῆ. At v.l. illic ibidẽ exp. σεβομένους, superstitiosos: & addũt, quæ religiosæ vulgò creduntur. Quasi verò manifestum non sit in bonam partem vsurpasse ibi Lucam hoc participium. Additur ibidẽ posse & passiuè accipi pro ἐντίμους, honoratas, primarias, magnáque autoritatis, quæ venerantur & coluntur magna cum reuerẽtia. Sed huius vsus in pass. signif. exemplum desidero, non minus in participio quàm in verbo. At σέβομαι cum infinitiuo pro ὀκνοῦμαι poni testatur Bud. in hoc Platonis loco in Timæo, pag.168, σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον.

Σέβομαι, signif. passiua, Adoror, Color. Aut Veneror (si passiuè vsurpare liceat) Greg. de Ægyptiis loquens, βδελυκτοὶ τῆς πλάνης, βδελυκτότεροι τῆς ἀπιστίας τῆς προσκυνουμένων καὶ σεβομένων. de Ægyptiis loquens, Abominabiles ob errorem cultus deorum, abominabiliores propter vtilitatem eorum quæ ab ipsis coluntur & adorantur. Idem de adulteriis deorum loquens, ἃ τοῖς νόμοις κολάζεται, τοῦτο ὡς θεῖα σέβεται.

Σέβας, τὸ, (existimatur autem esse ἄκλινον, id est indeclinabile) Veneratio, Adoratio, Cultus diuinus. vt interpret. Bud. afferens hæc Gregorii, loquentis de diabolo, ὁ κλέπτων εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ θείου τὸ σέβας. Atque ita eũ alibi quoque vti testatur. Sed affert ex Areopag. cum adiectione etiam positum, videlicet τὸ θεῖον σέβας. Sæpe autem σέβας est res quam veneramur seu adoramus, (quod & σέβασμα vocari docebo paulo pòst) Quod nobis est venerabile. In v.l. ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Tu cui maximam reuerentiam debeo. Ibidem ex Eurip. & Sophocle pro re augusta. & σέβας ὄρκιον ex Epigr.

Σέβας apud Hom. pro ἔκπληξις, sicut σέβας pro ἔκπληξις ab eo vsurpari dictũ est. Redditur Latinè Stupor, (videlicet præ admiratione) in hoc loco, Odyss. ζ, — σέβας μ' ἔχε εἰσορόωντα. (Stud. ex Callimacho affert pro θαῦμα, vbi ille dicit, τόδ' ἔχω σέβας) Exponitur alioqui apud eundem Homerum αἰδὼς, item νέμεσις. Vide Eustathium. Cæterùm non sum nescius quosdã ab hoc σέβας deriuare verbum σέβομαι: at ego non video quid obstet quominus σέβας contrà à verbo σέβομαι deriuemus. ex quo σέβας esse verbum σεβάζομαι, satis manifestum est.

H I N C Σεβάζομαι idem quod σέβομαι, sed minus vsitatũ. Greg. in Macchab. enc. θαῦμα οὖν σεβαζόμενα τὰ ἡμέτερα ἢ τοῖς σοῖς ἡμεῖς εἴζομεν. Ex Gennadio, ἡ ἄλλη πᾶσα οἰκουμένη ἐσεβάζετο τὰ κτίσματα τοῦ θεοῦ. Apud Hom. autẽ Il.ζ, σεβάσσατο γὰρ τόγε θυμῷ, redditur Irreligiosũ putauit, Nefas esse putauit. Sed ego malim, (vt similis vel potius eadẽ in vtraque lingua translatio significationis oftẽdatur) Religiosum id fuit, vel Religiosum id habuit: seu Religioni habuit. At Græcæ expos. σεβάζεσθαι hîc volunt esse αἰδεῖσθαι seu νεμεσᾶν, aut etiam τιμᾶν.

V N D E Σέβασις, εως, ἡ, Veneratio, Adoratio, Plut. in Col. (Huic autem verbali licet à secunda persona formato primum do locum, quòd deriuata non habeat, vt sequens quod à prima formatum est) I T E M Σεβασμὸς, pro veneratione itidẽ seu adoratione aut cultu: vt σεβασμὸς θεῶν, Cultus deorum, Cultus diuinus, Plutarch. & Strabo. Apud Philonem Turnebus vertit etiam Religionem & Obseruantiam. A T V E R O Σέβασμα, ατος, τὸ, exponitur quidem & ipsum, Veneratio, item Cultus deo aut ei qui maiestatem quandam obtinet, exhibitus: est tamẽ potius Quod veneramur, Res quam veneramur, seu adoramus. Ac certè in iisdem annotatur σεβάσματα vocari omnia quæ superstitiosi venerantur: cuiusmodi sunt aræ, delubra, statuæ, simulachra, monumẽta. Act. cap.17, ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν (vbi, quidam interpr. Cultus, quidam Culturas) posse reddi Cultus vestri monumenta:

[redacted]

Ab hoc autem substantiuo σέβασμα, seu potius ab illo Σεβασμὸς, est A D I E C T. Σεβάσμιος, Venerabilis, Venerãdus, Veneratione seu adoratione dignus, Itẽ Augustus. vt σεβάσμιος γάμος, Herodian. lib.5, ἀρμόζοντά τε καὶ σεβάσμιον εἶναι γάμον ἱερέως τε καὶ ἱερείας. Apud eundem σεβάσμιος ἀρχὴ, libro 2, in concione Seueri, τῶν τε Ῥωμαίων ἀρχῶν, & (paucis interiectis) ἢ σεβάσμιος ἐφάνετο. Et σεβάσμιος τιμὴ, Budæus ex eodem, Augusta dignitas, id est Imperatoria. Apud eundem plur. σεβάσμιοι τιμαὶ Polit. vertit Augustales honores, item Augustorum honores. Vocatur certè ab eodem historico σεβάσμιος ipse imperator, seu Cæsar, qui à Latinis Augustus: lib.2, σεβάσμιόν τε καὶ βασιλέα προσηγόρευσαν. Nisi fortè σεβαστὸν hîc quispiam legẽdum putẽ⁹ existimet: de quo dicã paulo pòst. Ab illo autẽ adiectiuo σεβάσμιος factũ S V B S T A N T. Σεβασμιότης, q.d. Venerabilitas. sed à recentioribus potius vsurpatũ, & quidem de illis potissimùm qui dignitates ecclesiasticas obtinebãt. Alioqui N E V T R. τὸ Σεβάσμιον antea dictum fuisse existimo, accipiendo videlicet substantiué. Quinetiam V E R B. Σεβασμιάζω pro Veneror, habent v.l.

T E R T. Σεβαστὸς (id est à tertia persona formatum) itidem Venerabilis, Veneratione dignus, seu adoratione, Venerandus, Adorãdus. Aptissimè autem redditur Augustus: quòd vt hoc in Latino sermone, ita illud in Græco imperatoribus Romanis tribueretur: vt videre est cum apud alios, tum Strabonem, Dionem, Plut. Herodianum, apud quem legitur lib.2, αὐτοκράτορά τε αὐξῆτε καὶ σεβαστὸν προσηγόρευσε. Idem lib.7, σεβαστόν τε ἀνηγορεύθησαν.

Sic autem & apud Luc. θεοῦ Καίσαρος σεβαστοῦ. Et alibi, θεοῦ σεβαστοῦ, & ὅλῃ τῷ περιόντος σεβαστοῦ. Alioqui & sine adiectione vlla ὁ σεβαστὸς inuenitur dictum de Cæsare Octauio, qui à Latinis itidē peculiariter appellatus fuit Augustus, & sine adiectione: & quidem à quo hæc appellatio sumpsisse initium traditur. Testatur porro & Pausanias σεβαστὸν esse Græcis quod Lat. Augustum: scribens, σεβαστὸς καθ' ἡμᾶς Ῥωμαίων γλῶτταν Αὔγουστος λέγεται.

Sic autē F O E M. Σεβαστή, Augusta, vxor Augusti. id est, generaliter, quæ erat vxor Cæsaris: apud Strabonem & Herodianum. Apud Lucā legitur etiam σεβαστὴ στεῖρα, cap. 27 Act. Apost.

Σεπτός, itidem pro Venerabilis, Venerandus. Item Augustus. hac enim in significatione vsurpari ab Areop. & à Greg. testatur Budæus. Fit autem hoc adiectiuum σεπτὸς à tertia pers. præt. ἔσεπται, sed quam vix in vsu esse crediderim: sic tamē vt cæteræ personæ duriores etiam sint. Est autem ex hoc σεπτὸς compos. Θεόσεπτος, quod habes Tomi 1 col. seu semipag. 1527, in fine. Ab eodem σεπτὸς formatum est aliud A D I E C T. Σεπτικός, quod sonat q.d. Veneratiuus, Adoratiuus, Cultiuus, B. Hinc & N O M. Σεπτήριος: quod itidē sonat q.d. Veneratiuus, seu Adoratiu⁹. Sed hoc nomen sibi peculiariter vendicabat vna triū ἐνναετηρίδων (i. Nouennaliū solennitatū, vt quidam interpr.) quæ Delphis celebrabantur in honorem pugnæ Apollinis aduersus Pythonem. Vide Plut. Hellen. Ab illo autem nomine σεπτὸς est & V E R B. Σεπτύω pro Veneror, σέβω, vt exp. Hesych. Apud quem legitur & partic. pass. σεπτυομένης. verùm hoc exp. non solùm σεβομένης, sed etiam ἐλεγχομένης.

Σ E M N O Σ, ή, ό, Venerabilis, Venerādus, Reuerēdus, Augustus, Sanctus. Sic à Thuc. & aliis αἱ σεμναὶ θεαὶ vocari videntur tanquam quæ sint venerandæ. Nam & apud Sophocl. σεμναὶ ἐρινῦς videmus exponi σεβασμίας. Dicitur verò Rhea itidem σεμνὴ μήτηρ. Necnon apud Eurip. σεμνὸν ὕδωρ Πειρήνης, quidam interpr. Venerandā aquam Pirenes. Synes. ὁ δὲ λόγος ἐδείκνυ καὶ τοῦτο σεμνόν, ὥστε ὃν τελεταῖς, τὸ ἀπόρρητον, Venerandum, Sanctum. Sic apud Luc. Μακεδόσι δὲ ἴσως καὶ ταῦτα σεμνά, veneranda, [illegible] Interdum σεμνὸς, Maiestate præ[illegible] Qui maiestatem [illegible] σεμνὸν [illegible] pro [illegible] vt [illegible] apud Dion. [illegible] Mad. [illegible] P. est [illegible] redditur [illegible] Gu[illegible] dit. apud Herb. [illegible] sima quæque [illegible] sanctis[illegible] certè [illegible] honorificum, item Magnificum, Præclarum. De homine autem dictum σεμνὸν, reddi etiam Grandem, docebo in proximè sequente tmematio.

Σεμνὸς, Grauis, id est Tumidus, & ὁ μὴ ὀμλητικὸς, inquit Bud. afferens ex Isocr. Idem in Comm. σεμνὸς enim (inquit) ὁ τίμιος καὶ σεβάσμιος, id est Augustus & venerandus. καὶ ὁ ἀστερίφανος, καὶ μὴ ὀμλητικός. id est Odiosè & immodicè grauis. quo modo lingua vernacula homo grauis accipitur. & in vitio enim & in laude ponitur. Significare autem vult eum quem vulgò dicimus *Tenir sa grauité*. Sic certè inuenio apud Lucianum eum qui dictus sit σεμνὸς, paulo pòst appellari γαῦρον. In v.l. σεμνὸς, Odiosè & immodicè grauis (sicut antea ibi expositum fuerat Grauis cum autoritate & modestia) item Rigidus & tetricus, Molestè seuerus. (Et subiungitur ex Aristot. Rhet. lib. 2, καὶ σεμνότεροι ἢ βαρύτεροι. Sed non video cur hic locus in exemplum afferri debuerit, quum subiungatur ab Aristotele, σεμνότητα, esse μαλακὴν καὶ ἀχάμονα βαρύτητα. Victorius certè σεμνότεροι vertit Grandiores, excelsioréſque: sicut βαρύτεροι, Grauiores. Idem in isto eiusdē Aristot. loco. l. 1, vbi loquitur de iis qui vitia vertentes in virtutes, τὸν αὐθάδη appellat μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνὸν, itidem interpr. σεμνὸν grandem, id que tanquam ex Cicerone. Sed addit posse etiā esse σεμνὸν, Qui nescio quid augusti diuiníque in se habet) Et σεμνοῖς λόγοις, ex Aristoph. Ostentabundis verbis.

C. Σεμνόθεοι à Galatis dicti fuerunt qui δρυΐδαι à Celtis, qui à Persis magi, ab Indis gymnosophistæ, vt discimus ex Diogene Laertio, in principio operis. Videntur autem

sic appellati ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς σεμνότητος, seu quòd σεμνοὶ essent illis οἱ θεοί. nam ipse postea de iis dicit inter alia σέβειν θεοὺς.

C. Σεμνολόγος, ή, ό & ή, Qui grauiter loquitur, seu cum grauitate. Vel, Qui magnificè loquitur, Qui magna loquitur, vel Qui magnificè magna loquitur (vt hæc à Tibullo copulantur. sicut docui in Μεγαλήγορος) Ostentator.

H I N C Σεμνολογία, ας, ἡ, Loquendi genus, vel oratio cui grauitas quædam inest, vel grauitatem præ se ferens. Σεμνολογίαν (inquit Bud.) id est, venustum sermonem & grauem ac lepidum sciréque compositum, appellat Halic. rhythmos Isocratis.

Et V E R B. Σεμνολογέω, ῶ, Cum grauitate loquor, Magnificè loquor, Magnificè narro, seu prædico. Paus. in Cor. ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, Ἀθηναῖοι περὶ τῆς Ἀττικῆς ἐσεμνολόγησαν. quæ Bud. vertit, Atticæ laudes prodiderunt, Magnificè de Attica loquuti sunt. (Dixerat autem antea σεμνολογεῖν esse Dicēdo ornare & celebrare) Luc. cum accus. ταῦτα σεμνολογοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν. Interdum verò σεμνολογῶ, sicut & σεμνολογοῦμαι, Glorior, Iacto. Herod. lib. 5, διοτρεφὴς τε εἶη αὐτὸν σεμνολογοῦσι, Vbi animaduerte iungi infinitiuo. At cum accus. apud Lucianum, πολλὰ μεγαλικῶς σεμνολογησάμενος. Bud. σεμνολογεῖσθαι vertit Gloriari, apud Basil. item Speciosè & grauiter loqui, apud Demosth. vt videbis Commen. pagina 801. Hinc verbale N O M. Σεμνολόγημα, Quod cum grauitate aliquis loquutus est, seu magnificè, Quæ quis iactabundè loquutus est, Iactantiæ plena oratio.

C. Σεμνόμαντις, Venerabilis vates. At in v.l. Venerabilis vates & seuerus.

C. Σεμνομυθέω, ῶ, Cum grauitate loquor, seu cum fastu insolentiáque. Bud. ex Suid. Affertur autem ex Eurip. Hippol. σεμνομυθεῖν expositum σεμνολογεῖν. At v.l. σεμνομυθῶ, Scitè fabulam narro. Quæ interpretatio vereor ne fabulosa sit.

C. Σεμνοποιέω, ῶ, Magnificè æstimo, Maiestate afficio. B. ex Greg. περὶ ἀνθρώπου, pag. 33. In v.l. ex. σεμνοποιῶ ex Strab. Reuerentiam concilio, Autoritatem addo. At pass. σεμνοποιοῦμαι Bud. affert pro Grauiter me habeo, In grauitatē me compono, Honestos & speciosos mores præ me fero: ex Greg. πρώτερα ταῦτα τῆς Σωκράτους φιλοκαλίας καὶ σεμνοποιῆται τῆς ὀθνείας.

C. Σεμνοπρεπής, ές, ό & ή, Decēs eum qui grauitate seu maiestate est præditus, Cōueniens grauitati, seu maiestati. V N D E Σεμνοπρεπῶς, quod Bud. apud Herodianū vertit Cum dignitate, item Grauiter & decoré. Ab eodē N O M. Σεμνοπρέπεια redditur Dignitas, apud Synesiū, πολλὰ ἀγαθὰ γίνοιτο τῷ δεῖνι δι' ὀφθήμου μνήμης τῶν οἰκείων σεμνοπρέπειαν. Ab eodē in Comm. ἡ σεμνοπρέπεια redditur Dignitas oris.

C. Σεμνοπρόσωπος, ή, ό & ή, Cuius facies grauitatem præ se fert. V N D E Σεμνοπροσωπέω, ῶ, Grauitatē facies mea præ se fert, Ori meo grauitas quædam inest. Vel, Grauitatem ore præfero, Grauem faciem ostendo, vt vertit Budæus, afferens exempla ex Aristophan. & Synesio, apud quos de tetrica & odiosa quadam grauitate dici videtur. Sic certè apud Artemid. in Onirocr. lib. 1, αἱ γόητες καλοῦσιν οἱ σεμνοπροσωποῦντες καὶ τὰς ὀφρῦς αἰωρουμένους.

C. Σεμνηγόρος, ή, ό & ή, idem quod σεμνολόγος, de quo paulo antè dictum fuit. V N D E Σεμνηγορία, idem quod σεμνολογία. Vt in vulg. l. perperam, Concio honesta. Et V E R B. Σεμνηγορέω, sicut & σεμνολογῶ, Magnificè loquor, seu prædico, &c. Apud Philonem, μεγαλησορῶν τι & μεγαλησορεῖν περί τινος.

C. Ἄσεμνος, ή, ό & ή, Minimè venerandus, Nihil maiestatis seu grauitatis habēs. Vel, Maiestati, seu grauitati, aut dignitati non conueniens. vt apud Aristot. De mundo, ἄσεμνον ἴσως αὐτῷ δοκεῖν αὐτουργεῖν. vbi redditur, E dignitate eius non erat. Bud. interpr. etiam Inhonestus, Fœdus, afferens ex Herodiano, εἴς τι τὸ ἄφροδίσιον καὶ ἄσεμνον ὀθνείδιζε ἑαυτόν.

Σεμνῶς, aduerb. Cum quadam veneratione, seu reuerentia. Et q.d. Reuerenter, Veneranter. Sed malim Venerandè, vel potius Venerabundé. Item Cum maiestate: vel Grauiter, aut Grauitatem præ se ferendo. Dem.

Pro cor. πῶς δὲ μπέρα σεμνῶς παύν Γλαυκοθέαν ὠνόμαζεν. At Xenoph. Symp. καὶ ὅς μάλα σεμνῶς αἰκαπάσας τὸ πρόσωπον. sicut in loco quem paulo antè protuli ex Artemidoro, habes, οἱ σεμνοπροσωποῦντες καὶ τὰς ὀφρῦς αἰωρουμένους) Cui simile est apud Luc. σεμνῶς περιβαίνων, καὶ ὑψηλιάζων ἑαυτόν.

Σεμνότης, ητος, ἡ, Grauitas, Maiestas. Herodian. lib. 2, ἡ δὲ σεμνότητα αἰδούμενος, Vel grauitatē ipsam verito, vt vertit Pol. Sic & alibi apud eundem. Alicubi autem autoritatem reddit. Quidam interpr. etiam Magnificentiam. sed videmur debere potius Grauitatem seu Maiestatem interpretari & in sequente loco. Plut. in Pericle, πεῖς δὲ τὸ Περικλέους πῶς σεμνότητα δοξοκομπίαν τε καὶ τύφον ἀποκαλοῦσι. In v.l. σεμνότης, Moderata grauitas, Grauitas non aspera, sed mollis, honesta & elegans: ex quodam loco Aristot. quem attuli in σεμνός. Sed in iisdem exponitur etiam Reuerentia, apud Eurip. οὐ σεμνότητος ἔργον, id non exigit reuerentiam. Item Sanctimonia, & Seueritas morum, qualis est in virginibus & iuuenibus probè & pudicè institutis. Quinetiam Pudicitia, Modestia, Pudor liberalis & ingenu⁹. Sed harum signif. exempla desidero.

Σεμνεῖον, ου, τὸ, Locus sacer, seu sanctus. & q.d. Sāctuarium. Aut q.d. Augustale, deducendo ab ea nominis σεμνὸς significatione qua ponitur pro Augustus. Sed alium potius vsum habet hæc vox σεμνεῖον quàm illa Augustale. Illa quoque alioqui barbara, Sanctuarium, ad aliam significationem restringitur. Traditur autem fuisse σεμνεῖον Scythis locus in quo mysteria peragebantur. Sed postea dictum fuisse de quouis loco in quē cōgregarētur viri σεμνοί. Philo de loco in quo monachi τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦσι, quod & μοναστήριον. Vide Suidam, item Bud. pag. 319. Ab Hesychio σεμνεῖον exponitur ἱερὸς οἶκος.

Σεμνόω, ῶ, Speciosū reddo, Speciosè fingo, Adorno. Bud. ex Herodoto. Hinc N O M. Σέμνωμα, Ornamentum, Decus. in v.l. sed ex Iano Lasc. πολλὰ τῶν ἀρετῶν σεμνώματα. At C O M P. Ἀποσεμνόω, ῶ, In grauitatē cōpono. idē B. ex Aristot. De poetica, vbi scribit, de tragœdia loquens, ἔπ δὲ τὸ μέγεθος ὀκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, ἀφ' τὸ ὀκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀποσεμνύθη.

Σεμνώω, Venerandum & augustum reddo, Bud. ex Plat. Item Orno, id est Honore & dignitate afficio, ex Dem. 173, πολλοὶς γὰρ ὑμῶν μᾶλλον αἱ τιμαὶ τῶν ἀρετῶν σεμνώουσιν, id est, Legationibus & aliis muneribus ornabamus. Accipi etiam ait σεμνώειν (sicut & ἀποσεμνύειν) pro Magnificè efferre. At P A S S. Σεμνώομαι est potius Grauitatem præ me fero, seu Cum grauitate ago & compositè, Grauiter me habeo, Vel, Ad Grauitatem me compono, Grauitatem induo, vt interpr. Bud. apud Aristot. & Isocr. σεμνώεσθαι δὲ ἐμελέπων, ἀλλ' οὐ βωμολοχεύεσθαι. Alia autem exempla vide pag. 804. Ab eodem σεμνώομαι exponitur etiam Efferor & glorior hac re, Mihi placeo: apud Isocr. in Euagora, εἰδὼς τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν οὐχ οὕτως ὅτι τοῦ κάλλους τῶν σωμάτων σεμνυνομένους, ὡς ὅτι τῆς ἐρρωσεως καὶ τῆς μνήμης φιλοπονουμένους. Redditur præterea (sequendo hunc eundem vsum) Iactito me, Vendito me, Me ostento.

C. Ἀπόσεμνώω, Verbis effero, Magnificè celebro, Magnipendo. Basil. in Hexaëm. homil. 11, ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν ἐν τοῖς ἀρτίως ἡμῖν ἀνεγνωσμένοις ἀποσεμνύων τὸν ἄνθρωπον, ἔφα, Μέγα ἄνθρωπος. Itē, Orno. id est Cohonesto. Idē in eadem, κατ' ἀλήθειαν μικρὸς κόσμος ἄνθρωπος. καὶ ἐπίστευον οἱ πάντα τοῦ ὀνόματος αὐτὸν ἀποσεμνύοντες, καλῶς. id est Augustū & venerandum facientes. B.

Ἀποσεμνώω quidam interpr. Iacto, Vēdito, Ostento. vt ἀποσεμνύω ἐμαυτόν, Me vendito. Sic apud Nazianz. ὅσοις σὺ τὸν θαυμασίαν σου ταύτην ὀθνείαν ἀποσεμνύεις. Sed potest ἀποσεμνύειν hìc itidem vt in locis proximè citatis capi pro Verbis efferre, Magnificè celebrare, vel prædicare.

Pass. Ἀποσεμνύομαι, Verbis efferor, Magnifio. Itē Ornor, Cohonestor. Basil. εἰς τὸν Μάμαντα, Θαυμάσωμεν τὸν ἄνδρα μὴ ἀλλοτρίῳ κόσμῳ κοσμούμενον, ἀλλὰ τοῦ ἰδίου ἀποσεμνυνόμενον.

Ἀποσεμνύεσθαι Aristophanes in Ranis actiua significatione vsurpauit, scribens, ἀποσεμνυνεῖται τοῦτον ἄνδρ' ἑκάστοτ' ὀν τοῖς τραγῳδίαις ἐπεστάθετο.

C. Ὑπερσεμνύομαι, Vehementer glorior & efferor, Vehementer me iacto. Bud. ex Xenoph. Sympos. Καλλιπίδης ὁ ὑποκριτὴς ὑπερσεμνύεται ὅτι δύναται πολλοὺς κλαίοντας κατιδεῖν.

--Σ E I P A, ας, ἡ, Catena. Aut etiā Funis, Restis. nam si Plutarcho credim⁹, propriè ὅλῃ τῷ χρυσίου πάσῃ, ac per catachresin Homerus σφρὴν χρυσείην dixit. Idem Iliad. ψ, Οἱ δ' ἦσαν ὑλοτόμοις πελέκεσσ' ὀν χερσὶν ἔχοντες, Σειρά τ' ἄμπεκτοις. Vbi Eustath. σφραῖ, inquit, πλέγματά τινα ἀπὸ σχοίνων, ἢ ἀσπάρτων, ἢ καυλάβεως, ἢ ἄλλοθεν. Quib⁹ addit, κεκοίνωται δὲ ἡ λέξις, ὡς δηλοῖ παρ' ἡμῖν τὸ σφεῖδια. Lucianus in Herc. δεσμὰ δὲ εἰσὶν οἱ, σφραῖ λεπταί, χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι. vbi σφραῖ Bud. reddit Habenulæ. (Vide Ἄστρος) Idem scribit Polluci σφραῖ esse ἱππίας τῶν σφραίων ἵππων. ‖ Ex eodem affertur σφραῖ τριχῶν pro πλοκαμός. Itidémque ex Græc. Bibl. interpr. Iudic. c. 16, σφραῖ τῆς κεφαλῆς μου. ‖ Σειραὶ Linea: Bud. ex Pand. πατρῴα σφραῖ, μητρῴα σειραί, Paterna linea, & Materna linea. ‖ Σειραὶ in v.l. Sera & obex forium, eo quòd antiquitus fune cōmunire ianuas solerēt, ante repertū seræ vsum. ‖ Σειραί, (vt annotatur in iisdem) quæ vulgò *Surors*, ex hoc Græco vocabulo sumpta appellatione: Morbus in iumentorum suffraginibus præcipué. Latinè ob id suffragines: vnde suffraginosam mulam dixit Columella lib. 6, cap. vlt. id est suffraginibus siue suffraginum vitio laborātem. Apsyrtus in lib. qui Hippiatria vocatur, ῥύματα ἐμπίπτει εἰς τοὺς πόδας τῶν ἵππων, ἃ τινὲς εἶπον σφραῖ, ἕτεροι δὲ χιεράματα. ὃ οὐ λέγεται σειρὰν αὐτοῖς πόδας. Obserua autem hic obiter & N O M. Χιεράματα, si tamen hæc scriptura mendo caret.

Σειρὰ quidam deriuarunt ab εἴρω: secundum quam deriuationem dictum fuerit σφεῖρα pro εἰρά.

C. Σειραφόρος, ή, ό, q.d. Catenam ferens. Equus extra iugum ferens catenam, seu habenā, qui & σφραῖος vocatur. Helcianus à quibusdam exponitur. Dicitur etiam ὠθεῖ σφραῖος siue παρήορος, quòd latera stipet. At qui iugum subit, ζύγιος, & ὁ ὑπὸ τῷ ζυγῷ ἵππος, lugalis. v.l. Herodoto E S T Σειρηφόρος. (posito η loniceprro α, vt quum σειρὴ dicitur pro σειρὰ) vbi scribit, ζεύγνυσι ἕκαστος κατὰ μηλοῦς τρεῖς, σειρηφόρον μὲν ἑκατέρωθεν ἕρσενα παρέλκειν, θήλειαν δὲ μέσην.

C. Σειρομάστης, laculi genus quoddam, vel Lanceola, Bud. ex Græc. Bibl. interpr. lib. 3 Reg. cap. 18. Affertur & ex capite 11, lib. 4. Sed aliunde potius quàm ab hoc σειρὰ originem habere existimo. Hesych. σειρομαστῶν exp. etiam δορυφόρων. addens, καὶ εἶδος λόγχης.

C. Ἄσειρος, ή, ό, (à σειρὰ significante habenam) Habena carens, seu habenis, & generaliter Non vinctus. dicitur autē de equo. ἄσειρος ἵππος (inquit Hesych.) ὁ μὴ ἔχων σειραν μηδὲ δέσιν, ἀλλ' ἄφετος καὶ ἄνετος.

C. Παράσειρος equus, vide paulo antè in Σειραφόρος. vide itē in Παρήορος, Tom. 1, col. 220, lit. c.

C. ΑΝΑσειρέζω, Retraho catena, propriè. Accipitur etiam generaliter pro Retraho. Apoll. Argon. 1, Ἀψ Ἀνασειρέζοντες ἔχεν πρὸς πύρσοε κιοῦσαν. Suidas citat ex epigrammate, hunc pentametrum versum, Ἀψ αἰασειρέζω, καὶ πάλιν ἄζω μόνω. est autem ἀψ vtroque in loco πάλιν. Cæterùm propriam esse verbi huius significationē eam quam dixi, ex Hesych. quoque apparet, qui participium eius ἀνασειρέζων exponit ἄζων, subdens, ὡς ὑπὸ τῆς σειρᾶς εἰς τὰ ὀπίσω ἕλκων, id est, tanquam catena retrorsum trahens. Suidas ἀνασειρέζω explicat ἀναχαλινῶ, id est Refræno, accipiēdo Refræno, pro Retraho fræno, eo modo quo dixi Retrahere catena. Exponit etiam ἀνακόπτω. prætereáque ἀνασειρέζει, ἀνθέλκει. quas duas explicationes & alias quasdam habes apud Hesychium: sed apud eum ἀνάθλιψιν mendosè legitur pro ἀνθέλκεσιν.

At verò Ἀνασειρέζεσθαι χιτωνίσκους falsò ex Plutarcho affertur in v.l. pro ἀνασυρέσθαι: vt ostendam in ἀνασύρομαι, si recordatus fuero.

Σειραῖος de equo itidem dictum, vide in iisdem illis vocabulis Σειραφόρος & Παρήορος. Sophocl. Electra, p. 114, — δεξιόν τ' ἀνεὶς Σειραῖον ἵππον ἔργε τὸν προσκείμενον. vbi schol. σειραῖον exponit τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιὸν προσκείμενον δὲ

καμπῆσι, ἀρίστερον. Hinc autem est etiam DICTVS δεξιοσείριος. vt videbis apud Hesych. vbi σειραφόρον exp. ἡγεμονικόν. dicens translatum esse ἀπὸ τοῦ δεξιοσείρων ἵππων. Apud eundem legitur ET Σειροφόρος, cui subiungitur, οἰωνὸς ἡγεμονικός. (AT VERO Σείραιος cum nomine οἶνος, Defrutum, Sapa, v.l. Sed nō dubium est quin ab alia origine sit hoc σείραιος, si tamen ita scribi debet. Nam frequentius inuenitur SCRIPTVM Σίραιον. quod itidem exponitur, Sapa, Defrutum. Sed sapa quidem vocatur mustum ad tertiam vsque mensuræ partem decoctum: defrutum verò, vbi ad dimidiam partē decoctum est. Gal. ab Asiaticis ἕψημα tradit appellari. Gorr. Extat & apud Aristoph. hæc scriptura in Vespis. Sed ex Poll. potest ETIAM Σειπάραιος dici οἶνος, si tamen mendo hæc scriptura apud eum caret. Habetur præterea ET Σείειος οἶνος eadem significatione in v.lex. ex Dioscor. Apud Eustath. certè LEGITVR Σίειος οἶνος)

Σειραί, ἀίδος, ἡ, idem quod σειρά. ITEM Σειρὶς Hesych. σειρά. A Budæo autem apud Xenoph. tanquam diminutiuum exponitur Funiculus, post Philelphum, vt opinor. ὁ δὲ τρόχος αὐτοῦ σιφρὸς, καὶ ἡ σειρίς. ex eodem, καὶ ἐὰν μὴ ὑπορρύῃ τοῦ σειρίδα, id est (inquit idem) funem quo lignum tendiculæ ligatur. Confer autem quæ de nomine σειρὰς à Polluce dicuntur, cum his aliisque Xenophontis locis in quibus σειρὶς legitur. His porro addēdum est ETIAM Σειράδιον, formam diminutiui habens: ex loco Eust. quē protuli in Σειρά. Nisi potiꝰ recētioribus Græcis peculiare illud fuisse existimari debet.

ΣΕΙΩ, F. σείσω, Pr. σεικα, Concutio, Quatio, Quasso, Agito. A cuius pass. voce Σείομαι est σείετο πόλης apud Homerum, & σείομαι ὀφρυῶν ἔγχος. Sed peculiariter, & frequenter quidem, dicitur σείειν de terræ concussione, quæ terræ motus à Latinis appellatur. Dicitur enim θεὸς σείειν τοῦ γοῦ, aut etiā sine adiectione accusatiui, vt apud Pausaniam non raró. Iam verò & sine nominatiuo, ἔσεισε, pro Terræ motus fuit, apud Thucyd. Sic autem Mouit terra, ex Liuio & Trāquillo affertur. Verùm si illud ἔσεισε intelligamus positum pro ὁ θεὸς ἔσεισε τοῦ γοῦ. (id est, Deus terram mouit, vel concussit, vel quassauit: vt Terræ quassatio ex Seneca affertur) nequaquam illius exemplo vsurpatū videri possit illud Mouit. esset enim dicendum Mouit terram: subaudiendo itidem nominatiuum Deus. Dicitur alioqui & passiuè terra σείεσθαι, moueri. vnde σεισθῆναι, apud Greg. Apud Aristoph. autē in Nub. τὴν ἐγκέφαλον σείσεισμαι exponitur Cerebro sum emoto. Redditur alicubi σείομαι & Tremo, Tremisco. Sic σεισμὸς ab Hesychio exponitur τρόμος. ‖ Σείω pro συκοφαντῶ etiam, vt inquit Hesych. & quidem addens sumptam esse metaphoram ἀπὸ τοῦ τὰ ἀκρόδρυα σείοντων.

Σεισμός, οῦ, ὁ, Concussio, Quassatio, Motus. Plerunque autē de terræmotu (quem terræ quassationem Seneca vocat) etiam sine adiectione genitiui γῆς. vt σεισμοῦ γιγνομένου apud Thucyd. & Xenoph. Et in plur. σεισμοῦ γιγνομένου, Athen. lib. 8. Sic Aristot. De mūdo, vbi docet vnde σεισμὸς oriatur, καὶ ἀπειράσαντο πάθος τοῦτο ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμόν. Σεισμὸς ab Hesychio (vti dixi) exponitur τρόμος. Affertur ETIAM Σεῖσμα pro cōcussione: sed hoc parum vsitatum esse arbitror. Ab eo certè formabitur commodè ADIECT. Σεισμάτιας. Plutarchus in Cimone, τάφος σεισμάτιας, de sepulchro eorum quos ruina ex terræmotu oppressit.

Σεῖσις, εως, ἡ, itidem Concussio, Quassatio. At in v.l. ei tribuitur ea duntaxat significatio qua dicitur de compage omni siue harmonia spinæ vertebrarum mota: sic tamen vt loco suo vertebræ permaneant: periculúmq; sit ne diuellantur dissolutæ aut contusæ, ad vehementē aliquam spinæ concussionē. Hæc illa ex Galeno. Σεῖσις (inquit Gorr.) quartum est quod in spina incidit vitium, vbi vertebræ in loco quidem suo manent, sed earum compago dimouetur. Sunt autem alia tria eius vitia, κύφωσις, & λόρδωσις, & σκολίωσις. vt ann. Gal. comm. 3 εἰς τὸ περὶ ἄρθρων.

Σειστός, ῆ, ὁ, Qui concuti seu quassari potest, q.d. Quassabilis aut Concussibilis. Redditur etiam Cōcussus. Annotatur autem σειστὸς ex quodam grammatico, esse & nomen ornatus muliebris. COMP. Ἄσειστος Incōcussus, Inquassatus, Qui cōcuti nō potest, seu quassari. vt φυλακτήριον ἄσειστον, Chrysost. ITEM Διάσειστος, Qui nō facilè cōcuti potest. ET Εὔσειστος, illi contr. Qui facilè potest concuti. Exponitur etiam peculiariter, Terræmotibus obnoxius. His porro subiungam & SVBST. Σεῖστρον tanquam ab eadem illa tertia persona formatum. Itidē autem à Latinis Sistrum vocatur: crepitaculum quoddam videlicet, sacris Isidis adhiberi solitum. vnde Ægyptia sistra Ouidio, qui alioqui ea ὀθνείωνικῶς alibi vocat tinnula. Apud eundē sonabile sistrum legimus, vt multisonum sistrum apud Statiū. Esse autem σεῖστρον dictū ἀπὸ τοῦ σείειν, videntur ostendere vel hæc verba quæ habentur in quodā loco quem Suidas in hac voce affert: videlicet σεῖστρον ὀθνείων. Non ignoro tamen afferri & scripturam HANC Σῆστρον, per η: & legi apud Hesychium itidē, Σῆστρα, κόσκινα, ἢ κύμβαλα. Sed certè à σῆστρον Latini dixissent potius Sestrum, mutantes suo more η in ε longum.

C. Σεισίχθων, & Σεισάχθεια, & Σεισοπυλὶς, ac Σεισοῦρα, (vel Σείσουρα, vt alii) ex quibus σεισάχθεια quidem habes suprà, Tom. 1, col. 616. At σεισοπυλὶς & σεισοῦρα. Tom. 2, col. 1541. De σεισίχθων autem dicendum erit in Χθών.

C. ΑΝΑσείω, Cōcutio, Quatio. ἀκοπιάσω, Suidas. Hesiodus, αἰγὶδ' ἀνασείσασα. Hinc & meretrices ἀνασεισφαλοι appellatæ, obscœno epitheto. ‖ Item Persuadeo, ἀναπείθω, Suid. Hesych. Ex quibus ille exponit etiam πρὸς μάχην ἐρεθίζω, id est Ad pugnam incito siue irrito. Apud Lucam, ἀνασείει τὸν λαὸν pro Concitat ad seditionem, vt quidam exponunt. Sic & apud Marcum. ‖ Item ἀνασείσας ait à Demosthene aduersus Aristogitonem capi pro ἀπειλησάμενος, id est Minitatus. Sic & à Polluce ponitur ἀνασείειν cum ἀπειλεῖν & ἀναπείθειν.

c.2. Ἐπανασείω, Concutio vibrando aduersus aliquem. At pass. particip. ἐπανασειωθεὶς inuenitur expositum simpliciter etiam Vibratus, in v.l. Ibidem est verbale NOM. Ἐπανάσεισις, expos. Concussio. Item ἐπανάσεισις ὅπλων, ex Thucyd. pro crepitatione armorum. At verò quod in iisdem legitur, videlicet ἐπανασείω, Tracto, Apparo, nullam verisimilitudinem habet.

c.3. Προεπανασείω. q.d. Ante cōcutio vibr. &c. Ab huius autē passiua voce est προεπανασείσθη apud Thucyd. lib. 5. p. 170 meæ edit. quod schol. exp. προεπηπειλήθη.

C. ΑΠΟσείω, Excutio, Concutiendo à me repello. Aut etiā simpliciter, A me repello. Sæpe vsurpatur significatione actiua in voce passiua. vt ἀποσείομαι τὸ ἄχθος, Excutio onus. Et apud Xenophontem Pæd. 7, equus σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον, id est, Excutit Cyrum. Citatur itē ex Aristophane in Ranis, ἀποσείεσθαι λύπας. Gregorius, σῆτας ἀποσειόμενα, καὶ κλέπτας οὐκ ἀνεχόμενα. Idem in orat. 1 contra Iulianum, καὶ ὁ μὲν ἐπόνει, ἡ δὲ γῆ τὸ πονηθὲν ἀποσείετο, καὶ ἀπηξίου δέχεσθαι τοὺς θεμελίους, de Iuliano basilicas ædificante loquens. Lucianus, ἀποσεισάμενος τοὺς ἑταίρους. ἐδεδοίκεσαν γὰρ ἐμοί. id est, Quum à me repulissem socios. vel Socios me retinentes eluctatus, Retinentium me sociorum manus eluctatus, inquit Bud.

Ἀποσείομαι pro Amolior & ablego, apud Herodianū: sicut & ἀποσκυβάλομαι. Apud eundē pro De medio tollo. vbi scribit, Μάρκος τοῦ ὕβριν τοῦ Λουκίου οὐκ ἀνέξεται, ἀλλ' ἐξ ὀθνείας αὐτὸν ἀποσείσαται. Accipitur autē ἀποσκυβάλομαι in hac quoque significatione.

Ἀποσειόμενος pro ἀποσειόμενος ex Herodoto affertur: vbi scribit, ἀποσειόμενος τοῦ ἐξόρκωσιν. Item, ἀποσειόμενος λόγον τι.

Ἀπόσεισις, εως, ἡ, Excussio. ‖ Est etiam nomen cuiusdam impudicæ saltationis. Pollux lib. 4, c. 14. βακτριασμὸς ἢ καὶ ἀπόκινος καὶ ἀπόσεισις, ἀσελγὴ εἴδη ὀρχήσεων οἱ τῆς ἀσφύος φορᾶς, καὶ σφόβιλος.

C. ΔΙΑσείω, Concutio, aut Vehementer concutio. Interdum metaphoricè, vt apud Lucianum, καὶ ὅλον σε διασείων ταῖς ἐλπίσι. vbi Bud. vertit Labefactans. Idem affert διασείω pro Concutio, id est Terreo autoritate, ex Pandect. Esse etiam ait, Vexo & per magistratus licentiam exhaurio, redimendis criminibus & litibus obnoxios, id est ὑποδυόμενος. Quinetiam verbo δωροδοκῶ exponit

hoc διασείω. subiūgitque verbale NOM. Διασεισμός, expositum itidem δωροδοκία. Huc certè pertinet Gallica vox Concussion, seu potius in plurali Concussions, de magistratu dicta.

C. ΕΠΙσείω, Incutio, Concutiendo seu quatiendo aut quassando vibro. Aut simpliciter, Vibro. Apud Herodianum ὀθνείειν τὰ δόρατα Polit. vertit Intendere. Sic ὀθνείειν τὴν αἰγίδα: & passiuè, ἐπεσείετο ἡ αἰγίς, apud Lucianum. Metaphoricè quoque vsurpatur: vt ὀθνεῖσθαι αὐτοῖς τὸν κίνδυνον, quod ex Iosepho affert Suidas, (non addito tamen eius nomine) exponens, ἐπενεγκεῖν. Affert verò & ἅπαντα τρόπον ἀπάτης ὀθνείσας pro ἐπαγαγών. At de ὀθνειούσης pro ὀθνειελευομένης consule Hesychium. In v.l. ex Plut. οὐ Πέρσας ὀθνείων pro Non dicens Persas esse formidandos: item Non prætendens Persas, & in medium afferens. At ego malim, Non incutiens illis Persas, pro Non incutiēs illis terrorem à Persis, vel Nō obiiciēs illis terrorem à Persis. aut Persas pro terriculamento illis proponens. Hesychius quidem certè ὀθνείειν exp. ἐκφοβεῖν: (addens & ἀνατείνεσθαι) sed hîc nequaquam cōmodè ὀθνείσας exposueris ἐκφοβήσας. ITEM Ἐπσείων pro vna ex partibus puppis. vulg. lex. ex Poll. AT Ἐπίσσεος, personæ cuiusdam scenicæ nomen, ex eodem.

C. ΚΑΤΑσειω, Decutio. vt καταστείειν τὸν καρπὸν, Decutere fructum ex arbore. Exp. præterea Bud. Deturbo, Euerto. Itidémque pass. Καταστείομαι, Decutior, & Deturbor, Euertor, ex Greg. Metaphoricè autē pro Deturbare seu prosternere multis poculis, id est Efficere vt aliquis præebrietate in terram prolabatur, pedibus officium suum non facientibus. Quæ significatio ex Athenæo affertur, scribente lib. 10, καταστείειν δὲ ἔλεγον ὀθνὶ τοῦ ὑποπιόντων, τοῦ μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοῖς καρποῖς καταστειόντων. Hæc autē subiungit Athenæus ad explicationem huius loci Menandri in Adelphis, Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνέβοα καὶ δώδεκα Κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοπρωτόμβρος. Verùm si locus hic mendo caret, videtur κατέσεισε neutraliter potius accipi. Quinetiam quod ipse Athenæus scribit, dici solitū καταστείειν ὀθνὶ τοῦ ὑποπιόντων, eodem tendere videtur. Vnum est quod contrà pro actiua significatione facere videri possit: nimirū quod scribit, ductam esse metaphoram ἀπὸ τοῦ τοῖς καρποῖς καταστειόντων. ‖ Καταστείω, interdum etiam pro Concutio, Quasso. Philo in vita M. lib. 1, λαβὼν τοῦ βακτηρίαν, καὶ καταστείσας μάλα ὀθνδεικτικῶς. quæ Turn. vertit, Scipionem quassando ostentans. Item Concutio, Terreo, apud Greg.

Καταστείειν etiam dicitur Deus, sicut σείειν, terrā quatere: quum videlicet immittit terræmotum. Est autē Budæi hæc interpretatio. apud Synes. Sed potest fortassis & aliter exponi apud illū, quum ita scribat, ὁ πάλαι μὲν ἡμῖν φρουρὸν ἐρυμνότατον καταστείσαντος δὲ τοῦ θεοῦ, γέγονεν ἐκλελειμμένον, quum Deus illud cōcussisset, seu quassauisset, aut tremefecisset. Eodem alioqui sensus redit, quum terræmotus concutere soleat & quassare seu tremefacere.

Καταστείειν, Silentium indicere, non voce, sed manu, vel aliud significare, inquit Bud. afferens ex Xenoph. Pæd. 5, οἱ δὲ προερευνηταὶ ὡς εἶδον τοῦτο, αὐτίκα τὰ δίωκον καὶ τοῦ Γαδάτα κατέσειον, Signum dederunt. Synes. in epist. ad Euoptium, ἤδη δὲ ὑποφαινούσης ἡμέρας καταστείει τις ἄνθρωπος χωρικῶς ἐσταλμένος, καὶ δείκνυσι τῇ χειὶ τόποις ὑποθέσεις. Pleno autem sermone loquutus est Lucas 19 cap. Act. Apost. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος καταστείσας τῇ χειρὶ, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ. Alibi, καταστείσας δὲ τῇ χειὶ σιγᾶν. Hæc ille. Sed sciendum est Lucam duobus in locis dixisse καταστείειν τῇ χειὶ non addito hoc infinitiuo σιγᾶν. Redditúrque non solùm Manu silentium indicere, sed etiam Manu silentium facere, & Manu silentium postulare. Quod autem attinet ad originem huius generis loquēdi, existimo, illud καταστείειν τῇ χειρὶ, esse id vnde manarit hæc significatio verbi καταστείειν. quòd nimirum moris esset quassando manum certo quodam modo, silentium indicere. Deinde omisso accusatiuo dici cœpisse καταστείειν. Postremò, non amplius respiciendo ad primam huius formulæ loquendi originem, dictum fuisse etiam καταστείειν τῇ χειί. Sed cur potius (dicet aliquis) verbo καταστείειν datꝰ hic vsus fuit quàm alii cōpositi? Fortasse ad indicandam manus quassationem quæ fieret deorsum. Verùm ista ego tanquam coniecturas affero: tantisper dum aliquis quæ rationi magis consentanea videri possint, in medium proferat.

c.2. Ἀκατάσειστος, ον, ὁ & ἡ, Qui decuti non potest, seu deturbari, aut euerti. Aut Inconcussus, Firmus.

c.2. Ἐπικατασείω, q.d. Superdecutio. vel Superdeturbo, aut Superprosterno. vt ὀθνικατέσεισεν ἑαυτῷ τὸν ἐλέφαντα, super se prostrauit, aut deturbauit. ὀθνκατέβαλεν, vt exp. Suid. apud quem habes totum Iosephi locum, vnde sumpta sunt hæc verba.

C. ΠΑΡΑσείω, Vtrinque quatio, vel Obquatio. vt Bud. vertit ex Gaza. addens, vsurpari ab Aristotele in Probl. de currente & manus vtrinque iactante, aerémque euerberante. In v.l. παρασείω, Ad latus quatio atque agito. vt qui currit, demissas manus admotásque lateribus agitat. Aristot. καὶ οἱ θέοντες ἄνευ θέσεως παρασείοντες τὰς χεῖρας, Et qui currunt, celerius currunt, quum demissas vtrinque manus agitant. Sic autem Plautus dixit, Fugere demissis manibus. Sed hunc accus. χεῖρας omittit alibi Aristot. vt in Probl. sect. 5, quum scribit, ὁ δὲ ἄνευ θέσεως παρασείων ἢ μὴ παρασείων. Paulo antè, καὶ ὁ θέων παρασείων, πρὸς τὰς χεῖρας. Nam hîc πρὸς τὰς χεῖρας non iungitur cum παρασείων, sed cum ἀπερείδεται, quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ est repetendum. (ideóque debet interpungi post παρασείων) Hæc enim præcedunt, οὐ γὰρ ἀπερείδεται πρὸς οὐδέν, ὥσπερ ὁ βάλλων, πρὸς τὸ ἐν χειὶ βέλος· ὁμοίως δὲ πύκτου καὶ ὁ πένταθλος, πρὸς τὰς ἀλῆσεις· καὶ ὁ θέων παρασ. &c. Cæterùm vt à Plauto dicitur Fugere demissis manibꝰ, sic ab Aristotele dicitur aliquis φεύγειν παρασείσας, exprimendo gestum effusi cursus & concitati, seu effusæ fugæ. libro 4 De mor. ad Nicomachum, οὐδαμῶς τ' ἀν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρασείσαι.

C. ΣΥΣσείω, Simul quatio, aut Concutio, v.l. ex Greg. Naz. Item verbale NOM. Συσσεισμὸς, ex eodem, Concussio: vel Terræmotus, ex Mosell. interpretatione. Suidas συσσεισμὸς exp. λαίλαψ, & συστροφὴ ἀνέμου. Cum qua expositione conuenit συσσεισμὸς. quod Budæus affert pro turbine ex lib. 4 Reg. capite 2, vbi agitur de raptu Heliæ in turbine.

C. ΥΠΟσείω, Succutio, Latenter excutio. v.l. VNDE Ὑποσεισμὸς, οῦ, ὁ, Succussio, seu Succussus. AT Ὑπόσεισμα, Plin. Micæ concussu elisæ, Manna thuris. Vide Hermol. in Coroll. Dioscor.

ΣΕΩ, σῶ, thema est ex quo Eustath. deriuat VERBVM Σεύω. quod σέω alio qui, aut σῶ, vsitatum esse vix crediderim. Ex σῶ autem deriuat & Σαίνω, necnon Σήθω, vt docebo infrà. Vult porro σέω sonare idem quod ὁρμῶ. hinc deriuans σόος, non solùm quod habetur in cōpositione, vt in nomine δορυσσόος, sed etiam quod seorsim ponitur, vt in hoc versu, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Ait enim σόον esse τὴν πρὸς φυσικὰς ὁρμὰς ἔρχοντα. Addit verò & aliud THEMA Σόω. cuius imperatiuum (sed intellige ex cuius passiua voce) ait ESSE Σούσθω, apud Sophoclem, factum per contractionem ex σούσθω. Atque hinc esse & illud DORICVM Ἀπόσυνα quod legitur in loco illo, Ἔρρει τὰ καλά· Μίνδαρος ἀπόσυνα, id est ἀφώρμησεν, ἀπῆλθε, τέθνηκε. Habētur autē hæc verba cum alibi tum apud Xen. lib. 1, Hellen. p. 252 meæ editionis, sūntque epistolii Laconici maior pars. sequitur enim duntaxat, πινῶν τῶνδρες. ἀπορέομαι τί χρὴ δρᾶν. Verùm ibi legitur ἀπόσυται. Eustathius tamen & alibi huius loci mentionem faciens, itidem legit, itidémque exponit. Sed vult, ad formationem huius ἀπόσυνα, esse prius FACTVM Σούω ex Σόω. loquens enim de illo Σόω, subiungit, ὅπερ εἰκός, γιγνόμενον Σούω, πρεσβεύει τοῦ, οἷον ῥῆμα ἐκ κινήσεως Λακωνικόν, τὸ Ἀπόσυνα. Vt autem ad illud Σέω reuertar, vult etiam VERB. Σείω esse ex eo factum: sicut σείνω & σήθω, ITEM Σύω, quod est ὁρμῶ. Sed malim ex Σῶ prius deriuare Σεύω, deinde Σύω ex Σεύω. De Σέω autem vix posse certò statui videtur, sitne à Σέω, assumpto ι, an contrà Σέω sit ab hoc Σείω, elisò illo ι. Cuius tamen Σέω exemplum nullum affertur: atque adeo in vsu esse, non facilè crediderim. sed ad

aliorum saltem formationem deducit. A

Σ E Γ Ω, Cieo, Agito, Concito. Vel, Persequor, Incesso. Item Fugo. Hom. Iliad. ζ, Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο πεδήνας Σεῦε κατ' ἠλάδεον Νυσήϊον. vbi Eust. exponit ἐκίνει, ἐδίωκε. At in hoc loco eiusdem poetæ Od. ξ, Τοὺς μὲν ὁμοκλήσας σεῦεν κύνας ἄλλυδις ἄλλῃ Πυκνῆσι λιθάδεσσιν, quidam σεῦεν interpr. Pepulit. sed rectius. Fugauit. Quinetiam pass. vox Σεύομαι actiuam interdum significationē habet, vt Iliad. γ, — εἴωθε αὖ αὐτὸν Σεύωνται παχέες τε κύνες ἠδὲ λεροὶ τ' ἀίζηοί, Si eum insequantur, vel agitent. Ponitur alioqui Σεύομαι pro Incitatè feror, seu cum impetu, B Prorumpo, Ruo. vt Iliad. β, — ὅθι περ τάχα σ' ἐσεύοντο. vbi exponitur ὥρμων. (Sed apud eundem, ὅθι κοίτου ἐσεύοντο exponitur simpliciter Ibant) Apud Apoll. σεύατο cum infinitiuo, Arg. 2, σεύατ' ἴμεν πόντονδε. vbi exponitur itidem ὥρμησε. q.d. Cepit impetum eundi. Sed in v.l. simpliciter Cœpit ire. Esse autem putatur σεύατο positum pro ἐσεύσατο. vt videlicet aor. 1 persona prima S I T Σεύσαιμι pro ἐσευσάμην. Itidémque actiuæ vocis A O R I S T V S I Ἔσευα fuerit pro ἔσευσα.

C. ΕΠΙσεύω, Cieo aduersus aliquem, seu concito, Impello. C Hom. Od. ε, Ἠέ μοι καὶ κῆτος ὀλισσεύῃ μέγα δαίμων Ἐξ ἁλός. vbi tamen exponitur simpliciter Immittat. sicut & alibi. At verò Od. ξ, δμῶας ὀλισσεύσας, redditur Hortatus. item alio particip. præs. temp. Incitans. At pass. Ἐπισεύομαι, pro Concitatus eo, seu concitatè, aut incitatè, seu cum incitatione, seu festinatione, Feror cum impetu, Ruo, Prorumpo. Hom. Od. ν, Νῆας ἐπεσσεύοντο, Cōtendebant adnaues. Actiuè autem apud Apoll. Arg. 1, ἐπεσσεύοντο χιμαῖρας, quod exponitur ἐπόρουσι ἐσσεῦσιν. Et ἐπεσσεύοντο πορείῳ ex Nonno in v.l. Iter accelerabant. Geminatur autem σ propter metrum.

C. ΥΠΟσεύομαι, Irruo. Ex Hesiodo, Τῶνδ' ὑποσευομένων καναχὴ ποσὶ οὐρεῖα χθών, irruentium pedibus strepebat tellus. Ita quidem v.l. sed ego planè mihi persuadeo legēdum esse ὑπὸ σευομένων. vt sit ὑπὸ ποσὶ σευομένων. Continuatim certè scribendo (si locus hanc scripturam admitteret) quærenda potius esset alia quæpiam interpretatio, quæ vim præpositionis in hoc cōpos. exprimeret.

¶ Σύω autem ab illo Σύω deducit Eust. vt paulo antè docui. Cuius tamen σύω nullum exemplum inuenio. (Nā E I M P E R. Σύθι quod Hesych. exp. ἐλθέ, est potius tanquam à Σῦμι) sed nec pass. thematis Σύομαι. At tertia singul. persona imperf. P R A E T. Σύετο affertur, sine auctoris tamen nomine, & exponitur Concitabatur. Verùm hoc σύετο quidam esse volunt pro ἐσύετο. Itidémque alia quædam tempora deducūt à σύομαι, per elisionem literæ ε. Ex quibus est A O R. 1, Ἐσύθη (nam secundum illos est pro ἐσύθη) id est Prorupi, Cum impetu iui, Rui, Prorui. Item simpliciter pro Exii, ex Sophocle, ὁ δ' ἐσύθη μόνος (geminatur autē σ metri causa) Tertia P L. F per sync. Σύθεν. in v.l. Impetum fecerunt. Item P A R T. Συθείς, Digressus, Excitus, in iisdem, ex Soph. συθεὶς ἐξ ἕδρας. Sed magis vsitatum est partic. Ἐσύμενος, factum ex P R A E T. Ἔσυμαι, quod per hypertheſin dici pro σέσυμαι traditur. Hesiod. ἔσυτ' ἐφ' Ἡρακλῆϊ, in Herculem irruit. Hesych. ἔσυτο, exp. ὥρμησεν, item ἔθανεν: & ἔσυντο, ὥρμων, ἐπορεύοντο. Sic ἔσυμαι Iliad. ν, — νέρθε δὲ ποσὶν Ἔσυμαι ἀμφοτέροισι, Schol. exp. ὥρμηκα. sed addit etiam ἐσυούδακα. sicut videlicet aduerb. ἐσυμένως exponitur cū aliis modis, tum σευδαίως. P A R T I C. Ἐσύμενος (ita G enim legitur passim apud Hom.) signif. Incitatus, & Tendens [aliquò] cum ardore quodam & velut impetu. vt ἐσύμενος ἐκεῖσε. quod tamen in v.l. exponitur simpliciter Illuc ire cōtendens. Alicubi certè videtur posse reddi Incitatus celeritate & studio, vt loquitur alicubi Cæsar. Redditur alioqui & Properans. vt Odyss. ο, — ἐσύμενον καπρύκει. At schol. σευθυμούμενον hîc exponit. Vt autem in altero illo loco iunctum videmus cum ἐκεῖσε, sic & cum genitiuo ὁδοῖο iunctum reperiri sciendum est apud eundem poetam, Od. δ, Τῷ κε μάλ' ἤ κεν ἔμεινε καὶ ἐσσύμενος περ ὁδοῖο. vbi crediderim commodè reddi posse Incitatus cupiditate: vt possit aptè cohærere genitiuus Viæ. Illud autem A D V E R B. Ἐσσυμένως sonat Incitatè, Cum impetu, item Magno studio, Magno cum ardore. Necnon Properātèr, Celeriter. Il. ο, ἐσσυμένως ἐμάχοντο. Et in Od. ἀποβαύντες ἐσσυμένως.

Sed à tertia sing. perf. præteriti sunt etiam quædam compos. Quorū est in ordine alphabetico P R I M V M Αὐτόσσυτος, ου, ὁ & ἡ, vt αὐτόσσυτος ὄμβρος, v. lex. ex Nonno, Imber ex se excitatus. S E C V N D. Θεόσσυτος, A deo impulsus, A deo profectus, Diuinus. vt θεόσσυτος φωνή, ibidem ex eodem Nonno. T E R T. Κραιπνόσσυτος, ibidem ex Æschylo, Velociter concitatus. sed malim Celeritate incitatus. quod Latinius esse puto. Redditur etiā vno verbo Celer. Q V A R T. Λαβρόσσυτος, ου, ὁ & ἡ, Impetu ruens, Cursu concitus, in iisdem. Q V I N T. Παλίσσυτος, q.d. Ad retrogradum gressum incitatus. Sed redditur simpliciter Retrogradus, item Retrocedens, Retrogrediens, Cessim iens. Vnde est V E R B V M Παλισσυτέω, ῶ, Retrogradus feror, Retrogredior.

Extat & A D V E R B. Σύδην apud Hesych. qui exp. ταχέως καὶ ὁρμητικῶς, id est Celeriter & inferēdo se cum impetu, aut Erumpendo cum impetu. Nisi quis malit illud A D V E R B. Ὁρμητικῶς reddere simpliciter Impetuosè, aut Cum impetu. Hinc autem esse puto & compositum illud A D V E R B. Παισυδίη, siue (vt alii scribunt) E T I A M Πασσυδίη. quo vsus est Homer. Iliad. σ, neque enim exponitur duntaxat παγκραπά, Vniuerso agmine, Omnibus copiis: sed & πάσῃ ὁρμῇ. Apud Thucyd. verò L E G I T V R Πασσυδὲ initio libri 8, μὴ οὔπω γε αὖ πασσυδὲ διεφθάρθαι. id est Fūditus interiisse, Omnino, παντελῶς. Sed alii S C R I B. Παισυδὲ, & quidem in hoc ipso loco: & exponentes itidem παντελῶς. Vide Eustath. qui tradit Ælium Dionys. illud quoque Homericum Παισυδίη isto aduerbio παντελῶς exposuisse.

C. ΑΠΟσύομαι, Erumpo, Profilio, Exilio. Hesiod. in Theog. ἀπέσυτο πῖο ἄϋκτος, exiliit à rege, seu emicuit, v.l. Ex eodem ῥαθάμιγγες ἀπέσυτο pro Eruperunt. Est autem I L L V D Ἀπέσυτο, pro ἀπεσύθησαν. In iisdem E S T Ἀπέσυτος ex Nonno pro Excitus, Excitatus. At in Tusani lex. Abscedens.

C. ΕΚσύομαι, itidem pro Erumpo, vnde ἐξεσύθω, I T E M Ἐξεσσύθω, geminato σ versus causa. Et plusquamperfecti tertia sing. P E R S. Ἐξέσυτο. Homer. Il. δ, ὁππότε μιν ἐξέσυτο λαός. vbi exponitur, etiam simpliciter Exibat. sicut Græca expositio est non solùm ἐξώρμησεν, sed & ἐξήρχετο. Apud Homerum autem Odyss. μ, Καὶ πάντοθεν ἐξέσυτο νήδυμος ὕπνος, Eust. exponit ἐξεπήδησεν, & ὤχετο.

C. ΔΙΑσύομαι, Cū impetu pertranseo, Aut simpliciter Pertranseo, seu Transeo. Apud Homerum autem Iliad. β, Σὺν τῇ παμφάσσουσα διέσυτο λαὸν Ἀχαιῶν, redditur Percurrebat populum Achiuorum, & obibat. Ex eodem affertur iunctum genitiuo, διέσυτο πάφου, pro Fossam traiecit.

C. ΕΠΙσύομαι. vnde E S T Ἐπέσυμαι, Incitatus sum, seu Cōcitus sum. Hom. Iliad. α, v. 173, Φεῦ γε μάλ' εἴπερ θυμὸς ἐπέσυται, Si animus tibi hac cupiditate est incitatus. Ita enim reddiderim potius quàm vt quidam, Si tuus animus est impulsus. Alii per præsens, Si te hæc cupiditas incessit, Si tibi fert animus. Hinc P A R T I C. Ἐπεσσύμενος, Concitatus, Incitatus, vel Cupiditate incitatus. Vide & Hesychii expositiones. Hinc & N O M. Ἐπέσυτος, quod v.l. exp. Impetuosus, & Ingruens, Incumbens. ὀλισσυτος φρένας ex Eurip. Ingruens menti, Incumbens. Item, Mentem concutiens. Sed mihi constructio illa suspecta est.

C. ΕΠΙσημαίνω, Indicium vel indicationem facio, (videlicet mei) Bud. pag. 656 ex Aristot. vbi neutralem significationem habet hoc verbum. Idem pag. 768, Ἐπισημαίνει (inquit) impersonale aliquando reperitur apud Aristot. vt in 5 Hist. anim. vbi de tempore & ætate coitus capaci ita scribit, τοῖς ἀνθρώποις ὀπτισημαίνει κατά τι πῶν τῆς φωνῆς μεταβολῶν, καὶ τῶν αἰδοίων οὐ μόνον μεγέθει ἀλλὰ καὶ ἕδει, In genere humano nota & indicium editur mutatione vocis, & genitalium tum incremento, tum specie. Idem de absolutione pulli in ouo loquens, τοῖς μὲν ὠοῖς ἀλεκτορίδι τελῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν παρελθουσῶν ὀπτισημαίνει τοιοῦτον, Primum indicium fit tertio demum die, seu Tertio demum die incubationis indicatio fit oui ad exclusionem spectantis. Vtroque enim modo interpretatur, dicens hunc modum loquendi non tam Atticum fortassis esse quàm Peripateticum. Inde ἐπισημαίνω Verbum medicorũ. Galen. in Defin. med. de febre quotidiana, ὁ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα κατὰ τὸ πλεῖστον τῆς αὐτῆς ὥρας ὀπισημαίνων, Indicationem accessionis edens. hoc est, inuadens hominem. Idem Bud. pagina 657. Pass. Ἐπισημαίνομαι & ipsum ponitur pro Quancunque significationem do. Cuius exemplum ex Aristot. habes apud eundem Bud. pag. 656. | Significat etiam Acclamatione vel signo testari. Polyb. lib. 2, τοὺς θαυμάσιοι τῶν πραξεων ὀπισημαίνεσθαι, acclamatione prosequi & insignes reddere. Et paulo post, τὰ καλὰ καὶ δίκαια τῶν ἔργων ὀπισημαίνεσθαι. Hæc Bud. ibidem, sed fusius. Ἐπισημαίνομαι, Acclamo popularitèr & applaudo. Isocr. initio Panath. τοὺς ἀκούοντας ὀπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν αἰαῖ καὶ ἰαῖ καὶ ζουσῶν. Apud Æsch. περὶ παραπρεσβείας ponitur pro Secundo rumore probo, vt populus admurmurans, ὁρῶν ὀπισημαινόμενον τὸν δῆμον, καὶ δεδεγμένον τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους. Et cum accus. apud Polyb. πάντων τὸ ῥηθὲν ὀπισημηνάμενον. Et rursus, προθύμως αὐτὸν ὀπισυμηνάμενον τῷ πλήθει, secundo rumore ipsum approbante & prosequente. Itidem Hermog. sed sine casu, χρῆσθαι ταῖς λοιδορίαις αὐτοῦ τῷ ὀπισημαίνεσθαι, sine acclamatione & vocis concitatione plausibili maledicta & probra obiicere. Et, αὐτῷ τῷ μὴ ὀπισημαίνεσθαι, ex eo quòd non ad plausum captandum vocem sustulit, nimirum ὁ λοιδορῶν. Hæc fusius Bud. ibidem. Potest etiam intelligi ὀπισημαίνεσθαι pro eo quod est Voce & gestu significationem dare animi meditati & ad hoc comparatæ orationis. qui intellectus eodem pertinet cum priore. Arist. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. loquens de quodam qui in theatrum vacuum multos dies iuerat, illicque diligenter spectarat, θεωρεῖν ὡς ὑποκρινομένων πνῶν, καὶ ὀπισημαίνεσθαι, Plausisse acclamasseque admirabundé. | Significat etiã Subscribo, Approbo, Obsigno. & ὀπισφραγίζομαι Dem. Pro cor. ἐν οἷς ὑπὲρ τῆς ὠνῆς ὀπισημαίνεσθε. | Est etiam ὀπισημόν τινα ποιεῖν, insignire & honestare aliquo decore: vt imperator donans milites decore militiæ. Polyb. τοὺς ὑποφασσόμενος καὶ σώσας τῆς πατρίδος, ὀπισημαίνεται δώροις. Hæc. B. p. 656.

Ἐπισημαίνω, Portendo. Greg. de oftẽtis loquens quæ in persequutione & vexatione Christianorum apparuerunt, γῆ μὲν οὖν καὶ οὐρανὸς ὀπισημαίνει τοῖς πεισύσι κακοῖς, iram diuinam portendunt, seu significant. Similiter Plut. in Demetr. ὀπισημαίνει ὑπὸ τῶν πλείστων τὸ θεῖον. Subiici potest his eiusdem Greg. locus iste, ἑνὸς δὲ πεφάτοντος ἢ κακῶς, οὐδὲν τῷ κοινῷ τῶν ὀπισημαίνειν. Vbi tamen quidam maluunt, Nihil hoc ad remp. attinere. Vide B. p. 657, post ὀπισημασία.

Ἐπισημασία, ας, ἡ, Significatio. vt ὀπισημασίαι τῶν ἀστέρων ex Proclo affertur pro Stellarum significationes. | Ἐπισημασία est etiam significatio mentis, & id quod vultu præfertur. Cic. epist. ad Attic. lib. 14, Tu siquid πεφασμένον habes, scribes: sin minus, populi ὀπισημασίαν & minorum dicta perscribito. Bud. comm. pag. 657. | Medicis ὀπισημασία dicitur ipsum principiũ siue insultus accessionis febrilis, in quo ægri solent refrigerari, oscitare, pandiculari, dormitare, aut alia quædam his similia pati. Horum enim si quod ægri senserint, iam accessionem adesse quasi eo signo præsentiunt: eámque ob causam tempus id ὀπισημασία, hoc est significatio, nominatur, alio nomine Et Εἰσβολὴ παροξυσμοῦ dicta. Ac eiusmodi quidem accessionis significatio, quæ videlicet cum talibus signis inuadit, simpliciter ὀπισημασία appellatur, éstque febrium putridarum propria: hecticarum autem, vocatur ὀπισημασία ἄθλιπτος, quòd careat iis angustiis molestiisque quibus alii grauiter premuntur per initia accessionum. Vide apud Gorr. plura. Galen. Therap. 9, πυρετὸς, δι' τεπάρτης ἡμέρας ἔχων ὀπισημασίαν. Paulo antè, εἰσβολὴ ὀπισημασίας ποιεῖται. Et apud Diosc. aliquoties, περὶ τῆς ὀπισημασίας, vt videbis apud Bud. pag. 657, vbi ὀπισημασία interpr. Initium accessionis febris. Gaza apud Alex. Aphr. κατὰ πῶν ὀπισημασίαν vertit Per id tempus quo febris vrget.

C. ΚΑΤΑσημαίνω, Annoto, Obseruo. qua significatione media quoque vox vsurpatur. vt à Synesio De insomn. ὁ πῶν αὐτῶν ὅψιν πολλάκις ἰδών, εἰ μὴ καταμηνάσαι τίνος αὐτῷ προφῆτης ἐνθυμεῖσθαι πάθοις ἢ τύχοις ἢ πράξεως. | Item Obsigno, Sigillo: qua significatione simplex quoque verbum capi, suo loco docui. Herodian. lib. 7, οἷς ἔδωκε καταστεσημασμένα γράμματα ἐν πυκτῖδι πίναξι. Sic Plato lib. 11, De leg. καταστεσημασμένας ὑπ' ἀμφοῖν, ab vtroque obsignatas. Media autem vox actiua significationem habet. vt Xenoph. ἐπεὶ εἶδε πάντα, κατέκλεισεν αὐτὰ, καὶ κατεσημήνατο, καὶ φύλακας κατέστησε. Itidémque Pæd. 8 idem, γράψαντας ἢ καὶ κατασημηναμένους δοῦναι πῶν ὀπτολῶν τῷ Κρόισου θεράποντι. | Significat etiam Noto, Insignio. Greg. ἐοῦσας τῶν καταστιγμανθείσας τοῖς σταυροῦ σήμασι. Bud. pag. 653.

c. 2. Ἀκατασήμαντος, Non obsignatus. Ἀκατασήμαντον ἔνταλμα, (inquit Bud.) quod αἴδου γραμματίου iubetur, vt nullum argumentum & indicium esse possit, ne obsignatis literis conuincatur ὁ ἐνταλλόμενος. Herodian.

c. 2. Εὐκατασήμαντος, Obsignatu facilis. Ex B.

C. ΠΑΡΑσημαίνω, Perperam signo, seu Falsum signum notamve imprimo: vt qui adulterina numismata cudũt. quem vsum habet & παρακόπτω, ac παραχαράττω. ac sicut παρακεκομμένα & παρικεχαραγμένα νομίσματα dicũtur, ita & παρασεσημασμένα: quæ & παράσημα, πονηρὸν κόμμα τος, κίβδηλα: Latinis Adulterina, item & Subarata. | Item Insignio. vnde παρασεσημασμένος τι μέρος, id est ὁ βεβλαμμένος τι μέρος καὶ ἀνάπηρος, membro aliquo mutilato insignitus. Bud. pag. 653. | Item Obsigno, ὀπισφραγίζομαι, πῶν σφραγῖδα ὀπτίθημι. Qua significatione vox media vsurpatur, vt & καταστεσημαίνομαι. Demosth. αὐτὰ τὰ σημεῖα ἐὰν τῶν οἰκημάτων ἃ παρεσημηνάμεθα, ἐλθὼν εἰς ἀγρὸν ἀνέῳξε. Bud. pag. 653. Exponitur etiam Annoto, Adscribo, apud Arist. Rhet. 2, καὶ λέγεσθαι παρασημαινόμενοι τοὺς ἐλεγκτικοὺς καὶ ἀποδεικτικοὺς, annotantes vel adscribentes. Idem Aristot. lib. 1 Top. παρασημαίνεσθαι δὲ καὶ τὰς ἑκάστων δόξας. quem locum Alexander exponens, ait, δεῖ δὲ (φησὶν) ἐν ταῖς ἐκλογαῖς παρασημαίνεσθαι καὶ παραγράφειν. ITIDEMQVE Παράσημα pro notis ac indiciis accipiunt apud eundem Aristot. in Sophist. elench. καὶ τὴν παράσημα ποιοῦντες. | Παρασημαίνω, Pariteé & eadem opera significo. vel, Simul significo. Basil. in Hexaëm. ὁ δὲ τῷ αὔῳ καὶ τῷ κάτω ὀπτμηνυθεὶς, καὶ τὰ πῶν μάσιν τύποις ἐκπληρωθῆναι χώραν συνεκδοχικῶς παρεσημανε, simul & vna comprehensione significauit. Budæus pagina 651.

c. 2. Ἀπαρασήμαντος, exponitur in v. l. Non designatus, Non illustratus.

C. ΠΡΟσημαίνω, Præsignifico, Portendo. Cuius signif. duo exempla affert Bud. pag. 657: vnum ex Xenoph. alterũ ex Plut. προσημαίνω interpretans Portendo, vt dii futura præsignificant. Sic Æschin. in Ctesiph. ἀλλ' οὐ προσέλεγον, οὐ προσσημαίνον ὑμῖν οἱ θεοὶ φυλάττεσθαι, μόνον οὐκ αἰθρώπων φωνὰς προσκτησάμενοι; Et Xen. ὅταν τοῖς Ἕλλησι τέρατα πέμπωσι προσημαίνωσι, portendunt & prænuntiant seu præsignificant futura. VNDE Προσημασία, ας, ἡ, Præsignificatio. vel Portentum ostentúmve quo aliquid à diis præsignificatur, Signum quo aliquid portenditur.

C. ΠΡΟΣσημαίνω, Præterea significo. Aristot. in suo περὶ ἑρμηνείας libro, ῥῆμα δὲ ὅτι τὸ προσσημαῖνον χρόνον, οὗ μέρος οὐδὲν σημαίνει χωρίς. Bud. pag. 658. Idem Aristot. Rhet. lib. 1, ἐν γὰρ τῇ προαιρέσει ὅλιν ἡ μοχθηρία καὶ τὸ ἀδικεῖν. τὰ δὲ πλεῖστα τῶν ὀνομάτων προσσημαίνει πῶν προαίρεσιν· οἷον ὕβρις καὶ κλοπή. Vbi Petr. Victor. ex Ammon. προσσημαίνειν interpretatur Præter primum illud quod eo verbo ostenditur, aliud etiam quippiam, secunda quadam ratione vnà apetire ac significare. vt quum furtum aut contumeliã factam audimus, simul etiam προαίρεσιν vtrique maleficio affuisse intelligimus. Qua de re vide plura in ipsius comment. & apud Arist. lib. 2 Ethic. ad Eudemum. Sũt qui προσσημαίνω ex Varr. interpr. Adsignifico, qui tamen pro simplici Significo potius accepisse creditur, vt quũ ait, Tonsores olim nõ fuisse, antiquorũ statuæ adsignificant. VNDE Προσσημαντικὸς, Præterea significans, seu Etiam significans. vt Bud. hæc verba grammaticorum, ῥῆμα, ἐστὶ μέρος λόγου χρόνον δηλῶν προσσημαντικὸν, interpr. Cum actione etiã temporũ significatiũ,

C. Συσημαίνω, Consigno. ea significatione qua Plaut. dicit Tabulas consignare, Epistolas consignare. Suidas annotat oratores dicere συσημαίνεσθαι quod vulgus κατασφραγίσασθαι: subiungens ex Lycurgo, πλὴν ἱέρειαν συσημαίνεσθαι τὰ γράμματεῖα.

C. Υποσημαίνω, Indico, Significo. Aristot. Ethic. 4, ὀν πύπις γὰρ ἡ μεγαλοπρέπεια ὑπόδηλος τῆς ἐλευθεριότητος, καθάπερ καὶ βωμὸς αὐτὸ ὑποσημαίνει. Itidē Galen. lib. 1 ad Glauc. οὖπος καὶ χρόνον ὑποσημαίνει πλείονα, hæc febris temporis significat maiorem diuturnitatem. | Plato pro Signum do posuit, & Antesignanum me præbeo, & autorem suasoremque, lib. 8 Polit. de factioso concionatore loquens, αὐθριλατῆ καὶ ἀποκηρυκῆ, καὶ ὑποσημαίνῃ χρεῶν τε ἀποκοπὰς καὶ γῆς ἀναδασμόν, Signum det, & autorem suasoremque se præbeat nouarum tabularum legisque agrariæ. B. pag. 657. vbi etiam addit, Platonem eo loco ὑποσημαίνειν pro σημαίνειν posuisse more Attico.

Σ Η Π Ω. F. ψω, Putrefacio, Putredine vitio. Plut. Sympos. 3, τὸν ἥλιον τὰ κρέα σήπειν. Pass. Σήπομαι, Putrefio, Putresco. Iliad. ω, συδέ π οἱ χρὼς σήπεται, ὐδὲ μὲν ὀὐλαὶ ἔθουσ'. Eurip. apud Plut. Symp. 4. — ὀὐ φάσγανον σήπεται νέκυς. Idem Plut. Symp. 2 dicit σήπεσθαι τὰ λυπόβρωτα ὑπὸ ἀλλήλων πάχους. De lignea quoque materia dicitur, vt & apud Ouid. Estur vt occulta vitiata putredine nauis. Iliad. β, Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεώς καὶ ἀπαρτα λέλυται. Itidem apud Xenoph. Cyneg. ἵνα μὴ σήπωνται αἱ ποδοδράβαι. Aor. 2 pass. Ἐσάπην. vnde Iliad. τ, — κῆρ δὲ χροὰ πάντα σαπῆν. Inde & infin. σαπῆναι. Præt. med. Σέσηπα, cuius exemplum paulo antè citaui. Plin. vertit Marcesco. pro his enim Dioscor. μύκητες γίνονται φθαρτικοὶ καὶ ἥλοις καπωδύσις ἢ ῥάκεσι σεσηπόσι, ille sic habet, Illa boleto rum genera perniciosa, si caligaris clauus ferrive aliqua rubigo aut panni marcor affuerit nascenti. Idem apud Theophr. de lignea materia loquentem σήπονται reddidit Carie deficiunt. Apud Athen. verò lib. 12 voluptarius quidam dicit se σήπεσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

Σῆψις, εως, ἡ, Putrefactio, Putredo. Plut. Symp. 3, probl. 10, de carnibus ceruinis aut aprugnis quæ aliquò mittuntur, χαλκοῦ ἐμπηγνύουσιν ἥλον, ὡς βιβρώσκοντα σῆψιν τοῦ σήπειν. Ibidem Moschion medicus τὸν σῆψιν definit πῆξιν καὶ ῥύσιν σαρκὸς εἰς ὑγρὸν φθορᾶς μεταβαλλούσης: atque adeo ait ὑγραίνεσθαι τὰ σηπόμενα.

(A T V E R O Σῆψ, serpentis genus est, de quo tum alia multa Aet. lib. 13. cap. 26, tum verò, partes ab ea tactas putrefieri ac dealbari simili colore quo corpus vitiligine alba laborans. Itidem schol. Nicandri σῆπα nominari scribit σεσῆπε τὸ σίπειν τοῖς πλησίον. vnde & apud Lucanū, Offáque dissoluens cum corpore tabificus seps. Idem schol. annotat, alio nomine vocari χαλκίδα, quoniam in dorso gerit χαλκιζούσας ῥάβδους. Dioscor. verò lib. 2, cap. 70, σῆψ, ὃν ἔνιοι σαῦρον ἐκάλεσαν χαλκιδικήν. vbi nota ὑπὸ σαυρῶν generi annumerari, vt & a Nicandro in Theriac. vbi ait Σῆπα γὰρ μὲν πεδαοῖσι δομὴν σαύροισιν ἀλύξεις: subaudito nomine ὁμοίαν, vt schol. quoque tradit. ita vt sensus sit, πλὴν σῆπα πλὴν τῆς πεδαοῖς σαύροις κατὰ τὸ σῶμα ὁμοίαν ἀλύξεις. Itidem Plin. lib. 29, cap. 5, Lacerta quam hi sepa, alii chalcidicen vocāt. Vbi χαλκιδικὴν vocat cum Dioscoride: Aristot. χαλκίδα, lib. 8 Hist. anim. c. 24, ἀποκτείνει δὲ δάκνουσα ἢ σφόδρα ἀλγῶν ποιεῖ καὶ ἡ καλουμένη χαλκὶς ὑπὸ πινῶν, ὑπὸ δὲ ἐνίων ζυγίς. ἔστι δὲ ὅμοιον τῆς μακρᾶς σαύρας, τὸ δὲ χρῶμα τῆς τυφλίνης ὄφεσι. Rursum tamen Plin. inter chalcidem & sepa discrimen facere videtur, quum lib. 32, c. 5, ait, A chalcide, ceraste, aut quas sepas vocant, aut elape dipsadéve percussis. Dioscorides vipe rarum generi accenset, lib. 5, cap. 22, de oxymelite, ὀξύμελι δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ ἐχίδνης τῆς καλουμένης σηπὸς δηχθεῖσι. Nisi fortè ante τῆς omissa sit particula καὶ: præsertim quum diuersa esse ἴχνη & σῆπα appareat ex Theophr. Hist. pl. l. 9, cap. 12, de panace Heracleo, χρῶνται δὲ πρός τε τοὺς ἐχίδ καὶ τὰ φαλάγγια καὶ τοὺς σῆπας, καὶ πάλλα ἐρπετά. Sic enim quidam reponunt pro σῆπας, quod Gaza quoque retinuit, interpretans Tineas. Sed miretur aliquis ibi masculinum genus, quum superioribus in locis fœminino vsurpetur: nisi fortè scrupulum hunc eximi putet hoc hemistichio Nicandri in Ther. — πόδι δίψος ἐμβαπέει σήψ. quum schol. quoque ibi exponat, ὁ ξηρὸς, vel ὁ ποιῶν δίψαν τοῖς δακνομένοις. | Σῆπας annotant ab Hippocr. lib. 3 De morb. pop. Segm. 3, & lib. 6, Segm. 7, vocari pustulas quas & ὀκθύμαπα ac ἐκφύσματα vocat)

C. Σηπτοποιός, ὄν, ὁ, Putrefaciēs, seu Putrefaciēdi vim habēs, Alex. Aphr. ἔστι δὴ κρᾶσις αὕτη σηπτοποιὸς, putredinem creat.

Σηπτός, ὄν, ὁ, Putridus, vt nonnulli interpretantur. | Σηπτὸς actiuam quo que significationem habet, éstque idē C V M Σηπτικὸς, ὄν, ὁ, Vim habens putrefaciendi. quo significatu σηπτοποιὸς vsurpatur ab Alex. Aphrodiseo. Gal. Simplic. med. lib. 5. χρὴ δ' εἰδέναι τὰ καλούμενα φάρμακα σηπτὰ καὶ σηπτικά: qualia esse dicit auripigmentum, chrysocollam, dryopterin, pityocampen, aconitum: eáque πήκειν καὶ σωτήκειν ἅπαντα, καὶ μάλιστα τῆς μαλακῆς σαρκὸς ὀδύνης χωρεῖς. Dioscorides δυνάμεις σηπτὰς vocat, lib. 3, cap. 11, & lib. 2, cap. 67. Σηπτικὸς eadem de re apud Latinos quoque legitur. Plin. lib. 34, cap. vlt. de sandaracha, Summa eius dos, septica. Et lib. 27, cap. 12, de myosotide, Vis ei septica & exuceratrix. Cels. lib. 7, cap. 21, Illinitur medicamentis quæ sic exedunt ne erodant. σηπτικὰ Græci vocant. Sicut verò Galen. loco superiori dicit τὰ σηπτικὰ σωτήκειν ὀδυνῶς χωρεῖς, ita & Aristot. Hist. anim. lib. 8, cap. 29, de aspide, ὀξὺ δ' ὄφεως ποιοῦσι τὸ σηπτικὸν, καὶ ἄλλως ἀνιᾶτως. Ex σηπτικῶν genere esse tradunt & τὰ καθαρτικὰ, quanuis imbecilliora illis, nec in altum subire valentia: ita dicta quòd excrescentem carnem detrahant atque absumant: cuius generis sunt, æs vstum, æris squama, flos Asiæ petræ. Nec in carne tantùm ἡ σῆψις consistit, verùm etiam in cibis. vt apud Athen. lib. 7, de fidere lunæ, πρὸς τὰς τροφῆς ἁρμόττει πέψεις, σηπτικὸν ὑπάρχον· κατὰ σῆψιν δὲ ἡ πέψις.

C. Ἀσηπτος, ὄν, ὁ καὶ ἡ, Non putrefactus, Putredine non vitiatus: vel Qui putrefieri & putredine vitiari non potest. Plut. Symp. 4, τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί. Xen. Cyneg. ἔστι γὰρ ἀσηπότατον τοῦτο, de ligno. vt & in Geopon. τὰ πάντα μονόξυλα ξύλα, ἄσηπτα διαμένει: pro his Columellæ, Tunc casa ligna carie non infestari. Eiusdem significationis est C O M P. Ἀσαπὴς, ex aor. 2 pass. deriuatum, vt apud Theophr. ἀσαπῆ διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι, aquis non corrumpi, vt Plin. interpr. Idem Plin. pro his Theophr. ἀσαπὲς ὅλως τὸ ξύλον, Latinè dicit, Materia contra omnia vitia incorrupta. Rursum ἀσαπῆ apud eundem vertit idem, Quæ cariem vetustatémque non sentiunt: de lignis loquens.

C. Εὐσηπτος, ὄν, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè putrefit, Qui putredine facilè vitiatur. E T Εὐσηπτία, ας, ἡ, Putrescendi facilitas. Theophr. Hist. pl. lib. 8, cap. 9, de faba, καταρίζειν δοκεῖ τοῦ γλοῦ, διὰ μανότητα καὶ εὐσηπτίαν. Vbi tamen mendose scriptum ἀνηψίαν.

Σηπεδὼν, όνος, ἡ, Putredo. Plut. Artox. Ἕλαι καὶ σκώληκες ὑπὸ φθορᾶς καὶ σηπεδόνος ἐκ τοῦ σωματίου αἰαζέουσι. Dioscorides de sale, σηπεδόνων ἐφεκτικοί. pro quo, Plinius Defuncta etiam à putrescendo vindicans. Apud medicos σηπεδόνες redditur non solùm Putredines, sed etiam Vlcera putrida, seu Vlcera putrescentia. nam apud Dioscor. lib. 3, cap. 6, σηπεδόνας καθαίρει, Hermol. vertit, Putredines purgat: Ruell. verò & Marcell. Putrescentia vlcera purgat. Celsus σηπεδόνες apud Hippocr. interpr. Cancri: vt quum ait σωμάτων ἕλκώσεις, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, vertit Vlcera oris, cancros in obscænis. Polluci, σηπεδὼν est ἕλκος νομὴ λευκοῦ, ὑπωχρόου, δυσώδες. quod vitium os maximè infestat, ita vt interdum dentes ossáque absistat. V N D E Σηπεδονώδης, Putredinosus, vt quidam loquuntur. Ex Alex. Aphrod. probl. lib. 1, σηπεδονώδης ἀήρ, pro Vitiatus aer. malim Putredine vitiatus aer, Putris aer.

Σηπεδὼν est & lacertæ genus apud Ælian. & Nicand. in Ther. v. 326, Τῆς δ' ἤτοι ὁλοὸν καὶ ἐπώδυνον ἔπλετο ἕλκος Σηπεδόνος. νέμεται μέγας ἠδ' ὁλοφώϊος ἰὸς Πᾶν δέμας. vbi nota eum exprimere etymon, quod à schol. quoque affertur, dicente σηπεδόνα appellatam ὅτι σήπει τοῦ δακόντος τὸ σῶμα. Fortassis autem eadem est cum sepe. In v. l. H A B E T V R Σηπεδὼν, ex Æliano & Nicandro. quæ tamen scriptura suspecta est.

C. Ἀποσήπω, F. ψω, Putrefacio, Putrescère vel marcescere facio. idē cum simplici σήπω, nisi quòd præpositio significationē intēdit. Pass. Ἀποσήπομαι, Putrefio, Marcesco.

Vnde ἀποσηφθεὶς, Putrefactus.

C. ΔΙΑσήπω, Putrefacio. vel Putredine ac tabe consumo. Vnde Διασαπεὶς apud Luc.

C. ΚΑΤΑσήπω, idem. Pass. Κατασήπομαι, Putrefio, Putredine vitior: vel etiā Marcesco. vt ex Chrysost. affertur, τοῦ καταστηπομένων αὐτῶν ἀποτήκεσθαι, marcescentes flores relinquere. Aor. 2 pass. Κατεσάπην. Præt. med. Κεσάσηπα, quo Aristoph. vtitur.

C. ΠΕΡΙσήπω, Circumquaque putrefacio: seu Omni ex parte putrefacio.

C. ΣΥΓσήπω, Computrefacio. Gaza vertit Macero, hæc verba Aristot. συσήπωσι καὶ πέψωσι τὴν τροφὴν, sic reddens, Cibum & macerent & concoquant.

¶ Σαπρὸς, ός, ὁ, Putris, Putridus: deriuatum ex aor. pass. ἐσάπην. Apud Athen. lib. 5, Σαπρὸς πέλεκυς τὴν ὀείγανον φιλεῖ. Et lib. 6, σαπροὶ ἰχθύες: quibus opponuntur ibidem οἱ πρόσφατοι, recentes. Rursum lib. 5, σαπρίοις σαπροῖς. Exponitur etiam Carie vitiatus, Rancidus, Marcidus: necnon Vetustate putidus. quemadmodū & apud Aristoph. Pace legitur εἰρήνης σαπρᾶς pro ἀρχαίας καὶ παλαιᾶς. Apud Paul. σαπρὸς λόγος, putida seu spurca & obscœna verba. Ephes. 4, πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω.

C. Ἐπισαπρὸς, ου, ὁ καὶ ἡ, In superficie putridus. Alii, Putricans.

Σαπρότης, ητος, E T Σαπρία, ας, ἡ, Putredo: seu Marcor, Marcedo. Vtrunque legitur apud Diosc. lib. 1. nam cap. 113 inscribitur περὶ σαπρότητος ξύλων, (De lignorum marcore, vt Ruell. vertit) in textu autem legitur, ἡ ὑπὸ τῆς παλαιῶν ξύλων καὶ σεσημμένων σαπρία σωιστομένη ὡς ἄλθρον. Latinis Caries dicitur.

Σαπρίας, ου, ὁ, Vini genus quoddam conditi herbis in eo putrescentibus seu marcescentibus, odorémque illarū ex marcore isto concipientis. Hermipp. apud Athen. lib. 1, Ἔστι δέ τις οἶνος ὃν δὴ σαπρίαν καλέουσι, Οὗ καὶ ὑπὸ σώματος σαύμωνα αἴνοιγ' ὀμφάων, Ὀζεῖ ἴων, ὀζεῖ δὲ ῥόδων, ὀζεῖ δ' ὑακίνθου Ὀσμὴ θεαπεσία. quod nectar ibidem appellat.

Σαπρίζω, F. ίσω, Putreo, Marceo. vel Putridum marcidúmve oleo.

Σ Θ Ε Ν Ω, Valeo, Possum. Soph. Aiace, -εῖμι κἀγὼ κεἰσ' ὅποιπερ αὖ σθένω, vado & ego illuc quò possum. Aristoph. Pluto, καθ' ὅσον αὖ σθένω: (pro quo Xen. dicit παντὶ σθένει, & Demosth. παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν: Latini Pro viribus.) Plutarch. οὐδὲν αὖ σθένοι, nihil possit. Rursum apud Soph. in Aiace legimus, σθένειν ἐν πλούτῳ: quod Latini dicunt Valere opibus, Posse diuitiis. qui etiam dicunt Potens opibus, Qui multum potest opibus & copiis.

Σθένος, εος, τὸ, Vis, Robur, Potentia: ea significatione qua Virg. dicit Potentia solis pro Vis & vehementia solis. Il. ε, de leonibus & apris, τῷ τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν. Il. β, ἐν δ' σθένος ὦρσεν ἑκάστῳ Καρδίῃ ἄλληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. vbi etiam nota dicere σθένος τὸ πολεμίζειν, pro Robur coniunctum cum desiderio pugnandi. Il. ρ, Ἀλκῆς καὶ σθένεος πλῆσε φρένας ἀμφιμελαίνας. Et aliquanto antè, v. 212, πλῆσθεν δ' ἀρὰ οἱ μένε' ὀστὸς Ἀλκῆς καὶ σθένεος. Et v. 329, Καρπεί τε σθένεί τε πεποιθότες ἠνορέῃ τε. Quibus in locis nota copulari ἀλκὴ & σθένος, κάρτος & σθένος. quibuscum copulari κῦδος quoque, suo loco videre est, quod & similia huic loquendi genera efficit. Χῆρες etiam & σθένος coniunguntur ab eodem poeta, vt Od. φ, ἵφθε μαθ' ὑμῶν Χειρῶν καὶ σθένεος πειρήσομαι, vt vobiscum manuum robur experiar. Item, Ὥστε δέ μιν σθένεϊ μεγάλῳ, Iliad. ν. Apud eundem passim σθένεϊ βλεμεαίνων, plerunque de homine ira concitato: vt & Il. ρ, de apro, οὔτε μέγιστος Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι θεῷ σθένεϊ βλεμεαίνει. Dicitur præterea σθένος Ἰδομενῆος, Iliad. ν, v. 248, & σθένος Ὠρίωνος, Iliad. σ, v. 486, periphrasticè pro Idomeneus, Orion: vel potius Viribus potens Idomeneus, Robore infracto pollens Orion: quemadmodum Apollon. quoque in Argon. σθένος Ἡρακλῆος. pro quo alibi βίη Ἡρακλῆος, & βίη Ἡρακληείη. Itidem dicitur μθος Ἀντινόοιο, & μθος Αἰακίδαο. Vsus huius vocabuli σθένος in prosa quoque, vt apud Xen. aliquoties, Βοηθήσειν παντὶ σθένει. Demosth. verò Olynth. 3, dicit etiam, εἰ μὴ βοηθήσει τις παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. Aristoph. dixisset, καθ' ὅσον αὖ σθένοιτο: Latini Pro viribus, seu Totis viribus.

C. Ἀγασθενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Viribus suprà modum pollens. Ex Epigr. pro Præpotens.

C. Ἀεισθενὴς, Semper viribus potens.

C. Ἀσθενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Defectus viribus, Fractus viribus, Cuius vires fractæ & eneruatæ sunt, Cuius robur languet: Debilis, Imbecillis, Inualidus. Xen. γῆρας ἀσθενέστερον τῆς νεότητος γιγνόμενον, senectutem imbecilliorē factam quàm adolescentia fuisset, vt Cic. interpr. p. 133 mei Lex. Cic. Idem Xen. Pæd. 7, ὁ σίδηρος αὖ ἰσοῦται ἀσθενεῖς ὢν τῷ πολέμῳ τοῖς ἰσχυροῖς. vbi nota opposita: quemadmodum & apud Herodian. libr. 8, καὶ δοκοῦντες ἀσθενέστεροι, καθεῖλον τοὺς ὄν ὑπολήψει αὐθρείας μείζονος. Et Pæd. 3, ἀσθενέσι χρῆσθαι πολεμίοις. Et Pæd. 1, εἰ τοὺς Μήδους ἀσθενεῖς ποιήσοιμι, si Medorum vires potentiámque fregisset. vtrunque enim hoc loco significat σθένος: vt & apud Demosth. in Mid. τοῖς πενεστέροις καὶ ἀσθενεστέροις opponuntur οἱ χρήματα ἔχοντες: sùntque ἀσθενεῖς (vt infrà ἀσθενοῦντες quoque) Qui opibus & potentia nihil pollent. Sic apud eundem Demosthen. Pro cor. ὅτ' ἦν ἀσθενὴς τὰ Φιλίππου πράγματα καὶ κομιδῇ μικρά. Et apud Xen. Pæd. 7, τὰ μὲν ἡμέτερα ἀσθενέστερα γίγνεται, τὰ δὲ πολεμίων πάλιν αὔξεται. Et Herodian. lib. 2, ὀνόσεν αὐτὸν πεκμηραγνῦν ἀσθενῆ τε ὄντα καὶ φαύλας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας. Sicut verò dicitur πόλεμος ἀσθενὴς, ἀνὴρ ἀσθενὴς, χῆρας ἀσθενὲς, & πράγματα ἀσθενῆ, ita & πῖχρος ἀσθενὲς, λόγος ἀσθενὴς, συλλογισμὸς ἀσθενὴς, infirmus syllogismus: quorū illa duo apud Thuc. legūtur, postremum apud Aristot. Ἀσθενὴς construitur interdum cum accus. interdū cum dat. interdum cum præp. πρός. Dicitur enim ἀσθενὴς τὸ σῶμα, sub. κατ', Qui infirmo est corpore, Cuius corpus viribus defectum est, Plat. De rep. lib. 2. Et ἀσθενὴς χρήματα, qui pecuniis parū pollet. Itē ἀσθενὴς πρὸς ἐνέργειαν, Parū ad agendum efficax, Cui vires desunt ad efficiendum. Simile loquendi genus habes apud Thuc. lib. 6, p. 200. Præterea ἐς ἀσθενὲς ἔρχεσθαι, apud Herodot. lib. 1, pro ἀσθενοῦσθαι. Cui simile loquendi genus apud Thucyd. lib. 3, hoc est, ἦσαν γὰρ ἤδη ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ, prorsus enim eorum vires attritæ erant & debilitatæ.

Inde A D V E R B. Ἀσθενῶς, Imbecilliter, Inualidé. Demosth. Olynth. 2, τὰ σύμμαχα καὶ ἀσθενῶς καὶ ἀπίστως ἔχοντα φανήσεται Φιλίππῳ. Itidem apud Thuc. ἀσθενέστερα ἔχειν.

Inde & S V B S T. Ἀσθένεια, ας, ἡ, Debilitas, Imbecillitas. In Defin. Stoic. ἀῤῥώστημα μετ' ἀσθενείας, morbus cū imbecillitate, vt Cic. vertit, p. 60 mei Lex. Cic. Plato in epist. ἔστι πρὸς ἀσθένειαν ἡ τῆς σραγγουρείας, Imbecillis est ex vrinæ stillicidio. Xen. Hellen. 6, ὀπ τῆς ἀσθενείας οὔπω ἴσχυεν. Sic Demosth. ὡς γὰρ αὐτὸς τὰ λοιπὰ ἐξ ὀκείνης τῆς ἀσθενείας, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὸν, καὶ ἔσχεν ὅπηεικῶς τὸ σῶμα, simulac conualescere ab infirmitate seséque recreare contigit, & corpore esse valente. Vbi ἀσθένεια morbum significat, sicut & apud Thuc. libro septimo, pag. 237, ὅπως μὴ μόνος ὀν ἀσθενείᾳ ἁλαιπωροίη, pro ὀν νόσῳ. Idem de opum tenuitate dixit, αἰσθόμενοι αὐτοὺς διὰ κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν παρασκευαζομένους, propter sui cōtemptum, & ob id quòd eos imbecillitatis & infirmitatis opum damnarēt. Iones D I C V N T Ἀσθενίη non ἀσθένεια.

Est inde E T I A M Ἀσθενικὸς, ός, ὁ, quod exponitur nō solùm Imbecillis, Lāguidus, Valetudinarius, sed etiam Pauper. I T E M C O M P. Ἀσθενόῤῥιζος, Imbecillas radices habens: alii, Imbecilla radice hærens. Est & aliud C O M P. Παγασθενὴς, Omnino imbecillis, Prorsus inualidus & viribus fractus.

Præterea V E R B. Ἀσθενέω, ῶ, Imbecillis sum, seu Infirmis viribus sum, aut etiam Langueo. Athen. χρῆς ἀσθενοῦσα πάνυ. Itidem Xenoph. Pæd. 8, ὁπότε δέ τις ἀσθενήσοι τοῦ θεραπεύεσθαι ὑπηκριείων, ἐπεσκόπει. Et Isocr. ὑπισκέψασθαι αὐτὸν τοσοῦτον χρόνον ἀσθενήσαντα. Item ἀσθενεῖν ἀσθένειαν, vt Plato Charm. πρὸς τῆς ἀσθενείας ἣν πρὸς μὲ ἔλεγεν ὅτι ἀσθενεῖ. Necnon ἀσθενεῖν νόσον affertur ex Isocrate. V N D E Ἀσθένημα, ατος, τὸ, Imbecillitas, Infirmitas, aut etiam Morbus. idem cum ἀσθένεια, sicut ἀπόρημα idem cum ἀπορία. E T C O M P. Ἐξασθενέω, ῶ, idem cum ἐξαδυνατέω, ῶ, Prorsus defectus sum viribus, Vires meæ prorsus fractæ sunt & elangueēre. Demetr. Phaler. ἐξασθενηκέναι καὶ οἷον καταπεπωκέναι ὑπὸ ἰσχυροτέρου. ὅθεν ἀσθενές. Plut. De def. orac. ἐξασθενεῖ καὶ γίνεται ἄπορον. Hero-

dianus lib.6, πολέμοις σωεχέσι τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἐξαδενούσης. Philo cum infinitiuo etiam iunxit, in lib. De mundo, ἐξαδενεῖ ἄχθη ωεὸς αἰδιότητα, non valet sempiternam in eis efficere stabilitatem. A T Ἐξαδενίζω, F. ίσω, Debilito, Infirmo, Vires frango & eneruo. idē cum sequenti ἀδενόω.

Ex superiori Ἀδενὴς est & aliud V E R B V M, Ἀδενόω, idem cum præcedenti ἐξαδενίζω, Robur virésque alicuius debilito & frango. Xen. Pæd. 1, καὶ κινδυνεύοιεν, εἰ μή τις αὐτοὺς φθάσας ἀδενώσει.

C. Εὐρυδενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Viribus latè potens. Vnde apud Hesych. εὐρυδενὲς, μεγάλως ἰσχύον, μεγαλοδύναμον, μεγαλοδενές. Neptuni epithetum. Odyss. ν, v. 140.

C. Εὐδενὴς, Viribus potens, Robustus, Validus. Theophyl. epist. 15, νεανίας εὐδενὴς, ὄρθιος, τὸ ωθεινέστερον λάσιος. Iūgitur & cum ωεός. Alex. Aphr. εὐδενὴς ωεὸς ἔργον, Cui satis virium suppetit ad efficiendum, Efficax. Sicut suprà ἀδενὴς ωεὸς ἐνέργειαν. V N D E Εὐδενεὸς, Validè, Firmiter, Constanter: seu Infractis viribus. Philo De mundo, ψυχαὶ ωλῆθος ἀνδρῶν εὐδενεὸς φιλοσοφούντων, animæ eorum qui philosophiæ olim constanter indulserunt. E T Εὐδένεια, ας, ἡ, Virium integritas, Robur infractum & validum, ἰσχὺς Suidæ, Hesychio δύναμις. I T E M Εὐδενέω, Viribus polleo, Robustus & validus sum. Oppositū superiori ἀδενέω.

C. Καλλιδενὴς, Viribus decorus, Egregio robore præditus. A T Καλλιδένης, nomen proprium: (vt Δημοδένης) de quo Suid.

C. Μεγαλοδενὴς, Magnis viribus seu magno robore præditus. Vtitur Hesych. in exponendo Εὐρυδενής. D I C I T V R E T Μεγαδενὴς, quod poeticum potius est, itidem pro Viribus multum potens. Vtitur Apollon. Rhod.

C. Παιδενὴς, Omnino robustus, Viribus omnes superans, Robore præpotens. vnde apud Hesych. παιδενεστάτω, ἰσχυροτάτω.

C. Περιδενὴς, Nimium viribus potens, Viribus & robore suo modum excedens. In lex. meo vet. ωεριδενέα exponitur ωεριωσῶς δένει χρώμενον καὶ μὴ δυνάμενον ἑαυτὸν κατέχειν: additurque, eodem modo dici ωεριώδωος & ωεριαλγής. Plutarchus ex quopiā poeta affert θανάτῳ ωεριδενεῖ, quoniam ex humano genere nemo tantis pollet viribus vt morti obsistere queat.

Σθεναρὸς, ᾶ, ὁ, Validus, Robustus, Viribus potens. Il. ι, — ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρῆπτος.

C. Σθενόω, ῶ, F. ώσω, Roboro, Confirmo. v. l.

Deriuata sunt à Σθένος quædam etiam propria nomina: N I M I R V M Σθένελος, nomen proprium viri fortis apud Homerum, & poetæ apud Aristot. atque Athen. I T E M Σθένιος pro nomine proprio serpentis ex schol. Homeri. E T Σθενὼ, οῦς, ἡ, Stheno, soror Medusæ. Sunt & quædam composita: V T Σθενέβοια, nomen propriū mulieris & tragœdiæ Euripideæ apud Aristoph. in Ran. S I C Δημοσθένης, Καλλισθένης, Κλεισθένης, & similia, quæ paroxytonωs proferuntur: appellatiua autē oxytonωs, vt in superioribus apparet.

Σ Ι Γ Ά Ω,

ῶ, Taceo, Sileo: oppositū τῷ λαλεῖν, seu λέγειν, & τῷ φθέγγεσθαι, itémq; τῷ ἐρωτᾶν. vt Ino illa Euripidea dicit se scire Σιγᾶν ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές. Et Simonides, μηδέποτε ἀυτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δ', πολλάκις. vt & in distichis illis quæ falsò Catoni adscribūtur, -nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutū. Homer. Od. τ, Σίγα, καὶ κεῖνον νόον ἴσχανε, μηδ' ἐρέεινε. Item, ωεὸς ζωῦτα ἐσίγα, Xen. Pæd. 5. Et σιγᾶ λόγοις apud Eurip. — ne fida silentia rumpas, Supprime verba. Pass. Σιγάομαι, ώμαι, Taceor, Silentio prætereor. Heraclit. in epist. ad Hermod. ἰσοχρονίσω πόλεσι καὶ χώραις διὰ παιδείαν, οὐδέποτε σιγώμενος, Nulla ætas silebit nomen, Tandiu viuet nomen Heracliti docti, quandiu nomen regionis & vrbis ipsius Ephesi. Bud. Et σιγηθέν, Silentio retentum. Media autem vox actiua signif. vsurpatur vt apud Aristoph. Pluto, — οὐκ ἔδ' ὅπως σιγήσομαι. D O R I C E Σιγῆν dicitur pro σιγᾶν, tacere.

C. Ἀσιγησία, ας, ἡ, Tacere non posse, Tacendi impotentia. Plut. in suo ωεὶ ἀδολεσχίας libello, καὶ ωῶς ἔχει ωερὶ τὸν κακὸν ἡ ἀσιγησία, πῶς ἀνήκοιαν. κωφότης γὰρ αὐθαίρετός ἐστι.

A C. Ἀσίγητος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Tacere non valens, Tacendi impotens: vel simpliciter, Non tacens. habet enim actiuam significationem vt Tacitus apud Latinos. Nonno ἀσίγητος θάλασσα, vt Sonans pelagus apud Virg. Ab eodē ἀσίγητοι dicuntur αἱ βίβλοι. lectorum enim voce loquuntur libri, ipsi per se muti & ἄφθογγοι. Quemadmodum verò ἀσίγητος θάλασσα possemus interpretari etiam Garrulum seu streperū mare, ita ἀσίγητοι Φαρισαῖοι apud eundem, Loquaces. At ἀσίγητος ἑορτὴ exponitur Dies celebris.

C. ΚΑΤΑσιγάω, ῶ, Conticesco. Plat.

B C. Σιγὴ, ῆς, ἡ, Silentium. Od. ο, Σιγὴ νεῦε, μή τίς με ωεοσαυδάτω ἐπέεσσιν. Sic enim quidam codices scriptum habent & subaudiunt ἔτω. alii autem σιγῇ: de quo paulo pòst. Xen. Pæd. 7, ἰῶ ωαντα χόδεν ωολλὴ σιγή. Et σιγὴν ωοιεῖσθαι apud Herodot. Indicere silentium, σιγάζειν. Alicubi reddi potest non modò Silentium, verùm etiam Taciturnitas: oppositum habens ἀσιγησία. vt apud Soph. Aiace, pag. 18, Γυναῖ, μυναῖξι κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Et apud Eurip. in Oreste, -ἔστι δ' οὖ σιγὴ λόγου Κρείσσων ἠθοῦσ' αὖ, ἔστι δ' ὃ σιγῆς λόγος. Quibus verbis docet, esse vbi silere præstet quàm loqui, & contrà, vbi loqui quàm silere. Et Plut. in suo ωεὶ ἀδολεσχίας libello, σιγὴ δ' οὐ μόνον ἄδηλον, secundum Hippocratem, ἀλλὰ καὶ ἄλυπον καὶ ἀνώδυνον.

D A T I V. Σιγῇ in aduerbium abiit, & significat Tacitè, aut etiam Submissa voce. vt Il. δ, ἔχοντ' ἐν σήκεσιν αὐδὴν Σιγῇ, δεδιότες σημάντορας. Od. τ, Ἀλλ' ἔχε σιγῇ μῦθον, ἐπίτρεψον δὲ θεοῖσι. Hesiod. Erg. loquens de morbis & ægritudinibus, Αὐτόματοι δ' ἐρρωῶσι κακὸν σιγῇ φέρουσι Σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς. Rursum Homer. Iliad. γ, ἷσαν σιγῇ, de Græcorum exercitu: Troes autem κλαγγῇ τ' ἠνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς. Eodem libro, σιγῇ ἕατο, tacitè sedent. Sic ἐᾶν σιγῇ, Plato De leg. Tacitè relinquere. Et apud Xenoph. Hellen. 6, μὴ κραυγὴν ωοιεῖν, ἀλλὰ σιγῇ τὸ ωέδος φέρειν. Affertur & σιγῇ λόγον ωοιεῖσθαι pro Submissa voce loqui. Interdum cum genitiuo construitur, & significat Clam. Eurip. σιγῇ φίλων, Clam amicis. Herodotus, σιγῇ Αἰθίοψι, Clam Æthiope. In superiorum etiam locorum quibusdam pro Clàm accipi potest.

Σιγηλὸς S I V E Σιγηρὸς, ᾶ, ὁ, Tacitus vel Taciturnus: oppositum τῷ ἀσίγητος. Vtrunque apud Suidam legitur, quum ait, Σιγηλὸς, ἄφωνος, σιγηρός. vbi etiam nota per σιγηρὸς veluti notius, exponi τὸ σιγηλός. Hesych. quoque Σιγηλὸς exp. ἄφωνος, id est Voce carens, Cui vox adempta est, Mutus. vel Qui non loquitur, sed taciturnus est. V N D E Σιγηλῶς E T Σιγηρῶς, Tacitè. Hesych. Σιγηρῶς, σιγηλῶς, ἡσύχως. vbi iterum nota eum σιγηρῶς exponere per σιγηλῶς, vt contrà Suidas σιγηλὸς per σιγηρός. A T Σίγηλος, proparoxytonum, ex Cyrillo exponitur Narcissus.

F Σιγημονᾶς apud Hesych. legitur & exponitur σιγᾶς: vt sit à V E R B O Σιγημονάω, Taceo, σιγάω: id autem quasi à N O M I N E Σιγήμων, Tacitus, Taciturnus.

Σιγαλέος, ᾶ, ὁ, itidem Tacitus, vt σιγηλὸς & σιγηρός. Iulianus lib. 3 Epigramm. Κεῖται σιγαλέη.

Σῖγα, Tacitè: idem cum σιγῇ. cuius aduerbii posterior syllaba corripitur, ad differentiam imperatiui σίγα, tace. Eurip. Hec. Σιγᾶτ' Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς, taceat vniuersus populus. Vbi etiam nota id loquendi genus. Aristoph. κάθιζε σῖγα, tacitus conside. vt Homer. Iliad. γ, ἕατο σιγῇ, taciti sedent. Itidem Apollon. lib. 2 Arg. -σῖγα δ' ἄπωθεν Ἑστηκώς. V N D E Σιγέρπης, Tacitus repens. vt serpentiū genus, quod tacitum obrepit & clam mordet. Vnde & ab Hesych. exponitur λαθροδάκτης, Clanculum mordēs. Apud eundem L E G I T V R Σιγαλφοὶ, οἱ ἄφωνοι καὶ ἀργοὶ τέτιγες, mutæ & agrestes cicadæ.

Σιγάζω, F. άσω, Silere seu conticescere facio, Obticescere iubeo vel cogo. Oppian. Cyneget. 3, loquens de tympano ex pelle lupina confecto, quod inter cætera pulsatur, Καὶ μοῦνον ωαταγεῖ, τὰ δ' ὀθόρια μθῶνον ἐόντα Τύμπανα σιγάζει, κώφησέ τε ωᾶσαν ἰωὴν, cætera tympana, licet antè sonora, Obticescere cogit & omnem eorum sonum obmutescere. Xenoph. quoque in Anab. σιγάζοντες vsurpauit pro σιγᾶν λιπαροῦντες, teste Hesychio.

C. ΚΑΤΑσιγάζω, Conticescere facio, Obticescere iubeo, Silentium impero, Silentium indico, & facio audiētiam,

Linguis fauere iubeo, τὸ ἐπέχειν ταῖς γλώσσαις αἰακηρύττω, vt sacrorum præcones. Synes. καταστιγάζοντων δὲ τῶν ἱεροκηρύκων. Herodian. lib. 1, τῷ ωῆς χρόος νδύμαι τὸν δῆμον καταστιγάσας. Et lib. 7, εἷς δυνάμει λόγον ωεοῦχων, τοὺς λοιωοὺς καταστιγάσας, ἡσυχάζειν τε ωεοστάξας, reliquis tacere ac paulisper requiescere iussis. Rursum lib. 1, ωοσῶ τα εἰωόντα ἐωιωεσόντα λεωτοθυμία καταστίγαστε. Et Synes. epist. 44, Τοῖς λογοωοιοῖς καταστιγῶν αἱ τε καὶ καταστίγασι, illis rumorum autoribus os occludere. Pass. Καταστιγάζομαι. vnde apud Ath. lib. 1, καταστιγασμθῶς ὑωὸ τῆς τῶν ωολλῶν ἀφιλοκαλίας.

Σ Ι Δ Η Ρ Ο Σ,

ᾶ, ὁ, Ferrum. Iliad. ζ & κ, Χαλκός τε χρυσός τε ωολύκμητός τε σίδηρος: vbi nota epitheton. Alibi ab eodē dicitur ωολιὸς σίδηρος, & ἰόεις σίδηρος, & αἴθων σίδηρος, & ab Hesiodo κρατερὸς σίδηρος. quemadmodum & in Odyss. Ἐξω δ' ἠΰτε ωῦρ κραταιὸν ἀριζῆλε σίδηρος. & Od. τ, — ὡς ωεοιὴ λίθος ἠὲ σίδηρος. Et μαλάσσειν σίδηρον ac βάπτειν, seu Εἰν ὕδατι βάπτειν ψυχρῷ, vt Homerus loquitur: qui etiam ait hanc βαφὴν esse σιδήρου κράτος. Item apud Plut. κολᾶν σίδηρον, & apud Aristot. σίδηρον ἐργάζεσθαι. Et σιδήρου ἕνωσις μετὰ μολιβδου, plumbatura. Fuisse autem ferrū ætè posterius indicat Hesiodus his verbis, Χαλκῷ δ' ἐργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος. Sæpe σίδηρος accipitur pro ense aut alio telo ferreo, vt & Ferrum apud Latinos. Iliad. σ, Δείδιε γὰρ μὴ λαμὸν ἀωοτμήξειε σιδήρῳ. Et Iliad. ψ, ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ σφαζόμενοι. Sic apud Plut. θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον: de thorace ferreo, vt videtur. is enim humeris circundari solet. Apud Poll. verò σίδηρος ὠδοντωμένος, ferrum dēratum, pro serra, ωρίων. Fœminino etiam genere vsurpatur σίδηρος à Nicādro in Ther. v. 913, σίδηρον Καυστροῖς θαλφθεῖσαν ὑωὸ στέρνοισι καμίνου. Dicitur E T I A M Σίδηρον neutro genere, quo vtitur schol. Homeri in l. 4 Il. vbi ait νδῦρον ab Homero vocari ἐν τῷ δέδεται τὸ σίδηρον, nimirum τὸ τόξου: quæ scriptura in meo quoque manuscripto exemplari extat. Vbi etiam nota σίδηρον vocari ferream sagittæ cuspidem, quemadmodum & in loco quodā Homerico in Νδῦρον citato.

C. Σιδηροβελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Ferro grauis. Euripides apud Aristophan. Ran. de Achille, Σιδηροβελὲς τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον, id est, hastam ferrea cuspide, qua præfixa erat, grauem.

C. Σιδηροβρὼς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, Ferrum edens, seu Ferrum adedens. Cotis epitheton apud Soph. in Aiace, Σιδηροβρῶτι τριβᾷ νενικωνής. id est (inquit schol.) σιδηροβρώσει, τὸν σίδηρον ἐαδιούσῃ.

C. Σιδηρόδεσμος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Ferrea vincula seu ferreos nexus habens. ex Maccab. 3, σιδηροδέσμοις αἰάγκαις ἄγονται, vinculis ferreis constricti trahuntur.

C. Σιδηρόδετος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Ferro vinctus. Herodot. ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ, in soleis ligneis ferro obuinctis.

C. Σιδηροποίκιλος, lapidis nomen. Plin. lib. 37, c. 10, Siderites ferro similis, litigio illata discordias facit: quæque nascitur in Æthiopia sideropœcilos ex ea fit, variantibus guttis.

C. Σιδηροτυκτος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Ferro fabricatus. Apud Athen.

C. Σιδηροκμής, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, Ferro domitus seu interfectus, vt αἰθροκμής. Soph. Aiace, - ἐν μέσοις ὀστοῖς Σιδηροκμῆσιν ἡσυχος θακεῖ ποσών. id est τῷ σιδήρῳ φονευθεῖσι.

C. Σιδηροτόκος, Ferri parens, Ferrum suo partu edens, id est Ferri ferax. In Epigr. σιδηροτόκος Ἰθηκαί.

C. Σιδηροτομέω, ῶ, Ferro seco, seu Ferro incido. Epigr.

C. Σιδηροφόρος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Ferri ferax. σιδηροφόρος γαῖα ab Apollonio Rhod. dicitur regio Chalybum Pontica, quoniam ferri & in primis chalybis ferax est. V N D E Σιδηροφορέω, ῶ, Ferrū gesto, seu Arma ferox: à σίδηρος quod significat etiā ensem, aut alia arma ferrea. Thucy. lib. 1, πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει. Sic Plut. in Probl. Rom. σεφανηφορεῖν καὶ κομᾶν καὶ σιδηροφορεῖν. Pass. σιδηροφορεῖσθαι idem cum σιδηροφορεῖν significat. Thucyd. lib. 1, ὅτε σιδηροφορεῖσθαι τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λησείας ἐμμεμαθήκει, Ferrum gestare. Itidem Arist. Polit. 2, ἐσιδηροφορωῦτο οἱ Ἕλλῃνες.

C. Σιδηροφυὴς, E ferro natus. Vide Σιδηρεῖος.

C. Σιδηρόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Ferreus animo, Crudelis. Æschyl. Prom. Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας ἐργατρφός, vir ferreo pectore. Quo signif. dicitur & χαλκεοκάρδιος.

C. Σιδηρουργὸς, ου, ὁ, Qui ferrum tractat, seu exercet. ὁ ἐργαζόμενος τὸν σίδηρον, vt Aristot. loquitur: Faber ferrarius. V N D E Σιδηρουργία, ας, ἡ, Ferraria officina, Ferraria fabrica, Plinio.

C. Ἀσίδηρος, ᾶ, ὁ καὶ ἡ, Qui sine ferro est, Ferrum non habēs. In Epigr. ἀσίδηρος χεὶρ, Manus ferro vacua, Manus ferro non armata.

Σιδήρεος, E T Σιδηροῦς, per contractionem, Ferreus. Od. α, σιδήρεα δέσματα. Xenoph. Pæd. 6, σιδήρεα δρέπανα. vbi etiam nota σιδήρεα pro σιδηρᾶ. Plut. ωεριτραχήλιον σιδηροῦν, & ωάλας σιδηροῦς, κρανὸς σιδηροῦν, νόμισμα σιδηροῦν. Metaphoricè autem idem Plut. dixit σιδηροῦν ωαλάγχον, quale est hominis σιδηρόφρονος. Sic Odyss. λ, Οὐδ' εἴ οἱ κραδίη σιδηρέη ἔνδοθεν ἦεν. Et Iliad. χ, - ἦ δὲ σοί γε σιδήρεος ἔνδοθι θυμός. Itidémque Od. ψ, ἦ δὲ τῆνγε σιδήρεον ἐν φρεσὶν ἦτορ, Ferreum cor & crudele: quod declaratur hoc versu Od. ε, - ἠδέ μοι αὐτῷ Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος, ἀλλ' ἐλεήμων. Similiter Æschines Athenienses vocat σιδηρεοι (ὦ σιδήρεοι inquit) ὁσὸν τὰ μαρὰ καὶ ἀπόθετα ῥήματα Demosth. ἐκαρτέρουν ἀκροώμθοι. Metri causa pro Σιδήρεος D I C I T V R & Σιδήρειος. Il. θ, Κίνθα σιδήρειαί τε πόλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Et σιδήρειος ὀρυμαγδὸς, Iliad. ρ, strepitus ferri collisi in prælio. Metaphoricè autem Iliad. ω, -σιδήρειον νύοι ὕπνον.

Σιδηρεικὸς, ᾶ, ὁ, Ferrarius. vt σιδηρεικὴ, scil. τέχνη, Ars ferraria, Ars quæ in exercendo ferro versatur. quæ & σιδηρουργία dicitur.

Σιδηρείτης, ᾶ, ὁ, itidem Ferrarius. Vnde F O E M. Σιδηρεῖτις, ιδος, ἡ, vt σιδηρεῖτις τέχνη, Ars ferraria seu fabrilis. Poll. libro 7, c. 24, scribit Eupolidem σιδηρεῖτιν τέχνῃ vocasse artem Xanthiæ τὸ σιδηρέως, cuius statuæ inscriptum fuisse Σιδηροφυής. Item σιδηρεῖτις γῆ, terra vbi foditur ferrum, vt quidam volunt. Σιδηρεῖτις λίθος, seu σιδηρεῖτις λίθος, dicitur interdum magnes, interdum adamantis quoddam genus: ille, quòd ferrum attrahat: (vnde & ἑρᾶν τὸ σιδήρου à quibusdam dicitur) hoc, quòd ferreo splendore præditum sit. Plin. lib. 36, c. 17, Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit & patitur mores: trahitur nāque à magnete lapide: domitrixque illa rerum omniū materia ad inane nescio quid currit, atque vt propius venit, assistit, tenetúrque & complexu hæret. sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Idē lib. 37, cap. 10, Orites globosa specie, à quibusdam & siderites vocatur, ignem non sentiens. Eodem libro, c. 4, de adamantis generibus, Post hunc est siderites ferrei splendoris, pondere ante cæteros, sed natura dissimilis. nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest. Vide & Σιδηροποίκιλος. Est & σιδηρεῖτις πόα. Idem Plin. lib. 22, cap. 17, Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipuè vescantur: alii sideritin: nonnulli parthenium. Idem lib. 25, cap. 5, de Achilleo, Aliqui & hanc panacem Heracleon, alii sideritin, & apud nos millefoliam vocant. Vide plura ibidem de differentia quam inter Ἀχίλλειον & σιδηρεῖτιν facere nonnullos scribit. Dioscor. lib. 4, cap. 33, σιδηρεῖτις, οἱ δὲ Ἡρακλείαν. cuius tres enumerat species. Et c. 36, καλοῦσί τινες καὶ τὸν Ἀχίλλειον σιδηρεῖτιν. Volunt autem denominatā hanc herbam à vi τῶν τραυμάτων κολλητικῆ.

Σιδήρειον, ᾶ, τὸ, Ferrum, Ferramentum. Synes. epist. 108, παρ' ὑμῖν δὲ οὐ χαλκοῦ ἕνεκα τὰ πάνυ ωεριμάκη ταῦτα σιδήρεια. Plut. σιδήρειον διεκεῖν ἢ τεμεῖν. Et σιδήρεια λιθουργὰ, apud Thucyd. lib. 4, p. 122, ferramenta quibus lapicidæ vtuntur. Plin. modò Telum interpretatur, modò Asciam, pro loco. vt pro his Aristot. in Hist. nat. de camelis, αὐ τύχῃ σιδήρειόν τι ἐν τῷ σώματι ὂν, τὸ ἔλαιον ἐκβάλλει, ὅταν πίνωσιν, ipse ista habet, Olei potu telaquæ corpori eorū inhæserūt, decidunt. Hæc verò Theophrasti de tilia, μάλιστα ἀμβλύνει τὰ σιδήρεια, sic vertit, Citissimè ascias retundit.

Σιδηρόω, F. ώσω, Ferrum tracto. τὸν σίδηρον ἐργάζομαι, seu σιδηρουργῶ, vt qui ferrum cudunt & diuersos in vsus ex eo ferramenta fabricantur. Ipse autem faber ferrarius D I C I T V R Σιδηρεὺς, alio nomine σιδηρουργός. Ambo apud Poll. leguntur lib. 7. c. 24. I N D E E T Σιδηρεῖον ᾶ, τὸ, Ferraria fabrica, Officina fabri ferrarii. seu Officina in qua aut ferrum coquitur aut cuditur. Arist. Polit. 1,

συνεπφρίαζε πάντα τὸν σίδηρον ὑπὸ τῆς σιδηρείας. Posset & σιδηρουργεῖον dici, vt χαλκουργεῖον pro χαλκεῖον.

Σιδηρόω, ῶ, Ferro munio, vel obduco, aut præfigo. Vnde ἐσεσιδήρωτο, Ferratum erat, apud Thuc. lib.4, p.154, initio. Et σεσιδηρωμένος, Ferratus, Ferro munitus. Posidippus apud Athen.lib.9, ὅς τις αὐ τῶν ἔχει Φολιδῶτον, ἢ δράκοντα σεσιδηρωμένον.

Σίδαρος Doricè pro σίδηρος dicitur, Æolicè etiam, vt quidam volunt. Pind.apud Athen.lib.13, ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχαλκευτᾳ μέλαιναν ψυχάν. INDE Σιδαρόδετος, Ferro vinctus aut annexus, pro σιδηρόδετος. Bacchyl.apud Stob.De pace, ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πόρπαξι αἰθὰν ἀράχναν Ἰστὶ πέλονται. qui versus à Plutarcho quoque in Numa citantur, pag.133 meæ editionis. In v.l.malè scripsum LEGITVR Σιδαρόδετος, & substantiuè exponitur Armamentarium. In iisdem HABETVR Σιδάρεος, ε, ὁ, Faber ferrarius. quod & ipsum mendi suspicione non caret.

Σίκυος, ε, ὁ, VEL Σικυός, οῦ, (nam & ὀξυπόνως & παραπροξυπόνως scribitur) Cucumis. Plut. Symp. 1, πρῶτον σίκυον, ὡς ἐφασκεν μελιτώδης ὁ χυμός. Et mox, ὡσπὲρ οἰκείου καὶ συγγενοῦς οὔσης τῆς σικύας τῆς γλυκύτητος. Dulces autem præ cæteris sunt qui à maturitate dulcedinis effectrice dicuntur σίκυοι πέπονες, & frequentius πέπονες: subaudito substantiuo σίκυοι, vt suo loco admonui: à Cratino σίκυοι ἀπερματίαι nominati, teste Athen.lib.2, à Galeno composita voce σικυοπέπονες, in lib. περὶ τῆς δυνάμεως, 2, c.4. apud eundem Galenũ lib.8 Simpl. σίκυος ἐδώδιμος, Cucumis edulis, Qui esui est, vt sunt satiui. sunt enim & ἄγριοι σίκυοι, sylvestres cucumeres. de quibus Plin.lib.20, c.1. Marcell.empir. Radicis cucumeris agrestis, quem σίκυον ἄγριον dicunt. De cucumerum generibus vide Theophr. Hist.pl.libr.7, c.4: Athen.lib.3, Plin.lib.19, c.5. DICITVR ET Σίκυς, υος, nominatiuo casu, vt σαγὴς, teste Athen. quo vtitur post Alcæum Dioscorides lib.2, c.163, σίκυς ἡμέρος ἀνοίλιος. Itidémque libro 4, c.154, σίκυς ἄγριος τῷ καρπῷ μόνῳ διαφέρει τοῦ ἡμέρου σίκυος.

C. Σικυοπέπων, ονος, ὁ, idem cum σίκυος πέπων, cucumeris genus quod pepon nominatur. Gelen. De aliment. facult. lib.2, cap.4, ὁ μηλοπέπων ἐν ἑαυτῷ περιλαβὼν τὸν πέπονα ἔχει. ὅθεν ἔνιοι τῆς ἰατρικῆς οὐδὲ ἁπλῶς ἀξιοῦσι ὀνομάζειν τοὺς πέπονας, ἀλλ' ὅλον τοῦτο φασὶν χρῆσθαι λέγοντες Σικυοπέπων. Cur autem ii cucumeres DICANTVR Πέπονες, ibidem his verbis docet, ἢ ὥσπερ πέπων φανὴ τὸ οἷον πέπανον ἐνδείκνυται, τουτέστι τὸ πεπεμμένον· ὅπερ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα πεπαίνεται.

Σικυήλατον, Cucumerarium.

Σικυώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Cucumerarius.

Σίκυον, ε, τὸ, Semen cucumeris. Ex Theophr. Hist.pl.lib.7.

Σικυηδὸν, Cucumeris in modum. vt σικυηδὸν ῥήγνυται dicuntur ossa apud Paul. Ægin.lib.5. Quæ autem illa fractura species sit, Gorr. in Κάταγμα docet his verbis, Ῥαφανηδὸν, quod est fractura ossis per eius crassitudinẽ transuersim facta, dicitur aliis nominibus σικυηδὸν & καυληδὸν, ex cucumerum & caulium fractorum similitudine.

Σικύδιον, ε, τὸ, Paruus cucumis. diminut. à σίκυς seu σίκυος. Vtitur Phrynich. teste Athen.lib.3.

Σικυᾶ, ᾶς, ἡ, Cucurbita: alio nomine κολόκυνθα siue κολοκύτη dicta, item & σικυωνία, teste Athen.l.2, vbi ait, Εὐθύδημος Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ λαχανῶν, σικυᾶν Ἰνδικὴν καλεῖ τὴν κολοκυνθίδα· Μεγαλοπολῖται δ' αὐτὴν σικυωνίαν ὀνομάζουσι. Σικύα vocatur etiam ἡ κολοκυνθὶς, cui vis purgatrix inest. Apud Hippocr. enim σικύα ἄτμητον Galenus exp. κολοκυνθίδα ἀδιάτρετον, id est integram colocynthidem: quæ alia est quàm σικυὴ ἀποειδής. ‖Est & ἰατρικὴ σικύα, vt Galen. appellat infrà in Σικυώνη. Latini & ipsi cucurbitam vocant, vt Satyricus, Iamdudum caput hoc ventosa cucurbita quærit. Est autem instrumentum concauum quod ad multos vsus cum flamma corporibus adhibetur. Ex tribus præcipuè materiis fieri solebant, vitrea, cornea, ærea: nam argenteas, quòd vehementius ignirentur, reiiciebant. Æneæ figura diuersæ erant. erant enim aliæ, humiliores, aliæ, altiores: aliæ planis labris, aliæ resimis, aliæ obtusis, aliæ ore acuto. Qua de re plura apud Gorr. Celsus cucurbitulas appellat, lib.2, c.11, Cucurbitularum verò duo sunt genera: æneum & corneum. Ænea, altera parte patet, altera clausa est: cornea, altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguũ. Plutarchus in suis περὶ πολυπραγμοσύνης & περὶ ἀθυμίας libellis, αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν. Et σικύας προσβολὴ, applicatio cucurbitulæ, apud Aristot. & Athen. Itémque & σικύαι ὀρχυραῖαι apud Luc. Reperitur ETIAM Σικῦα diphthongo scriptum & perispwmenos. vt apud Galen. in lib. De cucurb. σικῦα διώκαται τοῦ ὕλου κενοῦται, Itidémque apud Hippocr. De antiqua medic. διώκαται ἡ σικῦα ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἕλκει.

Σικωνη, idem cum σικύα, cucurbita. Σικωνίω apud Hippocr. quatuor significare scribit Galen. in suo Lexico, nimirũ τοῦ κολοκυνθίδα, τοῦ ἀπποειδῆ κολοκυνθίδα, τοῦ ἰατρικὴν σικύαν, τοῦ ἀπὸθ ὕδατος καὶ κρουοειδῆ σικύαν. Idem Galen. apud eundem σικωνίας ἀπόζον exponit κολοκυνθίδος τὸ ἔνδον.

Σικωνία, ας, ἡ, idem cum σικύα & σικωνη, id est Cucurbita. Vide Σικύα. ‖Alioqui Σικωνία significat etiam Sicyoniorum regionem, subaudito substantiuo χώρα. vt Pausan. ἐς δὲ τὴν Σικωνίαν ποιησάμενος ἀπόβασιν. Id autem Σικωνία est à MASCVL. Σικωνίος. Dicitúrq; Σικωνίος is qui ortus est ex ea vrbe quæ VOCABATVR Σικών. vt Athen. Κλειδήμος ὁ Σικωνίων τύραννος. Itidémque Σικώνιον ἔλαιον dictum fuit quòd maximè in Sicyonia fieret, vt Dioscorides docet lib.1, cap.33. Similiter quædam calceamenta vocabantur Σικωνία eandem ob causam, quorum tum Poll. meminit, tum Athen.lib.4. vbi ait, ὀνομάζουσιν αὐτὸν κροκωτὸν, καὶ ὑποδούλιον σικωνία, διαπελεῖν ὀρχούμενον. Meminit & Lucr. — pulchra in pedibus Sicyonia rident. Forsan autem Σικῶν dicta fuit ista vrbs à cucumerum aut cucurbitarum ibi nascẽtium copia, vt Σελινοῦς, Ὀποῦς & similia alia oppida nomen à σελίνου & ὀποῦ ibi prouenientis copia reperisse existimãtur. Arist. Polit. 5, ἡ περὶ Σικυῶνα τυραννίς. Apud Athen.lib.1, Ἀθήνησι δὲ Σικῶνι, pro οἱ Σικυῶνι, vt idem Athen. & Xenoph. loquuntur. A Σικῶν est ET Σικωνιακὸς SIVE Σικωνικός. vt Athen. lib.5, πίνακες τῆς Σικωνιακῶν ζωγράφων. Et lib.6, Μέναιχμος ὁ Σικωνικός.

Σίμος, ου, ὁ, Simus: id est Qui pressis est naribus, vt Seruius exponit. Plutarchus, τὸν μὲν σιμὸν καλεῖν ὀπίσαχεν, τὸν δὲ γρυπὸν βασιλικόν. vbi sibi opposita sunt σιμὸς & γρυπὸς, id est Qui sima nare est, & Qui aquilino seu adunco naso est: quemadmodum & apud Xenophontem Pæd. 8, σιμὴ ῥὶς, & γρυπὴ ῥὶς: magis tamen impropriè dicta. propriè enim de naso dicuntur. vt idem Xenoph. in Sympos. τὸ σιμὸν τῆς ῥινὸς, pro ἡ σιμότης, id est naris sima. & Aristot. Polit. 5, ῥὶς παρεκβεβηκυῖα τοῦ διότητα τοῦ καλλίστου πρὸς τὸ γρυπὸν ἢ τὸ σιμόν. Luc. dicit etiam ῥῖνα σιμὸς, qui nare sima est. In hepate σιμὰ dici aiunt τὰ κάτωθεν ὑποδεδυκότα τῆς ἧπατος. Galen. ad Glauc. lib.2, ταῖς ἐν τοῖς σιμοῖς τῶν ἥπατος φλέβας διεξέρχεται, ἔξω εἰς τὰς ἐν κυρτοῖς μεταλαμβάνει. Loca etiam quædam σιμὰ dicuntur, id est Accliuia, Arduas: vt apud Aristot. in Probl. sect. 2, probl. 38, πρὸς τὰ κατάντη & πρὸς τὰ σιμὰ, opposita sunt. Ibidem, αἱ πρὸς τὸ σιμὸν πορείαι κοθρότεραι οὖσαι, ἰδρῶτάς τε μᾶλλον ἀκκρίνουσι καὶ τὸ πνεῦμα προϊέασιν, ὡς θερμαινουσαι μᾶλλον τῆς κατάντων. Itidémque Hesychius scribit σιμὸν dictũ fuisse τὸ πρόσαντες χωρίον: & σιμὰς nominatas fuisse τὰς μετεώρους ἀναβάσεις. Similiter & Budæus σιμὸς interpr. Arduus, Accliuis, apud Xenoph. loquentem de lepusculis, σιφόβοντα γὰρ οὐ μόνον τὰς κύνας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀετοὺς. ὑπερβαίνοντες γὰρ τὰ σιμὰ καὶ ψιλὰ, ἀναρπάζουσα, loca ardua & arboribus fruticibúsque nuda. Sic Athen.lib.14, πρὸς τὸ σιμὸν ἀνατρέχει. Alia huius significationis exempla habes apud Suidam. In vulgatis lexicis tamen exponitur Decliuis: à Gaza verò Repandus. ‖Σιμὸς Hesych. exp. etiam τυφλός.

Σιμὸς numeratur & inter pisces Niliacos ab Ath.l.7. Cyrillus autem σιμὸς, significans Simus, id est, Qui simma & pressa nare est, ὀξώνει: AT Σίμος, quum piscem denotat, παροξώνει. Videtur autem & huic τὸ τῆς ῥύγχους σιμὸν nomen indidisse. ‖Σιμὸς est & nomen proprium apud Suidam & Plinium.

C. Σιμοπρόσωπος, Qui aspectu simus est, i. Qui sima seu pressa nare est. idẽ cũ σιμὸς, seu ὁ σιμὸς ἡ ῥῖνα. Vtitur Plato.

C. Ἀνάσιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, Resimus, Repandus. Aristot. ἀνάσιμα τὰ πλοῖα ποιοῦσι, nauigia resimantur repandáque deferuntur, Gaza interprete. ‖Suid. ἀνάσιμον exponit, ἄμορφον, id est Informe, Deforme: citans hunc locum, (qui est Aristoph. in Concion.) καὶ μηδὲν πρότερον ἀνάσιμον ἢ πρεσβύτερον. οὐ γὰρ ἀνάσχετον ποτόν γ' ἐλθεῖν. Sciendum est præterea, quod est apud Etymolog. ἀνάσιμον πεῖχωμα, id esse Hesychio ἀνάσιμον.

C. Ὑπόσιμος, Aliquantulum simus. Philostr. in Heroic.

Σιτεύω, Alo. vel potius Pinguefacio frugibus, Sagino. Plutar. Sympos. 4, ὅσα δὲ σιτεύουσι καθείργαντες, quæ includentes saginant & altilia reddunt. V N D E Σιτευτὸς, οῦ, ὁ, Frugibus pinguefactus, Saginatus: vel etiam Altilis. Apud Athenæum lib. 14, σιτεύτας ὄρνιθας. Et libro 9. χῆνας καὶ μόσχους σιτευτοὺς. Xenophon dicit etiam παῖδας σιτευτοὺς. Idem signif. σλοῦς.

Σιτίζω, idem cum σιτέω, id est Cibum præbeo, Alo: vnde apud Hesychium Σιτίζοντες, οἷον παρέχοντες, qui σιτίζειν exp. etiam ψωμίζειν. Isocrates ad Demon. τοῖς παῖ ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσι. Xen. Symp. οἱ τοῖς ἀλεκτρυόνας σκόροδα σιτοῦντες. V N D E Σιτισμὸς, οῦ, ὁ, E T Σίτησις, εως, ἡ, Actio ipsa cibũ præbendi, seu alẽdi. Notandũ verò alicubi perperã scribi σιτισμὸς pro σιτισμὸς, alicubi vicissim σίτησις pro σίτισις. vt apud Xen. in Rep. Laced. ἢ ἔξω σίτησις pro ἢ ἔξω σίτισις, id est Extra domum in publico conuiuio cibum capere, vt Spartæ fiebat in συσσίτοις siue φιδιτίοις. I N D E E T Σιτιστὸς οῦ, ὁ, Idem cum σιτυτός. id est Altilis, Saginatus. Matth. 22, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ πεθυμένα. Quo sensu, Lucæ 15, ἐξενέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν.

C. Ἐπιτίζω, Cibaria præbeo. Pass. autem Ἐπιτίζομαι. Cibaria sumo. Thucydides libro 6, pag. 229, ἐκεῖθεν δὲ ὀπισπασάμενοι πάσῃ τραπᾷ. vbi schol. ἐφόδια λαβόντες. Et libro 8, pag. 293, cum accusatiuo, ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄριστον ὀπιτιζόμενοι. vbi schol. iterum λαμβάνοντες exponit. V N D E Ἐπισισμὸς, οῦ, ὁ, Commeatus, Cibaria. Demosthenes Pro cor. ἔχοντες ὀπισισμὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Xen. Hellen. 3, ἐπὶ τε αὐτὴ ἡ στρατεία ὥσπερ ὀπισισμὸς τῇ Πελοποννήσῳ, fuit illa expeditio pro commeatus copia Peloponnesiacis. Et Herodian. lib. 6, περὶ ὀπισισμῶν αὐτῆς τοσούτων ὄντων, quum tantum haberent commeatum, vel etiã Viaticum, Viæ auxilium, ἐφόδιον. Hesych. ὀπισμὸν exp. ἐφοδιασμόν. Apud Suid. legitur E T I A M Ἐπισίσις, quod eandem cum ὀπισισμὸς significationem habere videtur.

Σ Ι Ω Π Ά Ω, ῶ, F. ήσω, Sileo, Taceo: idem cum σιγάω. Apud Plutarchum, Ὦ παῖ σώπα· πολλ' ἔχει ἡ σιγὴ καλά. Idem, ἔν τινι πότῳ σωπῶν. pro quo alibi, θεᾷ ποτὸν σιωπῶν, inter scyphos tacens. Idẽ in libro De exilio, τὸ ἀθρόνες πάντα χεῦ τὴν φωνὴν ἐμφέρεται, τὴν γλῶσσαν ἀποστρέφει, ἀλγεῖ, σιωπᾶν ποιεῖ. Itidem Luc. in Vit. auct. περὶ λόγων πλεκτάνας, αἷς συμπεδίζω τοὺς θεσμολοιῶντας, καὶ ἀποφέρεσθαι σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν ἀπεχθῶς αὐτοῖς θεμένοις, facio vt conticescant seu obticescãt & obmutescãt. Interdũ ei opponitur βοάω, λέγω, λαλῶ, aut simile quid. Demosth. Pro cor. σιωπῶ μὲν λαλῶν, βοᾷ δ' ἀναλώσας. Itidem Plut. De aud. poem. οἱ θεώμενοι βοῶσιν, ὁ δὲ πληγεὶς σιωπᾷ. Idem Plutarchus in libro De loquac. τὸ μὲν λέγειν, ἀνθρώποις, τὸ δὲ σιωπᾶν, θεοῖς διδασκάλοις ἔχομεν. Apud eundem Simonides τὴν μὲν ζωγραφίαν, ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύει, τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Apud Athen. verò dicit, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην, τὴν ποίησιν· ποίησιν δὲ σιγῶσαν, τὴν ζωγραφίαν. Vnde in Rhet. ad Herenn. Si poema, loquens pictura est, pictura tacitum poema esse debet. Sicut verò Xen. dicit, θεοῖς ταῦτα εἰσίασι, ita idem σιωπῶ θεοῖς θύω. Accusatiuo etiã iungitur, & tunc non solùm Taceo reddi potest, sed etiam Reticeo, Silẽtio prætereo. Hom. Od. ρ, Εἰ δὴ τοι βασίλεια σιωπήσειαν Ἀχαιοὶ Οἵ τ' ὄρχ' μυθεῖται. Sic Demosth. Olynth. 3, τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλὰ δ' ἔχων εἰπεῖν. Et pass. aliquid dicitur σιωπᾶσθαι. Item rhetores & grammatici dicunt aliquid κατὰ τὸ σιωπώμενον πεπᾶχθαι, vt schol. Thucyd. pag. 90. Media autem vox actiuam significationem habet. vt apud Luc. in Cauc. κἀγὼ σιωπήσομαι, & ego silebo. vt Aristoph. dicit σιγήσομαι.

C. Ἀπο σιωπάω, ῶ, F. ήσω, Taceo. Isocrates in Panath. θρασέως μὲν οὐ δὲ τοῖς ἐν αὐτῇ τῇ εἰρημένων, ὁ δ' αὖ παντάπασιν ἀπεσιώπησε. Est etiam Reticesco, Conticesco, videlicet in medio sermone. Plut. in Alcibiade, καὶ μεταξὺ λέγων ἀπεσιώπα καὶ διέλειπε, λέξεως διαφυγούσης αὐτὸν, ἀναλαμβάνων καὶ διαπορούμενος. Ponitur autem absolutè in his locis. Interdum verò accusatiuum habet: sicut Taceo & Reticeo apud Latinos. Athen. lib.13, ὅθεν καὶ τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς ἀποσιωπῆσαι δοκεῖ, πολλάκις τὸ Σωκράτους μνημονεύοντας.

Ἀποσιώπησις, εως, ἡ, Reticentia. Quum quis in medio sermone reticescit. Qua in signif. ἀποσιωπᾶν à Plut. archo in Alcibiade positum modò protuli. Idem in Alexandro, ἐπεὶ δὲ πλείστα νύκτα κακῶς κλαίων διήνεγκεν καὶ πλὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἤδη τῇ βοᾷν καὶ θρηνεῖν ἀπειρηκὼς, ἀναυδος ἔκειτο, βαρεῖς ἀναφέρων στεναγμοὺς, δείσαντες οἱ φίλοι πλὴν ἀποσιώπησιν, εἰσήλθον βίᾳ.

Ἀποσιώπησις figura est apud rhetores: qua non solùm oratores sed & poetæ vtuntur. A Cicerone vocatur Reticentia, à Celso Obticentia, à nonnullis Interruptio, inquit Fabius. Quidam præterea Præcisionem interpretati sunt. Ex his autem interpretationib⁹ duæ primæ (quæ sunt ad verbum) maximè placent. Macrobius vt vsum huius figuræ bene declarasse, ita eam malè interpretatus esse mihi videtur. nam de exclamatione loquutus, subiungit, Contraria huic figuræ ἀποσιώπησις, quod est Taciturnitas. Nam vt illic aliqua exclamando dicimus, ita sic aliqua tacendo subducimus, quæ tamẽ intelligere possit auditor. Hoc autem præcipuè irascentibus conuenit. vt Neptunus, Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. Hactenus Macrobius. Fabius ait ἀποσιώπησιν ostendere affectus vel iræ, vel solicitudinis & quasi religionis.

C. Δι Α σιωπάω, ῶ, Silentium teneo, Conticesco, Obticesco.

C. K A T A σιωπάω, ῶ, Conticesco. Luc. ὀπτρεπῆ δὲ ἡ μεγαλοφωνία, καὶ κατασιωπᾷ τὸ ἥδιον. Bud. transitiuam quoq; ei significationem tribuit, accipiens pro Καταπαγάζω, id est Silentium indico, seu impero, Vt faueatur linguis impero. quod officium erat sacrorum præconum, qui ἱερεσκήρυκες dicebantur. Transitiuè (inquam) accipit in hoc loco Xenoph. Hellen. 2, Κλεόκριτος δὲ ὁ τῶν μυστῶν κῆρυξ, μάλα ἔμφωνος ὢν, καταστιωπησάμενος ἔλεξε. Sic apud Cic. Rebúsque diuinis quæ publicè fierent, vt fauerẽt linguis, imperabatur. Actiua voce in transitiua signif. vii sunt Bibl. interpr. L X X, Neem. 8, οἱ Λευῖται κατεσιώπων πάντα τὸν λαὸν, λέγοντες, Σιωπᾶτε.

C. Π Α Ρ Α σιωπάω, ῶ, Reticeo, Silentio prætereo. Philo in vita M. lib. 3, de veste summi pontificis, ὃν οὐ τὴν ἔχει λόγον, παρασιωπητέον, Silentio prætermittendum non est. At ex lib. 1 Reg. c. 6, affertur, μὴ παρασιωπήσῃς ἀφ' ἡμῶν τὸ βοᾶν Σαμουὴλ πρὸς Κύριον τὸν θεόν σου, pro, Samuel ne cessies pro nobis clamare ad dominum Deum tuum. Hesych. παρασιωπῶν exp. μακροθυμῶν. I N D E Παρασιώπησις, εως, ἡ, Reticentia. Hoc schema est (inquit Rutil. Lup.) quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Et hoc vtendum est quum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare maiorem reticendo possumus. Exempla huius figuræ apud eum reperies duo.

C. Υ Γ Ο σιωπάω, ῶ, Subticeo, id est Celo, Supprimo. Bud. ex Æsch. contra Ctesiph. τὰ δ' ἐβδομήκοντα τάλαντα σιωπᾶς. V N D E Υ ποσιώπησις, quod est nomen figuræ oratoriæ apud Vlpian. enarratorem Demosthenis. Sunt qui interpr. Reticentia, Suppressio sermonis, ἀποσιώπησις.

Σιωπὴ, ῆς, ἡ, Silentium. idem cum σιγή. Plut. de Pythagora, ἔπαξε τοῖς νέοις πενταετῆ σιωπὴν, ἐχμωθιαν προσαγορεύσας. quẽ Luc. in Lexiph. dicit suis σιωπὴν καὶ γλωσσαρίαν ὀπτεβληκέναι. Item σιωπὴν σημαίνειν & ποιεῖν, pro Silẽtium indicere, Silentium imperare. Plut. τῇ σάλπιγγι σημήνας σιωπὴν. Isocr. Panath. σιωπὴν ποιησάμενος. Itidémque Xenoph. Hell. 5, ταῦτα εἰπὼν, σιωπὴν μὲν πρὸς πάντων ἐποίησεν. Itidem Quintil. dicit Facto silentio. & Pers. Facere silentia maiestate manus. Rursum Ouid. Digito suadere

silentia. Et pass. γίνεται σωπὴ, fit seu præstatur silentiũ. A Plutarchus, ὅταν ἐν συλλόγῳ τινὶ ἡσύχαται σωπή. Itidémque apud Lucianum in Demonactis vita σωπὴν δὲ ἡσύχασαν παρὰ πάντων. Rursum Plut. ἦν σωπὴ τῶν ἄλλων. Ipse autem populus σωπὴν παρέχῃ τῶν σωπὴν ποιήσαντι seu σημήναντι. Plutarchus Coriol. παρέχειν αὐτῷ σωπὴν καὶ ἡσυχίαν ὁ δῆμος. Quo sensu Ouidius dicit Præstare silentia. Item, — tenuere silentia cuncti.

DATIV. Σιωπῇ adueribialiter vsurpatur, quemadmodum & σιγῇ, pro Tacité. Odyss. ο, — ὁ δὲ τῇ κατένευσε σιωπῇ, tacitè annuit. Itidem Iliad. ι, Ἡ καὶ Γαλήνην ὄγ' ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε σιωπῇ Φοίνικι τρόφεσι λέχος, tacito nutu significauit. Iliad. σ, — σιωπῇ ἥστο, tacitus conside. sicut & Odyss. α, σιωπῇ Εἵατ' ἀκούοντες, Magno silentio audiebant, vt Cicero loquitur. Ibidem, οἱ δὲ σιωπῇ Οἶνον πινόντων, taciti bibant. Et Odyss. ν, - σιωπῇ Γαίαν ἄλγεα πολλά. vt Plutarchus, ἐπιπαρτήσας σιωπῇ. Sic Cicero, Excipientes grauissimas plagas & ferentes silentio. Idem Plutarchus, σιωπῇ πρὸς ἑαυτὸν αἰαγμνώσκων, tacitus secum ipse legẽs. At οἱ ἡρῶα πάντες ἀκλὺς ἐνῆμον σιωπῇ apud Homerum Iliad. γ, Odyss. θ, Odyss. υ, & alibi sæpe legitur proCõticuere. Alicubi σιωπῇ interpretari possum' nõ B solùm Tacitè, aut Silentio, verumetiam Clàm, Clanculùm: quo modo σιγῇ quoque vsurpari, suo loco docui. Xenophon Hellen. ι, σιωπῇ ἐκπλεῖν. Et paulo pòst, τὰ χρήματα σιωπῇ ἀνῃρημένα ἐς τὰ πλοῖα.

Σιωπηλὸς, SIVE Σιωπηρὸς, ου, ὁ, Tacitus, Taciturnus. Idẽ cum σιγηλὸς siue σιγηρὸς. Plutarchus Sympos. ι, de amore, λάλον ποιεῖ νὺν σιωπηλόν. Idem in lib. De loquac. τὸν λόγωπαν Ὀδυσσέα, σιωπηλόπαν πεποίηκε. nam secundum Ouid. Eximia est virtus præstare silentia rebus. Et prouerb. apud Suid. σιωπηλότερος ἐσόμαι τῶν Πυθαγόρα πελεθέντων. Item in Epigr. σιωπηραὶ ὁδοὶ, tacitæ viæ, seu clandestinæ. Τὸ σωπηλὸν, Taciturnitas. Plutarchus Fab. τὸ ἡσύχιον αὐτῷ καὶ σωπηλόν. Affertur ETIAM Σιωπηλὸς pro Taciturnus, nullo tamen nominato autore, nec prolato exemplo.

Σ K A Ἀ Z Ω,

Claudico. idem cum χωλεύω. Iliad. τ, Τὼ δὲ δύω σκάζοντε βάτην Ἄρεος θεράποντε, incedebant claudicãtes, nimirum Tydides & Vlysses, ille, in pedis plãta vulneratus, hic in latere: quãobrẽ & hastilibus in ingressu innitebantur. Et σκάζων μηρὸς, Plut. Et apud metricos dicuntur iambi σκάζοντες, quorum vltimus pes spondæus est, vt Persianus ille, Nec fonte labra prolui caballino.

C. Ἐπισκάζω, itidem Claudico. Ex Apoll. Rhod. ὀπισκάζω πόδεσσι.

C. KATA σκάζω exponitur Concido: item Procumbere facio.

C. Ὑπο σκάζω, Leuiter claudico, vt Bud. interpr. apud Lucianum in Tim. φεύγωμεν ὦ πλοῦτε. ἢ τοῦτο ὑποσκάζεις; ἐλελήθεις με ὦ γλυνάδα οὐ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν. vbi nota synonymos posita ὑποσκάζειν & χωλὸν εἶναι, siue χωλεύειν.

ΣKAIOΣ, ου, ὁ, Lævus, Sinister. vt σκαιὰ χεὶρ, læua manus. Interdum verò substantiuum omittitur, vt & apud Latinos, Iliad. π, Σκαιῇ ἔγχος ἔχων, ἑτέρῃ δὲ λάζετο πέτρον. Itidémque Iliad. α, καὶ λάβε χρυσῶν Σκαιῇ, læua seu sinistra, s. manu. Dicitur autẽ ἡ σκαιὰ χεὶρ, teste Eustathio, ὡσεὶ τὸ σκάζω, quasi videlicet σκάζουσα ὡς τὸ ἐνεργεῖν, ὡς αἰνυσικωτέρας οὔσης τῆς δεξιᾶς. ‖ Σκαιὸς, Ineptus, Stolidus: qui videlicet tam ineptus est ad aliquid considerandum aut agendum quàm læua manus ad opus faciendum. Aristophanes Vesp. Ἐὰν δεξιὰ μαστῷ δεξῇς πεφυκέναι, Μὴ σκαιὸς οὐδεπώποτε, nunquam ineptus & inscitus. Et in Nub. σκαιόπαν γερόντιον. Itidem alibi sæpe. Demosth. Pro corona, οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ αἰαῖ ἀθηπος. Hesychius quoque σκαιὸς exp. μωρὸς, ἀμαθὴς, ἀπαίδευτος. Idem exp. præterea ἀεκχώδης, ἐπαχθὴς, δύσκολος, πραχὺς, σκληρός: necnon ἀπάνθρωπος, ἄδικος, πονηρὸς, κακός. quemadmodum Soph. quoque schol. in Aiace pag. 68, Δῖλος δέ μοι τὶ σκαιὸν ὀκλύσων τόμα, exp. κακὸν, vt significet Improbum seu peruersum os. ‖ Σκαιὸς, Sinister: id est H Infaustus, Inominatus. quemadmodum Eust. pag. 129 annotat τὰ μὴ αἴσια fuisse dicta σκαιὰ καὶ ἐπαείστερα: cõtrà verò δεξιὰ, ἢ ἀγαθά. Itidem apud Virgil. Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. Et apud Ouidium Aues sinistræ, Omen sinistrum. Necnon σκαιὸν πρῆγμα dici tradunt rem quæ præter animi sententiam cadit, & non ex voto: τὸ μὴ κατ' γνώμην ἀποβεβηκός, Eustath. ‖ Σκαιὸς, Occidentem versus situs. quomodo idẽ Eustath. σκαιὸν ῥίον exp. δυσικόν. quemadmodum alibi quoque tradit σκαιὰς πύλας ab Homero vocari, quòd in Occidẽtem vergerent: σκαιὰ enim & ἀριστερὰ appellari τὰ δυσικά: Hesychius verò, διὰ τὸ ἐξ ἀριστερῶν κεῖσθαι. Idem tamen dictas sic putat etiam, διὰ τὸ σκολιὰς εἶναι τὴν πόλιν βολίω: vel διὰ τὸ σκαιὰς μάχας ἐν αὐταῖς γεγενῆσθαι: alitiam à Scæo opifice. Seruius autem, exponens illud Æneid. 2, — Scæáque amplector limina portæ, Scæa porta (inquit) dicta est, non à pugnis ante se factis scæuis, id est malis: (nam & antè sic dicta est) nec ab itinere ingressis scæuo, id est sinistro, quòd ingressi, nõ recto sed sinistro eunt itinere: sed à cadauere Laomedõtis, hoc est scæomate, quod in eius fuerat superliminio. ‖ Σκαιὸς, Vmbrosus, Opacus. nam apud Nicand. in Ther. ἢ ἢ ὑπὸ κνημοῖς Σκαιοῖς ἐντελέῃ φυξήλιος ἐν μέεσσι, exp. σκιεροῖς, κατηλίοις. Hesych. certè σκαιὰ χεῖρα dici scribit quoniam vtplurimum solet ἐσκιάζειν & καταπρυπτεσθαι. ‖ Σκαιὸι, gens Thracia, Hesych. Meminit & Strabo lib. 13. pag. 258, vbi & σκαιὸς ποταμὸς, & σκαιὸν τεῖχος. Meminit Steph. quoque.

C. Σκαιοβαπεω, ῶ, Ineptè & nõ obseruato rhythmo incedo. Eustath. enim σκαιοβαπεῖν exp. σκαιὸς καὶ ἀρρύθμως βαίνειν. Apud Suid. verò LEGITVR, Σκαιεμβατεῖν, τὸ σκαιὸς καὶ ἀρρύθμως ἐμβαίνειν ὀρχούμενον, inter saltandum, non dextrè seu scitè, nec rhythmicè incedere, id est Ineptè & inscitè saltare.

C. Σκαιόυελον, Mons difficilis & arduus. Hesychio χαλεπὸν ἀνωτέρω. D

C. Σκαιωρέω, ῶ, Praua & peruersa meditor, seu machinor. πανουργεύομαι καὶ δόλια μελετῶ, vt in lex. meo ver. exponitur. ITIDEMQVE Σκαιωρία Suidæ est ἡ κακὴ βουλὴ, Malum cõsilium, seu Dolosæ machinæ. Hesych. verò σκαιωρούμενον exp. πανουργούμενον: & Σκαιωρία, ὄρχησις, χορεία, παιδεία.

Σκαιὸς, Sinistrè. Item Ineptè, Stupidè. vt σκαιὸς ἔχειν & σκαιὸς διακεῖσθαι apud Poll. cui synonyma ibidem sunt ἀμαθαίνειν & ἀμαθῶς ἔχειν, ineptum esse ad disciplinas. Item Inscitè, Rusticè. Aristoph. Pluto, Σκαιὸς ὁ ἀνὴρ καὶ χαλεπῶς ἐκπωλαίνει, rusticè & inhumaniter eum interrogas.

Σκαιόθεν, A læua, A sinistra. Legitur apud Suidam.

Σκαιότης, ητος, ἡ, Ineptum & stupidum ingenium, Demosthen. Philipp. 2, διὰ δὲ σκαιότητα τῶν τῆδε μετὰ ταῦτα οὐδὲν προσέψαυον. Hesychio quoque σκαιότης est αἰαῖ δηπαῖ, μωρία: itidémque Suidæ ἀπαιδευσία, necnon ἀγροικία.

Σκαιοσύνη, ης, ἡ, idem, sed magis poeticum. Citat Suid. ex Aristoph.

ΣKAMBOΣ, ου, ὁ, Qui obliquus in latus procedit: seu Obliquus, Incuruus, Distortus, Tortuosus. στρεβλός, vt Hesych. exp. itidémque Suid. σκαμβὴ, ἡ διεστραμμένη, apud quem legitur hoc hemistichium, σκαμβὸν ξύλον οὐδέ ποτ' ὀρθόν. In Geopon. σκαμβὸς dicitur cui crura introrsus intorta sunt: βλαισὸς, cui extrorsus: (quorũ ille Latinis dicitur Varus, hic Vatius) τῶν κωλῶν ἐκκεκοπότες τοὺς σκέλη ὀρθὰ ἔχοντας· εἰ δὲ μὴ, σκαμβόπεζα μᾶλλον ἢ βλαισά. pro his Varronis, Cruribus debẽt esse canes rectis, & potius varis quàm vatis. Deducunt autem & hoc grammatici à σκάζω seu σκαιὸς βαίνω.

Σκαμβάλυξ, Hesychio σκαμβὸς, στρεβλός: apud quem LEGITVR ET Σκαμβηείζοντες, ὀλισθαίνοντες, Labentes, Vacillantes.

ΣKANΔAΛON quoque ET Σκῶλον à σκάζω, seu primitiuo eius σκάω, deriuata putantur. Vnde & Hieron. contra Pelagianos lib. 2, Nisi fallor enim, σκῶλον & σκάνδαλον apud Græcos ex offensione & ruina nomen accepit. Vbi Erasmus hæc annotat, Vtrunque ductum videtur à σκάζω, id est Claudico, quòd obiectum offendiculum cogat claudicare & ad ruinam tendere. Dicunt porro grammatici quidam σκάνδαλον esse lignũ incuruum quo tendicula seu decipula sustinetur, & in quod impingens animal, ipsam tendiculam seu decipulam in se subita ruina euertit. alio nomine σκανδάληθρον dictum. Sic accipi videtur psalmo 69, γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς θήραν καὶ εἰς σκάνδαλον. Nisi ibi malis accipere pro obstaculo seu impedimento pedum, quod nimirum in via insidiosè ponitur, vt qui illac transeunt, in id impingant pedem, & offendant. vnde & offendiculum quidam interpretantur: synonymum habens πρόσκομμα. quo sensu dictum est in libro Iudith, c. 5, πᾶς δόδοις τῆς ὀρεινῆς συνέκλεισαν, καὶ ἐπιχίσαντο πᾶσαν κορυφὴν ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ ἔθηκαν ἐν τῆς πεδίοις σκάνδαλα. vbi alii vertunt Obstacula, alii Obices. A- B lioqui metaphoricè plerunque vsurpatum legitur passim in nouo Testamento, vt Rom. 14, μὴ τίθεναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον, vt ne offendiculum ponatur fratri aut scandalum: in quod nimirum impingens, in cepto cursu impediatur. Et in epist. Petri 2, c. 2, λίθος πρόσκομματος καὶ πέτρα σκανδάλου. quibus in locis nota πρόσκομμα & σκάνδαλον pottrà τὸ βαλλόμενον, sicut & apud Gregorium Naz. λίθος πρόσκομμα τοῖς ὑμῖν τοῦτο γίνεται, καὶ πέτρα σκανδάλου. Rursum in epist. ad Rom. cap. 16, τοὺς τὰ σκάνδαλα ποιοῦντας. Itẽ Matth. 16, σκάνδαλόν μου C εἶ. Apud profanos autores nullum huius vocabuli vsum reperi: atque adeo ipsi etiam lexicographi Græci vix attingunt: vnus Hesychius dicit, Σκάνδαλοι, τὰς καὶ σκαῦλον, τὸ ἐν ταῖς μυάγραις. Apud eundem masc. quoque gen. LEGITVR Σκάνδαλος, ἐμπόδισμὸς, id est, Impedimẽtum, Offendiculum. Itidem & Σκῶλον pro offendiculo & impedimento in via occurrẽte, accipitur, vt Exod. 10, ἕως πότε τοῦτο ἔσται ἡμῖν σκῶλον; Hesychius Σκῶλα exponit ξύλα ὠξυμμένα. Apud eundem masc. quoque gen. LEGITVR Σκῶλος, σκόλοψ, ῥάβδος, ἢ ἀπωξυμμένος πάσσαλος, cum hoc hemistichio, ὥστε σκῶλος πυκνώσας: vel εἶδος ἀκανθοῦ. id est, spinæ genus quoddam: quæ omnia possunt in via incurrentibus pedibus esse impedimento & offendiculo. Pro spina aut alio ligno fetucáve D præacuta accipitur & apud Suidam, Τοῦ μὲν ἐμὸ ζωντος αἰαῖ δέσν ἐμπήξαιμι Σκώλοις ὀφθαλμοῖς. Item, Ἐκ μοι σκῶλον ἔρυσον, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὀπῇ. verba asini ad lupum. Idem & σκόλοψ dicitur. Legitur apud Gregoriũ quoque, λύε τὰ ὀν μέσῳ σκῶλα καὶ πρόσκομματα, id est σκάνδαλα, offendicula. Bud.

Σκανδαλίζω, F. ίσω, Scãdalũ affero, Scãdalo fũ, vel Offendere & impingere facio. vt Mat. 5, εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, facit vt tu offendas. Quia nõ tam oculus ipse est nobis offendiculo quàm id quod per eum cernimus. Ea autem faciũt vt offendamus, quæ impediunt quominus inoffenso cursu pergamus in lege Domini. peccata enim sunt veluti saxa ad quæ impingimus. Itidem 1 Corinth. 8, εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, facit vt offendat frater meus. Et mox, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. Sic alibi sæpe. Pass. Σκανδαλίζομαι, Offendor & velut in scandalum in via incurrens impingo: qua significatione πρόσκοπτειν quoque & προσκρούειν vsurpantur. Ioann. 16, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε, vt ne offendamini. Rom. 14, ὃ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκανδαλίζεται. vbi nota præpositionem ἐν, quæ tum alibi passim addita legitur cum suo casu, tum Matth. 26, & Marci 14, πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Vtũtur Theologi quoque Apostolos sequuti, vt Greg. Ἰουδαῖοι σκανδαλισθήσαν, οἱ Ἕλληνες δὲ μωραίνοντο, αἱρετικοὶ γελῶντα λεγέτωσαν. Profanorum autem G scriptorum nemo (quod quidem sciam) vsus est vel hoc verbo σκανδαλίζω, vel nomine σκάνδαλον: atque adeo sacræ scripturæ peculiaria esse videntur.

Σκανδάληθρον, ου, τὸ, in decipula dicitur lignum incuruum seu paxillus ipsam decipulam sustinens: cui esca solet infigi vel alligari, vt fera eam arrodens & paxillum emouens, ipsam decipulam in se euertat: qua signif. σκάνδαλον quoque accipit Hesychius. Poll. σκανδάληθρον vocari scribit τὸ ὀνιστάμενον τῆς μυάγρας πάσσαλον, paxillum H qui in muscipulis erigitur: qui verò in maioribus decipulis erigitur, ῥόπτρον appellari. Itidem libro 7, cap. 26, τῶν μυαγρῶν τὸ ἱστάμενόν τε καὶ χαζόμενον πάσσαλον, τῇ δὲ ἀπαρτίνῃ προσπρτηθέν, σκανδάληθρον καλεῖται. Sic enim ibi lego, emendatione quorundam verborum petita ex loco antè citato. Vnde σκανδάληθρον ἱστάναι dicitur qui in muscipula paxillum funiculo adalligatum erigit, escam ei inserens, quam mus arrodens, illum ipsum paxillum in se euertat. Metaphoricè autem Aristophan. in Acharn. Ἐς πάχος ποιεῖ, ξυναστῶν φρονήματα τοῖς ῥήμασι. Κἄτ' ἀνελκύσας ἐρωτᾷ, σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν, verborum tũdiculas seu decipulas tendens, quibus nimirum capiatur & irretiatur. Sed annotat scholiastes scribi etiã vno verbo σκανδαληθρισταὶ, & tunc esse hyperbaton, atque hunc verborum sensum, ἀνελκύσας ἀπὸ τοῦ βήματος ἑαυτῷ σκανδαληθρισταὶ ἐπῶν (seu θηρευτὰς λόγων) ἐρωτᾷ ἡμᾶς, pertrahens secum è foro dolosos oratores verborumque captiosorum magistros, interrogat nos: vt nimirum verborum laqueis nos irretiat. ET SIC Σκανδαληθρισὴς erit verbale, à VERBO Σκανδαληθρίζω, id est Decipulam tendo erecto τῷ σκανδαληθρῷ. & σκανδαληθρισταὶ ἐπῶν dicentur metaphoricè ἀπὸ τῶν σκανδαληθρῶν seu πετεινῶν ἢ ἐν ταῖς παγίσι: quæ σκανδάληθρα, vt & σκάνδαλα, denominantur ἀπὸ τοῦ σκαζόντα συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἔμπαιον. In lexico meo vet. SCRIBITVR Σκανδάληθρον per iota, dicitúrque itidem esse τὸ ἐν τῇ παγίδι καμπύλον ξύλον ᾧ ἐρείδεται, incuruum in tendicula lignum quo erigitur seu sustinetur: & ab Archilocho vocari ῥόπτρον, vbi ait Ῥόπτρῳ ἐρειδόμενον.

¶ Σκανδωνες, idẽ cum σκῶλοι: Hesych. exponit σκόλοπες, χάρακες, pali præacuti, valli.

ΣKAIΡΩ,

Salio, Saltito, Tripudio. Iliad. σ, de iuuenum saltantium choro, Μολπῇ τ' ἰύγμῷ τε ποδὶ σκαίροντες ἐπόντο. Vbi schol. exp. σκιρτάντες, πυκνῶς κινούμενοι. Et Od. κ, de vitulis, ἐπὶν βοσκῆς κορέσωνται, Πᾶσαι ἅμα σκαίροισιν ἐν ἀλσήεντι. Solent enim vitulæ pastu exhilaratæ saltare & exilire. Hesych. σκαίρει exp. ἅλλεται, σκιρτᾷ, πηδᾷ, ὀρχεῖται: item τρέχει.

Σκαρθμὸς, ῶ, ὁ, Saltus, seu Agilis motus, qualis est saltantium. Apud Aratum, Λαμῇ δὲ πέρυσι σκαρθμὸς ἐφοκέκλιται ἵππου, Cic. vertit, — iam verò clinata est vngula vehemens Fortis equi propter pennati corporis alam. At Festus Auien. — summa ad vestigia læuam Declinatur equi. Dixit autẽ σκαρθμὸς ἵππου pro πόδες ἵππου σκαίροντες, posteriores equi pedes, quibus solet σκαίρειν & exilire aera verberare. quomodo & Hesych. σκαρθμοῖς exp. non solùm κινήσεσι, δρόμοις, verùm etiam λακτισμοῖς, item & κρηπίσι.

C. Ἄσκαρθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non saltans, idẽ cũ Ἄσκαρής. Hesych.

C. Εὔσκαρθμος, SIVE Εὔσκαρθμος, Bene saltans, id est Agilis, Pernix. δυκίνητος, ταχύπους. Iliad. ν, Τὸν ρ' ἐς Ἀχαιῶν νῆας εὔσκαρθμοι φέρον ἵπποι.

C. Πολύσκαρθμος, Multum agilis in saltu. Iliad. β, — σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυείνης. vbi schol. exp. πολυκινήτου, ταχείας: ad dens, Myrinen Amazonem πολύσκαρθμον vocari à poeta διὰ τὸ πολλὰ αὐτὴν ἐνεργεῖν ἐν τῷ πολέμῳ. Itidem ab agilitate dicitur ὀξὺς Ἄρης & θοῦρος Ἄρης.

Σκάρτης, ου, ὁ, Agilis in saltu. DORICE Σκάρταις, quod Hesych. exp. ταχὺς, id est Celer, Velox, Pernix.

C. Ἀσκαρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Non saliens, Non exultãs. idem cum ἄσκαρθμος. Hesych. ἀσκαρὲς exp. ἀκίνητον.

C. ΜΕΤΑ σκαίρω, Salto inter. quomodo legisse videtur Cic. apud Arat. v. 280, Τὸν δὲ μετασκαίροντα δύ' ἰχθύες ἀμφινέμονται ἵππον: quippe qui ea verba sic interpretatus sit, Ipse autem labens multis equus ille tenetur Piscibus. At Festus Auienus videtur legisse, Τὸν δὲ μέτα σκαίροντα, sic enim ille, Nam post cornipedem flagrant duo sidera pisces.

C. ΠΑΡΑ σκαίρω, A latere salto, seu Assulto.

C. ΠΕΡΙ σκαίρω, Salio circum. Hesych. περισκαίροισι exp. περισκαείζουσι.

¶ Σκαείζω, F. ίσω, Salio, Salto, Tripudio. idem cum σκαίρω, vnde & deriuatum est. Apud Hesych. legitur passiuũ σκαείζεται quod exp. τρέπεται, βρέζει, id est Turbatur, Bullit. quod de aquis dictum videtur, quæ bullientes mouentur & velut exiliunt. Vide & Σκαεισμός.

Σκαεισμὸς, ῶ, ὁ, Saltus. idem cum σκαρθμός. Vtitur eo verbali Hesych. σκαρθμοῖς exponens κινήσεσι σκαεισμοῖς. Eust. pro palpitatione etiam accipit, quum σπαίρειν & ἀσπαίρειν ait significare σκαεισμὸν & κίνησιν ὀπισθανάπον, vt & σφαδασμός. Itaque σκαείζειν quoque significabit palpitare, sicut σπαίρειν seu ἀσπαίρειν, & σφαδάζειν.

καείς, ίδος, ἡ, vnde apud Hesych. Σκαείδες, εἴδος ἑλμίνθων. A
Vocantur istiusmodi lumbrici etiam Ἀσκαείδες.

Ἀσκαείζω, idem cum σκαείζω (sicut ἀσπαίρω idem cum σπαίρω: ἄσταχυς, idem cum στάχυς) id est, Salio, Salto. Etymol. ἀσκαείζειν exp. κινεῖσθαι.

Ἀσκαείς, ίδος, ἡ, genus vermis. Hesychio enim ἀσκαείδες sunt εἴδος σκωλήκων. Gorr. tradit Ἀσκαείδας esse tenues quosdam lumbricos, vermibus assimiles, qui in parte potissimum inferiore crassi intestini gignuntur, & in extremo longanone atque sphincteris initio consistũt, vehementem pruritum iis in locis excitantes: in pueris B maximè gigni & iumentis cibum malè concoquentibus. Galeno in Lex. Hippocr. ἀσκαείδες sunt ἑλμινθες ἰχναὶ καὶ μικραί (sic enim quidam reponunt pro μακραί) ἐν τῷ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ γινόμεναι. Gazavertit Tipulæ.

Ἀσκαείστος autem non ab ἀσκαείζω deriuatum est, sed compositum ex α priuatiuo & σκαείζω. vtitur autem eo Suidas, ἀσφαδάστῳ exponens per ἀσκαείστῳ, Non palpitante. Vide Ἀσφάδαστος.

C. ΑΠΟσκαείζω, Palpitãs pedes in auersum iacto, aut Palpitans animam exhalo. In lib. Iudic. cap. 4, ὀνέκρουσε πάσταλον ἐν τῇ γάθῳ αὐτῆς, καὶ αὐτὸς ἀπεσκαείζε καὶ ἀπεψύξε. C vbi Bud. interpr. Animam efflauit subsultando. Suid. autem ὑποσκαείζειν exponit δραμεκχυθρως γελᾶν, effundi in risum. Tunc verò ὑποσκαείζειν esset Vlqueadeo in risum effundi vt calces quoque in auersum iactes, aut exultes.

C. ΠΕΡΙσκαείζω, Salio circum. idem cum περισκαίρω, quod vide.

¶ Σκάρος, ου, ὁ, ET Σκαείς, ίδος, ἡ, & ipsa à σκαίρω denominata sunt, teste Athen. l. 7, vbi etiam multa de scaro in primis narrantur, ex Aristot. & aliis. Nomẽ autem inde adeptus videtur, quòd inclusus nassis non fronte erumpat, nec infestis viminib⁹ caput inserat, sed auersus caudæ ictibus crebris (qui sunt σκαρθμοὶ seu σκαεισμοὶ) laxet fores, atq; ita retrorsum erũpat, vt Plin. ex Ouid. tradit. D

¶ Σκαρδαμύττω quoq; ex σκαίρω sicut ex μύω compositum creditur. Dicitur autẽ σκαρδαμύττειν seu σκαρδαμυστεῖν, cui oculi crebrò salientes conniuent, seu qui oculos frequenter claudit & aperit. Vtitur Plut. necnon Xen. apud quem in Symp. opponuntur sibi σκαρδαμύττειν & E λιθίνως βλέπειν seu ἀπενίζειν, id est Nictare seu Conniuere, & Intentis oculis intueri. Aristot. μύουσι δὲ οἱ βαρεῖς τῷ κάτω βλεφάρῳ, σκαρδαμύττουσι δὲ ὀλίγον τὸ καθοῦ δέρματος ὑπόνωτον πάντες. Vnde Plin. Grauiores alitum inferiore gena conniuent: eædem nictantur, ab oculis membrana obeunte. Vbi nota σκαρδαμύττειν eũ interpretari Nictari, μύειν autem Conniuere, vt appareat discrimẽ esse inter vtraque. Sunt qui in loco illo Xen. Symp. cui⁹ memini, σκαρδαμύττειν accipiãt pro Nictatione crebra signum do, vt amãs amatæ mulieri. Sic Plaut. Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. F

Σκαρδαμυκτικός, οῦ, ὁ, Crebrò nictans, vt σκαρδαμυκτικὸν ὄμμα apud Aristot. cui ἀσκαρδάμυκτον opponit. Idem τοῖς δ' ὀφθαλμοῖς σκαρδαμυκτικοί. Vnde Plin. Plerisque verò naturale vt nictare non cessent. Ipsi etiam homines σκαρδαμυκτικοὶ dicuntur qui nictare non cessant. vt Aristoteles apud Athen. l. 8, εἰ δέ πινας καὶ σκαρδαμυκτικοὺς, καὶ τοὺς μὴ, αἰ αἰδεῖς εἰσὶ· ἀδεεστέροις δ' εἰσὶ τοῖς ἀπενεῖς. vbi nota sibi opponi τοὺς σκαρδαμυκτικοὺς & τοὺς ἀπενεῖς.

Σκαρδαμυκτὶ, aduerb. Nictantibus oculis.

Σκαρδαμυκτέω, ῶ, idem cũ σκαρδαμύττω, Nicto, seu Nictor. G Luc. ἐγὼ δὲ διεωπῶ, καὶ τὰ κόσκινα οἱ τεθόλωται, καὶ σκαρδαμυκτῶ, nictare vix cesso. quoniã oculi mei ἀπενίζειν amplius nequeunt, sed ἰλιγγιοῦσιν & τυκνῶς βλεφαρίζουσι.

C. Ἀσκαρδάμυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non nictans. vt ἀσκαρδάμυκτος ὀφθαλμὸς apud Aristot. Item ἀσκαρδάμυκτος βλέπει qui nõ nictatur, sed intẽtis intuetur oculis. Arist. Equit. βλέψον εἰς ἐμ' ἀσκαρδάμυκτος, id est ἀπενὲς εἰς ἐμὲ βλέψον, seu μὴ μύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς. nam σκαρδαμυκτεῖν significat τὸ σκαίρειν καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, siue τὸ τυκνῶς βλεφαρίζειν, H quod & ἰλιγγιᾶν dicitur, seu ἰλιγγιᾶν, quemadmodum schol. ibi annotat. Gell. dicit Inconniuens stat, pro Intẽtis fixisque oculis, Non claudẽs oculos, ἀσκαρδάμυκτος.

Ἀσκαρδαμυκτέω, ῶ, Non nictor, Inconniuentibus palpebris aspicio. Schol. Aristoph. ἀσκαρδαμυκτεῖν dicit esse τὸ ἀπενὲς βλέπειν τὸν ἥλιον, vt aquilæ, quæ dicuntur aduersæ intueri solis radios, nec conniuere.

Ἀσκαρδαμυκτὶ SIVE Ἀσκαρδαμυκτεί, Intentis oculis, Immotis atque inconniuentibus palpebris, Ita vt non nicteris. Luc. ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, immotis & fixis oculis: λιθίνως βλέποντας, vt Xen. loquitur, qui Præd. l. 1 dicit etiam ὁρᾶν ἀσκαρδαμυκτεί. vbi nota diphthongũ, quæ & in manuscriptis libris habetur. Attamen & in Suid. manuscripto exemplari sine diphthongo scribitur ἀσκαρδαμυκτί: vbi legitur & ἀσκαρδάμυκτον itidem aduerbialiter pro χωρὶς τοῦ μύειν. SED ET Ἀσκαρδάμυκτος habetur in v. l. non nominato tamen autore.

Σ Κ Α Λ Λ Ω,

Fodio. vnde apud Hesych. & Suid. Σκάλλοντες, σκάπτοντες. Gallinæ etiam σκάλλουσι quum vngulis suis fimeta aut purgamenta ædium vertunt & escam in eis quærũt, quod & σκαλεύειν dicitur. Item Sarculo circumcirca leuiter scalpo, Sarrio, seu Circumfodio, vt vites aliæque plantæ quotannis circumfodi solent. Theophr. Hist. pl. lib. 2, c. 8, Μεχρεῖ δὲ καὶ τοῖς σπείροις καὶ ταῖς καλαμίναις σκάλλοντες κονιορτοῦσι, C vbi Gaza κονιορτοῦσι σκάλλοντες vertit, Puluerẽ sarculo excitant. id est Sarculo circumfodiunt ad terram & pulverem excitandum crebris imbribus & vetustate depressum. Segetes quoque σκάλλουσι, sarriuntur. Theophr. De caus. pl. l. 3, c. 25, αἰαλκαζόντων πολλάκις καὶ σκάλλειν καὶ βοτρύζειν, ἀπὸ πολλῆς πίας ἐκφυομένης, Sarrite & runcate: de quibus Colum. lib. 2, c. 12. Vide & Σκαλεύω.

Ab hoc eodem σκάλλω Eust. DERIVAT Σκάλη, quod apud Homerum legitur Il. ψ, v. 189, — μὴ πρὶν ἐπὶ γαίῃ ἠελίου Σκάλη ἀμφὶ δύσιν χέρσα. nam si à σκέλλω formatum esset, scribendum fore Σκέλη, vt ἀγγέλη, ἀνάπελη, & similia. Quibus veluti expositionis loco subiicit, δῆλον δ' ὅτι τὸ σκαλλόμενον λύεται τῆς συνεχείας. Significat ergo ibi σκάλλω Disrumpo & findo, sicut terra inter fodiendũ & sarriendum scindi sarculo consueuit. In meo manuscripto Homero exponitur μεμαίνη & ξηραίνη, quemadmodum & in breuibus scholiis. tunc autem ad σκέλλω pertineret, vnde σκλῆμι & σκληρός: significarétque Exiccet & induret, aut Marcescere faciat.

Σκάλσις, εως, ἡ, Sarritio, Sarritura: qua nimirum planta aliqua circumfoditur & circumcirca scalpitur. Theophr. Hist. pl. lib. 2, c. 8, πλὴν ἡ σκαπάνη πᾶσιν οἷον τινὰ συμφέρει, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν σκάλσιν τοῖς ἐλάττοσι. Quæ Gaza sic vertit, Omnibus fossionem prodesse existimant, sicut etiam sarculationem minoribus. Sed perperam in vulg. edit. LEGITVR Ὄσκαλσις. Vide aliud exempl. in Σκάλισις.

C. Ἄσκαλπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non fossus aut circumfossus seu sarritus. Hesych ἀσκαλοῖ exp. κακῶς εἰργασμένοι, ἀτύπωτοι. SYNONYM. Ἄσκαλος. vnde ἄσκαλα quod idem exp. ἀκάθαρτα. vt significet Quæ sarculo purgata non sunt. Sarculis enim non modò induratum hyberno frigore solum laxatur, verùm etiam noxiæ herbæ in segetibus nascentes effodiuntur. Vnde apud Plin. Qui sarriet, caueat ne frumenti radices effodiat. Vide Σκαλίς.

¶ Σκαλεύω, F. εύσω, Fodio. idem cum σκάλλω suo primitiuo: quemadmodum Hesych. quoque Σκαλεύει exp. κινεῖ, ἀναφέρει, ὀρύττει: ita vt significet Sarculo fodio aut verto solum. Gallinæ etiam σκαλεύουσι quum fimetum aut domus purgamenta vngulis suis vertunt, aliúdve solum fodiunt ad eruendam escam. Plut. in suo περὶ πολυφαγίας libello, ὡς γὰρ ὅ τις ἐν οἰκίᾳ πολλάκις θοφῆς τεθεσαυρισμένης εἰς ἀγονίαν καταδύσας σκαλεύει ἐνθάδε, καὶ δεῦρο φαίνεται ἀτ' ἐν κοπρίᾳ μία κριθή. Apud Aristot. in Probl. τὰ ὦτα σκαλεύειν, Forsan pro Fodere digito aut penna. Nisi malis Scalpere. Dicitur & ἄνθρακας σκαλεύειν pro Bacillo ligneo sulcum vnum aut alterum ducere per cineres carbonibus superintectos, ad ipsos carbones suscitandos: quod etiam fit in prunis semiextinctis. Aristoph. Pace, — ἐν εἰρήνῃ δέδεγμαί με τὸν βίον, Ἔχουθ' ἑπάραν καὶ σκαλεύοντ' ἄνθρακας, sedẽtem ad focum & fodientem prunas, seu ζωπυροῦντα ἄνθρακας. Solent etiam σκαλεύεσθαι ἄνθρακες quum glandes aut castaneæ aut poma inaffata eruuntur. Suid. eo loco σκαλεύειν exp. αἰακινεῖν, διαξαίνειν. Vide & Ὑποσκαλεύω.

Σκάλυμα, ατος, τὸ, Fossa. aliis Effossio, Sarritio.

C. Ἀσκάλυπτος, Non sarritus, Non sarculatus. Vide Σκαλίς.

Σκάλυθρον, ου, τὸ, Sarculum dici potest. Significat etiam instrumentum quo ignis & prunæ σκαλεύονται, alio nomine DICTVM Σπάλαθρον. quod apud Hesych. legitur serie alphabetica, exponitúrque per illud σκάλευθρον. sic enim scribẽdum est, NON Σκάλαυθρον, vt vulg. edit. habent. Legitur vtrunque apud Poll. etiam, lib. 7, cap. 5, vbi panificis instrumenta enumerat: καὶ Σπάλεθρον δὲ (inquit) ἐρχαλεῖον, οἱ δὲ καὶ Σκάλεθρον. Vbi nota SCRIBI Σπάλεθρον ET Σκάλεθρον. sed pro hoc σκάλεθρον non dubito quin scribendum sit σκάλευθρον, id est Instrumentum quo prunæ fodicantur.

Σκαλεύς, έως, ὁ, Sarritor seu Sartor. id est Qui sarculo solum induratum circa plantam laxat, aut in segetibus herbas noxias effodit. Xen. Œcon. p. 502, τοῖς δὲ δὴ σκαλέας τίνος ἕνεκα ἐμβάλλετε τῷ σίτῳ; respondetur, hyeme ab aquis segetem partim obrui, partim earum radices ab iisdem nudari: sæpe etiam maleriam ab aquis in arua inuectam vnà cum segete erumpere, eámque suffocare. Oportere ergo, καταλυθέντος τοῦ ὄμβρου ἀφίστω τὴν γῆν, (quod Phn. dicit Laxare solũ hyberno rigore induratum) nudatis autẽ detectisque radicibus, αἱ πόαι σαμμίσθαι τὴν γῆν. at ἰσῶ τὴν γῆν σωεξεγερθῶσα τῷ σίτῳ καὶ διαφαίζουσα τὸ σίτου τὴν ῥίζαν, ἐκκόπτειν τὴν ὕλην. Ex quibus B apparet QVID SIT Σκάλειν ET Σκαλεύειν apud agricolas. Quidam tamen negant sarritionem quidquã proficere, quòd frumenti radices sarculo detegantur, aliquæ etiam succidantur: ac, si frigora incesserint post sarritionem, gelu frumenta enecentur, vt Colum. tradit lib. 2, cap. 12, vbi etiam dicit segetes pertrota terra adobruere: quod Xenoph. paulo antè, αἰαλκαζόντων τὴν γῆν ἀφιλοτιμίας τῆς ῥίζας. D

Σκαλεία, ας, ἡ, idem quod σκαλσις, id est Sarritio, Sarritura, seu Sartura, Sarculatio. tot enim nominibus Latini rei rusticæ scriptores vtuntur. Legitur apud Constant. in Geopon.

C. ΑΝΑσκαλεύω, Sarculo laxo, seu τῷ σκαλεύθρῳ αἰακινῶ & exuscito. qua in signif. (sed metaphorica tamẽ) vsus est Dionys. Areop. θαρρῶ δὲ ὅτι τοῖς εἰρηνικοῖς ἐγὼ τις ἐναποκειμένοις ἐν σοὶ τὸ θείου πυρὸς αἰασκαλεύσω ἀπιθήσας. Bud. ibi exponit Exuscito sopitos cineres, vel carbones. At Hes. E Ἀνασκαλεύοντες exponit non solùm αἰακινοῶντες, sed etiam ἐρευνῶντες, Indagantes, Scrutantes. vt qui aliquid inuestigãtes effodiunt & eruunt. Suidæ autem Ἀνασκαλεύων est αἰακινῶν, ἀδημοῦν αἰαλογιζόμενος. Perperam verò in vulg. lex. scribitur ETIAM Ἀνασκαλεύω.

C. ΥΠΟσκαλεύω, Sarculo suscito. vel τῷ σκαλεύθρῳ suscito, vt carbones & ignes sopiti exuscitari solẽt. Aristophanes, τὸ πῦρ ὑποσκάλευε. quod Suidas citans exponit αἰαφύσα, ζωπύρει. vbi sicut dicitur πῦρ ὑποσκαλεύειν, ita Pythagoras iubebat πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, symbolice pro δυνατῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν, vt Diog. Laert. explicat in vita ipsius Pythagoræ, pagina 315 meæ edit. Idem & Plutarchus in libro De educ. lib. cum hoc symbolo ait vetuisse μὴ ἐρεθίζειν θυμούμενον: pagina 21 meæ item editionis. F

¶ Σκαλίζω, F. ίσω, idem cum σκαλεύω, & σκάλλω. id est Fodio, Sarrio.

Σκαλισμός, ῶ, ὁ, Sarritio, Sarritura, Sarculatio. Idem cum σκάλσις & σκαλεία.

Σκάλισις, εως, ἡ, idem. Theophrastus De caus. plant. libro 3, capite 25, σκάλισις καὶ πασμός, sarritio & runcatio. de quibus Colum. lib. 2, capite 12. Alibi σκάλισις ab eo nominatur, vt De caus. plant. libro 4, c. 14, δοκεῖ δὲ μιγάλα συμβάλλεσθαι καὶ ἡ σκάλισις πρὸς τὸ νοσιμώτερον πιεῖν.

Σκαλιστήριον, ου, τὸ, Sarculum. id est Instrumentum quo plãtæ & segetes sarriuntur: quum nimirum sarculo terra indurata laxatur, & herbæ noxiæ quibus seges suffocatur, succiduntur. Dicitur idem ETIAM Σκαλίς. Ambo leguntur apud scholiastem Theocr. vbi dicit σκαλίδα esse ἐρχαλεῖον γεωργικὸν, τὴν κοπῆς χερόμενον σκαλιστήριον. Ibidem dicit, σκαλεύειν τὸ χωρίζειν, εἶτε τὸ σκαλίσαι καθαίρειν αὐτὴ: ἄσκαλα exponens ἀσκάλευτα & μετὰ τὸν σπόρον ἠμελημένα. nam peracta sementi, sequens cura est sarritionis, vt Columella docet libro 2, cap. 12. quæ si negligatur, arua seu ipsa frumenta dicuntur Ἄσκαλα, id est Nõ H sarrita, Sarculo non adobruta nec purgata. Legitur autem illud Ἄσκαλα apud Theocritum Idyll. 1, Τοιὴρ τοι τῷ θυραῖ μεν ὑπὸ σπόρῳ ἄσκαλα πάντα, nondũ quidquam à peracta sementẽ sarriui. A nomine Σκαλὶς est VERB. Διασκαλιδεύω, Sarculo terram verso.

¶ Σκάλοψ, οπος, ὁ, Talpa, & ipsa à fodiendo nomen adepta: vnde Hesych. Σκάλοψ, ἀσπάλαξ, ζῶον, γεωρύχον, τυφλόν. est enim animal cæcum, quod terrã fodit. Suidas μυῶν generi accenset, diuersum tamen est à mure araneo, quam μυγαλῶ siue μυγαλῶ appellant. Aristoph. Acharn. Σκάλοπας, ἑρπετὰ, αἰλούρους.

¶ Σκαλαθύρω quoque à σκάλλω deriuant: ac certè Hesych: Σκαλαθύρει exp. σκαλεύει, & Σκαλαθύρων, σκαλεύων, id est Fodiens, Fodicans. Aristoph. rectè vsurpauit pro Inire seu Coire: quo modo & ille dicebat εἰς οὐχ ὁσίω τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς. vicinam enim significationem habent Fodicare & Stimulare. Aristoph. inquam Pace, Ἢν μείραξ' ἰδὼν, ὀπιθυμήσῃ, κἀβούληται σκαλαθύραι. vbi schol. exponit σπουδάσαι. paulo post ipse Aristoph. dicit ξυγκαταδαρθεῖν & ξυγκατακεῖσθαι. Hesych. σκαλαθυρεῖ exponit λάθρα πλησιάζει: & Σκαλαθύρων, ἀκολαζαίνων. Sed nota, huic σκαλαθύρειν, præter significationem τοῦ σκάλλειν seu σκαλεύειν, id est Fodiendi seu fodicandi, inesse etiam significationem τοῦ ἀθύρειν, id est ludendi. itaque significaret Ludibundus fodio seu Fodico, vel Fodiens seu fodicãs ludo cum aliquo. Alicubi verò alterutrum tantùm significat, hoc est vel Fodico, vel Ludo: SICVT ET Σκαλαθυρμάτα dicuntur Ludicra seu Ludicræ nugæ, ab eodem Aristoph. Nub. — οὐδὲ σκαμμόν, οὐδ' ὁπλίσμοτα, Ὅστις σκαλαθυρματ' ἄττα μικρὰ μανθάνων, Ταῦτ' ὁπλίσαιτο πρὶν μαθεῖν. vbi schol. σκαλαθυρμαῖα exponit σμικρὰ καὶ λεπτὰ παντάπασι νοήματα καὶ μαθήματα, σκαριφήματα: addens, huic vocabulo ἐγκεῖσθαι τὸ ἄθυρμα, quasi dicat παίγνια καὶ οὐδὲν ἀξιόπιστα. Sic autem vocat subtiles aliquas præceptiunculas, quæ & λεπτολογήματα appellat. Hoc verò σκαλαθυρμάδιον diminutiuum est à VERBALI Σκαλάθυρμα, quo significatur q.d. Fodicatio ludicra. Hesychius Σκαλαθύρματα exponit σκαριφίσματα, σκαλεύματα.

¶ Σκαλαθάρβα etiam Hesychius à σκαλεύω deriuat, exponens τύρβη, id est Turba. AT Σκαλαθαρβία eidem est ἀκηδία.

Σ Κ Α Π Τ Ω,

F. ψω, Fodio: idem cum ὀρύττω. Herodianus lib. 4, de Antonino Caracalla, εἴπε ὄρυγμά τι ὀρύττειν ἔδει, σκάπτων τοῦθ', si quid fodiendum foret, primus fodiens. Athen. libro 12, ἰδὼν τινὰς ἐργάτας σκάπτοντας, Fodientes operas cernens. Significare autem Fodere, ipse Plut. testatur in Fabio, ab initio, cuius verba citaui in Διορυγή. Interdum & Defodere significat, vt quum Theophr. De caus. pl. lib. 3, c. 25, dicit σκάπτοντες βαθεῖαν τὴν κόπρον, pro Altè defodientes fimum. vbi pro κοπρύσιον accipitur. Pass. Σκάπτομαι, Fodior. Vnde Ἐσκαμμένος, Fossus. Et in pentathlo siue quinquertio dicebantur τὰ ἐσκαμμένα, Fossa seu sulcus per trãsuersum ductus, quem veluti metam & limitem transilire vetitum erat. vnde prouerbialiter ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν pro Cuiusuis rei positos fines excedere. quod Poll. quoque testatur lib. 3. de pentathlo loquens, τὸ δὲ μέγιστον τὰ πηδήματος, καιρὸν ὁ δεῖνος, τὰ ἐσκαμμένα· ὅθεν ὅτι τοῦ τὸν ὅρον ὑπὲρ πηδῶν τινὰ παροιμιαζόμενοι λέγουσι Πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. quo prouerbio vtitur tum Luc. in Gallo, tum Basil. in Hexaëm. homil. 6, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες, ὅτι τὴν σωφροσύνην τῆς γλυκυλογίας τὸν λόγον ἔλκουσι, philosophiæ fines egredientes & immodice philosophantes, vt qui fulcum stadii transilientes saltu efferuntur vltra modum athletarum. B. p. 270. Pro hoc ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα dicitur etiam ὑπὲρ τὸ σκάμμα, vt nunc docebo.

Σκάμμα, ατος, τὸ, Fossa. Σκάμμα, sicut τὰ ἐσκαμμένα, dicitur etiam sulcus stadii seu spatii in quo saltu certabant, Fines curriculi, vt Bud. tradit. Alii malunt interpretari locum certaminis in quo athletæ congregantur: à σκάπτω propterea nominatum quòd fossa cingi soleret. Vnde prouerbialiter dictũ est ab Hieron. De scammate & loco certaminis egredi, pro eo quod est à proposito digredi, siue lineas transilire: in epistola ad Pammach. Quum ergo ista quærantur, cur tu omissis super quibus pugna est, de scammate & loco certaminis egrediens,

in peregrinis & lõgè alienis disputationib? immoraris? Volũtq; hic De loco certaminis, esse ἐξέχηπιν præcedentiũ De scãmate. Itidẽ Tertull. in libro suo ad martyres, Itaque epistates vester Christus Iesus, qui vos spiritu vnxit, & ad hoc scãma produxit, voluit vos ante diẽ agonis ad durioré tractationẽ à liberiore conditione seponere, vt vires corroborarẽtur in vobis. At Cæl. Aurel. Chron. libro 2, capite 1, Ordinat præterea idem Asclepiades in arenæ spatio deambulationem, quod appellant scamma, atque transcensum lignorum. Paulo antè idem Cælius dixerat, Conficienda sunt ligna quæ trãsgredi pedibus nitantur ægrotantes: tunc etiam perfectis in terra lacunis, deambulationem imperabimus. Vbi nota eum σκάμματα vocare perfectas in terra lacunas, & spatium arenæ, quæ vult transiliri ab ægro, vt corpus isto saltu magis magisque corroboret. Apud Græcos sæpe pro ipso illo certamine & agone athletico vsurpatur. vt Chrysost. in comm. in epist. ad Rom. 11, εἴσω τῶν σκάμματος ἔσηκας, καὶ δύνασαι καὶ ἐφάπτῃ πάλης πάσας ἀνακαλέσαι τὰς ἕξεις. quæ Budæus sic vertit, Adhuc in agone es atque in campo pugillari & athletico: tibi integrum est instaurare certamẽ & offensionum noxam sarcire. Idem Bud. ex eodem, εἰς μείζονα σκάμματα καλεῖν, pro Ad maiores agones & contemplationes. Idem σκάμματα interpr. etiam Fines curriculi ad perfectiorem vitæ statum.

Σκαπὸς, οῦ, ὁ, Fossus, seu Fossilis, Fossitius. idem cum ὀρυκτός. vt σκαπὴ ὕλη, materia fossilis seu fossitia. Apud Plutarchum autem in Cim. σκαπὴ ὕλη est locus quidam Thraciæ, quasi effossam syluam diceres. V N D E Ἀρτίσκαπος, ὁ, ἡ, Recèns fossus, Recèns effossus, seu egestus & erutus: aut Nuper defossus. Ex Epigr.

Σκαπηνὴς, ῆτος, ὁ, Fossor. idem cum σκαπανεύς. Aristoteles Ethic. 6, capite 7, ex Homeri Margite, Τὰν δ' οὔτ' ἀρῶ σκαπῆνα θεοὶ δέδασαι, οὔτ' ἀρότηρα. Vtitur & Xen. teste Polluce.

Σκαπάνη, ης, ἡ, Fossio. quo sensu vsus est Theophr. in loco quodam citato in Σκάλοψ. Itidem in Epigramm. vsurpari aiunt. Estque ei synonymum σκάφυσις & σκαφεία. Significat etiam instrumentũ fossoris quo terrã eruit. quod est species ligonis latior breuiórque, vt quidam tradunt, quale Rutrum est, ab eruendo dictum: vt apud Festum, Rutrum tenentis iuuenis, & arenam eruẽtis. Itidémque apud Pallad. Rutrũ quo calx subigitur. Ab Hesychio & Suida exponitur σκαφεῖον, ὀρύγιον, δίκελλα. Vtitur & in hac significatione Theoph. De causis plantarum libro 3, capite 25, vbi ait, πῶς γὰρ ἐργάζεσθαι καὶ τοῖς ὀρύγεσι καὶ τῇ σκαπάνῃ, aratro & ligonibus. Ouidius, — iactati pulsabant arua ligones. Vtitur Theocr. queq; Idyll. 4.

Σκαπανεὺς, έως, ὁ, Qui ligonem tractat, Fossor. Lucianus in Tim. καὶ σκαπανεὺς καὶ μισθωτὸς, ὡς ἔοικεν, οὗτος βαρεῖαν καταφέρων τῷ δίκελλαν. Vtitur & alibi. Necnon Poll. l. 7, capite vlt. τὸ δὲ ἀπὸ σκαπανέων ἐργαλεῖον ὅστις ἡ σκαπάνη. Affertur E T Σκαπανήτης pro Fossor.

Σκάπεπος, Fossa seu Fouea. πάφρος, Hesychio, qui addit à quibusdam exponi πάφος.

Σκαφὴ, ῆς, ἡ, Fossio. vulg. lex. sed sine autore & exemplo.

Σκαφύω, Fodio. idem cum σκάπτω, vt σκαλεύω cum σκάλλω idem significat: cuius tamen significationis nulla afferuntur exempla.

Σκάφυσις, εως, ἡ, Fossio: E T Σκαφεία, ας, ἡ, pro eodem. Vtrunque apud Suidam legitur, quippe qui posterius σκαφεία per prius σκάφυσις exponat.

Σκαφεὺς, έως, ὁ, Fossor. idem cum σκαπανεὺς seu σκαπήρ. Archippus apud Pollucem, Σκαφύσι, κυπωροῖσι, τοῖς τ' ὀνηλάταις, Καὶ ταῖς γυναιξὶ τοῖσδε τῆς ποιᾳρίας.

Σκαφεῖον, ου, τὸ, idem cum σκαπάνη, Ligo latior breuiórque, vt quidam volunt. Suidas tamen simpliciter exponens per λιχάριον, (ita enim legitur in eius exẽpl. manuscripto, nõ λιχάριον) eo vocabulo ligonem intelligere videtur: in lex. meo vet. exp. ἄμυν γεωργική. quemadmodum Theocr. quoq; schol. annotat ἄμυν Atticè vocari quod Theocr. σκαπάνιον, alii δίκελλαν appellant. Esse tamen aliquid discriminis inter σκαφεῖον & δίκελλαν, apparet ex Luciani Philopseude, ἐκέλευον σκάπτειν, λαβόντας δικέλλας καὶ σκαφεῖα. videturque δικέλλης nomine intelligere bidentẽ aut rutrum: σκαφείου autem, ligonem quo tellus pulsatur & finditur effoditúrq;. Plut. ὁ γεωργὸς ἄχθιον ὀκνοῦντα βλάσημα καὶ ἀχθυνὲς, αὐτόθεν ἀφειδῶς ἐμβαλὼν τὸ σκαφεῖον, ἀνέτρεψε πᾶν ῥίζαν. V N D E Σκαφείδιον, ου, τὸ, Paruus ligo, in manuscripto Suidæ exemplari: in impresso autẽ sine diphthongo H A B E T V R Σκαφίδιον.

Σκαφίον, ου, τὸ, idem cum præcedenti σκαφεῖον. qua scriptura legitur apud Hesych. in Σκαπάνη, & apud schol. Theocr. Idyll. 4, itidẽ in expositione τοῦ σκαπανίου: tradit enim σκαπανίου esse δίκελλαν, σκαφίον, & quod vulgo λιχάριον dicitur ac τζαπίον, Atticè verò ἄμυν. Eadem scriptura legitur apud Plutarchum quoque in Arato, non procul ab initio, vbi dicit Aratum athleticæ vitæ nõ inexpertum fuisse, οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τῷ ἀδηφαγίᾳ καὶ τὸ σκαφίον, non omnino voracitatis athleticæ & ligonis videtur vsum negare, vt interpres vertit. Solitos autem fuisse athletas ligone sese ad firmandum robur exercere, innuit Theocr. idyllio 4, quod Νομεῖς inscribitur, de pastore loquens qui Pisas certaturus & athletã acturus se contulerat, Κὤχετ' ἔχων σκαπανίαν τε καὶ ἕκατι πυτίδε μῆλα. Idémque confirmat schol. his verbis, οἱ γὰρ γυμναζομένοι πύτιος ἐχρῶντο τοῖς γυμνασίοις, τῇ σκαπάνῃ σκάπτοντες, καὶ τὰ λίθινα μέρη τοῦ σώματος ἀναῤῥωννύντες. Vtitur hoc vocabulo Iuuen. quoque, Sat. 6. Et ride, scaphium positis quum sumitur armis.

Σκαφιτὴς, οῦ, ὁ, Fossio, Pastinatio. Theophr. De caus. pl. libro tertio, cap. 21, ἡ πεβλασολογία καὶ ὁ σκαφιτὴς ὁ μέσος. vbi Gaza, Decacuminatio & fossio: alii ex Columella, Pampinatio & pastinatio. Sunt qui velint D I C I Σκαπιτὴς. Apud Hes. L E G I T V R Σκαφιτὴς, nimirũ in expos. N O M I N I S Σκάλαπς. quo vocabulo puto significari sarritionem seu sarritura m, πῶν σκάλσιν seu σκάλισιν, quæ & ipsa fossionis genus est: vt ad σκάλλω referendum sit, ab eoque ortum credatur vt σκάπτος à σκάπτω.

Σκάφος, εος, τὸ, Fossa, Cisterna, Piscina. v. l. ex Anth. Epigr. ‖ Item Fossio, seu Pastinatio. Hesiod. Erg. 2, v. 570, πρὶν δὴ σκάφος οὐκέτ' ἐνέωρ, tunc non amplius circumfodiuntur vites, nimirum post Vergiliarum exortum. Vbi Proclus, μετ' πλειάδων δὴ τὸν ὠκεανὸν οὐκέτι καιρὸς τομῆς ἀμπέλου καὶ σκαφῆς. ἤδη γὰρ ἡ ἠὼ ξηραίνεται δι' σκάπτειν οὐκ ὄπτιδεῖον. Quo loco N O T A Σκάφη ab eo vsurpatum pro Fossio, σκαφεία seu σκαφιτής.

C. Βαθυσκαφὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Profunde fossus.

C. ΑΝΑσκάπτω, Refodio. vel Fodiendo eruo & egero, Effodio. qua signif. ἀνορύσσειν quoque vsurpatur.

C. ΑΠΟσκάπτω, Defodio, seu Fodiendo detraho. Pro Terrã fodio, afferitur ex Plat. De leg.

C. ΔΙΑσκάπτω, Perfodio. vel Fodiendo euerto.

C. ΕΠΙσκάπτω, Infodio. Ex Anth. epigr.

C. ΚΑΤΑσκάπτω, Suffodiendo euerto, Diruo. Thucyd. libro quarto, pagina 156, τά τε μακρὰ τείχη κατεσκαψαν ἐλόντες ἐς ἔδαφος. Philo De vita Mosis, libro primo, τὰς πόλεις ἢ κατασκάπτοντες ἢ ἐμπιστρέφοντες ἠφάνισαν, diruentes & in planum dantes. Et Demosth. Pro cor. τὰ μὲν ὑπακούοντα κατὰ κράτος λαβόντες καὶ ὀλιγωρήσαντες δι' ὀλίγου χρόνου κατεσκάψαμεν. Rursum apud Thucyd. τὰς οἰκίας κατεσκάψαντες. Et apud Æsch. in Ctesiph. τὸν λιμένα κατεσκάψαντες, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες. Apud Plutarch. verò & Athen. κατεσκάψαι πόλιν & αὐξῆσαι sunt opposita, id est Diruere seu euertere vrbem, & Restituere vrbem seu Instaurare. Item passiua significatione. Demosth. Pro cor. κατεσκαφῆναι τὰς πόλεις αὐθίς. Plutarch. ἐμφατικώτερον dixit, κατεσκαψαν οἰκίαν εἰς ἔδαφος πᾶσαν, domum totã funditus diruit & euertit.

V N D E Κατεσκαφὴ, ῆς, ἡ, Euersio quæ fit diruendo seu suffodiendo. Æschin. in Ctesiph. ὁρᾶν εἰλισκομένου τὴν πόλιν, πυρὸς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καθεσκαφάς, euersiones mœniorum. I T E M Κατεσκαφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Dirutus, Suffodiẽdo euersus. κατεσκαμμένος Hesychio.

C. ΠΕΡΙσκάπτω, idem cum περιορύττω, Circumfodio, vt Plinius loquitur. qui quod Theophrast. dicit, μεγάλα δὲ συμβάλλεται καὶ τὰ τραύματα καὶ αἱ πληγαὶ τοῦ περισκαπτόντων, sic vertit, Quum circumfossor iniurioso ictu verberauit: de morbis vitis læsæ.

C. ΥΠΟσκάπτω, Suffodio. seu Subtus fodio, Ad ipsas vsque radices circumfodio. seu In ima parte circumfodio. Theophr.

Theophrastus Historiæ plant. lib. 2, cap. 8, οἱ δὲ καὶ πυῤῥοῦ κατὰ ὑποσκάπτοισι. V N D E Ὑποσκαφὴ, ῆς, ἡ, Suffossio. Item Fossa seu specus sub aliquo loco cauata. Dioscor. libro 5, cap. 106, de cæruleo pigmento, εὑρεσκόμενος κατά τινας ἀπηλαιώδεις ὑποσκαφὰς τῆς θαλάσσης. vbi Ruellius Sub cauatos specus maris inuenitur.

Cæterùm verbo σκάπτειν inest præterea aliqua etiam significatio τοῦ κοιλαίνειν, id est Excauandi: quemadmodum in præcedenti loco, κατά τινας ἀπηλαιώδεις ὑποσκαφὰς, Ruell. rectè vertit, Sub cauatos specus: quo ferè modo & πέτρα γλαφυρὴ pro ἀπηλαιώδης: quod Hesiodus γλάφυ πετρῆεν appellat. A qua huius verbi significatione dependent sequentia deriuata.

Σκάφη, ης, ἡ, Scapha: nauigioli genus à cauitate sic dictũ: alio nomine ἑφόλκιον, quòd longioribus nauibus soleret ἐφέλκεσθαι, sicut hodiéque lintres monoxylæ, id est ex singulis arboribus cauatæ, onerariis nauibus adiungi solent. vnde scapha est tanquam instrumento nauis: & siquis nauem cum instrumento emerit, præstari ei debet scapha, secundum Labeonem in tractatu De fundo instructo. Frequens huius vocabuli vsus apud Latinos quoque. Liuius, Inde accepta scapha in arcem confugit. Idem, Exceptis in præparatas scaphas nautis. Iustinus inter piscatoria nauigia numerat, quæ ἁλιευτικὰ πλοῖα nominantur: libro 2, Piscatoria scapha traiecit trepidus. Fuisse autem etiã longarũ nauiũ scaphas Cæsar testatur, lib. 4, Scaphas longarum nauium, item speculatoria nauigia, militibus compleri iussit. Vnde coniicere aliquis possit, scaphas monoxylis lintribus fuisse maiores, quas Liuius alueorum nomine significare videtur, Dec. 3, l. 1, Nouásque alias primùm Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, nihil, dummodo innare aquæ & capere onera possent, curantes, raptim faciebant. Attamen σκάφη pro alueo etiam sumitur: sed in alia significatione, vt apud Plutarchum in Romulo, ἐνθέμενος εἰς σκάφιον τὰ βρέφη, impositis in alueum pueris: Romulo videlicet & Remo, quos Amulius in profluentem aquam mitti iusserat. Qua de re Liuius libro 1, Quum fluitantem alueum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. Vbi σκάφη & alueus accipiuntur pro vase ligneo concauo & oblongo, quales sunt cunæ seu cunabula. Vt & apud Athenæum lib. 13, vbi de elephanti cuiusdam erga infantem φιλοστοργία sermo est, ὅτ' ἰδὼν ἡ θηρὸς ἐμπλήσθεν αὐτὸ τῶν γάλακτος, ἀλλ' μέσον ἀπὸ ποδῶν τῶν θηρίου ἐπίθη αὐτὸ ἐν σκάφῃ· ὅτε δὲ κλαίοι, τῇ προσβοσκίδι τὸν σκάφιον ἐκίνει, proboscide alueum seu cunas mouebat. De aliis quoq; vasis cauis & oblongis in modum aluei dicitur. vt Poll. libro 6, cap. 10, scribit τὸν μάκτραν siue μαγίδα vocari σκάφιον. id est, vas illud concauum & oblongum in quo μάττουσι. Et libro 10, cap. 24, de vasis culinariis, μάκτρα, σκάφη, μαγίς. mox dicit apud Aristophanem Δημοπράτους legi σκάφη μακρὰ, & σκάφη στρογγύλη. vbi nota duo fuisse scaphãũ genera, oblongum & rotundum. Idem Poll. λεκάνιον quoque quæ vomituris apponitur ad excipiendum vomitum, σκάφιον nominari posse scribit, lib. 10, cap. 21. Et cap. sequenti, vas in quo pedes abluuntur, id est pelluuium, ait itidem vocari λεκάνιον, λέβητα & σκάφιον, vt ab Æschylo in Sisypho, Καὶ νίπτρα δὴ χρὴ θεοφόρων ποδῶν φέρειν. Λεοντεθάμων ποῦ σκάφη χαλκήλατος; vbi nota dici σκάφιον χαλκήλατον λεοντεθάμονα, vt significet peluim æneã leonis ærei tergo impositam. Idẽ scribit lib. 6, cap. 19, χάλκειον & σκάφιον nominatã etiã fuisse κοίλιον πνὰ καὶ φερεῖν λεκανίδα, quam οἱ κοταβίζοντες solebant implere aqua, cui innatabant σφαῖρα, πλάστιγξ, μάνης, & alia quædam quæ cottabo deiecto demergebantur. Alii λέβητα appellant. ‖ Pro vase ligneo accipit scholiastes Aristophanis in Equit. hoc loco, Ἀλλὰ πλείστῳ χωρεῖς αὐτὸς εἰς κόρακας, εἰ βούλεται, Τὰς σκάφας ὃν ἂν ἐπῴλει τοῖς λύχνοις καθελκύσας. Vbi si de vasis ligneis intelligendus est is locus, videntur fuisse conchis similia, hoc est rotunda & concaua, hemisphærii in modum. vt & σκάφιον accipi infrà dicetur. ‖ Σκάφη labri etiam balneatorii vsum præstat: vt quum medici ægris viribus defectis præscribunt vt iusti balnei loco in solium desidentes foueantur aqua in qua titiones extincti sunt vel testæ, aut alia quædã. quo genere balnei qui vtuntur, dicuntur σκαφολουτρῶν, id est in solio lauare, vt quidam interpretantur, occasione sumpta ex hoc loco Cornelii Celsi, libro 3, capite 12, Deducendus in balneum est, dandáque opera est vt per tempus horroris in solio sit. Fomentísque protinus validioribus totum corpus circundare conuenit, maximéque inuolutis extinctis testis & titionibus. Alexander Trallianus, εἴτε πρὸς αὐτὸ τὸν βούλοιντο ἐγκαθήμενοι εἰς τὸν σκάφιον, εἴτε ἐμβιβάζεσθαι εἰς τὰς καλουμένας πέδας δυώμενοι. cui similem locum vide in Σκαφολουτρέω. Græcum vocabulum & hîc retinere possumus, vt Cælius Aurelius Acutorum morborum lib. 1, cap. 11, Dehinc paulo prominentius à lecto producendus æger, atque paululum inclinandus: tunc supponenda scaphula alta, aqua calida plena: deinde duo adhibendi qui foueant alterno officio, ne vllo tempore fomentum frigescere faciat caput. ‖ Est & vinculi capitalis nomen, quod alio nomine θόλος Διόκλειος dicitur, vt docet Galenus in libro De fasciis, quem vide. Vide & Σκαφίον item Σκαφίς.

C. Σκαφηφόρος, ου, ὁ, Scapham ferens. Σκαφηφόροι Athenis dicebantur οἱ μέτοικοι, quoniam lege ita iubente ἐν ταῖς πομπαῖς αὐτοῖς μὴ σκάφας ἐφέρον, αἱ θυγατέρες αὐτῶν ὑδρεῖα καὶ σπάδιξα, vt Harpocration tradit. Hesychius, quoque annotat σκαφηφόροις dictos fuisse τοῖς μετοίκοις, quoniam σκάφας ἐφέρον ἐν τοῖς παναθηναίοις: addens, ἵνα ὡς οὖν ἀριθμῶνται μετέχοντες τῆς θυσίας. Meminit & Pollux libro 3, cap. 4, vbi ait σκαφηφόροις appellatos fuisse τοῖς μετοίκοις, vxoresque eorum ὑδριαφόροις: vtrosque ἀπὸ τοῦ ἔργου. Qua autem significatione σκάφη ibi accipiatur, nemo aperit. Vtitur eo vocabulo Dinarchus, αἱ σκαφηφόροι ἔφοιτον εἰς τὸν ἀκρόπολιν αἰσθόμενοι. V N D E Σκαφηφορέω, ῶ, Scapham fero, Scapham gesto. Apud Harpocrationem, οὐπω γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθῆναι. I T E M E T Σκαφιδὴς pro σκαφηφόρος seu μέτοικος vsurpatum fuit, teste Harpocrat. ἐκάλουν δὲ οἱ κωμικοὶ (inquit) σκαφείας τοῖς μετοίκοις, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τινὰ σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι.

C. Σκαφοειδὴς, ές, ὁ & ἡ, Scaphæ similis, Scaphæ formam gerens. vt σκαφοειδὲς ὀστοῦν dicitur os profundo sinu excauatum, tali caput anterius & oblongum excipiens: sic dictum à scaphæ similitudine. cauitatem enim habet oblongam scaphæ similem, qua simile caput astragali seu tali intra se admittit, vt inter alia docet Gorræus.

C. Σκαφολουτρέω, ῶ, In scapha lauo. Alexander Trallianus, οὐδὲ τοῖς ἔχουσι ἀδενῆ παῦν τὸν δυώμενον δεῖ σκαφολουτρεῖν, ὅ ὅτι τοῦτο Ῥωμαίοις πάθος ἐμβάλλειν. quibus verbis indicat, in balneis illis quibus οἱ σκαφολουτοῦντες vtebantur, solitos fuisse titiones extingui. Vide & Σκάφη.

Σκαφίον, ου, τὸ, Scaphula, Parua scapha. qua signif. σκαφίδιον quoque dicitur. Σκαφία dicuntur etiam vasa caua, siue oblonga ea sint & scaphæ figuram gerant, siue rotunda in modum hemisphærii: sicut & conchæ. Martian. Capella, lib. 6, De geometria, c. 1, Scaphia dicuntur rotunda ex ære vasa, quæ horarum ductus stylí in medio fundo sui proceritate discriminant. Quæ Vitruuius scaphas appellat: lib. 9, c. 9, de horologiorum ratione & vsu, Hemicyclium excauatum ex quadrato, ad enclimá que succisum, Berosus Chaldæus dicitur inuenisse: scaphen siue hemisphærium, Aristarchus Samius. Item σκαφία S I V E Σκαφεῖα dicebantur Romæ vasa quædam excauata in modum turbinis rectanguli: quæ Vestales virgines, igne illo perpetuo extincto casu aliquo, ad flammam e solis radiis excipiẽdam, aduerso soli op ponebant. Quo facto, radii ad circunferentiam vndiq; incidentes, ad centrum omnes concurrebant, atque ita aerem tenuem reddebant, & materiam (quæ leuissima siccissimáque iis scaphulis imponebatur) statim inflãmabant. Vide Plut. in Numa, pag. 120 meæ editionis. ‖ Item Vas potorium scaphæ figura. Athen. lib. 4, καὶ σκαφίον ἀργυροῦν δύο κοτύλας χωροῦν. Itidem & in Κάλπιν hoc idem σκαφίον in πτηνείων genere ponit. Sic Plautus, Scaphio bibunt. Et Cic. Scaphia cum emblematis. ‖ Alia etiam vasa concaua & oblonga rotundáve, dicebantur

σκάφια, vt quibus in abluendis pedibus aut balneis vtebantur, sicut σκάφαι quoque. Clearch. apud Athen.14, Σπόγγος, λέβης, σκαφεῖον, ὅλμος, λήκυθος. (Vbi NOTA Σκαφεῖον diphthongo scriptum) Apud eundem Athen.l.11, ἀπὸ τῆς ὀμφαλῶν τῆς ἐν ταῖς γυναικείαις πυέλοις, ὅθεν τοῖς σκαφίοις ἀρύουσι. Sic Plutarch. dicit, ἅμαις καὶ σκάφαις ἀρύσασθαι. Matularum quoque genus σκαφίον dicebatur, mulierum proprium, vt Poll. innuit lib.10, cap.9, vbi hunc ex Aristoph. locum affert, Σκαφίον ξενύλλη ἤτησεν· οὐ γὰρ ἔω ἁμίς. Sic Vlp. Scaphia habita ventris causa. Trulla quoque apud Latinos & potorii vasis nomen est, & vasis item excrementis excipiendis destinati. Item & capitis ea pars quæ pilis tecta est, σκαφίον dicitur à cauitate & rotunditate: alio nomine κόγχος, πόλος, κρανίον. Testis est Pollux lib.2, afferens hunc locum, Ἵνα μὴ καταγῆς σκαφίον πληγεὶς ξύλῳ. Idem eodem libro annotat, ἰχία & σκαφία dici τὰ πάγια τοῦ ἱστοῦ, τῷ μὲν ὀμφαλῷ κύπκείμενα, τοῖς δὲ γλουτοῖς ὀπισθίεμενα. Alii interpr. Os cauum coxendicis, quod & κοτυληδών. ¶Σκαφίον dicitur etiam tonsuræ quoddam genus, quo nimirum capilli nouacula raduntur: à quo diuersum est quod κῆπος dicitur, ad ornatū formæ magis faciens. Testis schol. Aristoph. in Auibus, dicens duo esse κουρᾶς genera, σκαφίον & κῆπον: ac σκαφίον quidem dici τὸ ἐν χρῷ: κῆπον autem, τὸ περὶ μετώπου κεκοσμῆσθαι. Lucianus in Lexiph. οὐ κῆπόν σοι ἀλλὰ σκαφίον ἐκεκάρμην. ¶Hesychio est etiam ἰατρικὸς ὀπίδεσμος, (id est Medicinalis fascia, qua vulnus obligatur. σκάφιον Galen. vocat) item πῶυον.

Σκαφίς, ίδος, ἡ, Scaphula, Alueus. Aiunt pro μάκτρα etiam accipi, id est vase concauo & oblongo in quo farina subigitur. quo significatu σκάφιον accipi suprà docui. Citatur autem ex Aristoph. ex quo Pollux lib.10, c.24, de vasis culinariis, affert σκαφίδα μάκτρου: quum paulo antè inter μαγείρου σκεῦη numeraſset μάκτραν, σκάφιον, μαγίδα. Vbi si post σκαφίδα distinguendum non est, putarim id σκαφίδα pro σκαφοειδῆ vsurpatum. ¶Item Vas ligneum, concauum & rotūdum, cuius in lacte seróve reponendo vsus est. Galen. in Lexico Hippocratico scribit Atticos σκαφίδα vocare πῶυ περιφυκνὴν σκάφιον, subiungens hos versus ex Homero, Odyss.ι, — ἥατο δ' ὀρφ' ἄγγεα πάντα, Γαυλοί τε σκαφίδες τε πετυμένα, τοῖς ὀνάμελγον. Theocr. verò itidem pro vase concauo & rotundo in quo μελικηρίδας reponebant: idyll.5, Σπασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τᾷ Παλιγάλακτος, Ὀκτὼ δ' σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐρίσας. Nicander generalius dixit ἐν σκαφίδεσι δοχαίαις, in Ther.v.618. Anaxippus apud Athenæum lib. 4, inter vasa culinaria σκαφίδας numerat, cuius verba citaui in Κοπίς. ¶Hippocrates verò σκαφίδα appellat πῶυ θαλασσίαν κόγχῳ, ἢ τραγεμικεστέραν, quæ vulgò μύαξ nominatur, teste Galeno in Lexico Hippocratico: id est, concham marinam quæ oblongior est. Mytulum quidam interp.

Σκαφίδιον, ου, τὸ, Scaphula: id est nauigiolum, aut linter. Lucianus in Dialogo Charontis & Mercurii, μικρὸν τὸ σκαφίδιον καὶ ὑποσταθρόν ἐστι, καὶ διαρρεῖ τοπολλά, paruus est linteriste, seu parua cymba. vt Iuuen. Atque vna transire vadum tot millia cymba Nec pueri credunt. Idem Luc. itidem in Char. διαψύξαι τὸ σκαφίδιον. Alii hoc Charontis σκαφίδιον appellant ἄκατον. Strabo dicit etiam δίκωπα σκαφίδια, scaphas paruas quæ duobus agerentur remis, lib.1, τοῖς ὑφορμοῦσιν ἐν δικώπτοις σκαφιδίοις. Sic Horat. — biremis præsidio scaphæ.

Σκαφίτης, ου, ὁ, Qui scapham remo impellit. Scribit enim Demetrius Phalereus σκαφίτου dici à quodam τὸν πῶυ σκάφιον ἐρέσσοντα.

Σκαφεύω, Fut. εύσω, Inter scaphas neco. quod supplicii genus prolixè describit Plutarch. in Artox. pag.1863 meæ editionis, vbi Parysatis iubet Mithridatem ἐκσκαφεῦσαι σκαφευθέντα.

Σκάφος, εος, τὸ, idem cū σκάφη, i, Scapha. vel generalius potius Nauigium, Nauis. vt ποτάμια σκάφη apud Diodorū Siculum, libro 20, quæ ibidem ποτάμια πλοῖα appellat. Potes tamen fluuiatilem scapham dicere, quemadmodum Iustinus dicit scapham piscatoriam. Idem eodē lib. πολλὰ τῆς τριηρικῶν σκαφῶν, multæ quadriremes scaphæ. At Strabo δίκωπον σκαφίδιον, vt Horat. — biremis scapha. Diodor. eodem libro, πεῖα σκάφη τῆς πεντηρικῶν, tres scaphæ quinqueremes. Apud Sophoclē quoque in Aiace, εἰς δὲ ναυπκὰ σκάφη Πηδῶνος ἀρδίω Ἕκτορος, scholiastes generaliter itidem ναυπκὰ σκάφη exponit τὰ ναῦς. At Euripides τραγικῶς dicit σκάφος Ἀργοῦς pro Argo nauis: sicut Apollonius, πόλιν Ὀρχομενοῖο, pro Orchomenos: & Virgilius, Vrbs Pataui, pro Patauium. Idem & σκάφος νεὸς dixit pro ναῦς, itidem periphrasticé. Alioqui σκάφος in naui dicitur Alueus, id est imus venter nauis, à concauitate. Liuius, Aluei nauium quassati erant. Salustius, Alueos nauium inuersos pro tuguriis habuere. Sic accipit scholiastes Thucydidis lib.1, pag.17, τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἵλκον αἰσχυνόμενοι τῆς νεῶν ἃς καταδύσαν. exponit enim τὰ κοιλώματα τῆς νεῶν: addens, suo tempore χαλεπὰς dictas fuisse. Nisi fortè & hîc periphrasticè σκάφη νεῶν dixisse æstimandus sit pro ναῦς. ¶Auris quoque cauitas σκάφος dicitur. Polluci, ἡ ἔνδοθεν τραγέλη τῆς ὠτός.

ΣΚΕΔΑΝΩ, SIVE Σκεδάζω, F. άσω, Dissipo, Dispergo. Il.η, Τῶν νεῶν αἷμα κελαινὸν ἐύῤῥοον ἀμφὶ Σκάμανδρον Ἐσκέδασ' ὀξὺς Ἄρης. Od.ν, Ὡς εἰποῦσα θεὰ σκέδασ' ἠέρα, aerem dissipauit: τὸ πάχος νέφους διέλυσεν, vt Eustathius exponit. Pro Dispergo potius accipitur apud eundem, Iliad.τ, — λαὸν μὲν σκέδασον, ἠδ' δεῖπνον ἀνώγει Ὀπλέσθαι. quod hemistichiū repetitur Iliad. ψ, v. 158. Prosæ quoque scriptores vtuntur. Thuc. libro 2, διεσπαρμένοι δὲ τὸ πάλαι Ἀθηναῖοι κατὰ κώμας καὶ τὴν χώραν, sparsus seu dispersus per agros & dissipatus. vt Sisenna, Dispalati, ab signis digressi omnes ac dissipati. Gellius, Ne sparsi dispalatique prouerent, cohibebantur. Herodianus lib.7, σκεδασθέντες ἐς πᾶσαν τὴν πόλιν, dispersi disseminatique per totam vrbem. Item Philo De mundo, λυθέντες τὸ δεσμοῦ τῶν στοιχείων, εἰκὸς εἰς διαλυθῆναι καὶ πρὸς ὕψος σκεδασθῆναι, dissolui in aquásque dissipari.

SICVT verò ex Κεράω fit Κεράννυμι, ita ex Σκεδάω FIT Σκεδάννυμι, eiusdem cum primitiuo significationis. Pass. Σκεδάννυμαι, Dissipor, Dispergor. Philo De mundo, πολλαχῆ σκεδάννυται, μεγάλα κλίματα τῆς οἰκουμένης ὑπερέχον, multis variisque in locis sparsum, tractus ingentes orbis terrarum permetitur.

Σκεδασμός, οῦ, ὁ, Dissipatio, Dispersio.

Σκέδασις, εως, ἡ idem. Odyss.α, — εἴ ποθεν ἐλθὼν Μνηστῆρσιν τῆσι μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη. vbi schol. σκέδασιν exp. σκορπισμόν, φυγήν.

Σκεδαστικός, οῦ, ὁ, Dissipandi vim habens, seu Dissipans, Discutiens.

Σκεδαστός, οῦ, ὁ, Dissipatus, Dispersus. Item Qui dissipari & dispergi potest, Dissipabilis. Cicero autem οὐσία σκεδαστὴ apud Platonem vertit Materia mutabilis, pag.14 mei Lex. Cic.

C. ΑΠΟσκεδάω, SIVE Ἀποσκεδάζω, Dissipo, Dispello. nam vt apud Horatium curas dissipare Euthyus dicitur, sic apud Græcum quendam poetam μερίμνας ἀποσκεδάσαι. Plato media voce vsus est, significatione actiua, in Axiocho, πάντα τοίνυν τὸν τοιόνδε φλύαρον ἀποσκέδασαι, omnes has nugas ex animo tuo expelle. Sicut porro Σκεδάννυμι fit ex Σκεδάω, SIC Ἀποσκεδάννυμι, SIVE Ἀποσκεδαννύω, ex Ἀποσκεδάω. Xenophon, ὧν δὲ πρὸ πολεμίων, ἀπαρτᾶται τι ἀδυνατώτερον τῆς αὐτῶν δυνάμεως, ἢ θαρρῶν ἀποσκεδαννύηται, siquod agmen ab exercitu longius iam imprudens abfuerit, aut fiducia sui palari prædabundè visum fuerit. Bud. pag. 734, in Ἀπαρτῶ.

C. ΔΙΑσκεδάω, SIVE Διασκεδάζω, Dissipo, Disicio, Dispergo. Od.ε, Ὡς δ' αὐτέμός τε ζαής νέφεα θημῶνα πιδάσσῃ Καρφαλέων, τὰ μὲν ἄρ τε διεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλῃ, quæ huc illuc dissecit. διεσκόρπισεν, vt schol. exp. Sic Thucyd. lib.1, ὀξυτατον γενόμενον τὸ ῥοῦ καὶ ἀνέμου, ὃς ῥᾳδίως ἐκεῖνα διεσκέδασεν ἅπαντα ὁμοῦ τε τοῦ πυρὸς καὶ ἀνέμου, ὃς ῥᾳδίως ἐκεῖνα διεσκέδασεν αὐτὰ πάντα χῆ, qui noctu exortus dispulit ea quoquouersum. Et Xen. in Cyneg. de hinnulis, ἐὰν μή τις αὐτὰς διεσκεδάσῃ ἀπ' ἀλλήλων, ὥστε μονωθεῖσαι πνα αὐτῶν. Item Herodian. lib.2, πολὺ τῶν τραπύματος μέρος διεσκεδάσαι ἐκεῖνος, κελεύει παρεισδύεσθαι εἰς τὴν πόλιν. vbi Politianus, Multos è suis militibus sparsim disperserat. Idem lib.5 dicit etiā, διεσκέδασε τὴν φήμην ὡς τῶν Ἀλεξανδρου πεθνηξεσθαι μέλλοντος,

pro Diuulgauit seu disseminauit famā. Affertur & Διασκεδᾶται pro Dissipatur, Disseminatur, Diuulgatur. Fut. Attic. Διασκεδῶ pro διασκεδάσω, vt ἑλῶ pro ἑλάσω. Aristoph. Vesp. — ἐὰν ἐγὼ λίθους ἔχω, Πολλοὺς δικαστῶν στρωκιὰν διασκεδῶ. ¶Itidē Æsch. in Prom. σκεδᾷ dicit pro σκεδάσῃ.

ITEM Διασκεδαννύω, SIVE Διασκεδάννυμι pro διασκεδάζω, seu διασκεδάω. Ac sicut dicitur διασκεδάσαι φήμην, ita & διασκεδαννύειν. Herodian. l.7, διασκεδάνυται τὰ ἀπὸ τῶν φήμης, ὡς ἄρα καὶ Μαξιμῖνος εἴη αἰνηρημένος, vulgatur fama occisi Maximini. Et apud Suid. Διασκεδαννύοισι, διασκορπίζοισι.

Διασκεδαστής, οῦ, ὁ, Dissipator.

Διασκεδαστικός, οῦ, ὁ, Dissipandi & dispergendi vim habens. Exponitur etiam Digerens.

C. ΕΚσκεδάζω, Eiectos dissipo & dispergo. seu Eiicio simul & dissipo.

C. ΕΠισκεδάζω, Insuper dissipo & dispergo. Affertur & pro Inspergo, seu Spargo super.

C. ΚΑΤΑσκεδάζω, ET Κατασκεδάννυμι, Dissipo, Dispergo. Posteriore vtitur Alex. Aphrod. Item κατασκεδάζω σου τὴν λοιδορίαν, pro Diluo & refuto.

C. ΣΥσκεδάζω, Dissipo, Dispergo. seu Vnā Dissipo & dispergo. Affertur ex Aristoph. exponitúrque διασκορπίζω.

Ex Σκεδῶ FIT Σκιδνῶ, SICVT Κιρνῶ ex Κεράω, vt habetur in lex. meo vet. Ex Σκιδνῶ autem FIT Σκίδνημι. quæ itidem significant Dissipo, Dispergo. Inde PASS. Σκίδναμαι, Dissipor, Dispergor. Apud Hom. frequens, interdum cum ὅτι, interdum cum ὡς, interdum cum κῇ, interdū cum infinitiuo: vt sequentia exempla docebunt. Il.τ & ψ, Οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ὅτι νῆα ἕκαστος, illi autem dispersi ad suam quique nauim ibant. Sic Od.α, Μνηστῆρας μὲν ὅτι σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι. Et Od.β, Οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο κατὰ ὡς δώματ' ἕκαστοι. Il.α, Αὐτὰρ ὁ σκίδναντο κῇ κλισίας τε νέας τε. Cum infinitiuo, Il.ω, — λαοὶ δ' ὅτι νῆας ἕκαστοι Ἐσκίδναντ' ἰέναι, dispergebātur, vt ad suas quique naues irent. Apud Herodot. legitur etiam ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ, simulac sol radios suos dispersit seu dispandit. id est, Simulatque refulsit sol. Apud eundem in Polymn. σκιδναμένης & σκιρτούσης opponuntur.

C. ΑΝΑσκιδναμαι, Sursum deorsumque dissipor, Huc illuc dispergor.

C. ΑΠΟσκίδναμαι, Dissipor seu dispergor alicunde. Apud Homerum simplex verbum σκίδναται & comp. ἀποσκίδναται in eadem propemodum significatione vsurpatur, hoc loco, Il.ψ, v.2, Οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ὅτι νῆα ἕκαστος, Μυρμιδόνας τε νέας τε· οὐκ εἴα ἀποσκίδναται Ἀχιλλεύς.

C. ΔΙΑσκίδνημι, Dissipo, Dispergo. idem cum διασκεδάζω seu διασκεδάννυμι. Hesiod. Theog. — ἄλλαι ἄνεσιν διασκίδνασί τε νῆας, aliæ flant dissipántque & disiciūt naues. Ioseph. apud Suid. οὔτε γὰρ ἀπαξία διασκίδνησιν αὐτοὺς τῆς συντάξεως τῆς ἐν ἔθνη. Pass. Διασκίδναμαι, Dissipor, Dispergor, Disicior. Luc. De sacrif. ἡ δὲ κνίσσα χωρεῖ ἄνω, καὶ ἐς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν διασκίδναται, in cælum subuecta dispergitur, & diffunditur huc illuc. Apud Xenoph. quoque διασκίδναται legitur pro διασκεδαννύσθαι seu διασπείρεσθαι.

C. ΚΑΤΑσκίδνημι, Dissipo, Dispergo, Disicio. Pass. Κατασκίδναμαι, Dissipor, Dispergor, Disicior. Vnde apud Suid. Κατασκιδναμένη, καταπασκορπιζομένη.

¶Κεδάω, SIVE Κεδάζω, idem cum σκεδάω seu σκεδάζω, ex eóque factum, sublata litera initiali: id est Dissipo, Dispergo, Disicio. Od.ξ, Θεὸς δ' ἐκέδασσεν Ἀχαιούς. Iliad.ρ, — Τρώων ἐκέδασσε φάλαγγας. Et paulo antè, — ὅστ' ἐν ὄρεσσι κύνας θαλεροὺς τ' αἰζηοὺς Ῥηϊδίως ἐκέδασσεν ἐλιξάμενος διὰ βήσσας. Vtitur idem Hom. passiuo quoque, vt Il.ο, — αὐτὰρ ὁ τῷ δὲ κλισίησιν ἐμείναν Ἀθρόοι, οὐδ' ἐκέδασθεν αὐὰ τραπέν. vbi nota opposita. Et Iliad.β, Ἀντάσπες δ' ὀρέοντο κεδασθέντες κῆ νῆας. Apud eundem κεδασθείσης ὑσμίνης, pro Diffuso prælio, Diffusa pugna, seu Dispersis dispalatisque iis qui manus conserebāt. Eust. exp. διαλυθείσης δὲ κῆ πύργον ἢ τοῖχον τῶν βολικῆς ἁρμονίας, καὶ πλατυνθέντος τῶν πολεμούντων κάκεῖ. vt quum agmen nō amplius quadratum incedit, sed latius se diffundit: veluti quū hostes persequitur ac spoliat. Il.π, Εὖτα δ' αὖθ' ἕλεν ἄνδρα κεδασθείσης ὑσμίνης.

DICITVR ET Κεδάω, pro κεδῶ, inde factum vt ἐάω ex ῥῶ, πάω ex πῶ, ἰσιάω ex ἰσῶ. itidémque signif. Dissipo, Dispergo, Diffūdo. Vtitur pass. Nicad. in Alexiph. Σμώδιγξις κάζοιτο κεδαιομένης κακότητος. id est σκεδαννυμένης. Sicut porro ex Σκεδῶ fit σκίδνημι, ITA ET Κίδνημι ex Κεδῶ: itidémque significat Dissipo, Dispergo, Diffūdo. PASS. Κίδναμαι, Dissipor, Dispergor, Diffundor. Il.θ, Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν, aurora spargebatur super terram. seu Rubore suo disperso totum illustrabat orbem.

C. ΑΠΟκίδνημι, idem cum ἀποσκεδάννυμι & ἀποσκίδνημι, Dissipo & dispergo alicunde. seu simpliciter, Dissipo, Dispergo. Pass. Ἀποκίδναμαι, Dissipor, Dispergor, Disicior, διασκορπίζομαι. Vtitur Dionys. De situ orbis.

C. ΕΠΙκίδνημι, Dissipo super. seu Dispergo & diffundo super. Pass. Ἐπικίδναμαι, Dissipor, seu dispergor & diffundor super. vt Il. β, Ἀξίου, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ὀπικίδναται αἶαν, dispergitur & diffunditur super terram, ὀπισκορπίζεται, seu ὀπικλύζει γαῖαν, inundat terram: vt hoc verbum significet πλατυσμόν. Pro αἶαν autem scribi etiā ἄλσος, annotat Eust. Item ἠὼς ὀπικίδναται, quum super terra suum rubórem spargit & latè diffundit. Il.η, Τοῦ δὴ ἤτοι κλέος ἕσται ὄσσον τ' ὀπικίδναται ἠὼς, fama ipsius tam latè percrebrescet, quàm aurora per orbem diffunditur. Apud Herodot. verò in oraculo quodā, Ἀλλ' ἤτοι νῦν ἀδύτοιο, κακοῖς δὴ ὀπικίδναται θυμόν. vbi Valla sic, Ite sed ex adyto, atq; malis effundite mentem. Fortasse iis verbis Pythia monet vt ex adyto abeant, & mente dispiciant quo pacto possint occurrere malis imminentibus.

ΣΚΕΛΛΩ, Exicco, Arefacio. Pass. Σκέλλομαι, Exiccor, Arefio. vnde apud Hesychiū Σκελλόμενα, σκελετευόμενα. Et Σκελοιῶται, σκελετευθήσονται. Actiuā quoq; significationē habet. Hesych. enim exp. ξηραίνει, ἰσχαίνει. Vbi nota eum σκέλλω accipere non solùm pro Exicco, Arefacio, sed etiā pro Attenuo, Tenuem reddo. quæ enim arefiunt, tenuiora fieri solent.

ITEM ET Σκίλλω quidam ab hoc verbo deriuant, exponentes σκληραίνω, ξηραίνω. Eust. tamen ad Σκέλλω potius referendum censet, vt suprà docui.

C. Ἀσκελής, ές, ὁ & ἡ, Qui non obduruit, nec exaruit. ¶Item Qui supra modum exaruit. vt fit ὁ ἄγαν σκελετευθείς. Hesych. exp. σκληρός: itidémque Ἀσκελές, ξηρόν, κατεσκελετευμένον, ἀσάρκου. quo vtitur Hom. Od.κ, v.464, — ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι, Αἰεὶ ἄλης χαλεπῆς μεμνημένοι. Vbi Eust. quoque itidem exp. σκληροί, ἄγαν κατεσκληκότες. necnon & schol. ἄγαν κατεσκληκότες, σκληροί, σκελετευόμενοι, καὶ γενεκρωμένοι. significat igitur ita exarefactum esse corpus & attenuatum vt nihil præter cutem ossa tegat, carne nimirum & pinguedine laboribus absumpta. ¶Ἀσκελὲς Hesych. exp. non solùm σκληρὸν, sed etiam χαλεπὸν, & πικρόν. Præterea & σεμνὸν, & ἀδιάλλακτον. HOC IPSVM Ἀσκελὲς aduerbialiter quoque capitur PRO Ἀσκελέως: significans σκληρῶς, ἀδιαλλάκτως, ἀμεταβάτως, Duriter, sine intermissione seu Assidué. Vtitur Hom. Od.α, v.68, — Ποσσὶ δὲ γαμψὸν ἀσκελὲς αἰεὶ Κύκλωπος κιχάνοιτο. Vbi Eust. ἀσκελὲς ait duobus modis accipi posse, vel pro ἄγαν σκληρῶς, admodum duriter & grauiter: vel pro ἀμεταβάτως καὶ ἀμετακινήτως, vt dicatur ὑπὸ στερήσεως τῆς σκελῶν. Vtitur idem Hom. & Od.λ, Μηκίστ' Ἀτρέος υἱὲ πολυκλαύστου ἀσκελὲς οὔτω Κλαῖε. Et Nic. in Ther. 278, Διπλοῖς δὴ ἐν βουβῶσι καὶ ἰγνύσιν ἀσκελὲς αὐτῶς Μόχθος ἐνιστήσεται. vbi schol. tribus modis exponi posse annotat, σκληρῶς, ἀδιαλλάκτως, & ἴσον τὸ ἀσκελὴς dicatur pro ἰσοσκελής. Itidémq; & v.41, — μίσγε δὴ ἔνοδ' μοῦ Ζορκὸς ἐνὶ πλάστιγγι νέον κέρας ἀσκελὲς ἴσας, exp. ἴσον τὸ αὐτὸ σκέλος seu τὸν αὐτὸν ζυγόν: vt significet pari mensura. Quam signif. sequendo pertinebit ad σκέλος. Altero ADVERBIO Ἀσκελέως vtitur Hom. Iliad.τ, v.67, — οὐδέ πῃ χρὴ Ἀσκελέως αἰεὶ μένειν ἐνθάδε. Vbi Eust. exponi posse ait vel σκληρῶς, vel ἀμεταβάτως, sicut ἀσκελές.

C. ΓΕΡΙσκελής, ές, ὁ & ἡ, Prædurus, Modū duritiæ superans. Soph. Antig. p.233, σίδηρος περισκελής, ferrū nimis induratū. solet enim, vt durius fiat, cādēs in aqua tingi. Schol. exp. περισκληκότα. Et in Aiace, pag.39, περισκελεῖς φρένες, Prædurum ac pertinax pectus, Præfracta mens: quæ nimirum nullis precibus verbisve quantumuis blandis mollirī & μαλάσσειν potest, sed κάρτερεῖ Βαφῇ σιδήρου ὡς, non aliter ac ferrum quod cādens aquæ immersum obduruit, nec flecti amplius potest. Schol. περισκελεῖς φρένες exp. αἱ ἄγαν σκληραὶ ψυχαί. Ab Hippocr. περισκελὲς φαί-

μακρὸν, dicitur τὸ δάκνον καὶ ἐρεθίζον σφοδρῶς, vt annot.Gal. A
l.2 ad Glauc.Durum pharmacum, quódque mordicat & vehementer incitat. Preu Durus accipitur à Theophr. quoque.vt Gaza apud eum De caus. plant.l.9, c.11, σκληρεῖς καὶ σκληροὶ vertit, Duri & summæ difficultatis. Et l.5, c.21, αἰὴρ κρείττων σκληρὸς ὤν. Et l.2, c.4, σκληρὸς αἰὴρ ἐφ' ἑκάτερα διαῤῥεῖται πᾶς καιρὸς, pro Aer qui in alterutram partem excesserit, fructus perdit, vt itidem Gaza vertit. cui opponitur ibidem ὁ ἀκρατὴς αἰήρ. Areth. in Apocal. 993, σκληρὸν νόημα pro obscuro dixit & duro, teste Bud. Item & Hesychio σκληρὸς est σκληρὸς, necnon δυςχερής. B

C. ΕΝΙσκέλλω, Arefacio intus. Nicand. Ther. v. 694, Μή π ἐνὶ σκύλλῃ γεαρὸν σκίλαρ. Vbi schol. exp. ξηραίνει: nimirũ ὁ ἥλιος ὡς πρὸς πυρά.

Σκελλὸς, οῦ, ὁ, Aridus, vt quidam interpr. Hesych. verò σκελλὸν exp. διεγραμμένον, Distortum. vt idem ferè sit cum σκαμβὸν.

Σκελεφρὸς, ῶ, ὁ, Tenuis ex ariditate. Erotian. σκελεφροὶς apud Hippocr. exponit τοῖς λεπτοῖς καὶ σκελετωδεῖς. Galen. quoque exp. ξηρὸς, πρὸς πεταλμένος: sed apud eum SCRIBITVR Σκολιφρὸς: mēdose, in prima quidem syllaba.

Σκελέω, ῶ, idem cum σκελλω, id est Exicco, Arefacio. Galen. De aliment. facult. l.2, c.2, De fructibus æstiuis, σκελοῦντες αὐτά πάνες ἀποθνήσκουσι, φυλάττοντες εἰς τὸν χειμῶνα. mox dicit, πλὴν οἷον ὀρκα ξηραίνοντες ἀποθνήσκουσι εἰς τὸν χειμῶνα. Vbi nota eum σκελοῦντες & ξηραίνοντες in eadem signif. capere. Pass. Σκελοῦμαι, Exiccor, Arefio. vel etiam Exiccatus & arefactus sum, Areo. Hesych. enim σκελέεσθαι exp. ἄγαν σκληρῶς διψᾶσθαι. Sed nota, apud Galen. duplici SCRIBI, Σκελλοῦντες, quasi à VERBO Σκελλέω. Ego vnico potius scribendum existimo, ex eóque deriuatum arbitror σκλέω, facta syncope.

C. ΚΑΤΑσκελέω, ῶ, Exicco, Exarefacio. Propriè carnes & medullam corporis absumo, vt nihil præter sicca ossa remaneat. Hesych. καταξηρανεῖν exp. καταξηρανεῖν, τὰς σάρκας καταφαγεῖν.

Σκελετὸς, ῶ, ὁ, Exiccatus, Arefactus. vt σκελετὸν σῶμα, corpus arefactum. Itidē Nic. in Ther. σκελετὸν δάκος. vbi schol. exp. ἐσκληκός. Itē σκελετὸς dicitur Cadauer hominis exiccatum, Corpus hominis arefactum. Plut. Anton. αὐτὸς δὲ κείσεται σκελετὸς καὶ τὸ μηδὲν χρῆμα. Et οἱ ὑπὸ τὴν γῆν σκελετοί, Defunctorum manes, Lucill. l. 2 Epigr. Τῶν ὑπὸ γῆν σκελετῶν λεπτότερος πέπαται, multo tenuior & gracilior manib⁹ inferorũ. Σκελετὸς (inquit Gorr.) Cadauer aridũ. Definitur à Galeno, omnium humani corporis ossium inuicē commissorũ vniuersa syntaxis. Quare nonnulli (ait) libros suos in quibus de ossibus diluerunt, περὶ σκελετοῦ inscripserunt. E

Σκελετῶδης, ες, ὁ ἢ, Corporis arefacti speciem gerens. Similis τοῦ σκελετοῦ. Luc. οὔτε τολυδρίας, οὔτε λεπτὸς εἰς ὑπερβολὴν σκελετῶδες καὶ νεκρικόν. F

Σκελετόω, F. ώσω, Exicco seu Affico, Arefacio. idem cum σκέλλω seu σκελέω. Apud Dioſc. Σκελετώσεις alii interpr. Siccatus, Arefact⁹, alii Sale inueteratus: annotatq; Marcellus, σκελετώσεσθαι de iis dici quæ sale aut alia ratione, vt perennent, exucto omni humore, durantur & inueterantur. Dioſc. l.2, c.90, αἰθυίας ἢ παρ σκελετωθεῖσα, inueteratũ sale mergi iecur. Et lib. eodem, c.2, ἡ σὰρξ σκελετωθεῖσα, caro in sale inueterata. Sic enim reddũt quidam interpr. Ipse tamen Dioſc. alibi addit δι' ἁλὸς, vt quum ait, πρὸς φλεχθεῖσα, καὶ δι' ἁλὸς ὄντος σκελετωθεῖσα δι' ἁλὸς, καὶ ξηρανθεῖσα ἐν σκιᾷ, ambusta, exēterata, inueterata sale, & in vmbra siccata, vt Ruell. vertit. Alii, Inassata, exemptisque interaneis asseruata sale, in vmbráque reficcata. G

C. ΚΑΤΑσκελετόω, idem cum κατασκελέω, quod vide. Diogenes Laer. ἐπανελθεῖν ἰσχνὸν καὶ κατεσκελετωμένον. Aridũ, Exuccum, Extenuatum macie. κατεξηραμμένον. Bud.

¶ Ex σκελέω, facta syncope. ORITVR Σκλέω, VNDE Σκλῆμα. Quæ inusitata quidem sunt, formant tamen ex SCRIPTVRA. PERF. Ἐσκληκα, quod signif. Arefactus induci, Durus ex nimia siccitate factus. Item, perinde ac si Σκλῆμα quoq; pass. significationē haberet. Apoll. l.1 Argon. αὐστηρὸς χρὼς, Ἐσκλῆκα. Vnde PARTICIP. Ἐσκληκὼς. SIVE Ἐσκληκὼς, ῶτος, Durus: ex siccitate factus, Qui exaruit simul & obduruit, seu Aridus, Resiccatus. Apollon. l.2 Arg. οἴγ' ἤσαν ἐσκληκῶτες. Item Ἐσκληκότα Suid. & Hesych. exp. πρὸς ἐσκληκότα, πρὸς ξηρότατα: dicentes esse metaph. ἀπὸ τῆς πρὸς ξηρανομένων. Signif. igitur hoc loco ἐσκληκὼς, Qui ita addictus seu assiduus est aliqua in re vt in ea propemodũ exarescat: quo modo & πρὸς πεπωκώς. H

C. ΑΠΟσκλῆμι, Exarefco: itē Emacior & Tabefio seu Contabefco. Vnde infinit. Ἀποσκλῆναι, secundum Eust. vt σῆναι ab ἵσημι. Verùm sicut ἵσημι actiuam habet signif. ita & σκλῆμι actiuum esse, non neutrum, meritò quis suspicetur, vt denotet Exarefacio, Emacio, Cōtabefacio, at aoristus ille 2 ἀποσκλῆναι, & præt. perf. ἀπέσκληκα, (vnde part. ticip. ἀπεσκληκὼς) passiua potius sunt, quemadmodum ἀπέσβην & ἀπέσβηκα. Alciphron, ἀποσκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ, Periculum est mihi ne fame tabefiam, vel intabescam, aut, Ne præ fame intabescam, seu Tabe cōficiar, aut cōsumar: vel Tabidus moriar, seu tabefactus. Sunt etiã qui vertãt Exarescam. Itidem cum λιμῷ iunxit hoc verbum Luc. in dialogo Diogenis, Antisthenis, & Cratetis, ὁ δὲ Βλεψίας λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι, καὶ ἐδήλου, ὠχρὸς ἐς ὑπόβολον καὶ λεπτὸς ἐς τὴν ἀκριβέστατον φαινόμενος. Vbi non dubiũ est (quum de mortuo sit mentio) quin ἀπεσκληκέναι significet Intabuisse, vel exitabuisse. id est, tabe perisse, vel cōsumptus esse. vt tum λιμῷ vertatur præ fame. Sic & Suid. Ἀποσκλῆναι simpliciter exp. ἀποθανεῖν, id est mori. item ἀποσκλαίη, (sicut & Hesych.) ἀποθάνοι. Interdũ tamē capitur etiam simpliciter pro Emaciari, Tabidum fieri. vnde ἀπεσκληκὼς apud Luc. (teste Bud.) Tabidus, Aridus. dicitur enim de homine emaciato, τὸ σῶμα ἀπεσκληκώς. Hesych. Ἀποσκλαίη exponit actiua quoq; signif. ἀποξηραίνοι, id est Exarescere faciat. ‖ Ἀπεσκληκέναι exponitur etiam Induruisse vel Induratũ esse, itidémque in isto Chrysostomi loco, in libro De sacerdotio, ἀπεσκληκυῖα ψυχὴ τῇ τῆς σωφροσύνης αὐστηρότητι, exponitur, Anima quæ obduruit. Alii, Anima quæ callum obduxit. In hoc certè Luc. loco apertè videtur ἀπεσκληκυῖα sonare, Dura & aspera facta, καὶ πᾶσα κρημνώδης καὶ ἀπότομος, καὶ πέτραις καὶ τραχώσιν ἀπεσκληκυῖα. I

C. ΚΑΤΑσκλῆμι, itidem Exarefco, Exiccesco: vel etiã Emacior, Contabesco. accipiēdo neutraliter, sicut PRAET. PERF. Κατέσκληκα significat Exarui, Emaciatus & tabefactus sum, Cōtabui. Vnde PARTICIP. Κατεσκληκώς, Qui exaruit, Qui emaciatus est & contabuit. Luc. κατέσκληκε. ὅλος ὑπὸ φροντίδων ἐκπεπτωκώς, Totus emaciatus est, præ curis tabefactus. vel Aridus macilētúsq; factus est, Exaruit & emacruit. Idem, ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, & τὸ σῶμα κατεσκληκότα, Pallidum semper præ curis, & corpore extabefactum, vel tabefactũ: vel Corpus habentem exarefactum, vt Suid. κατεσκληκὼς exp. ἐξηραμμένος. In altero autē loco κατέσκληκεν verti potius debet Emaciat⁹ est quàm Exaruit aut Extabuit seu Intabuit: quoniam additur ἐκπεπτωκώς. Apud Basil. Bud. κατεσκληκέναι vertit itidem Contabuisse, Intabuisse. At in v.l. Κατέσκληκα exp. Morbo vel fame contabui: quasi κατέσκληκα per se valeat idem quod κατέσκληκα νόσῳ, vel κατέσκληκα λιμῷ. ‖ Κατεσκληκέναι exponitur etiã Induruisse vel Induratum esse. vt in hoc Theophr. loco, ζοῦπυ δ' ἄμπον ὅπ καὶ κατέσκληκέ πως, ὀλκελοιπότος τοῦ οἰκείου θερμοῦ, Gaza κατέσκληκε vertit Indurata sunt. K

C. ΠΡΟΣσκλῆμι, Exarefco seu extabefco studio quo alicui rei addictus sum. Vnde PARTICIP. Προσεσκληκὼς, quo vtitur Suid. suprà in exponendo ἐσκληκώς. L

Σκλῆμα, ατος, τὸ, in v.l. expon. Ossis exiccatio. Quod σκλῆμα deriuari quidem potest à σκλέω seu σκλῆμι: apud nullum tamen lexicographum repertum est. Apud Galen. verò in lex. Hippocr. INVENI Σκλήματα, σκελετώσεις, συμπιπτούσας, qua nimirum corpus hominis arefactum collabitur, & fit σκελετός.

Σκληφρὸς, οῦ, ὁ, Cuius corpus exaruit & attenuatum est, seu emacruit. Hesychio enim σκληφροὶ sunt οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασι. Suid. σκληφρὸς exp. ὁ σκληρὸς & παρηβηκὼς, ὁ τὰ σκελεὰ φέρειν δεδωκώς: tradēs Acharnenses ab Aristophane dici σκληφροὺς, quoniam erant ἄγελοι καὶ σκληροί. M

Σκληρὸς, ῶ, ὁ, Durus: ex ariditate nimirũ. nã quæ exaruerũt, durescere solēt. oppositũ habet Μαλακὸς, Mollis. vt apud Ath. 14, ἡ ἕψησις τὰ σκληρὰ μαλάττει. Itē pasta dicitur σκληρὰ, dura. Arist. Rh. 3, τῷ μάττοντι, ἐρομένῳ πότερον σκληρὰ ἢ μαλακὴν μάττει. Necnon aluus σκληρὰ dicitur, quæ nimirũ non fluit. Apud Athenæum 14, — κοιλίαν σκληρὰν ἔχεις, duram aluum, vt Horatius & Plin. loquuntur. Itidémque Hippocr. πᾶσι τοῖς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι, quibus vēter astrictus est, vt Celsus interpretatur. Quibus in locis τὸ σκληρὸς seu Durus, oppositum esse potest Laxus, ὑγρὸς, vt apud Xenophontem in Cyneg. sibi opponuntur αἱ ὑγραὶ λαγόνες & αἱ σκληραί: vt & in lib. De re equestri, τὸ ὑγρὸν τῷ χαλινῷ & τὸ σκληρόν. quod quid sit, & quomodo accipiēdum, docet pag. 554 ipse Xenophon. Sed aliquã etiam λειότητος significationem ibidem habet τὸ ὑγρὸν, vt σκληρὸς aliquam asperitatis seu τραχύτητος: vt & quũ dicitur σκληρὰ δίαιτα, vitæ institutum durum & asperũ. Herodianus lib. 3, τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης, duritia atque asperitas victus. Et Luc. De salt. βίῳ αὐχμηρῷ συζῶν, καὶ μόνον τὸ σκληρὸν, ἀγαθὸν ἡγούμενος. pro quo Philo dicit τὸν αὐστηρὸν καὶ σκληροδίαιτον βίον. Itidem & σκληρὰ ἤθη, Mores qui emolliti nondum sunt, sed adhuc duri: vt Ouid. Emollit mores, nec finit esse feros. Plutarch. Sympos. 7, τὰ σκληρότατα τῶν ἠθῶν, ὥς φασιν οἱ πυθαγορικοὶ, μαλάττουσι καὶ κάμπτουσι πρὸς τὸ ὁμοιοτάτου. Itidémque apud eundem in lib. quem περὶ ἀθυμίας scripsit, homo σκληρὸς καὶ ἀπηνὴς: & apud Aristotelem, Ethic. 4, cap. 8, τοῖς δὲ λέγουσι δυςχεραίνοντες, ἄγελοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. Sic Plautus, Scio sæuus quàm sit homo & durus. Eodémque modo apud Cicer. Homo asperior & durior opponuntur moderato & miti. Simili metaph. πρὸς σκελεῖς φρένες à Sophocle dicuntur. De herbis quoque & aquis ac vinis dicitur. Athen. lib. 2, σκληραὶ ῥίζαι. Et l.1, τὰ σκληρὰ τῶν ὑδάτων: & paulo antè, οἶνος σκληρός. vt Virg. sapor Bacchi durus. Itidem & apud Theophr. σκληρὸς χυλὸς, succus durus seu asper. Ibidem ὀσμὴ σκληρὰ καὶ ἀγλυκεῖς, quibus opponit ἁδρεῖς & γλυκείας. Ibidem, ὀσμὴ δριμυτέρα καὶ σκληροτέρα. Præterea apud Suidã ex Æliano, οἱ ἄνεμοι οἱ σκληροὶ, venti duri & asperi. Apud eundem βροντὰ σκληραὶ, dura & horrida tonitrua: (vt apud Hesiod. σκληρὸν ἐβρόντησε, durè grauitérque tonuit) Item apud eundem σκληρὰ ἀοιδὸς, de sphinge. Item & apud Aristoph. ὦ σκληρὲ δαίμων, vt apud poetas Dura sors, & Duræ sorores, de parcis.

Σκληρὸς Hesychio est etiam νόσημα τῆς ἀραχνίδων ἐν τοῖς σμήνεσι, πρὸς τὸ σήπεσθαι τὰ κηρία, Quum faui in alueariibus putrescunt innatis araneis. Vel (si mauis) Vitiũ in alueariis quo innatis araneis faui corrumpuntur. de quo Virg. Georg. 4, Aut durum tineæ genus, aut inuisa Mineruæ In foribus laxos suspendit aranea casses. Itidémque Colum. l.9, c.14, ad vitandũ id malũ, iubet araneos qui fauos corrumpũt, detrahere. Sed notandũ, apud Aristot. passim, atq; adeo & apud ipsum Hesych. SCRIBI ETIAM Κλῆρος, quēadmodum apud Plin. quoq; Clerus. Virg. verbis suprà citatis, Durũ tineæ genus, videtur id vitium exprimere: vt σκληρὸν seu κλῆρον esse dicamus, quũ tinea illa innascens fauos corrumpit, facítque vt ceræ durescãt & exiccescãt. Aristot. l.9, Hist. an. c.40, κλῆρον sic describit, γίνεται ὑπὸ τῶν ἐδάφους σκωλήκια σμικρὰ, ἀφ' ὧν αὐξομένων, ὥστε πράγματα παρέχει τὸ σμῆνος ὅλον, καὶ σήπεται τὰ κηρία.

C. Σκληρόγεως, Durum solum habens. ἡ σκληρόγεως etiam dicitur pro ἡ σκληρὰ γῆ, solum durũ, vt apud Virg. Arua dura, Glebæ duræ. Philo De mũdo, ὑπαγαγεῖν τὴν σκληρόγεων καὶ λιθωδεστάτων ὀρυκτήρων ἐκ ἔλαττον, solũ etia prædurum & glareosum fossorũ more subigere. vt B. vertit.

C. Σκληροδίαιτος, ου, ὁ & ἡ, Qui durã vitã viuit, Qui victu vtitur nõ molli nec delicato, sed duro, Cui placet τὸ σκληρὸν ἡ δίαιτης. Dicitur etiã σκληροδίαιτος βίος, pro Victus durus, seu Vita dura. Philo De vita M. l.3, ὅσοι τὸν αὐστηρὸν καὶ σκληροδίαιτον βίον ζηλοῦσι, qui asperam & duram viuendi disciplinam æmulantur.

C. Σκληρόκοκκος, Dura grana habẽs. Athen. lib. 14, ῥοῶν σκληροκόκκων.

C. Σκληροπρόσωπος, Qui dura est facie, seu Cordis sui duritiem vultu prodens, Qui vultu aspero & immiti cor quoque asperum & immite indicat.

C. Σκληρόδορκος, Duram carnem habens, seu duriusculam.

C. Σκληραγωγέω, ῶ, Durè educo. τὴν σκληρὰν τῆς διαίτης assuefacio, aut in eo exerceo. Luc. De Danao, σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐπυρεῖν διδάσκει. ET Σκληραγωγία, ας, ἡ, Dura educatio, Dura tractatio. σκληραὶ δίαιται, seu σκληροδίαιτος βίος. Chrysost. De sacerd. σκληραγωγία τοῦ σώματος.

C. Σκληραύχην, ενος, ὁ & ἡ & τὸ, Duriceruicus, vt Polit. dixit Incuruiceruicũ pecus. id est, Qui duræ est ceruicis. Suid. σκληροτράχηλος, ἀκαμπής.

Σκληρῶς, Durè, Duriter. vt Terent. Parcè ac duriter agebat: σκληρῶς δίωγε. Item σκληρῶς ἀναζεῶσθαι, cubare lecto duro: Xen. Cyneg. p. 581, ἀναζεῶσθαί τε σκληρῶς δυνατὸν ἔσοιτο.

Σκληρότης, ητος, ἡ, Duritia seu Durities. Plat. Phil. πρὸς τὰ πολλὰ σκληρότητα, ad ea quæ à prima duritiæ nota remotissima sunt, vt B. interpr. p. 249. De morũ animiq; duritie apud Synes. ep. 73 accipitur. & apud Aristot. De arte poet. Ille. n. dicit τὴν ἀπηνεστάτων καὶ ὀνομαστοτάτων ὅτι σκληρότητα, sæuissimorũ ac animi duritie nobilitatorũ: hic autẽ, ἥθους, ὄντας ὅτι πεικεῖς, ποιεῖν τὴν δράσιν σκληρότητος, vt Homer. in Achille fecit, εἰ πρὸς σκελεῖς φρένας affingẽs. Dicitur etiã de ea duritate quæ in verbis est, vt Cic. vocat, apud Herm. Necnõ de succorũ saporũmq; duritie & asperitate. Theophr. De caus. pl. l.6, c.23, ἔστι γὰρ πῆς, ὥς φασιν καὶ οἶνος, καὶ ἁπλῶς χυλὸς, σκληρότης καὶ ἰσχὺς, ὥσπερ καὶ ὀσμῆς. nã τὰ ἄγρια, sylueſtria, spirãt vt plurimũ σκληρὰς ὀσμὰς καὶ ἀγλυκεῖς: cõtrà τὰ ἥμερα, quæ miti natura sunt, vt hortẽsia ac satiua, aliquã habẽt γλυκότητα & ἁδρότητα. Sicut verò dicit σκληρὰ ὀσμὴ, ita ibidẽ μαλακῆς τ' ὀσμῆς γινομένης. At Eretriẽses pro Σκληρότης DICERE Σκληροτὴρ, testatur Pla. in Crat.

Σκληρία, ας, ἡ, Duritia, Durities. idem cum σκληρότης.

Σκληρόω, ῶ, Duro, Induro.

Σκλήρωμα, ατος, τὸ, Duritia. est scirrhus in collo veteri magna ex parte cõsistens, prætumidus quidem, minimẽ renitens, & doloris cuiusdã particeps. Est igitur scirrhi species nõ exquisiti quidẽ, sed habẽtis aliquid humoris bilioſi aut pituitoſi: quo dolor mouetur aliquis, nec perinde tactui renititur atq; is qui à solo humore melã cholico gignitur. Itaq; etiãsi dici potest σκίῤῥος οἰδήματός ἢ ἐρισιπελατώδης, attamen in ea parte excitatũ, σκληρώματος nomẽ promeruit, vt Paul. Æg. l.3, prodidit. Gorr.

Σκληρωῶ, itidem Duro, Induro, Obduro. In ep. ad Rom. 9, ὃν θέλει, ἐλεεῖ· ὃν θέλει, σκληρύνει. Et in ep. ad Hebr. 3, ex ps. 95, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν. Ibidẽ, pass. voce & signif. ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας, neq; induretur seu indurescat.

Σκληρωτικὸς, ῶ, ὁ, Durãdi seu indurandi vim habens. Apud medicos σκληρωτικὰ φάρμακα, quæ & σκληρωτικὰ, indurãtia medicamẽta: quæ nimirũ duritiem corpori inducũt. Quod tribus modis fit: primo, siccitate, quã & validus lõgũsq; motus inducit, & solis æstus, & medicamẽta siccãtia sumpta vel admota, & inedia per accidẽs desiccãs, & febris ardens aut lõga, & affectus animi, & vigiliæ, & cæteræ causæ siccantes: idque propriè siccũ nõminatur. Secundo, aliquid durũ fit cõcretione, videlicet à vehemẽter frigido humore in partẽ affluente, vel in ea propter frigidã intemperiẽ nato, vel à frigidis admotis in ea congelato: & id propriè durum appellatur. Tertio, repletione, largo & superfluo humore aut vapore in partẽ aliquã affluente. quódq; ita durũ est, propriè DICITVR Ἀνήτυπον, i. renitẽs. Cæteta corpora, præsertim verò inanima, tribus modis dura dicũtur: (quẽadmodũ calida & frigida) vno quidem, absolutè seu in summo dura, vt terra dura: altero, per excessum, vt vnguis, os, calcar, cornu: tertio verò, in collatione ad symmetrũ sui generis, vel ad quoduis obuiũ, vel ad seipsũ, dum se haberet secundũ naturã. quo modo nõ durum simpliciter, sed durí⁹ aliquid propriè appellatur. EST AVTEM Σκληρὸν Platoni in Tim. Cui caro nostra cẽdit: Aristoteli, Quod secundũ superficiẽ in se nõ cedit. Hæc, inter alia, Gorr.

C. ΑΠΟσκληρώω, Induro, Obduro. Vtitur Alex. Aphrod. Pass. Ἀποσκληρώομαι, Induror, Obduror. Vnde Particip. ἀποσκληρωμένος & ἀποσκληρωθείς.

Eiusdẽ sign. EST Ἀποσκληρόω. Exponitur tamen etiã Indurescо, neutraliter: affertúrq; ex Chrys. ἀποσκληρωκότα βίον καὶ βραχὺ καὶ ἀκριβῆ μὴ δεομένοις ἀποδέξασθαι, pro Duram vitam. quam alibi σκληραγωγίαν appellat.

ΣΚΕΛΟΣ, εος, τὸ, Crus: à σκέλλω dictum volunt διὰ τὸ ἄδορκον. Est autem pars corporis organica, à coxendice ad imum pedem protensa: præcipuum ambulationis in-

strumentum. Diuiditur autem εἰς μηρὸν, femur, κνήμην, tibiam, & πόδα, pedem, sicut brachium quoque tribus constat partibus: brachio propriè dicto, cubito & manu extrema: quæ τοῖς σκέλεσι partibus respondent. Aristoteles Hist. anim. l. 2, βραχίονας κάμπτει καὶ σκέλη, brachia & crura flectit. Idem lib. 8 dicit ἀρρωστίας signum esse τὸ τὰ ὀπίσθια σκέλη ἐφέλκειν ὅλῃ τὰ ἔμπροσθια, quum posteriora crura languidè & veluti attracta subsequuntur priora. Contrà ῥιπτεῖν σκέλη pro Agiliter atque velociter concitare crura, vt quum lib. 1 Rhet. dicit τὸν δρομικὸν εἶναι τὸν δεινάμενον τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως, καὶ κινεῖν ἐκχὺ καὶ πόρρω. Idem rursus, ὅμα τοῖς σκελοῖν τελευτῶσιν εἰς τοὺς πόδας. Vbi Gaza, Per femora cruráque in plantas finiunt. Item ὄπισθε σκελοῖν, super crura, vt ὄπισθε ποδοῖν, super pedes. Plato Sympos. βαδιοῦνται ὀρθοὶ ὄπισθε δυοῖν σκελοῖν. Et mox, ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται σκέλους. At ὄπισθε σκέλος, Cessim, Retró. Euripides Phœniss. de Eteocle, ὄπισθε σκέλος πάλιν χωρεῖ, retrocedit. Item κατὰ σκέλος, pedatim: sequendo Plin. interpr. qui quod Aristot. dicit Historiæ anim. lib. 2, ἡ δὲ ἀρχὴ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ πᾶσι κατὰ σκέλος δὲ βαδίζουσιν ὅ, τε λέων καὶ αἱ κάμηλοι, his verbis reddidit, lib. 11, cap. 45, Ita reliqua vt libitum est gradiuntur: leo & camelus tantùm pedatim. hoc est, (inquit Camer.) vt sinister pes non transeat dextrum, sed tantùm subsequatur. Idem Aristot. lib. 9, de leone itidem, βάδιζει ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ θραχὺ ὑπεκφεύγει. Plinius dicit leonem contemptim restitantémque cedere. Celsus σκέλη interpretatur Genua: hæc Hippocr. τὰ σκέλεα κεκμηῶν ξυνκεκαμμένα εἶτ), sic vertens, Vbi ægro genua contracta sunt. Itidémque Geopon. autor habet τὰς ἐχούσας σκέλη ὀρθὰ, pro eo quod Varro, Pecudes rectis genibus. Plinius vertit interdum Pedes, interdũ Suffrago. veluti quum hæc Aristotelis, ἀμφότερα τὰ σκέλη, καὶ τὰ πρόσθια καὶ τὰ ὀπίσθια, vertit, Posteriores pedes & priores. (Alibi pro Priores pedes dicit Priorem corporis partẽ: vt quum τὰ πρόσθια σκέλη συνεπαίρειν apud Aristotelem interpr. Adiuuare in attollenda priore corporis parte) Idem hæc Aristot. τὰ σκέλη εἰς τὰ ὄπισθεν κάμπτει, ita reddidit, Suffraginem in posteriora curuant. Apud Aristophanẽ ῥίπτειν seu ἐκλακτίζειν σκέλος ὑψόμνιον, saltationis genus est, quo pedes velut in cælum iactãtur, vt quum equus aut aliud iumentum calcibus aera verberat. In Vespis, σκέλος οὐρανίον ἐκλακτίζων. Et mox, ῥίπτε σκέλος ὑψόμνιον. Ibidẽ, αἴρω σκέλος ἐκλακτισάτω τις: accipiẽdo αἴρω pro ὑψόμνιον, in sublime.

C. Σκελοτύρβη, ης, ἡ, est crurum resolutio, qua totus homo rectà ingredi nequit, sed aliquando sinistrum latus in dextrum, aliquando dextrum in sinistrum circunfert, aliquando crus post se trahit: non aliter quàm qui valde acclíues locos conscendit, vt Gorraeus tradit. Autor Defin. medic. dicit σκελοτύρβιν esse εἶδος τραχυτέρας, ὥστε τραπεῖν ἐπ' ἀγκῶνα μὴ δυνάσθαι, καὶ ποτὲ μὲν κατ' ὀλίγον, ποτὲ δὲ τὸ ἀδύνατον εἰς τὰ δεξιὰ τρεφέρειν, ἢ τὸ δεξιὸν εἰς τὰ ἀριστερά. καὶ ποτὲ μὲν ὀκνοῦν τὸ σκέλος, ὡς τοῖς οἱ ἀναβαίνοντες τὴν μεγάλην. Plinius lib. 25, cap. 3, In Germania trãs Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagésque in genibus soluerentur. Stomacacen medici vocabant & scelotyrben ea mala. Sed notandum apud eum haberi ε non ο, in antep. tanquam à NOM. Σκελετύρβη: quam scripturã Gorr. quoque sequitur, quum tamen altera magis rationi consentanea sit.

C. Ἀσκελὴς, ές, ὁ & ἡ, Crura non habens. Plato in Tim. ἀσκελὲς καὶ ἄποδον ἐγένετο. Pro quibus Cicero, Ingrediendi membra non dedit. Aduerbialiter PONVNTVR Ἀσκελὲς ET Ἀσκελέως, pro ἀμεταβάτως: nimirum & ipsa κατὰ στέρησιν τοῦ σκελῶν. Item Ἀσκελὲς sine στέρησι significat ἴσον, seu pari mensura: perinde acsi ἀσκελὴς pro ἰσοσκελὴς acciperetur. Exempla vtriusq; signif. in superiore ἀσκελὴς post Σκέλω adduxi.

C. Βραδυσκελὴς, Tardis cruribus incedens, Tardigradus. In Epigr. βραδυσκελὴς Ἥφαιστος, qui à Catullo Tardipes dicitur: quod Tardipes ad verbum respondet τοῖς βραδύποις. In v.l. HABETVR ET Βραδύσκελος, sed sine autore & exemplo.

C. Ἰσοσκελὴς, Qui paribus seu æqualibus cruribus est. Martian. Capella De geom. Τείπλευρος tres habet formas: (nam trigonus est) aut ἰσόπλευρον, quod Latinè Æquilaterũ dicitur, quod tribus paribus lineis lateribúsq; cõcurrit: aut ἰσοσκελὲς, quod ex tribus lineis duas æquales habet, quibus quasi cruribus insistit: deniq; Æquicrurium vocitatur.

C. Κακοσκελὴς, Qui malis est cruribus: CONTRA Εὐσκελὴς, Qui bonis. illud ex Xenoph. hoc ex Platone citat Pollux lib. 2.

C. Λεπτοσκελὴς, Qui tenuibus est cruribus, Gracilia crura habens.

C. Μακροσκελὴς, Cui longa crura sunt, Prælongis seu prolixis cruribus præditus.

C. Μονοσκελὴς, Vnicum crus habens. Plin. lib. 7, cap. 2, Item hominum genus qui μονοσκελεῖς vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum: eosdémque sciopodas vocari, quòd in maiori æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedũ protegant. Sed nota ibi scribi Monoscelí: quæ scriptura si mendo caret, erit NOMIN. Μονόσκελος, VT Βραδύσκελος habetur in v.l.

C. Περισκελὴς, Crura ambiens seu circundans. PLVR. Περισκελῆ dicuntur caligæ & feminales seu femorales & tibiales: Latini vocant Femoralia seu Feminalia & Tibialia. Hieron. in epist. ad Fabiolam, Quæ Græci περισκελῆ vocant, nostri feminalia dicunt, vel bracas vsq; ad genua pertingentes. Vbi nota eum περισκελῆ pro femoralibus tantùm, non item pro tibialibus accipere, licet & tibia τὸ σκέλος pars sit. Frequenter in veteri test. occurrit vbi de sacerdotum habitu sermo fit: vt Ecclesiastici cap. 45, Ezech. cap. 44, Exodi 18, Leuit. 6, περισκελῆ λινᾶ ἕξεισι, feminalia linea habebunt. Itidem & apud Philonẽ in vita M. lib. 3, χιτῶνας λινοῦς, ζώνας τε καὶ περισκελῆ. Vbi Turn. vertit, Cingula & caligas.

ITEM Περισκέλιον ET Περισκελὶς significant & ipsa Feminale seu Femorale, Caliga, Braca: teste Suida, qui περισκέλια exponit βρακία, φριμιάλια. Leuit. cap. 16, χιτῶνα λινοῦν ἐνδύσεται, καὶ περισκέλιον λινοῦν ἔσται ὅλῃ τῇ χρωτὸς αὐτοῦ, καὶ ζώνῃ λινῇ ζώσεται. Vbi Hebraici textus versio habet, Tunica linea vestietur: feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea. Verùm περισκελὶς mulieribus potius & puellis cõuenit, putátq; Cælius Rhodig. esse quod vulgus in Italia gremiale vocat & trauersam. Menander enim apud Poll. lib. 2 dicit παῖς κόρας φορεῖν περισκελίδας. Idem Pollux lib. 5, cap. 16, in γυναικείῳ κόσμῳ (id est in mundo muliebri) inter alia ponit περιφύρια, περιπτίδας, seu περιπτία & περισκελίδας. Necnõ Porphyrio περισκελίδα esse ait ornamentum pedis circa crura, apud Horat. epist. 18, libri primi, Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam, Sæpe periscelidem raptam sibi flentis. Legitur & in vulgata Hebraici textus versione apud Esaiam, cap. 3, vbi minatur Dominus se ablaturum ornamenta filiabus Sion. Et apud Plutarch. in Præcept. sanit. πλείων γυναικῶν αὐ ὑποδήματα διάχρυσα περέλης, καὶ ψέλλια καὶ περισκελίδας, καὶ πορφύραν.

C. Τεισκελὴς, Tria habẽs crura, Qui tribus nititur cruribus, vt τεισκελεῖς τράπεζαι, mensæ tripedes Horatio: itidémque Aristophani τείποδες τράπεζαι, vt videbis in Τράπεζα. pag. 118, A.

C. Ὑψοσκελὴς, Qui est cruribus grandioribus, vt Ficin. vertit apud Platonem in Tim. Itẽ versus ὑψοσκελὴς ET Μακροσκελὴς dicitur qui vna syllaba seu dimidio pede cæterorum mensuram superat, alio nomine ὑψίμετρος dictus, vt Virgilianus ille, Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Permittunt autem hanc sibilicentiam poetæ quũ sequens versus à vocali aut diphthongo incipit, qua cum ἡ ὑψοσκελὴς seu ὑψίμετρος syllaba præcedentis per συναλοιφὴν confletur.

C. Ὑποσκελίζω, Subiecto crure euerto & deiicio, Supplanto. Luc. οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι ἀλλήλοις ὑποσκελίζουσι, alii impliciti, subiectis sese cruribus mutuò euertunt & supplantant. Eubul. comic. apud Athenæum initio libri 2, de vino, Φοιτᾷ γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς, Ὑποσκελίζει ῥᾴστα τοὺς πεπωκότας, Supplantat, Prosternit. Et rursum Luc. in lib. De calumn. παρωθεῖται καὶ τραχηλίζεται τὸν πλησίον, & τὸν πρὸς αὐτὸ, εἰ δύναιτο, ὑποσπᾷ & ὑποσκελίζει. eum autem qui ὑποσκελίζεται, dicit ἀνατρέπεσθαι, euerti, & solet

quis ὑποσκελίζεσθαι aut in cursu aut in lucta: in lucta, vt in suprà citato Luciani loco: in cursu seu incessu, in hoc proximo, & in præcedente Eubuli: itidémque in hoc Plutar. De frat. am. πολλοὶ ἀλλήλοις ὑποσκελίζοντες. Metaphoricè accipitur tum à Demosthene, tum à Philone in vita Mosis lib. 1, τὰς προθυμίας ὑποσκελίζειν τοῦ αὐθαδιάζεσθαι πραττομένων, labefactatis. Itidémque passi. voce & signif. eodem libro, πᾶς τῆς ψυχῆς ὑγιαινούσης ὁρμαῖς ἑπόμενος, καὶ μηδεμίαν ἐᾶν ὑποσκελίζεσθαι, nullam supplantari labefactaríque sinens. In propria autem significatione vsus est passiuo Plutarchus in libro De educ. liber. ὑπὸ τῆς πολυχρονίου δεσμοῦ σωματείας οὐ δυναμένοι βαδίζειν, ὑποσκελίζονται, supplantantur & concidunt. Quidam ὑποσκελίζεσθαι eo loco accipiunt pro Claudicare, Nutantibus lapsantibúsque vestigiis progredi, Gradatim alternatimque eundo crura promouere, vt Virgil. de Mezentio ait, Ille pedem referens, & inutilis inque ligatus Cedebat. — & — attollit in ægrũ Se femur. Hesychius ὑποσκελίσαι exponit ἀπατήσαι, χλεύασαι: Suidas verò ὑποσκέλισον accipit pro τῆς ὁρμῆς κώλυσον, apud Dauidem, τρόφασον αὐτοὺς καὶ ὑποσκέλισον. vt sit, Supplantes eos impetúmque quo feruntur, inhibeas.

Ὑποσκελισμὸς, οῦ, ὁ, Supplantatio, Quum aliquem in lucta cursuve aut incessu supplantamus, seu crure subiecto labefactamus. Quod quum quis patitur, DICITVR Ὑποσκέλισμα. hoc enim passiuum, illud actiuum significationem habet. potéstq; illud dici Supplantatio, hoc verò, Lapsus seu ruina ex supplantatione.

Σ Ο Λ Ο Σ, ου, SIVE Σόλοι, vrbs Ciliciæ, ab Achiuis & Rhodius condita: in quam poſtmodum Pompeius piratas collocauit, & à ſe Pompeiopolin vocauit, teſte Strab. lib. 14, pag. 193, & Dione, l. 37, pag. 8. Meminit & Steph. quo teſte, ciuis eius vrbis, DICITVR Σολεύς ET Σόλιος. ‖ Eſt & vrbs Cypri hoc nomine, antè dicta Æpea, quam Philocyprus rex Cypri in locum commodiorem tranſlatam & ampliatã cõnſilio Solonis, in ipſius Solonis honorem Solos nuncupauit, vt Plut. in Solonis vita docet, pag. 169 meæ edit. vbi vrbem iſtam ipſe Solon in quodam carmine vocat ſuum φίλος, & eam à ſe ὠκίσθαι teſtatur: ciuéſque itidem eius Σολίοις nominat. Diog. Laert. in Vita Sol. ait huius Cypriæ vrbis incolas Σολίους dici, illius autẽ, Σολεῖς: quã vrbem Ciliciæ à Solone conditam fuiſſe. Nominatiuo autem ſing. Σόλος vtitur Euſt. p. 1332.

C. Σολοίτυπος χαλκὸς, Æs Solis cuſum. Heſych. dicit eſſe genus æris Cypri: dictum eſt autem ab vrbe Cypri quæ Soli vocatur. AT Σολοιτύπος quod idem exp. μωροκτύπος, videtur potius à Σόλος deriuatum, quod diſcum ſignificat, pro σολοτύπος, vt ὁδοιπόρος pro ὁδοπόρος.

C. Σόλοικοι, Qui Solis habitarunt. Peculiariter dicebantur Σόλοικοι qui quum Solis habitaſſent, Attici tamẽ eſſent, πὼ ἀγῶνα παρεκόπτουσαν Ἀττικὴν γλῶτταν, καὶ ἐξεκοικίσθησαν, διὰ τὸν ἐν Σόλοις οἰκισμόν, vt Euſt. tradit apud Dionyſ. De ſitu orbis, loquẽs de vrbe Ciliciæ quæ Soli nominatur. Itidem & Suid. & Diog. Laert. infrà in Σολοικίζειν. Generaliter autem barbari omnes nominati fuerunt σόλοικοι. Hipponax, τοὺς σολοίκους ἢν ἐθέλοισι φρονῶσι, barbaros venũdant quò volunt. Pro vitioſo & barbarè loquente, apud Luc. in Demon. κωμιδῶν ἀπαιδεύτου ἀνθρώπου καὶ σολοίκου εἰπόντος, ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τιμήσειν. Itemque ſicut βαρβαρόφωνος, ita σόλοικον aliquid in verbis dicitur. vt Athen. l. 4, τὸ δὲ λέγειν Ἑαυτοῦ, σόλοικον. dicendum enim potius σφᾶς αὐτοῦς, quia è ſingularis numeri eſt: αὐτοῦς autem, pluralis. Sic σόλοικος φθόγγος apud Anacr. de oratione barbara. Extẽditur τὸ σόλοικον latius etiam. dicit enim Plut. in vita Dionis Syracuſ. οὐδὲν ἐν τῇ διαίτῃ σόλοικον ἐνδεικνύμενος, Nihil quod nõ deceret talem hominẽ, Nihil quod non conueniret eiuſmodi viro. Et Cic. ad Attic. lib. 14, Nihil enim tam σόλοικον ἢ τυραννοκτόνοις in cælo eſſe, tyranni acta defendi. Nec non ob vitioſos prauóſque mores aliquis σόλοικος dicitur, id eſt barbarus. vt Cic. Natura & moribus barbarus. Plut. Polit. præc. ὡς περ ἔνιοι τὴν ἀπειροκάλων καὶ σολοίκων. Sic Xenoph. Pæd. 8, de Daipharne quodam, σολοικότερος ἀνθρωπος τοῦ ὅπῃ, ὃς ὥστε, εἰ μὴ τὰ χὰ τὰ ἀκούοι, ἐλευθεριώτερος αὐ φαίνεται. Itidémque Ariſtoteli Rhet. 2, σολοικίαι & σόλοικοι nonnulli dicuntur διὰ τὸ οἴεσθαι ζηλοῦν τοὺς ἄλλους ἃ καὶ αὐτοί.

Hesych. σόλοικον exp. non solùm τὸ ἀμαθές, sed σόλοικος etiam ὀθνεοσυρμῶδες, ἀδιάφορος.

c.2. Σολοικοφαὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui σόλοικος videtur esse, at non est: vt Suidæ Σολοικοφανὲς χωρίον dicitur τὸ δοκοῦν μὴ μετέχειν σολοικισμοῦ, μὴ μετέχον δέ. Itidem in oratione & verbis σολοικοφανὲς dicitur quod σόλοικον quidem & incongruum videtur, non est tamen: cuius generis hæc afferuntur exempla: ex Virg. Centauro inuehitur magna, &— Prænestè sub ipsa: & ex Terent. In Eunuchum suam. Vbi mascul. & neutr. fœmininum iungitur, ob suam. Vbi mascul. & neutr. fœmininum iungitur, ob suam. Vbi mascul. & neutr. fœmininum iungitur, ob bauditū aliud fœmininū, Naui, Vrbe, Fabulam. ἀλλοίωσιν alio nomine dici tradunt.

c.2. Ὑποσόλοικος, Aliquantū σόλοικος. Cic. epist. 12, lib. 2 ad Attic. Ludos Antii spectare nō placet. Est enim ὑποσόλοικον, quum velim vitare omnium deliciarū suspicionem, repentè ἀναφαίνεσθαι nō solùm delicatè, sed etiam ineptè peregrinantem. Et epist. penult. lib. 14, Quinetiam hoc ipso tēpore multa ὑποσόλοικα. Paulo antè dicit, Quid absurdius?

Σολοικία, ας, ἡ, idem quod τὸ σόλοικον, seu σολοικισμός. Luc. De saltat. σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ὀθνεῖκοὶ ὑπὸ ἀμαθίας. Faciunt autem solœcismos saltatores imperiti quū inconcinnè & extra numeros rhythmósque mouentur, aut serius tardiúsve. A Latinis dicitur Solœcismus. Inuen.— solœcismum liceat fecisse marito.

Σολοικίζω, Refero solœcos in loquendo, Solœcismum facio in loquendo, Non loquor vt probatus loquendi mos fert. Diog. Laert. in vita Solonis, scribit Solonem in Ciliciam profectum, vrbē ibi condidisse, & à se Solos nominasse, in eámque ὀλίγους πιὰς ἀπὸ Ἀθηναίων ἐγκατοικίσαι: qui progressu temporis τῷ φωνῷ ἐπεξενωθέντες, dicti fuerint σολοικίζειν, quasi dicas Ipso sono & voce prodere sese Solis habitasse, ibique concinnum & Atticum loquendi genus Cilicensi & barbaro permutasse. Frequēs huius verbi vsus. Epigr. libr. 2, in Rhetor. Μὴ δὲ λαλῶν τερφίω ἐσολοίκισε Φλάκκος ὁ ῥήτωρ, Καὶ μέλλων χαίρειν, ἀθὺς ἐβαρβάρισε. vbi nota σολοικίζειν & βαρβαρίζειν copulari, sicut & apud Plut. in suo περὶ διωπίας libello, ἐὰν ἐκεῖνος σολοικίσῃ τερφοιμιαζόμενος, ἢ βαρβαρίσῃ δίκην ὑθλος. Et in lib. De discern. amico & adul. ὀθνεῖα πολλὰ μὴν παιδὶ περὶ δέπνου καὶ γεραφείου, σολοικίζοντος δὲ καὶ βαρβαρίζοντος οὐ δοκῶν ἀκούειν, de præceptore grammatico. Item vtitur Aristot. l. 3, Rhet. ἐπὶ πάδε ποιεῖ σολοικίζειν, τὸ μὴ ἀποδιδόναι, ἐὰν μὴ ὀθνεῖ ὑπὸ ἀμφοῖν ὁ ἁρμόττει. vnde patet solœcismum esse non in simplicibus solùm verbis, sed & in compositione & constructione eorundem. id est in oratione. Luc. verò dicit etiam σολοικίζειν Ἀττικῶς, in Solœcista, εἰώθει δὲ καὶ τοὺς τοὺς σολοικίζοντας Ἀττικῶς, παίζειν, eos qui in Atticismis facerent solœcismos. Vbi vide multa exempla σολοικισμῶν. Sed latius etiam extenditur τὸ σολοικίζειν, sicut & τὸ σόλοικον. Nam apud Plutarch. in libello De audiendo, σολοικίζειν τοῖς τῶν ἀκροάσιν dicitur auditor, Qui non attentè audiens, gestu aliquo incomposito ineptit. Siquidem & in gestu & in actione etiam Quintilianus ponit solœcismum. Vnde illud Polemonis dictum apud Macrobium, οὔπος ἐσολοίκισε, quū malus actor tragœdiæ Iouem exclamans, manum depressisset: & rursus ὤμοι pronuntians, sustulisset. Sic Luc. in Solœcista dicit σολοικίζειν τὸν μνησθόμενον αὐτῷ. Ibidē pass. παρ' ὃ, τι ἕκαστον σεσολοίκισται.

Σολοικισμός, οῦ, ὁ, Solœcismus. Gell. lib. 5, cap. 20, Solœcismo Latino vocabulo ab Asinio Capitone, eiusdémque ætatis aliis, Imparilitas appellatus, à vetustioribus Latinis Stribiligo dicebatur, à versura videlicet & prauitate tortuosæ orationis, tāquam strobiligo quædam. Quod vitium Asinius Capito hisce verbis diffiniuit, Solœcismus, est impar & inconueniens compositura partium orationis. Ibidem dubitat idem Gell. an σολοικισμὸς sit vocabulum Atticis vsitatum & antiquioribus Latinis. videntúrq; ei vtrique potius σόλοικον dixisse quàm σολοικισμόν. Vtitur tamen eo præter Plutarchum Lucianus. vt in Vit. auct. σολοικισμῶν ἐμπεπλάσθαι καὶ ἀπόπτων ῥημάτων. Plut. autem Symp. 8, probl. 9, τοῖς τῶν λόγου μαθείοις, καὶ πᾶς τοῖς ἄλλοις ποιεῖν σωζέσι, καμνόν ἐγκρίνεσθαι βαρβαρισμὸν ἢ σολοικισμόν, ἀλαίφνης δυνατὸν ὄντι. Rursum Luc. σολοικισμὸν ποιεῖν, & ἐν σολοικισμῷ ποιεῖν, in suo Solœcista. Apud eundem Nigrinus taxat etiam quosdam σολοικισμοὺς τῶν ἡδονῶν, seu homines περὶ τὰς ἡδονὰς σολοικίζοντας, qui inconuenienter vtuntur voluptatibus. Sic Plut. οὐ σίχων οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀσυχήματα καὶ πλημμελήματα καὶ σολοικισμοὺς, delicta & solœcismos qui in vita committuntur. Itidem Martial. Vnus quum sitis, duo Calliodore sedetis: Surge, solœcismum Calliodore facis. Ac σολοικισμὸν generaliter appellant quicquid perperam fit, nec rectè aut ordine suo: propriè autem ita dicitur λόγος ἀκαταλλήλως πεπαγμένος, vt Suid. definit. cuius rei exempla vide apud Donatum in lib. De figuris.

Σολοικιστής, οῦ, ὁ, Qui in loquendo σολοικίζει, seu solœcismos facit. Ita inscribitur dialogus quidam Luc. qui & Ψευδεσοφιστής.

Σ Ο Ρ Ο' Σ,

ου, ὁ, Loculus, Conditorium: in quo nimirum defuncti cōduntur, Sepulchrū, seu Capulum, Sandapila. Iliad. ψ, Ὡς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύψαι. Et in Epigr. ἐγχάλκος σορὸς, sandapila ærea, seu loculus æreus. Et Plut. in Numa λιθίνας σοροὺς, Loculos lapideos, Cōditoria lapidea: de sepulchro Numæ regis. Et σοροὶ σαρκοφάγοι, loculi qui corpora arrodunt seu adedunt, ex Dioscor. lib 5, cap. 142. Aristoph. verò Vesp. dixit, Ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὡραίας σοροῦ, id est, Desiderare & amare videris pulchrā sandapilam, pro Formosam vetulam. Et comicus quidam apud Athenæū, lib. 13, Ἐπεὶ τεθνᾶσι τοῖς ἔπεσιν ἡ Γνάθαινα, καὶ Ἡδη πλέως ἐν ὁμολογουμένῳ σορὸς, & capularis facta esset, id est Capulo propediem efferenda, vtpote morti vicina ob decrepitam ætatem.

C. Σοροδαίμων, ονος, ὁ, Dæmō capularis, Larua sepulchralis. Ita vocatur senex capularis, qui morti vicinus, propediem sandapila efferendus est & inhumandus. Plut. De lib. educ. pag. 22 meæ edit. τὴν δὲ φρονεῖν ὑμῖν ἀπὸ τῶν παῖδας ἀπειλᾶν; κροτόλιρος καὶ σοροδαίμων ὄδε. ITIDEM Σορέλλιν Hesychio teste est σκάμμα τὴν ὅθεν χωνεύουσιν εἰς τοὺς γέροντας. Et idipsum Eust. ex Aristoph. citat, addens & πυμβοχόοων dici. Latini quoque à Capulum dicunt Capularis senex pro eo qui iam morti contiguus est, teste Nonio, citāte hunc locum ex Cæcilio, Tune amare audes edentule & capularis senex? Eodem sensu Plautus, Iráne tibi ego videor oppidò Acherontius, capularis? Idē, Capulo proximus. Et Nouius,— pater Prius in capulo quàm in curuli sella suspēdant nates. Eodem Nonio teste, Silicernios dici voluerunt senes incuruos, quasi iam sepulchrorum suorum silices aspicientes: vt Cincius, Dum iam silicernius sui finem temporis expectarer.

C. Σοροποιὸς, οῦ, ὁ, Qui sandapilas compingit, Sandapilarū fabricator, seu faber. (vt Iuuen. Inter carnifices & fabros sandapilarum) seu Libitinarius. Epigramm. lib. 2, Καὶ πᾶσι νμία νύξ, ἐν φαρμακεῦ, εἷς σοροποιός. Vtitur & Aristophanes Nub.

C. Σοροπλήκτης ET Σοροπλὴξ itidem scommaticè in senem capularem seu capulo proximum dicuntur, perinde vt σοροδαίμων, σορέλλιν & τυμβοχόραν: vt testatur Eust. p. 1431. Significant autem ad verbum A sandapila seu libitina percussus seu perculsus: dicitúrque de eo qui sandapilæ propediem est includendus.

C. Σοροποιὸς, οῦ, ὁ, Qui sandapilas conficit. idem quod præcedens Σοροποιός. Poll. lib. 10, c. 31, σοροποιοῦ σκεύη.

C. Εὐρύσορος, Latum habens loculum seu capulum. In Epigr. legitur Ἀρύσορον σῆμα pro Amplum & capax sepulchrum.

Σορηδὸν, In modum loculi seu busti. Hesych. exp. ὁμοῦ. sed apud eum SCRIBITVR Σωρηδὸν, per ω in prima. ac certè eam expositionem sequendo, per ω potius scribendum, à σωρὸς, cumulus, vt significet Cumulatim, Aceruatim.

Σορεύω, Aggero, Cumulo. vnde apud Hesych. Σορεύει, συνάγει. Alii exp. Cadauera cumulo & congero, nimirum in σορόν. Sed videndū ne potius scribendum sit Σωρεύω: itidémque Σωρείτης PRO Σορείτης, à Σωρὸς, quod diuersam à superiore σορὸς habet significationem.

Σωρὸς enim significat Cumulus, Aceruus. Hesiod. Erg. 2, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται, quo tempore prudens formica aceruum congerit, eorum quibus ad vitam hyeme

sustentādā indiget. Plut. Symp. 6, πυρῶν ὀντεθεὶς σωρῷ, tritici aceruo impositus. Aristoph. σωρὸς χρημάτων. Et prouerb. σωρὸς ἀγαθῶν, aceruus bonorum, de quo Erasmus in Chil. Item apud Suidam, τὸ παλαιὸν οἱ κναφεῖς ἀκαθάρτων σωρὸν συρράψαντες, τὰ ἱμάτια ἔκναπτον. vbi videtur σωρὸς significare potius Fasciculus.

Σωρηδὸν, Aceruatim, Cumulatim. Philo De vita Mosis, lib. 1, πολὺς δὲ καὶ ἀνθρώπων ὄχλος ὑπὸ δίψους διεφθαρεὶς, ἔκειτο σωρηδὸν ὅθι τ' τρεῖδων, in triuiis aceruatim iacebat. Herodian. lib. 4, ἔξω τῆς πόλεως κομιζόντα σωρηδὸν, extra vrbem exportata aceruatim. Ibidem, σωρηδὸν χέοντες, aceruatim effundunt.

Σωρεύω. F. εύσω, Cumulo, Aceruo: interdum Cumulatim obruo, Aceruatim onero. Herodian. lib. 4, λιβανῶν πολὺ βωμοὺς ἐσώρευσεν, thure altaria cumulauit. Et lib. 5, τοῖς τε βωμοῖς ἐπεπίθει, παντοδαποῖς ὀδώμασι σωρεύων, cumulatis supra aras omne genus odoribus. Pass. Σωρεύομαι, Cumulor, Aceruor, Cumulatim aggeror. Herodian. lib. 4, μεγάλου ὄντος τοῦ χώματος καὶ διεβάπτου ὑπὸ τῶν σωμάτων σεσωρευμένων, ingenti quodam ac vix peruio aggere cadauerum structo. Et lib. 8, χοῦ τε τῆς γῆς ἐς αὐτὰ σωρευθέντος, puluere multo saburratis, seu aceruatim obrutis.

Σώρευμα, ατος, τὸ, Cumulus, Aceruus. idem cum σωρός. Xen. Pæd. 7.

Σώρευσις, εως, ἡ, Aceruatio, Cumulatio. seu Coaceruatio, Aggestio quæ cumulatim seu aceruatim fit.

Σωρευτὸς, οῦ, ὁ, Aceruatus, Cumulatus. Apud Athen. lib. 7, Γόγγρου σὺ ὁμοῦ μέλη σωρευτὰ, πιμελῆς τ' πυγέμοντα.

Σωρεία, ας, ἡ, idem. Ab Hesych. & Suida exponitur πλῆθος, Multitudo. Idem igitur propemodum fuerit cum σωρὸς & σώρευμα.

Σωρεός, οῦ, ὁ, idem quod σωρός. Suid.

C. ΕΠΙσωρεύω, Accumulo. Aceruatim aggero.

C. ΚΑΤΑσωρεύω itidem Accumulo, seu Coaceruo, Aceruatim congero.

C. ΠΕΡΙσωρεύω, Circumcirca cumulo & aceruo. seu Cumulo circumcirca obruo, Aceruo vndique onero.

C. ΣΥΝσωρεύω, Coaceruo, Aceruatim congero.

Σωρείτης, ου, ὁ, dicitur syllogismi genus quoddam apud dialecticos. Cic. lib. 2 De diuin. Quem ad modum soriti resistas? quem, si necesse sit, Latino verbo liceat Aceruatem appellare. Sed nihil opus est. vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic Sorites satis Latino sermone tritus est. Et in Lucullo, Et primùm quidem hoc reprehendēdū, quòd captiosissimo genere interrogationis vtuntur: quod genus minimè in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. σωρείτας hos vocant, qui aceruum efficiunt, vno addito grano. Vlp. De verb. & rer. signif. Natura cauillationis quam Græci σωρείτην appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur. Meminit Diog. Laert. variis in locis.

Σώρακος itidem pro σωρὸς accipiunt nonnulli in hoc loco Vabrii, quem Suid. in suo lex. habet, sed sine expositione, Ποῦ δ' ὀστρίων ἐν σωρὸς, ἢ πίθος σύκων, Σπάνιοι τε μέλιτος, σώρακοί τε φοινίκων. Et apud Aristoph. itidem accipi posset, Κακῶν τοσούτων σωρὸ ἐλέ μοι σώρακον: vt sit, tot malorum aceruum. Poll. tamen eum locum citans, dicit σώρακον esse τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν, vas in quo histriones sua vestimēta reponunt. Hesych. exp. ἀγγεῖον εἰς ὃ σῦκα συμβάλλεται, vas in quod ficus conniciuntur: vel in quod conniciuntur ξυλοκαυθήλια. AT Σωρακὶς Polluci lib. 1, est τὸ πλεκόμενον ὀκ τῆς φοινικαμπελόνης κοῖλον καὶ δεδεμένον τοῖς ἱμάντεσι, ἐν ἀπαστέλλει τὰ τεῖχα καὶ ὀκλιπάνει. vnde quidam dicunt esse instrumentum equisonis cauum quo equi crines cohibentur.

Σ Ο Φ Ὸ Σ,

ή, ὁ, Sapiens. Plutarchus, δοκεῖν σοφὸν εἶναι μὴ ὄντα. Aristot. Rhet. 1. τῷ νόμῳ σοφώτερον ζητεῖν εἶναι, sapientiorem legibus. Rursum apud Plut. dicit Merope illa tragica, αἱ τύχαι με σοφὴν ἔθηκαν, sapientem me reddiderunt, Effecere vt sapiam & cordata sim: sicut idem alibi dicit ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Medea autē illa Euripidea suadet, Χρὴ δ' οὔποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ, Παῖδας τοιούτους ὀκδιδάσκειν σοφούς. Vbi sicut dicuntur σοφοὶ παῖδες, ita & σοφοὶ λόγοι, sapientia verba, vt Eurip. apud Plut. idē initio libelli qui περὶ ἀδολεσχίας inscribitur, Σοφοὶ ἐπαιτεῖν ἀνδρὶ μὴν σοφῷ λόγοι. nam ἀκροατὴς ἀσυνέτος & stolidus non aliter respuit hominis sapientis & cordati verba quàm vas angusti orificii superinfusos liquores. Et οἱ ἑπτὰ σοφοὶ, septem illi viri qui sapientiores in Græcia habebantur: quorum συμπόσιον conscripsit Plut. pag. 153 opusculorū eius à me editorū. Quò pertinet illud apud Athen. 10, συγγνώμης Κλεοβούλου τοῦ σοφοῦ, Cleobuli illius qui vnus ex septem illis Græciæ sapientibus viris habebatur. Est autem discrimen inter σοφὸν & φρόνιμον, inter sapientem & prudentem. vt Aristot. Eth. 6, cap. 7, scribit, Anaxagoram, Thaletem, & eiusmodi viros alios, σοφοὺς quidem, at non φρονίμους appellari ab hominibus: quoniam nimirum vident eos ἀγνοεῖν τὰ συμφέροντ' αὐτοῖς, & scire quidem περιττὰ καὶ θαυμαστὰ, καὶ χαλεπὰ καὶ δαιμόνια, sed ἄχρηστα. quippe qui τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ non quærant: φρόνιμον autem versari circa τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ, καὶ περὶ ὧν ὅσι βουλεύσασθαι. Verùm latè extenditur σοφὸς, & dicitur aliquis σοφὸς εἴς τινι vel τι, id est Sapiens aliqua re, vel Sapiens & callidus aliqua in re, vel Peritus alicuius rei, & plurimum in ea versatus, ac propterea probè eam callens. Soph. λέγε γνώμῃ σοφὸν φῶναι, πιοῦσαν ὄντα, mente sapientem esse qui talis sit. Cum accusatiuo autem frequentius construitur. Plato in Apolog. καὶ πάλαι σοφώτατοι, in aliis quoque rebus sapientissimi. Ibidem, μείζω τινὰ ἢ κατ' ἄνθρωπον σοφίαν σοφοὶ εἶεν, maiore aliqua præditi sint sapientia quàm homo aliquis. Ibidem, ἐγὼ δὲ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν ξυνίημι ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν, cōscius mihi sum, nihil neque magnum neque paruum me scire. Et Naz. σοφοὶ τὰ μάταια, In vanis rebus sapientes, seu Vana sapientia præditi, Vani sapientes, qui nimirum τὰ θεῖα σοφοὶ οὐκ εἰσί. Itidem Luc. παιδεραστὴς εἰμι καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά: sicut Plato in Charm. dicit, σοφώτατον εἶ τὸν Κεφάλαν τὰ ἐρωτικά, peritissimum artis amandi. Sic σοφὸς τὰ ναυτικά, rei nauticæ peritus. Cū genitiuo etiā construxit Greg. Naz. dicens σοφοὶ τῶν κακοποιῶν, Qui in malis artibus sunt sapientes & acuti, seu Qui malas artes callent, Qui malarū artium periti sunt. Interdum & cum præposit. περὶ suum habente casum iungitur, vt apud Plat. in Apolog. Socr. εἴ τις περὶ τοῦ ποιούντων σοφὸς ὄν, siquis talium callens est. Herodian. lib. 3, ἀνδρὰ ἀπατεῶνα, σοφόν τι περὶ ὀπλοῦλιν, callidum & astutum in struendis insidiis. Polit. vertit, Plenum fraudis & insidiarum. Denique cuiuslibet opificii artifices, σοφοὶ dicebātur, qui videlicet periti suæ artis essent, seu qui probè callerent artem suam: vt Iliad. ο, σοφὸς ἥ περ τέκτων. Qua de re plura vide infrà in Σοφία. Necnon & res scitè & doctè ab artifice elaborata & confecta, vt σοφὰ φάρμακα, docta pharmaca. Itidem aliquid σοφὸν dicitur quod sapiens seu sapientis viri est, scitum, eruditum: interdum etiam Argutum, Callidum. Plut. in suo περὶ διωπίας libello, οὐ γελοῖον οὐδὲ ἀδέλπρον, ἀλλὰ σοφὸν, τὸ τοῦ Ἡσιόδου, Τὸν φιλέοντ' ὅτι δαΐζε καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι. Idē in Conuiu. sept. sap. ἀλλὰ καὶ τοῦτ', ἔφη, Θάλεω τὸ σοφὸν ὄν, atque etiā istud Thaletis scitū est. Synes. epist. 4, σοφὸν ἐν ἀποβάσει νεώς, consultum fuisset, seu sapienter fecissem, si è naui exiuissemus. Item, τί σοῦ ἦν τοῦτο; οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφὸν, Nihil varium nec argutū, Nihil callidū seu Ab homine callido & solerte profectum. Sunt autem hæc Demosth. Phil. 3.

Σοφὸς alicubi redditur etiam Prudens, tanquam positum pro φρόνιμος.

C. Σοφοκλεῖς prouerbio dicebantur ætate Plinii iunioris adolescentes qui arrogantius & ambitiosius ad agendas causas accedebant, non aliam ob rem quàm vt sapientes vocarentur, & audirent grande illud σοφὸς: seu vt grande σοφὸς clamaret illis turba, vt Martialis loquitur. Nam in acclamationibus & plausibus ὀπηχωνεῖσθαι solebat σοφὸς, vel σοφῶς, seu καλῶς καὶ σοφῶς. Claudian. Enmoueo plausus, & pallidus omnia laudo, Et clarum repeto térque quatérque Σοφῶς. Vide Erasm. in Adag. Σοφοκλεῖς, & Plin. epist. 14, ad Maximum, lib. 2. At Σοφοκλῆς nomē propriū nobilis illius tragici cuius etiamnū hodie aliquot extant fabulæ: qui & ipse à sapientia clarus est, vt iambo illo qui ad Pythiam refertur, declara-

tur, Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης· Ἀνδρῶν ὃ παύ- A
πων Σωκράτης σοφώτατος.

C. Ἄσοφος, Qui sapiens non est, Insipiens. vel etiam Imperitus. Poll. lib. 4, cap. 1, σκαιός, ἀπαίδευτος, ἄσοφος. VNDE Ἀσόφως, Insipienter, Stolidè seu stultè, Imperité. Poll. loco citato, σκαιῶς, ἀπαιδεύτως, ἀσόφως. ET Ἀσοφία, ας, ἡ, Insipientia, Stultitia, Imperitia. Poll. tamen loco citato negat dici ἀσοφία, sicut nec ἀλογισία dici ab ἀλόγιστος.

C. Ἡμίσοφος, Semisapiens. Luc. Hermot. τὸν εἶπε ἡμίσοφον εἶπε σοφὸν ἤδη, τὰ βελτίω κρίνειν ὑπὲρ πολλοὺς ἡμᾶς δ' ὠιάζοντα. B

C. Κενόσοφος, In vanis & inanibus sapiens, seu Inani sapientia præditus, ὁ τὰ μάταια σοφός, vt Gregor. Naz. loquitur. VNDE Κενοσοφία, ας, ἡ, Inanis & vana sapientia.

C. Παίσοφος, Sapiẽtissimus, Omnifaria sapientia præditus. Dei epitheton, apud Philonem De mundo. Quod verò Iulian. imp. in epist. ad Iamblich. dicit, πῶς παίσοφον ἁρμονίαν κινοῦσι, Bud. vertit, Cienti concentum doctissimum.

C. Φιλόσοφος, Amans sapientiam, seu Expetens sapiẽtiam. vt Cic. lib. 2 De offic. Sapientiam qui expetunt igitur, φιλόσοφοι nominantur: nec quicquam aliud est φιλοσοφία, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Idem Cicero, quod Plato dicit lib. 5 De rep. beatas fore resp. ἐὰν οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς καὶ δυνασταὶ φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς τοῦτον ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, sic vertit, Si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent: aut qui regerent, omnè suum studium in doctrina & sapientia collocassent: hanc coniunctionem videlicet potestatis ac sapientiæ saluti ciuitatibus esse posse. Cui Platonis loco similis est quidam in eiusdem Platonis epist. 7, D quem in φιλοσοφίω citabo. Possumus igitur, Cic. sequuti, φιλόσοφος reddere modò, Qui sapientiam expetit, modò Sapientiæ studio deditus, modò, Sapiens & doctus: qui tamen & Græcum vocabulum frequentius retinet, vt & alii ex Latinis. Æsch. & Plut. αἰὴρ φιλόσοφος. Isocr. Panath. ἢ ἄλλων πουδαιοτέρους καὶ φιλοσοφωτέρους εἶ νομίζοντας, studiosiores & sapientiã magis expetentes. Idem ad Demon. πειρᾶ τὸ μὲν σῶμα εἶ φιλόπονος, τὸν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος, corpus assuefac laborũ studio, animum autem studio sapientiæ. Vbi nota τὸν ψυχὴν E φιλόσοφος, quod & apud Plat. legitur Polit. 2. Sic Plut in lib. De præcept. sanit. φιλόσοφος γὰρ εἶ τὸν φύσει. At plurali numero φιλόσοφοι de hominibus sapientiæ studio deditis, seu viris doctis & sapientibus, passim obuium: ac laudi nonnunquam est, interdum crimini vertitur nomen illud, nimirum ob vitia quorũdam qui φιλοσόφων titulum vsurpabant. vt apud Athen. l. 12, taxatur ἡ φιλοσόφων περυφερότης, dicuntúrque αἱ φιλοσόφων αἱρέσεις ὅλαι τῆς τοῦ τὸν περυφὴν αἱρέσεως ἀπὸ ποιεῖσθαι. Apud eũdem Athen. lib. 2 quidam διδασκόμενοι τοῦ φιλοσόφων τὰ δεῖπνα. F Irridentur à Luc. quoque in lib. qui Βίων προᾶσις inscribitur. Sæpe & οἱ τοῦ φιλοσόφων παῖδες, pro οἱ φιλόσοφοι, sicut οἱ ἰατρῶν παῖδες pro οἱ ἰατροί. Discriminis verò causa dicuntur οἱ ἀρχαῖοι φιλόσοφοι, & οἱ νεώτεροι φιλόσοφοι, Plutarch. Item οἱ περιπατητικοί, οἱ κυνικοί. Et apud Athen. l. 12, Eurip. dicitur σκηνικὸς φιλόσοφος, scenicus philosophus: vt qui sapientiam suam & doctrinam in scenis & theatris patefaceret & exerceret. Et apud theologos Christianos, οἱ ἔξωθεν φιλόσοφοι, pro οἱ σοφοὶ seu φιλόσοφοι τὰ ἔξω, qui eius sapientiæ studio dediti sunt quæ extra Christum est, id est ethnici & circa profana philosophi: οἱ οὐ φιλόσοφοι τὰ Χριστοῦ: si ita loqui liceat, vt Luc. dicit φιλόσοφος G πάσῃ χώρᾳ, studens philosophiæ gẽtis suæ, seu Philosophiæ more gẽtis studẽs, vt B. vertit. sic verò & σοφὸς cũ accusatiuo construi, suprà multis exemplis docui. Interdum φιλόσοφος reddas potius Philosophicus, Philosopho dignus. Plut. De deo Socr. καλὴ καὶ φιλόσοφος θεοῦ μία. Idem De fort. Alex. lib. 1, φιλοσόφου ὄντος ψυχῆς, σοφίας ἐρᾶν. Idem De def. orac. φωνὴν σεμνὴν καὶ φιλοσοφωτάτην, vocem sanctissimam, maximéque philosophicam. Sic Synes. epist. 145, φιλόσοφον καὶ Λακωνικὴν ὑπισχόμενοι οὐκ ἤνεγκε, H philosophicum & Laconicum imperium. Et Philo De vita M. lib. 1, χρησόμενον εἰς ἐπανόρθωσιν βίου φιλοσόφοις καὶ παγκάλοις διδασκάλοις, philosophicis institutis. Exponitur etiã Sapiens. vt apud Synes. ep. 154, ἐπαινεῖ τὸν φιλο-

σοφίαν ὡς φιλοσοφωτάτην αἱρέσεων, vt sectam sapientissimã. A
C. 2. Φιλοσοφομειρακίσκος, Adolescẽtulus philosophiæ deditus, seu Qui adolescens admodum philosophatur. Athen. lib. 13.

c. 2. Ἀντιφιλόσοφος, Philosophis seu philosophiæ cõtrarius. VNDE Ἀντιφιλοσοφία, ας, ἡ, Studium philosophiæ cõtrarium. Bud. αὐτιφιλοσοφίαν vocat aulicam conuersationẽ, quæ ex diametro contraria est philosophiæ.

c. 2. Ἀφιλόσοφος, Qui philosophus nõ est, A philosophia alienus seu abhorrens. Athen. lib. 13. οὐδὲν ἧττον ὅτι τοὺς καλουμένους φιλοσόφους ἀφιλοσοφώτερον. Exponitur etiã Non conueniens philosophiæ.

Φιλοσόφως, Philosophicè, seu Vt philosophum decet. Plut. Alex. πρὸς θεὸν κύνησιν ἰσχυρὰς ἀποστάλμενοι καὶ φιλοσόφως. Vtitur & alibi.

Φιλοσοφία, ας, ἡ, Amor sapientiæ, seu Studium sapientiæ, vt Ciceronem interpretari videbis paulo antè in Φιλόσοφος. Idem tamen Cic. pluribus in locis Græcum vocabulum retinet. Isocr. ad Nicocl. ὅ, τι αὖ ἀκριβῶς εἰδέναι βούλῃ, ἐμπειρία μὲν πρὸς καὶ φιλοσοφίᾳ, id vsu & sapientiæ studio assequere. vt Aristot. dicit τοῦ φιλοσοφίας ἄκος ὀπιζητεῖν. Epicurus autẽ apud Athen. lib. 13, ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὤν, ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτῷ ὅτι φιλοσοφίαν παρεγχωμίοις, τοιαύτας φωνὰς θεοῖς ἐνίδρυσε, Μακαρίζω σε ὦ οὗτος, ὅτι καθαρὸς πάσης αἰτίας ὅτι φιλοσοφίαν ὥρμησας. vbi nota synonymos posita, ὅτι φιλοσοφίαν παρέρχεσθαι & ὅτι φιλοσοφίαν ὁρμᾶν. quod Cic. dicit Ad philosophiam accedere. Lycinus autem apud Luc. in Hermot. suadet τοῦ φιλοσοφήσειν μέλλοντι, ἐλέσθαι θεῶν τὸν φιλοσοφίαν τοῦ ἀρίστου, hoc est, id genus studii philosoph. quod esset præstãtissimũ. q. d. optimos sapientiæ magistros sibi eligere. nam diuersæ erant φιλόσοφων αἱρέσεις & δόγματα, vt idem alibi dicit ἡ Πυθαγόρου φιλοσοφία. Item φιλοσοφίαν ἀσκῶν, in studio sapientiæ se exercere. Idem Isocr. aliquoties pro φιλολογία vtitur, teste Bud. Accipitur & pro Studium. Alcid. τὸν αὐτοποιούμενον φιλοσοφίας τῆς τοῦ λέγειν καὶ παιδεύειν ἑτέρους. Sic Isocr. οἶμαι οὕτως αὖ μεγίστω λαμβάνειν ὀπίδοσιν τοῦ θεῖ τὰς λόγοις φιλοσοφίαν. Bud. ¶ Item Commentatio. Aristot. Polit. 3, ἔχει γὰρ τοῦτο ὑπόθεσιν καὶ φιλοσοφίαν πολιτικήν. Bud.

Φιλοσοφικός, ός, ὁ, Philosophicus, Ad philosophum pertinens: vel etiam Philosopho dignus.

Φιλοσοφέω, ῶ, Sapientiam amo, seu Sapientiæ studio deditus sum, seu Studium meum in doctrina & sapientia colloco, vt Cic suprà interpr. in Φιλόσοφος, in loco quodam Platonis. qui similis est huic eiusdem Plat. loco in epist. 7 ad Dionis propinquos, κακῶν ἐωῦ οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη πρὶν ἂν ἢ τὰ τοῦ φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς γένος ἐς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς, ἢ τὸ τοῦ δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. Vbi possis etiam interpretari Philosophiam capessere, seu Ad philosophiæ studium accedere: vt & apud Plut. De fort. Alex. Διογένη τὸν Βαβυλώνιον ἔπεισε φιλοσοφεῖν. seu Philosophiæ se dedere, Ad philosophiam se cõferre. Alioqui reddi etiam potest Philosophus sum. vt quũ Plut. dicit, τοῦ ἀληθῶς φιλοσοφούντων. Cui addi potest hoc Luc. τοῦ φιλοσοφεῖν θεωρουμένων, qui simulant se esse philosophos, seu philosophiæ deditos. ¶ Item Philosophor, id est Philosophorum more dissero & disputo. Plut. De exil. Σωκράτης ὁ φαρμακὸν πίνων ἐφιλοσόφει. Quo modo accipi potest & in Axiocho, φιλοσοφῶν οὐ θεῶν ὄχλον καὶ θέαν, ἀλλὰ θεὸς ἀμφιθαλῆ ἀλήθειαν, philosophicè disputans seu philosophans non apud vulgus & in theatro. Habes & alia huius signif. exempla apud Bud. pag. 860, & 861. Item Philosophorum more disquiro mecum & commentor seu meditor. Isocr. De pace, καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκαμεν τοὺς ῥήτορας μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συμβουλεύειν, ἀλλ' ὅπως ἐρεῖν τοὺς ἡμῶν λόγους ἐροῦσιν. Et aliquanto pòst, φιλοσοφήσετε καὶ σκέψασθε τί τὸ πεῖσαν θεῖ τὰ πόλεσι τοῦτο. Et in Paneg. σκοπεῖν καὶ φιλοσοφεῖν τοῦτον τὸν λόγον. Quo loco Bud. φιλοσοφεῖν interpr. Æstimare & inquirere, in eóque commentari, pag. 860, vbi & hunc Greg. locum affert, de Cypriano, πολλὰ καὶ παρὰ τοῦ φιλοσόφει τῷ λόγῳ, ἅμα ὃ τῷ βίῳ, sic interpretans, Et disputatione & vitæ exemplo commentabatur, constituebat, docebat. Idem Bud. pag. 861, φιλοσοφεῖν interpr.

Exercere & meditari, afferens ex Greg. itidem de Cypriano, γένεται καὶ νεωκόρος, πολλὰ δεηθεὶς, ἵνα φιλοσοφήσῃ τὸ ταπεινὸν εἰς κάθαρσιν τῆς θεστέρας ἀλαζονείας, sic reddẽs ea verba, Factus est & ædituus, quod enixis precib⁹ impetrauit, vt in humilitate cõmodè exerceri posset, ad expurgandam præteritam animi elationem. Aliquanto post φιλοσοφεῖν interpr. Occupatum esse, & circa aliquid intentum, quasi munere suo fungentem: vt Iosephus τοῦ τοῦτο ἐφιλοσόφουν. Sic Isocr. τοῦ τὸν ποιητὰ ἐφιλοσόφησαν. vbi idem B. vertit itidem Studere & commẽtari. Ibidem interpr. Disputare & tractare aliquid. vt apud Greg. οὐ καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἡμῖν τοῦτο πεφιλοσόφηκασι. Et, τοῦτο τοῦ θεοῦ πεφιλοσόφηθω παιῶν. Itidémque apud Plut. in Cæs. τὸ ἡμερολογίου διόρθωσις φιλοσοφηθεῖσα χαριέντως, ratione mathematica eleganter explicata. Ibidem ex Gregor. de martyribus & innocenter viuentibus, καὶ τοῦτο καὶ πύτων ἐπὶ θαυμαστὸν φιλοσοφήσαντας. vbi φιλοσοφεῖν exponit καρτερεῖν. sed possis cõmodius reddere Philosophica quadam tolerantia superant. Cui addit hoc eiusdẽ Greg. τὸ Κλεομβρότου πτῶμα, τοῦ τοῦ ψυχῆς λόγῳ φιλοσοφηθέν, sic interpretans, A lectione libri de anima impetu philosophico factus, vel Vi philosophici dogmatis expressus. Ibidem dicit φιλοσοφεῖν significare etiam Magno studio contendere, afferens hunc locum Isocratis Paneg. πῶς οὐ ποιήσει καὶ φιλοσοφήσει, βουλόμενος καὶ τῆς αὐτοῦ διανοίας καὶ τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς μνήμην καταλιπεῖν; Aliquanto antè φιλοσοφεῖν interpretatus fuerat διαπαίζειν & Constituere, apud eundem Isocrat. τοῦ τὸν Δάφνιν ἐρωμένῳ εἶ τοῦ Πυθίου φιλοσοφήσαντος. Possunt & aliæ interpretationes afferri, & accommodari loco qui occurrerit. ¶ Alioqui significat etiam Philosophiam docere seu profiteri. vt apud Luc. libellus τοῦ τοῦ ὅτι μισθῷ φιλοσοφούντων. Et apud Philonem De mundo, οἱ παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες, Qui apud Græcos philosophiã professi sunt, id est Philosophi Græci. Budæus vertit, Qui in Græcia philosophari instituerunt. Sicut verò Luc. in præcedenti loco dicit τοῦ ὅτι μισθῷ φιλοσοφούντων, ita Isocr. in principio Busir. enc. τοῖς ὑπὲρ φιλοσοφίας χρήματα πίζεσθαι ζητοῦσι. In quo tamen Isocratis loco Budæus φιλοσοφεῖν pro σπουδάζειν accipit, i. bonis literis operam nauare: vt apud eundem Isocr. in Nicocl. τὸ δὲ φιλοσοφεῖν τοῦ ὁδοῦ σοι δείξεις, interpretãtur nonnulli, Philosophia, id est literarum studium, vias tibi demonstrabit.

Φιλόσοφημα, ατος, τὸ, Quæstio philosophica, seu Res quam philosophica commentatione aliquis secum disquirit. Bud. exp. σκέμμα, φρόνημα, vt ἡ δικὸν φιλόσοφημα: afferens & hunc locum Aristot. in 2 De cælo, vbi de terræ situ loquens, ait, ὦ τε τοῦ τύπου ἀπορεῖν, εἰκότως ἐγγύς τε φιλόσοφημα πᾶσι, id est ζήτημα φιλοσοφικὸν καὶ διαπόρημα.

c. 2. Ἀφιλόσοφητος, Philosophiæ & literarũ expers, Qui nihil studii in doctrina & sapientia collocauit: id est ἄμαθης, Imperitus, Indoctus. Chion in epist. ad Clearchum, οὐδὲ γὰρ οἱ ἀφιλόσοφητοι, μὴ πωτὰ πασί γε μανέντες, καθ' ἡδονήν τινα τοῦ ἐπὶ χθείας ἐπιστρωῶτα.

c. 2. Εμφιλοσοφέω, ῶ, Philosophor in, Philosophicè commẽtor & disputo in. Greg. ὡς φησιν ὁ θεῖος Ἰωβ, ἐμφιλοσοφῶν τοῖς πάθεσι. Idem De theolog. γραμμᾶς ἐμφιλοσοφῶν τοῖς οὐκ οὔσαις, καὶ κάμνων ἐν τοῖς ἀπόδείξεσι, de Euclide aliisque mathematicis. Exponunt etiã Studiũ & operam meã colloco in. VNDE Εμφιλόσοφημα, ατος, τὸ, Id in quo philosophamur. vel Philosophica disputatio, Philosophicum studium. Apud Gregorium autem τὸ κοινὸν ἡμῶν ἐμφιλόσοφημα Budæus vertit, Commune nostrum studium.

c. 2. Καταφιλοσοφέω, ῶ, Philosophicè disputo contrà. vel Philosophica disputatione vinco. Basil. in orat. ad diuites, ἵνα καὶ καταφιλοσοφήσωσί σου τὴν ἀπειροκαλίαν, φασὶ, καλλωπίζειν νεκρὸν, καὶ πλουτελῶς ἐν κομίζειν τὸν οὐκέτι αἰσθανόμενον, Fortassis vt te iustis funebribus fraudent, philosophicè causabuntur, & à philosophia autoritatem mutuabuntur causãmque plebeio funere efferẽdi. seu, Philosophica argumẽtatione contra te vrẽtes dicent, incõueniens esse & absurdum, ornare defunctum, & sumptuoso funere efferre eum qui omni iam sensu destitutus sit.

c. 2. Συμφιλοσοφέω, ῶ, Vnà operam do philosophiæ: seu Vnà philosophor, Vnà philosophicè disputo. Qua in significatione affertur ex Diog. Laertio. Bud. interpr. Do me alicui philosopho, apud Plut. in Cic. ὅπισθεν δὲ τοῦ τὸ Κικέρωνος εἶσι θεὸς τὸν ὑόν, ἐξελευθερίου συμφιλοσοφεῖν Κεραίπῳ.

Σοφὸς, Sapienter, seu Doctè & sapienter. Aristophan. Ran. Ὁ μὲν σοφὸς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς. Idem in Nub. σοφὸς γε νὴ τὰς χάριτας, doctè & sapienter, seu Ingeniosè & scitè. Et in acclamationibus, καλῶς καὶ σοφῶς, quum dictis alicuius acclamantes, scitè & sapienter pronuntiata esse testabãtur: vnde apud Lat. Grũde illud σοφῶς, de quo in Σοφοκλῆς suprà. (Sed scibitur & Grãde σοφὸς) Basil. οὕτω σοφῶς φιλοτεχνοῦσα τὰς ὑποθήκας τοῦ μέλιτος, ita artificio, seu tã scitè & ingenioſe fingẽs mellis cellulas & fauos.

Σοφία, ας, ἡ, Sapientia. Cic. lib. 1 De offic. Princẽpsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant. prudentia enim, quam φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus. Idem hæc Plat. in Epiraph. πᾶσά τ' ὀπιστήμη χωρίζομεν δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία αὐτὴ οὐ σοφία φαίνεται, sic vertit, Scientia quæ est remota à iustitia, calliditas potius quàm sapientia est appellanda. Vbi nota aliquem propter ὀπιστήμαν & scientiam dici σοφόν: ideóque Aristot. Ethic. 6, cap. 7, σοφίαν esse dicit πῶς ἀκριβεστάτου τοῦ ὀπιστημῶν: & initio cap. πῶς ὃ σοφίαν ἐν τοῖς τέχναις, τοῖς ἀκριβεστάτοις τοῦ τέχνας ἀποδίδομεν, sapientiam in artibus, iis attribuimus qui cuiusque artis sunt peritissimi: Phidiam nimirum sculptorem lapidum appellantes σοφὸν, itidémque Polycletum, statuarium: nihil aliud σοφίας nomine significantes quàm ἀρετὴν τέχνης. Itidémque in Rhet. lib. 1, σοφίαν esse dicit πολλῶν καὶ θαυμαστῶν ὀπιστήμαν. Et sic Hom. ait Il. o, — ὅς ῥά τε πάσης Εὐείδ ἣ σοφίης ὑπεθημοσύνησιν Ἀθήνης. Itidémque Herodian. lib. 8, ὅπλα σοφίᾳ τέχνης, ἀλλ' οὐκ αὐδρείᾳ μάχης, τοῦ ἐκρωμένα. Rursum idem Aristot. Eth. l. 1, cap. vlt. σοφίαν, vt & σωφρόνων ac φρόνησιν, sub διανοητικῇ ἀρετῇ complectitur. Plut. lib. 1 De fort. Alex. σοφίας ἐρᾶν, amare sapientiam, in eáque assequenda operam & studium collocare: quod esse dicit φιλοσόφου ψυχῆς. Aliquanto pòst, de Indorum sapientibus, στρόφας καὶ γυμνοσοφίας ἐθάδες. Et μαίεσθαι σοφίαν, quærere sapientiam, id est studio sapientiæ deditum esse: apud Athen. lib. 13, — ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐσήσαντο, Ἀιθρόπων σκολιὴν μαιόμενοι σοφίαν. Item σοφίας ἐπ' ἄκροισι θαμίζειν, peruenisse ad culmen sapientiæ: Plut. οἰόμενον ἐν λόγοις ἱκανῶς γεγυμνάσθαι, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους λεγόμενον, σοφίας ἐπ' ἄκροισι θαμίζειν. Rursum Athen. lib. 14 dicit, πλῆθος ἂν Ἀθήνησι τῆς σοφίας ταύτης, nimirum τοῦ γελωτοποιῶν. nam cuiusuis artis artifex σοφὸς dicitur quum artem illam suam probè callet, vt ex verbis Aristot. suprà citatis manifestum est. accepit igitur ibi σοφίαν pro ipsis magistris eius artis peritissimis. Quò referri potest hoc ex Plat. epist. σοφία τοῦ εἰδῶν, pro Formarum peritia. item σοφία λόγου, pro Eruditus sermo. Itidémque σοφία δικαστικὴ καὶ δικανικὴ, vt ἡ τοῦ λέγειν φιλοσοφία καὶ παιδεύειν ἑτέρους, scientia & facultas quæ in cõcionibus & iudiciis requiritur. Plato libro secundo De rep. διδάσκαλοι σοφίας δικαστικῆς καὶ δικανικὴν διδόντες. Idem Plato epist. 6, duplicem statuit σοφίαν, nimirum πῶς ἀληθινὴν, & πῶς αὐθρωπίνω καὶ ἀναγκαίαν. necnon Plut. οἱ ἀληθῶς φιλοσοφοῦντες dicit, ad differentiam τοῦ τῆς σοφίας ὀπηχαφομένων ὄνομα, vt idem loquitur.

Σοφόω, ῶ, Sapientem reddo: alii τὸ φωπίζω.

Σοφίζω itidem redditur Sapientem reddo, Doceo sapientiam. Et pass. Σοφίζομαι, Doceor sapientiam, seu Percipio & disco sapientiam ab alio traditam. Ex Xen. Τοιαῦτα γὰρ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα, pro, Animo agitabamus & docebamur. Sic lib. 3 Reg. cap. 4, ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας αὐθρώπους, Sapientior euasit cunctis hominibus. Et Greg. Naz. σοφιστὴς ὤρως πεμπτὰ ὑπὲρ πάντας, qui omnib⁹ sapientia præstitit. Itidem σεσοφισμένος αἰὴρ, vir sapiens. Hesiod. cum genit. etiã dixit Οὔτέ π ναυπλίης σεσοφισμένος οὔτέ π νηῶν, pro οὐ σοφὸς τὰ ναυπικὰ, non peritus rei nauticæ, seu Nõ edoctus rẽ nauticã. Alioqui σοφίζομαι significat & Doceor seu Edoceor, ea significatione qua pro Intelligo seu Cognosco accipitur. vt lib. 1 Reg. c. 3, ἐσοφίσατο ὅτι Κύριος κέκληκε τὸ παιδάριον, intellexit à Domino puerum vocatum fuisse. ¶ PASS. Σοφίζομαι acti-

uam quoque significationem habet. ac interdum ponitur pro Argutè & ingeniosè comminisci aliquid aut etiam conficere. vt Philostr. initio suarum εἰκόνων, de pictura loquens, περὶ ἓν δὲ τὸ τῦπο μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείω σοφίζεται: nimirum σκιαί τε ὑποφαίνουσα, καὶ βλέμμα γινώσκουσα, ἄλλο μὲν τῷ μεμηνότος, ἄλλο δὲ τῷ αἰνιττομένου ἢ τῷ χαίροντος, & huiusmodi alia quæ σοφὸς & doctus pictor ingenii acumine obseruat. Idem in Heroic. σοφίζονται πλὴν πορφύραν, purpuram scitè & ingeniosè conficiunt. seu artificiosè. Aristophan. Nub. ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰςφέρων σοφίζομαι, semper nouas aliquas ideas affero, arguté & solerter à me excogitatas, seu Pro ingenio & solertia mea. Alicubi & pro Commẽtari ac Meditari accipi potest, vt apud Plutarch. in Sympos. sept. sap. ὁ, τι δὴ παθὼν ἢ σοφιζόμενος ὀλὴ ποιαύτλω ἦλθε δίαιταν, Quid meditans, seu Quo consilio. Et Theophyl. οὕτω γὰρ καὶ οἱ μύρμηκες συμμαχεῶντες ἀλλήλοις, καὶ τὸν μόχθον σοφίζονται, καὶ τῷ μεγίστων πόνων ἐφάπτονται, sapienter & solerter labores meditantur. Accipitur in malam quoque partem pro Vafrè & callidè comminiscor, Dolosè & fraudulenter excogito: vel etiam perago. Gregor. in orat. De sacro pasch. σόφισαί τι καὶ σὺ περὶ τὴν αἰτήσιν, vafrè quiddam excogita & tu de petitione. Idem, δεῖ μὴ σοφιστῶναι τὸν καθαρμὸν, oportet purgationem non dolosè agi. Sic aliquis σοφίζεσθαι dicitur in sermone aut disputatione, quum callidè & vafrè agit, vt decipiat eum quocum ei negotium est. Demosth. Pro cor. εἶτα σοφίζεται, καὶ φησὶ περιιέναι, ἢν μὲν οἴκοθεν ἥκετ' ἔχοντες δόξης περὶ ἡμῶν, ἀμελῆσαι. Aristot. Hist. anim. lib. 7, τῶν σοφιζομένων τινὲς θηλυ φασὶν εἶναι τὴν σελήνην. Quæ verba sic interpretantur quidam, Nonnulli cauillo sexum fœmineum lunæ tribuunt. Sic Philo De mundo, τινὲς δὲ ὅλονται σοφιζόμενοι, κατὰ Πλάτωνα, ζῷον τὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον. vbi Bud. Sunt qui captiosè disputent. ¶ Accusiunctum personæ, significat Decipio. Herodian. lib. 7, ἔςτι δὴ ὑπεβάλλοντο τινὸς, αὐτὸ τὸν δῆμον ἐσοφίσαντο, Donec nescio cuius admonitu ad hunc modum populo imposuerunt, seu Commẽti sunt, quo populum deciperent. Hesych. σοφίζεται exponit σοφὸν τι λέγει, item παρεκρούεται τῷ λόγῳ. quod ad præcedens σοφίζομαι pertinet. ¶ Ecclesiast. 10, μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ ἔργον σου, exponitur Ne velis videri sapiens in faciendo opere tuo, seu Noli te extollere.

Σεσοφισμένως, More τῶν σοφιζομένων, More eorũ qui captiosis & dolosis verbis vtuntur, id est More sophistarum. Xenoph. sub finem Cyneg. ἴσως οὖν τοῖς μὲν ὀνόμασιν ἐ σεσοφισμένως λέγω· ὧν δὲ δέονται εἰς ἀρετὴν οἱ καλῶς πεπαιδευμένοι, ὀρθῶς ἐγνωσμένα ζητῶ λέγειν.

Σόφισμα, ατος, τὸ, Inuentum callidum, Consilium aut facinus astutum. Herodian. lib. 3, ἐχρήσατο καὶ τούτῳ σοφίσματι περιμηθεστάτῳ, hoc quoq; vsus est solertissimo & prudentissimo consilio. Idem libro 8, οἰόμενος δόλον τινὰ εἶναι καθ' αὑτὸ καὶ σόφισμα, dolum contra se compositámque fraudem. Sic Thuc. lib. 6, pag. 222, ὧν τὰ ἐφ' ἡμᾶς σοφίσματα, id est dolos & technas nobis structas. Et Philo lib. 1 De vita Mosis, ὡς μηκέτι νομίζειν ἀνθρώπων σοφίσματα καὶ τέχνας εἶναι τὰ γινόμενα πεπλασμένας περὶ ἀπάτῃ. Et in Axiocho, τὰ δὲ παθήματα σοφισμάτων οὐκ ἀνέχεται, id est τῶν περθρειῶν καὶ μαγγανευμάτων, animi ægritudines non ferunt præstigias istas & illecebras orationis. Et σοφίσματα χρωμάτων, colorum fuci, ex Naz. Item ἑταιρῶν σοφίσματα apud Athen. lib. 13. nam & ipsæ suis vtuntur dolis & astutiis. Ibidẽ ἐρωτικὰ σοφίσματα. Est enim ipse quoque Amor ingeniosus & fallax. Item & στρατηγικὰ σοφίσματα dicuntur quæ alio nomine στρατήγματα vocantur, doli illi & astutiæ militares, quibus imperator exercitus ad hostem circumueniendum vtitur. Plutarch. Fab. ὅπῃ πᾶσαν ἰδέαν στρατηγικῶν σοφισμάτων καὶ παλαισμάτων τρεπόμενος. Cic. Academ. 4, Quorum sunt contorta & aculeata sophismata. sic enim appellantur Fallaces conclusiúculæ. Seneca epist. 112, lib. 19, σοφίσματα nullo vocabulo Latino aptius reddi posse ait quàm quo Cic. vsus est, Cauillationes: vafras quidem illas & quibus nihil proficit is qui eis se tradidit, neque fortior fit, neque elatior. Vide ibi plura. VNDE Σοφισματικὸς, οῦ, ὁ, Captiosus, Dolosus. aut Cauillationum peritus. vel, Ad cauillationem pertinens, seu accommodatus.

A Σοφισμὸς, ῦ, ὁ, Callida & coacta interpretatio. ἡ βεβιασμένη ἐξήγησις.

Σοφιστέον, Solerter excogitandum & tentandũ est. Aristot. Polit. 5, πάντα σοφιστέον ὅπως αἱ ὁπμαλίσται αἱαμχθῶσι πάντες ἀλλήλοις.

Σοφιστὴς, ῦ, ὁ, Doctus & peritus artifex, seu Callidus & ingeniosus artifex. Luc. in Vit. auct. πημμάτων ὀπτήμων, καὶ ὀψοποιὸς ἐμπειρότατος, καὶ ὅλως σοφιστὴς ἡδυπαθείας. Idem in lib. De luctu, θρήνων σοφιστὴς, lamentorum artifex, quales in funeribus conduci solebant. Et σοφιστὴς λόγων dicitur rhetor à Plutarch. in Lycurgo. significat igitur σοφιστὴς λόγων peritum dicendi artifice mseu magistrum. Soph. doctum quoque citharœdum σοφιστὴν appellauit: & Eupolidi is qui carminum condendorum peritus est, σοφιστὴς dictus est. Musicos itidem dictos fuisse σοφιστὰς, id est canendi magistros, Athen. docet lib. 14, citans hunc Æschyli locum, Εἶτ' ἐκεῖ σοφιστὴς καλὰ παρεσκευάζων χλω. Hesych. πεῖ μετὰ κιθάρας ἄδοντας scribit σοφιστὰς dictos fuisse. Pro sapiente etiam & docto viro σοφιστὴς accipitur: vt quum Arrian. libro 6, dicit, οἱ σοφιστὰ τῶν Ἰνδῶν: quos Plutarch. in lib. De fort. Alex. vocat τερέας καὶ γυμνοσοφιστὰς ἐπάδας, dicens esse αὐθάδας ἱερεῖς καὶ αὐτονόμους, θεῶν ἀγολάζοντας. Alii σοφοὺς appellant, vt Theophr. quum pomo quodam scribit χρῆσθαι τοῖς Ἰνδῶν τοῖς σοφοῖς: & inde Plin. Eo sapientes Indorum viuere. Alibi idem Plin. Philosophos eorum [Indorum] quos gymnosophistas vocant. Itidem Diog. Laert. initio libri 1, τοῖς παρὰ Ἰνδοῖς γυμνοσοφισταί. Similiter Suidas, quũ σοφιστὴς exposuisset διδάσκαλος, ὡς σοφίζων, subiungit, olim σοφιστὴν dictum fuisse τὸν σοφόν. Et paulo pòst, ait σοφιστὰς vocatos fuisse πάντας τοῖς πεπαιδευμένοις: atq; sic synonymos ponerẽtur σοφιστὴς & οἱ σεσοφισμένοι, qui sapientiã edocti sũt, id est viri eruditi & sapiẽtes. Huc referri potest prouerbialis ille iambus, Μισῶ σοφιστὴν ὃςτις αὐχεῖ τοῦ σοφός. Pro Doctus accepit Synes. quoque, epist. 44, ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλα πολλὰ σοφιστὰ γίνονται καὶ ἀμήχανοι, ad alia multa docti sunt. Plerunque in malam partem accipitur hoc verbale: dicuntúrque ita οἱ ἀπὸ φαινομένης σοφίας χρηματιζόμενοι, & præsertim τῆς παρὰ τοῖς λόγοις, vt Suidas docet. quemadmodum Thucyd. quoque schol. lib. 3. pagina 93, vbi autor dicit, ἀκοῆς ἡδονὴν ἠσπάζοντο, καὶ σοφιστῶν θεατῆς ἐσκόπεις, annotat, σοφιστὰ ab eo vocari non τοὺς σοφιζομένους τὴν ἀλήθειαν, (vel etiam doctores & professores τῆς ἀληθινῆς σοφίας) sed eos quos vulgus ita nominat, nimirum τοὺς διδασκάλους τῶν ῥητορικῶν παραλογισμάτων. Plutarch. in Themist. qui sophistæ appellati fuerint, & cur, docet his verbis, τὴν καλουμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν καὶ δραστήριον σωφρόνων, δικανικῆς μίξασα τέχνας, ἢ μεταχειρίσας ἀπὸ τῶν πραξέων τὴν ἀλκὴν ὅπῃ τοῖς λόγοις, σοφιστὰς παρεσκευάσατο. Vbi tamen in bonam potius accipitur partem hoc vocabulum. Cic. in Academ. quæst. scribit sophistas appellari hos qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur. Xenoph. Cyneg. dicit sui temporis sophistas reprehensos fuisse quòd ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐσοφίζοντο, καὶ οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι. Philo lib. 3 De vita Mosis, ὅθεν μεθοδεύουσιν οἱ λογοθέται καὶ σοφισταί. Plutarch. De Herod. τοῖς γὰρ σοφιστὰς ἐπιφέρεται πρὸς ἐρασίαν ἢ δόξαν ἔστι ὅτε τῷ λόγῳ κοσμεῖν τὴν ἥττω καταλαμβάνοντας. Rhetoras autem in primis dictos fuisse sophistas, apparet tum ex præcedentibus locis, tum ex hoc Luciani in Macrob. ῥητόρων δὲ, Γοργίας· ὃν τινὲς σοφιστὴν καλοῦσι. idem enim est ac si dixisset, Et Gorgias rhetor, siue (vt nonnulli eum vocant) sophista.

¶ Item Deceptor, Impostor: peculiariter autem qui vafris & dolosis verbis aliquem circumuenit. vnde apud Suidam, Σοφιστὴς, ἀπατεὼν, παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐςτι λόγοις ἀπατᾶν: & ὁ ἐπηρεάζων ἑκὼν ἐν τοῖς λόγοις. vt sunt qui captiosis rationibus decipiunt eum quocum differunt, aut sermones conferunt, aut ad quem verba faciunt. Demosth. Pro cor. δεινὸν καὶ γόητα καὶ σοφιστὴν ὀνομάζων, cauillatorem & impostorem. Sic Plato in Sympos. de Amore, δεινὸς, γόης, καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής. Xenoph. quoque Pæd. 6 dicit, νεῦε τῶν πφιλοσόφων μετὰ τῶν ἀδίκων σοφιστῶν ἔρωτες. Apud Theophylact. autem epistola 33, πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστὴς ὅςτιν ἀξιόχρεως, reddideris potius Satis solers atq; idoneus est ad decipiendũ magister.

C. Σοφισμα

C. Σοφισμανῶ, Insano sophistarum amore flagro, Ad insaniam vsque sophistis deditus sum. id est Nimis studiosus sophistarũ sectator sum. Greg. σοφισμανῶδιν Ἀθήνησι τῶν νέων οἱ πλεῖστοι καὶ ἀφρονέστεροι.

C. Ψευδοσοφιστὴς, οῦ, ὁ, Qui falso sophistæ nomen sibi vsurpat. Sic inscribitur Luciani quidam dialogus, qui & Σολοικιστής.

Σοφιστικὸς, οῦ, ὁ, Captiosus, Cauillatorius. vt σοφιστικοὺς λόγους, captiosa & dolosa ratio, Aristoteli. apud quem & σοφιστικοὶ ἔλεγχοι. Et σοφιστικὸν διλημμάτιον. Sic Lucianus, περιπίπτοντος ἐρώτημά τι σοφιστικόν. Idem Lucian. in Hermotimo, σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφρονίζων, sophisticam quæstionem. nam ibi vtendũ generaliori vocabulo. Aliquando significat Sophistarum proprium, Sophistis conueniẽs, Sophistas decens. Itẽ ἡ σοφιστικὴ, s. ὀπτήμη seu τέχνη, ars sophistica, seu cauillatrix, vt quidam interpretantur ex Quintil. libro 7, cap. 4. VNDE Σοφιστικῶς, Sophisticè, More sophistarum, Captiosè. Plutarch. Sympos. lib. 4, φίλον δὲ δεῖ μὴ πικρῶς μηδὲ σοφιστικῶς ἀκούειν, Sophisticè intelligere, Captiosè accipere. Alibi item vtitur, necnon Aristot.

Σοφιστεύω, F. εύσω, Ago σοφιστὴν, Sophisticã artem doceo seu profiteor. Ath. l. 5, πρὸς τὸ σοφιστεύειν ὥρμησε μειράκια φολαστικὰ θηρεύων. Vtitur & lib. 6, & 2, necnon Plutar. Pro Rhetoricen profiteor, ex Hermog. Exponitur etiam Philosophor: item Argutor.

Σοφιστεία, ας, ἡ, Ars sophistica. Philo lib. 1 De vita Mosis, πλὴν ἔνιοι μαντικὴν σοφιστείαν, vaticinationem ex arte sophistica perceptam, id est artem magicam. Plutarch. in libro, Quomodo quis sentiat se in virtutis studio prof. οἱ δὲ πλεῖστοι τοῖς διαλεκτικοῖς ἐνδύνοις, ἀδυὸς ἐπιστίζονται πρὸς σοφιστείαν. Sunt qui exp. Inanis sapientia.

Σοφιστάω, ῶ, Argutor, Sophistarum in modum μεγαληγορῶ, vt quidam interpretantur. Vtitur Plutarchus in libro De laude propria, οὐ γὰρ ὅτι δημαγωγοῦντος οὐδὲ σοφιστῶντος ὁ θεοῦντος ἔπαινος, οὐδὲ κρότον οὐδὲ ποππυσμὸν αἰτοῦντες.

Σοφίστρια, ας, ἡ, Magistra sophistices. vel etiam Deceptrix.

C. ΑΝΤΙσοφίζομαι, Sophismatis certo contra, Contra argutor, Sophismatis contra sophistam & arguratorem ago. VNDE Ἀντισοφιστὴς, οῦ, ὁ, Qui contra sophismatis certat. Item Qui ingeniosis commentis vtitur ad aliquid euertendum, vel Qui sapienter oppugnat. vt quũ Demetrius Platonicus à Luc. in libro De calumnia dicitur, οὐχ ἡδόμενος τῷ βίῳ τῷ βασιλέως, ἀλλ' ἀνισοφιστὴς ὢν καὶ ἀνάπτυκτος τῆς Πτολεμαίου τρυφῆς, vt qui eo bacchante aquam bibere solebat & à venereis abstinere. Sic ἀνισοφιστὴς τῆς μαγγανείας αὐτῆ, ingeniosis commẽtis & sophismatis vtens ad eius imposturas & præstigias eludendas.

C. ΠΑΡασοφίζομαι, Non dextrè seu perperam σοφίζομαι, vt quum aliquis scitè & ingeniosè parare aliquid tentãs, perperam id facit. Athenæus lib. 4, τὸν δ' ἐν τῷ Λυκείῳ κρέας παρεγχρὸν εἰς πάτχος διεσκευάσαντα, μαστιγοῦσθαι, ὡς παρασοφιζόμενον πονηρίας. Ex Aristot. autem Rher. 1, affertur, παρασοφίζεσθαι παρὰ τὴν ἰαῦθν, pro σοφώτερον ζητεῖν φαίνεσθαι τὴ ἰαῦθ, videri velle sapere supra medicum.

Σ Π Α Θ Η, ης, ἡ, Rudes, seu Rudicula. vel Spatha, Spathula: instrumentum quo pharmacopolæ & chirurgi vtuntur ad mouendũ pharmacum in mortario aut olla. Dioscorides lib. 1, cap. 66, vbi de confectione cyprini vnguenti agit, κίνει σπάθῃ, ἕως αὐ ψυχῇ, μὴ διαλείπων, spatha agitato, nulla dũ refrixerit intermissione. Columella vtitur & ipse hac voce, vt quũ dicit, Permisceto spatha lignea. Sic Plin. & ante eum Cels. Idem Col. Rudiculam quoque dicit: vt, Rudicula lignea peragitato, donec perfectè refrigescat. Alibi, Rudicula agitato crebrò, vsqueadeo dũ fiat tam crassa quàm mel. Itẽ, Miscetur rudiculis donec rufescat. Vide & Σπαθίς. ¶ Σπάθη ab Hesych. exponitur μάχαιρα, ξίφος, gladius, ensis. Vegetius gladios maiores, spathas vocari docet: minores verò, semispathas. & sic σπάθη idem fuerit cum ξίφος, ensis: semispatha autem, idẽ cum μάχαιρα, gladius breuior, quales erant Laconici: ideóque αἱ Λακωνικαὶ μάχαιραι ἐσκωπίοντο εἰς τὴν μικρότητα. Vtitur hoc vocabulo in hac signif. Apuleius, atque etiamnũ hodie lingua Italica, mutãs θ in d: apud Græcos autem, Euripides, Menander, Philemon, teste Polluce lib. 10. c. 31. ¶ Est etiã instrumentum equisonum, quo vtuntur περὶ θεραπείαν τοῦ ἵππου: nimirum τὸ ἐκκαθαῖρον τὴν τρίχα πτερῷ ἐοικὸς ξύλον. Poll. Eidẽ Poll. σπάθη est etiam ἰσουργικὸν ἐργαλεῖον, instrumentũ textorium. Sunt qui intelligant id instrumẽtum textoris quo telam arctat dẽsátque. Bud. quoque dicit esse instrumentum textoris quo licium inculcat & apprimit. Vnde Σπαθάω. Lycophron pro remo vsurpasse dicitur. ¶ In homine σπάθαι dicuntur costarum ossa, παρὰ τὴν πλευρῶν ὀστᾶ, teste Polluce l. 2. vel ipsæ costæ, vt in Ἀκροσπάθια paulo infrà docebo ex Rufo Ephes. Hippocratem verò tradunt in libro περὶ ἀδένων σπάθας vocasse τὰς ὠμοπλάτας, scapulas. ¶ In palma σπάθη dicitur ἐξ οὗ κρέμανται οἱ βάλανοι, teste Polluce libro 1, vbi Xenoph. & Herodot. ait hoc vocabulum ita vsurpasse: Herodotũ nimirum, quum dicit quosdam πέξα habuisse ἐκ τῶν τῆς σπάθης. Locus est libro 7, ἐκ φοινικῆς σπάθης πέξα πεποιημένα, arcus ex palmarũ spathis factos, vt Valla interpr. Vtitur & Theophr. vt quum Historiæ plant. lib. 2 ait, ὁ μὲν ἄρρεν ἄνθος περιφέρει ὀλίγον τῆς σπάθης· ἡ δὲ θήλεια, καρπὸν ἀθύμακρον. Pro quo Plin. lib. 13, cap. 4, Mas in palmite florет. Alii sic, Mas primùm super spatham florет, fœmina fructum ilico oblongum præstat. Ibidẽ, ὅταν ἀνθῇ τὸ ἄρρεν, ἀποπρόντες τὴν σπάθην ἀφ' ἧς τὸ ἄνθος, dum floret mascula palma, spatham abscindentes qua flores emergunt. Plin. lib. 16, cap. 26, Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem. Et lib. 13, cap. 4, Pomum est non inter folia, vt in cæteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum, vtraque natura vnæ atque pomi. Dioscorides paulo aliter videtur σπάθην accipere, quum libro 1, cap. 152, περὶ φοίνικος ἐλάτης dicit, φοίνικος ἐνίοι ἐλάτην καλοῦσι, πεφυκὰ λυμμὰ ὄζοι τῶν κεφαλῶν τῶν φοινίκων ἀκμὴν ἀνθούντων. vbi Ruellius, Palma quam aliqui elaten aut spathen vocãt, fructus palmarum adhuc florentium inuolucrum est calyxque.

Notandum verò ibi φοίνικος ipsum palmulæ inuolucrum significare synecdochicè, quemadmodum Poll. scribit φοίνικα nominari ὁμωνύμως ipsum etiam τὸν τῶν φοίνικος κλάδον. Pro ipsa arbore Plinius libro 12, cap. vlt. Est præterea arbor ad eadem vnguenta pertinens, quam alii elaten vocant, quod nos abietem: alii palmam, alii spathen. Idem lib. 23, cap. 5, Palma, siue elate siue spathe, medicinæ confert germina, folia, corticem.

C. Σπαθομύλη, ης, ἡ, Specillum spathæ speciem gerẽs. Alii, Specillum latum: μύλη πλατεῖα, vt Hippocrates loquitur. sic enim Galen. in Lex. Hippocr. Μύλη πλατεῖα exp. τὴ σπαθομύλη. Instrumentum chirurgicum quo in emplastris conficiendis panniculóque illinendis vtuntur. Galen. lib. 1 κατὰ τόπους, cap. 8, parygrum emplastrum per spathomelam ad vnguenti formam redigi ait. Τοῦτο αὐτὸ (inquit) μαλάξας ὀλίγῃ σπαθομύλης, ἅμα ῥοδίνῳ, καὶ ποιήσας ὀλίγχιστον, οὐκ ἐμπλαστὸν, οὗ ἕξ ἀρχῆς ἕνεκα, ὀπτήσεις. Marcell. Empir. dixit, Spathomela agitabis. vt Colum. Rudicula agitato crebro. Solere autem specillo lato illini aliquid & induci, patet ex Plinio lib. 7, cap. 53, lib. 29, cap. 6, Cels. lib. 6.

C. Σπαθόφυλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius folia spathæ similia sunt, Folia habens spathæ figuram repræsentantia. Apud Theophr. Hist. plant. lib. 1, cap. 16, pro σπανόφυλλα quidam reponunt σπαθόφυλλα, vbi ait τὰ δ' ὥςπερ σπανόφυλλα, καθάπερ πεύκη, πίτυς, κέδρος. Plin. lib. 16, cap. 24, dicit, Capillata folia pino, cedro: insecta pectinum modo piceæ, abieti. Et mox, Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro. Idem lib. 16, cap. 10, Pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo prætenue, longúmque & mucrone aculeatum. Vbi videtur Plin. σπαθόφυλλα dixisse quibus sunt folia longa & mucrone aculeata, ideóque pungentia. ALIOQVI Σπανόφυλλος significaret Cui rara sunt folia, Rariora folia habens.

C. Σπαθοφοίνικον apud Nicolaum Myrepsum legitur pro ἡ τῶν φοίνικος σπάθη, spatha palmæ, id est fructus palmæ adhuc florẽtis inuolucrum, vt quidẽ interpr. annotat.

C. Σπαθίουρος, SIVE Σπαθήουρος, (vt scribunt nonnulli) animal ex crasso in caudam abiens tenuem, latum habens caput, ac mures comedens, vt Aet. tradit,

Tetrabibli 4, sermone 1, vbi intervenenata numeratur. A Videtur autem dici σπαδίουρος quoniam cauda in mucronem desinat, seu cauda mucronata sit, in modum σπάθης, id est ensis.

C. Ἀκροσπάθια dicuntur τὸ τοῦ κόνδυλος, propterea quòd costis subiiciantur, & velut in earum extremitate positæ sint. σπάθαι autem costarum ossa dicuntur, teste Poll. vel ipsæ costæ. sic enim Ruf. Eph. πλευρὰς δὲ καλεῖται παῦ τὸ τοῦ τῆ μαχάλης τὰ δὲ ὀστᾶ, πλευραὶ καὶ σπάθαι.

Σπαθίτης, ου, ὁ, Palmeus, à σπάθη significante palmam. vt σπαθίτης οἶνος apud Alex. Trall. Vinum palmeũ, Plinio B lib.13, c.1, qui etiam palmesiorum vinorum meminit, lib.14, c.6, Et quæ à palma vna fortè enata palmesia appellantur. Diosc. φοινικίτης οἶνος nominat, lib.5, cap.40. Legitur σπαθίτης οἶνος apud Paul. quoque Ægin. pro vino ex palmulis.

Σπαθάλιον, ου, τὸ, Spathula, Ramus palmæ, Termes, Palmes, vt alii vocant: idem ferè quod σπάθη. nam pro eo quod Theophr. de mascula palma dicit, αὔξος φέρει ὅθεν τῆς σπάθης, Plinius dicit In palmite floret, & In spathis habet fructum. Apud Martialem libro 13, legitur epi- C gramma in spathalion caryotarum, hoc, Aurea porrigitur Iani caryota calendis: vbi Georgius Merula spathalion caryotarum esse dicit ramulum cum caryotis dependentibus: addens, eas inauratas, calendis Ianuariis ex consuetudine missas fuisse. quod Ouid. testatur Fast. lib.1, vbi Ianum interrogat, Quid vult palma sibi, rugosaq; carica? Testatur idem ipse Martial. quoq; quum ait, Hoc linitur sputo Iani caryota calendis, Quã fert cum paruo sordidus asse cliens. Cur autem palma, carica, mel, adiecto asse, calendis Ianuariis offerri soli- D ta fuerint, docet Ouid. loco citato. Sed notandũ, plerosque codices eo in loco Martialis habere non In spathalion caryotarum, verùm In petalion caryotarum: quod Petalion caryotarum nonnulli accipiunt pro bractea aurea qua caryotæ calendis Ianuariis rectæ offerebantur. Alioqui spathalion accipitur & pro muliebri ornamento, quod brachio inserebãt armillæ seu brachialis loco. Tertullian. in lib. De cultu fœmin. Nescio an manus spathalio circundari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat. Plin. lib.13, c.25, Iuba tradit E circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidos plocamon, coralio similem, sine foliis: præcisum, mutato colore in nigrum durescere: quum cadat, frangi: item alium qui vocetur Charitoblepharon, efficacè in amatoriis: spathalia eo facere & monilia fœminas. Etiamnum hodie ex coralio fiunt spathalia περικάρπια, mulieribus vsitata. Ac sunt qui hæc spathalia à σπάθη dicta existiment, ob colorem φοινικοῦ, id est puniceum: putántque id Plinium innuere, lib.13, cap.4, Folia cultrato mucrone, lateribus in sese bifidatis, bel- F las primùm demõstrauere gemmas. Ex his spathaliis dicta CREDITVR Σπαθάλη nympha apud Claudianum in Epithalamio, Et grauibus Spathale baccis diadema ferebat Intextũ, rubro quas legerat ipsa profundo. Videndum verò ne apud Martial. quoq; Spathalium caryotarum significet sertum ex caryotis filo traiectis, qualia coralina illa sunt περικάρπια. Nisi fortè scribendum Spatale, sine aspiratione. CONTRA Σπατάλιον pro Σπαθάλιον alicubi reperitur, non tamen sine mendo, vt putatur.

G Σπαθίον, ου, τὸ, Spathula. Ægineta pro cultro chirurgico vsurpat, inquit Bud. Et veterinarii in Hippiatr. ad curationem equorum itidem vtuntur σπαθίῳ, spathula, vbi dicitur τῷ σπαθίῳ τοῦ τῶν βίρσων τοῦ δείρας. videturque ibi idẽ esse quod μήλη, specillum, seu σμίλη, scalper excisorius, scalpellus.

Σπαθὶς, ίδος, ἡ, Spathula, Rudicula: qua athletæ in gymnasio ex lecytho oleum solebant corpori illinere quum inungebantur. vnde à Poll. l.3, c.vlt. inter γυμνασοῦ seu ἀλείπτου σκεύη numerantur σλεγγὶς, ξύστρα, σπαθὶς, λήκυθος, H strigil, radula, spathula, lecythus. Idem inter τὰ μυρεψοῖς καὶ μυροπώλαις περιήκοντα ponit σπαθίδα τῶν καθιεμένων εἰς τὸ μύρον, citans Aristoph. Sic idem l.10, c.26, καὶ τὸ μὴ ἐς τὰ ληκύθοις καθιέμενον ὅθεν γεύμαται τὸ μυρον, σπαθίδα καὶ σπαθίον καλοῦσι. Quibus verbis hæc exempla subiungit,

Aristoph. Δαιπαλοῦσι, Τῆς μυρηρᾶς λιπαίνοντ' ἀρὶν κατα χέειν τῶν σπαθίδα, γεωσάμενος μύρῳ. Euhemus, Σπφαιροπλοκίσι, Λύε τὰ ἀλαβάστρια θᾶττον σύ, καὶ τῇ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου καὶ τῶν ὑπήνων μύρισον. Alexis, τῶν σπαθίων εἰς τὸ μύρον καθῆκε. ‖ Σπαθὶς dicitur etiam ἱμάντιον σπάθῃ ὑφασμένον, teste Hesychio. (apud quem tamen corruptè LEGITVR Σπαθέ) Sic Poll. lib.7, cap.10, Σπαθίδα ἐκάλουν τὸ σπαθητὸν ἱμάντιον.

Σπαθίναι ἔλαφοι videntur dictæ vel ob colorem τῆς σπάθης, id est φοινικοῦ, puniceum: vel quòd cornua spathis similia, id est mucronata & acuminata, habeant. Eust. p.711, ex lexicographo quodam, τὰ δὲ τέλεια οὐκ ἄλλο τι ἢ ἔλαφοι, εἰ μὴ ὧρα οἱ ἀκμῆναι καὶ οἱ σπαθῖναι λεγόμενοι, ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν, ἢ εἴδει καὶ κεράτων ἰδιότητι καὶ μεγέθει. Apud Hesych. verò per η in penult. LEGITVR Σπαθίνης.

Σπαθίζω, F. ίσω Rudicula agito, Spatha peragito. τῇ σπάθῃ κινῶ, vt Diosc. loquitur. Qua signif. Nicol. Myrep. sect. 9, cap. 71, dicit, Sublata ab igni σπάθιον, donec commisceantur, id est Spatha commoueto, Rudicula peragitato. Et apud Hesych. Σπαθίζειν, μύρῳ ἀλείφεσθαι, à Σπαθίζω significante Spathula oleum seu vnguentum è lecytho exemptum illino. Τῇ σπαθίδι μυείζω, vt Euphemus loquitur. Vide Σπαθίς.

Σπαθάω, ῶ, Licium inculco τῇ σπάθῃ, vel simpliciter Texo. Significat etiam, Prodigo, Dilapido, Dissipo, nimirũ congesta bona. In ambiguitate ludit Aristoph. Nub. Οὐ μὰ τὼ θεὼ γ' ὡς ὀργὴ ἰῶ, ἀλλ' ἐσπάθα. Ἐγὼ δ' αὖ αὐτῇ ποιμάντιον δ' ἐκεῖνις ὅθεν Πρόφασιν, ἔφασκον, Ὦ γυναῖ, λίαν σπαθᾷς. Vbi schol. quoque annotat, σπαθᾷν posse ἐπ' ἀμφοτέρων νοεῖσθαι, nimirum pro κατεωάλισκε, seu ἀφειδῶς κατεωάλισκε, κατήσθιε: & pro ἄχαν κρούειν τὸν κρόκην, quod fit ὑφαινομένων ἱμαντίων. Vlpianus ibi in propria signif. exp. πολλὰ κρόκην ἐμβάλλειν τῇ ἐσθῆτι. Idẽ Vlp. apud Demosth. quoq; ἐσπαθᾶτο in vtraque accipit signif. exponens nimirum ὑφαίνετο, κατεσκευάζετο, ἢ ἐπιδαψιλεύετο: apud Demosth. inquam in or. De malè obita leg. p.148, διὰ ταῦτ' ἐσπαθᾶτο ταῦτα, καὶ διὰ ταῦτ' ἐδημιουργεῖτο. Propriè ergo σπαθᾷν significat Prodigè καὶ ἀφειδῶς licia telæ addere & inculcare τῇ σπάθῃ: metaph. autem Profusè insumere, seu cõsumere, Modum impensis nõ adhibere, vt profusi textores licio intexẽdo modũ nullũ statuunt. Sic Hesych. σπαθᾷ exp. ἀκαλίνκει ἀσώτως καὶ ἀφειδῶς: item προφᾷ, ἀλαζονεύεται. Et σπαθῶν, σκορπίζων. In metaph. signif. Luc. vsus est, in lib. De luctu, οὐδὲ σπαθήσῃς ὅθεν ὅτῳ δις ἢ τρεῖς τῆς ἡμέρας, Neque huius causa bis terve in die prodiges & profundes bona tua, seu Profusè epulaberis. Idẽ in Cauc. iunxit accus. ἢ κἀκεῖνον αἰπᾶδ' ὡς σπαθῶν τὰ ἡμῶν τὸ κτῆμα, Prodigentem, Profusè absumentem, Dilapidantem, Dissipantem, σκορπίζοντα. Sic Plut. Pericle, καταδοῶντες τὸν Περικλέους, ὡς σπαθῶντος τὰ χρήματα. Et Athenæus lib.7, μειρακίον ἐρᾶν τὰ πατρῷα βρύκει καὶ σπαθᾷ.

Σπάθημα, ατος, τὸ, Densitas in tela, quum textor licium telæ addidit largè, & citra parsimoniã inculcauit. Hesychius σπάθημα exponit πύκνωμα, metaphorã esse dicens ἀπὸ τῆς πᾶς σπάθης καταπυκνούντων τὰ ὕφη. Suidas verò σπάθημα φρενῶν exponit τὸ ἄχαν φρόνιμον. Vel dic τὸ πυκνόφρον.

Σπάθησις, εως, ἡ, Densatio, telæ nimirum, quum licium largè additur & citra parsimoniam inculcatur. vel etiam Profusa erogatio, Prodiga insumptio, Profusio & dilapidatio bonorum. quod innuit Suidas quum σπάθησις exp. σπατάλη.

Σπαθητὸς, οῦ, ὁ, Densatus. vt Tela σπαθητή, densata seu densa, cui nimirum licium largissimè additum est, Cui licium citra parsimoniam est inculcatum: opposita τῇ ῥαιᾷ, raræ. Sic σπαθητὸν ἱμάντιον apud Pollucem libro 7, cap.10, id est ἡ σπαθίς. Ibidem affert ex Sophocle σπαθητὸς χλαῖνα: pro quo malim σπαθητή. Sic Athenæus lib.12, loquens de quodam περιβλήματι quod apud Persas pretiosissimum esse dicit, ἔστι δὲ τοῦτο σπαθητὸν, ἰσχύος καὶ κουφότητος χάριν. Vide & Τειμόνιος. Apud Hesychium LEGITVR Σπαθατὸν, quod Doricum est. Exponit autẽ σπαθατὸν ὕφασμα seu ὕφος, τὸ σπάθῃ κεκρουσμένον οὐ κτενί, cui licium inculcatum est non pectine sed spatha. Et sic σπαθᾷν plus est quàm quod Virgilius dicit Percutere pectine telas. Quare videtur VOX Σπάθη significasse pectine maius instrumẽtũ, quo vtebãtur textores quũ

telam densare vellent & plus licii inculcare. Hodie in A tela latiore spathis eiusmodi vtuntur ex arũdine fissa, & pectinatim duobus lignis superiniectis coarctata.

C. Πολυσπαθὴς, έος, ὁ & ἡ, Multum densatus τῇ σπάθῃ, ὁ πολὺ σπαθητός. vt in Epigr. πολυσπαθέων πέπλων, Densatorum crebris spathæ ictibus, seu Quibus multum licii inculcauit creber spathæ impulsus. Quibus opponuntur οἱ ῥαμοὶ, rari.

C. ΔΙΑσπαθάω, ῶ, idem cum simplici σπαθάω. vnde apud Plut. διασπαθῆσαι τὴν οὐσίαν, dilapidare & prodigere patrimonium, Profusè erogare. Suid. quoque διασπα- B θᾷν exp. ἀφειδῶς δαπανᾷν, profusos sumptus facere, seu profundere.

C. ΚΑΤΑσπαθάω, ῶ, Luxu consumo, Prodigo.

Cæterùm quum Hesych. σπαθᾷν exponat θυφᾷν, (quo sensu σπαταλᾷν etiam dicitur) itidémque Suid. σπάθησις exp. σπατάλη, placuit & ipsa hîc subiungere, quòd cõmodiorem eis locum inuenire nõ possem. IGITVR Σπατάλη Suidæ est τρυφή, (sic enim habet manuscript. cod. pro θυφή, quod in vulg. edit. legitur) id est Lautitiæ, Delicatæ epulæ, θυφερὰ ἐδέσματα. Cuius signif. hoc af- C fert exemplum, οἱ δὲ μῶες νῦν ὀρχοῦνται, θραττάλιθοι δ' ὅσοι σπατάλης: verba ad cattum seu felem. Chrysost. in ep. ad Tim. 1, cap.5, ὅταν ἐν σπατάλῃ διάγῃ, in deliciis. VNDE Σπαταλάω, ῶ, Delicior, Lautis epulis victito, Voluptuariam vitam dego. In epist. Iacobi, cap.5, ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε, in deliciis & lautitiis vixistis super terram. Hesych. quoque σπαταλᾷ exp. τρυφᾷ: quo modo & in Θερμοδότης suprà accipitur. Idem tamen σπαταλᾷς exp. etiam μαστιγοφᾷς. quo verbo videtur significare Prurit tibi tergum & flagrum appetit. VNDE Καταασπαταλάω, ῶ, itidem Delicior, In deliciis viuo. vt Epigr. lib.2, in gulosos, Μηδεὶς μοι τούτων Ἐρασίστρατε τῶν σπατάλων σου Ποιήσῃ θεῶν, ἢ σὺ καταασπαταλᾷς, Nemo deorum mihi conciliarit seu dederit delicias lautitiásque illas tuas in quibus vitam transigis. Sic Greg. καταασπαταλῶν ὅθεν κλινῶν ἠγεφανῶν, Lautè & delicatè viuens in eburneis accũbedo lectulis. Vel In delicias & lauras epulas insumo, vt καπηλεύειν accipi vidisti suprà. synonyma autem sunt ὀψοφαγῶ & σπαταλῶ. Vtitur hoc composito Suidas, quum σπαθῶσι exp. καταασπα- E λῶσι, σκορπίζουσι. cuius signif. τῶ σπαθᾷν exemplum suprà habes ex Luc. Verbale à Σπαταλάω deriuatũ, EST Σπατάλημα, ατος, τὸ, quod pro luxu sumptuum affertur ex Epigr. In vulg. lex. HABETVR ET Σπαταλῶντες, sed sine expositione. tantùm lector remittitur ad Athen. 8.

ΣΠΑΝΟΣ,

ET Σπάνιος, ου, ὁ, Rarus: id est Qui non vbique nec semper reperitur, atque ideo pretiosus: Cuius copia non est: sicut Suidas σπανιώτατον exp. ὀλίζον. In Epigr. Ὧρης χάμεζήλης σπάνιον γέρας, de pomo. Plut. τεράματα σπανίου καὶ πολυτελοῦς μὴ ἀπολαῦσαι παρόντος, οἷ οὔθατος, ἢ μυκήτων Ἰταλικῶν, ἢ Σαμίου πλακουῦντος, ἢ μόνος ὁν Αἰγίνῃ. vbi de raris deliciis sermo est. Et Aristotele teste, lib.1 Rhet. τὸ σπανιώτερον ὑπερέχει τοῦ ἀφθόνου. quæ enim rara sunt, præstant iis quorum copia est, vt aurum ferro: quoniam nimirum μείζων ἡ κτῆσις διὰ τὸ χαλεπωτέραν εἶναι. Idem Aristot. eodẽ lib. ἅμα δὲ καὶ σπάνιον τὸ διὰ χρόνου, ἡδύ ὄντι. (Et τὸ σπάνιον interdũ pro ἡ σπανίς, seu σπανία, Raritas. Æsch. in Ctes. διὰ τὸ σπάνιον καὶ τὸ τερεμάχπον, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀείμνηστον) G Exponitur non solùm Infrequẽs, Rarus, sed etiam Paucus, Parcus. ‖ Item Rarus, id est Minimè densus: (qua signif. dicitur Rara tela, Rara acies, Rari capilli, Rara retia) idem cũ ῥαιός. Vnde apud Hesych. Σπάνιον, ῥαιόν. Idem alterius etiam significationis meminit, quum σπανὸν exp. πάμον, πολλοῦ ἄξιον. Ex quo Σπανὸς COMP. Σπανοπώγων, Cui rara barba est, Raros in barba pilos habens. oppositum τῷ δασυπώγων apud Poll. ITEM Σπανοσπία, ας, ἡ, Caritas & penuria annonæ. idem cum σπανὶς σίτου & στοδεία. ITEM Σπανόφυλλος, Rara H habens folia, Cui rariora sunt folia. de quo suprà in Σπαθόφυλλος. NECNON Σπανύδρος, Cui raræ sunt aquæ, id est Minimè aquosus, seu Aquæ aut aquarũ penuria laborans. Dicuntur & σπανύδρα σῦκα, minimè aquosi fici, id est quibus non inest multum aquosi succi. Diphilus Siphnius apud Athenæum libro 3, τὰ δὲ πολλὰ ὀπὸν ἔχοντα, καὶ τὰ σπανύδρα ὄ, ὄσμα χώτερα μᾶλλον βαρύτερα δέ.

Σπανίως, Rarò, seu Rarò & insolenter. Vnde superl. Σπανιώτατα, Rarissimè. ‖ Σπανίως exponitur etiam Parcè. Est & aliud ADVERB. Σπανιάκις, quod itidem significat. Rarò, & apud Hermog. De inuent. legitur.

Σπανιότης, ητος, ἡ, Raritas, vel Penuria. Vtitur Hesych. in exp. Σπανία.

Σπανία, ας, ἡ, itidem Raritas, vel etiam Penuria. Hesych. σπανίαν exp. σπανιότητα, & ita à σπανίος deriuari ait vt ὁσία pro ὁσότης ab ὅσιος. (Σπανία pro Ἰσπανία vsurpauit Paulus in ep. ad Rom. c.15, ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν. Sunt qui ob rerum vitæ necessariarum penuriam vocatam sic existiment, διὰ τὸ σπάνιον τῶν βιωτικῶν: atque adeo huc pertinere quod dixit Horatius, Duræ tellus Iberiæ. Ac præsertim quæ in arcton vergunt Hispaniæ littora, duri cæli esse ferũtur, mõtibus cõpluribus aspera, ac ne pabuli quidem copiam habere. ideóque nostri sæculi poeta quidam cecinit, Ieiuna miseræ tesqua Lusitaniæ, Glebæque tantùm fertiles penuriæ. Alioqui, teste Iulio Solino Polyhistoris sui c.37, Hispania terrarum comparanda optimis, nulli posthabenda frugum copia, siue soli vbere, siue vinearum prouentus respicere siue arborarios velis. Omni materia affluit quæcunque aut pretio ambitiosa est, aut vsu necessaria. Argẽtum vel aurum si requiras, habet. ferrariis nũquam deficit: non cedit vitibus: vincit olea. A Plinio quoque & Strabone prædicatur huius regionis ἀδαιμονία & fertilitas.

D Σπανὶς, εως, ἡ, idem cum σπανιότης & σπανία. id est Raritas vel Penuria, Inopia. Hegemon Thasius apud Athen. lib.5, Καὶ σπανὶς, ἢ πολλοὺς Θασίων εἰς ὀλκάδα βάλλει. Strabo lib.2, p.54, βοσκημᾶτ' μὲν πολλὰν ἀφθονίαν παρέχει. θηείων δὲ σπανίν. itidem cum genit. Plut. in Cam. χρισίου δ' ἐν τῇ πόλει, auri in vrbe penuria erat. Sic σπανὶς γίνεται alicuius rei. Eurip. Oreste, Ὡς τῆς τόλμης οὐ σπανὶς γλῶσσαν. vbi schol. exp. οὐ λήξει, ἢ δὲ παύσεται. Et Plato in ep. χρισίου δὲ σπανεῖ ἀπολλύμενον οὐδεὶς πεπίωκε, nullus poetarũ fluxit quempiam auri penuria periisse. Isocr. διὰ σπανὶν σίτου, ob frumenti penuriam. Demosth. ἐν σπανεῖ χρημᾶτ'. Item ἐν σπανεῖ καθίσταθαι, ad penuriam & inopiam redigere. Herodian. l.1, ἐν σπανεῖ τῶν βιωτικῶν καταστῆσαι. At ἐν σπανεῖ καθίσταθαι, idem est quod ἐν σπανεῖ εἶναι & σπανεῖ πιέζεσθαι, penuria laborare. Hermog. ἐν σπανεῖ κατεστῆναι. Herodian. l.8, ὅθεν ἐν ἀπορίᾳ ὄντες καὶ σπανεῖ οἱ ἐρασταὶ τῶν, ἐρεῖν καὶ ὕδατος αὐτοῦ. Xen. Hell. 5, πιεζόμενοι σπανεῖ σίτου. Pro raritate vsurpat Herodian. l.7, de Germanis loquẽs, λίθων παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθων ὀπῶν σπανὶς, rara apud eos structura è lapide ac lateribus coctilibus.

F Σπανίζω, Fut. ίσω, idem quod ἐν σπανεῖ καθίσταμαι seu εἰμὶ, σπανεῖ πιέζομαι, Penuria laboro. Thucydides lib. 1, νεῶν μακρῶν σπανίσαντες. Idem, σπανίζων θυφῆς. Et Plutarchus Camillo, ὀλίγου δεῖν ἐσπανίζον, rerum necessariarum penuria laborabant. Sic Aristophanes Nubibus, σπανίζεις ἀργυρίου, argenti penuria laboras. Itidem Xen. Pæd. 3, διὰ τὸ γῆς ἀγαθῆς σπανίζειν, νεῶν πένητες νομίζετ' εἶναι. Pass. Σπανίζομαι eadem significatione vsurpatur qua σπανίζω: quanuis Budæus existimet plus aliquid significare, sicut ἀπορεῖσθαι plus quàm ἀπορεῖν. Isocrates Areop. πότε μὴν οὐδεὶς ὧν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων· νῦν δὲ πλείους εἰσὶν οἱ σπανιζόμενοι τῶν ἐχόντων. Sic Xenophon Hellen. 7. μᾶλλα ἐπτέλουν οἱ Φλιάσιοι, καὶ ἐσπανίζοντο τῶν βιωτικῶν. Itidem Strabo lib. 2, pag. 54, ὧν (videlicet θυμιαμάτων καὶ λίθων πολυτελῶν) ὅσοις σπανιζομένοις οὐδὲν χείρων ὁ βίος ἢ τοῖς ἀπορουμένοις. Item σπανίζειν τινὸς dicitur quispiam apud quem aliquid rarum est, παρ' ᾧ σπανὶς τινὸς, vt Herodianus loquitur. Theophrastus Historiæ plantarum libro 5, σπανίζουσι δὲ πύκνης, Rara apud eos est. vel etiam Penuria laborant. Item res aliqua σπανίζει cuius penuria laboratur, cuius copia nõ est, sed caritas. Aristophanes Vespis, καὶ ταῦτα, τοὐλαίου σπανίζοντος, quum præsertim sit penuria olei, Quum oleum sit carissimum.

Passiuam signif. τῷ σπανίζομαι videtur dare Euripid. in Oreste, vbi ait, — ὁρᾶς δὲ δὴ φίλων ὡς ἐσπανίσμεθα. vbi schol. exp. ἐστερήμεθα. ‖ Hesych. σπανίζεται exp. nõ so-

ἱὼν ἀπορεῖ, sed etiam σκωπτίζεται. A

Σπανιστὸς, οῦ, ὁ, Cuius copia vbique & semper nō est, Cuius penuria est, vel Rarus. Soph. initio Œdipi Colon. pag. 270, Τίς τὸν πλανήτ' Οἰδίπου καθ' ἡμέραν Τῶν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήματι; excipiet donis quorum penuria laborat. Schol. tamē exp. ἀπελέστοις, ζῶσι κᾷ σπανίν τῶ αἰτοῦντος διδοῦσι. quæ expositio apud Suidam quoque legitur.

C. ΓΠΟσπανίζω, SIVE Ὑποσπανίζομαι, Aliquantum laboro penuria, Aliquantum egeo. vel simpliciter, Laboro penuria, Egeo. nam Bud: Ὑποσπανισμοῦ exp. δεόμενος, citans ex Soph. Locus est in Aiace, & sic habet, Τί δ' ὄντ' χρείας τῆσδ' ὑποσπανισμοῦ; quid verò est quod ad istam rem desit & desideretur? seu, δεόμενον καὶ τῶ Αἴαντος παρουσίας, vt schol. exp. Sic apud Suid. χρημάτων τε ὑποσπανίζων, ζῶσι ὑπηκόοις ἐλπίζετο. id est ὀνδεὲς ἔχων, indigens. B

Eiusdem cum Σπανὸς & Σπάνιος significationis EST Σπαρνὸς, significans itidem Rarus, Infrequēs, item Paucus. vt Hesych. σπανὸν exp. σπανίον, ὀλίγον. Vtitur hoc vocabulo Callim. hymno in Dianam, v. 19, — σπαρνὸν γὰρ ὅτ' Ἄρτεμις ἄστυ κάτεισι, rarò enim fit vt Diana ex montibus descendat in vrbem. Idem Hesych. σπαργὰς exp. non solùm σπανίας, sed etiam ἀραιὰς, διεσπαρμένας, raras, id est non densas sed sparsas. vt siquis σπαργὰς πολιὰς dicatur ἔχων, id est raros canos, sparsos & non densos. VNDE Σπαρνοπόλιος, quod idem Hesychius exp. ὀλιγοπόλιος, per cuius barbam seu caput rari cani sparsi sunt. Pro quo apud Poll. σπαρτοπόλιος. Synonymum est μεσοπόλιος. C

AT Σπάρνοι eidem Hesych. sunt ὀνθαλάσσιοι πέτραι.

ΣΠΑΡΑΣΣΩ, SIVE Σπαράττω, Lacero, Lanio, seu Dilacero, Dilanio. vel etiam Vellico.

Aristophanes Ranis, ἐν τῆς παφλάσι τοῦ κοτὸν πλεῖν ἑαυτοῦ, καὶ σπαράττειν τὰς γνάθους. Lucianus in Vocal. δεσμοῖς γὰρ πεσόντες ἐλοῦσι καὶ σπαράττειν αὐτῶν τὴν φωνὴν ὀπτχρεῖ. Item Galenus lib. 1 ad Glauconem dicit, ἐμεῖν ἢ σπαράττειν τὸν σῦμαχον ἢ τοὶ δακτύλων ἢ πτέρων, καθέντες, pro Vomere vel proritare stomachum digitis pennisve immissis. Paulo aliter Horatius dicit, Rapula, lactucæ, radices: qualia lassum Peruellunt stomachum. ‖Hesych. σπαραττόμεθα exponit ξεόμεθα, παραπτόμεθα. D

Σπάραγμα, ατος, τὸ, Fructum rei dilaceratæ, seu discerptæ. Plut. in suo περὶ ἀοργησίας libello, τοὺς ἀσώτων τῆς οἰκίας πεσόντας, αὐλητρίδος ἀκούοντας ἑωθινῆς, καὶ σπαράγματα στεφάνων καὶ κραιπαλῶντας ὁρῶντας. Et σπαράγματα λόγων, verba lacera, idem Plutarchus in lib. aduersus Colot. φωνὰς πινὰς ἐρήμους περιγράμματων ἀποσπῶν, καὶ μέσα λόγων καὶ σπαράγματα κωφὰ τῶ βεβαρωμένου καὶ σωπερχομένου πεῶς νόησιν καὶ πίστιν ἔλκων. VNDE Σπαραγματώδης, vt κραυγὴ σπαραγματώδης, vociferatio qua ipsum guttur laceratur seu ruptura videtur. Plut. in Præcept. sanit. κραυγὰς μόνοι πεῶς ἐπαθεῖς καὶ σπαραγματώδεις ἀλαβιτέον. E

Σπαραγμὸς, οῦ, ὁ, Laceratio, Laniatus, Conuulsio. Herodian. l. 8, χθυείων τε καὶ ὀφρύων σπαραγμοῖς καὶ πάσῃς τῆς τοῦ σώματος λώβαις ἐμπαροινοῦντες. vbi Pol. Barba & supercilia vel lentes, neque vlli parcentes corporis totius ludibrio.

Σπαράξις, εως, ἡ, idem.

C. Ὠμοσπάρακτος, ου, ὁ & ἡ, Qui crudus adhuc discerpitur & laniatur. Apud Aristoph. in Equit. Cleonymus ait coquo, ὠμοσπάρακτον πεῶ φελαβῶν, μεταχειρίσαιτο χρηστῶς. vbi schol. exponit ἀβράθεπτον καὶ ὠμὸν, νεοσπάρακτον. Vbi etiā NOTA Νεοσπάρακτος, Recēns dilaniatus, Recēns discerptus & diuulsus. F

C. ΔΙΑσπαράττω, Dilacero, Dilanio, Discerpo. Apud Athenæum lib. 14, τοῖς δὲ χθυναίοις πάλαι Διεσπάρακτα θερμὰ χλωΐσκων μέλη, ex Eubulo.

C. ΚΑΤΑσπαράττω, idem.

C. ΣΥσπαράττω, Concerpo.

ΣΠΑΡΓΑΩ, ῶ, Tumeo & distentus sum: propriè ὅτε οἱ μαστοὶ πλήρεις ὦσι γάλακτος, teste Hesychio: qui σπαργῶν itidem exp. ὁ πλήρης καὶ δεόμενος ἐκκρίσεως. Sic Suidæ σπαργῶσα est ἡ σπαρασπομένη ὑπὸ θλίψεως, καὶ δεομένη ἐκκρίσεως πινός. Ita vt vbera dicantur σπαργᾶν, quum vsqueadeo distenta sunt lacte vt rupturam minentur, & præ nimio tumore lac stillent, vt apud Lucr. l. 1, lacteus humor Vberibus manat distentis. quo loco vber distentum dicit τὸ σπαργῶν-

τα μαστὸν, seu τὸ σπαργῶν οὖθαρ. Sic Horat. Tenta vbera: Virg. Grauidum vber, & Distenta vbera lacte. De cuiusmodi vberibus Hom. Od. 1, Οὐθατα γὰρ σπαραγῶντο, distendebantur lacte. Et rursum apud Virg. Distentant vbera vaccæ, & Tendunt vbera capræ, quum pastu largo eas tumefaciunt. Eurip. Cycl. Σπαργῶν τάδ' μοι ζῶς μαστοὺς χάλασον, δέξαι θηλᾶσι πόρας, Distēta mihi vbera laxa, & papillis submitte fœtus. verba chori ad capram. Sic Plut. De fort. Rom. εἶτα λυκαίνα μὲ νεοτόκος, σπαργῶσα καὶ πλημμυροῦσα ζῶς μαστοὺς γάλακτι, lacte exuberans, distentisque supra modum grauata vberibus. Vbi nota de ipso animali dici, non de vberibus, vt in præcedenti Eurip. loco, & hoc Diosc. l. 5, c. 19, μαστῶν σπαργόντων κάτιτιθήνημα, Turgentes mammæ ea fouentur, Mammæ copiam lactis non ferentes. De ipsis matribus lacte exuberantibus, Plato l. 5 De rep. τὰς δὲ μητέρας ὅτι τὸν σκῶν ἄγοντες ὅταν σπαργῶσι, Quum lacte vbera distenderint, seu Distentis earum vberibus lacte. Idem in Symp. τῶ κυοῦσι τε ἤδη καὶ ἤδη σπαργῶντι, lacte distento. Arbores quoque, si bene memini, à Theophr. dicuntur σπάργᾶν sicut ὀργᾶν, verno tempore, quum earum cortices succo turgescunt: vt apud Virg. — læto turgent in palmite gemmæ: &, Frumenta in viridi stipula lactentia turgēt. Item σπαργᾶν aliquis dicitur quū cupiditate & libidine alicuius rei accensum cor eius intumescit: & præsertim de iis qui pruriunt libidine venerea. qua signific. Hippocr. vsus est, apud quem σπαργᾶ Galen. exp. ὀργᾶ, Erot. ὀρέγεται καὶ ὀπθυμεῖ. De homine venerea libidine accenso, apud Plut. σπαργῶν καὶ μεθύων ὁ Λάβιος, ὡς τῆς ἐξαίφνης μεταξὺ πίνων πεῶς ὀργῶ, Pruriginis impatiens, Libidine impotente affectus, nec moram aduentus puellæ sustinere amplius valens, seu Quū libidinē cōtinere diutius no potiet, vt Bud. interpr. Idem Plut. de alius etiam rei cupiditate, metaph. vt in Lycurgo, pag. 79 meæ edit. τὸν ὁλιτθρίαν ὁρῶντες σπαργῶντα καὶ θυμουμένῳ, gliscentem & res nouas molientem. Idem in Fabio, δι' ἀτυχίαν ἐπιρρέπῳ καὶ σπαργῶντι τῶ δήμῳ χαλινὸν ἐμβάλλειν. Idem interdum addidit præpos. ὅτι vel πεῶς. vt in Artox. δι' ὀργῶ σπαργῶντα μᾶλλον ἢ πεῶτερον ὅτι τὸν βασιλέα, magis quàm antè accensum regni cupiditate. seu Magis quàm antè inhiantem regno. Sic idem in Lucullo, σπαργόντων πολλῶν ὅτι τὸν ἐπαρχίαν. vbi B. interpr. Inhiantibus, Desiderium non ferentibus, gliscente cupiditate. Idem in Cic. εἴτε παίζων, εἴθ' ὑπὸ φιλοτιμίας σπαργῶν πεῶς τὸν πολιτεύειν, ἢ ἀθυμῶν ἐῶς καθεῦδον, impotente desiderio accensus accedendi ad remp. G

DICITVR ET Σπαργέω, si mendo caret σπαργοῦσι quod apud Hesych. legitur, exponiturque πλημμυροῦσι, ἀποτελοῦσι. H

Σπάργη, ης, ἡ, Libido: propriè illa qua matres distenta lacte vbera exinanire cupiunt. Hesych. σπάργαι generaliter exp. ὀρεξεῖς, ὁρμαί. Sed videdū ne oxytonos potius scribendum sit σπάργαι, à nomin. sing. σπαργὴ, vt ὀργὴ, ὁρμὴ, βοὴ, ab ὀργάω, ὁρμάω, βοάω. Nā & apud Galen. in Lex. Hippocr. quidam codices habent, Σπαργαὶ, αἱ ὀργαί.

Σπαργανωσις, εως, ἡ, in matribus dicitur quum à partu, præsertim recente, ob lactis copiam mamillæ sic intumescunt & distenduntur, vt exuberantiam eam ferre vix queant. Diosc. l. 2, c. 129, de lente, πεῶς δὲ χονδριῶντας μαστοὺς καὶ σπαργανώσεις ἐφόλκιμος ἐν θαλάσσῃ ἁρμόζει καταπλασθεῖς, ad mammas nimis lacte distentas. Idem lib. 3, c. 41, de mentha, μαστῶν τε πεῶς πάσιν καὶ σπαργανώσιν πεῶς αὐξῆ, mammas, si tendantur & nimio lacte turgeant, compescit. Plin. l. 20, c. 14, itidem de mentha, Prodest & si mammæ tendantur. At dubiū est an ad priorem Diosc. locum respexerit quum libro 31, c. 6, dixit, Mammas sororiantes piscinæ maris corrigunt. Aliud in muliere vitium est τὸ ὑπερμαζῆν, quū ei mammæ sunt grandiores quàm cæteris, etiam tùm quum lacte distræ non sunt, vt quæ mammosa dicitur Martiali & Columellæ. Sed notandum, in posteriore Dioscoridis loco vulgatas editiones habere nō σπαργανώσιν, verùm σπάργησιν, à NOM. Σπάργησις: quod tamen à σπαργῶ potius quàm σπαργάω formatum esset. à σπαργάω enim aut σπαργέω, sequendo communem verbalium formationem, dicendū foret σπάργησις. Sed & ipsum Σπαργάνωσις à Σπαργάω regulariter formatum nō est, verùm potius à σπαργανόω. A

Hoc autem Σπαργανόω (persequi enim & ipsum lubet, quoniam in mentionem eius incidi) deriuatum est à NOMINE Σπάργανον, ου, τὸ, Fascia, Pannus oblōgus in quo infans inuoluitur. Plutarch. lib. 2 De fort. Alex. οὐν Λυκοῦργος ἅμα τῶ σπαργάνῳ κομίσας εἰς τὸ φιλίπνον, vnà cum fasciis quibus inuolutus erat. Idem in Lycurgo, de dexteritate nutricum Spartanarum, ὥστε αὐτοῦ σπαργάνων ἐκφερούσας τὸ βρέφος, ζῶς μέλεσι καὶ πᾶς εἴδεσιν ἐλεύθερα ποιεῖν. Idē Symp. 2, σπάργανα ὠδῶ κατεκυλίοντο αἱ γυναῖκες, nimirum partui vicinæ. Item Herodianus libro 1, μὴ περιθεῖν τὰ μὲ ἰδιωτικῶν σπαργάνων, intactum me plebeis fasciis. Idem libro 5, ἐξ ἰδιωτικῶν σπαργάνων ὅτι τῶν ἐλθόντες. vbi Polit. vertit A priuatis cunabulis: sicut & in præcedenti loco, Priuatis intactum incunabulis. Idem lib. 7, ἀφορῶν εἰς τὰ τῆς γυνέσεως ἄπελῆ σπάργανα. vbi Polit. vertit Naralium obscuritatem. Solebant enim nobiles & splēdidiore familia nati infantes σπαργάνοις distingui à plebeiis, vt inter alia videre est in Σπαργανόω etiam. Itē ἐξ ἐπ σπαργάνων apud Philonem libro 1 De vita Mos. legitur eo sensu quo Latini dicunt Ab incunabulis. quanquam Cunæ & σπάργανα idem non significent. Hesychius σπάργανα exp. δεσμὰ, ῥάκη: Suidas, etiam ἱμάτια. Donatus autem comment. in Eunuchum, enarrans verba illa poetæ, Cistellam Pythia domo effer cum monumentis, annotat, Monumenta esse quæ Græci vocāt γνωρίσματα καὶ σπάργανα. INDE Σπαργάνιον, ου, τὸ, Fasciola. Est etiam herbæ nomen apud Diosc. lib. 4, c. 21, quam dicit folia similia habere gladioli foliis. Sūt qui dictam ita existiment quòd foliis eius pro fasciis vterentur. Meminit herbæ istius Plin. libro 25, cap. 9. ITEM Σπαργανίζω, Fut. ίσω, Fascius inuoluo. Hesiod. Theogon. Τῶ ῥ' σπαργανίσασα μέγαν λίθον εἵμβαλεν, Huic autem, Saturno nimirum, fasciis inuolutum magnum lapidem in manus dedit, videlicet pro Ioue puero, quem deuorare quærebat Saturnus. Item & aliud VERB. Σπαργανόω, ῶ, quod itidem significat Fasciis inuoluo, Fascio. vt Æl. Spart. Tiliaciis tabulis in pectore positis fasciabatur. & Cell. l. 8, c. 8, Rursūsque sub ala sua fasciari debet. Lucæ 2, de Iesu Christo, καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, & fasciis inuolutum, seu fasciatum, reclinauit in præsepi. Sic Plut. in Problem. Rom. de Aristino quodā, πρὸς χεῖν ἑαυτὸν, ὡς πρὶν ἐξ ἀρχῆς, πικτόμενον, τῆς γυναῖκιν, ἀπολοῦσαν, καὶ σπαργανῶσαν, καὶ θηλῶ ὀπτρεῖν. Additur interdū datiuus instrumentalis, & tunc exponitur vel simpliciter, Inuoluo, vel Inuoluo ceu fascia: nisi malis Fascio. Plut. Symp. 6, probl. 6, de niue, ἀχύροις σπαργανωθῆτε αὐτῶ, καὶ πεῶς ἐλλοντες ἱματίοις ἀγνάφοις. Sic Athen. lib. 6, de κολάκων quodam genere, σπαργανῶν ἑαυτὸν τῆς πελεωνίοις. Magis propriè rursum Plut. lib. 2 De fort. Alex. Ἀετιδεῖον σπαργανώσας τῇ πορφύρᾳ Μελέαγρος, Purpurea inuoluens fascia, seu Purpura fascians. (solebant enim regia aut aliâs nobili stirpe prognati infantes à plebeiorum infantibus discerni fasciarum genere: ideóque Commodus apud Herodianum gloriatur se μὴ περιεθῶν ἰδιωτικῶν σπαργάνων. & homini ignobili obiiciuntur τὰ ἄπελῆ τῆς γυνέσεως σπάργανα, viles & plebeiæ fasciæ quibus in pueritia fasciatus fuit) Item & Aristot. Hist. anim. lib. 7, σπαργανοῦσιν ἐρίοις αὐτὰ, fasciis ex lana inuoluūt. Pass. Σπαργανόομαι, οῦμαι, Fasciis inuoluor, Fascior. VNDE Σπαργάνωμα, ατος, τὸ, idem quod σπάργανον, fascia. vel etiam Quo aliquid veluti fascia inuoluitur, Fasciæ vsum præbens inuolucrū. COMP. Ἀποσπαργανόω, Fasciis exoluo, Fascia qua obuolutus erat, euoluo. Pass. Ἀποσπαργανοῦμαι, Fasciis quibus obuolutus erā euoluor. vel Fasciis me exoluo. Greg. Naz. metaph. de Christo, ἐσπαργανώθη μὲν, ἀλλ' ἀποσπαργανοῦται τὰ τῆς ταφῆς αἰνιγμάτων, pro Resurgens, sese ex sepulturæ inuolucris euoluit & explicat, seu Sepulcralibus fasciis sese euoluit. Solent enim defuncti fasciis inuolui, aut linteis insui, vt Ioannis c. 11, de Lazaro rediuiuo, ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, manus & pedes obuinctus fasciis. ITEM Ἐνσπαργανόω, ῶ, Fasciis inuoluo. idem quod σπαργανόω. Legitur apud Dion. Long. B C D E F G H

ΣΠΑΡΤΟΝ, ου, τὸ, SIVE Σπάρτος, ου, ὁ, Spartum: genus vitilium, idem

cum genista, vt nonnulli volunt. At Plin. lib. 24, cap. 9, Genista quoque vinculi vsum præstat. Dubito an hæc sit quam Græci autores sparton appellauere, quum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim: & nunquid hanc designauerit Homerus quum dixit nauium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in vsu certum est: & quum sutiles fierent naues, lino tamen, non sparto vnquam sutas. Idem Plin. lib. 19, cap. 2, dicit herbam hanc sponte nasci, nec seri posse: esseque propriè iuncum aridi soli: rusticos Africanos & Carthaginensis Hispaniæ, strata inde conficere, calceamina, item pastores sibi vestes inde texere: magno esse in vsu nauium armamentis, machinis ædificationū, altisque desideriis vitæ: euulsum & siccatum, si vsus requirat, aqua macerari, aut, si necessitas vrgeat, calida perfundi. Aetius lib. 1, σπάρτον, ᾧ παρ' ἡμῖν τὰς ἀμπέλους δεσοῦσιν. Apud Paulum verò Ægineta m libro 5, legitur, Σπάρτος, ᾧ τὰς ἀμπέλους δεσοῦσι. Apud Galen. autem De simpl. medicam. facult. lib. 8, Σπάρτῳ ᾧ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσοῦσι. Sed perperam in isto Galeni loco LEGITVR Σπάρτῳ: reponendumque vel σπάρτον, vt apud Aet. legitur, vel Σπάρτος, vt apud Paulū, vel σπαρτίον, vt apud Diosc. Nam neutro quidem genere dici σπάρτον, testatur schol. Thucyd. p. 137, (vbi Thucyd. dicit quosdam fuisse τῆς ἐκ κλινῶν σπάρτοις ἀπάγξασθαι, & ζῶς ἐκ θῦ ἱμαντῶν παραμήκασι) necnon Plin. neutro genere passim vtens, itidemque Homerus. Σπάρτος autem apud Pollucem etiam libro 7 legitur, Σπαρτοπλόκος, σπαρτοπώλης· σπάρτα, σπάρτη, σπάρτος. Necnon apud Hesych. Σπαθμὴ, σπάρτος, ὃν ἢ ἀπορῆσθαν οἱ τέκτονες: de quo vide in Σπάρτη. Itidemque apud eundem, Μήκινθος, χοινίον, σπάρτος. Sic apud Suid. quoque, Μήκινθος, σπάρτος, χοινίον. Verùm in Thuc. loco paulo ante citato, necnon in Hesychiano nota σπάρτον accipi pro ipso fune sparteo, vt Cato loquitur: sicut & apud Hom. Il. β, vbi ait, Καὶ δὴ δοῦρα σεσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυται, & funes sparteo dissoluti sunt. vbi schol. exp. σπαρτία, χοινία, id est funes. Meminit huius loci Plin. in verbis paulo antè ex ipso citatis: itē l. 19, c. 1, de lino, vbi ait, Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse, testis est Homerus. Hinc fuisse & nauium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores: quoniam quum sparta dixit, significarit fata. Sed hanc Plinii interpretationem sequendo, scribendum foret σπαρτὰ, & subaudiendum λίνα, accipiendique funes è lino satiuo. Quæ tamen nimis lōgè petita sunt: idéoque dicamus potius funes nauticos è sparto textos, vt χοινία dicuntur funes è iunco plexi. Iunco enim Græcos ad funes vsos, nomini credamus quo eam herbam appellant, inquit idem Plinius l. 19, cap. 2. Rursum tamen alii sparti vsum in Græcia tunc temporis incognitum fuisse aiunt. vt Varro apud Gell. lib. 16, cap. 4. Ego sparta apud Homerum non plus spartum significare puto quàm σπαρτοὺς qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modò cœpit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate vsi Liburni, sed hi plerasque naues loris fuebant: Græci magis cannabo & stuppa, cæterisque satiuis rebus, à quibus σπάρτα appellabāt. Quod quum Varro (inquit Gellius) ita dicat, dubito hercle an posterior syllaba in eo verbo quod apud Homerum est, acuenda sit: nisi quia voces huiuscemodi, quum ex communi significatione in rei certæ proprietatem cōcedunt, diuersitate accentuum separantur. Sparti vsum in re nautica magnum fuisse, Liuius quoque testatur, quum ait, Vbi vis magna sparti fuit ad rem nauticam congesta ab Asdrubale. Funes ex eo plecti solitos non solùm Cato docet, quum dicit funes sparteos, sed etiam Xenophon Cynegetico, πυρὶ δὲ δρόχον τῆς σειρίδος πεπλεγμένον σπάρτου, id est è Sparto plexum. Sportas quoque, vtnas, amphoras, inde confici solitas, docent Columella & Cato: quorum ille sparteas sportas dicit, l. 12, c. 16, hic autē sparteæ vtnæ & sparteæ amphoræ. Rursum Colum, Solea sparteæ pes induitur: sicut Plin. loco suprà citato ait rusticos sibi calceamina è sparto cōficere. pastores, etiā vestes.

Σπάρτον μακρὸν Græcos vocasse longum vel raptorium machinamentum, testatur Cæl. Aurel. Chron. lib. vlt. cap. vltimo, vbi describit exercitia πολυδρόμους vtilia. ¶Σπάρτος est & nomen proprium. ¶Steph. memorat etiam Σπάρτον ὄρος in Σπάρτῃ.

C. Σπαρτοπλόκος, ου, ὁ, Qui spartum plectit. seu Qui sparto plexo funes, restes, sportas, calceamēta, soleas, vrnas, amphoras, & huiusmodi alia conficit, vt videre est paulo antè in Σπάρτον. Legitur apud Pollucem lib. 7, V B I E T Σπαρτοπώλης, ου, ὁ, Qui spartum vendit, vel spartea texta. sic enim loqui liceat, vt Catull. dixit Pinea texta carinæ, pro Carina è pino contexta.

Σπάρτη, ης, ἡ, idem cum σπάρτον, id est Funis sparteus, vt Cato loquitur: seu Restis spartea. Poll. lib. 10, cap. 49, dicit esse πλέγμα, ex Cratino citans. Sic idem lib. eodem, c. 7, καὶ μὴν πόρε τῇ κλίνῃ ἢ πῇ σκίμποδι ἐντεταμένον, ὡς φέρειν τὰ τυλεῖα, σπαρτία, σπάρτα, πόνος, κειρία. τάχα δὲ καὶ ῥοῖνος καὶ ῥοινία καὶ κάλοι. Vide & in Σπάρτον quendam alium eius locũ. Hesychio est ῥάθμη πεκτονική. quib⁹ verbis intellige funiculum quem fabri rubrica aut atramento tinctum ex vtraque ligni aut lapidis parte extrema tentum, postea tollunt vt rectam lineam designet, quam in eo poliendo sequantur. ¶Alioqui σπάρτη est etiam nomen metropolis Lacedæmoniorum, sic denominatæ ὑπὸ τοῦ Κάλμου σπαρτῶν, vt Timagoras apud Stephanum dicit ἐκπεσόντας αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἐφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι. Alii à Sparto conditore de nomina tam volunt, vt idem Steph. in Λακεδαίμων tradit: vbi & prioris etymi meminit, dicens Spartam ideo appellatam fuisse, διὰ τὸ τοὺς παρόντας συνοικίσαντας τὴν πόλιν Λέλεγας διεσπαρμένους εἰς ζωὴν συνελθεῖν, καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι. V N D E A D V E R B. Σπάρτηνδε, Spartam: vt Σπάρτηνδε πορεύεσθαι, proficisci Spartam. E T Σπάρτηθεν, Sparta, Lacedæmone. I T E M Σπαρπάτης, (Pro quo I O N I C E Σπαρτήτης) ου, ὁ, Sparta oriundus, Spartanus: A T F O E M. Σπαρπάτις, ιδος, E T Σπαρπαὶς, άδος, Spartana, vt Virg. Virgo Spartana. Σπαρπάτις alicubi pro Σπαρπάτης χώρα. vt Plutarchus in Apophth. τὴν γραπτέαν ὅτι τῆς Σπαρπάτιδος ἔχοντος. Itidémque ἡ Λακωνικὴ dicitur pro ἡ Λακωνικὴ χώρα, ager seu regio Laconica. Item P O S S E S S. Σπαρπατικὸς, οῦ, ὁ, quod itidem Spartanus Latinè reddere queas. ¶Rursum Σπάρτη est nomen pagi Euxino mari vicini, teste Stephano.

Σπαρτίον, ου, τὸ, idem cum σπάρτον & σπάρτη. id est Funiculus sparteus, Restis spartea. (sicut ῥοῖνιον dicitur Funiculus iunceus, Funiculus è iunco plexus, Restis è iũco texta) Generaliter verò pro quouis funiculo ponitur, siue è sparto nexus sit, siue è cãnabe, lino, siue aliunde. Athenæus lib. 5, κωδία δὲ εἰλωσμένον, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπρεῖς. Iosue cap. 2, σπαρτίον τὸ κόκκινον, funis cõccineus. Legitur apud Aristophanem quoque. Poll. σπαρτία vocat funes seu restes qui lectis intexuntur ad sustinendum ipsum lectisternium seu stratum. A Suida ἡ σάθμη vocatur itidem σπαρτίον, de quo fabrorum funiculo vide paulo antè in Σπάρτη. ¶Σπαρτίον dicitur etiam ipse frutex ex cuius ramulis spartei funes contexuntur: quem alii σπάρτον appellant, itidémque Plinius Spartum. Dioscor. lib. 4, cap. 158, σπαρτίον θάμνος ὃν φέρων ῥάβδοις μακραῖς, ἀφύλλοις, στερεαῖς, διῴραυστοις, αἷς πᾶς ἀμπέλοις δεσμεύουσι.

Σπάρτινος, ου, ὁ, Sparteus, E sparto confectus, E sparto plexus, seu nexus, cõtextus, Poll. libro 10, cap. 49. Apud eundem, lib. 7, L E G I T V R, Σπαρτίνα, ἡ μήκινθος, Funiculus, seu Funiculus sparteus. Item apud Eust.

Σ Π Α Ά Ω, ῶ, F. άσω, Traho.

Accipitur & pro compos. Attraho, sicut Latinum vocabulũ, vt quum dicitur Spiritum trahere: quemadmodum Columella, Cum quodam impedimento tractus spiritus, interdum & cum gemitu. Et Plautus, Traxit ex intimo ventre suspirium. Et Virgil. Vocem trahens imo à pectore. Sic Animam trahere dicitur. Cui simile est apud Gregor. μὴ σπάσῃς θάνατον, Ne mortẽ trahas, id est Ne mortem attrahens, animam effles. Nisi malis metaphoram esse à bibentibus, qui σπᾶν dicuntur quum vno spiritu integra pocula exhauriunt, vel simpliciter, quum hauriunt & spiritu suo attrahũt potum. Aristot. Historiæ anim. lib. 8, τὰ δὲ συνόδοντα σπᾷ, ὥσ ἵπποι καὶ βόες. Quæ Plinius sic vertit, Quibus continui dentes, sorbent, vt equi & boues. Vide in Λάπτω, & paulo infrà in Σπάσις. Sic Athen. lib. 14 initio, ὡς πλείονος ἀκράτου σπῶντας. Et Philo lib. 1, De vita Mosis, ὡς ὕδατος ἀλλ' ἀκράτου σπάσαντες, quasi non aquam sed vinum duxissent, Turnebo interprete. Apud Suid. autẽ media voce, σπασάμενος ἀκράτου, hausto meraco. Rursum Athenæus, λαβὼν ποτήριον, ἔσπασε ῥωμαίως. Itidem Horatius ode 14 Epod. Pocula Lethæos vt si ducentia somnos Arente fauce traxerim. ¶Item Contraho: vn de σπάσμα & σπασμὸς apud medicos. ¶Item Extraho seu Educo: ea significatione qua Cic. & Cæs. dicunt Educere gladium è vagina. Pro quo alii Stringere gladium & distringere, seu Nudare ensem. In quo loquendi genere passiua & media vox vsitatiores sunt. Aristophanes Ranis, καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο μαίνεσθ' δοκῶν, ensem stringebat. Strabo libro 4, θεσσὼν ὁ ὑπηρέτης ἐσπασμένος τὸ ξίφος, districto ense. Sic Synes. in epist. ad Euopt. ὁρᾷ γραπώτας ἅπαντας ἐσπασμένοις μαχαίραις, nudatis gladiis. Media voce eo sensu vtitur Homerus. vt Iliad. 7, Ἐκ δ' ἄρα σύειγος πατρῴιον ἐσπάσατ' ἔγχος. Odyss. κ, Σπασάμενος παιάνικες ἄορ παχέος ἐσπᾶτο μηροῦ. Et Odyss. χ, Φάσγανά τε σπάσαθε. Item Euello, Extraho: ea significatione qua Cicero dicit Radicitus ex animis religionem extraxit. Odyss. κ, — αὐτὰρ ἐγὼ σπασάμενος ῥῶπάς τε λύγους τε. Alioqui & pro simpl. Vello accipitur: interdum & pro Conuello. vt Plin. hæc Dioscor. βοηθεῖ ῥήγμασι σπωμένοις, vertit, Ruptis & conuulsis medetur: de leucacanthæ radice. Et σπασθῶσι, conuulsum esse.

Σπάσμα, ατος, τὸ, in gladio dicitur Mucro seu acies nuda & è vagina educta. ξίφους γυμνωθέντος ἡ ἀκμή. Plutarchus Oth. δυοῖν ὄντων ἀπὸ ξίφους, ἑκατέρου κατεμάθομεν τὸ σπάσμα πολὺ χρόνον, vtriusque mucronem diu tentauit & exploraui. Pro quo idem ἀκμὴν dicit in Cat. Vtic. τὸ ἐγχειρίδιον λαθὼν, ἐσπάσατο καὶ κατενόησε, eduxit è vagina & tentauit seu exploraui: ὡς δ' ἔδεν ἐστῶτα τὴν ἀθέρα καὶ τὴν ἀκμὴν διαμένουσαν. ¶In corpore humano σπάσμα dicitur quod conuulsum est. Plutarchus in libro De discern. amico & adulatore, τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματα φησὶ Δημοσθένης, ὅταν τὶ κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖσθαι, rupta & conuulsa. Aristot. Problem. σπάσματα λαμβάνει. Paulo autem Ægineta teste, libro 4, cap. 31, τὰ σπάσματα γίνεται διαπαυομένων πνεῦν ἰνῶν, id est, Conuulsio fit fibris quibusdam distractis. Gorræo σπάσμα est vnitatis solutio in parte neruosa citra vulnerationem. Conuelluntur enim quæ in ipsa sunt fibræ, quum ex ictu aliquo violentiam patiuntur, aut subitò & affatim intenduntur. Causas autẽ huius mali apud eundem vide. Dioscor. χρῶνται πρὸς σπάσματα, vtile est conuulsionibus, Plinio interp. Est & θαλάσσης σπάσμα. vide in Σπασμός. V N D E Σπάσμα, ατος, ου, τὸ, Leuis conuulsio. Gaza apud Theophrastum Historiæ pl. lib. 9 σπάσματα vertit Distentiones. I T E M Σπασματώδης, εος, ὁ & ἡ, Conuulsionis speciem gerens. seu Conuellens. Exponitur etiã Euellens.

Σπασμὸς, οῦ, ὁ, idẽ quod σπάσμα. Autor Definition. medic. σπασμὸς, ἐστὶ παθὲ νεύρου καὶ μυῶν γινόμενον πάθος, μετὰ τῶν ἄνευ προαιρέσεως ἑλκυσθαι ποτὲ μὲν ὅλον τὸ σῶμα, ποτὲ δὲ μέρος. Celsus libro 1, cap. 1, Frigus modò neruorum distentionem, modò rigorem infert: illud, σπασμὸς, hoc, τέτανος Græcè nominatur. Omnes ferè medici (inquit Gorr.) hodie conuulsionem interpretantur. Est autem musculi ad suum principium inuoluntaria contractio: symptoma volũtariæ functionis oblæsæ, cuius primarium instrumentum musculus est. ideóque pro musculorũ differentiis variæ etiam ac differentes conuulsiones sunt, non modò vniuersales, sed etiam particulares. Ac particulares quidem sunt ex particularium musculorũ differentiis, quarum aliquæ propriis etiã donatæ sunt nominibus: βραβισμὸς, in oculo: πεισμὸς, in mandibula, κυνικὸς σπασμὸς, in ore: σατυρίασις, in pene. Vniuersales verò, quum vel corpus totum in priora curuatur, ἐμπροσθότονος Græcis dicta: vel in posteriora, ὀπισθότονος: vel in vtranque partem æqualiter, τέτανος. Quibus & additur

ὀπισθία. est enim quædam totius corporis conuulsio, patiẽte nimirum neruorum principio. Hæc Gorr. apud quem vide tum alia præterea, tum causas huius morbi. Aetius libro 6, cap. 30, dicit κυνικὸν σπασμὸν vocari ἢ ὅταν ἀγρυπνῶν μυῶν ὠδάλυσιν: eóque ὠδάλυσθαι εἰς τὰ πλάγια τὸ τε σῶμα καὶ τὴν ῥῖνα καὶ τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ προσώπου. Scribon. Larg. σπασμὸν κυνικὸν vocat quum in vtramlibet partem deprauata est facies. Plutarch. in præcept. sanit. οὐκ ἴδιον οὐδὲ παρὸν οὐδὲ ἴλεων γέλωτα, ἀλλ' ἐοικότα σπασμῷ καὶ χαλεπόν. Thucydides lib. 2, in descriptione sæuæ illius pestis, λίγξ τε τῆς πλείοσιν ἐνέπιπλε κενή, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν, cõuulsionem ciens validã. Est & θαλάσσης σπασμὸς seu σπάσμα. Appianus lib. 5, ὡς καὶ τὸ σπάσμα τὴν θάλασσαν ἐλάμβανεν. Idem, καὶ ὁ τοῦ βυθοῦ σπασμὸς ὅλη πυκνὰ εἰλούμενος, οὔτε μένειν οὔτε φεύγειν ἐπέτρεπε. Sic Plutarch. Cic. μέλλοντος ὑποβαίνειν, σεισμὸν τῆς γῆς καὶ σπασμὸν ἅμα τῆς θαλάσσης γενέσθαι.

V N D E Σπασμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Conuulsiuus. vt σπασμῶδες πάθος, conuulsiuus affectus: qui nimirum in sui principio aut nõ multo postquam fieri cœperit, cõuulsionem accersit, vt annotauit Galenus comment. 3, in libro 1 Prorrhet. Idem verò lib. 1, De præsag. ex puls. affectum conuulsiuum appellat qui ante mortem necessariò conuulsionis aliquod periculũ inducit. Item σπασμώδης σφυγμὸς, cõuulsiuus pulsus, id est pulsus inæqualis in vna pulsatione & diuersis arteria partibus, in quo vtrinque ab extremis retrahi, tendi conuellique arteria videtur in modum chordæ tensæ: sic appellatus quòd arteria ad vtrunque terminum tendi videatur, & quòd conuulsio statim ab eo pulsu hominem corripit, vt scribit Galenus lib. 2 De puls. caussis. Hæc inter alia Gorræus.

Σπάσις, εως, ἡ, Tractus seu Attractus. Itẽ σπάσει πίνειν, suctu bibere, vt Plin. vertit hæc Aristot. ὅσ ὀρνέων τὰ μακρόχρανα πίνει σπάσει, sic interpretans, Bibunt aues suctu ex his quibus longa colla.

Σπαστικὸς, οῦ, ὁ, Trahendi seu attrahendi aut extrahẽdi vim habens. ¶Spastici Plinio dicuntur qui πρὸ σπασμῶδεις πάθει obnoxii sunt. vt libro 21, cap. 20, Radicem decoctam bibere, spasticis, cuetsis, conuulsis, suspiriosis, salutare est. Et l. 23, c. 4, Paralyticis, spasticis, ischiadicis illinitur. Aliquanto pòst, Tremulis, spasticis, ruptis perquàm vtile. Sic alibi sæpe.

C. Ἀνασπάω, ῶ. Sursum traho, siue retraho. vt ἀνασπᾶν τὴν ὑστέραν, apud Aristotelem. Item pro Retraho simpliciter: in qua significatione sunt qui velint accipi in hoc Aristophanis loco in Pluto, τὴν χεῖρα πάλιν ἀνέσπασεν. Item pro In altũ tollo, seu Erigo, Sursum erigo, Sustollo. cuius significationis in voce passiua Budæus affert exempla. Est autem in hoc sensu contrarium verbo καταστᾶν: vt ὀρθῆς ἀνασπᾶν, Demosth. Attollere supercilia. Sic & in hoc Sophoclis loco in Aiace, λόγοις ἀνέσπα τοὺς μὴν Ἀτρειδῶν κάτα, Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ. existimo enim λόγοις ἀνέσπα sonare Verba in altum tollebat, siue attollebat, vel Verba ex imo pectore sursum trahebat. vt Virgilius dixit vocẽ trahere imo à pectore. Est præterea ἀνασπῶ, idem quod Contraho. vt Apoll. Arg. 2. λᾶας ἀνασπᾶν, Vela contrahere. Sic apud Xenophontem in Symposio, ἀνασπάσας τὸ πρόσωπον: & apud Dioscoridem lib. 8, μέτωπον ἀνασπᾶται. In vulg. lex. Græcolatinis citatur ex Demosthene ἀνέσπακεν ὀρθῆς pro Contraxit supercilia. quum ἀνασπᾶν ὀρθῆς apud eum significet nõ Contrahere supercilia, sed Attollere, vt modò à me dictum est, vel Sursum trahere. quod est arrogantiæ signum. Quinetiam in ἀνασπάσας τὸ πρόσωπον fortasse ita posset accipi verbũ ἀνασπᾶν, vt in ἀνέσπακεν ὀρθῆς apud Demosthenem.

Ἀνασπῶ, Reuello, Euello. ¶Item Expello aliquem suis sedibus & quasi euello, aut extraho. Isocrat. in Panath. ὡς ἀνασπάσοντες αὐτοὺς ἤδη τοὺς Ἀθηναίους. V N D E Ἀνασπασὶ, sedibus pulsi, vt paulo pòst dicetur.

Ἀνασπάομαι, ῶμαι, Sursum trahor, vel retrahor. & ἄκραι ἀνέσπασμαι apud Aristotelem, id est In altum sublata promontoria, vt ait Budæus. addens, illum ἀνασπάσμον ponere etiam pro surrecto & eminenti: ὀμφαλὸν ἀνέσπασμαι, Eminulæ, Extrorsus cõuulsæ. ¶Item pro Contrahor. vt μέτωπον ἀνασπᾶται, apud Dioscoridẽ. ¶Item pro Sedibus expellor.

Ἀνασπάσιον Hesychius exponit ἀνεσπασμένον. quod, si mendo caret, idem fuerit cum sequenti Ἀνάσπασον.

Ἀνάσπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Extractus alicunde seu auulsus, Pulsus ex aliquo loco, vel Ablegatus aut amandatus ex aliquo loco: quasi ex eo sursum tractus. vt ἀνάσπαστος ἐκ τρόνου, apud Lucianũ. Sic ἀνάσπαστος ὑπὸ θαλάσσης. Bud. autem ita scribit, Ἀνάσπαστος, Sedibus pulsus, & qui aliò habitatum mittitur. Herod. ἀνασπάστους πεποιῆσαι τοὺς Παίονας ἐς τὴν Ἀσίην. hoc est ἀναστάτους, ἀναρπάστους. Idem alibi, Μέτοικοι sunt qui principum iussu in aliam ciuitatem pœnæ causa transferuntur, eorúmque prædia publicãtur. quo vocabulo etiam ἀνάσπαστοι qui dicuntur, significantur, vt mea fert opinio. Idẽ, Ἀνάσπαστος etiam dicitur Cui successor mittitur, Qui reuocatur è prouincia, apud Demosthenem. Vide locum in Comm. Pro quo in vulg. lex. perperam H A B E T V R Ἀνάσπαστος.

C. Ἀντισπάω. ῶ, In contrariam partem traho, seu vello, vel, cum Budæo, In diuersum abstraho. In diuersum auerto. Aristophanes in Pace, οὐ δεινὸν τοὺς μὴν πίνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾶν. Galenus, ἀντισπᾷ γὰρ χεῖρ ἅρμονίαν ῥυθμοπλεκτοῦσα πρῴρωτάτω τοῦ σώματος, οὐχ ἕλκειν ἐπ' αὐτά. Apud Aristot. in Probl. ἀντισπᾷ τὸ οὐρικός.

Ἀντισπᾶν Suidas exponit ἐναντιοῦσθαι, id est Aduersari, Contrarium esse. ἀντιπίπτω, inquit Bud. & ἀντιπωῶ & ἀντιβαίνω pro eodem, id est Repugno, Refragor.

Ἀντισπᾶν cum genitiuo citatur ex Apollonio Rhodio pro Prehendere: Argon. 2, ἀντίσπασε πέτρης Σκαιῆς, Prehendit petram sinistra.

D Ἀντίσπασμα, Idem quod ἀντίσπασις. Vide ἀντισπείσπασμα paulo pòst.

Ἀντίσπασις, εως, ἡ, Tractio in contrariam partem, Abstractio in diuersum. Apud Galenum παροχεύσει opponitur ἀνάσπασις. Bud.

Ἀντίσπαστος, ου, ὁ & ἡ, In contrarium abstractus. Exponitur etiam Contrà nitens.

Ἀνάσπαστος, dicitur & pes apud grãmaticos constans prima breui, secunda & tertia longis, & vltima breui, vt Ἀλέξανδρος. Vide scholia in Hephæstionem.

E Ἀντισπαστικὸς, οῦ, ὁ, Vim habens abstrahendi in cõtrarium, vel in diuersum. vt ἀντισπαστικὸν βοήθημα apud Galenum, πόγε μὴν ἐμέτοις χρῆσθαι, τῆς αἰδοίου πεπονθότων, ἀντισπαστικὸν ὅτι βοήθημα.

Ἀντισπαστικὸν μέτρον, Metrum cõstans ex pedibus antispastis: vt ἰαμβικὸν μέτρον, constans ex iambis. Vide Hephæstionem, & scholiastem eius.

C. Ἀπόσπάω ασω, F. σπάσω, Auello, Abstraho. Cum genitiuo & accusatiuo. Sophocles, πῶς σ' ἀποσπάσω πικρὸν Τοῦδ' ἀγῶνος κωδόντος; Plutarch. in Themistocle, τοὺς πολίτας ἀποσπάσας τῆς θαλάσσης. Interdum additur præpositio ἀπὸ. vt in hoc Xenophontis loco, Hellen. 1, ἀποσπάσαν τὸ στρατόπεδον ἀπὸ τῆς Βυζαντίου. Suidas ἀποσπᾶν exponit μὴ βίᾳ ἕλκειν, item μὴ βίᾳ ἐξαιρεῖσθαι. citátque locos vbi accusatiui tantùm ponuntur. Vnus est hic, οἱ δὲ Σπαρτιάται ἐκάθιζον τὸ θεοῦ ἱκέται εἰς Ταίναρον, καὶ ἵνα σωτηρίαν· οἱ δὲ ἀπέσπασαν ἀφειδῶς καὶ μάλα ἀπέκτειναν αὐτούς. vbi ait esse μὴ βίᾳ ἐξείλοντο. Alter est iste, αἱ δὲ καταφθύρουσιν ὅπῃ τὴν Ἄρτεμιν, βαρβάρου πικρῶς ἐγκειμένου· καὶ τῆς δορυφορούσας ἀποσπῶντων, κἀκείνων ἀπορίᾳ ἐχομένων, διασπᾶται ὁ κῶς τὸ τραχήλου ὅρμος. id est βιαίως ἑλκόντων. Porò est verò subaudiri vtrobique aduerbium de loco ἐκεῖθεν vel ἐνταῦθεν. vt habetur hoc in loco, ὁ ὢ καὶ ἐνταῦθεν ἀποσπάσας, ἐξαγνε κατ' αὐτὸ πληγάς.

ου, τὸ, Viscē. Σπλάγχα (inquit Gorr.) nō intestina dicuntur, sed præcipua interanea & vitaliora: vt cor, pulmo, iecur, & similia quæ in cæsis victimis aruspices considerabant siquid portenderent. Sumptum est enim ab aruspicinis id vocabulū, deinde ad omnes animalium partes intrinsecas translatum. Celsus Viscera Latinè vocat, & ab intestinis distinguit: alii Exta interpretari malunt. Greg. ὥστε κῦ τῶν σπλάγχων, adegit visceribus, s. pugionem. Plut. Symp. 2, τῷ πρὸς τὸ σπλάγχον ἕλκοις. Frequēter de corde dicitur, vt apud Aristoph. σπλάγχα θερμαίνειν πρὸς ὀργήν. nam affectuum & perturbationum sedes est cor. Sic Soph. κἰκάσασα δὴ μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, i. τὸν ἐμὸν καρδίαν. Itidem Eurip. σπλάγχνον ἐνδόνον, cor intentum, id est immotum. Idem in Med. Ὅς πρὶν αὐδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σοφὸς, Στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἡδικημένος, Qui simulac viderit aliquem, odit, prius quā probè cognorit cor animūmque quo affectus est. Alii latius etiam interpr. Ingenium, Mores. Apud sacros autem scriptores σπλάγχα Hebræorū imitatione dicuntur omnes teneri ac materni affectus. vt in epist. ad Philipp. c. 1, ὡς ὄντα πρὸς πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, Quàm propensè vos amem omnes in visceribus Iesu Christi. Et cap. 2, εἴ τινα σπλάγχα καὶ οἰκτιρμοὶ, siqua viscera ac miserationes. id est, siquis intimæ charitatis sensus. Itidem Greg. τὰ μητρῷα σπλάγχα σπαραττομένη, materna ei viscera lacerabātur. id est, materni amoris sensus pungebantur. Plut. vicissim σκληρότερα σπλάγχνα dicit de corde duro & ferreo, quod non mouetur seu mollitur. De animalium quæ mactātur, id est victimarum visceribus siue extis frequentissimè dicitur. Iliad. β, Σπλάγχα δ' ἄρ' ἐμπείραντες ὑπεέρεχον Ἡφαίστοιο. Et Od. γ, Εὖθ' οἱ σπλάγχν' ἐπέσαντο, θεῷ δ' ὀλίγ' ὀλμηία κῆρ. Æschin. in Ctesiph. τὰ σπλάγχα φυλάττων, obseruans exta, seu quid exta promitterent. nam αἱ ὀλίγαι τῶν σπλάγχνων μορφαὶ καὶ ποιότητες προσδηλοῦσιν ἀνθρώποις τὰ μέλλον, vt tradit Plut. De orac. Pyth. B

C. Σπλαγχοσκόπος, ε, ὁ, Extispex, Qui exta seu viscera victimæ cæsæ inspiciens, ex eorū colore aut qualitate futura coniicit & prædicit. Idem specialiore nomine dicitur ἱππαποσκόπος. A

C. Σπλαγχοτόμος, ε, ὁ, Viscerum sector, Qui viscera hostiæ mactatæ cultro resoluit & eximit. B

C. Σπλαγχοφάγος, ε, ὁ, Viscerum vorator. Σπλαγχοφάγοι, (inquit B.) Homines violenti, Pauperū voratores. vel, ad literam, Qui in sacrificiis viscera hominum edebāt: lib. Sapient. c. 12, τέκνων τε φονέας αἰελεήμονας, καὶ σπλαγχοφάγους αἱθρωπίνων σαρκῶν. C

C. Σπλαγχόπης, ε, ὁ, Qui exta seu viscera torret, vt quidam interpr. Forsan significat etiam idem quod σπλαγχοσκόπος, ab ὄπομαι. Est & nomē proprium serui Periclis, apud Plin. B

C. Ἄσπλαγχος, ε, ὁ καὶ ἡ, Non habens σπλάγχον, id est cor. Quoniam autem cor animositatis sedes est, ideo hoc ἄσπλαγχος accipitur pro ἄθυμος, ἄπλομος, Non animosus, Inaudax, (vt Horat. loquitur) seu Timid⁹, Ignauus. Soph. Aiace, p. 28, Μήπω φύσιν γ' ἀσπλαγχος ὀκ κείνου γεγώς. vbi schol. exp. ἀκάρδιος, ἄπλομος, δειλός. Exponitur etiā Immitis, Inhumanus, Crudelis, Immisericors: quia σπλάγχα interdum dicuntur affectus teneri, quales materni sunt. C

C. Εὔσπλαγχος, oppositum præcedenti, & significans Animosus: ἄκαρδος, αὐθρῶδης, vt testatur schol. Soph. p. 18. Item Misericors, Pronus ad miserendum. Seu Qui facilè commouetur alterius rebus aduersis. In epist. ad Ephes. c. 4, v. 32, γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχοι, Estote in alios benigni, misericordes. Sic in epist. Petri 1, cap. 3, εὔσπλαγχοι, φιλόφρονες. VNDE Εὐσπλαγχία, ας, ἡ, Animi præstantia, Animositas. Eurip. Item Animus ad miserendum pronus. D

Σπλαγχικὸς, οῦ, ὁ, Ad viscera pertinēs, σπλαγχικὰ φάρμακα Herm. Barb. interpr. Medicamēta quæ ad viscerum morbos conficiuntur: Marcell. Virg. Medicamēta quæ ad splanchna, id est interanea exta, cōficiuntur. Ruell. Viscerum medicamenta, apud Dioscor. lib. 1, c. 81, μίγνυται δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀρτηρίαν ὠφελίμως καὶ πρὸς σπλαγχικοῖς φαρμάκοις.

Σπλαγχὶς, ίδος, ἡ, Cor. καρδία. schol. Soph. p. 28.

Σπλαγχνόω, Exta in manus assumo & attrecto, vt quum coniurati se iureiurando & religione arctissima astringebant. Dion de Catilina loquens, καὶ ἐς ἀθεμίστων ὁρκωμοσιῶν αἰάγκην πρὸς ἡγαγε. πῦρ δὲ τῷ πίνα καταθύσας, καὶ ὀλίγα τῶν σπλάγχνων αὐτῷ τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπειτα ἐσπλαγχνώσαντο μετὰ τῶν ἄλλων, ipsa exta attrectauit atque in manus sumpsit, per eáque deierauit. Sic nonnulli, qui σπλαγχνοῦν esse volunt quod Aristophanes in Auibus dicit σπλάγχνα χεῖρ' ὀλίγα πλῦσαι: afferentes & hunc locum ex Æschyli fabula quā Ἐπὶ ὀλίγ' ὀλίγας inscripsit, Ἄτοφις δὲ ἐπὶ θύεσι λοχᾶται, Ταυροσφαγοῦντες ἐς μελαίνιν πάκος, Καὶ σιγαίνοντες χερὶ δωρεῖου φόνου, Ἄρλιν, Ἐνυὼ, καὶ φλέγμα πυρ Φόβοι, Ὁρκωμότησαν: addētes & Polybium confirmare hunc morem iurandi per exta mactatæ victimæ. Salust. in coniuratione Catilinæ scribit fuisse ea tempestate qui dicerent, Catilinam oratione habita, quum ad iusiurandum populares sceleris sui addiceret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circuntulisse: inde quum post execrationem omnes degustassent, sicuti in solemnibus sacris fieri cōsueuit, aperuisse consilium suum. Alioqui σπλαγχνοῦν significat σπλάγχων μεταλαβεῖν, extorum & viscerationis participem esse, vt qui & sacrificii & conuiuii quod à sacris agitatur, participes sunt. Solebant enim, facta re diuina, σπλάγχα πάσασθαι, vt Homerus docet Odyss. ζ, v. 9, & Iliad. β, v. 426. Aristoph. Auibus, Αὐτὰρ ἐπὴν ἀνθρωπος ἰὼν ἄκλητος, ἀλαζὼν, Δυσπῇ θύοντας, καὶ σπλαγχνοῦν ὀλιγοθυμῇ, Δὴ πότε χὴ πύθοιεν αὐτὸν πλουτοῦν τὸ μεταξύ. Quo modo accipi potest & in hoc loco apud Athen. lib. 9, circa finem, vbi πρὸς τῆς τῶν ἰκετῶν καθάρσεως sermo est, ἔπειτα ἀπονιζάμενος αὐτὸς, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ σπλαγχνοῦντες, ὕδωρ λαβὼν κάθαιρε, ἀπόνιζε τὸ αἷμα τῶν καθαρμῶν. Interdum Σπλαγχνοῦσθαι seu Σπλαγχνοῦμαι, Auguror per exta, vt aruspices & οἱ σπλαγχνοσκόποι. B. ex Strab. de Lusit. l. 3, p. 67, σπλαγχνοῦνται δὲ καὶ ἀνθρώπων αἰχμαλώτων, καὶ λύτρον τῶν σάγοις, εἶθ' ὅταν πληγῇ ὑπὸ τοῦ σπλάγχα ὑπὸ τῶν ἱεροσκόπων, μαντεύονται τοιοῦτον ὀκ τῶν πλώματος. Paulo antè dixerat eos esse θυσκοὺς, τά τε σπλάγχα ὀπτοβλέπειν οὐκ ὀκνήμονας. Idem Strabo & actiua voce vtitur in hac significatione, libr. 7, pagina 129, de Sicambris, ὀκ δὲ τῶν προχειμένου ἅματος μαντεύειν πινὰ ἐποιοῦτο ἄλλα δὲ διαχίσασα, ἐσπλάγχνευον, αἰαφθεγγόμενα νίκιν τοῖς οἰκείοις. E

Σπλαγχνίζομαι, Fut. ίσομαι, verbum in sacris literis vsitatum, & more Hebræorum vsurpatum, pro Misericordia commoueor: indicans summam & vehementem commiserationem ex intimis visceribus profectam: qualis est illius qui apud Virg. lib. 10, Ingemuit miserās grauiter, dextrámque tetendit. Matth. 9, ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐρριμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα, misericordia cōmotus est super eis. Marc. cap. 6 dicit ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς. Rursum Matth. cap. 15, & Marc. cap. 8, σπλαγχνίζομαι ὅτι πὶ ὄχλον, vt Marci 9, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς, & Lucæ 7, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτόν. B

Σπλαγχνισμὸς, ε, ὁ, Commiseratio, Quum viscera alicuius miseratione tangunturur.

C. Ἐπισπλαγχνίζομαι, Misericordia cōmoueor super. perinde ac si diceretur σπλαγχνίζομαι ὅτι. C

Σ Π Λ Η Ν,

ηνος, ὁ, Splen, Lien: viscus rarū, spongiosum, nigricans, ventriculo sinistra parte incumbens, & sanguinem humorem atro repurgans. Et sicut iecur videtur esse purioris sanguinis quædam affusio & concretio, ita & lien nigrioris & fæculenti: ob idque vtriusque visceris carnem Erasistratus παρέγχυμα nominauit. Plato autem eum ἐκμαγεῖον τῶν ἥπατος γεγονέναι ait, teste Poll. lib. 2, vbi addit, σπληνὸς κεφαλὴν vocari αὐτοῦ τὸ παχύτατον, crassiorem eius partem. Ibidem τὸν σπλῆνα ἀλγεῖν, dolere ex liene: quod vnico verbo σπληνιᾶν dicitur. Et apud Plut. σπληνὸς οἴδημα, lienis tumor. Et σκίῤῥος τῶν σπληνῶς, apud autorem Definit. medic. qui Galenus esse creditur: nimirum ὅταν μείζων ὁ σπλὴν ὑποπίπῃ, καὶ λίαν σκληρὸς καὶ διωγκωμένος. Vnde σπλὴν ἐσκιρρωμένος apud Dioscorid. lib. 2, Lien induratus simul & tumefactus. Σπλῆνες, lienis dolor. Cuius signif. exemplum ex Hippocr. vnà cum Celsi interpr. habes in Πλαύτης, tomi 3, col. 343. A. ‖ Σπλὴν significat etiam idem quod σπληνίον, splenium: linteolum, vtplurimum oblongum & splenis formam referens, quo medicamentum illitum, exceptúmve, parti affectæ applicatur. Galen. lib. 6 Meth. med. ὅθεν εἰς φουρᾶν, ὅπερ καυνεῖται αὐτοῖς οἱ Ἱπποκράτης ἐξοῦρε τὴν τῶν σπληνῶν ὀπτοβολήν. Ibidem, σπλῆνα σκεπαρνηδὸν, ὡς Ἱπποκράτης ὠνόμασε, περιβάλλειν. Hesychio σπλῆνες sunt non solùm τὰ πρὸς τοῖς ἰσχίοις ὀπτημένα ὀθόνια, sed etiam οἱ ὑπὸ τὰς πλεύραις ἐλκίδες. E

C. Σπληνοδάπανος, ε, ὁ καὶ ἡ, Splenem consumens & minuens. A Nicolao Myrepso σπληνοδάπανον dicitur τὸ ἄσπλη νον, quòd lienem minuat & consumat. F

C. Ἄσπληνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Lienis expers, Liene carens. Ἄσπληνον exponunt etiam Medicamentum ad curanda lienis vitia. A T Ἄσπληνον herbæ nomen est apud Dioscor. lib. 3, cap. 151, inde dictæ quòd δυνάμιν ἔχει τὰ φύλλα ἀποζεσθέντα σὺν ὕδατι, καὶ πιόμενα ὅτι ἡμέρας μ', σπλῆνα τήκειν: atque adeo & ipse σπλὴν καταπλάσσεται τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ. Vnde Plin. lib. 27, cap. 5, Huius foliorum iure in aceto decocto, per dies 40 poto, lienem absumi aiunt. Et illinuntur autem eadem, sedántque singultus. (sic enim reponendum ibi existimo) Nicol. Myr. quoque eam ob rem σπληνοδάπανον nominauit. Alio nomine σπλήνιον dicitur, & ἡμόνιον, & σκολοπένδριον, vt ibidem testatur Dioscor. necnon & Plin. loco citato, sic scribens, A splenon sunt qui hemionion vocant. Vide Ἡμόνιον & Ἡμιονῖτις. Herbarii & pharmacopœi nostri temporis ceterach appellant. G

Σπληνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Lienosus, Spleneticus: sic enim Plinius appellat eum qui liene laborat. Vel etiam, Magnum & tumidum lienem habens. Vtitur Galenus in libro ad Glauc. necnon & Hippocr. Vide in sequenti Σπληνικός. H

Σπληνικὸς, ε, ὁ, idem. Σπληνικοὶ (inquit Gorr.) dici quidem possunt omnes qui ex liene laborant, propriè tamen à veteribus ita dicti sūt quib⁹ lien obduruit. Autor Defin. medic. σπληνικοὺς esse & dici scribit οἷς φλεγμήνασης οἱ σπλῆνες εἰς τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποκαθίστασθαι οὐδὲ ἀποφλεγμαίνουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς παραμένει ἡ πελιοία, ὥς περ καὶ κῆ τοῖς νόσοις ῥύθμα πίζεται: in iisdémque mutari præterea naturalem corporis colorem. Hippocr. σπληνώδεις appellat, vt Aphor. Sect. 6, artic. 47, τοῖσι σπληνώδεσι δυσπεψίη ὀπηγνυμένη ἀγαθόν. Priore autem σπληνικὸς vtitur Athen. lib. 8, de Pella vrbe, σπληνικοὺς εἴωθεν ἡ πόλις ποιεῖν ὀνόματι Βαλαιείῳ. Item σπληνικὴ φλέψ, splenica vena: ramus superior & minor venæ portæ, qui totus per lienē spargitur. Nam quū vena porta in duos præcipuos ramos distincta sit, hic in lienem abit, alter in mesenterium diffunditur. Gorr. B

Σπληνῖτις φλέψ, eadem quæ σπληνικὴ paulo antè. Aristot. l. 3 Hist. anim. & Ruf. Ephes. in lib. De appell. part. corp. humani.

Σπληνίον, ου, τὸ, idem quod σπλὴν, vt innuere videtur Poll. lib. 2. Vbi paroxytonως scriptum legitur, alibi passim proparoxytonως. Σπληνίον (sicut & σπλὴν) dicitur etiam linteolum, vel emplastrum non oblongum tantùm (vt Hesych. vult) aut splenis (vt alii) figura: sed quacunque forma ad partium corporis habilitatem aptatum, quo exceptum vel illitum medicamentum adhibetur. Gal. Hippocratē id genus linteoli excogitasse dicit ad stabiliendas fracturas, lib. 6 Meth. med. cuius verba in Σπλίω citaui: vbi etiam ad ossa multifariam confracta splenium asciæ forma circundare ex eiusdem Hippocratis præcepto iubet. Non est autem dubium sic dictū esse à lienis figura lōga magis quàm lata. Aliis etiam partibus imponitur, vt fronti in fasciolæ modum ad leniendos dolores, aut inhibendā destillationem, aut in alium quempiam vsum. Gorr. Latini quoque hac voce vtuntur. Plin. de oculis cruore suffusis, Superimponi oportet splenium è melle decoctum. Mart. — numerosa linunt stellantem splenia frōtem. Idē, Talia lunata splenia fronte sedent. Idē & Spleniato mēto prodire dicit, pro Mēto cui spleniū superimpositū est. Legitur apud Diosc. aliquoties, & Paul. Ægin. Item apud Philemonē, Ὡς σπλήνιον πρὸς ἕλκος οἰκείως πεθὲν, Τὴν φλεγμονὴν ἔπαυσεν, οὕτω καὶ λόγος. ‖ Σπλήνιον dicitur etiam à quibusdā τὸ ἄσπλωνον, vel quòd spleni conueniat, vel quòd folia habeat longa latáque in modum lienis, vt Gorr. annotat. Dioscor. quoque idem testatur, lib. 3, cap. 151, Ἄσπλωνον· οἱ δὲ, σκολοπένδριον· οἱ δὲ, σπλήνιον· οἱ δὲ, ἡμόνιον. Et cap. seq. Ἡμονῖτις· οἱ δὲ σπλήνιον. vbi etiam docet hanc herbam ex aceto potam πίνειν σπλῆνα. Plin. lib. 25, cap. 5, Inuenit & Teucer eadem ætate Teucrion, quam quidam hemionion vocant. Et mox, Medetur lienibus. constátque sic inuentam, Quum exta super eam proiecta essent, adhæsisse lieni, eúmque exinanisse. ob id à quibusdam splenion vocatur. Narrant, sues qui radicem eius ederint, sine splene inueniri. Apud Theophrast. autem Hist. plant. lib. 6, cap. 4, vbi cnicum syluestrem dicit esse ἀθυκαυλόπτερον, ideóq; σπληνίοις οὐκ ἐν τῷ ἀρχαίων κεχρῆσθαι γυναικῶν, pro hoc σπληνίοις reponendum iudicant πτίοις, accipientes hoc πτίοις pro ἀτράκτῳ. quoniam (vt Dioscor. scribit) τὴν ἀτρακτυλίδι (quam nonnulli κνίκον ἄγριον appellant) αἱ γυναῖκες χρῶνται αὐτῇ ἀτράκτῳ: sicut & Theocr. schol. annotat ἀτρακτυλίδα vocatam esse ὑπὸ τῶν παλαιῶν γυναῖκας ἀτράκτοις ποιεῖν ἐξ αὐτῆς, ex eo quòd rusticorum mulieres fusos ex ea conficiant. Plinius tamen lib. 21, c. 15, Vna (inquit) syluestris cnici species, mitior est, simili caule, tamen rigido: itaque & colu antiquæ mulieres vtebantur ex illis: quare quidam atractylida vocant. πτίον pro colu accipiens, non pro fuso. Vbi obiter nota E T I A M Πτίον E T Ἄτρακτος. I

Σπληνιάω, ῶ, Splenis dolorem patior, Lienis dolore laboro. πὸν σπλῆνα ἀλγῶ. Poll. lib. 2. K

Σ Π Ο Γ Γ Ο Σ,

ου, ὁ, Spongia. Iliad. σ, Σπόγγῳ δ' ἀμφὶ πρόσωπα καὶ ἄμφω χεῖρ' ἀπομόρξαν. Odyss. υ, ἀπόγγοισι τραπέζας Πᾶσας ἀμφιμάσαντο. Et Odyss. α, — ἀπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας Νίζον. Sic & Odyss. χ, τραπέζας Ὕδατι καὶ ἀπόγγοισι πολυτρήτοισι κοσμεῖν. Vtitur & Aristoph. necnō prosæ scriptores, vt Plut. Ath. & alii. De generibus autē & natura τοῦ σπόγγου, Diosc.

lib.5,c.138,necnon Aristot.Hist anim.l.5,c.16.& Ælian. item & Plin.lib.9,cap.45. Σπόγγοι dicuntur etiam glãdulæ quædam ad fauces,vt scribit initio lib.4 Epidem. Hipp.aut Thessalus eius filius,cui librum hunc,vti secundum & sextum, tribuit Galen. lib.3 περὶ δυςπνοίας. Sic fortè dictæ sunt quòd spongiarum modo humorem combibunt & continent.

C. Σπογγοθήρας,ου,ὁ,Qui spongias venatur. Poll.lib.7, πορφυρεῖς,πορφυρθυτᾶι, σπογγοθῆραι. Sunt qui spongiarios & spongiatores Latinè dici posse iudicent,vt à Purpura dicuntur purpurarii & purpuratores. Vtitur Plut.in libro De primo frig.

C. Σπογγολυμβητής,οῦ,ὁ,Qui aquas subit vt spongias petris adhærentes auellat & extrahat.Idem qui σπογγοθήρας.Vtitur Lycurgus orator,teste Poll.lib.7.

C. Σπογγοτόμος,ου,ὁ,Qui spongias secat: seu Vrinator qui spongias piscatur. Ex schol. Æschyli. Plin. auulsorem vocat lib.9,cap.45,Intellectum inesse iis apparet, quia vbi auulsorem sensere, cõtractæ multo difficilius abstrahuntur. Quæ transtulit ex Aristot.Hist.anim. lib.5, c.16, vbi ait,ἔχᾳ δὲ ἡ αἴσθησιν,ὡς φασι.σημεῖον δὲ τοῦ· ὁ μέλλοντος ἀποσπᾶν αἴσθηται, πιεσάγεται, καὶ χαλεπὸν ἀφελεῖν ὅτι.

Σπογγόδης,εος,ὁ καὶ ἡ,Spongiosus. vt Plin. Pulmo spongiosus.

Σπογγοῦς,έως,ὁ,idem quod σπογγοθήρας,seu σπογγολυμβητής,Spongiator. Aristot.apud Athen.lib.7,ὡ σημείῳ χρώμενοι οἱ σπογγεῖς καταλυμβῶσι.Dicitur vt πορφυροῦς.

Σπόγγιον,ου,τὸ,Spongiola.Aristoph.Vtitur & Hesych. in ex ponendo σπόγγος. Apud eundem proparox. legitur, Σπόγγια,τὰ σπογγόδη.

Σπογγιά,ᾶς,ἡ,Spongia:quod oxytonωs scribi Suid. annotat,& Atticum esse, citans ex Aristoph. σπογγιᾶ βεβυσμένον.Et apud Plutar.Ἂν μὴ ποιήσω σπογγιᾶς μαλακώτερον τὸ πρόσωπον.

Σπογγίτης λίθος,Spongites lapis.Plin.l.37,cap.10, Spõgites spongiæ nomen repræsentat.Idem l.37,cap. 19, Spongiæ lapides inueniuntur in spongiis,& sunt natiui. Vbi mallem Spongitæ lap.

Σπογγίζω,F.ίσω,Spongia tergo,seu detergo.σπόγγῳ ἀπόψαι,vt in Geopon.legitur pro eo quod Columella dicit Spongia detergeo.Demosth. Pro cor.τὸ μέλαν πείβων, καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων,καὶ τὸ παγδαγρῆον κορῶν. Pall.Σπογγίζομαι, Spongia tergor,seu detergeor.Athen.l.8, νομίζων οὐκ ἂν οὕτως ἐσπογγίζετο καλῶς εἰ μὴ αὐτὸς ἐσπόγγισεν.Ibidem,ὡς ἴδεν ἐσπογγισμένα τὰ ὑποδήματα καλῶς.

Σπόγγισμα,ατος,τὸ,Purgamentum, Sordes spongia detersæ.Ex Eustath.

C. ΑΠΟσπογγίζω, Spongia abstergo seu detergo. VNDE Ἀποσπόγισμα,ατος,τὸ,Sordes spõgia detersæ.idem quod σπόγισμα,vt ἀπόνιμμα idem quod νίμμα.

ΣΠΟΔΟΣ, οῦ,ἡ,Cinis:κόνις,τέφρα,vt Hesych. exponit. Alii verò non simplicè cinerẽ significare aiunt qui τέφρα nominatur,sed sordidum & cui carbones extincti permixti sunt, rerúmq; aliarum reliquiæ. Odyss. 1, Καὶ τότ' ἐγὼ τὸν μοχλὸν ὑπὸ σποδοῦ ἤλασα πολλῆς,Εἵως θερμαίνοιτο.Plutar. Sympos. 8, Probl.7,vbi Pythagorica quædam symbola enumerat,χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῷ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν.Lucian.De luctu,πλὴν σποδὸν ἡμᾶς στεῖσαι πεπιστεύκατε,cinere vesci. Σποδὸς dicitur etiam res nihili aut in nihilum redacta.vt Puluis apud Latinos, quũ poeta dicit Puluis & vmbra sumus.In Epigrammate Sardanapali apud Athen.libro 8,Εὖ εἰδ' ὡς ὅστ' θνητὸς ἔφυς,τὸν θυμὸν ἄνεξε,Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι σοι οὔτις ὄνησις. Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι,Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.Κεῖν' ἔχω ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβεισα καὶ σοῦ ἔρωτι Τέρπν' ἔπαθον,τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται,Nam & ego nunc in puluerem & nihil redactus sum qui olim in magna illa Nino regnabam.Itidem paulo pòst,Ἔξεις δ' ὅσ' αὖ φάγης τε καὶ πίῃς ἅμα,Σποδὸ δὲ πάντα,Γερηνιέης,Κόδροι,Κίμων. In Epigr. autem l.2,Ἡ γραῦς ἡ Βάκχου κυλίκων σποδὸς, exponitur Pernicies & exitium. Vide & Σπόδιον. Hesych. exp. etiam ἀφόδευμα.

C. Σποδοειδὴς,έος,ὁ καὶ ἡ,Visu cinereus, vt Plin. loquitur, seu Cineris speciem gerẽs. quo sensu idem dicit Cineracea terra,vel rufa,id est Cinerei coloris. Aristot.Hist. anim.lib.8,σποδοειδὲς χρῶμα,color visu cinereus,seu Color Cinereus,vt Plinius loquitur: alii Color ex cinere albicans. Ibidem, σποδοειδὴς πλὴν χρόαν, Qui cinereo est colore,Cineraceus.

C. Ἀντίσποδος, Cineris seu Spodii vicem præstans, Qui est pro cinerula quæ spodium appellatur. Ἀντίσποδα (inquit Gorr.)dicuntur medicamenta quæ eadem cum τῷ σποδίῳ (quod & σποδὸς dicitur) facultate pollent, quæque in spodii penuria in eius locum substitui possunt, de quibus Dioscor.lib.5,cap.86, agens de pompholyge,cuius species spodium est: ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ αὐτὰ σποδὸς ἱκανῶς ἀναχεῖ,ὑστερούσης πολλάκις σποδοῦ, τὰ ἴσοδ ωαμοιοῦται αἰσκρῶν ὄντα ὑποδείξαι. Plinius lib.34,cap.13,Ne inquirenda essent metalla, vilissimis rebus easdem vtilitates excogitauit. Antispodon vocant cinerem fici arboris vel caprifici,vel myrti foliorum,cum tenerrimis ramorum partibus,vel oleastri vel cydonii mali,vel lentisci. Sed & alios ibi cineres refert qui in spodii locum (si fortè desideretur) substitui possint. Apud Galenum LEGITVR Ἀντίσποδον, Simplic.lib.9,vbi περὶ πομφόλυγος καὶ σποδίου agit,ᾧ (videlicet σποδίῳ) δοκεῖ ωρέπουσαν δ ωαμιν ἔχειν τὸ καλούμενον ἀντίσποδον.Legitur & apud Orib.

C. Ἐνσποδος,Cineraceus. Ex Dioscor.l.1,cap.95, ἔνσποδος τῇ χρόᾳ,pro Qui colore est cinereo.

C. Θερμοσποδιά,ᾶς,ἡ,Calidus aut calefactus cinis. Alii, Cinis feruens,in quo ardentium adhuc carbonũ reliquiæ supersunt. Dioscorid.lib.2, cap.134, de rapo,εἰ δέ τις ἐγγλύψας τὴν ῥίζαν, κηρωτῇ ῥοδίνῳ ἐν αὐτῇ ὅτι θερμοσποδιᾷ πήξει,si excauatæ radici rosaceum ceratum adigatur,& feruenti cinere eliquescat.Vtitur & lib.5.

Σποδίος,Cinereus,vt σποδίον χρῶμα,cinereus color, qui ab Aristot.dicitur σποδοειδής. Athen.l.9, ἡ δὲ φάσκα,ἀλίκπορος τὸ μέγεθος,χρῶμα δὲ,σποδίον· ἡ δὲ τρυγών,παίπαν ἐλάττων, χρῶμα δὲ πυρρόν. Quæ & apud Eustathium leguntur, pagina 1712. Vbi nota eum discrimen facere inter σποδίον & πυρρόν.

Σπόδιον,ου,τὸ, Cinerula. Σπόδιον SIVE Σποδὸς,(inquit Gorr.) est recrementum metallorum vstorum, quod cineris in modum partim fornacum parietibus inhærescit, partim in terram decidit, indéque colligitur. Nomen habet à cineris similitudine,& quidam ex Latinis cinerulam dixere. Nec colore modò cinerem refert, verùm etiam grauitate: quibus duobus differt à pompholyge, candida & leui: quum tamen vtraque sint eadem genere,& ex eadem materia prodeant. Ea autem vtplurimum est æs,aut cadmia: aliquando tamen ex auro & argento & plumbo nigro secernitur. proinde diuersas habet appellationes: ærariæ, quæ omnium præstantissima est:plumbariæ,quam post Cypriam ærariam Dioscorides commẽdat: aurariæ,quæ teste Plinio est vtilissima: & argentariæ, quam idem Lauriolin vocari dicit à Laurio Atticæ monte, in quo argenti erant fodinæ. Omnis autem spodos lota & à sordibus (id est carbonibus, terra,pilis) purgata,easdem quas pompholyx vires habet, sed crassiorum est partium. Sunt qui existiment nos vero spodio carere nostrúmque non aliud esse quàm ebur vstum,aut aliud offis genus. Auicenna autem scripto testatus est, spodium esse cinerem radicum cannarum exustarum. Verùm hæc non sunt spodion,sed verius ἀνάσποδα dicentur. Vide & Dioscor.l.5,c.85,86,& Plin.l.34,c.13,vbi vtitur vtroq; vocabulo Græco,& spodõ appellãs & spodiõ. VOCATVRET Σποδιὰ,à Diosc.l.5,c.85 circa finẽ.

Σποδιά,ᾶς,ἡ,Cinis.idem quod σποδὸς,vt σπογγιὰ idẽ quod σπόγγος. Hesychius exponit κόνις, σποδός.apud quem legitur &, Σποδιὰ λαύρα, ἡ ταῖς ὁδοῖς πείβουσα,ἢ ἐν ταῖς ὁδοῖς πρίβομψιν. Pro quo Eustathius voce comp. HABET Σποδωπλαύρα, vt docui tomi secundi col.543. F. AT Σποδιάς,άδος,ἡ,arbor quædam nominatur quæ est veluti sylueſtris prunus: teste Theophrasto, Hist.pl.libro 3,capite 7, vbi quædam ὀπωπολαόρριζα commemorat, καὶ κοκκυμηλέα,καὶ σποδιάς.αὕτη δ' ὅλιν ὥςπερ ἀχεία κοκκυμηλέα. Pro quo σποδιὰς apud Athenæum libro 2 LEGITVR Σπονδιάς: & ad ipsum fructum refertur,nõ ad arborem,Θεόφραστος δὲ λέγει κοκκύμηλα καὶ σπονδιάς.ἔστω

ἡ ὅλιν ὡς ὥρα ἄχρια κοκκύμηλα.

Σποδικὸν κολλύριον apud Paul.Æg.& Latinos quoq; Scrib. Larg.à quibusdam cinereum dicit appellari. Itaque errant qui à spodio appellari scribunt. neque enim spodii quicquam habent ἄδηκτα καὶ ἀπαλὰ collyria, è quorum numero & hoc est. sed à cinereo colore nomẽ sortitũ est: vt inter alia tradit Gorr. Alioqui Plin.& spodonlotam dicit collyriis oculorũ aptari,& auraria spodon vtilissimam oculis affirmari.

Σποδίτης ἄρτος,Panis subcineritius, vt quidam vocant: Athen.lib.3 ex Nicandro & Diphilo. Ibidem nominatur ἐγκρυφίας, quoniam nimirum τῇ σποδῷ seu τῇ θερμοσποδιᾷ ἐγκρύπτεται .id est, quia feruentibus cineribus obrutus inassatur.

Σποδίζω,F.ίσω, Sub cinere coquo, Cinere obrutum inassa seu torreo. Plato lib.2 De rep.pag.23,καὶ φυγὰς σποδιοῦσι πρὸς τὸ πῦρ, ad ignem sub cinere fageas glandes torrebunt. Apud Aristoph. autem in Vesp. ἢ μὴ κεκαυτῷ Διαπνοῇ λέῳ σποδίσει παχύς,schol.exp.πλῆξον καῦσον ὡς ἐν σποδῷ, Feri,combure veluti in cinere. Alii,In cineres redige,Cinefac,vt Lucr.Horrifico cinefactum te propè busto. ‖ Neutraliter quoque accipitur pro Cineraceus sum,In cinereum colorem vergo.

C. ΥΠΟσποδίζω,F.ίσω,Aliqua ex parte cineraceus sum, Aliquatenus refero cinerem. Dioscor.lib.5,c.92.de ærugine scolecia,κίνει ἕως ἂν μεταβάλῃ καὶ ὑποσποδίσῃ τῇ χρόᾳ. Vbi Ruell.Donec se mutet,& colorem cinereum concipiat.

Σποδίω,Feruẽti cinere obruo,aut vro.vnde apud Hesych. Σπόδησον,ὀπήσον,φλέξον. nisi fortè scribendum ἀποδίσον, & intelligendum de eo quod ex Aristoph. paulo antè citaui:præsertim quum post σποδιὰ ponatur. ‖ Significat etiam Ferio, Percutio, Cædo. vnde apud Hesych.Σποδεῖν,παίειν. Aristoph.Nub.Κἄπειτ' ἔφλα με,κἀποδεῖ,κἄπτιγε,κἀπέτριβεν. Idem in Ran.Οὐδὲν πλεῖς γὰρ, ἀλλὰ ταῖς λαγόναις ἀποδεῖ. Vbi annotat schol. ἀποδεῖν propriè esse τὸ πυῖ βωμοῖς καθαίρειν, altaria purgare. seu Ab altaribus cinerem detergere. Et sic ἀποδεῖν diceretur ὑπὸ κοπτικῶς pro Cædere & quasi cineres abstergere. Pall. Σποδεῖδῃ,Cædi.vt Hesych.ἀποδέοιτο exp.ἐτύπτοιτο.ἐμάχετο. Eurip. Hippol.cor.— Ὠΐαισι ἐμπλακεὶς Δεσμὸν διεξῆνθον ἔλκεσι δεθεὶς· Σποδούμενος δὲ πέτρας φίλοις κάρᾳ, Θραύων δὲ πάρκα, Caput ei ad saxa obuia alliditur. Nisi malis Allidens caput ad saxa. Fortasse significat etiam Cineres feruentes fodico,vt σκαλεύω seu σκαλαθύρω: atque inde translatum videtur ad obscœnam actionẽ, quemadmodum σκαλεύειν quoque & σκαλαθύρειν.Cuius significi. Hesych. quoque meminit, Σπεδεῖν exponens συγγίνεσθαι,coire: & Σπεδεῖσθαι,παραίνεσθαι, prædicari. Aristoph.Concion. Λέγουσι δὲ καὶ τοὺς νεανίσκους ὅσοι πλεῖστα ἀποδεῶνται,δεινοπάτιες εἶναι λέγειν.id est.βινοῦνται, subagitantur. Κινεῖν quoque eo significatu idem dicit.

C. ΑΠΟσποδέω,ῶ, Cinerem detergo. Apud Aristoph.initio Auium,Ἀπαποδήσαι τοὺς ὀνυχας τοῦ δικτύου. vbi scholiastes exponit ἀφαιρήσαι ἀπὸ τῆς ἀποδοῦ: quoniam nimirum cinis ἀφαιρεῖ τὸν ωρεῦ πάρξασαν ὕλιν τοῦ ξύλου. item ἀποκροῦσαι, τυπτόμενον ἐκβαλεῖν. vt fit Decutere aut Ictu decutere.

C. ΚΑΤΑσποδεῖν,Depellerẽ. Hesych.enim κατασπόδησον exponit κατέλασον.

ΣΠΟΝΔΥΛΟΣ, ου,ὁ,Spondylus, Vertebra. Sunt autem spondyli ossa 24,quibus ἡ ῥάχις tota cõstructa est. Tot enim sunt in homine secundũ naturam se habente: aliquãdo tamen plura aut pauciora reperiuntur. Omnia caua sunt & forata, omnia ἄκανθαν (hoc est spinam) habent,& apophyses trãsuersas atque obliquas ascendentes & descendentes: omnia similiter vinculum membranosum intus (præter duos primos spondylos) duas rachitæ meningas ambiens,& foris alterũ ipsa vndiq; colligãs:præterea articulationes sex,duas suo corpore, duas apophysibus ascendentibus, & duas descendentibus. Hæc inter alia Gorr. apud quem plura vide de earum articulationibus, quidque inter se commune habeant, quid proprium. nec enimomnes sibi similes sunt. Alio nomine dicuntur σροφεῖς, à Pherecrate σροφιγγες,præcipuè ωρὸς τὸν σροφὸν τοῦ τραχήλου. sunt enim communes vertebræ ipsi ceruici cum dorso. Homerus ἀνδυλίους vocat, Arrianus κύβους etiam. Septem illas ceruicis vertebras ἀσραγάλους appellat idem Homerus: quarum prima ὀδηγοφόλος dicitur,secunda ἄξων,& ὀδοῦς ab Hippocrate:(licet Ruf.Ephes.primam ab eo sic nuncupari putet)vltima,ἄτλας,quòd onus sustineat. Magnum verò spondylum Galen. comm.3 περὶ ἄρθρων, accipit secundum,qui in fauces conuersus eas angit.Non multo pòst tamen eodem libro magnum spondylum appellat infimum lumborum aut ei proximum. Paulo pòst magnum videtur innuere sextum ceruicis aut septimum. Cæterùm vertebræ omnes in tres ordines distinguuntur. sunt enim ceruicis septem, dorsi duodecim,lumborum quinque. Inter quas facile est dorsi vertebras ab aliis discernere. singulæ enim dorsi vertebræ vnam vtraque parte costam emittunt. Ex his autem decima peculiare quiddam & proprium habet, à Galeno ἀρρενὶς dicta, quòd spinam habeat in neutram partem vergentẽ, id est nec sursum nec deorsum. qualis hominibus huius sæculi frequenter est vndecima, & hac frequentius duodecima, rarò autem decima. Quum enim rachis tota sit tanquam arcus quidam, eius ipsius ceu clauis (vt vulgò vocatur) est decima vertebra,quæ,velut lapis aliquis motu recto delatus, nutantes sursum aut deorsum alias vertebras figit & firmat: teste Gorræo. Inter eas maris nomine censetur quod prominet & extat, quódque fulcitur: fœminæ autem,quod suscipit,cauúmque est.Compages earum & σύσημα nominatur γύης: meatus verò per quem medulla earum fertur,σωλὴν & ἱερὰ σύριγξ vocitatur, teste Polluce. Latini etiam spondylos dicunt, vt Plin. Primus spondylus dorcadis. Idem lib.32,cap.6,scribit laudari ostrea quæ sint spondylo breui atque non carnoso,nec fibris laciniosò. Martialis ossicula spondylis similia,spondylos vocat,lib.7, Rosos tepenti spondylos sinu condit. In architectura ἀνάνδυλος dicitur sculptura vertebrata siue verticillata, à vertebræ siue verticilli figura, quæ columnis ornamenti loco apponitur. Athen.l.5,οἱ δὲ γεγονότες αὐτῆθι κίονες αἰνίγματα σροφυλοι,διαλλάττοντες τοῖς ἀνανδύλοις,τὸ μὲν μέλαινος,τὸ δὲ λευκοῦ,παρ' ἄλληλα τεθειμένων. Σπόνδυλος dicitur etiam Verticulum seu Verticillum, id est pondusculum quod mulieres nentes imæ fusi parti appendunt,vt facilius eum contorqueant. Præterea ἀνόνδυλοι vocabantur αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαὶ,χαλκοῦ πεποιημέναι,ænei calculi quibus iudices vtebantur in suffragiis ferendis. Poll. Σπόνδυλος nominatur etiam cardui satiui caput, cardui inquam satiui,qui & cactus & cinara dicitur.Galen.De facult.aliment.lib.2,cap.51,de cinara, πολλοὶ δὲ οὕτως ἐδίοισι τὰς οἷον κεφαλὰς αὐτῆς,ἃς ὀνομάζουσι ἀνόνδυλους. Est & piscis nomen apud Plin.lib.32,c.vlt.cuius Macrob.quoque meminit & Seneca. Dorion autem apud Athen.lib.7 σφόνδυλον appellat τὸν κάτω τῆς κεφαλῆς τοῦ κεφρέως ἐλίνον. Herbæ quoque nomen est,quæ & ἀνόνδυλιον dicitur. Vide infrà in Σφόνδυλος.

Σπονδύλιος,ου,ὁ,idem quod ἀνόνδυλος.Eust.

Σπονδύλιον,ου,τὸ, itidem pro ἀνόνδυλος dicitur,& significat Vertebra. Item Os spinæ extremum,quod & ὀρροπύγιον nominatur & κόκκυξ. Poll. Σπονδύλιον vocatur & Verticillus, quem fœminæ nentes indunt imæ fusi parti, vt facilius eum contorquere possint: sicut & ἀνόνδυλος. Item herbæ nomen,vt in σφόνδυλος docebo.

¶ Σφόνδυλος Atticè dicitur pro ἀνόνδυλος.Nec de vertebris solùm τῆς ῥάχεως dicitur vt ἀνόνδυλος, sed & de verticulo seu verticillo quod fuso appendunt nentes fœminæ. Quo significatu legitur apud Pollucem, libr.10,capite 28. item apud Plutarchum Sympos.9,probl.14,δοκεῖ μοι Πλάτων ὡς ἀτράκτους καὶ ἠλακάτους,τοὺς ἄξονας,σφονδύλους καὶ τοὺς ἀστραγάλους ὀνομάζειν. Hesychio σφόνδυλοι sunt non solùm τὰ τῆς ῥάχεως ὀστᾶ, sed etiam αἱ ὁρμοζαὶ τοῦ μελῶν: item τοῦ σκορπίου αἱ ὀλίγαι τοῦ κέντρου ωδιζεφαί, item οἱ τοῦ φυθοῦ πυθμένες, necnon αἱ δικαστικαὶ ψῆφοι, quemadmodum Eustathius quoque ex veteribus gramm.σφόνδυλος exponit ἡ δικαστικὴ ψῆφος.itidémque ἀνόνδυλος suprà. Nicander fœmininо genere

vsurpauit in Ther.v.797, — τῷ δ' πορφυρελαίνῃ ἄκρη σφόν- A
δυλος, de scorpio. quò referri potest expositio ex Hesychio paulo antè allata. Vide & Σπονδύλιον.

C. Σφονδυλοδίνητος, Verticillo tortus. In Epigr. σφονδυλοδινήτῳ νήματι, Filo quod verticulo ad fusum appenso tortum est. Nisi malis σφόνδυλος pro ipso fuso accipere, & interpretari Filo quod fuso tortum est. nam Filum seu stamen è colo ductum fuso torquetur, cuius imæ parti verticillus inditur, vt eius pondusculo ipse fusus circumagatur velocius.

B Σφονδύλιος idem quod σφόνδυλος. Annotat Eust. pag. 1216, non solùm σπόνδυλος per σπ & tribus syllabis dici, sed etiam per σφ, & quatuor syllabis, σφονδύλιος: vt in hoc loco Homeri Il. υ, v. 480, μυελὸς αὖτε Σφονδυλίων ἔκπαλτο. & sic σφονδυλίων ἔκπαλτο idem esset quod ἔπαλτο ἐκ τοῦ σφονδυλίων, ex vertebris ceruicis medulla excutiebatur. At Poll. hoc S I V E Σφονδυλίων S I V E Σπονδυλίων, nominatiuo casu & adiectiuè accipit, sic scribens lib. 2, ἐφέστηκε δὲ σπονδύλοις ἐπὶ ὁ τράχηλος, οἷς Ὅμηρος ἀσφαράλοις καλεῖ, καὶ σπονδυλίωνα, τὸν μυελὸν τὸν ἐν αὐτοῖς.

C Σφονδύλιον, ν, τὸ, idem quod σπονδύλιον, seu σπόνδυλος. Est & herbæ nomen apud Dioscor. lib. 3, cap. 90. Plin. Spondylium appellat lib. 12, cap. 26, dicēs à ferula differre foliis tantùm, quia sunt minoia, & platani diuisura. Idem Dioscor. σφόνδυλον etiam vocat, vt lib. 3, cap. 97, de galbano, σὺν σφονδύλῳ δὲ καὶ ἐλαίῳ θεραπεῦσα, ἑρπετὰ κτείνει. Vnde Plin. lib. 24, cap. 5, Serpentes oleo & spondylio mixto tactu necat.

Σφονδύλη autem S I V E Σπονδύλη diuersæ significationis est à superioribus. Eustath. enim pag. 1669 ex veteribus D lexicographis tradit, σφονδύλιν esse ῥίζαν ὁμοίαν σιλφίῳ. Sic Hesych. Σφονδύλη, ὅμοιόν τι φασὶ σιλφίῳ εἶδος, ὀσμὴν φαύλιν θοεῖε, ὀθνον εἴ τις ἅψεται αὐτῆς. Apud quem L E G I- T V R E T Σπονδύλλη, ἡ γαλῆ παρ' Ἀτθίδι. Dicitur σφονδύλη esse etiā insectum odore tetro, de blattarū genere. Aristoph. Pace, Ὡς ἡ σφονδύλη φθόρουσα πονηρότατον ὀδεῖ. vbi schol. annotat, σφονδύλιν esse σιλφιν πνὰ ὀδέλλη θεσσομοίαν, δεινῶδη ὄντως. Aristot. quoque inter insecta numerat, Histor. anim. lib. 5, c. 8, θεῖ ὀχείας τοῦ ἐνόμων loquens: πάντα δὴ τὸν ὕδατον τῶν ὀχεύεται, αἱ τε μῦιαι καὶ αἱ κανθαρίδες E καὶ αἱ σφονδύλαι. vbi Gaza interpr. Verticilli. Idem Aristot. libr. 8, cap. 23, staphylinum (quod & ipsum insecti genus est) dicit esse ἡλίκον ἡ σφονδύλη. quemadmodum Apsyrtus quoque in mulomedicina staphylinon dicit esse ὅμοιον τῆς σπονδύλαις τῆς κατ' οἰκίαν, μείζονα δέ: addens, eum γίνεσθαι ἐν τοῖς ἀχεῶς παντοχῇ, καὶ πορεύεσθαι ἐπὶ πρόσω τὸν οὐρανὸν, & equum deuorato staphylino nō aliter cruciari quàm vipera deglutita: quemadmodum Aristoteles in loco citato scribit αὐίαπν esse si equus σαφυλῖον θεχάνῃ. Theophr. Hist. pl. lib. 9, cap. 15, de radicibus loquens quæ à bestiis arroduntur & quæ secus, τοῦ δ' ἔξω θηείων ἄλλο μὴν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδεμιᾶς, ἡ δὲ σφονδύλη, πασῶν. F Vnde Plin. lib. 27, cap. 13, Et animalium quidē cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta spondyle, quæ omnes persequitur. genus id serpentis est. Erasmus annotat esse subnigro corpore & emittere grauissimum odorem quum emoritur. Idem tamē Aristophanis locum suprà citatū sic interpretatur, Vt feles quoties fugitat malè pedere sueta est: Hesychium sequutus, qui σπονδύλιν Atticis dici πὼ γαλῆν est autor: sequutus etiā ipsū Aristoph. qui in Pluto dicit, Υπὸ τῶ δέους βδέουσα δριμύτερον γαλῆς. Verùm & eorum qui σφονδύλιν interpretantur σίλφης quandam speciem, non improbanda est opinio. Legimus enim apud Gal. περὶ κρ. τόπ. lib. 5, σίλφης βδεούσης σῆρ: itidémque apud Aet. lib. 8, cap. 33 σίλφης τῆς κατοικιδίου τῆς βδεούσης τὸ σῆρ. Itidémque apud Paul. Ægin. in succedaneis, αὐτὶ βουτρήσεως σίλφαι βδέουσαι. id est blattæ fœtidæ, seu quæ execrando & tetro fœtore sunt.

Σ Τ Α Ἀ Ζ Ω, F. ξω, Stillo. Interdum neutrum est, & H cum datiuo instrumentali humoris effluentis iungitur. Soph. Aiace, κάρα Σπάζων ἱδρῶτι καὶ χέρας ξιφοκτόνους, stillabat ei caput sudore. Sic Lucr. Saxa stillant guttis. Tibull. Coma stillabat Tyrio rore. Luc. — sanguineis stillauit roribus arbos. Interdum accus. humoris emanantis, & tunc transitiuum est. Iliad. τ,

Ραψῳκλῳ δ' ὦ ἀμβροσίῳ καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν Σπάζε κρᾶ ῥινῶν. Sic eodem libro, aliquanto pòst, Ἀλλ' ἴδε οἱ νέκταρ καὶ ἀμβροσίῳ ἐρατεινῷ Σπάζον ἐνὶ στήθεσσι. Et Oppian. lib. 3 De venat. — πόσον πικέων τε καὶ ἀρπαλέοιο θυέλης Φίλτρον ἐνὶ κραδίῃ σπάζεν θεός, cordi instillauit Deus. Iuuen. — stillauit in aurem Exiguum de naturæ patriæque veneno. Item σπάζει φόνον Apollon. 2 Argon. Stillat sanguinem. Et σπάζω δάκρυ Eurip. pro λείβω, seu σπένδω δάκρυ, libo lacrymā, id est Fundo lacrymam. Plin. quoque dicit, Africa ammoniaci lacrymam stillat. Alibi autem Frutex resina stillans.

Σπάγμα, ατος, τὸ, Gutta, Stilla, seu Liquor qui stillatur. Epigramm.

Σπακτὸς, οῦ, ὁ, Stillatus, Ouid. seu Stillatitius, vt Plin. dicit Stillatitia resina. Aristoph. Pluto, μύροισι μυείσαι σακτοῖς, vnguentis vngere stillatitiis. quædam enim arbores stillant vnguētis, vt balsamum. Alii interpr. Liquidis, ὑγροῖς: ad differentiam τοῦ ξηροῦ. Item & Archestr. apud Athen. lib. 3, Καὶ σακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτῃ θεράπευε. Præterea σακτὴ κονία, & interdum absolutè σακτὴ, lixiuiū liquidum è quouis cinere colatum: quasi stillatitium dicas. alio nomine διηθισμένη κονία dicitur, lixiuium per colatum, seu quod per colum stillauit: vt Hesych. σακτὴν exp. διυλισμένον. Addit Gorr. significare etiā calcem perinde atque πλὴ κονίαν, eámque vocis ambiguitatē, magnam plerisque errorum occasionem præbuisse. Necnon ἅλμη σακτὴ, muria percolata, in Geopon. l. 10: seu Muria stillatitia, Muria quæ per colum distillauit. Item σακτὴ liquor oleaceus è myrrha cinnamomóque inciso stillans. Sic enim Theophrast. in suo περὶ ὀσμῶν libello, ἐκ κιννάμωμου καὶ ἐκ σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον ῥεῖ, σακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ μικρὸν σάζειν. Dioscor. lib. 1, c. 74, σακτὸν vocari ait περσφάτου σμύρνης τὸ λιπαρὸν, κακομμένης μετ' ὕδατος ὀλίγου, ἀποτιθεμένης τε δ' ὀργάνοι: esse autem admodum ἀώδη & πολυτελῆ. Basil. in Psalm. 44, ἡ δὲ σακτὴ (inquit) καὶ αὐτὴ σμύρνης ἐστὶν εἶδος τὸ λεπτότατον. ὀκθιζόντες γὰρ τὸ ἀρώματος, ὅσον μὴν αὐτὸ ῥυτὸν, εἰς πλὴ σακτὸν ἀπομεμείζεται· τὸ δὲ παχὺ ἀποβάν, σμύρνα περιαγορεύεται. Rursum Theophr. Hist. pl. libr. 9, cap. 4, τῆς σμύρνης δὲ ἡ μὴ, σακτὴ δὲ, πλασή. At Plin. lib. 12, c. 15, Incidunturbis & ipsæ, iisdémque temporibus, sed à radice vsque ad ramos qui valent. Sudant autem sponte, priusquam incidantur, stacten dictam: cui nulla præfertur. Suidas esse aromatis genus ait, afferens hunc Polybii locum, κωρυθείσης δὲ τῆς ἐλευθερίας τοῖς Γερραίοις, ἐξεφαίνετο παρακεῖμα τὸν Ἀντίοχον τὸν βασιλέα πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις, χιλίοις δὲ λιβανωτοῦ, καὶ διακοσίοις τῆς λεγομένης σακτῆς. Lucret. pro vnguento è stacte composito accipit, lib. 2, — amaracini blandum stactéque liquorem.

Vnde C O M P. Ἄσακτος, Nō stillatus seu stillatitiū, seu Non destillans, sed copiosè fluens. Eurip. ἀσάκτων ὑδάτων, aquarum non stillatitiarum. A D V E R B. Ἀσακτὶ, Non stillatim sed affatim, id est ῥύδην, effusim. Philostr. Heroic. ἀσακτὶ δακρύει. Inde C O M P. E T Πρωτόσακτος, Qui primus destillauit, seu distillauit. Πρωτόσακτος κονία autē vocatur lixiuium in quod calx ad cinerem additur, seu quod è cineribus calce commixtis paratur. Paul. Ægin. lib. 7, Κονία, τὸ οἷον θεῖπνυμα τῆς τέφρας ὀνομάζεται. εἰ δὲ θεφρολάβοι καὶ πάνου ἡ τέφρα καυστικὴν ἐργάζεται πλὴ κονίαν, ἣν δὴ καὶ θεροτόσακτον ὀνομάζουσι. I T E M Σπακτικὸς, οῦ, ὁ, Stillatitius: idē quod σακτός. Apud Paul. Ægin. legitur σακτικὸν κολλούριον, quod Scribon. Larg. & Marcell. empiricus σακτὸν appellant: Galenus autē V O C A T Εὔσακτον. variant tamen ab inuicem eorum descriptiones, præsertim ponderibus. Gorr. E T Σπακτὴς atramenti sutorii species esse dicitur, pro quo Dioscor. habet σαλακής.

Σπαγὼν, όνος, ἡ, Stilla, Gutta. Ephipp. com. apud Athen. l. 1, πολλὴ δὲ Λεσβία σταγὼν ἐκπίνεται, crebra vini Lesbii gutta. Suid. σταγόνος exp. ῥανίδος, ὕδατος: Hesych. autem σταγόνες non solùm ῥανίδες, sed etiam θυματέρες. Eodem Hesych. teste in metallicis σταγὼν dicitur τὸ καθαρὸν σιδήρειον: V N D E Σπαγνόθαλπον dici τὸν ἔθνος διαιροῦντα. I N D E E T Σπαγνίας, ου, ὁ, idem quod σακτός, Stillatitius, Stillatim emanans. Dioscor. lib. 1, cap. 82, θεραπεύει δὲ ὁ ἄρρην λιβανωτὸς, καλούμενος σταγνίας, βρογχίτας φυσικῶς. ἔστι δὲ ὁ ἐκπιεσθεὶς

πυρὸς, ἄπυρος, λευκός τε, καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρός. Plin. lib. 12, A cap. 14, Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus. præcipua autem gratia est mammoso, quum hærente lacryma priore, cōsequuta alia miscuit se. Græci σταγόνιαν & ἄπυρον tali modo appellant: minorem autem, φοβίαν. E T Σπαγόνιον, ου, τὸ, Guttula. Est & meretricis nomen apud Athen. lib. 13.

C. Ἀσταγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἄσακτος, Non stillatus, seu Non stillans, sed fusim manans. οὐ κατὰ σταγόνα ἀλλὰ ῥύδὴν effluens. Sic ἀσταγὲς ὕδωρ Suid. exp. πολυσταγὲς, abundè stillans seu fluens. Vbi etiam N O T A Πολυσταγὴς, B ἔος, ὁ καὶ ἡ, Multum seu abundè stillans, Multis guttis destillans. Ac quemadmodum ibi per πολυσταγὴς Suid. exponit ἀσταγὴς, I T A Ἀσακτὶ P E R Πολυσακτὶ exponit schol. Soph. pag. 324, — ἀσακτὶ δ' σὺν τοῖς πολυδένοις Στένοντες ὠμβροῦν, ὕδρ, multas lacrymarum guttas stillantes & gementes. Exponit etiam πολυδακρύτους. Sed metri causa scribere mallem ἀσακτεί. quanuis & apud Suid. eadem habeatur scriptura, cum alio etiam exemplo, τὸν νεκρὸν θρεπτέμπων ἔκλαιεν ἀσακτί.

C. Ἀποσάζω, F. ξω, Destillo seu Distillo: vel simpliciter C Stillo. Interdum transitiuè accipitur pro Stillatim fundo. Philo, εἰς πύδαφος ῥανίδας ἀποσάζουσιν. Interdum neutraliter. vt ἀποσάζει λόγον αὐτοῦ χρυσός, apud Luc. Aurum stillat ab eorum verbis. vbi genitiuum habet vi prapositionis, quasi dixisset χρυσὸς σάζει ἀπὸ τοῦ λόγου αὐτῶν.

V N D E Ἀπόσταγμα, ατος, τὸ, Liquor destillans, vt Cels. Destillat humor ex capite in nares. Sic vinum stillans ab vua, vocatur τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς. E T Ἀπόσαξις, εως, ἡ, Stillatio, seu Destillatio. Accipitur & pro præcedente ἀπόσταγμα, apud Theophrast. Hist. pl. lib. 9, c. 8, ἐνίων δὲ οὐδὲ ὀπισμὸς, ἀλλ' οἷον χυλισμός ἐστιν· ὥσπερ ὅταν καίοντες καὶ ὕδωρ ὅσον χέαντες ἀπιθοῦσι καὶ λαμβάνοιεν τὸ ἀπόσαξιν.

C. Ἐνσάζω, Instillo. Pass. Ἐνσάζομαι, Instillor. vnde præt. pass. ἐνέσακται, instillatum est, Inditum est. vel simpliciter Inest. Odyss. β, Εἰ δὴ τοι σοῦ πατρὸς ἐνέσακται μένος ἠΰ. Itē apud Herodot. ἐνέσακτο οἱ ἵμερος τὸν πάλιν ἐλεῖν, Instillatum ei erat desiderium capiendi vrbem. pro Tenebatur libidine vrbis occupandæ.

C. Ἐπισάζω, itidem, Instillo, seu Superinstillo. Diosc. lib. 1, ὀπισαγεὶς γάλακτι, lacti instillatus. Idem libro 2, cap. 75, E ὀπισαγὴ ὄνυχι, instillatus sit vngui. V N D E Ἐπισασμός, οῦ, ὁ, Instillatio.

C. ΚΑΤΑσάζω, Distillo, seu Destillo. Luc. νομίζετε καταστάξειν τὸν ἄκρατον θεὸς ἡμᾶς, putatis merum ad nos destillaturum. V N D E Κατασασμός, οῦ, ὁ, Destillatio.

C. ΠΕΡΙσάζω, Circumquaque stillo. Pro Irroro affertur ex Epigr.

¶ Σπαλάζω S I V E Σπαλάω, idem quod σάζω, Stillo. Suid. Apud Hesych. legitur etiam σαλάσσων quod exp. σάζων: à V E R B O Σπαλάσσω.

C. Σπαλασμὸς, οῦ, ὁ, Destillatio. Gal. enim in Lex. Hippocr. σαλασμοῦ exp. καταστάξεως ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, destillationis & fluxionis à capite ad alia membra. vt apud Cels. Destillat humor interdum ex capite in nares. Interpreantur etiam Gutta, Stilla. Sic dici scribunt & chalcanthi genus purissimum, stiriæ seu guttæ simile. Diosc. σαλακτίδα vocat, Plin. σαλαμίαν. Scommaticè autem & per risū paruæ staturæ homūcio sic dicitur, vt docet quidam apud Eustath. pag. 1642, ὑμεῖς (Athenienses nimirum) ἀλλήλοις ἀεὶ χλευάζετε. αὐτὸς δὲ ἡ σμικρὸν πάνυ πελῶς ἀνθρώπιον, καλεῖτε αὐτὸν, σαλαμὶν λιπαρὸς θεὶ πατεῖ, ζωμὸς κατωνόμασαν. & quæ sequuntur. V N D E Σπαλαγμίας, ου, ὁ, vt à σταγὼν deriuatur σταγονίας. Plin. lib. 34, c. 13, de chalcantho siue atramento sutorio, Fit & pluribus modis, genere eo in scrobes cauato: quarum è lateribus distillantes hyberno gelu stirias, stalagmian vocant: neque est purius aliud. Dioscorid. σαλακτίδα nominat.

Σπαλακτικὸς, οῦ, ὁ, Stillatitius. vt σαλακτικὸν χάλκανθον, chalcāthum stillatitium: quod E T πικτὸν nominatur, quia distillant hyberno tempore stiriæ & frigore concrescūt in officinis in quibus paratur: Dioscor. l. 5, c. 114. Ibidem σαλακτὶς vocatur & σαλακτόν.

Σπαλακτὸς, οῦ, ὁ, idem. vt σαλακτὸν χάλκανθον. Dioscor. lib. 5, c. 114, ἄριστον δ' αὐτὸ ἡγητέον τὸ κωμαῖον καὶ βαρὺ, πικτόν τε καὶ

διαυγές. οἷον ὅτι τὸ σαλακτὸν, ἔστ' ἄλλων ὑ λοιχῶν καλούμενον.

Σπαλακτὶς, ίδος, ἡ, idem quod σαλακτὴ, siue σαλακτικὴ, stillatitia. Dioscor. libr. 5, c. 114, de chalcanthi generibus, τὸ μὲν χλωρὸν σαλαμὶν διηθουμένων ὑγρῶν εἰς πινακίδιον σωὶ σαπυρόδεν καὶ σαλακτὶς καλεῖται ὑπὸ τῶν τὰ Κυπριακὰ μέταλλα ἐργαζομένων, Vnum nanque humoribus stillatim in cuniculos quosdam colatis, concrescit: quare ab iis qui Cypria metalla perficiunt, stillatitium appellatur. vt quidem Ruell. vertit.

C. Ἀσάλακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non stillans. idem quod ἄσακτος. Plut. in Crasso dicit etiam ἀὴρ ἀσάλακτος καὶ καθαρὸς, Non substillum tempus, Aer non stillans sed purus, vt quidam interpr. Dicitur autem, Festo autore, substillū tempus ante pluuiam iam pene vuidum, & post pluuiam non perficcum, quod iam stillaret aut nondum desisset. Idem Plut. mari quoque tribuit τὸ ἀσάλακτον, quod accipere queas pro καθαρὸν, vt Hesych. exponit, exponens etiam ἀόδευτος: in lib. De solert. anim. τῶν δὲ ἀλκυόνων πικτούσης θεὶ ὅσπαὶ τὰ σαν ἴσησι θάλασσαν ἀκύμονα καὶ ἀσάλακτον. Plin. lib. 2, cap. 47, Ante brumam septem diebus, totidémque postea, sternitur mare halcyonum fœturæ: vnde nomen hi dies traxere. Et lib. 10, c. 32, Fœtificant bruma, qui dies halcyonides vocātur, placido mari per eos & nauigabili, maximè Siculo. Alibi dicit eo tempore & cælum mollius esse ventorum quiete. Videtur ergo dici ἀσάλακτον pelagus quum placidum est ventorum quiete, nec agitatur fluctibus: vel etiam quum non fluit sed placidum stat à ventis immotum: ἀστάσακτον.

C. ΑΠΟσαλάζω, Destillo. idem quod ἀποσάζω. Affertur E T Ἀπσαλάω pro Distillo, Extillo, ex Epigr.

C. ΕΝσαλάζω, Instillo. idem quod ἐνσαζω. vnde particip. ἐνσαλαχθεὶς siue ἐνσαλαγεὶς, instillatus, pro quo & ἐνσαλθεὶς.

C. ΕΠΙσαλάζω, S I V E Ἐπσαλάω, Instillo, vt ὀπσάζω. Ex Epigr. ὀπσαλάει σῆθος pro Irrigat pectus. Vbi nota etiā ὀπσαλάω, vt ἀποσαλάω dicitur & σαλάω: E X Q V O Σπαλάω posset D E R I V A R I Σπαλανδόνες quod Hesychius exp. σπαλαμοὶ, si scriberetur σαλανδόνες, aut σαλανδόνες. id est Guttæ, Stillæ.

Σ Τ Α Φ Ι Σ, ίδος, ἡ, Vua passa. Dioscor. lib. 5, c. 4, τῆς δ' σαφίδος συνεπικωτέρα ὀθὴν ἡ λευκή. Item in Geopon. lib. 14, σαφὶς τρωκτή. Affertur & σαφὶς λιπαρὸς, pro Vua passa pinguis, ex Dioscor. lib. 1, c. 4: & σαφὶς ἥμερος ex eodem, lib. 3, cap. 55. cui opponitur ἡ σαφὶς ἀγρία apud eundem: quam Latini herbam pedicularia siue peduncularia appellant. Scribon. Larg. c. 1, Σαφίδος ἀγρίας, quam herbam pedicularia, quòd pediculos necat, quidam appellant. Itidem Marcell. empir. cap. 1, Herbæ peduncularia semine, quam Græci σαφίδα ἀγρίαν vocant. Plinius quoque nucleos τῆς σαφίδος ἀγρίας scribit phthiriasi caput & reliquum corpus liberare tritos: lib. 23, cap. 1. vt & Dioscor. lib. 4, c. 156, δρμίζει δὲ πεφθεῖσα καὶ ἐλαίῳ συγχριθεῖσα πρὸς φθειριάσεις καὶ κνησμοὺς καὶ ψώρας. vbi vide descriptionem huius herbæ. Vide & Ἀσαφὶς.

Σταφιδόω, ῶ, In vuam passam conuerto, seu Vuam passam facio. Dioscor. lib. 5, cap. 27, de vinis marinis, οἱ δὲ σαφιδώσαντες τὴν σαφυλὴν, βρέχουσιν ἐν πίθοις μετὰ θαλάσσης. vbi Ruell. Alii passas prius vuas in doliis marina aqua macerant. Vnde σαφιδωθεὶς, vt σαφιδωθεῖσα σαφυλὴ, vua passa.

C. ΑΠΟσαφιδόω, ῶ, In vuam passam conuerto, seu muto. G Pass. Ἀποσαφιδόομαι, οῦμαι, In vuam passam cōuertor vel mutor. Theophr. De caus. pl. l. 2, ἐπὶ τὴ τοῦ δένδρων καρπὶ πεπαινόμενοι, καθάπερ οἱ βότρυες, ἀφαιρεθέντες γλυκύτεροι γίνονται, τῶ ὑδατώδους ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταξηραινομένου· ἐπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἀμπέλων, ὅταν ὀπωρίσφωσιν, ἢ καὶ γηρασάντες ἀποσαφιδωθῶσι.

¶ Ἀσαφὶς, ίδος, ἡ, Atticè dicitur pro σαφὶς. id est Vua passa. H Apud Athen. lib. 1, Ἡ δ' ἰδὸς ἀσαφίδας τε καὶ ἰσχάδας ἡδυνείρους, s. præbet. Idem Athen. lib. 10, de vino passo, ποιεῖται ἐκ τῆς ἀσαφίδος. Luc. autē senes sic vocat per similitudinē. & in prouerb. dicitur Ἀνδρὸς γέροντος ἀσαφὶς τὸ κρανίον. solet enim cutis ætate confectorū corrugari, & macrescere caro, non aliter ac in vuis solem passis. Item

ἀσαφὶς ἀχεία dicitur, vt σαφὶς ἀχεία. Plin.lib.23, cap.1, Ἀσαφὶς ἀχεία siue σαφὶς, quam vuam taminiam aliqui vocant falso, (suum enim genus habet, cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ) fert folliculos verius quàm acinos, virides, similes ciceri: in his nucleum triangulum. Idem paulo antè de ipsa staphide, seu astaphide, Vua passa, quam ἀσαφίδα vocant, stomachum, ventrē, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. Ibidem scribit σταφίδα ἀχείαν à quibusdam vocari pituitariā. Quò pertinet quod scribit Colum.l.8, cap.5, de pituita gallinarum, Vua quoque quam Græci ἀχείαν σταφυλὴν vocant, cum cibo mista prodest. Vide & Σταφίς.

Σταφυλὴ, ῆς, ἡ, Vua: eiusdem videtur originis esse cuius σταφίς. Apud Ath.l.4, Ῥοιαί τε, σταφυλαί τε, θεῶν βρομίοιο πῶναι. H.Il.σ, -σταφυλῆσι μέγα βείθουσιν ἀλωλῶ. Sic Hesiod.quoq; dicit βειθόμενος σταφυλῆσιν, vuis grauidus. Athen.l.1, de vite quadā, ῆς ἡ σταφυλὴ βρωθῶσι παῦ θύσμος. At Numer.6, σταφυλὴν πρόσφατον καὶ σταφίδα οὐ φάγεται, vuas recētes siccásque non comedet. Item apud Plat. De leg. σταφυλὴ ἡ γλυκαία λεγομένη, vua quæ dicitur generosa: quo nomine Masurius apud Athen.lib. 14 intelligi putat πὼ ἄγρυπν ἡ πὼ ὑπηκχυμένῳ. Sunt qui ad differentiam τῆς ἀχείας dictam πὼ γλυκαίαν existiment: quod parum verisimile est. Meminit autem τῆς ἀχείας σταφυλῆς, agrestis vuæ, seu vuæ labruscæ, (vt Columella vocat lib.8, c. 5) id est eius quam labrusca vitis fert, Dioscor.libr.5, cap.16. vbi de eius vino. Theophr. Hist.pl.lib.3, cap.vlt. hederæ Ciliciæ, id est smilacis asperæ, fructum comparat σταφυλῇ ἀχείᾳ: quam Plin.lib.16, cap.35, ait racemos ferre labruscæ modo: Dioscor.l.4, c.144, καρπὸν φέρειν βοτρυώδη. Vide & ἀσαφὶς ἀχείᾳ. Crates apud Athen.lib.14, σταφυλὴ pro βότρυς positum dicit in hoc versu hymni cuiusdam veteris, Αὐτῆσι σταφυλῆσι μελαίνησι κομώντα. vbi etiam Assiaticum esse id vocabulum dicit. Σταφυλὴ dicitur & ἡ τῶ δλεβίπου μέση κρεμαμένη μολυβίς, synecdochicè autem ipse δλεβίπης, vt Hesych.annotat, quem vide. Item τῶ ζυγοῦ τὸ μέσον ita nominatur, teste eodem. Inter medicos autē sunt qui σαφυλῆς nomine omnem columellæ siue curculionis inflammationem appellari crediderint, inter quos fuit Archigenes, quem propterea Galen.reprehendit, lib.6 πὼ χῆ τόπος. Alii verò (vt idem scribit) fœdius aberrarūt, eo nomine partem ipsam secundum naturam se habentem intelligentes. Neutrum enim ἡ σαφυλὴ significat, sed eius partis affectionem, quum ea laxior ex fluxione reddita, superna sui parte tenuis est, inferna autē, crassior & liuida. Sic enim euadit τῇ σαφυλῇ (hoc est vuæ vitigineæ) similis, è pedunculo suo dependentis. Vuam autem hic intelligere oportet non totum botrum siue racemum, sed granū quod ῥᾶγα Græci vocant: à quo tunica oculi ῥαγοειδὴς, vuiformis Latinè dicta, nomen accepit. Ei quidem nihil similius est curculione sic affecto. Pars enim superior tenuis gracilisque aptè respondet vuæ pedunculo: inferior autē crassa, rotunda, nigra, ipsi grano simillima est: sed neque magnitudo dispar. Sic quidem Galeno περὶ σαφυλῆς visum est, qui in eo Archigenem taxans, non memmerat (opinor) eorum quæ scripto prodiderat Aristot.libr.1 De Histor.anim.cap.11, columellam, si immodicè humefacta intumescat inflammetúrque, vuæ nomine vocari. Veruntamen siquis rem diligentius expendat, nō ipsa inflammatio nomen hoc meretur, sed potius inflammationis symptoma, quum scilicet columella inflammata, figuram eiusmodi sortita fuerit. Gorr.

Sed notādum, in ea significatione cui medium dedi locum, nonnullos SCRIBERE Σπαφύλη: inter quos Eustath.annotat σαφυλὰς propriè dici πὼ ἡμέρων δρυῶν βότρυας, item & τὸν ὀν τῷ σόμαπ κίονα: at σαφύλιν paroxytonōs esse πεκπονικὸν ἐρχαλεῖον: additque idē gramm. quosdam σαφύλιν exponere λαξοϊκὸν siue λιθοξοϊκὸν καὶ λαξουπικὸν δλεβίπιν, ὃς ἅμα πλάτος καὶ ὕψος μετρεῖ. Alii autem σαφμιν eo nomine accipiunt, quæ & ipsa est instrumentum architectonicum, vt suo loco docui: apud Hom.Iliad.β, v.767, de Eumeli equabus, Ὅπεικαι, οἱέπεας, σαφύλῃ ὅπῃ νῶτον ἴσταν, id est, οὕτως ἴσας καὶ αἰαλόγους τοῖς νώτοις ὡς ὡρ σάθμη. Aristoph.schol.in Ran.arcipit ὅπῃ τῆς καθημερῆς μολύβδου, pro perpēdiculo, seu fabrili libella.

C. Σπαφυλοπομία, ας, ἡ, Vuæ incisio.

Σ Τ Ο Ὀ Μ Α, ατος, τὸ, Os. Duobus modis dicitur. A vno, quantum diducta labra patēt: altero, & proprio, totum id ſpatium quod diductis labris ad imas vſque fauces interiacet, in quo dentes, palatum, lingua, gurgulio & tonſillæ duæ continentur. Hæ enim oris partes nuncupātur, quarum omniū vna tunica continua eſt, etiam naribus communis. Via eſt nutrimenti maxima, (vt Ariſtotel. quoque Polit. 4, στόμα & κοιλίαν eſſe dicit τὰ τῆς ᾠδῆς ἐργασικὰ καὶ δεκτικὰ μόρια) ſpiritus & reſpirationis principium, aerem intra ſe admittens, qui inde partim ad cerebrū, partim B per pulmones in cor proficiſcitur. Verùm potiſſimū vocis organō eſt: deſeruit autē vel maximè expurgando cerebro, mucū ab eo ſuſcipiens: ſed nō minus ventriculo & thoraci & his annexis partibus, per eandem nimirum viam expellens per quam etiam attraxit. Viciſſim aperitur & clauditur. Hæc inter alia Gorr. Il. ψ, Ἔνθ' ὅ γ' οὐβοέων πλῆτο στόμα τε ῥινά τε. Eodem libro, aliquanto antè, Ἀγκῶνας δὲ τεθειρύθη, στόμα τε ῥινά τε. Et Il. β, Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν. vt apud Virg. Non mihi ſi linguæ centum ſint, oráque cētum, C Ferrea vox. Et apud Athenæum lib. 4, Οὐτε στόματα τὸ οὔτε χείλη πέντ' ἔχω. Item λάδρον στόμα, os procax, quod in equis cohibetur ὑπὸ τοῦ δέπιστον ἱμᾶσι. vnde & Xenophon in libro ſuo De re equeſtri, præcipit ἀπακρούειν τὸ στόμα τοῦ ἵππου. Hinc metaph. ἀχάλινον στόμα, vt apud Latinos quoque Os infræne ſeu effræne: cuius πλεῖς eſſe δυτυχίαν, docet Euripides in Bacchis, referūtque ex eo Plut. περὶ ἀδολεσχίας. Euripides apud Ariſtoph. in Ranis, de Æſchylo, αὐθαδόστομον Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἄκρατες, ἀπύλωτον στόμα, hominem oris duriſſimi, infræni, incōtinentis, nec vllis valuis clauſi. Vbi obſerua tū alia epitheta, tū D ἀπύλωτον στόμα, Nullis valuis ſeu portis clauſum, ſeu Cui nulla porta & obex poteſt obdi: quod Plutarchus De educ. liberis ἀθύρωτον στόμα appellat. ſic ἀθυρόγλωσσος ἀνὴρ dicitur Euripidi in Oreſte, qui & ἀθυρόστομος & αὐθαδόστομος. Itidem verò πύλας στόματα tribuit idem Eurip. dicens in Hippol. πόδε μὴ σύνκπε στόματος ἐν πύλαις κάθεζω. vt enim clauſo oſtio prohibetur exitu is qui eſt in ædibus, ita ore clauſo, in pectore retinentur arcana. Sic rurſum Plutarchus, στόμασιν ἀκλείστοις καὶ ἀθύρτοις. Item E στόμα κεχηνὸς πάμμεγα, vt eius qui καταπίεται ſeu deglutire aliquid vult, Luc. De ſalt. Item δεῖπνον φρουγανίου στόματος, Demetr. Phaler. Et Ariſtoph. apud Plutarch. De aud. poem. dicit de Eurip. Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τῷ στόματος πυρρογγύλῳ. Horatius quoque dicit Graiis ingenium, Graiis dediſſe ore rotundo Muſam loqui. Diuerſis verbis iunctum diuerſa loquendi genera facit. Dicitur enim qui comeſturus eſt aliquid, προσβάλλειν alicui rei στόμα, pro quo Latini potius dicerent, Ingerere F ſeu indere ori, Inuicere in os: vt apud Athenæum lib. 10, Φαύλη διάτριβη προσβαλὼν ἥδιον στόμα. Sic ἐνιπτέναι στόματι: vnde ἔνιπτος. Sed multo frequentiores occurrunt phraſes in quibus στόμα ſermonis inſtrumentum eſt. Dicitur enim λύειν & αἰοίγειν στόμα qui verba facturus ſeu loquuturus eſt. Iſocrat. Panathen. ἐπιλελύσθαί μοι τὸ παρρησιάσασθαι, καὶ λέλυκα τὸ στόμα. Sic Sophocles Aiace, Δῆλος δέ τ' ὄντι σκαμὸν ὀκλύσων στόμα. Virgilius itidem dicit Ora reſoluere. & Ouid. Ora ſoluere. Matth. 5, αἰοίξας δὲ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτούς. Sic idem Matth. cap. 13, αἰοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. Itidem Actor. Apoſt. capite 18, μέλλοντος τοῦ Παύλου αἰοίγειν τὸ στόμα, quum verba facturus G os aperuiſſet. Et in epiſtola ad Epheſ. cap. 6, ἐν αἰοίγει τοῦ στόματός μου, quum verba facturus os aperio. Eodem ſignificatu dicitur διαίρειν τὸ στόμα, Diducere os, id eſt aperire os. vt apud Demoſthenem, οὐδὲ διῆρε τὸ στόμα, Ne diduxit quidem os, id eſt Ne verbum quidem fecit. Sic Chryſoſtomus, ἡμεῖς δ' οὐδὲ χᾶναι οὐδὲ διᾶραι τὸ στόμα σωφρονοῦντες αὐτῆς, Ne hiſcendi quidem occaſionem reliquimus ipſis. Bud. Itidem apud Lucianum in Toxari, κωφὰ προσωπεῖα διηρμένα τὸ στόμα καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, H id eſt Perſonæ ore aperto hiantes. Contrà στόμα δακών, qui reprimit geſtientem erumpere orationem, vt θυμὸν δακών, iram reprimens, Ariſtoph. Nebulis. Camer. Metaph. eſt ab iis qui morſu labra premunt ne lingua quid temerè effutiat. Itidem ἔχειν στόμα, os continere. Euripides Supplicibus, σῖγ' Ἀδρᾶς' ἔχε στόμα, ſilentio os cohibe. Quo ſenſu idem dicit στόματος ἐν πύλαις κατέχειν. At οὐ ἔχειν στόμα Suid. apud Eupolidem exponit ἀφημεῖν, quod Latini dicunt Bona verba dicere. Apud Sophoclem Philoct. pag. 385, vna voce legimus οὐ στόμ' ἔχε πᾶν: quod ſcholiaſtes vſurpari tradit pro σιώπα, Tace. Latini dicunt Fauere linguis, pro Silere, Tenere ſilētium. Superiori autem δακεῖν στόμα affine eſt ὑπέλθειν στόμα: quo vtitur Sophocles in Antigone, Ὁρᾶν χ' οἷδε, σοὶ δ' ὑπέλθοιμι στόμα: quem locum citans Euſtathius, exp. ὑποβαλοιμι κλείοντος, οἷα ὁδάξ ὀν χείλεσι φωνῆς. Alii ſic, Ore B diſtorto tibi illudunt. Cōſequens his eſt ἐμφράττειν στόμα, Os obturare, ſeu obſtruere, aut occludere: quo vtitur Demoſthenes orat. περὶ παραπρεσβ. Sic Plutarchus, ταῦτα ἀποφράττει τὴν γλῶτταν, ἐμφράττει τὸ στόμα, ἀλχῆ, σιωπᾶν πείθει. Paulum diuerſo ſenſu in epiſtola ad Hebr. cap. 11, ἔφραξαν στόματα λεόντων. Præpoſitiones quoque huic nomini iunctæ diuerſa efficiunt loquendi genera. Primùm αἷμα στόμα. vt Odyſſ. σ, — αὐτίκα δ' ἦλθεν αἷμα στόμα φοῖνιον αἷμα, Subitò venit ad os purpureus ſanguis, id eſt Subitò erupit ex ore. Et Iliad. π, v. 350, τὸ δ' αἷμα στόμα καὶ κτὶ ῥῖνας Πέσε χαμαὶ, ſanguinem per os & nares hiās efflauit, ſeu cum ſpiritu eiecit, ἐξεφύσησεν, κτὶ πνεῦματος ἐξέδωκε, διεπέρασε, vt exponitur in meo Homero manuſcripto. Item αἷμα στόμα ἔχειν, quod Latini dicunt in ore habere: Græcè alio modo ἐν στόματι ἔχειν, διὰ στόματος ἔχειν ſeu φορεῖν. Iliad. β, Τῷ οὐκ ἀν βασιλῆας αἷμα στόμ' ἔχον ἀμφοτέρους, Καὶ σφιν ὀνείδεα τε προφέροις, Nequaquam principes viros in ore habens verba facias, & probra in eos iacias. In bonam partem, Xenophon in Hierone, αἷμα στόμα τε ἔχειν ἐπαινοῦντες, in ore habent & laudibus euehunt. Cicero dicit, Ediſcat Heſiodum & habeat in ore. Idem in malam partem, libro 4 epiſt. ad Atticum, Habent in ore nos ingratos. Deinde cum ἀπὸ, vt ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, Memoriter dicere ſeu recitare, ἀποστοματίζειν, ſeu (vt Cic. in Catil.) Ex memoria exponere, ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν: cui opponitur De ſcripto ſeu ex ſcripto dicere. X. Symp. κὴ γὰρ δυνάμην αὖ Ἰλιάδα ἅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ στόματος εἰπεῖν. Sic Plutarch. Sympoſ. 6, πύσιν αὖ τὴν δραματικὴν διαλόγων πυκνὴ ἐλαφρότητι σκιδάσκουσαι πᾶσδες, ὥσπερ ἀπὸ στόματος λέγεν. Eodem loquendi genere vtitur idem in Solone & Themiſtocle. At ἀφ' ἑνὸς στόματος, quod Latini dicunt Vno ore. Dicitur etiam ὀξ ἑνὸς στόματος, vt paulo infrà docebo. Lucill. lib. 1 Epigr. in Aſtrologos, Τῷ πατρὶ μου τὴν ἀδελφοὶ ἀστρολογοῦσι, μακρόγηραν Πᾶσσι ἐμαντεύσαντο ὡς ἀφ' ἑνὸς στόματος, omnes tanquam vno ore prædixerant. Tertia præpoſitio eſt διά. vt διὰ στόματος ἴτι, eo ſenſu quo Terētius, In ore eſt omni populo. Et Cic. Res percrebuit, In ore atque ſermone omnium cœpit eſſe. Idem dicit etiā In ore vigere, item in Ore verſari, vt in Verr. 3, Iſtius nequitiam & iniquitatē tum in ore vulgi atque in communibus prouerbiis eſſe verſatam. Theocritus Idyll. 14, Πᾶσι διὰ στόματος, ſub. ὄντι, In omnium ore eſt, In omnium hominum ore & omnium ſermone verſatur. Sic Lucianus in Lexiph. οὐδὲ διὰ στόματος ὅπη τὴν χείρονι τῆς ἀρίστης ἔσῃ. Homerus dicit διὰ στόματος pro διὰ στόματος. vt Iliad. κ, verſu 375, — ἀρᾶσθαι δὲ διὰ στόματ' γίνετ' ὀδόντων, Dentes in ore colliduntur. Et Iliad. ξ, verſu 91, Μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνήρ γε διὰ στόματ' πάμπαν ἄγοιτο, In ore habeat, ſeu Ore efferat aut proferat. διὰ στόματος ἔχει. nam & ſic loquuntur Græci, vt Latini dicunt In ore habere. Quarta præpoſ. cum qua conſtruitur, eſt ἐν. Dicitur enim ἐν στόματ' ἔχειν, pro eo quod paulo antè διὰ στόματος ἔχειν & αἷμα στόμα ἔχειν: Latinè In ore habere. Cicero, Conſolatio peruulgata, quā ſemper in ore atque in animo habere debeimus. Herodot. πάντες Ζώπυρον ἐν στόμασι εἶχον αἰνέοντες, omnes Zopyrum in ore habebant ac laudabant. Idem in malam partem, in Eratone, Μιλτιάδεα ἀπονοστήσαντα ἔχον ἐν στόμασι, Miltiadem reuerſum in ore habebant, & ei obtrectabant. Sic dicitur διὰ στόματος ἔχειν, vt Plutarch. in Fabio, ὅτι τῆς καταρθώσεως διὰ στόματος ἐχόντων τὸν Σκιπίωνα, quum ob res feliciter geſtas omnium in ore & ſermone verſaretur Scipio. Quo loquendi genere Xenophon quoque vtitur. Prouerbialiter autem ἐν τοῦ στόματος τὴν γλῶτταν φορεῖν, in lo-

quacem ſeu linguacem, vt videtur: Athenæus libro 13, A ὡς σκαιὸς εἶ καὶ ἀγροικος, αἰσχροεπῶν, ἐπαείσερος. ὃν τοῦ στόματος τὴν γλῶτταν φορεῖς, κτὶ τὴν Εὐίππου Φιλύρειν. δοκεῖς γὰρ μοι ἐκείνων εἶς εἶ, οἷς ἐδίδαξαν ἀρίστεσι γράμματα μοῦσαι. Item ἐν ἑνὶ στόματι, pro ἀφ' ἑνὸς στόματος ſeu ὀξ ἑνὸς στόματος, Vno ore. In epiſt. ad Rom. 15, ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεόν. Quinta præpoſitio quæ et annectitur, eſt ὀξ. Dicitur enim ὀξ ἑνὸς στόματος, pro quo ſuprà ἀφ' ἑνὸς στόματος, Vno ore. vt Virg. Æneid. 11, Dixerat hæc, vnóq; omnes eadem ore fremebant. Terent. Vno ore omnes omnia bona dicere. Cic. De cuius vtilitate omnes vno B ore conſentiunt. Ariſtoph. Equit. Οἱ δ' ὀξ ἑνὸς στόματος πάντες συνέκραγον, vno ore omnes exclamarunt. Sic Plato lib. 1 De leg. μιᾷ δὲ φωνῇ καὶ ὀξ ἑνὸς στόματος πάντας συμφωνεῖν. Idem lib. 2 De rep. πάντες γὰρ ὀξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν ὡς καλὸν μὴν ἡ σωφροσύνη τε καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ πρεπὸν μὴν τοῦ καὶ ὀπὶ πονηρῷ, omnes vno prædicant ore, rem pulchram eſſe temperantiam & iuſtitiam, at difficilem & laborioſam. Sexta eſt ὀπὶ. Dicitur enim ὀπὶ στόματος φέρειν vel πεσεῖν: quod Latini potius In faciem. Plutar. Symp. 5, probl. 6, de antiquo more accumbendi, ὡς ὅφ C φοῦ εἰ ἀσφάλαιοι τόπον ἐλεῖν κατέχοιεν ὀρθοὶ πίπτοντες ἢ φέρεῖς, οὕτως ὑμῶν ἕκαστον ἐν ἀρχῇ μὴν ὀπὶ στόμα φέρειν ἀποβλέπουσι πρὸς τὴν τράπεζαν. Idem in Artox. ὀπὶ στόμα πεσόντα δεῖσθαι καὶ ἱκετεύειν. Sic Iliad. ζ, v. 43, ἐκ δίφροιο δεξιωνίδην πρηνὴς ὀπὶ στόμα. Dicitur etiam aliquid ὀπὶ στόμα ἐλθεῖν, pro quo Latini In buccam venire. vt Cic. lib. 4, epiſt. ad Attic. Si nihil erit, quod in buccam venerit, ſcribes. Et lib. 12, Garrimus quicquid in buccam venit. Sic etiam Gallicè dicimus, Tout ce qui nous vient en la bouche. Plato lib. 8 De rep. οὐκοῦν κατ' Ἀίσχυλον ἐρεῖν ἔστι ναῦ D ἦλθ' ὀπὶ στόμα. Sic Plutarch. in Erotico, ὃ δ' οὖν ἐν ἀρχῇ καιρὸν εἶχεν ῥηθῆναι μᾶλλον, νῦν δὲ ναῦ, ἐπεὶ ναῦ ἦλθεν ὀπὶ στόμα, κατ' Ἀίσχυλον, ἀρίστου ἐάσαν μοι δοκῶ. Vbi etiam nota Æſchylum primum vſurpaſſe phraſin hanc prouerbialem. Eadem ſignif. aliquid dicitur ὀπὶ γλῶτταν ἐλθεῖν, vt apud Dionyſ. Halicarn. De compoſitione verborum, εἰ μέλλοιτο μὴ πᾶν ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ, λέγειν. Sic Athen. lib. 5, vbi Platonem negligentiæ inſimulat, ὅτι δὲ πολλὰ ὁ Πλάτων περὶ τοὺς χρόνους ἀμελεῖ, δῆλόν ἐστιν ἐκ πολλῶν. κτὶ τὸ τὸν εἰπόντα ποιητὴν, ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίαν E γλῶσσαν ἔλθῃ, πῶς μὴ διακρίνας, γράφει. Itidem Luc. in libro De conſcrib. hiſt. ὀπηνοσῶπις δὲ καὶ αἰαπλάττοντες ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίαν γλῶσσαν (φασὶν) ἔλθῃ, quicquid in buccam (vt aiunt) venerit. Idem & breuius dicitur, ὅ, τι αὖ ἐπέλθῃ, quicquid obuenerit, ſeu in mentem venerit. Iſocr. Panathen. ὁμοίως αὐτοῖς εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην ὅ, τι αὖ ἐπέλθῃ, λέγουσι. Septima præpoſitio eſt κατά. Dicitur enim κτὶ στόμα, pro In os. Apud Suidam, ὁ δὲ αἰδῆσθαι, καὶ κτὶ στόμα πάγων βιαζομένοις αἴρει, In os ſeu in faciem: κτὶ προσωπον, vt ipſe exp. Item In os, ea ferè ſignificatione qua Terent. Coràm in os laudare: ſeu Ex aduerſo, E regione, ἐναντίον. Plato De leg. κτὶ τὸ στόμα τοῦ διώκοντος ἱέναι, Coram actore ſedere, ſeu E regione, Ex aduerſo. Sic Eurip. Rhœſo, Τάξον μ' Ἀχιλλέως καὶ κρατὸς κτὶ στόμα, Rectà contra Achillem & copias Græcorum ſtatue me. Et mox ſequitur, ἰὼν κτὶ στόμα. Octaua eſt πρός: vt apud Homerum περὶ στόμα ὀρέγεσθαι, pro πρὸ στόματος πρεσβάλλειν, ori admouere, vt qui comeſturi ſunt, aut oſculaturi. Iliad. ω, v. 506, Ἀνδρὸς πυριδορόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι, id eſt, τοῦ φονέως μου τοῦ πυρὶ δῶν ποτὶ χεῖρας G πρεσπάγῃ τοῦ στόματος καὶ φιλεῖν. Item στόμα πρὸς στόμα in ſacra ſcriptura pro Coràm, ſeu κτὶ στόμα. In epiſt. Ioan. 2, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι. Sic idem Ioan. epiſt. 3, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν. ‖Sæpe στόμα in ſacris literis dicitur ipſa oratio ſeu verba ore prolata. vt in epiſt. Petri 1, cap. 2, οὐχ εὑρέθη δόλος ἐν τοῦ στόματος αὐτοῦ. Sic Apocal. 14, ἐν τοῦ στόματος αὐτῶν οὐχ εὑρέθη δόλος. His adde quod Lucæ 19 legimus, ἐκ τοῦ στόματός σου κρίνω σε δοῦλε πονηρέ. Item hoc Matth. 18, & 2 Cor. 13, ἵνα ὀπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα, in verbis duorum triúmve H teſtium. ſeu In reſponſo. Paulo aliter Lucæ 21, ἐγὼ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, eloquentiam & ſapientiam. ſeu Os facundum, Os diſertum & eloquens, Os fari peritum.

Aliis etiam rebus στόματα tribuūtur. vt στόμα τῆς γαστρός, os ventriculi, Galen. ad Glauc. pro quo ibidem στόμαχος dicit. Et στόμα κοιλίας pro eodem, apud Alexandr. Aphrod. lib. 2 Probl. Iidem medici venis etiam & aliis corporis vaſis tribuunt στόματα, id eſt ora ſeu orificia: itidémque & matrici ſeu vtero. Doliis etiam ſua ſunt στόματα. Necnō vicorū στόματα ſunt, id eſt εἴσοδοι, aditus, ſeu Fauces. Odyſſ. χ, Αὐλῆς καλὰ θύρετρα, καὶ ἀρχαλέον στόμα λαύρης. (Sed Heſ. στόμα λαύρης exp. τὸ τῆς θύρας χάσμα, Ianuæ hiatus. Sic Latini ab ore Oſtium appellarunt) Itidem Xenophon dicit στόματῆς ἀγυιᾶς, vici introitum & fauces. Flumina etiam habent ſua στόματα, id eſt oſtia, per quæ nimirum effundunt ſua fluenta in mare aut alios fluuios: vnde & πορθμοί dicuntur. Virg. Ora etiam appellat. Xen. Hellen. 6, τὸ τοῦ Ἀλφειοῦ στόμα. Sic στόματα Νείλου apud Ariſtot. De mundo, Oſtia Nili. Eodem libro, ἐν δὲ τοῦ πρὸς δύσιν στενοπόρῳ στόματι διαιρεῖται, in anguſtis faucibus apertus. Itē & στόματα λιμένος dicuntur, id eſt fauces portus, Plut. Sic Thucyd. lib. 8, pag. 293, ὅτι τὰ πλοῖα καὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος παρεῖχε θεῶν. Sic rurſum Plut. in Demetr. Ὡς στόμασι τοῦ λιμένος ἀκλείστοις ὑπτυχῶν ὁ Δημήτριος, anguſtias portuum, vt Bud. interpr. Itidem apud Demoſth. ἐν στόμασιν ἐμπορείων, in oſtiis ſeu aditibus emporiorum. Callias comicus dixit etiam μεταλλεῖον στόμα, teſte Polluce. Affertur & στόματα πνεύματων pro Spirituum exitus, ex Ariſtot. Ferro etiam στόμα tribuitur, id eſt Acies, ſeu στόμωμα, quòd ea parte, qua nimirum mucronatum eſt, mordeat. Ariſtoteles Meteorol. lib. 4, τὰ στόματα ποιοῦσιν οὕτως. ὑφίσταται γὰρ καὶ ἀποκαθαίρεται κάτω ἡ σκωρία. ὅταν δὲ πολλάκις πάθῃ, καὶ καθαρὸς γένηται, τότε στόμωμα γίνεται. Itidem & gladius ſua ſunt στόματα, id eſt Acies, Mucrones, Cuſpides: vt Lucæ 21, πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, cadēt acie gladii. Inde ἀμφίστομος ſeu δίστομος gladius dicitur qui anceps eſt & vtrinque ſcindit. Item & ξυστὸν παύμαχα, κολλήνεται, κτὶ στόμα ἑνδμα χαλκῷ, quibus præfixa erat cuſpis ferrea: Il. ο, v. 387. Schol. eo loco κτὶ στόμα exp. κτὶ τὴν ἀρχῶ: quæ expoſitio apud Suid. quoque legitur. Eſt παρατάξεως ſuum etiam στόμα, (itidem Acies, ſeu Frōs, Primi ordines. Dicitur autem Acies quoniam perrumpit & abſumit id in quod irrumpit, non aliter atque acies ferri) opponitúrq; ei ἡ ὀρθὴ ſiue ὀρθία. Xen. Anab. 3, κελεύει δὲ οἱ συμπέμψαι ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτῶν ἄνδρας. μακραὶ γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς ὀρθίας λαβεῖν. Plut. Sympoſ. 8, probl. 9, ἀπ' οὐρᾶς ὅτι στόμα μετὰ τῆθεσιν, τὴν πρὸς τὴν αὐτὴ τῆς ὁρᾶσθαι τάξιν ἔχοντα. Rurſum Xenoph. οἱ αὐτὸς εἶχε τὴν ὀπλέκτων ὅτι τοῦ στόματος τοῦ παιανίου. Sed & πολέμου στόμα, nec tō στόμα ὑσμίνης, memoratur ab Homero, vt Il. κ, v. 8, Ἠέ τοι πολέμοιο μέγα στόμα πυκνὰ δαΐοιο. Sic Iliad. τ, πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι αἱματόεντος. Heſych. πολέμου στόμα exp. τὸ κατεργαστικώτατον μέρος τοῦ πολέμου, eam partem in qua plures conficiuntur, id eſt ipſam aciem. Item Il. υ, — οὐδὲ κ' Ἀθήνη Τόσσης ὑσμίνης ἐξέφερε στόμα.

C. Στοματουργός, ός, ὁ & ἡ, Ore opus ſuum conficiens, Eurip. στοματουργὸς ἐπῶν βασανίστρια λίσσω.

C. Στομοδόκος, ου, ὁ, Loquax, Linguax: idem quod σωμύλος. Phereer. enim στομοδόκον dixit τὸ σωμύλον καὶ λάλον, teſte Poll. Itidem & Heſychius στομοδόκον exponit σωμύλον.

C. Στομοκάκη, ης, ἡ, Vitium quoddam oris, de quo in Σκιλλοτυρβῇ ex Plinio, apud quem SCRIBITVR Στοματάκη.

C. Στομαλγία, ας, ἡ, Oris dolor, Oris morbus. τὸ ἐν τοῦ στόματος νόσημα, vt Poll. exp. qui etiam addit, φλυαρίαν ſic vocari poſſe. γλωσσαλγία certè & linguæ dolorem ſignificat &c. linguacitatem ſeu loquacitatem.

C. Στόμαργος, ου, ὁ & ἡ, Loquax, Nugator. pro φλύαρος, Æſchylo. Itidem Eurip. in Med. dicit στόμαργον γλωσσαλγίαν. Vtitur & Hippocr. Vide Galen in Lex. Hippocr.

C. Στομαυλέω, ῶ, Ore tibiam inflo. Citat Pollux ex Platone. Vtitur autem Plato in Cratylo, dicens, καὶ γὰρ ναῦ μοῦ ἔδοξας ὥσπερ τῶν τῆς Ἀθηναίας νόμῳ περαύλιον στομαυλῆσαι.

C. Ἀθυρόστομος, ου, ὁ & ἡ, Cuius os nullis foribus cohibetur ſeu cohiberi poteſt: qualis ille apud Horatium, Qui dicenda tacenda loquitur. Habet autem hoc epitheton ipſa echo apud Sophocl. in Philoct. quæ à Latinis quoque Garrula dicitur. Eadem metaphora dicitur ἀπύλωτον στόμα, vt ſuprà docui. VNDE Ἀθυροστομία, ας, ἡ, Oris incontinentia, Oris licentia, ſeu petulantia,

ad verbum, Quum os nullis foribus obstrui potest, seu Quum os nullo obice potest obsirmari. i. Loquacitas, Garrulitas, τὸ τῦ στόματος ἀπύλωτον. Legitur in Epigr. ET VERB. Ἀθυροστομέω, ῶ, Linguam non contineo, Linguæ petulãtia vtor. λοιδορῶ. Sed λοιδορεῖν potius esse dicendũ quàm ἀθυροστομεῖν tradiderunt quidam grammatici.

C. Ἀμφίστομος, ου, ὁ & ἡ, Idem quod δίστομος, Geminum os habens, præpositione ἀμφὶ significante δύο in hac voce, vt docet Eust. Accipitur vero metaph. στόμα in hoc nomine. vnde ἀμφίστομος μάχαιρα, & ἀμφίστομον ξίφος, Anceps ensis, siue gladi°. Sic ἀμφίστομος πέλεκυς, Anceps securis, Diosc. lib. 3, c. 146. Sic ἀμφίστομος φάλαγξ Æliano, vt ait Bud. quam Curtius ancipitem aciem vocat: quæ à fronte & à tergo imminet simul. Arrianus in 6, ἀμφίστομον ἰωνικὰ δόπαν ποιῆσαι τὴν τάξιν τῆς ἵππου. In lib. De re milit. ἀμφίστομος φάλαγξ vocari dicitur ἡ ὅις ἡμίπεδος ἐν τοῖς λόφοις αἰρῶν ἀπεστραμμένος ἐπὸ τῶν ἐχουσῶν ἀσπίδας. Vbi etiam vide quid sit ἀμφίστομος διφαλαγγία. Apud Soph. in Œd. Coloneo, schol. λαβὰς ἀμφίστομις κρατήρων exp. τὰς ἑκατέρωθεν ἐστομωμένας. ponit & alias expositiones, ad quas te remitto.

Ἀμφίστομοι, Gemini, siue Geminæ. Aristot. De hist. animalium lib. 9, de fauis apum, αἱ δὲ θυρίδες καὶ αἱ τῶν μέλιτος καὶ αἱ τῶν κηρίων, ἀμφίστομοι. id est, & mellariæ & sobolariæ cellæ geminæ sunt, vt vertit Gaza.

C. Ἀνάστομος, Apertus, Laxus, Dehiscens. v. l. sed sine autore & exemplo. Si mendo caret, idem est quod ἀνεστομωμένος.

C. Ἀντίστομος, οὐ, ὁ & ἡ, Aduersam frontem habens seu Aduersas frontes. Ἀμφίστομος φάλαγξ & ἀντίστομος eo differũt apud Ælian. quòd ἡ ἀντίστομος ἐξ ἄκρων ἐκ τῶν μάχας, at ἡ ἀμφίστομος, ἐκ πλαγίων. Anceps pugna à Liu. dicitur: & Curt. ancipitem aciem vocat quæ à fronte & à tergo imminet simul. Bud. pag. 1087.

C. Ἀρίστομος, Cui est στόμα ἄρτιον. Suid. ex Dionys. exp. ὁ παρὴς καὶ ὁ νῦν φθεγγόμενος: afferens hunc locum, ὁ ὦ ὦ κάθιστος νῦν καὶ ὁ κ ἄρτιος ἔτι. id est, non amplius integra quæque intelligi possent verba ore proferebat, sed mutila seu trunca. nec enim bene pronuntiant ebrii verba quæ ore proferũt, sed ea truncãt. Galen. apud Hippocr. ἀρτίστομα exp. παντάχόθεν ὁμαλά, vndique plana. Item ἄρτιστομος κόλπος seu λιμὴν dicitur, sicuti λιμῶν tribui στόμα suprà docui. Strabo lib. 5, ἔστι δὲ ἄρτιος κόλπος ἀγχιβαθὴς καὶ ἄρτιστομος, λιμένος καὶ μέγεθος καὶ φύσιν ἔχων.

C. Ἄστομος, Qui os non habet. ἄστομος dicitur etiam is qui loqui non potest, ὁ μὴ δυνάμενος λέγειν: Hesych. ex Soph. Acrisio. Quibus addi potest hoc Luc. in Lexiph. ἀλογίαν ἡμῖν ὀνειδίζεις, ὡς ἀστόμοις οὖσι καὶ ἀπεπλωτισμένοις, perinde ac si ora non haberemus, & linguæ nobis exemptæ forent. Xen. ἄστομον videtur dicere, Cui paruum os est, in Cyneg. αἱ δὲ κυνῶν, ἄστομοι, καὶ ἀβέβαιοι τὸν κατέρωθεν τὸν λαγῶ. At ἄστομον ἵππον Æschyl. dixit τὸν τραχύν, teste Poll. Quales apud Latinos sunt durioris oris equi, qui videlicet frenis cohiberi nequeunt ob oris contumaciam. Suidæ quoque ἄστομοι ἵπποι sunt οἱ σκληρόστομοι, afferenti hunc locum, ἄστομοι ἵπποι βίᾳ φέρονται. Idem Poll. ἄστομον ξίφος vocari dicit τὸ μαλακόν, oppositum τῷ στόμῳ, cuius acies durata non est. Idem & ἄστομον λιμένα dici annotat, qui nimirũ ostio caret: cui opponitur ἀρίστομος λιμήν, seu εὔστομος. Cibaria autẽ ἄστομα dicuntur quæ ingrata & insuauia ori sunt, seu quæ sapore sunt ingrato. Athen. lib. 7, ex Hicesio, de piscis quodam genere quod σύραινα appellatur, εὐφημωτέρας ἕνεκα τῆς γόνατος, ἀπεικεῖς δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ ἄστομος. Idem lib. 8, ἡ δὲ λιμνία ἔγχελυς τῆς θαλασσίας ἐστὶν ἀστομωτέρα. Itidem Diosc. de malo Punico, ἡ ὀξεῖα καυσουμένῳ στομάχῳ βοηθεῖ, καὶ ἔστι σαλπικωτέρα, ἄστομος δὲ καὶ συπνική, ori ingrata. Bud.

Ἄστομοι dicuntur populi quidam, ex eo quòd ore careant. Plin. l. 7, c. 2, Astomorum gentem, sine ore, corpore toto hirtam, vestiri frondium lanuginẽ, halitu tantùm viuentem, & odore, quem naribus trahant: nullũ illis cibum, nullúmque potum: tantùm radicum florúmque varios odores, & syluestrium malorum quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: graviore paulo odore haud difficulter exanimari.

C. Αὐθαδόστομος, Qui est ore contumaci & temerario. Vide in Στόμα.

C. Δίστομος, Geminum os habens, Duo habens ora. Vel etiã Duo habens ostia. Item Anceps, Vtrinque acutus seu scindẽs, vt δίστομος μάχαιρα apud autorẽ epist. ad Hebr. cap. 4, quæ & ἀμφίστομος. Hieron. compluribus in locis vertit Biceps gladius.

C. Δύστομος, Qui difficili seu malo ore est. affertur enim ex Epigr. δύστομος γνάθος pro Maxilla mali oris. Exponitur etiam Difficilis cæsu. in qua signif. compositum est ex δυς & τέμνω, & rectius scribitur δυςτόμος.

C. Ἔκστομον affertur ex Diosc. libro 4, cap. 141, de helleboro nigro, Ἐλλέβορος μέλας. οἱ δὲ μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκστομον, οἱ δὲ πολύριζον. Sed ibi hoc ἔκστομον mendosum est, reponendumque VEL Ἔκπυον VEL Ἔμπυον, vt apud Plinium lib. 25, cap. 5, Nigrum alii ἔκπυον vocant, alii polyrrhizõ. Alioqui ἔκστομος videri possit sonare, Qui est extra os, aut simile quid. Quòd si ἔκστομος reperiatur, significabit Sex ora seu ostia habens, vt ἑκατόγχειρος, ἑκατόστομος.

C. Ἐλευθερόστομος, Qui est ore libero, Qui liberè loquitur quæ in buccam veniunt. VNDE Ἐλευθεροστομία, ας, ἡ, Libertas loquendi, Quum quis ore libero loquitur. Idem quod παρρησία. ITEM VERB. Ἐλευθεροστομέω, ῶ, Libero ore loquor, Liberè loquor quod in buccam venit: παρρησιάζομαι. Æschyl. Prom. pag. 16, ἄγαν δ' ἐλευθεροστομεῖς. Paulo antè dicit, Σὺ μὲν θρασύς τι, καὶ πικρᾶς δυσφημίας οὐδὲν ὀκνεῖς.

C. Ἐνστομος, SIVE Ἐνστόμιος, Qui in ore est. Dioscor. lib. 1, cap. 126, de foliis tiliæ, ποιοῦσι πρὸς τὰ σύφλωσις δέρματα, μάλιστα τοῖς ἐνστομίοις ἕλκεσι δρεπανώματα καὶ ἐξάνθημα. Vnde Plin. lib. 24, c. 8, Folia autem tantùm in vsu, & ad infantium vlcera in ore commanducata.

C. Ἑπτάστομος, Septem habens ora, seu septem ostia, Septenis ostiis sua fluenta in mare fundens, vt Nilus. Item ἑπτάστομοι πύλαι apud Eurip. Portæ septena habentes ostia, seu Septem portæ, vel Septem aditus.

C. Ἑτερόστομος, Altera tantùm parte aciem habens, seu Ex altera tantùm parte acutus: oppositum τῷ ἀμφιστόμῳ seu διστόμῳ. vt apud Synes. ἑτερόστομοι κοπίδες. Itẽ & ἑτερόστομος φάλαγξ dicitur ἥτις τοιοῦτον τὸ μὴ ἡνωμένον ἡμῖν ἔχουσα ἐν ἀνωνύμῳ τῷ ἀγχωγῇ, τὸ δὲ λοιπὸν ἡμίστομος τοῖς ἡνωμένοις ἐν δεξιᾷ τῷ ἀγχωγῇ, Suid. & in lib. τῶν τάξεως παλαμᾶς.

C. Εὐρύστομος, Qui lato ore est. vt Lato ore fenestra. seu Qui patulo & spatioso ore est aut ostio.

C. Εὔστομος, Qui pulchro ore est: item Qui magno ore est, vt εὐστόμαχος dicitur Qui amplo pectore est, Pectorosus: Idem propè quod præcedẽs εὐρύστομος. Xenoph. Cyneg. pag. 571, de canibus, πτερώκεις, καὶ ὑπὸ τῶν στομάτων φαιδραὶ, καὶ εὔστομοι. Pag. præcedente dicit ἄστομοι. Itidem εὔστομα ποτήρια, pocula amplo seu patulo ore aut labro. Luc. in Lexiph. εὐρυχανὴ τε καὶ ἄλλα εὔστομα. Item εὔστομος λιμὴν apud Poll. Qui est ostio seu aditu lato & spatioso: cui opponitur ἄστομος, cuius ostium seu aditus est angustus. Affertur εὔστομοι etiam pro Rostro validi. Sunt & εὔστομοι equi, Qui nõ sunt ore duro & nõ tractabili, vt οἱ ἄστομοι, sed freno facilè parent: vt Plut. dicit εὔστομος τῷ χαλινῷ, freno obtemperans. Synecdochicè εὔστομος vocatur Qui est eleganti forma, seu decenti oris specie: sicut Hesych. quoque annotat εὔστομον dici ἀπὸ τοῦ στόματος, ἀπὸ μέρους. Latini itidem Os dicunt & Species oris, pro Facies, Forma. Εὔστομος exponitur etiam Bene pronuntians. Item Bene loquens, Facundus, Disertus. Argentar. Epigr. lib. 2, Εὔλαλε, φρηνήγελως, εὔστομε, μακροφάρυγξ, Facunda, Diserta. Nisi malis Arguta. aut Ore arguto canens, vt Sophocli ἀηδόνες dicuntur εὔστομαι. Εὔστομος, Ore fauens, Lingua fauens. VNDE Εὔστομα aduerbialiter, vt apud Soph. Philoct. pag. 384, Εὔστομ' ἔχε παῖ, Ore faue, Lingua faue. id est Sile, Tace: vt Horatius, Fauete linguis: carmina non prius Audita, Musarũ sacerdos, Virginibus puerísque cãto. Schol. quoq; exponit σιώπα. Sunt autem verba chori iubentis tacere Neoptolemum, quum audisset strepitum quendam aduentantis Philoctetis, & in itinere gementis præ dolore. Quò refer quod apud Herodotum legitur in Euterpe, καὶ τούτῳ μοι περὶ εὔστομα κείσθω. Quo genere lo-

quendi Plutarch. quoque vtitur, vt quum in libello De exilio dicit, καὶ τοῦτο μὴν ὧν Αἰσχύλος ἠνίξατο καὶ ὑπεδήλωσεν, εἰπὼν, Ἀγνὸν τ' Ἀπόλλω φυάσ' ἀπ' οὐρανοῦ θεὸν, εὔστομά μοι κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον, Eam ad rem quod attinet, ore fauebo, & malè ominatis parcã verbis, vt loquitur Horatius. Idem De defectu oracul. τοῦτο μὴν οὐδὲν τῶν μυστικῶν, ἐν οἷς τὰς μεγίστας ἐμφάσεις καὶ δεφάσεις λαβεῖν ὅτι τῆς τοῦ δαιμόνων ἀληθείας, εὔστομά μοι κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον. Quem locum Turn. sic vertit, Sed de mysteriis in quibus significatur & ex quibus perspicitur luculentè dæmonũ veritas, mihi (vt Herodotus ait) lingua fauendum est. Cibaria autem εὔστομα dicuntur quæ ori grata sunt & iucunda, vt ἄστομα quæ ori sunt ingrata & iniucũda. Dioscor. lib. 1, cap. 161, de cotoneis, τὰ δ' σπὼ τῷ μέλιτι ἑψόμενα, εὔστομα καὶ μὴν καὶ εὔστομα, ἥδιον δὲ σεγωπικά, Cotonea quæ melle condiuntur, stomacho atque ori gratiora sunt, sed minus constringunt. Plin. quoque dicit cotonea cocta esse suauiora. Et lib. 3, c. 53, de ligustico, ἱκανῶς δὲ εὔστομόν ἐστιν. ὅθεν καὶ αὐτὴ πεπόρευται οἱ ὀπῆ χώνται οἱ ἐπὶ χώλοι, μίσγοντες τοῖς ποτοσψήμασι. Vbi Ruell. Ori perquam vtile: quare pro pipere vtuntur eo indigenæ ad obsonia. Sed Græcum exemplar habet εὔστομα χον. Theophr. quoque eo signif. vsurpat, vt Hist. pl. lib. 4, de loto, τὸ δ' ὀπῶδες ἐσθιόμενον, οὐχ οὕτω γλυκὺ ὡς εὔστομον. Et in 6 De caus. pl. Τούτων δὲ τὰ μὲν, καὶ εὔστομα καὶ εὐώδη, τὰ δὲ, ἄχυλα καὶ ἄοσμα. vbi obserua εὔστομον opponi τῷ ἄχυλῳ, vt idem fit quod εὔχυλον, cuius succus ori gratus est. Plinius εὔστομα vocare existimatur in gustu tenera, lib. 15, cap. 28.

VNDE Εὐστομία, ας, ἡ, quod exponitur Bona pronũtiatio: vt εὔστομος Bene pronuntians. Exponitur etiam Oris festiuitas, sicut εὔστομος Qui est ore arguto & canoro. Itẽ εὐστομία dicitur Sapor ori gratus, sicut εὔστομος qui est sapore ori grato. Theophr. χρὴ δὲ καθόλου πειρᾶσθαι διαρρεῖν εἰ ὀπῶ χυλῷ ἡ εὐστομία καὶ ἡ γλυκύτης. Idẽ, μαλακωτέρα γὰρ ἡ τούτης ὀσμὴ κεραννυμένη καὶ γλυκυτέρα γίνεται. τοῦτο δὲ πρὸς συμβαίνει καὶ ὅτι τῷ χυλῷ. ἔνιοι γὰρ δέονται μίξεως πρὸς εὐστομίαν, Ad saporis gratiam & suauitatem, seu Vt sapor ori gratus fit, Vt succus ori suauis sit.

INDE ET VERB. Εὐστομέω, ῶ, Suauem & concinnum ore cantum modulor. vt εὔστομος cantus dicitur qui vocalis est & concinnus. Soph. Œdip. Colon. ferè initio, pag. 271, πυκνόπτεροι δ' ἔσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες. vbi schol. exp. ἐμφθογγοῦσιν, ἐμφώνως ᾄδουσιν, Dulcisonè canunt. Seneca in Agamemn. Non quæ verno nobile carmen Ramo cantat querula aedonis Itys in varios modulata sonos. ‖Εὐστομῶ ex Horatio redditur etiam Ore rotundo loquor. ‖Item Ore faueo, seu Lingua faueo: ἐμφημέω, ἐγγλωττέω, Dico bona verba. vt suprà εὔστομ' ἔχω. Aristoph. Nub. εὐστόμει, Καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον αὐδρᾶς δεξιοὺς Καὶ νοῦν ἔχοντας.

C. Θρασύστομος, Qui audaci ore est, Qui nil nõ audet prolo qui, plus quàm ἐλευθερόστομος. Sic θρασύγλωσσος Qui est lingua audaci & temeraria. ET Θρασυστομέω, ῶ, Audacter loquor, seu Audacter & insolenter loquor. Eurip.

C. Κακόστομος, Qui mali oris est, seu Maledicus. κακηγόρος, βλάσφημος. ET Κακοστομέω, ῶ, Maledico, Conuitior. κακηγορέω.

C. Κοιλόστομος, Qui cauo ore est. seu Qui cauo ore loquitur, In cuius ore vox obscuratur, velut in cauo specu seu recessu: VNDE Κοιλοστομία, ας, ἡ, vitium illud dicitur, Quum vox in ore quasi in specu obscuratur & veluti in recessu auditur. Vide locum Quintiliani in Πλατισμός. Potest etiam significare Oris cauitas, seu Cauus oris recessus. ‖Κοιλόστομος autẽ διφαλαγγία dicitur ἥτις τοῖς ἡγεμόνας ἑκατέρας τῆς φάλαγγος ὀκ τῷ αὐτῷ μεταξὺ ἔχα τεταγμένους, οὗ ὀκ δεξιοῦν ἡ οἷς ἀνώνυμον ἑκατέρας φάλαγγος.

C. Λαβρόστομος, Qui habet στόμα λάβρον, id est Qui est ore procaci seu garrulo, Procax, Loquax. ET Λαβροστομία, ας, ἡ, Procax os, seu Procax loquacitas. ET Λαβροστομέω, ῶ, Procaci ore sum, seu Procax sum in loquendo. Æschyl. μὴ λαβροστόμει. Idem dicit, ἄγαν ἐλευθεροστομεῖς.

C. Ὁμοιόστομος, Ore similis, Simile os habẽs. Dicitur & ὁμοιόστομος φάλαγξ, à similitudine oris seu frontis. Est autem ὁμοιόστομος διφαλαγγία Æliano ὅταν ὁ ἀκολουθῶν λόχος ὀν ἐπὶ μοίῳ σχήματι ἕπεται.

C. Παχύστομος, Qui crasso ore est. Item Qui crassè loquitur, Crassilinguis. quod tamen ad verbum respondet non huic, sed τῷ παχύγλωσσος. VNDE Παχυστομία, ας, ἡ, Os crassum, seu Os crassè pronuntians. ET Παχυστομέω, ῶ, Crasso ore loquor, Crassè pronuntio. Vtitur his compositis Strabo lib. 14, dicens Caras ab Homero vocari βαρβαροφώνους quasi παχυστόμους aut τραχυστόμους. Ibidem, κτῆ παχυστομίαν καὶ ἀφυΐαν πνὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων τῶν συμβαίνον. Ibidem, ἄλλη δέ τις ὀν τῇ ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ ἀνεφανὴ κακοστομία, καὶ οὗ βαρβαροστομία, εἴ τις ἑλληνίζων μὴ κατορθοῖη. Et mox, ὡς οἱ βάρβαροι οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τὸν ἑλληνισμὸν, οὐκ ἰσχύοντες ἀρτιστομεῖν. Vbi nota παχυστομίαν dici quum quis crassè pronuntiat verba alienæ linguæ, quod Caribus solebat contingere Græcam linguam discentibus, omnibusque denique iis qui alienæ linguæ non assueuerunt. in omnibus enim gentibus hæc ἀφυΐα cernitur. NOTA ET Βαρβαροστομία AC Κακοστομία, de vitio illo quo quis barbarè & malè solet pronuntiare verba alicuius linguæ: ab ADIECT. Βαρβάροστομος ET Κακόστομος, Qui barbarè & perperam effert verba alienæ linguæ. CONTRA Ἀρτιστομος, Qui verba alicuius linguæ pronuntiat integra & perfecta, Qui nõ mutilat & truncat verba alienæ linguæ, vt is cui lingua illa vel vernacula est vel vsu & exercitatione diuturna comparata. ET Ἀρτιστομέω, ῶ, Integra & perfecta pronuntio verba, non mutila & trunca. Cui OPPON. Βαρβαροστομέω ET Κακοστομέω, Barbarè & malè pronuntio: vel etiam Barbarè & malè loquor.

C. Περίστομος, Qui circum os est, Os ambiens. At περίστομος διφαλαγγία dicitur, ἡ ἀμφοτέρωθεν ἔχουσα πρὸς τοὺς πολεμίους στόμα κενδυνῶδες, vt tradit Ælianus, apud quem vide plura. ITEM Περιστόμιον, ου, τὸ, quod ab Hesychio exponitur ὁ τῆς ὀπῆς τόπος ὀν τῷ βρόγχῳ. Legitur Exodi cap. 28, vbi exponitur Capitium. item c. 36, περιστόμιον τῶν ὑποδύτων. Vide βρόγχωτήρ.

C. Πλατύστομος, Qui lato seu patulo aut amplo ore est. Idẽ quod εὐρύστομος.

C. Πολύστομος, Multa habens ora. Ex Nonno autem affertur πολυστόμου ἠχῶ pro Sonus & vox ex multiplici ore proficiscens.

C. Πρόστομος, Acuta cuspide præfixus, seu Mucronatus, Acutus in summa sui parte. vt πρόστομον ξίφος dicitur τὸ ἐστομωμένον καὶ ὀξύ: cui opponitur τὸ ἄστομον siue ἀπρόστομον. nam VOCATVR Ἀπρόστομος, Qui acuta cuspide seu mucrone præfixus non est, Non acutus in summa sui parte. AT Προστομία, ας, ἡ, SIVE Προστόμιον, ου, τὸ, Labiorum commissura. Sic enim Pollux lib. 2, ἡ δὲ εἰς ἄλληλα τῶν χειλῶν συμβολὴ, πρόστομον ἢ προστομία.

C. Σύστομος, Qui est ore sensim compresso & contracto, Cui os sensim coit. Aristoteles De part. animalium, libro 3, loquens de piscibus, διὸ τὰ μὲν ὅτι συστομώτερα. τῶν δὲ βοηθείας χάριν ἔχόντων, τὰ μὲν καρχαρόδοντα, τὰ δὲ αἰέρρωγότα. Ibidem, μύουρον στόμα ἔχοντα dicit pro σύστομα, teste Budæo, qui interpretatur etiam, Qui est rictu contracto. Quoniam verò ii quibus os est compressum, lo qui nequeunt, ideo accipitur pro Mutus seu Elinguis, vt in prouerb. Συστομώτερος σκάφης: quod de iis dici consueuit qui propter humilitatem conditionis apud præstantiores non audent hiscere. Natum hinc aiunt, quòd olim inquilini & hospites alienæ reipublicæ, ludis popularibus in pompa incedebant scapham gestantes. vnde quoties hospitem non ciuem significabant, σκαφηφόρον vel etiam σκάφιον appellabant. Proinde vulgò sic minitabãtur, ποιήσω σε συστομώτερον σκάφης, Reddam tibi os magis occlusum quàm scaphæ. Vix enim audebant hiscere οἱ σκαφηφόροι & peregrini. In quibusdam codicibus legitur σιωπηρώτερος: quod minus probo. Referunt autem Hesych. & Suid.

C. Τρίστομος, Tria habens ora seu ostia. Item, Cui triplex est acies, Qui trigemino mucrone est, Tres habens cuspides. vt τρίστομος αἰχμὴ in Epigr.

Στοματικὸς, οῦ, ὁ, Ad os pertinens, Apud medicos στοματικὸν

φάρμακα dicuntur propriè medicamenta quæ ad vuas, A tonsillas, & omnes quæ in ore fiunt derepente inflammationes, conueniunt, vt scribit Galen. lib. 6 τῶν κατὰ πόδας. Generaliter verò dici possunt quæcunque gargarizata, illita, aut alio quouis modo admota medentur oris affectibus. Nam & citra inflammationem vlcera admodum humida stomaticis medicamentis curãtur: id quod notum esse potest ex Galeno, lib. 5 De arte med. Hæc inter alia Gorr. apud quem videre poteris locum Galeni quem citat. Vide & Paul. Ægin. de stomaticis medicamẽtis, eorúmque differentiis, lib. 7, B c. 14. Plin. lib. 23, c. 6, Ex acerbo fit medicamẽtum quod stomatice vocatur, vtilissimum oris vitiis, narium. Eodem lib. c. 7, de moro, Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriaca appellata. Neq; est aliud oris, arteriæ, vuæ, stomachi, iucundius remediũ. Et lib. 22, c. 11, de glycyrrhiza, Ideo & commanducata, stomatice est, & vlceribus oris inspersa sæpe. Perperam ergo apud Dioscor. lib. 3, c. 7, στομαχικὸν δὲ διαμασώμενον, pro στοματικόν: vnde & Ruellius recte vertit, Commanducatus ori prodest. ‖ Στοματικὸς exponitur etiam Ori gratus, C εὔστομος: nullo tamen allato exemplo, nec autore vllo citato. ‖ Item Qui oris vitio laborat: vt στομαχικός, Qui stomachi vitio laborat: & Κεφαλικός, qui capitis. Sed nec huius significationis exemplum affertur. Legimus quidem apud Plin. lib. 24, c. 14, de flore rubi Idæi, Stomaticisq; ex aqua bibendus datur: sed mẽdosè, si quidem Dioscoridis exemplaribus credimus, quæ lib. 4, c. 38, sic habent, στομαχικοῖς τε μετ' ὕδατος ἐν ποτῷ δίδοται. vbi & Ruellius, Stomachicisque ex aqua bibendus D datur.

Στομώδης, ους, ὁ ἡ, Qui amplo ore est, seu Qui magno ore est. Poll. lib. 2, Sophoclem scribit στομώδη dicere τὰ εὔστομα καὶ εὔφημα, quæ ab ore seu lingua fauente proficiscuntur.

Στομίας, ου, ὁ, Magnum os habens. Item στομίας ἵππος dicitur ὁ ἀπειθὴς καὶ βίαιος, qui & ἄστομος, teste Suida. id est Equus duri oris, Qui fræno non paret, sed vi trahit sessorem quò vult, præ contumacia oris habenas spernentis. Itidem & Hesych. στομίας ἵππους vocari ait τοὺς ἀπειθοῦντας τοῖς χαλινοῖς: qui prioris etiam signif. memi- E nit, exponens non solùm ἀνωφθής, sed etiam μέγα στόμα ἔχων.

Στόμιον, ου, τὸ, Paruum os, Osculum, vt Ouid. accipit: Apuleius dicit Buccula, diminutiuo facto ex Bucca. Coquus quidam apud Athen. lib. 9, Καὶ τὰ στόμα γίνωσκε τῶν κεκαπνῳῶν. paulo pòst στόματα dicit. Galen. in Therap. dicit etiam στόμιον ἀγγείου, vasis os. Et Alex. Aphrod. in Problem. στόμα vocat venarum ora. Rursum Galen. ad Glauc. vlceri tribuit στόμιον. Sed & puteo tribui στόμιον aiunt, itémque de aliarum rerum introitu dici, vt Os F apud Latinos. Lucianus certè στόμιον appellat Os specus, dicens in libro De luctu πρὸς ὀλίγον τὸ στόμιον ὑποκύψαι, paululum è specu seu ore speluncæ prospicere. Aristot. & πνευμάτων στόμια dicit spiracula & emissaria ventorum, id est loca ex quibus exeuntes spirant: De mũdo, καὶ τῶν πνευμάτων πολλὰ πολλαχοῦ τῆς γῆς στόμια ἀνέῳκται, exitus spirituum in multis locis terræ patefacti sunt. Hesych. στόμιον exp. χάσμα. ‖ Στόμιον dicitur etiam ea fræni pars quæ inditur ori equi, seu quam commanducat & commordet quum frænatus est. Poll. quoq; G lib. 2, στόμιον esse dicit χαλινοῦ μέρος, fræni partẽ quandam: paulo pòst tamen, στόμα φησὶ (inquit) οἱ τῶν ἵππων χαλινοί, equorum fræni. Vtitur in hac signif. non solùm Xen. De re equ. sed & Eurip. in Hippol. Coron. Αἱ δ' ἐνδακοῦσαι στόμα πυριγενῆ γνάθοις.

Στόμις, idem quod στομίας, id est Duri & contumacis oris equus, Qui duro & cõtumaci ore spernit frænos, Effrænis, ὁ στόμα τὸ ἀπερείδων χαλινοῖς. ex Æschylo.

Στομόω, ῶ, F. ώσω. Dicitur aliquis aliquid στομοῦν, cui os seu στόμα facit. vt στομοῦν ὄγκον, tumori suppurato os fa- H cere, quo pus exeat, id est Ore seu ostiolo facto aperire. Galen. περὶ ὀκτυπυρέτου ὄγκου loquens, ἔπειτα στομώσας, ἐὰν μὴ ἀκριβῶς ἡ τὰ πέριξ τῆς τομῆς ἀφλέγμαντα, τοῖς ἐμπλάσσοις φαρμάκοις θεράπευε. Vnde stomotica pharmaca apud medicos. Itidem Gorr. Στομοῦν, (inquit) aperire. Consueta magis significatione est Scalpro diuidere: idq; propriè in abscessibus dicitur. Verùm eo vocabulo generalius vtitur Hippocr. lib. 6 περὶ ἐπιδημ. accipiens στομοῦν pro ἀνασταμοῦν, hoc est Recludere atque adaperire quamcunque partem, siue hæmorrhoidas, siue narium aut vteri venas, siue fistulas etiam, veteres quidem & longo tempore assuetas, sed aliqua de causa obstructas, siue etiam aurũ meatus sordibus refertos & obturatos, adhibito aliquo ἀνασταμωτικῷ, hoc est aperiente medicamento. Annotat Galen. comm. 2 in lib. 6 τῶν ἐπιδημιῶν. Itẽ σίδηρον στομοῦσθαι dicitur qui acie illud instruit seu acuit. Στομοῦσθαι τὴν μάχαιραν, (inquit B. p. 1086.) est Exacuere aciem, quasi os gladii concinnare & firmare & obdurare: quod nisi fieret, inutilis gladius esset. Greg. in orat. de sacro baptism. ἕως θερμὸς ὁ σίδηρος, τῷ ψυχρῷ στομοῦσθαι, μὴ παρεμπέσῃ μέσον, καὶ διακόψῃ τὸ πᾶν, Dum candens est ferrum, in aquam frigidam immergatur & roboretur, ne quid intercidat quod desiderium interpellet: de baptismo quamprimum poscendo loquens. Idem inuect. in Iulian. de vexationibus martyrum loquens, καὶ τῷ διαστόματι τοῦ ψυχροῦ εἰς ἀσφάλειαν, καὶ ὥσπερ σίδηρον θερμὸν ὕδατι, τοῖς κινδύνοις στομώσαντες, Qui obdurarunt & confirmarunt. Inde factum vt στομοῦν accipiatur pro σκληρῦναι & roborare, vt apud eundem Gregor. in orat. de septem Maccab. fratribus, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ τῷ πάθει ἦν εὐθυμότερος, τοῖς τοῦ θεοπνεύστου κινδύνοις στομούμενος. Plut. λέγεται γὰρ τὰ παιδία ἐν τοῦτο μᾶλλον στομοῦσθαι καὶ κρατυνέσθαι. In eadem signif. Basilius actiua voce vtitur, ὅπως οἱονεὶ βαφὴ σιδήρου τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἡ νηστεία στομώσασα ἀδάμαντον ἐποίει τοῖς λόγοις. Pro Exacuo & suo veluti στόμα instruo accepit & Aristoph. in Nubibus, vbi pater filium erudiendum instruendúmq; tradens, ait, Δίδασκε καὶ κόλαζε, καὶ μίμνησ' ὅπως Εὖ μοι στομώσῃς αὐτόν, ὅθεν ὦ φίλτατε, Οἷον δικαιόξυνον, πίνω σ' ἐπέραν αὐτοῦ γάθον Σπόμωσον, οἷαν ἐς τὰ μείζω πρᾶγματα: metaphora à gladiis, vel ab equis fortasse qui ἐπεύγαθοι dicuntur, & ἄδικον τὸ γάθον ἔχοντες, vt est apud Xenoph. De re equ. Hæc ferè ex B. p. 1086, & 1087. Schol. Aristoph. & Suid. loco citato στομώσῃς expon. ἐξωθῇς, ἀκοπήσῃς: Bud. in suo lex. exp. etiam εὔστομον ποιήσῃς, id est Disertum argutúmque reddes. Poll. certè Aristoph. στομῶσαι dixisse tradit pro λάλον ἀποφήσασθαι. Idem B. στομῶσαι interpretatur etiam Infestam aciem facere, Infesto agmine exercitum firmare, Frontes in agmine struere. Plut. in Anton. p. 198, πολλοῖς ἀκοπιστοῖς καὶ σφενδονήταις οὐ μόνον τὴν ἀκμὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς πλευρὰς ἐκάστους στομῶσαι, ὃν πλαισίῳ τὸ πρατὸν ἦγε, id est, Quatuor frontes agminis faciens. est. n. στόμα, frons, vt ἀκμὴ extremum agmen, apud eundem & apud Ælian. Sic Comm. p. 1086, idem, Vt enim docet Ælianus, frons, acies, os, & iugum, phalangis ordines primi dicuntur, vnde cornua duo promouentur, quare στομῶσαι significat Infestam aciem obuertere, Infesto agmine exercitũ firmare. Et mox, citato isto loco Plutarchi, addit, eum illis verbis significare, Antonium agminis incedentis quatuor frontes fecisse, ad arcendum impetum equitatus Parthorum. Item λιθοῦν στομῶσαι dicitur qui ei στόμα facit, qui eum instruit stomate, de quo suprà.

Στόμωμα, ατος, τὸ, Id quod exacutum est, Id quod stomate instructum est τὸ ἐστομωμένον, seu τὸ στομωθέν. vt χαλύβδινον στόμωμα apud Poll. ex Cratino, Ferrum acie chalybea roboratum, Ferrum cuius acies chalybe roborata ac durata est: ἐν χερσὶ χαλύβδινον στόμωμα. Idem Poll. lib. 7, ex eodem Cratino χαλυβδικὸν στόμωμα. Idem rursum dicit etiã σιδήρου στόμωμα, pro σίδηρος ἐστομωμένος, Ferrum quod candens acie chalybea præfixum est, & aquæ immersum ac induratum. Solent. n. fabri, vt indurent ferrum ac roborent, chalybe præfixum & candefactum, aquæ immergere. id quod videre est in loco quodam Soph. in Βαφῇ ac Σίδηρος citato. Prius illud χαλυβδικὸν στόμωμα, id est Ferrum quod Chalybes acuerunt & ἐστόμωσαν, apud Daimachum quoque legitur, ex cuius Poliorceris afferuntur hæc verba, τῷ στομωμάτων τὸ μὲν Σινωπικὸν καὶ Χαλυβδικὸν, χρήσιμον εἰς τὰ τεκτονικά· Λακωνικὸν δὲ, εἰς ῥίνας καὶ σιδηροβύπανα καὶ χα-

εκκῆρας, καὶ λιθουργικά· τὸ δὲ Λύδιον, εἰς ῥίνας καὶ αὐτὸ καὶ A μαχαίρας. καὶ ξύλα καὶ ξυσῆρας. Vbi Χαλυβδικὸν στόμωμα interpretari possumus etiam Acies qua Chalybes vtũtur in temperando ac roborando ferro: vt Plin. lib. 34, cap. 14, Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est: secunda, Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie temperantur: cæteris. n. admiscetur. Vt στόμωμα σιδήρου idem sit quod Acies qua ferrum temperatur, seu Quæ ferro admiscetur, vt ea ipsum ferrum acutum reddatur durius ac firmius: id est Chalybs ᾧ στομοῦται ὁ σίδηρος. Gorr. certè, Στόμωμα (inquit) B est ferrum sæpius igne liquefactum & purgatius redditum. Id chalybs alio nomine dicitur: Galli aciem appellant. Attamen & ipsum τὸν σίδηρον ἐστομωμένον dici στόμωμα, ex Plut. quoque discimus, qui in Lycurgo dicit monetam Spartanam, quam ex ferro cudere, Lycurgus instituerat, fuisse δραχμὴν inutilem, quoniam ὄζει δραπόρου σιδήρου τὸ στόμωμα καταβέσας, ἀφέλετο πολὺ εἰς πάλλα χρείαν καὶ δυνάμιν. Idem confirmat Aët. lib. 10, cap. 11, vbi ait, ἔστω δὲ ὁ ἀποσβεννύμενος ἐν αὐτοῖς σίδηρος, στόμωμα· ἢ τοῦ στόματος σίδηρος λεπὶς, ἣν ἐν ταῖς C χαλκείαις ἀποβάλλει ὁ σίδηρος πυρούμενος καὶ τυπούμενος. Vbi apertè indicat στόμωμα σιδήρου esse σίδηρον qui ἐν τοῖς χαλκείαις πεπυρωμένος τε καὶ τετυμμένος καὶ ἐστομωμένος ἐν τῷ ὕδατι ἀποσβέννυται, seu βάπτεται. Et τοῦ στομώματος λεπὶς dicitur squama illa quæ resilit à ferro, interea dum malleis tũditur & στομοῦται. Quæ qua vi polleat in medicina facienda, tum Aët. itidem docet, tum Dioscor. lib. 5, tum Galen. Simplic. medic. lib. 9, capite illo quod inscribitur περὶ λεπίδος τῆς ἀπὸ χαλκοῦ καὶ σιδήρου. Plin. D & Celsus στόμωμα accipiunt pro ipsa squama quæ decutitur dum στομοῦται ὁ σίδηρος aut ὁ χαλκός. Sic enim ille, lib. 34, cap. 11, de flore & squama æris, Squamæ est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum: quod vocant στόμωμα. Hic autem, lib. 6, cap. 6, in collyrio Cleonis, Squamæ æris, quod στόμωμα appellant. Nisi potius intelligunt certum quoddam squamæ genus quæ decutitur dum στομοῦται ὁ χαλκὸς & πυρούμενος τύπεται. Rursum Aët. lib. 9, c. 48, πλάτυσμα σιδήρου στόματος, lamina ex stomomate ferri. Aliis etiam rebus στόμωμα tribuitur, metaphoricè E acceptum pro Robur, Vis, Vigor. Plut. Symp. 6, cap. 7, ὅπερ τὸ στόμωμα τοῦ οἴνου καὶ κράτος ὄζει, τοῦτο ἐν τῷ διυλίζειν ἐξαίρεσι καὶ ἀποκρίνοισι. Paulo pòst, οὐδ' ὥσπερ σιδήρου στόμωμα ἀποκόψαντες. Idem in suo περὶ πολυπραγμοσύνης libello, τὸ πολυπραγμονεῖν τοῦ φιλοματθοῦς ἀκμὴν τινα καὶ στόμωμα νομίζοντες, quasi τὸ πολυπραγμονεῖν posit στομοῦν eos qui πολυμαθῶν nomen sibi comparare volunt. ‖ Στόμωμα dicitur etiam robur aciei. Plut. Flamin. Φιλίππῳ τὸν ἦν στόμωμα πρὸς μάχην ἀποχρῶν. Idem, ἀπολα- F βὼν αὐτοὺς ὥσπερ στόμωμα πεισχιλίους ὁπλοφόρους. B.

Στόμωσις, εως, ἡ, Ipsa actio τοῦ στομοῦσθαι, quum faber candefactum & exacutum ferrum in aqua extinguit, vt durius fiat ac firmius. Plut. Symp. sept. sap. χαλκεύς τε κόλλησιν σιδήρου καὶ στόμωσιν πελέκεως ποιήσαι μᾶλλον ἔργον αὐτοῦ, ἢ τῶν ἕνεκα τούτου ὁπλοφόρων ἀναγκαῖον, οἷον ἀνθράκων ὀκζωπύρησιν, ἢ λατόμης σκευασκευῶν, potius iudicarit operis sui esse ferruminare aliquid, aut securim candefactam exacutámque aquæ immergere ac temperare acie. Idem De discern. amico & adulatore, ὥσπερ G ὁ σίδηρος πυκνοῦται τῇ πεπυρῶσει, καὶ δέχεται τὴν στόμωσιν, οὕτω δεῖται τοῦ θερμότητος, καὶ μαλακὸς ὁπλοφόρος. Sic idem Symp. lib. 8, ἡ περὶ τὰ λουτρὰ τῆς σαρκὸς πολυπάθεια, καθάπερ σιδήρου πυρὶ μαλασσομένου καὶ ῥεύσης, εἶτα βαφὴν ὑπὸ ψυχροῦ καὶ στόμωσιν αὐαδεχομένου. Exponitur etiam Acies, Acumen, Robur, perinde vt στόμωμα. Apud Soph. autem in Œdip. Colon. Τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα Πολλὴν ἔχον στόμωσιν, exponunt δεινωσιν καὶ πανουργίαν, dicendi vehementiam & astutiam, vel veteratoriam eloquentiam.

C. Ἀστόμωτος, Qui exacutus non est, seu Qui acie temperatus roboratúsque non est, Qui tinctus siue immersus aquæ non est, postquam candefactus fuit & exacutus. Idem quod ἄβαπτος de ferro dictum, ὁ οὐκ ἐστομωμένος.

C. Ἀνα στομόω, ῶ, Laxo, Relaxo, Laxius reddo & patentius, q. d. Os facio latius & capacius: accipiendo os metaphoricè de quauis re. Sunt qui ἀνασταμοῦν exponant Aperio, Patefacio, apud Theophrastum De caus. pl. lib. 2. Apud Aristotelem De gener. anim. ἀνασταμοῦται πόροι, Laxantur meatus & aperiuntur. Sequitur enim, καὶ θύραν τὸ στόμα ποιοῦσι. ‖ Apud Xenophontem Pæd. 7, ἀνασταμοῦν τὰς πάτρους sunt qui accipiãt pro Repurgare fossas, nõ pro Capaciores reddere.

Ἀνασταμόω, in significatione contraria præcedenti, Arcto, Angusto, In fauces comprimo. Aristot. De mundo, ὠκεανὸς πῆλον κατ' στενοπόροις αὐχένας ἀνεστομωμένος, πῆ δὲ πάλιν πλατυνόμενος. vbi ἀνεστομωμένος, Budæus interpretatur In fauces comprimens. Siquis tamen passi- [redacted] velit, [redacted] alg. lex. [redacted] Verba aliena interru[redacted] Os facio. Comicus quidam apud Athenæum lib. 4, — ζῶπα τῶν ἡδυσμάτων Ἀνασταμοῖ πάντα τὰ ἀθηνᾶκα. Existimo sumpram à gladiis metaphoram, de quibus etiam στόμα & στόμωμα dicitur. Sic & apud Latinos exacuere palatum dicuntur quidam cibi. Hanc autem verbi ἀνασταμοῦν significationem ab eo deducta ἀνασταμωσις & ἀνασταμωτικὸς seruant.

Ἀνασταμωσις, εως, ἡ, Laxatio, Relaxatio. Apud Cels. ἀνασταμωσις est quum ora venarum aut arteriarum patefiunt, & ex eis sanguis erumpit. Qua de re plura apud Gorr. ‖ Item Ἀνασταμωσις, contraria significatione, Arctatio, Compressio in fauces. ‖ Item, Exacutio palati, de cibis dictum. Athen. lib. 4, ἐχρῶντο δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀνασταμωσιν βράμασιν. Sic ETIAM Ἀνασταμωτικὸς, exacuendi palati vim habens.

C. ΑΠΟ στομόω, ῶ, oppositum præcedenti ἀνασταμόω & verbo στομόω, (vt ἀποστέγω & ἀποστέφω opposita sũt τῷ στέγω & στέφω) id est Os obthuro, seu Os occludo, ἀποφράττω: vt Suid. exp. hoc loco quem citat, πρὸς ἔθετο τὰς διώρυγας ἀποστομοῦν, fossarum hiatus obthurare & terra regesta complere. ‖ Præterea ἀποστομοῦν ferrum dicitur qui aciem eius hebetat & retundit. Metaph. Luc. de Iouis fulmine loquens, καταγνῦναι τὸν αὐτὸν καὶ ἀπεστομωμένας δύο ἀκῖνας. ‖ Accipitur tamen etiam pro ἀνασταμόω seu στομόω, id est Ore facto aperio: qua signif. Dioscor. vsurpat idẽtidem, teste B. qui addit & hunc locum Galeni, ἐνίοις αἱμορραγίαι, ἢ ἐν ὠρισμῷ καὶ πρόδοις ἀποστομούμενον ἀγγεῖον, εἴθισται τὸ πρεῖτὸν ὀκκενοῦν. VNDE Ἀποστόμωσις, εως, ἡ, Apertio facto ostio: vt ἀποστόμωσις πόρων dicitur, quum meatuum corporis ora seu ostiola aperiuntur per sudorem. Aristot. Probl. διὰ τὴν τῶν πόρων ἀποστόμωσιν τοῖς ἱδρῶσιν οἷον πολλαὶ θύραι ἀνῴγνυνται, meatibus per sudorem patefactis, veluti ostia complura aperiuntur. At perperam in v. l. SCRIBITVR Ἀπόστασις.

Ἀνασταμωτικὸς, ῆ, ὁ, Aperiendi vim habens & oris patefaciendi. Ἀνασταμωτικὸν φάρμακον dicitur medicamentum quod ora venarum & arteriarum aperiendi vim habet, calidum, acre, mordax, crassarum partium & terrenum: vt cyclaminus, allium, porrum. huic oppositum est τὸ στεγνωτικόν. Gorr.

C. ΔΙΑ στομόω, ῶ, Diduco ore patefacto: idem quod διαστομόω & διαστέλλω. VNDE Διαστόμωσις, εως, ἡ, Diductio & apertio oris, Quum os seu ostium diducitur. G Alex. Aphrod. ITEM Διαστομωτεὶς μύλη, Specillum quo os clausum aperitur & diducitur: διαστολεύς.

C. ΣΥ στομόω, ῶ, Os contraho, Ostium constringo & coangusto. oppositum præcedenti διαστομόω. Pro Simul in fauces contraho, affertur ex Aristot. De mundo.

C. ΑΠΟ στοματίζω, F. ίσω, Memoriter recitare iubeo: ἀπὸ στόματος εἰπεῖν κελεύω. si quidem verum est quod Poll. scribit, Platonem alicubi ἀποστοματίζεσθαι τοὺς παῖδας, dixisse pro ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν, id est, Pueros interrogari à magistris & iuberi recitare quæ didicerint. Ita & Suid. annotat τὸ διδάσκαλον dici ἀποστοματίζειν, ὅπου κελεύει τὰ παῖδα λέγειν ἄπερ ἀπὸ στόματος. Locum Platonis, cuius mentionẽ facit Poll. hũc esse existimo, in Euthydemo, ὁπόταν ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότερον ἐμαίθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα; vt sensus sit, Quũ memoriter aliqua vos

Συστροφή, ῆς, ἡ, Conuersio & conuolutio quæ fit in orbẽ aut gyrum, Vortex, Vertigo. vt συστροφὴ ὑδάτων Hesychio dicitur quæ alio nomine δίνη, ἴλιγξ: eidémque συστροφὴ est σκοτοδινία: quo nomine videtur intelligere capitis vertiginem, seu quum oculis alicuius videntur omnia circumagi ac rotari, vt in σκοτόδινος & σκοτοδινία. E Item συστροφὴ dicitur quum animal, præsertim ad pugnam se parans, sese contorquet, seu se colligit & conglobat ac contrahit, ad impetum vehementius faciendum. vnde metaphora sumpta dicitur λόγου συστροφὴ, vt testatur Demetr. Phaler. ὥσπερ τὰ θηρία συστρέψαντα ἑαυτὰ, μάχεται, θιαύτη τις αὖ εἴη συστροφὴ καὶ λόγου, καθάπερ συγκαμφθὲν πρὸς δεινότητα. Qua de re vide plura in Συστρέφω. Συστροφὴ dicitur etiam vitium quoddam in arboribus, quum se conuoluêre venæ, velútq; nodũ effecit collecta & cõtorta materia. Quæ συστροφαὶ alio nomine vocantur σπεῖραι, à Latinis itidem spiræ. Theophr. Hist. pl. l. 5, c. 3, σπεῖρας δὲ καλοῦσιν ὅταν ἡ συστροφή τις ἐν αὐτῇ μείζων καὶ κύκλοις περιεχομένη πλείοσι. Vnde Plin. lib. 16, c. 39, Publicum omnium arborum vitium vocant spiras, vbi sese conuoluêre venæ atque nodi. Rursum idem Theophrast. c. 6 eiusdem libri, ligna διέρρα esse ait τὰ οὖλας ἔχοντα συστροφάς. Inde in corporibus humanis eiusmodi collectiones nodique συστροφαὶ dicuntur. Poll. de varicibus loquens, quæ κιρσὸν siue ἰξίας nominantur, καλεῖται δὲ καὶ ἰξία, ὅτι τοῖς ἐν ταῖς πίτυσιν ὁμοίων συστροφῶν, καὶ G ὁ ἰξός. Dioscor. l. 5, cap. 127, dixit συστροφὰς νεύρων, neruorum nodos & concretiones. Idem l. 1, c. 35, τὰς περὶ τοὺς κονδύλους συστροφὰς, in articulis digitorum collectiones & cõcretiones siue nodos. Eodem l. c. 186, συστροφὴ πᾶσαν καὶ χοιρεάδας μαλάσσει, omnẽ collectionẽ & strumas emollit. Galen. in suo lex. Hippocr. συστροφὰς exp. φύματα καὶ σκληρίας, tubercula & duritias. Lege & commẽt. ipsius 19 in l. Hippocr. De victus rat. in morb. acutis. ‖ Præterea συστροφὴ dicitur coitio multitudinis alicui⁹ ad se- H ditionem cõcitatæ, quum sese conglobat, & factiosam coitionẽ facit. Bud. quoq; interp. Coitio, i. Arcana pactio & factiosa, afferens hunc locũ Lucæ ex c. 19 Act. apost. περὶ οὗ δυνησόμεθα δοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης, causam dicere huius conspiratæ coitionis. At c. 24, pro συστροφὴ dicit ὑπόστασις, vt, οὗτος εὗρόν με ὑπόστασιν ποιοῦντα. Est autẽ συστροφὴ, ἡ ὑπὸ κακῶν σύταις καὶ συμφωνία, quæ etiã σύταις vocatur à Demosth. Itidémq; συστρέφειν dicitur τὸ συνιστάναι, i. σταστικῶς συνάγειν, cateruã factiosam cogere. Suidæ quoq; συστροφὴ est ἡ ὑπὸ κακῶν συμφωνία καὶ ὁμόνοια, afferenti hunc locũ ex Psalmis Dauidicis, σκέπασόν με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, à factiosa coitione ac conspiratione improborum. ‖ Aiunt συστροφὰς à conuersione viarum dici etiam compita apud Dionys. Halicarn. Antiquit. Rom. lib. 6.

c.2. Ἐπισυστρέφω, Vnà cõuerto ad aliquid suscipiendũ cõtra aliquem. vel, Colligo, seu cogo ad aliquid & c. ea nimirum signif. qua aliquis dicitur factiosam cateruam cogere. Sed affertur ex Maccab. l. 1, c. 14, ὅπως συστρέψῃ συστροφὴν pro Conuocare conuentum.

C. Ὑποστρέφω, Conuerto, Auerto: seu Conuertere gressum & referre pedem cogo: vel Reduco, Remeare & reuerti facio. vt Iliad. ε, ὑπὸ δὲ φεφε μώνυχας ἵππους. Itidem Philo De vita M. l. 1, ὡς ἡφόδῳ τῇ πλήθει ὑποστρέψων καὶ δουλωσόμενος αὖθις, reducturus. Accipitur & neutraliter pro Gressum conuerto, Pedem refero, Reuertor, Redeo: ἀναστρέφω, ἀναχωρῶ. vt Il. γ, - ὑποστρέψειας Ὄλυμπον, in cælũ redeas. Vbi etiã nota omissam præpos. εἰς, quã cum copulauit Greg. Naz. πάλιν ὑποστρέφει εἰς οἶκον, domum reuertitur. Pass. Ὑποστρέφομαι itidẽ Gressum conuerto, Pedem refero, seu reflecto, Reuertor. Exponunt etiam Auertor & Flexu fallo. indéque factum esse dicunt vt ὑποστρέφεσθαι sit δολοῦσθαι, & fugitando ludificari. vt apud Xen. in Cyneg. de lepore canes fugiente, διὸ δὴ ὑποστρέφεται ταχὺ, ἐν μικρῷ πολὺ καταλιπὼν τὸ διωκόμενον, Itaque celeri reflexu fallit, breui spatio longè relinquẽs post se canes vestigiis suis inhiantes. Ὑποστραφεὶς pro ὑποδραφεὶς, id est φρονήσας, affertur ex Soph. Solent enim qui à monente reuocantur, dici ὑποστρέφεσθαι, quum monita nõ negligunt, sed reflectunt pedẽ & obsequuntur, vt & ii faciunt quibus curæ seu cordi aliquid est.

Ὑποστροφή, ῆς, ἡ, Reuersio, Reflexio: quũ quis non vlterius progreditur, sed gressum conuertens, seu pedem reflectens, retrocedit. Bud. pag. 612, ὑποστροφὴν esse ait quum terga vertunt cedentes. vt apud Polyb. σωιεγγίσαντες κατὰ τὸ δίωγμα τῷ τῆς Καρχηδονίων χάρακι, καὶ καταπηδήσαντες, αὖθις δὲ ὑποστροφῆς ἠπείγοντο. Et rursus apud eũdem, στρατιωτικῶς καὶ νουνεχῶς δὲ ὑποστροφῆς ἀνεχωρήσαντος Ἀννίβου. Vbi nota etiam δὲ ὑποστροφῆς, quo vtitur & Demosth. Pro cor. νεῦν δὲ ὑποστροφῆς ἀποστείλαντες ὑμεῖς τοὺς μὲν πρέσβεις καὶ κήρυκας. vbi tamen videtur accipi pro Denuó. Sed & Hippocr. ὑποστροφὴν τῶν ἐρυθήματος vocat quando rubor recurrit. Ὑποστροφὴ & ὑποστρέφειν sunt etiã verba rhetoricorũ, & schema orationis: vnde apud Hermog. τὸ καθ' ὑποστροφὴν σχῆμα. Et apud eundẽ ὑποστρέφειν ὑποστροφὴν, quod est tanquam progressum implicare, & interexcurrentem expositionẽ rei repentè insistere κατ' ἐπιβολὴν, móxque ad reliqua progredi: quare hoc schema vocatur & καταπλοκὴ à nonnullis. Hæc inter alia Budæus, pag. 612. vbi duos citat Hermogenis locos afferẽtis hui⁹ figuræ exẽpla ex Demosth. Nihil aliud autẽ est ὑποστροφὴ quàm quũ ad rei expositionẽ interruptã ἐπιβολὴ seu παρενθέσει aliqua, reuertitur oratio. Accipitur & pro callida reflexione, quum nimirum aliquis astutè pedem reflectit, vt euadat: quod & στροφὴ dicitur. Bud. pag. 612, Inde factum vt ὑποστρέφεσθαι sit δολοῦσθαι, de quo suprà, & fugitando ludificari: & ὑποστροφὴ ἡ δόλοῦσις, ἐξαπάτη, vt inquit Poll. quæ etiam σβοφὴ dicitur, id est, stropha & cunctatio subdola, aut tergiuersatio fraudulenta & ludificatrix.

Ὑπόστροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui reuersus est, Qui rediit, Redux. Hesych. exponit ἀφιγμένος.

Sequuntur quædam quæ si deriuata esse à στρέφω putanda nõ sint, saltem affinis sunt significationis: & quædã loco φ habent β, quædã s: item quædam à præsenti videntur deriuata; quædam ab aoristo 2 passiuo, quædam à præterito medio.

ΣΤΡΕΒΛΟΣ, ου, ὁ, Tortus, Tortuosus, Flexuosus, Curuus. Aristot. Rhet. 1, εἴ τις ᾧ μέλλει χρῆσθαι καιρόν, οὗτον ποιήσει στρεβλόν. Hesych. similiter στρεβλὸν exp. καμπύλον, σκολιόν. Metaph. quoque accipitur pro Peruersus, Callidus, Versutus, Dolosus. Quò referri potest quod apud Suid. legitur, στρεβλοῖσι παλαίσμασι, exponitúrque τοῖς μὴ

σκέψωσ διεμπεπωμένοις καὶ ἀφανέσι. Hippocr. στρεβλοὺς νο A cat etiam τοὺς στραβοὺς, vt testatur Galen. in lexico Hippocr. Quibus verbis significantur Strabones, quibus oculi sunt distorti seu peruersi: οἱ διεστραμμένοι, seu παρεστραμμένοι τὰ ὄμματα.

Στρεβλότης, ητος, ἡ, Tortuositas, Flexuositas. Plutarchus De solertia anim. loquens de formicarum domicilio, λέγουσι δ' οὖν οὐκ ἀδείαν εἶναι πλὴν ἀπὸ τῆς ὅλης κάθοδον, εὐθὺ δύπορον ἄλλῳ πεδίῳ διεξελθεῖν, ἀλλὰ καμπαῖς καὶ στρεβλότησι κυκλασμῶν ὑποπορεύουσας. Vbi nota copulari καμπὴ & στρεβλότης, opponique τῇ ἀδείᾳ καθόδῳ. B

Στρέβλη, ης, ἡ, interpretantur Instrumentum ligneũ nauticum, cuius labris constringuntur plantæ in compingēda naui, adactis cuneis ligneis. Hesychio στρέβλαι ναυπηγαὶ sunt ξύλα τῶν νεῶν ἐν οἷς διαφωνοῦν γομφούμενα. Idē addit, Atticos στρέβλας vocare Tormenta, τὰ βασανιστήρια. vt Eccles. c. 31 accipitur, οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι, seruo malefico tormenta. Sic apud Gregor. in Maccab. encon. αἱ στρέβλαι τῶν ἐπιγράφεται, tormenta exquisitiora. Pacuuus apud Nonium, Nam te in tenebris sæpe lacerabo fame Clausum, & fatigans artus torto C distraham. Pro prelo accipitur suprà in Ἐκπιέζω.

Στρεβλόω, ῶ, Torqueo, Torto distraho, vt Pacuu. loquitur. Demosth. Pro cor. ὑμεῖς στρεβλώσαντες αὐτὸν ἀπεκτείνατε. Sic apud Suid. ex Æliano, ὀκεῖνον τῶν ἀγροικῶν καὶ δρεβλοῦσι καὶ κατατιτύβουσι ἀληθῆ λέγειν, καὶ σωφρονεῖν τῶν ἀδικούντων: vt & apud Cic. Cogi tormentis quippiam confiteri. Et Plut. Artox. λαβόντας τὸν ἄνθρωπον, ἐφ' ἡμέρας δέκα στρεβλοῦν, decem diebus cõtinuis torquere. Pass. Στρεβλοῦμαι, Torqueor, Torto distrahor, In tormentis sum. Aristoph. Pluto, Ἐπὶ τῶ θορυβῶ δεῖσ' ὀκεῖ στρεβλούμενον Εἰπεῖν ἃ πεπαιδευ- D μαι. Plato Polit. 1, μαστιγόσεται, στρεβλώσεται, δεθήσεται, ὀκαυθήσεται τὼ ὀφθαλμώ. Vtitur & Demosth. item Plut. & Polyb. ac alii. Exponitur στρεβλόω etiam Contorqueo, Detorqueo, Distorqueo, Peruerto, Depraua. Quò refer στρεβλοῦσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς apud Alex. in Problem. pro διαστρέφεσθαι.

Στρεβλωτήριον, ου, τὸ, Tormentum. idem quod στρέβλη.

ΑΠΟστρεβλόω, idē quod στρεβλόω, nisi quòd significationē præpos. auget. Ἀποστρεβλᾶν autē exponitur & Collidi.

C. ΔΙΑστρεβλόω, itidē idē quod στρεβλόω, i. Torqueo, Tor- E to seu tormentis distraho. Æschin. in Ctesiph. τὸν αὐτὸν ἄνδρα διεστρέβλωσας τῇ σπαθῇ χειρί.

C. ΚΑΤΑστρεβλόω, idem. Κατεστρεβλωμένος exponitur etiam Depraua tus: & καταστρεβλωθεὶς, Contortus.

Σ Τ Ρ Α Β Ὸ Σ, ου, ὁ, Strabo, Qui est oculis distortis seu peruersis. Galen. in lex. Hippocr. στρεβλοὶ, οὐς καὶ στραβοὺς ὀνομάζουσι.

Στρεβισμὸς, οῦ, ὁ, Distortio oculorum, Obliquus aspectus, Quũ quis est distortis seu peruersis oculis. Autor Defin. medic. στρεβισμός, ἐστὶ τροπὴ τῆς τοῦ τὸν ὀφθαλμὸν F μυῶν, οὐχ ὅλων, ἀλλ' ἐνίων· δι' ὧν αἱ πάντα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ εἰς τὰ πλάγια νεύουσιν οἱ ὀφθαλμοί. Vide & Actuar. necnon Paul. Ægin. Potest autem huius verbalis thema F I N G I Στρεβίζω, id est Sum στραβὸς, Sum oculis distortis.

Στραβῶν, ῶνος, ὁ, idem quod στραβὸς, teste Poll. qui citat ex nouæ comœdiæ autoribus, eique synonyma ponit, σολοικὸς, τραχήλιος, διάστροφος, στρεβλός: subiungens, illud στραβὸς esse ἰδιωτικόν. Latini quoque eo vocabulo vtuntur. Varro, Multienim qui limina intrarũt integris oculis, strabones sunt facti. Plin. l. 11, cap. 37, Vni animalium G homini oculi deprauantur, vnde cognomina strabonũ & pætorum. Vtitur & Cic. Est etiam nomẽ proprium celebris illius geographi, cuius hodiéque extant 17 libri.

Στρεβαί, αί, exponitur Compedes: quæ cõposito potius nomine dicuntur πεδοστρεβαί.

Στραβάλος Achiuorum lingua dicitur ὁ στρογγυλίας καὶ πεχώνους ἄνθρωπος, homo qui est tereti aut quadrato corpore. Videtur accipi & pro Tortus, Tortuosus: indéque esse cõp. V E R B. Στραβαλοκομᾶν, quod idē Hesych. exp. οὐλοκομᾶν. Ab eadem origine est ὀρεψίμαλλος οἷς, & σωστεστεμμένοι πέχεις, & σοφίδες, torti capilli.

Στρέβηλοι Hesychio sũt κοχλίαι, quæ & ipsæ à tortuosis gyris nominatæ esse videri possunt. Idē στραβήλω exponit, τὸ κόγχῳ ὡς σάλπιγγον, id est Buccinæ. Legitur apud Athenæum libro 3, vbi, in mentione ὀστρέων & ὀστρακοδέρμων, affertur hic ex Epicharmo locus, ἄγε δὲ πεπτὰ κογχύλια λεπάδας, ἀπίδας, στραβήλους, κυκιβάλους.

C. Ἀστραβὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Qui tortus seu tortuosus non est, Qui non torquetur, Qui non distorquetur & deprauatur. Suprà in στροφὰς attuli locum quendam in quo Theophr. dicit, ἀστραβέστατον ὄζει, & ἀστραβεῖς μῦες: Plin. Rigorem fortissimè seruat, Minimè torquetur: opponens his διαστρέφεται, Distorquetur, Peruertitur, Depratur. Idem Theophr. Hist. plant. lib. 5, cap. 3, de materia Macedonica, λείαν τὸν ὄζον καὶ ἀστραβῆ. Et sub finem cap. præced. ἅπαντα δὲ ὅλα μείζω, καὶ ὀρθότερα καὶ ἀστραβέστερα. Ibidē dicit τῶν τινὰ διαστρόφως ἀστραλίσαντα, pro ἀστραβέστατα: itidemque ξύλα ἀνεστραμμένα & παστραμμένα: quo sensu Plinius libro 16, c. 38, Torta materies nodisque concisa. Item apud Plutarchum κακῶν ἀστραβὴς καὶ ἀδιάστροφος, regula quæ torta seu distorta non est: cui apud Aristot. opponitur κακὼν στρεβλός. (Vbi obiter N O T A Ἀδιάστροφος Qui distortus seu depratuatus et peruersus non est. Quod de oculis etiā dicitur minimè deprauatis: sicut contrà διάστροφος & ὁ διεστραμμένος τὰ ὄμματα dicitur Qui oculos habet distortos seu deprauatos & peruersos, vt strabones & limi. Metaph. autem ex l. 3 Maccab. ἀδιάστροφον εὔνοιαν καὶ πίστιν φυλάττειν, pro Inconcussam beneuolentiam & fidem conseruare) Sed & corpus alicuius ἀστραβὲς dicitur quod distortum & deprauatum non est, sed rectum: cui opponuntur gibbosa & κυρτόγκυρτα. Plato l. 7 Polit. ὥσπερ ὃ τὸ μὴ διαστρέφεται τὰ μέλη, χρῶνται καὶ νῦν ἔτι τοῖς ἐν ὀργάνοις τοῖς μηχανικοῖς, ἀ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ποιεῖ ἀστραβές, facit vt minimè distorqueatur seu deprauetur, sed rectũ euadat. Itémque aliquis stat ἀστραβὴς, quidum stat, non inflectitur nec incuruatur. Gellius l. 2, c. 1, Stare solit⁹ Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox, à summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconniuens, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore. Quam rem quum Phauorinus, de fortitudine eius viri, vt pleraque, differens, attigisset, πολλάκις (inquit) ὀξὺ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστηκὼς ἀστραβέστερος τῷ σφέμωνι.

C. Εὐστραβὴς, Qui facilè torquetur seu flectitur, vt materies aut arbor. Exĕplũ ex Theophr habes in Σβεστομαι.

Σ Τ Ρ Ο Β Ε Ω͂, ῶ. Fr. πω, Circumago, Torqueo. Aristoph. Equit. ἀλλ' ἐπὶ σὲ καὶ στροβεῖ, μυῆσ' ὀλίγον πάνυ· νῦν γὰρ ἔχει μέσος, versa hominem tuo arbitratu, hominem quem eluctatus es & medium tenes, ita vt effugere tuas manus non possit. φεύγε καὶ φεύστρεφε. Itidem aliquis seipsum στροβεῖ, quum sese circumagit seu circumuertit, contemplandæ rei alicuius gratia: quod & φευστρέφεσθαι dicitur. Aristoph. Nub. Φεύσῃ δὴ καὶ διάβρεε, πάσῃ τρόπον τε σαυτὸν στροβεῖ πυκνώσας. vbi schol. exp. φεύγεις τῇδε κἀκεῖσε ὅθεν πολλὰ πυκνόν τι καὶ σωτὸν πτήσας, καὶ φρόνιμον σκεφάμενος. vbi etiam obiter nota quomodo exponat πυκνώσας: quod alii interpr. Idque iterum atque iterum faciens, Sæpe id faciens. id est, φροντίζων καὶ διαβρῶν, καὶ παντὸς τρόπον σαυτὸν στρεβῶν. Pro Exagito, Vexo aut Perturbo, accipi potest in hoc loco Greg. p. 300, de eremitis, τοῖς ἄλλοις πεδηνικόσι ἀνθρώποις καὶ θεάματα ὅσα ἐν μέσῳ φέρεται σοβοῦσι τε καὶ στροβοῦμεν, καὶ παίζοντα ἡμᾶς πᾶς ἀγχιστρόφοις μεταβολαῖς. Res enim caducæ ac fluxæ, & ipsæ στροβοῦνται, & homines ipsos στροβοῦσι, exagitant: vel etiam Perenni vortice rapiunt, Rapido vortice circumagunt, versántque modò huc modò illuc. Pestis quoque regionē aliquam aut vrbem στροβεῖν dicitur, itidē pro Exagitare, Vexare: vel Cõturbare, vt Budæus interpr. apud Plut. in Numa, λοιμώδης νόσος φθεῖσα τὴν Ἰταλίαν ἐστρόβησεν, conturbauit, ἐπέσεισεν. Idem in eodem, νόσος ἐστρόβησε τὴν Ῥώμην. Hesych. quoque στροβεῖν exp. θορυβεῖν: & Στροβεῖται, κινεῖται, σείεται: & Στροβῆσαι, σκρόβησαι. Idem στροβῆσαι exp. non solùm συστρέψαι, sed στροβεῖν etiam ἀποστροβεῖν ἑαυτὸν, ἀποδιώκειν. vt idem sit cum σοβεῖν.

C. Στροβαίκος, Qui vel quæ versando aut exagitando vincit. ἡ τὸν στροβεῖν νικῶσα, vt Hesych. exp. A τ Στροβαίκας eidem est Τείπους, Tripes, seu Tripus.

C. ΔΙΑστροβέω, ῶ, Rapido vortice & impetuosè peruado. A σοβαρῶς διέρχομαι. Plutarch. ex poeta quodam, Θωύνος βολάῃς πέλαγος ὡς διαστροβεῖ. Nã thynni pisces sunt ὁρμηπικώτατοι, præsertim quum οἰστροῦσι sub caniculæ æstu, suo astro concitati. Puto autem τ ΒΙ Βολάῃς significare Ictus, Percussus, Tridente βεβλημένους. In vulgatis lexicis habetur Β Τ Διαστροφέω, ῶ, Exagito, Discutio.

Σ Τ Ρ Ο Β Ο Σ, ου, ὁ, Vortex, Vertigo, Gyrus. συστροφή. Hesychius enim στρόβοι exponit συστροφαί. Pro vortice aquarum affertur ex Nicãdro. Apud Plin. autem l. 12, cap. 17, strobos est nomen arboris.

Σ Τ Ρ Ο Β Ε Λ Ὸ Σ, έως, ὁ, est ἐρμαλέον κυαφικὸν, cuius ἔργον est φεμάγειν καὶ στρέφειν, teste Aristoph. scholiast. Sunt qui Verticillum esse existiment. B

Σ Τ Ρ Ο Β Ε Λ Ὸ Σ, οῦ, ὁ, Tortuosus, Flexuosus, Incuruus. vt Hesych. στροβελὸν exponit σκολιὸν, καμπύλον. Idem στροβελὸς exponit etiam σοβαρὸς, τρυφερός.

Στρόβιλος, ου, ὁ, Vortex: idem quod στρόβος. Vocatur στρόβιλος, Ventus seu procella vorticosa, Turbo. συστροφὴ ἀελλώδης Hesychio, qui στρόβιλοι exp. & καταιγίδες. Aristoteles De mundo, λαίλαψ δὲ καὶ στρόβιλος, πνεῦμα εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω. id est, λαίλαψ & στρόβιλος, flatus dicitur C qui infernè sursum versus repentè conuoluitur. Apuleius De mundo, Turbo enim dicitur qui repentinis flabris prosilitatque vniuersa perturbat. Vortex ille est veluti dicitur pinea, quum torquetur humus arida & ab infimo erigitur ad summum. Lucianus in Toxari, πεκυμίας καὶ στροβίλοις καὶ χαλάζαις. Theodoritus lib. 3 Hist. eccles. ὀξαπίνης ἄνεμοι βίαιοι καὶ στρόβιλοι καὶ λαίλαπες καταιγίδες πάσαι ἀθρόως ἐκκέδασαν, id est turbines, vt Budæus interpretatur: qui ex grammatico quodam annotat, veteres στρόβιλον nominare πᾶν βίαιον τὸ ἀέμου κίνησιν. ‖Στρόβιλος, Turbo, Trochus, quem nimirũ D pueri per plana exagitant, versántque verbere scuticæ. στρόμβος alio nomine dicitur, vt infrà docebo. Vtitur Plutarchus in Lysandro, item & Plato, libro 4 De leg. ὡς οἷον στρόβιλοι ὅλοι ἑστῶσι τὰ ἄμα καὶ κινοῦνται, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πήξαντες τὸ κέντρον φερόμενοι. Item & Basilius pagina 42. ‖ Ab horum στροβίλων forma στρόβιλος dicitur nux pinea, quæ & κῶνος vocatur, ex argumento, quoniam videlicet coni figuram gerit. Sed & nuclei ipsi nucis pineæ vocantur στρόβιλοι, vt satis patet ex Dioscoride, libro 1, capite 89, quod φέρει στροβίλων inscribitur: & ex Plinio, libro 23, capite 8, vbi Dioscoridis verba interpretatur. Itidem accepit Diphilus Siphnius apud Athenæũ libro 2, οἱ στρόβιλοι, πολύβροφοι μέν εἰσι, λεαντικοὶ δὲ ἀρτηρίας, καὶ δώρακος καθαρτικοί. Plinius tamen in loco citato dicit, Nuclei nucis pineæ fauces videntur exasperare. (Sic & ὀσφρακὶς vocatur & ipsa nux pinea & e ius nucleus, veluti quum Athenæus libro 2 scribit, Mnesitheum medicum Athenienſem in suo φέρει ἐδεστῶν libello ὀσφρακίδας vocare τοὺς κώνους τοὺς πυρῆνας, item & κώνους: Theophrastum verò arborem ipsam nominare φύκνον, at fructum, κῶνον. quos fructus Alexander Myndius ibidem appellat πιτυίνους κώνους, Diocles Carystius πιτύινα κάρυα). Verùm & ipsa arbor quæ fert τοὺς στροβίλους, nominatur στρόβιλος. vt apud Plutarchum Sympos. 3, vbi inter δαφνῶν & παντοῖα φυτὰ numerat φύκας & στροβίλους. Sic apud eundem Symp. 5, probl. 3, πίτυς καὶ τὰ ἀδελφὰ δένδρα, πύκνα καὶ στρόβιλοι, ἅτε ξύλων παρέχ τὰ πλωϊμώτατα, πίττης τε καὶ ῥητίνης ἀλοιφῶν, pinus, larix, picea. Sic & Dioscorides libro 1, capite 87, ὁ τοῦ στροβίλου φλοιὸς καὶ τὰ φύλλα, pini cortex & folia, vt Marcell. interpretatur. In lexico meo vet. στρόβιλος dicitur G significare non solùm ἀέμων συστροφὴν & τὸν τῆς πίτυος καρπὸν, sed etiam τὸν φερεχόμενον κύκλῳ. Ibidem dicitur significare τοὺς κοχλίας καὶ τοὺς θαλασσίους νηρείτας. Apud Suidam verò, στρόβιλοι, καὶ οἱ κοχλίαι καὶ οἱ θαλάσσιοι κήρυκες. Atque ideo στρόβιλοι hoc pacto idem forer quod apud Hesychiũ στράβιλοι. Ibidem dicitur esse εἶδος ὀρχήσεως, sicut & Hesychio. Meminit Athenæus quoque libro 14, vbi multa ὀρχήσεων nomina & genera recenset. H Et Pollux libro 4, capite 14, βακχειασμὸς δὲ, καὶ ὑπόκινος, καὶ ὑπόσεισις, ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος φερεροφᾷ, καὶ στρόβιλος. Στρόβιλοι dicti fuerunt etiam filii Carcini poetæ: vnde prouerb. εὐδαιμονέστερος τοῦ Καρκίνου στρο- E βίλων. Vide plura apud Suidam & Erasmum. ‖Στρόβιλος nomen insulæ apud Suidam, & in lex. meo vet.

C. Στροβιλοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Figuram gerens στροβίλου, Similis turbini seu cono, Turbinatus: vt Plinius, Turbinatior piris figura. Theophrastus in Hist. plant. ἔχει στροβιλοειδὲς σχῆμα, Figura ei turbinata, Nucis pineæ figuram gerit, Turbinatus est in mucronē, In mucronem turbinatum desinit. Sic στροβιλοειδὲς ὄρος apud Strabonem libro 13.

Στροβιλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, itidem Turbinatus. Alii, Frequens anfractibus.

Στροβίλινος, ου, ὁ, Pineus. ὁ ὢν στροβίλου. Dioscorides libro 1, στροβίλινος ἢ πιτυΐνος φλοιὸς, cortex pini vel piceæ, vt Marcellus vertit. Eodem libro, capite 92, στροβιλίνη ῥητίνη, Pinea resina, vt idem Marcell. vertit: E pineis nucibus resina, vt Ruell. B

Στροβιλίτης οἶνος, Pineis nucibus conditum vinum, Dioscor. lib. 5, cap. 36.

Στροβιλέω, ῶ, idem quod στροβέω, seu Turbineo vortice circumago, Rapido vortice gyro seu verso. Budæus ex grammatico quodam στροβιλῆσαι simpliciter exponit συστρέψαι. Apud Plutarchum in Apophth. Lacon. legitur, οὗ στροβιλοῦ πολὺ γλῶσσαν, (de rhetore quodã qui μεγάλας ἔσπερχε φθεόδοις) Egregiè linguã versat seu circumagit. Quod στροβιλοῦ esset à V E R B O Στροβιλόω. Alii interpr. Contorqueo, Intorqueo, Voluo.

Στροβιπῶς Hesychius exponit πεπαιγμένως. Apud quem legitur Ε Τ Σφοβεῖν, αἰσπερέφειν. Ε Τ Στροβαλοκομᾶς, οὐλοκομᾶς. pro quo suprà στραβαλοκομᾶς.

Στρόμβος quoque huc pertinet, idem significans quod στρόβιλος, Turbo, Rhombus, Trochus. Hesychio συστροφὴ ἀνέμων, δίνος, φεριφερὴς λίθος, ῥόμβος, κόχλος. quemadmodum & στρόβιλος dicitur Turbo, Vortex, Rhombus, Cochlea. Pro rhombo seu trocho, quem scuticæ verbere exagitant versántque pueri, accipi potest Iliad ξ, v. 413, de saxo quo Aiax Hectora petebat, Στρόμβον δ' ὡς ἔστυε βαλὼν, φέλ δ' ἔδραμε πάντη, Turbinis in modũ circumactum rotatúmque in Hectora torsit, seu Turbineo vortice versatum. δίκλω οὖν ῥόμβου ἐπίσε στρέφεσθαι τὸν λίθον, inquit scholiastes, qui hunc στρόμβον siue ῥόμβον ait vocari etiam βίμβικα. Virgilius similiter dicit de sagitta, Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta: item, quo turbine torqueat hastã. In propria autem significatione idem l. 7 Æneid. Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent. Et Tibullus libro 1, eleg. 5, Nanque agor vt per plana citus sola verbere turbo, Quem celer assueta versat ab arte puer. Est & cõchæ genus, seu cochlea, vt ex Hesychio paulo antè docui: Buccinum, vt & στρόβιλος. Schol. Nicandri, τὸν στρόμβον ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ἔσπακον τοῦ κοχλίου, οἷς καὶ ἐχρῶντο αἱ σάλπιγγες: vt & apud Latinum poetam, — dum personat æquora concha. Annotat autem hæc in v. 393 Alexipharm. — στρόμβον δὲ πολὺ πλέον ἢ ἐπὶ κάλχης. Meminit Aristoteles quoque & Plinius. Rursum Nicander στρόμβοις ναπαίοις vocat τοὺς κώνους, seu nuces pineas (quæ & στρόβιλοι suprà) vt in Ther. v. 883, ἠδ' ὅσα πθύκας Ἀχέρτεραι στρόμβοισιν ἐπεφρέψαντο ναπαίοις, & nucleos nucum pinearum. Schol. quoque annotat, eum στρόμβους dicere τὸν κωνοειδῆ καρπὸν τῆς πθύκης: quoniam similis sit τοῦ στροβίλων κώνοις. Addit tamen, στρόμβων ναπαίων nomine intelligi posse etiam τὰ σωνεστραμμένα καὶ βαθέα κοιλώματα τὰ ἐν ταῖς νάπαις. Quæ expositio præ altera vana est.

C. Στρομβοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, idem quod στροβιλοειδὴς, Turbinis seu coni figuram gerens, Cui figura est turbinata, In turbinatum mucronem desinens.

Στρομβώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem. Gaza quoque interpr. Turbinatus apud Aristot. l. 4 Hist. anim. vbi de cochlearum generibus sermo est.

Στρομβῶνον, ου, τὸ, Turbo, Conus. Nicand. Theriac. vers. 628, αὐτά τε θύμβρης Σβρομβῶνα ψώχοιο, κακῆς ἐμφόβεια νούσου. vbi schol. ea verba sic exp. θύμβρας τὸν φέρεφερῆ καρπὸν λέγουσιν, οἱονεὶ δαπανηπικὰ ἤτοι θεραπευτικὰ τῆς νόσου, ad absumẽdũ sanãdúmq; morbũ cõtere turbinata thymbræ semina.

Στρομβηδὸν, Turbinis in modum, Turbinatim. Epigr.

Στροβέω, ῶ, Turbineo vortice verso seu circumago. Alii simpliciter, Verso, Voluto: στρέφω. Vnde apud Hesych. στροβεῖ, συστρέφει. Apud eundem lexicogr. LEGITVR, Στρόβιλον, τὸ ἐπιστρεφόμενον.

Sequitur vltimum deriuatorum genus.

ΣΤΡΑΓΓΟΣ, οῦ, ὁ, Tortus, Tortuosus, Peruersus, Distortus, Obliquus. σκολιός, στρεβλός, Suid. & Hesych. quorum ille exp. etiam αἰαιδ' ἧς, δίκολος: hic, etiam ἄπακτος. Itidem & στρεβλὸς idem Suid. exp. δίκολος. Sed notãdũ, apud Suidam vnico γ SCRIBI Σφαγὸς, itidémq; σφαγόπερος, quod exponit αἰαιδέστερος, citantem hunc locum Basilii In ebriosos, μή πως ὁ μὲν αὐτόπακτος, σφαγόπερος γένηται, ὁ δὲ καπανευσμένος, τῇ σθεναροτέρᾳ λύπῃ καταπεθῇ. Quæ scriptura & in manuscripto Suidæ exemplari extat.

Στραγγόω, Torqueo. Hesych. & Suid. στραγγόει exp. διαβάλλει, οὐκ ὀθῶς πορεύεται. Pass. Στραγγόομαι, Torqueor, seu Torqueo me. Hesych. στραγγόεται exp. διαπείθει, in qua significatione accipit schol. Aristoph. quum in hoc loco Nub. τί κυπάζεις ἔχων σθεῖ τὴν θύραν; illud κυπάζεις exponit στραγγόῃ, διαπείθεις, addens, particip. ἔχων Attico more superuacuum esse. Itidem verò & ipse Aristophanes vsurpauit: quippe apud quẽ in eadẽ fabula, Τί τὴν τοῦτ' ἔχων στραγγόομαι; Suidas exponit τί παρέλκω καὶ μέλλω καὶ διαπείθω καὶ αἰαδόομαι; Quid hæc animo volutans rem protraho & cunctor? Metaphora ab iis qui in rebus angustis dubiisque sese torquent, & modò huc modò illuc se circumuertunt, nescientes quà potissimum sit euadendum. Vel etiam à tergiuersantibus, qui se huc & illuc conuertunt, vt elabantur & aduersarium fallant. quod & στρέφεσθαι dicitur ac ὑποστρέφεσθαι. Schol. ea verba sic exp. τί τοῦτ' ἔχων κυνῶ πείζομαι καὶ σωθλίζομαι;

Στραγγίζω, F. ίσω, itidem Torqueo: vel Premo. vt Hesych. στραγγίζει exp. πιέζει.

ITEM Στραγγάλη, ης, ἡ, Laqueus quo alicui collum obtorquetur, seu quo quis offocatur. Exp. etiam Strangulatio, affertúrque hic locus Iosephi, πνιγμὸς καὶ στραγγάλη. Interpretantur etiam locum strangulationis.

Στραγγαλιά, ᾶς, ἡ, Tortuosus laqueus. Hesychius στραγγαλιαὶ παγίδες, Laquei, Tendiculæ. Idem exp. etiã συστροφαὶ, διαστροφαὶ, πλοκαί. Pro διαστροφαὶ significante vias tortuosas & obliquas, accipi potest in Psalmo 124, Οἱ δὲ ἐκκλίνοντες εἰς τὰς στραγγαλιὰς, ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. quo loco τοῖς ἐκκλίνουσιν εἰς τὰς στραγγαλιὰς opponit Psalmistes τοὺς ἀγαθοὺς καὶ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, bonos & quorum cor rectum est. Hebraico textui adiuncta versio habet, Qui autem declinant ad prauitates suas. Στραγγαλιῶν nomine potes accipere etiam Peruersa consilia, Dolosas machinas, Versutias. Ex Greg. Naz. affertur στραγγαλιὰς βιαίων δογμάτων διαλῦσαι, pro Violentorũ dogmatũ nodos dissoluere. VNDE Στραγγαλιώδης, Tortuosus, Peruersus, Dolosus. Suidas στραγγαλιῶδες exponit διεστραμμένον, Distortum, Peruersum.

AT Στραγγάλια, τά, apud Apsyrtũ in Hippiatr. dicuntur esse πῶροι, tofi & durities ex humore concreto, maximè in articulis. Vide & sequ. στραγγαλίς.

Στραγγαλίς, ίδος, ἡ, idem quod στραγγαλιά, teste Hesychio, id est Laqueus tortuosus, Nexus intricatus: quemadmodũ Suidas quoque & lex. meum vetus στραγγαλίδας exponũt διέκπαι ἄμματα, nexus difficilè solubiles. Itidem & Pollux libro vlt. cap. 47 dicit, δεσμῷ τι αὖ εἰοίκοιεν αἱ στραγγαλίδες, Σφᾶτιδος ὀν Φοινίσσαις εἰπέτης, Οὐδὲ χοινία οὐδὲ στραγγαλίδες εἰσί. Itidem Pherecr. Τὰ μεῖς γὰρ αἰεὶ στραγγαλίδας εσφίγγετε. Item στραγγαλίδες dicuntur quidam globuli nodosi, quum humor non coquitur, nec excernitur, sed in nodosos concrescit globulos: quales ferè sunt etiam αἱ σβάγγες. Aristoteles, ὀνίαις δὲ τὰ γάλα ῥίει οὐ μόνον κατὰ τὰς θηλὰς, ἀλλὰ πολλαχῇ τοῦ μαστοῦ καὶ κατὰ τὰς μασχάλας, καὶ διαθρύουσιν εἰς τὸν ὕστερον χρόνον στραγγαλίδες, ὅταν μὴ ὀκπεφθῇ μηδὲ ἐξέλθῃ πύχρότης, ἀλλὰ πληρωθῇ, durãt in posterum globuli, seu grumi, vt Gaza vertit. Simile quid sunt τὰ στραγγάλια.

Στραγγαλίζω, Obtorqueo: seu Stringo, Bud.

Στραγγαλόω, ῶ, itidem Torqueo, Cõtorqueo. Vnde pass. Στραγγαλοῦται quod Hesych. exponit συστρέφεται. Στραγγαλόω exponitur etiã Strãgulo, Suffoco. Item Stringo. σφίγγω. affertúrque hic locus Alex. Aphrod. Problem. 76, libro 1, de cane rabido, καὶ ἡ οὐρὰ σφαγαλοῦται ἀπὸ τῆς ξηρότητος καὶ ἰσχοῦται.

ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΣ, ου, ὁ, In formam rotundam aut turbinatam contractus aut conglobatus: σωεσφαιρωμένος, vt Hesychius exponit. Solent autem τὰ σωεσφαιρωμένα vtplurimum in formam rotundam colligi seu conglobari. vnde simpliciter exponitur Rotundus: & tunc ei opponitur μακρὸς, Longus, Oblongus. Aristophanes, σφόγγυλαις χαλάζαις, rotundis & globosis grandinibus. nam ἡ χαλαζα gignitur ὀκ νιφετοῦ συσταφέντος, è niue volutim contorta. Et apud Dioscoridem, σφόγγυλη τυπηρία, quod Plinio est Alumen rotundum sua natura. Item sunt naues στρογγύλαι, quæ nimirum nõ sunt oblongæ, sed rotundiores: qualibus pleruncque negotiatores seu mercatores vtuntur. vnde apud Thucydidẽ libro 2, pagina 81, ἐνὶ σφόγγυλῃ scholiastes exponit ἑμπεχῇ: subiungens, διὰ τὰ πολεμικὰ, μακρόπεραν ὄντα. Et Xenophon Hellen. 5, ὀκ σφόγγυλων πλοίων. Corpora quoque σφόγγυλα dicuntur, quæ breuiora & magis compacta sunt, non procera, nec gracilia: vt σφαῖρα. sic enim Achæos vocare τὸν σφόγγυλον καὶ πεφαγότον αἴθωπον, tradit Hesych. Fuerit autem (opinor) qui nostrate lingua dicitur Vn homme trappe. Xenarch. comicus apud Athenæũ l. 13, de meretricibus, ἢν ὄθεν ὀκλεξάμενοι ἢ πῆς νόεῖ, Λεπτὴ, πλεία, σφόγγυλη, μακρᾶ, εὐκνῆ, Νέα, παλαιᾶ. Aristot. in Histor. anim. de leonum generibus, τὸ μὲν, σφόγγυλόπερον μᾶλλον καὶ οὐλοτριχόπερον, τὸ δὲ, μακρόπερον καὶ δυσθέριχον. Vnde Plinius, Leonum duo genera, compactile & breue, crispioribus iubis: & longum, simplicique villo. Item & σφόγγυλη λέξις, rotunda oratio: qualis suprà ἡ σωεσφαιρωμένη: vt Dionysius Halicarn. dicit Lysiæ ἀποδεικνυόμενον esse σφόγγυλον λέξιν καὶ τυκνοῦν. Idem alibi, ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ σφόγγυλος ἐκφέρουσα λέξις, vt apud Iuuen. — curtum sermone rotato torquent enthymema. Sic σφόγγυλα ῥήματα. Apud Aristophanem autem in Acharn. ἐς πάχος Παίει ξυνάπτων σφόγγυλος τῆς ῥήμασι, exp. πυκνοῖς. ¶ Σφόγγυλος, Teres, qualis est cylindrus. quo modo ξύλα σφόγγυλα dicũtur quæ adhuc sunt tereti figura, nec fabri manu triangularem aut quadrangularem figuram accepere: id est, quibus architectus manum nondum admouit, rudia adhuc & impolita, qualia nimirum enasci solent. Theophrastus Histor. plant. libro 5, capite 6, τῶν δὲ ξύλων τὰ μὲν μακρὰ, τὰ δὲ, πελεκητὰ, τὰ δὲ, σφόγγυλα. σφόγγυλα δὲ δῆλον ὅτι τὰ ὅλως ἄψαυστα. Hippocrates verò σφόγγυλον μήλωνα vocat τὸν ἀπαθομήλιν, specillum latum, teste Galeno in suo lex. Hippocr. vbi vide & de σφόγγυλος quædam alia.

FOEM. Σφόγγυλη alicubi substantiuè accipitur, vt apud Poll. l. 17, c. 14. ἃ δὲ ζώνια, ζῶτα καὶ σφόγγυλας ὠνόμαζον. ibi enim σφόγγυλαι dicũtur αἱ σφόγγυλαι ζῶναι, tereres zonæ: quæ & σφῖρα, vt suprà docui. Strõgyle dicta fuit etiã Naxus insula, teste Plin. lib. 4, c. 12. Idem lib. 35, cap. 16, alumen gigni scribit in insula Sardinia, Melo, Lipara, Strongyle. Volunt autem vnam esse ex Æoli insulis. ¶ Στρογγύλη quidam interpr. etiam Rapũ. quod & γογγυλίς.

C. Σφογγυλοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Cui forma rotunda est. Alex. Aphrod. lib. 1 Probl. ἀδίνας vocat σφογγυλοειδῆ σώματα.

C. Σφογγυλόλοβος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rotundo folliculo inclusus: seu Rotunda filiqua inclusus.

C. Σφογγυλοιώτης, ου, ὁ, Nauta qui σφογγύλῃ νῆ vehit. Citat Poll. ex Aristoph.

C. Σφογγυλοπρόσωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui rotunda facie est: ad differentiam eius qui est facie oblonga. Aristoteles de hist. anim.

C. Επισφόγγυλος, ET Ὑπόσφόγγυλος, In rotundum inclinans, Subrotundus, seu Turbinatus. Aristoteles de araneis, ἐμφυεῖς δὲ σκωλήκια μικρὰ πρῶτον, ὅπισφόγγυλα τὸ σχῆμα κατ' ὀρχάς. Vnde Plin. Aranei pariunt vermiculos ouis similes.

Σφογγύλως, Rotundé. Plut. De aud. τῶν ὀνομάτων σπουδῶν καὶ σφόγγυλως ἕκαστον ἀποπερνθυπῆ. Itidem Demetr. Phaler. πολλὰ μὲν ἔστι τῶν αὐτῶν τῶν προσταγμάτων ὡς ἂν εἰ αγκαθηστὸ-

μενα σωθεῖεν σφόγγυλως καὶ δεινῶς. Et Aristot. Rhetõr. lib. 2, πρὸς πθέπα τὸ δόπ σφογγυλώπαπ, admodum concinnè & rotundè, vt quidam interpr. Rursum Plut. in Symp. sept. sap. ὡς σφογγύλως καὶ Λακωνικῶς βιωσομένοις, quasi victuri sint rotundè & Laconico ritu. seu Strictè & frugaliter, Contracta sumptuum luxuria. ¶ Exponitur etiam Tereti figura.

Σφογγυλότης, ητος, ἡ, Rotunditas, Figura rotunda aut teres.

Σφογγυλόω, ῶ, Rotundo, vt Plin. loquitur: id est, Rotundum efficio. Pass. Στρογγυλοῦμαι, Rotundor. Alex. Aphrod. καταφερόμενον ὕδωρ ἀπὸ ὑψοῦς σφογγυλοῦται, aqua è sublimi cadens rotundatur.

Σφόγγυλωμα, ατος, τὸ, Coagmentum rotundum aut teres, Orbis. vt στρογγύλωμα τῆς τριχῶν, Orbis capillorum, lib. 1 Reg. cap. 19.

Στρογγυλωσις, εως, ἡ, Rotundatio. Pro exercitu affertur ex libro 1 Reg. cap. 17.

Στρογγυλαίνω, idem quod στρογγυλόω. Vnde Στρογγυλαίνεται, Rotundari: exponitur etiam Conuolui.

Στρογγυλίζω, Idem. seu Ore rotundo loquor atque enuntio. Dionys. Halicarn. in Lysia inter virtutes eius numerat τὸ συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα. Alibi, τίς δ' ἐστὶν ὧν φημὶ ἀρετῶν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα: synonymus accipiens τὸ στρογγυλίζειν & στρογγύλως ἐκφέρειν. Hoc Horat. (inquit Bud.) dixisse videtur Ore rotundo enuntiare & eloqui: vt patet ex eodem Dionysio in Isocr. σφογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν ἡ τοῦπου λέξις καὶ συγκεκροτημένη, ἀλλ' ὑπῆλία καὶ κεχυμένη.

C. Στρογγυλίζω, In rotunditatem conglobo, In rotundum globum cogo. ET Συστρογγυλόω pro eodem. Exempla vtriusq; sed in metaph. significatione, vide in Σφῶρα.

¶ Γογγύλος, ου, ὁ, Rotundus, Teres. idem quod στρογγύλος. Athen. lib. 4, ἀρήσκος ἐγκρίδι πεφαπήσιος, γογγυλόπερος ἢ πιὼ ἰδέαν. Et apud schol. Aristoph. γογγύλος λίθος. Hesych. verò γογγύλον exp. non solùm στρογγύλον, sed etiam σκληρόν.

C. Γογγυλόσκηνος, Tabernaculum seu domicilium habens rotundum. στρογγύλον ἔχων τὸν οἶκον, ἢ τὸ σῶμα, Hesych. Addit autem, ἢ τὸ σῶμα, quoniam σκῆνος interdum dicitur corpus humanum, quòd animæ domicilium sit.

C. Γογγυλωπός, Qui facie est rotunda, Rotundus visu, seu aspectu. Hesych. γογγυλωπὰ exp. στρογγύλα, θύπονα, γοργά.

Γογγύλη substantiuè quoq; accipitur, vt στρογγύλη. nam vocatur ita ἡ γογγύλη μάζα, Maza rotunda, Maza quæ inter subigendum rotundata est, vt apud Athen. ὁ γογγύλος πιὼ ἰδέαν ἀρήσκος, panis species rotundi aspectu. Aristoph. Pace, non ita procul ab initio, — ἰὼ μὴ θεοὶ θεῶν ὡς ἂν κωμικὴ γογγύλη μεμαγμένη. Vbi annotat schol. αἱ γὰρ κωμῳδικαὶ, ἵνα μὴ δοκοῖεν πολυφάγοι εἶναι, ἐκ τῆς πυκνότητος τῆς μάζης μικρᾶς εἶναι δοκούσης, ὀλιγοφαγίας δόξαν ἐμφαίνουσι, στρογγύλας ποιοῦσαι τὰς μάζας, ὡς γογγύλας. Videtur igitur στρογγύλη μεμαγμένη dicere Mazam quæ inter subigẽdum accepit formam γογγύλης, id est rapi: quod & ipsum à forma rotunda & orbiculari nomen id accepit, γογγυλὶς quoque appellatum.

Γογγύλιος, ου, ὁ, idem quod γογγύλος & στρογγύλος. Galen. certè apud Hippocr. γογγύλιον exp. στρογγύλον: similitérque & Suidæ γογγύλιον est στρογγύλον.

Γογγυλὶς, ίδος, ἡ, Rotunda. vt in Lexico Hippocratico Galeni, post illa verba, Γογγύλιον, στρογγύλον, quidam codices habent, καὶ Γογγυλὶς, στρογγύλη. Alioqui γογγυλὶς substantiuè (vt γογγύλη) dicitur Rapum, seu Rapa. Apud Athen. lib. 2, ex Georgic. Nicandri, Τμῆγε δὲ γογγυλίδος ῥίζας καὶ ἀκαρφέα φλοιόν. Idem Ath. l. 10, ὅπη γογγυλίσι διεβίω, rapis victitabat, de M'. Curio. Et lib. 1, θηλείαν λαβὼν γογγυλίδα: sicut apud Theophr. quoque, Hist. plant. lib. 7, cap. 4, γογγυλὶς διαφέρει τῷ ἄρρενι καὶ τῇ θηλείᾳ. Sic Plin. lib. 19, cap. 5, Medici masculini sexus faciunt in rapis rotunda: latiora verò & concaua, fœminini. Itidémque idem lib. 18, cap. 13: vbi etiam addit, Species verò omniũ tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotũditatem globari. Tertiam speciem sylueſtrem appellauere, in longitudinem radice procurrente, rhaphani similitudine. Propriè itaque γογγυλίδες dicuntur Rapa rotunda, seu Rapa quæ in rotunditatem globantur: impropriè verò ea rapa quæ latiora sunt aut oblonga. A Lacedæmoniis γογγυλίδας vocari γαστέρας tradit Apollas apud Athen. lib. 9: sunt verò & ipsæ γαστέρες semirotundæ. VNDE Γογγυλίδιον, ου, τὸ, Rapulum, vt Horat. vocat. Galen. in Lex. suo Hippocr. γογγυλίδια exp. τὰ μικρὰ σφαιρία, ὡς περὶ καταπότια, pilulas minutas, vt catapotia. Vbi tamen quidam codices pro γογγυλίδια habẽt γογγύλια. Sed Erotian. confirmat priorem scripturam, apud quem hæc leguntur, Γογγυλίδια, τὰ μικρὰ καταπότια. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος: nimirum à rapi similitudine, seu ab orbiculari rotunditate rapi.

Γογγυλίζω, idem quod στρογγυλίζω, Rotundo. Schol. Aristoph. & Suid. γογγυλίζειν exp. μεταστρέφειν.

Γογγυλέω, ῶ, idem. Hesychius γογγυλεῖν exp. συστρέφειν.

Γογγυλοῦω, idem. VNDE Γογγυλούμενα, quod Hesych. exp. στρογγυλούμενα: id est, Coagmenta in rotunditatẽ globata, seu Orbes, vt στρογγυλώματα.

ΣΤΡΟΥΘΟΣ, Hesychio idem est quod ὁ στρουθός, Passer, Passerculus. ¶ Eidẽ Hesychio est etiam ὄσπριον, certa leguminis species, vt videtur.

Σφουθός, οῦ, ὁ, Passer, Passerculus. Iliad. β, Εἴθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσοὶ, νήπια τέκνα. Athen. lib. 9, καὶ οἱ σφουθοὶ δ' εἰσὶν ὀχευπικοί: quamobrẽ Terpsicles ait, Τοὺς ἐμφαγόντας σφουθῶν, ὅθεν καταφόρους πρὸς ἀφροδίσια γίνεσθαι. Itidẽ paulo ãtè dicuntur οἱ σφουθοὶ (quemadmodum perdices quoque, coturnices & gallinaceι) πρόεσθαι πιὼ γενεὴν, ἀ μόνον ἰδόντες τὰς θηλείας, ἀλλὰ κἂν ἀκούσωσιν αὐτῶν πιὼ φωνήν. Plinius quoque auiculas eas esse salacissimas testatur. Quamobrem Sappho videtur dicere Venerem ἐπ' αὐτῶν ὀχεῖσθαι, inquit Athenæus libro 9: quia videlicet similes cum similibus congregari solent: Χρύσεον ἦλθε, (inquit) Ἄρμ' ὑποζεύξασα καλοὶ δέ σ' ἄγον Ἰωκέες στρουθοὶ, πέρυγας μελαίνας Πυκνὰ δινέοντες. Atque adeo metaphoricè σφουθὸς dicitur ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος, teste Hesychio, id est Salax, & ad venerem nimium pronus, vt passer. Quapropter & Strutheum (inquit Festus) in mimis præcipuè vocant obscœnam partem virilem, à salacitate vi delicet passeris qui Græcè σφουθὸς dicitur. Catulli certè passerem nonnulli accipiunt ea in significatione qua Strutheum accipi Festus annotat. ¶ Στρουθὸς μεγάλη, στρουθὸς καπάγαιος, siue χαμαιπετὴς, στρουθὸς Ἀραβικὸς, στρυθὸς ὁ Λιβυκὸς, dicitur ὁ στρυθοκάμηλος, seu struthio: aliàs Passer marinus. Nam Festus, Passer marinus, (inquit) quem vocat vulgus struthocamelum. Aristoph. Auibus, Καὶ στρουθῶ μεγάλη, magno passeri, id est Struthioni: addito illo epitheto μεγάλη, ad significandam πιὼ στρουθοκάμηλον. in quo vocabulo & ipsum κάμηλος adiectum est ad exprimendum τὸ μέγεθος, sicut ἵππος in nonnullis. A regionibus autem cognominatur ea auis vel Λιβυκὴ vel Ἀραβικὴ, quoniam ibi præcipuè inuenitur. vt apud Aristotelem lib. 4 De part. anim. cap. 12, στρουθὸς ὁ Λιβυκὸς, Struthio Libycus, seu Africus. Et Hist. anim. libro 6, capite 5, στρουθὸς ὁ ἐν Λιβύῃ. A Gabrya in fabulis fœm. gen. dicitur στρουθὸς Λιβυστα. Athenæus libro 4, de Persarum victu, πολλοὶ δὲ καὶ ὄρνιθες αὐαλίσκονται, οἵπ στρουθοὶ οἱ Ἀράβιοι, (ἔστ δὲ τὸ ζῶον μέγα) καὶ χλῶες. Pollux, Ἄραβες δὲ καὶ στρουθῶν δορᾶς αὐπὶ θωράκων ἢ ἀσπίδων ἐφεσάλοντο, struthionum pellibus. vbi omisit epitheton à regione sumptum, vel quoniam subauditur ex nomine Ἄραβες, quasi dixisset στρυθῶν ὅπ χωείων: vel quoniam Attici (teste Hesychio) στρουθοὺς appellant τὰς στρουθοκαμήλους. A volatu humili appellãtur eædem aues καπάγαιοι & χαμαιπετεῖς. Herodotus libro 4, στρουθῶν καταγαίων δορὰς φέρουσι ἐς τὸν πόλεμον Μάκαι, struthionum pelles: quibus Arabes quoque thoracum & clypeorum loco vti, docui ex Poll. Nec est hìc opus interpretari καταγαίων, quum dicis Struthionum: quoniam in Latino vocabulo ambiguitas non est, perinde ac in Græco: cui propterea opus est epitheto ad ostendendam differentiam. Lucianus de Garamantibus, στρουθῶν τῶν μεγάλων χαμαιπετῶν ἡ θήρα ὅτι, venantur struthiones.

C. Σφουθοκάμηλος, ου, ὁ vel ἡ, fortasse q.d. Passer magnitudine sua camelũ æquãs. σφουθὸς ἡ μεγάλη, siue στρουθὸς ἡ καταγαίος καὶ χαμαιπετὴς, vt in præcedenti στρουθὸς satis dictum est. Quod verò attinet ad magnitudinem & volatum, confirmat ea quæ dixi, Plin. libro 10, cap. 1, Sequitur natura auium, quarum grandissimi & penè

bestiarũ generis, struthocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitis insidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis vt currentem adiuuẽt: cætero non sunt volucres, nec à terra attolluntur. Vngulæ iis ceruinis similes. Plura ibidem vide de earum stoliditate, ouis, pennis. Addit, concoquendi sine delectu deuorata miram eis esse naturam, vt Alex. Aphrod. in præfat. lib. 1 Problem. στρουθοκάμηλος σίδηρον πέπτει ἰδιότητί τινι. Hieronymo hæc auis Struthio dicitur. nam comment. in 13 cap. Esaiæ, Struthio (inquit) animal est solitudines appetens: qui quũ pennas habere videatur, tamen de terra altius non eleuatur. Sed nota apud Plinium scribi Struthiocamelus, idque nõ semel. Fortassis autem nomen hoc illi ad aliud quàm ad magnitudinem respiciendo inditum est.

C. Στρουθοκέφαλος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Habens caput passeris aut struthocameli: & ex consequente Monstrosus. Plutarch. in suo περὶ πολυπραγμοσύνης libello, τοὺς ἀκύμους καὶ τοὺς γαλεάγκωνας καὶ τοὺς πελοφθάλμους καὶ τοὺς στρουθοκεφάλους καταμανθάνοντες καὶ ζητοῦντες. Affertur & στρουθοκέφαλα ἔμβρυα pro Fœtus exili capite.

C. Στρουθόποδες, Pedes habens struthocameli, Qui pedum figura struthocamelum imitatur. seu Magnos pedes habens, in modum struthocameli. vt apud Aristoph. in Auib. στρουθὲ μὴ πτερὸν Κλεοκρίτου, annotat Schol. poetam παρ' ὑπόνοιαν ἐπαγαγεῖν verba illa duo, μὴ πτερὸν Κλεοκρίτου, volentem eum διαβάλλειν ὡς στρουθόποδα, hoc est μεγαλόπουν. Contrà tamen Plin. lib. 7, cap. 2, Eudoxus, in meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales: fœminis adeo paruas vt struthopodes appellentur.

Σ Τ Ρ Ο Υ Θ Ο Σ S I V E Στρουθός, Strutheus. vt στρουθὸς μηλέα & στρουθία μῆλα, Struthea malus, & Struthea mala. Theophrast. Hist. plant. lib. 2, cap. 3, de arboribus quæ seminibus seu nucleis insitis proueniunt, οὐ στρουθὸς κυδώνιος. Dioscor. lib. 1, cap. 191, de cotoneis malis, τὰ δὲ λευκὰ εἶδη στρουθία καὶ μεγάλα, ἥδιστον ὄζειν δύζηντα. vbi indicat, στρουθία μῆλα esse ex genere cotoneorum, sed cæteris maiora: vt à στρουθὸς ob magnitudinem denominata sint, quemadmodum & στρουθόποδες. Apud Plinium tamen libr. 15, cap. 11, legimus, Minora ex eodem genere struthea, odoratius vibrant, serotino prouentu, præcoci verò mustea. Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere muluianum. Idem eodem libr. cap. 14, dicit lanuginem strutheis perficisque esse plurimam. Athen. lib. 3, τὰ δὲ κυδώνια, ὧν ἔνια καὶ στρουθεῖα λέγεται κοινῶς, ἀπαίστων ὄζει πολὺ μᾶλλον ἄοσμα χώρεα, καὶ μάλιστα τὰ πέπονα. Vbi diphthongo scribitur, sicut & paulo post: sine diphthongo, apud Theophr. & Dioscor. Ibidem ex Alcmane τὸ στρουθὸν μῆλον, vt & apud Dioscorid. τὰ λευκόμορφα στρουθία, à nom. M A S C V L. Στρουθός.

Σ Τ Ρ Ο Υ Θ Ι Ο Ν E T Στρουθάριον, ου, τὸ, Passerculus. Athen. lib. 14, πρωϊσέρια εἰσάγων καὶ στρουθία. Apud eundem libro 13, Καπρίλης αὐτὸν, οὐ συμπέσασα τὸ σῶμα ὥσπερ πολέμιος, ἀλλὰ πίσι στρουθίοις Χαυνοῦσ' ὁμοίως. Idem Athen. lib. 2 στρουθάριον affert ex Eubulo. ‖ Στρούθιον herbæ nomen quam Latini radiculam & herbam lanariam appellant. Dioscor. lib. 2, cap. 193, στρούθιον γνωριμόν ἐστιν, ᾧ οἱ ἐριοπλύται χρῶνται πρὸς καθαρσιν τῶν ἐρίων. Vnde Plin. lib. 24, cap. 11, Tingentibus & radicula lanas præparat, quam struthion à Græcis vocari diximus. nimirum lib. 19, cap. 3, his verbis, At quæ vocatur rãdicula, lauandis demum lanis succum habet: mirum, quantum conferens candori mollitiæque. Vide ibidem plura. Idem Dioscor. lib. 1. cap. 125, de ligustro quod κύπρον vocat, ξαίνει δὲ καὶ πεῖχας στρουθίου χυλῷ τὰ φύλλα λεῖα βεβρεγμένα καὶ ἐγκεκαυμένα, radiculæ succo. Eadem herba V O C A T V R E T Σθουθὸς à Theophr. Hist. plant. lib. 9, cap. 13, de papauere Herculeo, τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα ὡς στρουθός, ᾧ τὰ ὀδόντια λευκαίνουσι. Pro quo Dioscor. στρουθίῳ ἐοικότα φύλλα.

Σ Τ Ρ Ο Υ Θ Ί Ζ Ω, Passeris in modum strido. Esaiæ 10 dicitur de auium pullis qui ore hiante & stridente seu vociferante escam à matre petunt: πτὼ οἰκουμένῳ ὅλῳ καταπτήσομαι τῇ χελιδόνι ὡς ποσσαὶ, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ· καὶ οὐκ ἔστιν ὡς ἀφαφύξεταί με ἢ ἀντέπτη μοι, καὶ ἀνοίξον στόμα καὶ στρουθίζον. vbi Hebraico textui adiuncta versio habet, Qui aperiret os & gãniret. Fortassis autem omnibus in genere pullis tribuit quod passerum pullis peculiare est, stridore nimirum escam petere. ‖ Στρουθίζω significat etiam πρὸς στρουθῷ λουκαίνω, seu πρὸς στρουθίῳ καθαίρω, Radicula purgo, Lanariæ herbæ succo mundum ac candidum reddo. Dioscorides libro 2, cap. 84, de ὀξυπόρῳ, λαβὼν ἔρια μαλακὰ οἷα πηνὸς, ἐκπλύνοις, ἐστρουθισμένῳ θερμῷ ὕδατι, radicula & aqua calida curatas lanas. Nam struthio vti τοῖς ἐριοπλύταις Diosc. testatur: quamobrem & Latinorum quidam appellant herbam lanariam.

Σ Τ Υ Γ Ε Ί Ω, F. σύξω, (ab inus. V E R B O Στύγω) Odio prosequor, Odi. oppositum πρὸς φιλῶ. vt apud Sophoclem, — τοὺς δὲ σώφρονας Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ συνοῦσι τοῖς κακοῖς. Itidem accipiunt apud Homerum Iliad. θ, v. 370, Νῶϊ δ' ἐμὲ μὴν τυτέει, Θέμιδος δ' ἐξήνυστε βουλάς. (vbi tamen malim interpretari Abhorret à me, Auersatur me, de qua significatione mox dicetur) Rursum ex Sophocle, συνῶ σε τῆς δειλίας, Odi tuam timiditatem, Odi te ob timiditatem. ‖ Significat etiam Exhorresco, Extimesco, Reformido. Iliad. π, vers. 112, de Hectore, τόν τε τρέσσουσι καὶ ἄλλοι, Καὶ δ' Ἀχιλῆς πύτνῳ περ μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ. Ἐρρίγ' αἰπὺ δοκῆσαι. Et Iliad. υ, de sedibus infernalibus, seu fundo maris, — τάς τε τρέουσι θεοὶ ὥς, id est, δεδοίκασι, φοβοῦνται, extimescunt & exhorrescũt. Quod hemistichium eadem de re legitur apud Hesiodum in Theog. v. 739. Cũ infinitiuo quoq; itidem pro Metuo, Non audeo. vt apud Horat. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Iliad. α, v. 186, — τρέμω δὲ καὶ ἄλλος Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι καὶ ὁμόσσαι τῷδε ἀνάσσῃ. vbi schol. quoque exponit δέδιε, vereatur. Idem τρόμος accipit pro Terribiles seu terrificas reddiderim, Od. λ, versu 500, Τῷ κέ τοι τρόμος καὶ χρῖσις ἀάπτοις. Schol. enim ibi τρόμος exponit εἰς κατάπληξιν ἀάπτοις. quæ expositio apud Hesychium quoque legitur: qui aliàs τρόμος exp. etiam μισῆσαι, φοβηθῆναι, καταπλαγῆναι. ‖ Eidem Hesychio τρεῖν, est non solùm μισεῖν, φοβεῖσθαι, sed etiam συγκλίνειν, Tristari, λυπεῖσθαι. vt apud Apollonium lib. 2 Argon. — οἱ δ' ἔτρεον εἰσαΐοντες, tristati sunt. Scholiastes tamen exponit non tantùm ἐτρόμασαν, verumetiam κυλαβήθησαν, Exhorruerunt, Trepidarunt.

Pati. Στύγομαι, Odio & horrori sum, Inuisus sum. Apud Sophoclem in Trach. pag. 357, Τί δ' ὄζιν ὦ πᾶς, φεῦ γ' ἐμοὶ στυγούμενος; Scholiastes exponit λυπηρὸν καὶ μίσους ἄξιον.

Στύγημα, ατος, τὸ, Odium. Aut etiam, Quod aliquis odio prosequitur. vt μίσημα.

Στυγητός, οῦ, ὁ, Odiosus. seu Qui odio & horrori est. Vel, Odio dignus. Item Horribilis. idem quod στυγερός. Hesychius στυγητὸν exponit, μισητὸν, φοβερὸν, χαλεπόν.

C. Στυγόδεμνος, ου, ὁ, καὶ ἡ, Qui odit cubilia, seu Qui abhorret à thalamis. In Epigramm. στυγόδεμνος νόος, mens quæ odit concubitum. In iisdem Epigramm. inuersa compos. ratione L E G I T V R Ψυσίστυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ, Osor mendacii, Qui mentiri odit, Abhorrens à mendacio. E T Θεοστυγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Deo odiosus, Deo inuisus, A quo Deus abhorret. Item Deum exosus, A Deo abhorrens. de quo & suprà post Θεός.

C. Ἀπο στυγέω, ῶ, Odi, Odio habeo, Odio prosequor, & auersor, Abhorreo. In epist. ad Rom. cap. 12, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ. Et apud Synesium De insomn. οὐχ ἥκιστα ἀποστυγεῖν affini signif. ponitur τὸ οὐκ ἀπαθῶς διακεῖσθαι πρὸς τι. Apud Ioseph. duplici casu, accusatiuo personæ, & genitiuo rei quæ odio seu horrori est, vel ob quam odimus aliquem, & ob quam abipso abhorremus: ὃν Φωνείκιος ἀποστυγήσας τῆς ὀπτερήσεως, ἀποπέμπει τῷ Πύρρῳ δέσμιον: medicũ videlicet Pyrrhi, qui quũ in castra Romanorũ venisset, promittebat Fabricio se Pyrrhum veneno sublaturum. Plutarchus in Pyrrho, pagina 724 meæ editionis dicit, διεγράσας πρὸς τὴν ἀδικίαν τοῦ ἀνθρώπου. Apollonius quoque vtitur hoc vocabulo, ex quo affertur ἀποστύγεον, Oderunt, Auersati sunt. Item & Ἀποστύξασα ex Epigramm. Odio prosequuta: quasi à V E R B O Ἀποστύγω, idem significante quod ἀποστυγέω. Sic etiam Στύξασα reperitur, & Στύξαιμι, & Στύξαι, itidémque & Ἔστυγον à V E R B O Στύγω. Vide & sequens comp.

C. ΚΑΤΑ στυγέω, ῶ, itidem pro Odi, Odio prosequor, Odio

habeo, & auersor, Abhorreo ab. Eustathius pag. 1695, ex Homero, — κῆρ δ' ἐστυγεν αὐτῷ. Vbi illud κατέστυγον potest esse vel aor. 2, ex fut. 2 στυγῶ, vel præter. imperf. à V E R B O Καταστύγω: vnde & Καταστύξαι, quod Hesych. exp. non solùm μισῆσαι, Odisse, verùm etiam καταστύραι, συλλέξαι, Detrahere, Colligere. Attamen verbum στύγω inusitatum esse existimo, & vsurpari tantùm duos aoristos. quemadmodum & δόκω inusitatum est, vsitatum autem futurum, & quæ ex eo formantur, aorist. 1, & præteritum perf. pass.

Στύγος, εος, τὸ, Odium. Epigramm.

Στυγερός, ῆ, ὁ, Odiosus, Odio dignus: Horribilis, Terribilis, Qui odio & horrori est, Quem oderunt & à quo abhorrent homines. μισητὸς, ὀλεθρόεις, φοβερός. Pro Odiosus, A quo abhorretur, accipi potest Iliad. γ, v. 404, Νικήσας ἐθέλει συγερὴν ἐμὲ οἴκαδ' ἄγεσθαι. Et Iliad. ξ, v. 158, — συγερὸς δέ οἱ ἔπλετο θυμῷ, (videlicet Iupiter quem conspiciebat) Inuisus. Vbi & schol. expon. μισητὸς & συγκοπιῶν: subiungens, τὸ δὲ κακαλεισμῷ σον αὐτῇ ἐκ ἐπόιει. solemus autem odisse seu alieno animo esse ab iis qui nostræ voluntati non satisfaciunt, vel saltem eis succensere. Et Odyss. ε, v. 396, — συγερὸς δέ οἱ ἔχεται δαίμων. In sequẽtibus locis accipitur non solùm pro Odiosus, Inuisus, verùm etiã pro Horribilis, Horrẽdus, Terribilis, A quo abhorremus, Ad cuius conspectum exhorrescimus & trepidamus, Tremendus. Iliad. θ, συγερὸ δ' ἀΐδαο. Odyss. υ, v. 75, συγερῆσιν Ἐρινύσι. Sic συγερὸς θάνατος, Eurip. Itidémque συγερὸν σκότος dicitur pro tenebris illis apud inferos horrendis. Il. ε, v. 47. & Iliad. ν, v. 672, — συγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλε. Sic συγερὸς πόλεμος, siue ἔρις. Iliad. σ, v. 209, — συγερῷ κρίνωνται ἄρηϊ. Iliad. τ, v. 230, Ὅσσοι δ' αὖ συγεροῖο πολέμου λίπον ἄντα. Pro Inuisus cõmodè accipitur Odyss. η, vers. 216, Οὐ τόσσον συγερῇ ὅσσον γαστέρι κύντερον ἄλλο Ἔπλετο. Exponitur etiam Tristis, Tristificus, συγκοπιῶν, συγκόπος: quæ expositio locum habere potest in sequentibus exemplis vt Odyss. κ, — συγερὸν δέ με πένθος ἔχοντα. Iliad. χ, ἐμὲ συγερῷ ὀν πένθει λείπεις Χηρίω. Od. ρ, Κλαυθμοῦ τε συγεροῖο, γοοῖό τε δακρυόεντος. Sic apud Apollon. Rhod. in Argon. συγεροὺς ἄχος. Rursum Odyss. σ, Νῦν δ' ἔσται ἵππ δὴ συγερὸ γαμος αἰπόλοισι Οὐλομένης ἐμέθεν. Nisi & hîc malis interpretari Inuisus. Alicubi redditur Grauis: ab Hesychio quoque χαλεπός. vt ex Homero affertur συγερὴ ὁδὸς pro Grauis & molesta expeditio. Itidem συγερὴ νόσος, Grauis morbus. & ex Apollon. Rhod. συγερὴ πόσις, grauis pœna. Ex Aristoph. συγερὰ πάθη, grauia incommoda. Rursum ex Apollon. συγερὸν γῆρας: quod interpretari possis etiã Grauis senectus. Exponitur quoq; Miserabilis, Ærumnosus: ὀλιγόπονος. quemadmodum & Hesych. συγερὸν expon. κακοπαθές. Apollon. Rhod. libro 2 Argon. οὔπνα φημὶ σθένος συγερώτερον ἄλλον.

Apud Hesych. legitur etiam Συγηρῷ, μισητῷ, φοβερῷ: à N O M I N. Συγηρὸς, οῦ, ὁ, Odiosus, Odio dignus, Inuisus, Terribilis.

C. Συγεροπὸς, οῦ, ὁ, Inuisus, Quem aspicere odimus, Cuius conspectus odio nobis est, Cuius facies aut vultus nobis est inuisus: vel etiam, Horribilis aut terribilis aspectu, Ad cuius conspectum exhorrescimus. Pro Ingratus aspectu affertur ex Epigr. E T Συγερώπης, pro eodem. Apud Hesiod. συγερώπης ζῆλος exponitur Cum odio aspiciens, Inuiso aspectu cernens & torusis oculis, Vultuosus, Tristis: in Erg. v. 193, Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἄπασι Δεικέλαδος, κακόχαρπος ὁμῶς τήσει συγερώπης.

C. Συριγκόλολος, vide suprà post ἐμβόλος, tomo 1, col. 680, F.

C. Πεντεσύριγγος, Quinque fistulas habēs, seu quinque foramina. vt πεντεσύριγγον ξύλον, lignum quinque habens foramina, quorum duobus includebantur vinctorum manus, duobus pedes, quinto caput. Aristophanes Equit. Θυτοινὶ Δῆσαί σ' ἐκέλευε πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ. vbi schol. πεντεσυρίγγῳ exponit & ipse πέντε ὀπαῖς ἔχοντι, δι' ὧν οἱ τε πόδες καὶ αἱ χεῖρες καὶ ὁ τράχηλος ἐνεβάλλετο. Suid. ποδοκάκλῳ vocat. Et apud Aristotelem Rhet. 3, Polyeuctus in ἀποπληκτικὸν quendam Speusippum iactat τὸ μὴ δεῦσαι ἡσυχίαν ἄχρι ὑπὸ τῆς τύχης, ἐν πεντεσυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένον: scommaticè νόσῳ dicēs pro ξύλῳ. At perperam apud Poll. scriptum est πεντεσύλλος.

Συριγγώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Fistulosus. seu Fistularis, Fistulæ figuram gerens. vt συριγγώδης καστία apud pharmacopœos & medicos, Cassia fistularis: quæ ab aliis κάλαμος vocatur, i. arundo, seu potius Indica cāna. Est autē arbor magna, iuglandis folio, fistulis prælongis ac teretibus, vtrinq; fastigiatis, colore rubro nigricātibus, duūm ferè pedum proceritate, nigra intus carne, gustu prædulci, planè medicato, ligneis distinguentibus membranis, ossibus filiquarū, intercursantibus laminis intus carnosis, quas parietibus discludunt. Ignota fuit Dioscoridis, Plinii & Galeni ætatibus, vt inter alia Gorræus tradit, qui eā ab Actuario vocari καστίαν μέλαιναν ait.

Συριγγίας, ου, ὁ, Fistularis. vt συριγγίας κάλαμος, fistularis calamus, de quo paulo antè in σύριγξ ex Theophr. & Plinio. Dioscorides libro 1, cap. 115, de calami seu arundinis generibus, ἄλλος δὲ, συριγγίας, πολύσαρκος, πυκνοσφόνατος: vocat hunc scriptorium calamum.

Συριγγὶς, ίδος, ἡ, itidem Fistularis. vt ἡ συριγγὶς καστία, quæ & συριγγώδης. vide in Σύριγξ.

Συρίγγιον, ου, τὸ, Fistulula, id est Parua fistula. Plutarchus in suo περὶ ἀοργησίας libello scribit Caio Graccho oratori, τὸν Θόπον ὄντα χαλεπῶ, καὶ πεπεπαίεσφορον λέγοντα, fuisse δυρμοσμῶν συρίγγιον, ᾧ τὸ φωνὶ οἱ ἁρμονικοὶ φολὶ ἐπ' ἀμφότερα δι' ὀλίγον πόνων ἄρεσιν· ὁ ἔχων ὁ οἰκέτης, αὐτὸ λέγοντος ὅπ ὀνν ἐστὶ, ὀνεδίδου πόνον ὁπτικὴν καὶ πρᾶον. ‖ Item σύ-

εἰλιγγον dicitur Modiolus rotæ, Foramen illud in quod axis inseritur, & in quo voluitur. Ἐκχοῦ κένωμα, Hesych. Itidem & σύριγξ accipitur, vt suprà docui.

Συριγόω, ῶ, In fistulam excauo. Vnde pass. συριγοῦσθαι, in fistulam excauari. In Hippiatr. ἀγχέρας δὲ συριγοῦται ὁ τόπος.

C. Ἀπὸ συριγόω, ῶ, In fistulam cõuerto. Erotianus ἀπεσυριγώθη apud Hippocr. exp. ἀπεφυσήθη καθάπερ αἱ πνευματικαὶ σύριγγες. Itidem ἀπεσυριγώσατο τὸν χολὸν idem apud eundem expon. ἀπεφυσησατο.

C. Ἐκ συριγόω, Aperio, & peruium reddo, veluti fistulam, cuius extrema reserata sunt. Galen. apud Hippocr. ἐκσυριγοῦται expon. ἀνασωμοῦται. Dicitur autem ἀνασωμοῦσθαι vas aliquod aut canalis, quum os eius aperitur seu reseratur: apud medicos, quum venarum & aliorum vasorum ora seu ostia aperiuntur, vt humor qui in eis continetur, effluere queat.

Σ Υ Ρ Ω, F. ρῶ, Traho. Herodian. libro 1, σύροντες τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες· τέλος λελωβημένους εἰς τὴν ὀχετὸν ἔρριψαν. Itidem lib 5, cadauera Antonini & Soæmidis παρέδοσαν σύειν καὶ ἐνυβρίζειν τῇς βουλομένοις, trahenda per contumeliam dederunt cuiuis. Et libro 7, Maximini scelerum & crudelitatis ministri σύροντες ὡσὰν τὸν ὄχλους εἰς τὴν ὀχετὸν ἐρρίπτουν. Itidem apud Æl. Lamprid. populus continuis acclamationibus iubet Commodi cadauer vnco trahi & in cloacas cõiici. ‖Item σύειν dicitur qui progreditur & cõtẽdit aliquò, quia videlicet pedes trahit in progressu eiusmodi. Pisides, Σύει ὡσὲ ἡμᾶς ὁ σκαπὸς μετὰ δρόμου. Quẽ locũ Suid. citans, σύει expon. πρέχει. Item serpentes corpus suum σύειν dicuntur, quoniam tractu progrediuntur. ‖Σύειν dicuntur etiam qui rastris stipulas aut fœna aut simile quid in vnũ aceruum contrahũt, item qui scopis sordes è parietibus detrahunt aut in pauimento cõuerrunt. vnde σύρματα. ‖Significat etiam Extraho. vt quum aliquis gladium σύειν dicitur, quod alio synonymo verbo σπάσαι seu σπασθαι dicitur, à Latinis Educere, Stringere, Euaginare. ‖Apud Hesych. σύειν dicitur esse etiam συρίζειν siue συρίζειν, Sibilare, Fistulare, seu Fistula canere.

Σύρμα, ατος, τὸ, Quod trahitur, seu attrahitur. Vnde dicitur de veste quadam longa quam veluti trahunt inter incedendum qui induti ea sunt. (quod vel maximè vsuenit in eo vestis genere quò nobilissimas quasque matronas vti, in Gallia præsertim, videmus. vulgò *Robbe à queue*. q. d. Vestis caudata. Si autem hæc vera est nominis huius significatio, huc pertinebit Homericum epithetum ἑλκεσίπεπλος) Latini quoque syrma vocant. vt Martial. Aprasti longum tu quoque syrma tibi. Apud eundem legitur, Musa nec insano syrmate nostra tumet. Sicut Pollux dicit σύρμα esse πρακτικὸν φόρημα ὀπισυρόμενον. ‖Σύρματα καμίνων dicuntur sordes seu purgamenta quæ scopis radulisve è fornacibus detracta sunt. Dioscor. libro 5, cap. 85, de pompholyge, βαρυτέρα ὄντι κῷ τὸ πλεῖστον, ἔμπλεως καρφῶν καὶ τεφρῶν καὶ γῆς, ὡσαὐτὸ ἀπόψημά τι καὶ σύρμα φυὸν ἐν τοῖς χαλκουργείοις ἐδαφῶν καὶ καμίνων οὖσα. Vnde Plin. lib. 34. cap. 13, Spodõ nigriorem ponderosiorémque esse, derasam parietibus fornacum. Vbi tamen σύρμα non expressit, sed tantùm ἀπόψημα. Ruell. sic vertit, Purgamentum quoddam quod ab ærariarum officinarum pauimentis & fornacibus euerritur. Vbi nota etiam ἐδαφῶν σύρματα dici, id est sordes & purgamenta quæ rastris aut scopis in pauimento conuerruntur. Item σύρματα vocantur stipulæ, stramina aut paleæ quæ rastro corraduntur seu coaceruãtur. Quò pertinet quod Heraclitus apud Aristot. libro 10 Ethic. dicit, ὅτιοις σύρματα ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν. quemadmodum Æsopicus quoque gallinaceus margaritam in fimeto effossam posthabebat grano hordei quod τῇ σκαλίδι σῇ eruerat.

VNDE Συρματίς, Quæ rastro purgamenta aut stipulas aut sarmenta vel simile quid in vnum aceruum contrahit & colligit. vt Hesychio συρματὶς σκαπὰ ἐστὶ ἢ τὰ συμψήματα καὶ φρύγανα σύουσα καὶ συλλέγουσα. ET Συρματίς, ιδος, ἡ, vt συρματὶς κόπρος, Fimus ὁ ἐκ συρμάτων, Fimus ex purgamentis, stipulis aut stramentis, paleisve quæ scopis aut rastro coaceruata fuere. Gaza interpr. Stipularius fimus. Legitur apud Theophr. Hist. plantarum libro 2, capite 8, circa finem, vbi agit de κοπρου generibus. Et libro 7, capite 5, κόπρον δὲ μάλιστα ἐπιτηδεῖον τὴν συρματίνην.

Συρμός, οῦ, ὁ, Tractus. Dicitur de tractu serpentis, qui & ὁλκὸς vocatur, ab ἕλκω synonymo huic σύρω: apud Plutarchum in Anton. de aspide. Philo De mundo συρμὸν dixit de tractu vndæ fluctuantis, teste Budæo, afferente hunc ex eo locum, ὑπὸ συρμοῦ δίνης βιαιοτάτης ἐφαδεῖσαι καταπόθησαν. vbi tamen potius est tractus aquæ qui turbineo vortice circumagitur rotaturque: quemadmodum & συρμὸς dici potest quum aquæ feruentes vorticoso quodam tractu gyrantur. quò refer hoc Nicandri in Alexipharm. v. 256, — σύμα χεν λοιγὸν συρμὸν ῥιζόθεν ἑλκωθέντα. vbi scholiastes, τῇ ζέσει καὶ τῇ ὁλκίδι καὶ τῇ ἑλκωθείσῃ. In Epigramm. legitur & συρμὸς χαλαζήεις, quum grando quasi tractu quodam decidit. Sic in iisdem Epigramm. συρμὸς ὑφεῶν: item & συρμὸς αἱμάων.

Σύρσις, εως, ἡ, Tractio. idem quod ἕλξις siue ἕλκυσις.

C Συρτης, ου, ὁ, Tractor. Hesychio χαλινός, id est Frænum, Habena. Puto σύρτειν dici, vt ῥυτῆρα, habenam seu lorum quo equus trahitur retrahiturq; seu modò in hoc modò in illud latus flectitur. A T VERO Σύρτης in mari dicitur vbi limum arenámque & saxa ingentia fluctus trahũt. Sic enim Salust. in Bello Iugurthino, Duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamẽ natura: quarum proxima terræ, præalta sunt, cætera, vti sors tulit, aliàs alta sunt, aliàs in tempestate vadosa. Nam vbi mare magnum esse & sæuire cœpit ventis, limum arenámque & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Syrtes ab tractu nominatæ. Duæ autem esse feruntur, altera maior, altera minor: de quibus Strabo pag. 363 & 364. vbi inter alia dicit, ἡ χαλεπότης καὶ τῶν τῆς συρτεως καὶ τῆς μικρᾶς, ὅτι πολλαχοῦ πεναγῶδης ὄντων ὁ βυθὸς καὶ τὰ ἀμπωτεις καὶ τὰ πλημμυρίδας· καὶ συνβαίνει ποιν ἐμπίπτειν εἰς τὰ βραχὺ καὶ καθίζειν ἀπάνω οἱ ἐν τῷ σωζομένῳ σκάφος. Similiter Pomp. Mela, Syrti sinum esse importuosum atque atrocem, & ob vadorum frequẽtium breuia, magisque etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis, infestum. Et Solinus, Syrtes inaccessas vadosum ac reciprocum mare efficit. Hinc Silius dixit Infidæ littora syrtis, item Naufraga syrtis: & Valer. Flacc. Sæuæ syrtes: Horat. Æstuosæ syrtes. Ad etymum allusit Rufus Auienus, quum dixit — latè trahit æquora syrtis, Infidúmque rati pelagus furit. Lucanus libro 9, scribit naturam, quum primam mundo figuram daret, syrtes in dubio terræ pelagiq; reliquisse. Nam neque (inquit) subsedit penitus, quo stagna profundi Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus: Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes: Æquora fracta vadis, abruptáque terra profundo, Et post multa sonant proiecti littora fluctus. Sunt verò & terrestres syrtes in locis arenosis, quum nimirum arenarum cumuli vento agitati faciem terræ mutant, ita vt nunc aggere sublimia sint quæ prius valle residebant, nunc alio in loco profunda vallibus quæ prius excelsa erãt: arenæque agitantur veluti procellæ, syrtim hanc terrestrem facientes, paris cum illa æquorea periculi: nec enim multum interest vndisne an arena quis obruatur. In terris autem huiusmodi periculum flatus faciunt sæuientium ventorum, in mari autem solæ terræ. nam si residerent quæ illic vadosa sunt, nullæ essent syrtes, & è medio pelago adnauigantes, citra offensam appellerent. Certè Pompon. Mela libro 1, tradit in Cyrenaica prouincia esse rupem quãdam Austro sacram: quæ quum hominum manu attingitur, illum immodicum exurgere, arenásque quasi maria agentem, sic sæuire vt æquor fluctibus. Cuius Plinius quoque meminit libro 2, capite 47. Quin & Salustius autor est, in his locis vento exorto & arenam humo excitãte, haud secus atque in mari tempestate homines retineri solere.

Συρτὴς, οῦ, ὁ, Tractus, (q. d. Tractilis) Qui trahitur. Strabo l. 3, p. 64, ἡ δὲ συρτὴ βῶλον ἢ ἀργυρεῖτιν φησὶ κόπτειν. Pag.

præced. dicit, ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται, non solùm ex metallicis fodinis eruitur, sed etiam trahitur. Id est, aquæ seu fluuii trahunt arenã auriferã. subiicit enim, καταφέρουσι δ' οἱ ποταμοὶ καὶ οἱ χείμαρροι τὴν χρυσῖτιν ἄμμον πολλαχοῦ. quemadmodum Pactolus quoque auriferas voluit arenas. Et apud Eust. συρτὴ χιτῶνες, οἱ συρόμενοι. vt sunt σύρματα.

Σύρδιν, Tractim. Exponitur etiam Impetuosè, Funditus: atque ita vsurpasse dicitur Euripides in Rheso.

C. Ἀνασύρω, Sursum traho, seu retraho. vt mulier ἀνασύρει vestẽ dicitur quum ea sursum retracta, pudẽda sua reuelat: itémque aliquis mulieri eodem modo vestem ἀνασύρει, quum ea sublata obscœnas illas partes detegit. vt apud Diog. Laërt. p. 90 meæ edit. Theod. scõmate vtẽs ait, πότερον ὦ πῦτ' ἤδει Σπίππων, ἢ Ἀθηναῖ μὴ εἶ θεόν, ἀλλὰ θεαὶ, ἢ ἀνασύρεις, αὐτῆς τὴ κῆπον ἐθεάσατο; quo loco quidam cod. pro κῆπον scriptũ habẽt κόλπον. Qui accus. videri posset cũ part. ἀνασύρεις iungi, alioqui habente subaud. accus. Hinc ἀνασυρμὴν dicitur mulier quæ pudẽda retegit veste, sursum retracta. Plut. ἀνασυρμὴν καὶ ὀπιδείξασα αὐτῆς τὴ κοιλίαν. Item media voce aliquis ἀνασύρεται vestẽ dicitur pro ἀνασύρει. vt apud Diog. Laërt. Diogenes cynicus adolescenti cuidàm splendidè ornato, & quærẽti aliquid, non se prius responsurum dixit, εἰ μὴ ἀνασυρεάμενος δείξει πότερον γυνὴ ἐστὶν ἢ ἀνήρ. Et apud Plut. in libro De virt. mul. ἀνασυρεάμενα τοῖς χιτωνίσκοις, vestibus sublatis pudendisque retectis. Metaph. Ἀνασύρω significat Detego quod intus est aut quod latẽre & tectum esse decet. vt apud Athen. lib. 12, ex Clearcho, de Anaxarchi vita voluptaria, γυμνὴ μὲν ὠνοχόει παγδίσκη τοῦ βίου, ἡ τοῦ κρίθεῖσα διαφέρειν ὥρα τοῦ ἄνου, ἀνασύρουσα τοῦς δεῖθεν τὴν τοῦ ὅπως αὐτῆ χρωῤῥῶν ἀκρασίαν. ac si diceret, Quæ reuelandis suis pudendis eorum incontinentiam indicabat qui ipsam tali ministerio destinauerant. Et Synes. κομῳδίαν ἀνασυρυμένῳ καὶ πλημμελῆ dixit propudiosam, nec à verbis prætextatis & nuptis abstinentem, obscœnam & impudentem: præterea vitiosam & inconditam. Ita v. l. Vide & Bud. p. 724.

Ἀνάσυρμα, ατος, τὸ, Quod sursum retractũ est: aut, Sursum retrahendo retectũ. At Eubulus comicus per iocũ vocauit furtiuũ cõceptum. Poll. enim scribit eum ἀνάσυρμα πεποθέν nominasse κατὰ γελάσας τὸ λαθρίδιον τῷ ὀνόματι.

C. A P O σύρω, Detraho. Dioscor. ἀπόσυρον πτερῶν, Penna detrahito. seu Detergito. Budæus quoque apud eundẽ ἀποσύρω interpr. Detraho, Abrado. Vnde ἀποσυρεὶς pass. Detractus, Abrasus. Idem Budæus ἀποσύρω pro Retraho capi apud Paul. Ægin. testatur.

Ἀπόσυρμα, ατος, τὸ, Id quod detractum seu abrasum est. Budæus scribit ἀπόσυρμα apud Aristotelem, περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. poni pro Pars elisa, Frustum alicunde abrasum, seu excussum, vel euulsum. Exponitur etiam Locus desquamatus. vt apud Galenum, τὰ χροῖα δὲ ἐπουλωθέντος αὐτοῦ τὸ σπυρὸς ὀδοὺς ὀπὸ πολὺ αἰεδάρη δέρμα, καὶ τὰ ἄρ οὐ ἀπόσυρματος. Et apud Dioscoridem, libro 1, capite 36, πρὸς ἀποσύρματα καὶ πρὸς ἕλκη παρεσβυπκά, ad desquamata & ad vlcera vetusta. Idem alibi itidem, ἀρμόζον πρὸς θλάσματα, ἀποσύρματα, πελιώματα.

C. Δ I A σύρω, Distraho, Ægrè traho. In Hippiatr. ὅταν τρυχάζων ὀλιδήσῃ, καὶ πᾶσαν διασυρῇ. id est, Quum membris distractis agitatur vt ranæ innatantes. sequitur enim, καὶ ὁ λέγοιτο βαπταχίσῃ. Bud. pag. 726. Frequentius διασύρω accipitur pro Lacero, (ea signific. qua Liu. dicit, Lacerare famam alicuius, Lacerare probris: & Cicero, Lacerare optimum virum incesto ore: & Tacit. Crebro rumore vulgi lacerari) id est Obtrecto, Probris & conuitiis incesso, Calumnior: vel Eleuo. Demosthen. Pro cor. ὃν αὐ σὺ λοιδορούμενος καὶ διασύρων καλέσεις Βάπαλον. Idem in eadem oratione, aliquanto pòst, συκοφαντῶν & διασύρων synonymos ponit. quum enim dixisset, Æschinis πολιτείαν & προαίρεσιν similem esse τοῖς τοῖς ἐπαινουμένοις πότε ἀνδρας συκοφαντούντων: subiungit, δῆλον γὰρ ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους ἦσαν τινες τοῖς χρόνοις οἱ διέσυρον τοὺς ὄντας τοτε, τοὺς δὲ πρότερον γεγενημένους ἐπαίνουν. In eadem orat. dicit, καὶ λόγοις τινας διασύρει. Item τὰ χωρία ταῦτ' ἀπὸ τοῦ διέσυρε.

Διασυρμὸς, οῦ, ὁ, Distractio. Peculiari autem significato διασυρμὸς figura esse dicitur orationis qua dictio aliqua ad duo diuersa significata trahitur: vt, Strepit anser inter olores: pro eo quod est Ineptus poeta inter doctos. Aquilæ Romano Διασυρμὸς est eleuatio vel Irrisio. ea figura qua ludentes quæ dicuntur ab aduersariis, dissoluimus. qualis est ille locus pro Murena in Sulpitium. Itidem Iul. Rufin. διασυρμὸν fieri scribit quũrem aliquam aut personam eleuamus. vt apud Tull. Sed repentè euestigio ex homine, tanquam ex aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Meminit huius figuræ Dionysius Longinus in libro περὶ ὕψους, dicens eam esse aliquomodo παρεπόπτωσιν αὔξησιν. Διασυρμὸς dicitur etiam Obtrectatio.

Διασυρτικὸς, οῦ, ὁ, Aptus ad obtrectandum: seu Factus ad lacerandam alicuius famam probris. vt διασυρτικὸν ἐπίγραμμα, Obtrectatorium epigramma, Epigramma quo famam alicuius laceramus, probris eum incessentes. Vel etiam, Quo eleuamus irridemúsque aliquem. vt διασυρμὸς dicitur Eleuatio & irrisio. Epigramm.

C. Ἐπὶ σύρω, Attraho, Post me traho. Cuius significationis exemplum habes in Σύρμα ex Poll. Itidem Basil. vtitur in media voce, sed metaph. dicens, οὐ δὲ πρεσῖὼν καὶ πάλιν ἐπαιῶν ὀπισύρεῖ, de quodã qui sibi in comitatũ asciuerat ἐσμὸν τῶν ἐφεπομένων μωρίον. Vbi sicut aliquis dicitur ὀπισύρεσθαι quos in comitatu post se trahit, ita vicissim illi ὀπισυρόμενοι dicuntur ἑφέπεσθαι, sequi illum, seu eum præeũtẽ à tergo sequi. In incessu aut cursu ὀπισύρεσθαι dicitur qui pedes velut ægrè trahit post se. Xenophon in Cyneg. de lepusculis, ὑγρομελῆ ὄντα ἐπισύρεται ὅλα ὀπὶ τῆς γῆς. quæ verba Budæus pagina 726, sic interpret. Ingrediendo toto corpore terrã stringunt, & luculentiora vestigia imprimunt, Quasi tractim sese agunt. Idem Budæus pagina præcedente, Ἐπισύρω interpr. Tractim duco, Strictim traho: afferẽs hũc locũ ex Hippiatr. de equo ægrotante, καὶ πρεσπαῖν ὀπισύρει τὴν οὖχα, sicque vertẽs, Ingreditur vngula nõ sublata. (nã vngulas seu pedes nõ tollũt ægri equi, sed ægrè post se trahũt) Et hunc, καὶ ὀπισύρει τὰ ὀπίσθια, sic reddens, Erigere posteriores pedes non potest. Aristoteles itidem libro 8 Hist. anim. hoc signum τῆς ἵππου ἀρρωστίας ponit, quum τὰ ὀπίσθια σκέλη ἐφέλκει ὀπὶ τὰ ἐμπρόσθια. id est, quum posteriora crura languidè priora subsequuntur, vt idem Budæus interpr. pag 418. Rursum pag. 725 idem affert duos locos, vnum ex Lysia, alterum ex Demosth. quorum ille dicit, ἀπολογήσεσθαι, ὀπισύροντα τὰ πρεσβύματα, καὶ διακλέποντα τὴν ἀπολογίαν τῷ κατηγορείᾳ: hic autem, ἵστως ὀπισυροντες ἐρουσιν ὦ, & quæ sequuntur. Vbi non assentitur enarratori Demosthenis, ὀπισύροντες exponẽti διασύροντες, οἷον εἰς ἔδαφος ἕλκοντες, διαβάλλοντες, οὐ δὲν ἀληθῆς λέγοντες: sed hisce duobus in locis ὀπισύροντες significare putat, Ambage verborum qua de re agitur implicantes, quasique rem in longum tractim ducentes, Cardinem causæ non attingentes, Iudicum mentes aliò atque aliò trahentes, multa commemorando ad rem nihil pertinentia. Quod satis intelligendum dari ait ex eo quòd διακλέποντα τὴν κατηγορείαν dixit Lysias: significans, patronum non rectà ad cardinem causæ venire & pedem conferre, sed velut ludificari, frustrarique & tergiuersari. Ἐπισυρμὸν, inquit ibidem) dicitur ètiã Malè coagmentatũ, Dissolutũ, Laxum & incõpactile, & velut hiulcũ. Lucian. γράμματα ὀπισυρμῶν vocat literas hiulcas, tractim ductas ab homine celeriter scribente. ET Ἐπισυρμῶς τι ποιεῖν dicitur pro μὴ ἀκριβῶς quasi Tractim & languidè. Significat etiã Dissolutè, Inconditè, Incompositè, Remissè, Sensim. Hæc Bud. pag. 726, subiungens hunc locum Cicer. ex 2 De orat. Quod tuum principium, dii immortales? qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque verborũ sic reddens Græcè, ὁποῖόν τι τὸ ἐν χρῷ τοῦ τῆς λόγου, καὶ τὸ ὀπισυρμῶν; Et hunc, Genus orationis fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens. Alibi itidem ab eodem Cic. Tracta & fluens oratio opponitur conrortæ, τὴν συστραμμένην. Certè ὀπισύρεσθαι & συστρέφεσθαι opposita sunt & ipsa.

Ἐπίσυρμα, ατος, τὸ, Idipsum quod aliquis post se trahit. seu Vestigium corporis tractim sese agentis. Hippocr. in ep. ad Philopœm. de draconibus, seu anguibus Æscu-

lapium ſequentibus, ἐπιγράφοι μακρῷ τῷ ὀπτούμενῳ. A Xen. in Cyneg. de ceruo tendiculam trahente, ἔσται ὁ ὁλκὸς τοῦ ξύλου οὐκ ἀδηλος. οἱ γὰρ λίθοι ἔσονται κεκινηκότοι, τά τ' ὀπτούμενα τοῦ ξύλου καταφανῆ ἐν τῇ ἕρσῃ. Vbi nota ὁλκὸν & ὀπτούμενα ſynonymos poni pro tractu ſeu ſulco quē facit τὸ ὀπτουρούμενον ξύλον.

C. ΚΑΤΑσύρω, Detraho, Deorſum traho, Ex alto traho in imum. Alciphron in epiſt. τὸ πρῴω νεωλκηθὲν σκαφίδιον παντελῶς κατεσύραμεν, ſtatim in mare detraximus, (vt Hirt. dicit Naues in terram detrahere) ſeu, Confeſtim deduximus in mare ſcaphulam, quam paulo antè ſubduxeramus. Idem, μικρὸν καὶ τοὺς φελλοὺς ἐδέησε κατασῦραι ὑφαλον τὸ δίκτυον ἐξωγκωμένον, Parum abfuit quin rete graua tum pondere ipſos etiam ſuberes detraheret in mare & ſubmergeret. Et Philo De mundo, ἅπασαν τὴν ὕδατος κατασύρει φύσιν, vniuerſæ aquæ naturam ſecum detractam inuehit. Itidē lapis à ſuo pondere dicitur κατασύρεσθαι è loco arduo in decliuē: vt apud Greg. ἀεὶ μὲν ἀνωθούμενον, ἀεὶ δὲ κατασυρόμενον. vbi de Siſyphi ſaxo intelligit. Pulchrè & Arethas comm. in Apoc. c. 9, dicit voluptates carnales τῷ ἑαυτῶν ὀλισθήματι τοὺς δελεαζόμενας κατασύρειν, ad inferos detrahere. Sic Gregor. de Iud. εἰς εἰς Βαβυλῶνα κατασυρέντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ob ſua peccata in Babyloniam pertracti. Quibus adde hoc Lucæ, cap. 12, μή ποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν, ne te aduerſarius pertrahat ad iudicem, & quaſi obtorto collo trahat, vt Cic. loquitur. Hæc ferè ex Bud. pag. 726 & 727. Idem pagina 726, κατασύρω interpr. Populor, Diripio, Vexo: afferens ex Polybii libro 2, ἀδεῶς ἐπέτρεχον καὶ κατέσυρον τοὺς τῆς χώρας. addēnſque, alibi quoque ſæpe ſic vti. Addit & hunc locum Herod. ex Terpſich. D κατὰ μὴν ἔσυραν Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης τῆς Ἀττικῆς πολλοὺς δήμους. vbi per tmeſin κὰτ' μὴν ἔσυραν pro κατέσυραν.

C. ΠΑΡΑσύρω, idem quod παρασύρω & παρατρέπω, ſeu παρατρέπω, Præpoſterè traho, Traho in latus in quod trahere non decet, Peruerto, Diſtorqueo. Greg. εἰς Ἀθανάσ. de quodam ſcelerato loquens, παρασύρων τὴν χρυσῆν τὴν ἀλήθειαν. quo ſenſu Plut. dicit παρασρέφειν τὴν ἀλήθειαν. Idem in epiſt. ad Baſil. δέος παρασυρίσαι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, Periculum eſt ne veritas ab hæreticis peruertatur & deprauetur. ſeu Ne hæretici perperam & peruerſè E interpretentur verbum veritatis, vt B. vertit. Similis locus eſt hic eiuſdē Greg. inuect. in Iul. ὑπὸ τῶν πιθανωτέρου παρεσύρη, trāſuerſus trahebatur. Sic idem, μηδὲ πιθανότητος λόγοις παρασυρόμενος, de eo qui ſpecioſis ac probabilibus argumentis tranſuerſus rapitur ac ſeducitur. Et rurſum, ἁπλότητι παρασυρόμενον, propria ſtoliditate arque imperitia ſeductum, & in diuerſum à cōmoda vita abductum. Et Luc. in Nigr. de voluptate loquens, ὑφ' ἧς δὴ ῥεύσης ἀεννάου τε καὶ θολερᾶ ῥεύματι παρασυρεῖ, καὶ ψυχῆς ὑποκλυζομένης πάντῃ, αἰδοῦς τε καὶ ἀρετῆς. Vbi metaphoricus F huius verbi vſus eſt: proprius verò apud Baſil. in orat. ad diuites, ὡς ἂν οἱ πλημμοὶ αὐτῶν ἀπόστασιν λαβόντες τὴν αὔξησιν, τῷ βιαίῳ τῆς φορᾶς τὰ ἐνιστάμενα παρασύρουσι, omnia obſtātia, tranſuerſa auferunt. Hæc ferè Bud. pag. 727. Idem ibidem παρασύρειν ait ſignificare etiam idem quod Abſtraho & auello, afferens hunc locum Diodori ex hiſtoria Alexandri, ὥστε πολλὰν μὴν βεαχόνας συὶ αὐτῆς τῆς ἀπίσιν ἀποκόπεσθαι, οὐκ ὀλίγον δὲ τραχήλους παρασύρεσθαι. vbi tamen poſſit παρασύρεσθαι accipi & pro παρατρέφεσθαι, peruerti & deprauari. (Bayf. certè, quod Diodor. Sicul. libro 20 dicit, παρέσυρον ἀλλήλων τοὺς παρτοὺς, ſic vertit, Inter ſe remos detorſerūt) In Hippiatr. (inquit Bud. ibidē) legimus de equo torminoſo, παρασύρεται τὴν κοιλίαν τῷ ἐδάφει, ventrē humi apprimit diſtorquendo. Heſych. παρασύρει expon. non ſolùm παρατρέπει, ſed etiam χαυνοῖ.

C. ΠΕΡΙσύρω, Circumcirca traho. ſeu Circumeundo & obeundo traho. περιφέρω. Gregor. inuect. 2 in Iul. de philoſophis, οἱ τοῖς βαθείαις ὑποῤῥώαις ἕλκοντες, καὶ τὸ κομψὸν περισύροντες ἡμῖν πεδῴνιον. Dicuntur autem περισύρειν τὸ H πεδῴνιον, quoniam ſtolam illam longam huc illuc obeuntes trahunt. nam propriè prolixis ſeu promiſſis veſtibus σύρμα trahitur. Exponitur etiam In diuerſum traho: à Bud. Diſtraho, Diuello, Lacero, Vexo, Diripio: pag. 726, vbi affert ex Polyb. libro 4, τὰ θρέμματα τῆς θεοδωρείσυραντες ἀπήγαγον. Gregorius in orat. de ſancto paſch. οὐδὲ ἀπορριφήσεται καὶ περισυρήσεται, ἵνα μὴ δοθῇ πᾶσι τοῖς κυσὶ καὶ κακοῖς τὸ λόγου σπαρασκήσας, non relinquetur à canibus diſtrahendum & laniandum: de agno paſchali loquēs. Luc. αὖω καὶ κάτω περισύρομαι, Huc illūcque circumagor & inuitus rapior. Bud. pag. 726. Sed hic poſterior locus, quē ex Luciano affert, pertinet potius ad prius περισύρω, ſignif. Circumcirca traho, ſeu rapto. Alii interpr. Huc, illuc abripior & diſtrahor.

C. ΣΥΣσύρω, Diuexo, Contumelioſè tracto. Bud.

B C. ΥΠΟσύρω, Ex imo ſurſum traho, Funditus euello, Stirpitus extraho. Bud. interpr. etiam Imminuo, Subduco. Chryſoſt. comm. in epiſt. ad Rom. capite 12, διὸ καὶ σωματικῶς ὑποσύρει τὸ νόσημα, καὶ καταστέλλει τὸν φλεγμονῶδ. Quo ſenſu alibi dicit ὑποσύθη. Et ſicut ὑποσύειν eſt Subtus fodere vt concidat, Subruere: ita ὑποσύρειν interpretari queas Subtus trahere vt collabatur. Idem Bud. p. 717, ſcribit Greg. in l. περὶ φιλοπλουτίας ſibi videri verbo ὑποσύειν vſum eſſe pro Allicio & ſubdolè attraho, quum ait, ἀεὶ τῷ λύχνῳ τῆς ἡδονῆς ὑποσύρουσα καὶ ἐπανιστῶσα τοῖς C ἀσενεστέροις τοῦ φρονεῖν τέρας.

ΣΥΡΦΕΤΟΣ, οῦ, ὁ, deriuatum à σύρω videtur, tum aliis tum Heſychio, quippe qui exponi à nonnullis dicat συρμὸς ἀκάθαρτος. vbi συρμὸς ἀκάθαρτος accipio pro σύρμα ἀκάθαρτον, ſordes & purgamenta quæ raſtro aut ſcopis corraſa ſunt. Ab eodem exponitur & κονιορτὸς μετὰ κόπρων, puluis ſtercoribus permixtus. Suidæ quoq; eſt κονιορτὸς μετὰ κοπρίων, & ἡ ἐξ αὐέμου συλλεγομένη κόπρος, Stercora ſeu fimus qui à vento cogitur in aceruum aliquem: & κόπρος φρυγανώδης, Sterquilinium (ſeu fimus) mixtum ſarmētis. Poſſis interpretari etiā συρμὸν πὴν κόπρον, de quo ſuprà. Heſiod. certè συρφετὸν accepit pro σύρμα, id eſt aceruo ſtipularum, palearum aut foliorum raſtro ſcopiſve collectorum, in Erg. 2, Χόρτον τ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετόν, ὄφρα τοι εἴη Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπέταιον. Vbi Procl. & Moſchop. exp. συρφετὸν πτα φυλλάδος καὶ ἀχύρων καὶ τῶν τοιούτων. Redditur συρφετὸς & nomine Quiſquiliæ. Metaph. autem dicitur de vilitū ſeu abiectorū & cōtēptorū hominū turba collecta, ſeu de hominū colluuie. Luc. De hiſt. ſcrib τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πλοῦν δῆμον. Et in Hermot. ἡμεῖς ὁ συρφετὸς καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρρόμβοι ἐσμὲν, nos promiſcua illa multitudo & plebeia colluuies. Sic comicus quidā apud Athen. l. 9, Ὅταν μὲ ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετόν. Pro quo συρφετὸς etiā συρφετώδης ὄχλος dici, paulo pòſt docebo. Plut. pro aceruo & cumulo, σύρματων modo, ſeu pro farragine, accepit in Polit. præcept. ἥδιστα χλοῖς καὶ βραχεσίοις στεφάνοις, ὧν συρφετὸν ἂν τις ἠνήσαιτο τοῖς πλείστοις. Suidæ συρφετὸς eſt nō ſolùm ἀγυρτώδης ὄχλος, ſed etiam ἀγυρτώδης λόγος, incondita verborum colluuies. Ab eodem & Heſychio exponitur etiam χειμών. Forſan idem quod σύρμα ἀνέμων aut σύρμα κυμάτων, quum rapido tractu tempeſtas obruit aliquem.

Συρφετώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, adiect. vt quum Lucianus dicit, συρφετώδης ὄχλος, Vilium & abiectorum hominum colluuies. Q. d. Colluuialis quædam multitudo: ſi hoc fingere liceat. Sic Plutarchus De educatione puerorum, τοῖς τοῖς συρφετώδεσιν ὄχλοις ἀρέσκοις καὶ κεχαρισμένοις ὅσπερ δεύοντας λέγων. Luc. in libro De ſaltat. dicit etiam, οἱ μὴν συρφετώδεις καὶ αὐτοῦ τοῦτο ἰδιῶται. pro ὁ συρφετώδης ὄχλος, ſeu ὁ συρφετός. Item συρφετώδης, Inconditus, Incompoſitus in modum τοῦ συρφετοῦ. Plutarchus in ſuo περὶ ἀοργησίας libello, ἐκ πνος λαλιᾶς καὶ συρφετώδους βωμολοχίας.

Σύρφαξ, ακος, ὁ, idem quod συρφετώδης ſeu ὀχλώδης, vt Suidas exponit in hoc loco quem citat, ὅστερ δὲ αὐτὸν πλέον πρὸς πειαύτω μαίνεσθαι δέξαν τὸ ὑπὸ δήμου σύρφακος ὀν δυφημίαις αἰσχαλεῖσθαι Πύῤῥον. Lucianus quoq; & Phrynichus ita vſurpaſſe feruntur. Alioquin ſubſtantiuè quoque accipitur pro συρφετὸς ſeu συρφετώδης ὄχλος, vt apud eundem Lucianum in Lexiphane, μετὰ τοῦ σύρφακος βύζιν ὠστιζόμενοι. Et apud Ariſtophanem in Veſp. τὸν σύρφακα τὸν ἄλλον, cæteram vilem multitudinem, ſeu vilem plebeculam: de veſpis.

ΣΥΣ, υὸς, ὁ vel ἡ, Sus, Porcus: παρὰ τὸ σύειν ſeu σύειν, i. ὁρμητικῶς ἔχειν, vt Etym. & Euſt. tradūt. Quod optimè cōuenit cum epitheto Fulmineus, quod Statius

Statius ſui tribuit. Odyſſ. τ, Οὐλὴ τὴν ποτέ μιν σῦς ἤλασε A λευκῷ ὀδόντι. Plut. in præcept. ſanit. συσὶν ὀδὶ φορυτῷ μορμανόσαις: vt apud Horat. Amica luto ſus. Odyſſ. κ, σύες χαμαιβυνάδες. Iliad. ι, — σύες θαλέθοντες ἀλοιφῇ. Aliquanto antè, συὸς σάλοιο ῥάχιν πεθαλυῖαν ἀλοιφῇ. Il. π, σῶν ἀκάμαντα: vt & Iliad. ν, σῦς ἀλκὶ πεποιθώς. quod de agreſti ſue ſeu apro accipiendum eſt. vt Il. ρ, συὸς ἔγκελος ἀλκὴν Καφρίῳ. Aliquanto antè, — συὸς κάπρου ὀλοόφρονος, οὔτε μέγιστος Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι τοῖ ἐδένει βλεμεαίνει. Sic à Latinis poëtis Aper dicitur Indomitus: item Trux, Timendus dente. Rurſum Il. ι, — χλωρὸν σῶν ἄγριον ὀρχαθόεντα. Il. μ, B Ἀγριόπρωτον σύεσσιν ἐοικότες. Itidem apud Xenoph. in Cyneg. & Pauſ. Attic. συὸς ἀγρίων θηρᾶν. Et Plut. Symp. 3, σῶν ἄγριον ἀμεγέθη. qui comp. vocabulo σύαγροι nominantur. Rurſum Homer. Odyſſ. σ, — συὸς λιπόβοτείρης. vt apud Ouidium, Vaſtator aper. Item συὸς συβόσια, Odyſſ. λ & ξ, ſuum ſeu porcorum greges: quemadmodum apud Heſiod. in Aſp. συὸς ἀγέλαι χλοώων. Rurſum Odyſſ. ξ, κλαγγῇ συὸς αὐλιζομένῳ. Et Odyſſ. λ, συὸς ὀπιθόπτερα κάρηνα. Et apud Plutarchū, οὔθατα συὸς ὀπτόκων. Cæterùm an ὗς ex σῦς factum ſit, an contrà, C non ſatis conſtare, docebo paulo pòst in Υς.

C. Συοκάστωρ Heſych. exp. συοφορβός, id eſt Subulcus, dicēs eſſe & ὄνομα βαρβαρικόν. At in lex. meo vet. LEGITVR Σύραγρος, ὑοφορβός, ἐρχάτης. Quæ verba apud etymolog. quoque habentur.

C. Συοκτασία, ης, ἡ, Suis mactatio, ſeu Suis cædes, in Epigr. ITEM Συοκτονία ſimiliter pro porcorum cæde affertur ex Dionyſ. De ſitu orb.

C. Συοτρόφος, ου, ὁ & ἡ, Qui ſues alit, Qui porcos alit. Exponitur etiam Apros nutriens.

C. Συοφόντης, Suum interfector. Fœm. Συοφόντις, Suum ſeu aprorum interfectrix. Epigramm. lib. 2 in venat. Σῶν κυνὶ καὶ λόγχαις τῆς πρὶν συοφοίτιδι Μαρκος Μηδὲν ἑλὼν, αὐτὸς τοῖς κυνέσσι ἐκρέμασεν, cum venabulis quibus antea apros conficiebat.

C. Συοφορβός, ῶ, ὁ, Suum paſtor, Suillum gregem paſcens, Subulcus. σῦς τρέφων, vt exp. Heſychius. ET Συοφόρβιον, ου, τὸ, Grex ſuum qui paſcuntur. Itidem Heſychius συοφόρβια exponit συῶν ἀγέλαι: addens & longè aliam interpr. ἢ χοίρων ἀσφαλεῖς δεσμοί. Apud eundem LE- E GITVR Συοβαύζαλοι, συῶν αὐλισθέια καὶ κοιμητήρια, Subilia, Loca vbi ſues ſtabulantur ſeu dormiunt, Haræ. ITEM Συοβοιωτοὶ, οἱ Βοιωτοὶ σύες, porcini Bœoti. nam irridebantur Bœoti ob porcinos mores & immunditias.

C. Σύαγρος, ου, ὁ, Qui ſues capit, Qui apros venatur. ὁ σῦς ἀγρεύων, vt Athen. lib. 9 exp. afferens hunc verſum ex Soph. de cane, Σὺ δ' ὦ σύαγρε, πυλιωτικὸν βρέφος, qui apud Euſtathium quoque legitur, pag. 1872, vbi teſtantur eſſe & nomen proprium. ¶ Alioqui σύαγρος dicitur ὀξὺ F τῶν συὸς τῶν ἀγρίων, vt ibidem Athen. annotat. (Quin etiam vt ibi annotatur, à Siciliæ incolis σύαγρος VOCATVR Ἀγρέδωρος: affertúrque hic locus ex Æſchylo, — ἔδυ δ' ἐς αὔτρον ἀγρέδωρος ὡς, velut aper. Et ex Scira, comico Tarentino, Ἔνθ' οὔτε πυμιλὼ ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ, Οὔτ' ἀγρέδωρος νεμόμενος καπρώζεται. Qui verſus ab Euſtathio quoque citantur pag. 1871. vbi & ipſe ex lexico rhetorico hæc aſcribit, Ἀγρέδωρος, ὁ σύαγρος παρὰ Γαλιώταις: reprehendēs eos qui ἀγρέδωρος expoſuerunt ὁ ἄγρια δωρούμενος: quaſi idem eſſet quod μεγαλόδωρος) VNDE G Συάγρειος SIVE Συάγριος, ου, ὁ, Aprugnus, Qui eſt ex apro. Lynceus Samius in epiſt. ad Apollodor. apud Athen. lib. 9, ἵνα τὰ μὴν ἄγκα τῆς πυγῆ, τὰ δὲ συάγρια μετὰ τῶν φίλων αὐτὸς ἔχῃς. vbi ſine diphthongo ſcribitur, cum diphthongo autem apud Dioſcoridem lib. 2, capite 90, συάγρειον σέαρ. ſicut ἄγκον, μόγδον, ἐλάφειον, & huiuſmodi. ITEM Συαγρίδες, αἱ, pilcium genus apud Athen. lib. 7.

C. Σύαγχος, Sues ſtrangulans, Sues ſuffocans. Heſychio σύαγχος, ῥίζα ἐν ᾗ σύες θηρεύονται. Quibus verbis ſignificare H videtur radicem qua venatores ſolent ſuffocare & capere apros.

C. Συβόσιον, ου, τὸ, idem quod συοφόρβιον paulo antè, Grex porcorum, Grex ſuum qui paſcuntur. Iliad. λ, v. 679, & Odyſſ. ξ, v. 101, Τόσσα συῶν συβόσια, πόσ' αἰπόλια πλα- τέ' αἰγῶν, tot ſuilli pecoris greges. vbi genitiuus συῶν ὀκ πρωτοτασίας additus eſt. Suidæ συβόσιον eſt τὸ χοιροφορβεῖον, quo nomine videtur ſignificari etiam Subile, Hara, Strabulum in quo ſues ſeu porci nutriuntur.

C. Συβωσία apud Poll. legitur lib. 1, cap. 12, συβώτης δ' ἐρεῖς, (inquit) καὶ συβωσία, καὶ συφεοὶ, καὶ σύφοι, καὶ χοιροκομεῖα, ἑρεγμὸς συῶν. Vbi ſi ſynonyma facit συβωσία, συφεοὶ, χοιροκομεῖα, ſcribendum erit potius συβώσια, vt idem ſit cū συβόσια: quod & ipſum accipitur pro haris ſeu ſuilibus, id eſt ſtabulis in quibus nutriūtur porci. Suid. certè συβόσιον exp. χοιροφορβεῖον. quod ſynonymum eſſe puto τῷ χοιροκομείῳ, quod ex Poll. paulo antè habuimus. Sin Συβωσία mendo caret, ſignificabit Suum ſeu porcorum paſtura: ſeu Porculatio, Porcorum nutricatus, vt Varro loquitur. Pro ἑρεγμὸς autem legendum puto ἔρχμος vel ἔρχμα.

C. Συβώτης, ου, ὁ, Suum paſtor, Subulcus, Porculator, vt Columella loquitur. idem quod συοφορβὸς ſeu χοιροβοσκός. Odyſſ. ν, — συβώτῃ εἰσαφικέσθαι. Odyſſ. ξ, — Εὔμαιε συβῶτα. Odyſſ. ρ, — ἀμέλγετε συβῶτα. Vtuntur & proſæ ſcriptores. vt Plato Polit. 2, ἐπὶ τῇ καὶ συβωτῇ πρεσβευόμεθα. Athen. lib. 11, συβῶται καὶ νομεῖς καὶ οἱ ὀν ἀγροῦ, ὡς Εὔμαιος, ſubulci & paſtores. VNDE Συβωτικὸς, ῆ, ὁ, Ad ſubulcos pertinens, Subulcis proprius. vt συβωτικὸν μέλος ſeu αὔλημα, Carmen ſeu cantilena porculatorum, Carmen quod ſubulci ſolēt modulari arundine. Poll. lib. 4, cap. 7, ex Plat. comico, συβωτικὸν μέλος αὐλεῖν. Vbi legitur ET Συβώτεια, haud ſcio an pro συβώτεια ᾠδὴ, Subulcorum propria cantilena: an pro Subulca, Mulier quæ porcos paſcit.

D C. Συφορβὸς, idem quod συβώτης & συοφορβὸς, ſeu χοιροβοσκός. Homerus adiectiuè vſurpauit, dicens Iliad. φ, Ἔρχθέντ' ὀν ποταμῷ μεγάλῳ ὡς παῖδα συφορβὸν, veluti puer aliquis qui porcos paſcit. VNDE Συφόρβιον, ου, τὸ, idem quod συβόσιον, Grex ſuum qui paſcuntur. Apud Suid. legitur ET Συφορβία, ἀγέλη χοίρων, Grex porcorum. Significaret tamen potius Porcorum paſtura: quomodo & συβωσία mihi exponendum videri, ſuprà dixi. Sed nota, hoc vocabulum non in ſua ſerie apud eum poſitum eſſe, verùm poſt σιωοιχήσεται: vt ſuſpicer eum ſcripſiſſe συοφορβία.

Συώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Porcinus, Suillus. Dicitur in hominem immundum & ſpurcum, in modum ſuis amicæ luto. legitúrque apud Suid. συώδεις, ἀπὸ τῶν τῆς ὑείας δλιφωνιμένων. Exponitur etiam ἀμαθής: item Truculentus.

Σύειος, Suillus, Porcinus, Qui ex ſue ſeu porco eſt. vt σύεια κρέατα, ſuillæ carnes. Athen. lib. 3, ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ ὀρκὶ τῶν ὀρέων, ὡς καὶ ὀν τοῖς συείοις ἡ χάλαζα.

Συϊκὸς, ῆ, ὁ, ET Σύϊνος, Suillus, Porcinus. Ex Epigr. Sed videtur συϊκὸς, vt συώδης, dici etiam poſſe Qui ſui ſeu porco ſimilis eſt immunditie. AT Σύϊλλος apud Plut. in Public. cognomen eſt Latinum Græcis ſcriptum literis, SICVT ET Καπρόριος.

Συαὶ, άδος, ἡ, Sus. Nam Heſychio teſte συάδες dicuntur αἱ σύες, ἑρμηνευόμενον. Apud eundem legitur Σύας, κύων τις πολυρρήνιος.

Σύαινα, ης, ἡ, quod ſuculam interpretari queas. piſcis nomē eſt apud Oppianum: fortaſſis is quem Plinius porculum marinum appellat, lib. 9, cap. 15. Oppianus (inquit Hermolaus Barb. Caſtig. in Plinium lib. 32, cap. 11) duos piſces nominat, σκίαιναν, ab vmbra dictam: & σύαιναν, à ſue. quem proinde Græci recentiores choerillam interpretantur, hoc eſt porculum.

Συῆλαι, Volutabra ſuum, Loca cœnoſa ſeu lutoſa in quibus ſues volutari amant. Heſychio τόποι βορβορώδεις.

Συλωέω, ῶ, Sum συώδης, ſeu συϊκὸς, Porco ſimilis ſum ſpurcitia & immunditia. Annotat enim Suid. Platonem philoſophum συλωεῖν vſurpare pro συῶδες ποιεῖν, & ἀμαθῶς διαστρέφεσθαι. Apud eundem Suidam ITIDEM Συλωία ET Κυλωία, ἀμαθία, σκαιότης, Siniſtra imperitia, Ineptia. quod ex Pherecr. affert. Eadem hæc leguntur in lexico meo veteri, & apud Etymolog. niſi quòd pro κωνεια HABETVR Υλωία: Quod magis probo quàm κυλωία apud Suid. & aliàs ſignificaret Canina ſpurcitia, Canini mores: ſicut

συνία siue ὑλία significat Porcina immunditia, Porcini mores: ὑάδη ἤδη. Hesych. συλία exp. πεζεχή, ἀνδία, addens, ἀπὸ συῶν. ¶ Συλία Suidæ est etiam πολις, id est quædã vrbs. SIC ET Συλὼν vrbis cuiusdã & insulæ nomen est in Ægypto, teste Strab. & Plin. VNDE Συλωάτης ET Συλωίτης, ου, ὁ, Qui ex Syene est, Syene ortus. quorum illud apud Suid. legitur, hoc apud Plinium: qui lib. 36, c.8, Syenitæ etiam lapidis meminit: Circa Syenem verò Thebaidis (inquit) Syenites, quem antè Pyrrhopœcilon vocabant. ¶ Porrò συλὼν à Suida exp. etiam δέρματοθήκη. (AT Συῆν, ἡ συείᾳ, inquit. Item apud eum paulo pòst legitur, Σύειον ἔλαιον, καὶ σταῖμον, ὦ ἐρέοντο οἱ σοφοὶ Κλέων φραπυδίης.) Fortassis autem his verbis, συλὼν, δέρματοθήκη, intelligit ἠκλὼν ἐκ συείου δέρματος, thecam ex corio suillo. Vide συβῶν paulo post.

Σύβαξ, ακος, ὁ, Qui porcinis moribus est. vnde apud Hesych. legimus, Σύβακα, συῶδη. Apud eundem LEGITVR Σόβας, λάγνος: ET Σιβαλλας, ὁ καταφερὴς πρὸς τὰ ἀφροδίσια. vt significent, Procliuis ad venerem more suis, Salax & libidinosus in modum suis. Esse autem libidinosum animal, ex verbo καταβῶ, & Latino Subare, colligi queat: præterea ex fœcunditate. bis enim quotannis parit.

Συβῶν, idem quod συλὼν, quod dixi videri mihi significare ἠκλὼν ἐκ συείου δέρματος, Thecam ex suillo corio, Suida exponente δερματοθήκη: quum eidem συβῶν sit ἡ δέρματι ἡ αὐλοθήκη, siue φαρέτρα, coriacea tibiarum theca, aut pharetra: afferenti hunc locũ Aristoph. in Thesmophor. circa finem, vbi mulierculæ dicenti, πέρσειν πίνω φέρε, id est d. chmam pro concubitu, respondet Scythes sagittarius Ἀλλ' οὐκ ἔρμα σύβειν· ἀλλὰ σιβῶν λάβε, Nihil nummorum habeo: sed accipe hanc coriaceam sagittarum thecam. Hesych. quoque exp. πεζεχὴν: item αὐλοθήκη, addens etiam, ἡ ἱππικὸς χιτών. Apud Poll. LEGITVR Συβίνη: lib. 7, cap. vii. vbi πιπτικὰς πεχίας recenset: ἡ ἢ αὐλοῦ θήκη, συβίνη. Hesychio autem συβίνη est καρυοβόλιον, hasta qua apri figuntur, Venabulum quod iaculantur venatores in apros: qualis suprà ἡ συφόπις λόγχη, Hasta qua feri sues conficiuntur. Idem Hesych. exp. etiam ἐμβόλιον. Quo verbo rete significari puto quod suibus feris seu apris tenditur: NAM Ἐμβόλιον retium generi à Poluce annumerari, suprà docui, tomo 1, col. 680, A.

Cæterùm pro Συβῶν & Συβίνη alicubi scriptum LEGITVR Σιβῶν ET Σιβίνη. vt apud Poll. lib. 10, καὶ σιβῶν ἢ, πῶν ἢ αὐλοῦ θήκη καλεῖται: quam ibidem γλωσσοκομεῖον appellat, quòd ibi reponantur tibiarum lingulæ. Posterius Σιβῶν pro venabulo vsurpatum legitur non apud λεξικογραφους solùm, verùm & apud lexicographos. Hesych. enim σιβῶν esse dicit ὅπλον δόρατι παρεμφερὲς, Telum hastæ affimile, Spiculum, vt quidam volũt: Suid. ἀκόντιον Ῥωμαϊκὸν, Iaculum Romanis vsitatũ. Diodor. Sicul. ἢ ἄξιον τὰ πρεσβύτερα χρυσᾶ κατασκεύασε, φοῖνικας ἐκ χρυσοῦ λεπτοῦ σιβῶνα ὁλόκληρα κατεσκεύασε. vbi interpr. Hastile. Aliquoties apud Athen. legitur, vt lib. 5, p. 61, editionis Ald. αὐτὸς ἐπὶ τὸν ἐπιφανεστάτου ἀνεκρὶ δύω, ἔχοντες σιβῶνας ὀστρακίνους. Et lib. 12, de Alexandro magno, πολλάκις τῶν Περσικῶν τινὶ ἐπιφανεστάτῳ, ἀνῆκεν ἢ ὤμων, τὸ, τὸ πρῶτον καὶ τῶν σιβῶνα. VNDE Σιβωνίον, ου, τὸ, Parua σιβίνη: Hastula interpretatur Budæus: alii Hastile, Spiculum. Polyb. οἱ γὰρ ὑπὸ τῶν λεγομένων σιβωνίων συμπίπτοντες, τὸν τρόπον ὃν ἢ ἢ πρεσβυτέρων. Eiusdem cum σιβῶν signif. est NOMEN Σιγωνὶς, SIVE Σιγωνὶς. Suidas σιγωνὶς simpliciter ait à Macedonibus vocari δόρατα: Hesych. verò exp. ξύστα δόρατα, item ὀλοσιδήρους ἀκόντια. Exempla huius vsus affert Suid. ex Epigramm. hæc, Τῷδε παρ' Ἡρακλῆ Ἕρμε τὸ σιγωνίον. Item, Τὸν κοῦρε, τὸν πόρον τε, καὶ ἀλκὴν ἐπὶ σιγωνίῳ. Vbi etiam nota, mediam syllabam corripi in σιγωνίῳ, produci in σίγωνον. nisi potius σίγωνον scribendum sit, gemino ν. At apud Hesych. legitur σίγωνι, duplici γ, perperam.

Σιφαὶς, ῆ, ὁ, Subulcus, Porculator. χοιροβοσκὸς Hesychio.

Σφετὸς, ῆ, ὁ, Stabulum suum, Hara porcorum, Suile. πόρος ὅπου αἱ σύες τρέφονται, Hesychio: qui συφεὸν exp. etiam οἱ ἢ ὑῶν οἶκοι. Ipse Homerus satis apertè indicat quid eo nomine intelligat, quum ait Odyss. ξ, v. 13, — συφεοὶ δυοκαίδεκα πίσω Πάντων ἀλλήλων, ὅσσαι σύες. Idem Odyss. κ, Ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξαι ἑταίρων. Vbi NOTA Συφεόνδε adueribialiter positum pro εἰς συφεὸν, sicut οἴκονδε, πόλεμόνδε, pro εἰς οἶκον, εἰς πόλεμον.

Συφεὼν, ῶνος, ὁ, idem. Agathias apud Suid. ὡς ἂν ἐν συφεῶσι καὶ μαίδραις τὰ τῶν Ῥωμαίων μεδιῶντες σφαιρίσματα, in haris & caulis. Suidæ quoque συφεὸς & συφεὼν sunt τόπος ὅπου αἱ σύες τρέφονται.

Συφὸς, ῆ, ὁ, idem, teste Polluce cuius verba citaui in Σιβωνία.

Σύπες vocabant Hippocratis filios, item Panætii & Memnonis, εἰς ὑλίαν καμωδιῶντες, vt annotatur in lex. meo vet. vbi pro ὑλίαν scriptum habetur etiam συλίαν. quorum vtriusque suprà facta est mentio.

¶ Ὑς ex σὺς factum esse traditur in lex. meo vet. σὺς autem ἀπὸ τοῦ σύειν: cuius etymi facta mentio fuit & suprà. Affertur tamen & aliud ibi etymon, nimirum ὡς dici ἀπὸ τοῦ ὑέειν, quoniam id animal φιλεῖ βόρβορον & ὕδατα ὀσφραίνεσθαι. Quam deriuationem sequendo, ὗς prius esse dicendũ foret: sed luto potius amicam esse suem, (vt loquitur Horatius) quàm simpliciter aquæ, nemo ignorat. Atque adeo apud Athen. lib. 9, quidam dipnosophista dicit, προσφέρεσθαι ὁ κομψὸς ὅστις ὑμᾶς σὺν τῷ σῦς ἐπιμόπρῳ, ἀπὸ τοῦ σύειν· καὶ γὰρ ὁ μικτὸς ἔχει τὸ ζῶον ἐκεῖνο. Quinetiam Latinos ex Σὺς non ex Ὑς sumpsisse suam vocem Sus, non dubium est quin multi dicturi sint. Sed parum valida hæc obiectio fuerit, quum Latinos in aliis vocibus aspirationem Græcam in literam S mutauisse sciamus, & Græcos μικρὸς itidem dixisse prius quàm σμικρὸς multi existiment. Adde quòd Homero frequens est huius quoque nominis ὗς vsus, vt Odyss. ρ, — τῷ ὕειον πρόσφ πεδαλῆναι ἀλωήν. Et ξ, Ἀξεσ' ὑὸν τὸν ἄριστον, ἵνα ξείνοισι τέτυκται. Rursum Odyss. ι, — ὑὸν ὀπίσσω. Xen. ὑς πολλὰς καὶ βοῦς τρέφει. Idem, μὴ ἀγριαίνειν ὑοκτόνῳ. sues feros subigere: vt Æschin. ὑς ἀγρίους κωμῳδεῖν. Vbi ὑς ἄγριοι dicuntur sues feri, vt Plin. loquitur, id est Apri, ad differentiam ciciurum & domesticorum, quos ὑς ἡμερίους appellat Aristot. lib. 6 Hist. anim. de quibus intellexit comicus quidam apud Athen. lib. 13, quum dixit, Τὰς ὑς ὅστ' ἀγρίους κρεῖττον ἐξάγχει. Cæterũ affertur præter superiora duo tertium quoque etymon, apud Athen. lib. 9, nimirum τὸν αὐ συμπεσόντα, εἰπεῖν ἐκείνῳ, τὸν εἰς ὄψιν ἀδεπῶτα. Similiter Clemens Alex. lib. 2 Strom. λέγεται γὰρ ἐκεῖ τινὰ τῶν ἐλλοπροσωπῶν, ἐπιμελεστέρως τὰ τῶν, ἐκεῖ τῷ φαιδρῷ εἰς ὄψιν ἢ σταχὺ μόνον ὀπτῶντα. Et Varro De re rust. lib. 2, c. 4, Sus Græcè dicitur ὗς, olim σύς, ab illo verbo dictus quod dicitur σύειν, quod est Immolare. A suillo enim pecoris genere immolandi initium primũ sumptũ videtur: cuius vestigia, quòd initiis Cereris porci immolãtur, & quòd initiis Pacis, fœdus quũ feritur, porcus occiditur: & quòd nuptiarũ initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria, in cõiunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus primùm porcũ immolant. Hæc inter alia ibi, vbi tamen σύς legitur, non ὗς. ¶ Sunt porrò & θαλάσσιοι ὗς, porci marini: Plin. certè porculum marinum piscibus annumerat lib. 9, c. 15, vt in σκαῖα docui. Athen. lib. 7, οὐκ αὖ ἀμελοῦμεν τῆς λίμνης ὗς ἢ θαλασσίους τοὺς ἰχθύας. Nam vt ἰχθὺς dicitur nomen accepisse ἀπὸ τοῦ ἴσχειν τὸ ἰχθῦ, ita σὺς ἀπὸ τοῦ σύειν, verbo synonymo: vtesque ἀπὸ τοῦ μικτοῦ. Apud eundem, eodem libro, Archestr. Εἰ δ' Ἀλφεὸν καὶ τὸν Πίσσαν τῶν ὡς ἀγρεύῃ, Ἢ κατὰ τὴν πρὸς δυσμὰς ἀκτὴν ἀμμῶδη ἀνιχνεύῃ. Quibus verbis innuere videtur Archestr. piscem illum θαλάσσιον siue limum subruere, & in eo volutari, perinde vt sus in cœno, seu luto.

C. Ὑοβοσκὸς, ῆ, ὁ, Suum pastor, Subulcus, Suarius, Porculator, Porcarius. idem quod χοιροβοσκὸς & συβώτης.

C. Ὑοβότης, ου, ὁ, Idem. Hesychio συβώτης.

C. Ὑοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Sui affimilis, Suis figuram gerens. Item, Figuram gerens literæ Υ. Gorræus, Ὑοειδὲς ἐστὶ ὀστῶν bicorne, pluribus officulis contextum, in similitudinem literæ υ, (quamobrem à quibusdam dicitur ETIAM Ὑψιλοειδὲς) ad radicem linguæ situm. Sunt

etiam qui λαμβδοειδὲς appellent, communi cum capitis futura nomine, à litera Λ, quæ inuersa, non est valde absimilis τῷ Υ. firmamentum est musculorum linguæ & laryngis. Hæc ille inter alia. Vide & Poll. ac Ruf. Ephes. Vide & ἀθεραπίνης. In vulgatis lexicis scribitur ETIAM Ὑωειδὲς.

C. Ὑομυσία, ας, ἡ, Musa porcina: Cantus suum grunitum referens. Aristoph. Equit. Θωμαΐζω τῆς ὑομυσίας αὐτοῦ. de quodam qui dicebatur πῶν ὅ,τι λέγοι μόνον αὐθαδέστατα πῶν λύγον, ἀλλὰ δ' οὐκ ἐθέλειν μαθεῖν. vbi schol. exp. χοιρωδίας, ἀπαιδευσίας.

C. Ὑοπόλος, ου, ὁ, Qui circa sues versatur, id est Subulcus, Suarius, Porcularius, Porculator. Poll. lib. 7, synonymum facit τῷ ὑοφορβὸς, συφορβὸς, συβώτης.

C. Ὑόστερις, Porcina seris. herba intybo similis, sed minor asperiórque tactu, vt Plin. tradit lib. 27, c. 10, vbi tamen Hyosiris scriptum est.

C. Ὑοφορβὸς, ῆ, ὁ, Suilli pecoris pastor. Vide Ὑοπόλος.

C. Ὑοσκύαμος, ου, ὁ, Faba porcina, Faba suilla: herba quædã ex eo nominata quòd eius pastu resoluãtur & conuellantur apri, vt prodit Ælianus: addens, id fieri præsenti mortis periculo nisi statim copiosa aqua intus & foris se proluerint. Plin. lib. 25, c. 4, Herculi eã quoq; adscribũt quæ Apollinaris, apud Arabas Altercũ siue Altercangenon, apud Græcos verò ὑοσκύαμος appellatur. Vbi vide plura eius genera: vide & Diosc. lib. 4, c. 69. VNDE Ὑοσκυάμινος, Ex hyoscyamo confectus, Ex altercо seu Apollinari herba cõfectus. vt ὑοσκυάμινον ἔλαιον apud Dioscor. lib. 1, c. 43: quod Plin. quoque hyoscyaminum oleum appellat, ex semine eius herbæ fieri scribens, in loco citato, & lib. 23, c. 4. ET Ὑοσκυαμάω SIVE Ὑοσκυαμέω, Insanio more eorum qui hyoscyamum gustarunt. Suid. ὑοσκυαμᾶν simpliciter exp. μεμηνέναι, θορυβεῖν, addens ex Pherecr. — ὑοσκυαμᾶς αἰνὴρ γέρων, deliras senex. Eadem habẽtur in lex. meo vet. & apud Etymolog. Apud Hesych. verò ὑοσκυαμεῖς, μαίνῃ: ἀπὸ τῆς πόας. Cæterùm herbam hanc esse δηλητήριον, Dioscor. quoque testatur loco paulo antè citato, dicens μανιώδη καὶ καρωτικὸν: & Plin. lib. 25, c. 4, insaniam gignere capitisque vertigines, mentem capútque infestare, mentem tentare & corrũpere. Et rursum Dioscor. lib. 6, c. 15, ὑοσκύαμος ἢ πιθεὶς ἢ βρωθεὶς παραπλησίως τοῖς μεθύουσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει. Et Scrib. Larg. De compos. medicam. c. 49, Altercum (quod Græci ὑοσκύαμον vocant) qui bibecunt, caput graue venisque distentum habent, mente abalienantur cum quadã verborum altercatione, (inde enim hoc nomen herba trahit Altercum) postea sopiuntur, & omni sensu carent, hiuescentibus membris eorum.

C. Ὑσβρίς, SIVE Ὑσπεὶς, Suis pilos habens, Porcinas setas habens. Est animal de erinaceorum genere. Plin. lib. 8, c. 35, Hystrices generat Africa & India, spina contectas, ac erinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, &, quum intendit cutim, missiles: ora vrgentiũ figit, & paulo longius iaculatur. Oppian. quoque lib. 3 De venat. v. 394, scribit, ἀμφὶ τε ῥὶς ὀρεσσιφόρος τρηχείας λασίαις τρίχες πέφρικεν ἐθείρας, Ὁππόταν ἀγρεύσῃ θωρήξατ' ἐλίνων αἰόλα φῦλα. Et quum venatores eum canibus persequuntur, ἔφριξεν ἐθείρας, Καί τ' ὀπίσω νώτοισιν ἀκαχμένον ὠκυπέτησι Ἰδὺς ἀκοντίζει μαλερὸν βέλος. Quæ cum Plinianis consentiunt. Vide & Ælian. & Aristot. Prouerbiũ autem θρὶξ ὑστρίχος, hystricis seta, vide apud Erasm. in Chil. Verùm Opp. loco citato habet ὑσπείλων, ab alio nominatiuo, NIMIRVM Ὑσπειγξ. sic enim ibi, Ὑσπείλων δ' ὅπῃ πέλει κῆρ δάσκιον ὕλῃ Ῥίγιον εἰσδέεν, ὑσδ' ἀρχαλεώτερον ἄλλο. ¶ Suidæ ὑσπειξ est non solùm ὁ ἀκανθοχοιρος siue ὁ χερσαῖος ἐχῖνος, verùm etiã ἐκ δέρματος μετ' αὐτοῦ τῶν περιχῶν μαστὶξ, flagrum ex corio adhuc setis suis munito. Ambiguum verò intelligãtne de suis an de hystricis corio.

ITEM Ὑστριχὶς, ίδος, ἡ, idem quod ὕστριξ. Schol. Aristoph. Pace, ἔστι καὶ ὑστριχὶς ἡμῖον πεῖχας ἔχον ὗς, ἃς ἐν ταῖς διώκεσθαι ἀθροστρέφει κῆρ τοῦ διωκόντων. Quæ apud Suidam quoque leguntur, & consentanea sunt iis quæ in ὕστριξ ex Plin. & Opp. attuli. Annotat autem hæc schol. quum ὑστριχὶς exposuisset ἡ ἐξ ὑείων πεῖχας μαστὶξ, in hoc Aristophan. loco, Ὦ κακοδαίμων, τί τὸ δέρμ' ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰς ἐβάλεν σοι Εἰς τὰς πλευρὰς πολλῇ σφαπᾷ, κἀδένδροτόμησέ σ' ἀπὸ νῶτα; Aiunt autem seruos cædi solitos fuisse huiusmodi flagris & ῥυπῆσι, loris. Itaque ὑστριχὶς, perinde vt ὑστρὶξ, significat & hystricẽ & flagellum ex setis suillis. quemadmodũ & ab Hesych. exp. μαστὶξ πεπλεγμένη ἐξ ὑείων περιχῶν.

C. Ὑσκωθα, Succerda, Excrementum porcinum, Stercus suillum: ὑὸς ἀφόδευμα, Hesychio. At Diosc. dicit ὑὸς ἀφόδευμα ἀφοδος, lib. 2, cap. 99, ἀδὶ, ἀπὸ πάντων. Vide & sequens.

C. Ὑσπέλεθος, ου, ὁ, idem. Poll. lib. 5, c. 14, Οἷον κόπρον, ὀνίδια καὶ ὄνθον. Ὅμηρος δ' ὄνθον βοῶν· χέρα, ὑς πέλεθον· πρεσβύτων, ὀξὺ πίωτον. (Vbi tamen perperã pro ὑσπέλεθον LEGITVR Ὑπέλυθον) Vtitur hoc vocabulo Dion lib. 46, p. 197, cuius verba citaui in Οἰσπώτη. Pores autem scribere vel ὑσπέλεθος, quoniã ἀσπέλεθος dicitur: vel ὑσπέλεθος, iugẽdo σ cũ υ. dicitur enim & πέλεθος. Præcedentis autem ὑσκωθα etymon aliud non reperire potui, nisi forsan à κώθη aut κώθων: vnde apud Hesych. κωθώδεος, δυσόσμου: & κωθωνόμους, quod æquiualere existimo τῷ κοπρωνούμου. AT Ὑσπέλεθος, nomen proprium, teste Suida.

C. Σφυρήλατος, ν, ὁ καὶ ἡ, Malleo ductus seu fabricatus. ὁ τῇ σφύρᾳ ἐλήλαμψος: ideóque solidus, non conflatus, οὐ χωνευτός. Memnon in histor. λῶ δὲ ῥόπαλον σφυρήλατον ἀπέφθου χρυσοῦ πεποιημένον. Et metaph. Plut. De orac. Pyth. ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλατον νεῦν ἐν ὀλίγῳ τοῦ ἐλεγχουσαι ὀγκῷ: de brachylogia. nam τὰ δι' σφύρας ἐλαυνόμενα solent πυκνοῦσθαι. Apud Diodor. Siculum σφυρήλατον (nisi quid desit) accipitur pro loculo seu conditorio quod malleo ductum fabricatúmque est, non conflatum: Ἀλεξάνδρου σῶμα κατεσκευάσθη χρυσοῦ σφυρήλατον. paulo pòst vocat θήκλω.

C. 2. Ὁλοσφυρήλατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui totus malleo ductus est seu fabricatus, Solidus. νατὸς καὶ στερεὸς, καὶ οὐδαμοῦ δῃκινος οὐδὲ χωνευτός, vt sunt signa quædam & statuæ non conflatæ. Ioseph. De antiquit. Iudaic. Κεῖται, ὀνόματι τοῦ ἱερᾶ λαμβάνει δοκὸν ὁλοσφυρήλατον χρυσῆν, trabem solidam ex auro.

C. Ὁλόσφυρος ET Ὁλοσφύραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. vtrunque legitur apud Hesychium, ὁλόσφυροι exponentem per ὁλοσφύραστοι, veluti notius. quod & apud Plinium legitur, lib. 33, capite 4, Aurea statua prima omnium, nulla inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant ὁλοσφύραστον, in templo Anaitidis posita dicitur.

Σφύριον, ου, τὸ, forma diminutiua, Malleolus. Theophrast. Hist. plant. lib. 5.

Σφύραινα, ης, ἡ, dicitur à σφύρα, vt σκίαινα à σκιά: vtrunque piscis nomen. Aristoteles libro 9 Hist. anim. inter gregales pisces numerat, vbi Gaza interpr. Malleolũ. Plinius verò sudem à Latinis vocari scribit, sub finem

libri 32, Sunt præterea (inquit) à nullo autore nominati: sudis Latinè appellata, à Græcis σφύραινα, rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos: rarus, sed tamen non degener. Meminit eiusdē piscis Athen. libro 7, vbi etiam ait Atticos rarò vti τῆς σφυραίνης vocabulo, & frequētius NOMINARE Κέφραν. Apud Strattidem certè in Macedonibus, quum ex quodam quæreret Atticus, —ἢ σφύραινα σ' ὀδὴ πς; responder alter, Κέφραν μὲν ὅμμες ὦ Ἀτικοί κικλήσκετε. Itidem Antiphanes, in Euthydico, πάνυ συχνὴ Σφύραινα. κέφραν Ἀτικισὶ δεῖ λέγειν. Similiter & Dorion in suo libro De piscibus ait, σφύραιναν, ἣν καλοῦσι κέφραν. Et Epicharm. in Musis, quum κέφραν dixisset, σφυραίνης mentionem nullam postea facit, indicans & ipse eundem piscem esse. Meminit Aristoph. quoque in Nub. dicens, Κεφραῖν πεμάχη μεγάλαν: Doricè pro κεφρῶν. Vbi annotat schol. pisces hos non esse eosdem cum κεφεῦσι, sed quosdam eo nomine πὰς μυραίνας censere intelligendos, quosdam & aliud diuersum piscium genus. Sed fortassis ibi pro μυραίνας reponendum σφυραίνας, quanuis & apud Suidam extet eadem scriptura. Nec à κέφρα deriuant hunc genit. κεφραῦ schol. & Suidas, sed à NOMIN. Κεφρέα. Qua in re haud scio an fides eis adhibenda sit. Reponendum autem σφύραιναν pro μύραιναν apud eundem schol. & Suid. ex Poll. quoque colligo, qui quum lib. 6, cap. 9, ὠδὲ τῶν ἐκ θαλάσσης βραμάτων differens, veluti diuersos pisces enumerasset λαβέρακα, μύραιναν, κεφρέα: paulo pòst dicit, αὐτίας σφύραιναν, ἣν καὶ κέφραν ἐκάλουν. Apud Athen. verò in loco Dorionis quem citaui, LEGITVR Σέφραν pro Κέφραν, manifesto errore. ‖ Porro κέφρα accipitur & pro σφύρα significante malleum: vt docet Poll. libro 10. cap. 47, sic scribens, καὶ σφύρα ὑφῃτὶ ὅμοιον ἦν κροταφίδι σδηρᾶ· εἶτα σ' αὐτὴ κέφρα. At cap. 36 eiusdem libri, κέφραν esse dicit speciem quandam σφύρας σδηρᾶς, mallei ferrei: subiungens hunc locum Sophocl. Κέφρα σδηρᾶ πλυρὰ γ' κ' βάχν' Ἡλιωνε πάτων. Hesych. quoque exp. σφύρα & ἀμωσπιεῖον ὅπλον. Hæc igitur de κέφρα hoc loco, quoniam in eius mentionem incidi, vtpote synonymi.

Σφυρόν, οῦ, τὸ, Malleolus pedis, vt quidam interpr. à σφύρα deriuatum esse inuentes, quanuis σφύρα producat priorem syllabam, hoc autem σφυρὸν eandem corripiat, vt ex iis exēplis quæ afferentur, videre erit. Itidem & Gorr. Σφυρά, (inquit) Malleoli: sunt duæ ossium epiphyses in extrema tibia prominentes & gibbosæ. non sunt autē hæ vnius ossis epiphyses, sed duorū, quibus tota tibia conflata est, videlicet τῆς κνήμης & τῆς ῥάχης. Siquidem ἡ κνήμη inferiore in parte interius protuberat, ἡ ῥάχη verò exterius. Itaque nō sunt aliud malleoli quàm fines κνήμης καὶ ῥάχης (hoc est tibiæ & suræ) inferni, qua vtrinque excarnes sunt & gibbi, extráque prominent. Proinde errāt (vt ait Galenus) qui eos ἀστραγάλους, id est talos, nominant: qui error ante Galeni tempora exortus, ad nos vsque dimanauit, multis etiam doctis viris σφυρὰ talos interpretantibus, quum malleolos dicere debeant. Neq; enim hæ apophyses astragalum constituunt, sed sub his astragalus latet, tactu & oculis ob ligamenta & tendones nequaquam conspicuus. Hæc de significatione: nunc exempla accipe. Homer. Il. ρ, vers. 290, Δισάμβως πελαμῶνι ῥῶγα σφυρὸν ἀμφὶ τένοντι. Et Iliad. σ, — μικροὶ Εὐφυέες, κνημαί τε, ἰδὲ σφυρὰ καλ' ὑπένερθε. vnde εὐσφυρος apud eundem, & καλλίσφυρος. Aristoph. Acharn. Ὀξύνα, κεκρωτὶ ῥῶγα κελεύζε, Ἐρ' οἰσυτικῆ· λαμπάδιον ὠδὲ τὸ σφυρόν· Ἀνὴρ πέπρωται χάσκει δ' ἀμπεδῶν πάφρον, Καὶ τὸ σφυρὸν παλίνορσον ἐξεκόκκισε, transiliens fossam, malleum pedis vulnerauit, vallo seu sude ibi infixa. Vbi etiam nota per iocum dixisse ἐξεκόκκισε, quoniam τὸ σφυρὸν ita tegitur cute, vt granum aliquod suo λέπει, id est cortice, & quum cute rupta nudatur, veluti ὀκκοκκίζεται. Et apud Dioscoridem libro 4, ῥέμματα σφυρῶν, malleolorum luxationes. Hesych. σφυρὰ expon. τὰ ὠδὲ τοῖς ἀστραγάλοις, vt & Suidas: item αἱ περιφέρειαι τῶν ποδῶν, Rotunditas pedum, seu Id quod in pedibus rotundum est. Quam expositionem sequēdo, de calcaneo quoque intelligi posset. nam & ipsum rotundum est. (s 1 c. Σφυδρά eidem Hesychio itidem est ὑποδιφέρεια τῶν ποδῶν) ‖ Metaphoricè autem σφυρὰ dicuntur τῶν ὀρῶν τὰ ὀπίσθια καὶ κατώτατα, teste eodem, id est Imæ mōtiū partes vnde planities incipit: (quæ des montium) alio nomine dictæ ὑπόρειαι. In qua significatione vsurpatum legitur in Epigr. ‖ Oppianus synecdochicè pro integro pede vsurpauit, lib. 3 De venat. Ὄμμα θοὸν, σφυρὸν ὠκύτερον, pes celerior. ‖ Rursum Hesychius adiectiuè σφυρὸν exponit σφοδρὸν, Vehemens: sed subiungens, ἢ τὸ ἐπαίω τῶν ἀστραγάλων.

C. Ἀκρόσφυρον, ου, τὸ, Extrema malleoli pars. Ἀκρόσφυρα Hesychio sunt τῆλος ὑποδημάτων γυναικείων, genus calceamentorum muliebrium.

C. Περίσφυρον, ου, τὸ, Fascia qua malleoli pedis solent cingi. Alii dicunt esse ligamen quod cruribus circūdatur: σφυρὸν synecdochicè accipientes pro ipso crure.

C. Ἐπισφύριον, ου, τὸ, Fibula ocreæ dicitur, quoniam ὑπὸ τοῦ σφυροῦ poni & stringi solet: id est, supra malleolum pedis. Iliados γ. Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε Καλὰς, ἀργυρέοισι ὑπισφυρίοις ἀραρυίας. vbi schol. exp. τῆς τῶν σφυρῶν καλύμματον, integumentis malleolorum. Sunt qui ὑπισφύριον accipiant pro ea parte quæ est supra pedis malleolum: quæ & ὑπίσφυρον nominari posset.

C. Περισφύριον, ου, τὸ, idem quod περίσφυρον, Fascia seu ligamentum quod malleolis solet circundari. Alii, Fasciæ circum talos: σφυρὰ accipientes pro talis, non sine errore, vt suprà docui. Herodotus in Melpom. τῶν αἰ γυναῖκες περισφύρια δερμάτων πολλὰ ἑκάστη φορέει. Quidam Talaria interpretantur, quæ Homerus in Mercurio πέδιλα vocasse creditur.

C. Εὔσφυρος, SIVE Εὔσφυρος, poetica dialysi, Pulchros habens pedum malleolos. Vel synecdochicè, Elegantibus pedibus præditus, Cui est decora & elegans pedum forma. Hesiodus, εὔσφυρῳ Ἀμφιτείτῃ: quomodo & ἀργυρόπεζα Θέτις. Legitur apud Homerum quoque, & in Epigramm.

C. Καλλίσφυρος, idem. Alii interpretantur, Habens pulchra calcanea. Est epitheton τῆς νίκης, id est victoriæ, apud Hesiod. in Theogon.

C. Ὁμόσφυρος, Qui suis σφυροῖς gradiens vnà cum aliquo iter facit, Comes. Exponitur etiam Frater.

C. Ταυσφυρος, Malleolos pedū extendens inter eundum, seu Amplis latisq; passibus progrediens, vel Malleolos pedum celeriter extendens inter eundum. id est Velox, Celer, Pernix. Hesiodus Theogon. ταυσφυρε ὠκυαλοῖναι.

Σφυρῖτις φλέψ, Malleoli vena. Ita Gorr. apud quem vide plura.

Σφυρίον, ου, τὸ, Malleolus pedis: idem quod σφυρόν. Act. apost. capite 3 de claudo qui sanabatur, ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρία. Sic enim legit ibi Budæus, quum alioqui multo plura exemplaria habeant σφυρά. Significat certè Lucas claudi pedes ac malleolos confirmatos fuisse. Vbi tamē vetus interpres σφυρὰ vertit Plantas, Erasmus Talos: neuter exactè exprimens significationem vocis, de qua suprà.

Σφυρόω, ῶ, videtur significare Malleolos pedum calceis aut ocreis munio, vel corrigia substringo. Vnde est participiū ἐσφυρωμένος, quod apud Athenæum legitur libro 14, pagina 265 edit. Ald. vbi inducitur ithyphalli in theatrum prodeuntes, & coronam circunstantem ita alloquentes, ἀλυχωρείαν πιεῖτε. ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος διὰ μέσου βαδίζειν. Quem locum citat Bud. sed nullam addens interpr.

Σφόρωσις, apud Hesychium legitur, cum hac expositione, διάρωσις, ἢ ἐν κύκλῳ τὰ πέλματα. Quæ verba nō carent mēdæ suspicione, apud me quidem. Idē ex ἱππεφικῶν autorib⁹, seu iis qui scripserūt ἱππεφικά, AFFERT Σφυρήματα, & dicit esse σιδήρια quædam, id est ferramēta: & quantum colligi potest ex iis quæ subiungit, (mēdosa autem ea sunt) synonymum videtur facere τῷ σφυροδέτῳ, quo nomine dubium vtrū intelligat: an ligamenta ex quibus mallei suspenduntur, an fascias quibus pedum malleoli solent vinciri.

Σφυρωτὴρ ὑποδήματος, Genes. cap. 4, Corrigia calceamenti: forsan quia calceamenta olim ad malleolum pedis solebant

solebant corrigia stringi. Suprà σφαιρωτὴρ eodem significatu habuimus. Subaudiri autē potest ἱμὰς, vt sit Lorum quo τὰ σφυρὰ stringuntur, seu calceamēta quæ circundantur τῆς σφυροῖς.

ΣΧΑΊΩ, ῶ, F. άσω, Scarifico, Scalpro aperio, seu incido, aut pertundo. Aristoph. in Nub. ὥσπερ γὰρ ἐγὼ τῆς συγγενέσι, κἀγ' οὐκ ἔχων ἀμελήσας, Non pertundebam, vt spiritus exiret, Non aperiebam cultro. Qui enim intestina farcta coquunt torréntve, scalpro seu cultro compungere ea solent, ne spiritu cōcluso & exitum tentante rumpantur. Itidem & venæ dicūtur χᾶσθαι quum Scalpro incidūtur & aperiuntur ad emittendum sanguinem: quod medici vocāt etiam Scarificare, vt infrà in ἐγχάραξις fusius docebo. ‖ Item Laxo, Remitto. vnde χᾶται quod Paul. Æg. apud Hippocr. ait significare χαλᾶται. id est Laxatur, Remittitur. ‖ Exponitur etiā Demittere: quò referri potest χάσαι, quod Hesych. exp. ἀφῆσαι, dimittere. ‖ Exponitur præterea Deduco. Alioqui significat & Traduco, Transfero, μετακινέω: vt Hesych. quoque χάσαι exp. μεταβαλεῖν. Vnde χᾶσθαι apud Hippocr. lib. 2 περὶ ἀρθρων, quod Galen. significare ait ἀθρόως ἐκ τῆς κατ' φύσιν θέσεως εἰς ἑτέραν μεθίστασθαι, hoc est, Repentè ex naturali situ in alium transferri. Gorr. Vide & sequens χάζω.

Σχάζω, idem quod χάω, id est Scarifico, Scalpro aperio, Cultro incido, aut pertundo: peculiariter de medicis quum scalpro venam aut cutem aperiunt vt sanguinē eliciant. Artian. ἔλεγον χάσματα ἐκ τῶν βραχίονων τὰς φλέβας, λειποψυχήσαντα ὀπθαλεῖν. quem locum Suidas afferens, σχάσαι τὰ exponit τεμόντα. Itidem Aristot. libro 8. Hist. anim. βοηθεῖ τὸ λευθῶν, καὶ ἐάν τις χάσῃ ὑπὸ τὴν γλῶττα, si quis venæ sub lingua scitè adacto cultello sanguinem detrahat. Galen. lib. 2 Therap. καὶ ζωτικῶ καὶ καταντλεῖ καὶ καταπλάττει καὶ χάζει καὶ διαφοιεῖ, scarificat, vt Linacer vertit. Alibi dicit χάζειν τὴν φλεγμονὴν, itidem pro Scarificare, Scalpro aperire. De qua re plura dicentur infrà in ἐγχάραξις. ‖ Significat etiam Laxo, Remitto. Item Demitto seu Dimitto: vnde χάσῃ quod Hesych. exp. ἀφῆσαι. Pro Dimitto aut Emitto accipi potest in hoc adespoto loco, χαθεὶς λίθος ἐκ τῆς πεζοβόλου, emissus lapis è tormēto illo quo lapides eiaculamur. ‖ Itē Retraho, Reduco. vt B. interpr. in hoc loco Athen. lib. 4, αἰκάπτα δεινῶ. τῶν ὀθονίων, δ' ἀδὲς ἐφάσκων κ' μηχαναῖ χαθέντων τῶν φεαγμάτων. id est, Per clandestina machinamenta reductis velis, aut tabulatis. vel Deductis & demissis. Itidem idem B. exp. ἀφέλκειν, Retrahere, Reducere, Supprimere. apud Xenoph. in Cyneg. ἄλλαι δὲ σωσάγοισι τὰ ὦτα, καὶ ὅπισθεν θρωπάσασι δίφ τὸ ἴχνος, χάσασι τὴν οὐρὰν καὶ φεαξάσαι δίφ τρέχοσιν. quem locum sic interpr. Aliæ contractis auribus & capite demisso per vestigium discurrunt, reducentes caudā atque inter crura condentes & continentes. Vbi χάσαι possis interpretari etiam Demittere: vt ei oppositum sit Mouere seu quatere caudam sublatam. Hesych. quoque χάσον exp. ἔφελκε. ‖ Idem Hesych. χάσαι expon. μεπίβαλλε: sicut & σχᾶν pro Transferre, Traducere & Transponere accipi, suprà docui. Quò pertinet χάσαι, quod ex Galeno De articulis affertur pro Subito impulsu artus in pristinum statum reponere, αἰφνίως μεταβάλλειν καὶ ἐξαίφνης τὸν ἀρθρον τὸν ἐκπεσόντα τὸ σῶμα: & in palæstra τὴν χεῖρα τὴν χωὶς ἀλγεῖν τοῦτον αὐτὴν ἐκ τῆς ἐμπτώσεως θέσεως. ‖ Σχάζειν significat etiam Tenorem instituti vel moris abrumpere & soluere, desineréque, vt καταλύειν, καταφρόνειν & καταπαύειν. Aristoph. in Nub. Ἀλλ' ἐπὶ κυδῆ τῶν πατρῴων ἀλλήτων, Τέτων γὰρ ὁμοῖ, χαστάμβος τὴν ἱππικήν. id est καταλύσας, desinens iam equorum studium & interrumpens. Synes. epist. 129. ad Pylæmenem, ἐπ' ἀμπὶ πύτῳ κατέβιν ὀθὶ τὴν θαλάτταν, καὶ τῆς Φοικωτῶν κωπῶσι διείλεμαι, χαστάμβος τὴν ἱππικήν. Bud. pag. 889. Allusit autem eo loco Synes. ad Aristophanicū illud, accipiens τὴν ἱππικὴν non pro studio equorum, sed pro equestri itinere. dicit enim se ad nautas confugisse, dimisso equestri itinere quod in animo habebat. Et ita χάζω hic significabit itidem Dimitto seu Intermitto. Schol. Aristophan. in loco citato χαστάμβος τὴν ἱππικὴν expon. παυσάμβος τῆς ἱππικῆς, siue ἀποχωρήσας καὶ ἀποσὰς τῶν παρόντος ὀπισθεύματος: tradens esse metaphoram ἀπὸ τῶν ἐρεετῶν. nam χάσαι dici etiam ὥσπερ διαχεῖλαι καὶ διαχάσαι τὸ ὕδωρ τὴν κώπην ἐρέσσουσιν. Quibus subiungit hæc Pindari, κώπην ἤδη μοι χάσας. Vbi tamen κώπην χάσαι est potius Inhibere remum: sicut κώπην χάσας ibidem expon. εἰρεσίαν καταπαύσας, Intermissa remigatione. Similiter apud eundem Aristophan. in Nub. χάσας τὴν φροντίδα λεπτὴν, κ' μικρὸν ἀθεμφόνει τὰ πρεάγματα, idem expon. σήσας, παύσας, ἀφεμήσας: Budæus, Sistens & continens apud te. ac si diceret, Animaduerte, ac diligenter & toto pectore ad hoc incumbe. Hesychius quoque χάσον expon. καταπαυσον, Desinere fac, Cohibe, Inhibe, Siste: similitérque ex Epigramm. χάσε affertur pro Cohibuit. At l. 1 corundem Epigr. θάλαμον σχάσε μιᾶς ἀφυκτος, aperuit thalamum, dissecta fornice, ita vt corrueret.

Σχάσις, εως, ἡ, Scarificatio, Apertura, seu Incisura quæ fit cultro. Theophrast. Histor. plant. libro 4, cap. 3, γίνεται δὲ ἐν ῥιζοτῆς καὶ τὸ κόμμι· καὶ ῥέει καὶ πληγείσης καὶ αὐτόματον αὐθῦ χάσεως. sic enim reponunt nonnulli PRO Σχίσεως, quod in vulg. editionibus legitur: Gaza tamē χάσεως legit, vt qui verterit Sine fissura. Vtraque scriptura ferri potest, nimirum & σχάσεως & χίσεως: vbi etiam nota τὴν χάζεσθαι siue σχάζεσθαι synonymū esse τῷ πλήττεσθαι: ac vtrūq; ; & σχάσις & χίσις, possūt πληγῇ fieri.

Σχασνεία, ας, ἡ, Funis, trochlea, aut aliquid aliud quo organum ducitur, hoc est quo intentum laxatur, vel erectum demittitur. Aristot. De mundo, ὥσπερ ὁρῶσιν οἱ μεγαλόπνοοι, δι' μιᾶς ὀργάνου χασνείας πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ὀπτελοῦντες. Vbi Bud. Non secus atque illi machinatores solent qui instrumento vno demittendo multos & varios effectus edunt. Est ibidem τῇ χασνείᾳ similis ἡ Πνευματικῶν μύθος, Fidicula illa qua ductitanda imagunculas quasdam animatas esse ementiūtur. Itidem χασνεία dicitur funis in carceribus qui cursores dispiciebat, quòd eo concidente prouolarent omnes, vt tradunt ex Galeni comment. 2 in librū περὶ ἄρθρων. Fuerit igitur χασνεία funis ille qui in circo cursoribus prætendi solet, & quo laxato in cursum effunduntur. de quo plura in Ὑστληξ, ex Pausania.

Σχασνίον, ου, τὸ, Pugio seu scalpellus quo vtuntur in scarificando, seu in aperienda incidendáve aut pertundenda cute, aut vena. In Hippiatr. τρυπᾶται τῷ χασνείῳ. Sic alibi, κατακεντῶν τὴν βύσσαν τῷ χασνείῳ. Et rursus, ἐὰν δὲ ὀπτεῖ πρωμόφη ἡ βύσσα, ῥυτᾶν δεῖ τῷ βύσσαν τῷ χασνείῳ. id est (inquit Bud.) instrumento ferreo, ad insuendum & transiciendum apto, cultro, scalpro, vel pugione. Quibus addit & hunc itidem ex Hippiatr. locum, λαβὼν χασνίον, σχάσον τῷ χὴ τὴν ἀκρωμίαν. ‖ Hesychio est pars quædam in naui. Idem χασνεία expon. ὁρμητήρια, portus: fortasse quoniam ibi σχάζονται & inhibentur αἱ κῶπαι.

C. ΑΠΟσχάζω, idem quod σχάζω, Scarifico, Venam aperio, seu pertundo scalpello, ad emittēdum sanguinem. Galen. Therap. libro 13, αἰαγκαζόμεθα πιεζαρῶν ἐνίοτε κινοῦν ἅμαπς, ἢ τὴν φλέβα τεμνοντες, ἢ ἀποσχίζοντες τὰ μὴ πεπυθότα κῶλα, scarificantes. Bud. Vtitur & alibi sæpe pro Cutem scarifico. Similiter Aristot. libro 2 Histor. anim. ἀποσχάζοντων τῶν ἰατρῶν φλέβα, sanguinem è vena incisa seu aperta emittentibus medicis. Hesych. quoque ἀποσχάσαι expon. φλεβοτομῆσαι, διαῤῥῆξαι, διαλῦσαι. Apud eundem LEGITVR Ἀποχᾶν, αἰαιρεῖν. Quæ expositio suspecta est. Nam ἀποσχάω & ἀποσχάζω synonyma sunt, vt σχάζω & σχάω.

C. ΕΠΙσχάζω, In superiore parte scarifico, seu aperio & incido scalpro aut cultro. Pro Leuiter hisco, affertur ex Theophrasti lib. 4 Histor. plant. cap. 13, ἐφ' ὧν ἄκρων πα εκπλαγίοις τοῖς τῶν ἀγγείων ἔχει σρογυλότητα, ὀπισθεν σχάζουσας. Sed illam interpretationem sequendo, scribendum foret ὀπισθεν σκιάσας.

C. ΚΑΤΑχάζω, idem quod ἀποχάζω, seu simplex χάζω, Scarifico, Scalpello incido seu aperio, vt medici cutim aut venam: qua signific. Atticos dicere κατοῦσθαι tradit Phrynichus. Hesych. quoque κατασχάσαι expon. ἀμωγὰς ποιῆσαι. VNDE Κατάχασμος, ου, ὁ, Scarificatio, Incisio aut apertura scalpello facta. Et θετικὸν ADVERB.

Καταφαστέον. quo vtitur Dioscor.libro 7, καταφαστέον βαθυτέραις ἀμωχαῖς τὰ ἐν κύκλῳ, circumstantia loca profundioribus scarificationibus incidenda, seu profundius scarificanda. ET BICOMP. Ἐγκαταφαίζω, itidē Scarificando incido. Dioscor. lib. 8, cap. 15.

C. ΠΑΡΑφαίζω, Inhibeo, Sisto, Regredi facio. Vnde αἰάφασον, quod Hesych. exp. αἰαχώρισον.

Σ X Ί Z Ω, F. ἴσω, Findo, Scindo. seu Diffindo, Discindo, Disseco. Plato in Tim. Τοῦτον τὸν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, hāc omnē conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit, vt Cic. vertit: qui, quod idem Plato in eodem Tim. dixit, σχίσας ἑξαχῇ, sic reddidit, Quum diuisisset in sex partes. Magis propriè apud Xenophōtem, ξύλα σχίζειν, ligna findere. Sed & τὸ ἱμάτιον σχίζειν dicitur τὸ καὶ ἐν ἐπίδλημα, apud Lucian. cap. 5, id est Scindere vestē, seu findere: quod quum fit, ῥακοῦσθαι dicitur & ῥήγνυσθαι. Item agricola τὸν ἄμπελον σχίζει, quum eam in brachia scindit seu findit. Sed & ipsa arbor σχίζεσθαι dicitur quum in ramos plures spargitur seu finditur. Theophrast. de cuci arbore, τὸν δὲ φοῖνικα ἔνθεν σχίζεται, καὶ γίνεται δίκρανον, In brachia ramorum spargitur, vt Plin. interpretatur, qui libro 16, cap. 30, dicit itidem In plures dispersa ramos, In ramos spargi, In quinas partes diffusæ, Bifurcæ: opponens eis indiuiduas arbores. Idem Plin. quod Dioscor. de eupatorio dixit, φύλλα ἀναφέρουσα ἐσχισμένα εἰς πέντε μοίρας, sic Latinè reddidit, Foliis incisis quinquepartitò. Porrò & multitudo aliqua σχίζεσθαι dicitur quum scinditur studia in contraria, vt Virgil. loquitur. Act. Apost. cap. 14, ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως· καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀπόστολοις. Et cap. 23, τῶν δὲ αὐτῶν λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων, καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος, diuisa est multitudo & scissa in contraria studia. Similiter & Xenoph. Symp. pag. 519, οἱ τοῦτα μὲν ἐσχίσθησαν, καὶ οἱ μὲν, & quæ sequuntur. Item τὸν ἐκκλησιαστὴν aliquis σχίζειν dicitur qui eam in contraria studia scindit, excitatis dissensionibus ac discordiis. Synes. epist. 58, ἴσως σχίσας τὸν Ἐκκλησιαστὴν μίαν ὁ Χριστὸς τῇ βούλεται. Peculiariter autem id de hæreticis dicitur. nam nouis allatis opinionibus vnionem & consensum gregis scindunt.

Σχίσμα, ατος, τὸ, Fissura, Scissura. Lucæ 5, χεῖρον τὸ σχίσμα γίνεται, deterior fit scissura, nimirum in veste: si τὸ ἐπίβλημα τὸ καινὸν addatur vesti veteri. nam & ipsum auellitur, & rupturam grandiorem efficit priore. Obscœnam quoque habet significationem, significans naturalium in muliere rimam seu fissuram, quæ & πιμὴ dicitur, teste Polluce, itemque & Rufo Ephesio. Item σχίσμα dicitur in Ecclesia quum grex in contraria studia scinditur, vnio rumpitur, ac dissident qui prius consenserant atque concordes fuerant.

Σχισμὴ, ῆς, ἡ, itidem Fissura, Scissura: seu Scissus, vt Varro loquitur. διαχώρισις, Hesychio.

Σχισις, εως, ἡ, Scissio, Fissio: vel etiam Fissura, Scissura, Scissus. ἡ χώρισις, Suidæ.

Σχιστὸς, ὸν, ὁ, Fissus, Scissus: vel Fissilis, Scissilis. Id est, Qui findi scindique potest, vel solet. Aristot. σχιστὰ esse dicit τὰ δυνάμενα διαιρεῖσθαι ὅτι πλεῖστα. Itidem Theophr. libro 5 Histor. plant. σχιστὰ ξύλα esse ait ἃ διαπρίσεις κατὰ μέσον φέρεται, quæ media diffecāt serra: vel etiam quæ cuneis adactis finduntur. vt Virgil. dicit, cuneis & fissile lignum Scinditur. Est & lapis quidam σχιστὸς apud Dioscor. lib. 5, cap. 145, quem natura sua esse dicit ἄθρυπτον καὶ εὔσχιστον, friabilem & fissilem. De eodem vide plura apud Plinium libro 36, cap. 20, necnon apud Gorr. qui sic dictum scribit vel quòd findi facilè possit, vel quòd quodāmodo fissus esse videatur. Rursum ab eodem Dioscor. eodem libro, cap. 123, memoratur σχιστὴ σπυθηρία, de qua & suprà in Σπυθηρία ex Gorræo. Plin. libr. 35, c. 15, Concreti aluminis idem genus σχιστὴν appellant Græci, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Item σχιστὰ κόμμα apud Theophr. Hist. pl. lib. 7, cæpæ fissiles. Rursum Plin. oua etiam σχιστὰ nominari quædam scribit, lib. 29, c. 3, Fiunt & tota lutea, quæ vocāt σχιστὰ, quum triduo incubata tolluntur. Idē

& χιστὸν lac cōmemorat, lib. 28, c. 9, Medici speciē vnam addidere lactis generibus, quod χιστὸν appellauere. Id fit hoc modo, Fictili nouo feruet, caprinum maximè, tamisque ficulneis recentibus mouetur, additis totidem cyathis mulsi quot sint heminæ lactis: ablatū deinde igni, refrigeratione diuiditur, & discedit serum à lacte. Quæ desumpsit ex Diosc. li. 2, c. 77, vbi περὶ σχιστοῦ γάλακτος hæc scribit, σχίζεται δὲ παῦ γάλα ζεννύμενον ἐν κεραμίῳ κεραμείᾳ, καὶ κινούμενον κλάδῳ συκίνῳ νεοτμήτῳ· καὶ μετὰ πέντε, διὸ ἡ πεῖς ὅταν ἐγένετο, ἐξυμέλιτος κύαθος περὶ ἑκάστου κοτύλου τοῦ γάλακτος. οὕτω γὰρ διαλείπεται ὁ ὀρρὸς τοῦ τυρώδους. Vnde patet eum lac σχιστὸν vocare quū serosa eius portio certo quodam modo exempta segregatáq; est à caseo. Paulus Ægineta autem, lib. 1, c. 88, videtur lac scissile appellare serosam eius portionem à caseo separatam, cui mellis momentū aut oxymelitis, aliorumve, subducendi ventris gratia, admistum sit. Fuerunt etiā qui ita vocarent lac calculis marinis ignitis, aut ferro candēti immisso, incrassatū: alui profluuiis & dysenteriæ vtile, vt refert Galen. lib. 10 Simpl. medicam. Porrò erat χιτὼν quidā σχιστὸς, cuius mentionem faciūt Cyrillus & Ammonius, necnon Hesych. qui dicit mulierū fuisse proprium, κατὰ τὸ εἶδος πέπλῳ συνεχόμενον: indicans fuisse fissum, fibula tamen constringi solitum ad pectus. Poll. verò lib. 7, ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν ἐφόρουν καὶ πᾶς ἄμεις δίπτυχα: innuens fissili apertura circa scapulas diuiduum fuisse, fibula tamen cōstringi solitū. Hesych. memorat & σχιστὸν φοῖνικα ἄλμοι quoddam, & σχιστὰ γράμματα. AT Σχισταὶ, calceāmētorum quoddam genus πτυπλεὶς καὶ ἀψυπλεύς, teste Poll. qui & λεπτοσχιδεῖς idem significasse testatur. Visuntur certè hodieque nōnullis in locis calcei λεπτοσχιδεῖς, quos alicqui à veteribus illis non parū forma differre putandum est. Sed & φίσσας fortassis aliud genus erat. Eorundē & Ammon meminit, afferens quendam ex Eupol. locū, in quo est φέρων σχισταί: qui affert & tunicā φιστὴν ex Apollodori ephebis, σχιστὸν χιτωνίσκον πνὰ ἐνδεδυκώς. Rursum apud Poll. lib. 4, σχισταὶ ἔκκυν est ὄμμα quoddā σχίσεως χρειώδες: in quo oportebat πνεῦν τὰ ἐπαλλάττειν τὰ σκέλη. Sunt qui interpr. Coxim saltare.

C. Ἄσχιστος, ου, ὁ & ἡ, Qui fissus non est, Non scissus, Indiuiduus. Plato in Tim. μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον ἔφασαν, τὴν ὅλην σχίσαι ἑξαχῇ, quam solam indiuiduam reliquit, quū interiorem in sex partes diuisisset, vt Cic. vertit p. 13 mei Lex. Cicer. Affertur etiā ex Aristot. ἄσχιστος τὸ ἑξαπλοῦν, pro Non fissus in digitos. Item Non fissilis, Non scissilis, Qui non finditur seu scinditur, Qui findi seu scindi nequit.

C. Δυσχιστος, ὸν & ἡ, Qui difficulter scinditur seu finditur, Ægrè fissilis seu scissilis. CONTRA Εὔσχιστος, Qui facile scinditur seu finditur, Facilè scissilis seu fissilis. Seu simpliciter Fissilis, Scissilis. Cuius exemplum habes in Σχιστὸς de schisto lapide: cui adde & hoc Theophr. lib. 5 Hist. pl. εὔσχιστα ὄντα καὶ εὐκατάτεκτα πάμπολυ ξύλα.

Deriuata ex aoristo 2.

C. Σχιδόνυχος, ὁ, ἡ, Vngulas habens fissas, vel etiā Vngues fissos habens. vt sunt boues, cerui, oues, & alia quædam animalia.

C. Ἀκροσχιδὴς, ές, ὁ, ἡ, Summa vel extrema sui parte fissus seu scissus. Seu, In cacumine diuisus, In summo incisuris diuiduus.

C. Ἀσχιδὴς, ές, ὁ, ἡ, idē quod ἄσχιστος, Nō fissus seu scissus, Indiuiduus. Vel etiam Qui findi scindive nequit.

C. Εὐσχιδὴς, ές, ὁ, ἡ, Bene scissus, seu fissus. Ex Epigr. Potest etiam significare Facilè fissilis, vt εὔσχιστος.

C. Λεπτοσχιδὴς, Tenuibus incisuris seu rimis diffissus, Tenues habens incisuras seu fissuras. Λεπτοσχιδεῖς dicuntur calceorum genus quoddam, de quibus in Σχισταί.

C. Πολυσχιδὴς, Multifidus, vt Virg. loquitur. id est In multas partes fissus, vel Multas scissuras fissuraſque habēs. vt apud Luc. πολυσχιδεῖς ῥάκος, Pannus multis fissuris laniatus, Pannus vndique lacer. vt veteramenta quæ habent multa σχίσματα. Si de animali dicatur, significat Pedes manuſve diſſiſſas habens in plures digitos. Ac δένδρον πολυσχιδὲς, Arbor in multos ramos diſſiſſa & diſſuſa tanquam in multa brachia. vt ſcribit Columella de arbore, Deum illam diſſudiſſe ramis quaſi brachiis.

C. Χαμαισχιδὴς, Humi fissus, Qui humi finditur, seu scinditur. vt apud Theophr. De caus. plant. libr. 4, ὁ χαμαισχιδὴς πίσος, Pisum ab ipsa vsq; terra fissum, Pisum ab imo fissum.

Σχίδα, idem quod χίδος, teste Hesych. qui expon. etiam πῆγμα σανίδινος.

Σχιδαιὸς, Fissus, Scissus. cuius vsum non reperi apud quēquam, ita tamen à σχίζω deriuatur vt σεσαυὸς à σέσηφ. Cōpositum autem inde χιδαιόπους vide supra in Ποὺς, vnà cum σεσαυόπους ei opposito.

Σχίδαξ, ακος, ἡ, Assula, vt Plaut. & Plin. loquuntur. id est Fragmentū seu segmentum è ligno fisso seu scisso. idē quod σχίδος & σχίζα. Vtitur Dioscor. tum alibi, tum lib. 1, c. 130, de ebeno, κατὰ σχίδακας μικρὰς ἀπολύεται, in assulas resoluitur, Ruell. interp. Suid. σχίδαξ expon. ἐξωμμένον ξύλον, (Hesych. κλάσμα ξύλου) & σχίσμα. Vide & σχίδος. VNDE Σχιδακηδὸν, In modum assularum, Assulatim, (vt apud Plaut. Pulsando assulatim foribus exitū dabo: id est Ita aretabo in fores vt resoluātur in minutas assulas & χίδακας) seu Assulosè. Paul. Ægin. libr. 6, c. 89, χιδακηδὸν δὲ ὅτι ἔῤῥηξις ὀστέου ὅλου μήκοις, Quum os in longitudinem finditur assulosè, seu Quum os in longitudinem frangitur, sicut arbor aliqua in assulas & σχίδακας finditur. Plin. libro 12, cap. 22, Calamus melior qui assulosè potius quàm rhaphani modo frangitur. Vbi Rhaphani modo frangi dicit quod Paul. Ægin. ibidem ῥαφανηδὸν κατάγνυσθαι, quod & καυληδὸν ac σκυτηδὸν κατάγνυσθαι dici ait, ὁπόταν τῆς καταγνυμένου σκυτῶν τε καὶ καυλῶν. Nota igitur obiter eo loco ET Ραφανηδὸν ET Καυληδὸν κατάγνυσθαι. Illo autē aduerbio Assulosè Plin. reddidit quod Dioscorid. dixerat εἰς σκιδαλμοὺς, vt infrà docebo. Idem Dioscor. lib. 5, c. 128, de alumine, οὐ πεπεισμένη βωλαηδὸν, ἢ σχιδακηδὸν, non glebulosè aut assulosè compactum, vt Ruell. vertit. INDE ET Σχιδακώδης, Assulosus. Bud. ex Dioscor.

Σχίδος, εος, τὸ, idem quod σχίδαξ. id est Assula, Fragmentum, seu segmentum è ligno fisso, seu scisso: vt ea quibus ignis fouetur. Qua signif. Gregor. σχίδαξ vsurpauit, quum de baptismo loquens ait, ἔχω τρεῖς ὀπτῆρας κατὰ τῆς χιδάκων, αἷς καθιερώσω τὴν θυσίαν, ὕδατι πῦρ ἐχείρων. Homerus σχίζας appellat, vt paulo pòst docebo. Hesych. σχίδος exponit τὴν ὀπόσχισιν, apud quem properispomenos scribitur, idq; duobus in locis. VNDE Σχιδίον, ου, τὸ, Assula. Vtitur hoc vocabulo Vitruu. vi lib. 2, c. 1, Interualla quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidiis & luto obstruunt. Apud eūdem lib. 7, cap. 10, legitur, Sarmenta aut tædæ schidiæ comburantur: quum erunt carbones, extinguantur. Vbi si Schidiæ mendosum non est, tædæ schidiæ dicentur τὰ τῆς δάδων σχίδια, seu Tæda χιδακηδὸν fissa. Idem & assulæ vocabulo vtitur, eodem libro, cap. 6, dicens, Cæmenta marmorea siue assulæ quæ marmorarii ex asseribus deiiciunt: cæmenta & assulas ibi vocans τὰ κατάπυα, quibus apud architectos respondent πελεκήματα, ξύσματα, ῥινήματα, & id genus alia.

Deriuata ex præsenti.

C. Σχιζόπους, & Σχιζόπτερος vide suprà in Ποὺς & Πτερόν.

C. Ἀχιζὴς, idem quod ἀχιδὴς & ἄχιστος. vnde ἀχιζῆ, quod ex non nominato autore affertur pro Pedibus non fissa: forsan ex Aristot.

Σχίζα, SIVE Σχίζη, Ionicè, idem quod σχίδαξ, seu σχίδος, id est Fragmentum seu segmentum ligni fissi, Assula, Frustum ligni scissi: seu Lignum fissum scissumq;, quo ignis fouetur aut accenditur. Homerus Il. β, v. 425 Καὶ τὰ μὲν ἀρ σχίζησιν ἀφύλλοισιν κατέκαιον. Od. ξ, Κόψε δ' ἄρ' ἀρχόμενος σχίζας δρυὸς, ἣν λίπε καίων, frusto quercus fissæ quam reliquerat. Et Od. γ. circa finē, Καῖε δ' ὅτι σχίζης ὀφέων, ὅτι δ' ἀίθοπα οἶνον Λείβε. Cui similem Gregorii locum vide in Σχίδος.

Comp. ex σχίζω & præpositionibus.

C. ΑΝΑσχίζω, idem quod simplex σχίζω, Scindo, Discindo.

C. ΑΠΟσχίζω, Abscindo, Fissu auello. Metaphoricè aliquando vsurpatur, vt Abrumpo apud Latinos. nam vt Abrumpere sermonem siue orationē dicūt Latini, ita Græci ἀποσχίζειν τὸν λόγον. Aristoph. autē dixit, ὅθεν ἀπέσχισάς με τὸν λόγον: in Nub. Ἐκεῖσε δ' ὅθεν ἀπέσχισάς με τὸν λόγον,

Μέτειμι. id est, Eò sermonis redeo (hoc est ad eam sermonis partē) vnde me quasi auulsisti. Vel cōmodius, Vnde me auocasti seu reuocasti. Aut, Vnde me abstraxisti. Pass. Ἀποσχίζομαι, Abscindor, Fissu auellor. Secundum Poll. ἀπεσχίσθαι & ἀπερρῆχθαι dicūtur etiam ὅταν τὸ διεσταῖαι καὶ τὸ διγνωμονεῖν.

VNDE Ἀπόσχισις, εως, ἡ, Abscissio, Auulsio quæ fissu seu scissu fit. Vtitur hoc vocabulo Hesych. in exponēdo σχίδος. Sunt qui interpretētur etiam Ramus, Propago, sed ἀμδοτύρως.

C. ΔΙΑσχίζω, Diffindo, Discindo, Disseco. Via etiam διασχίζεται, quū in biuium aut triuiū finditur diuiditúrve, veluti arbor quæ in ramos plures spargitur seu diffunditur. Xenoph. Pad. 4, ἐν δὲ τῇ ὁδῷ προβαίνοντες, διασχιζομένων ὁδῶν πείθω τινὶ, ἐπλανῶντο. Hominum quoque societas aliqua & coniuncta multitudo σχίζεσθαι dicitur, quum in contraria studia scinditur, aut coniunctas sedes separat: vt apud Plat. in Sympos. φόβος οὖν ἔνεστιν, ἐὰν μὴ κόσμοι ὦσιν ὥσπερ τοῖς θεοῖς, ὅπως μὴ καὶ αὖθις διασχισθησόμεθα. Vbi huic διασχίζεσθαι synonymum facit διοικίζεσθαι, opponens vtrique τὸ ἓν εἶναι.

VNDE Διάσχισμα, ατος, τὸ, Frustum ex dissectione seu discissione. Apud musicos διάσχισμα dicitur dimidium semitonii minoris quod δίεσιν vocant. Sic enim Philolaus apud Boeth. lib. 2, cap. 27, Comma, spatium quo maior est sesquioctaua proportio duabus diesibus, id est duobus semitoniis minoribus: σχίσμα verò, dimidium est commatis: διάσχισμα, dimidium diesis, id est semitonii minoris: nam maior, ἀποτομὴ dicitur. Vbi etiam NOTA Κόμμα, ET Σχίσμα, ET Ἀποτομή.

C. ΕΚσχίζω, Scindo ex, seu Excindo. Aristot. De mundo, ποταμοὺς ἐξεσχίσθη pro Fluuius se scidit.

C. ΕΠΙσχίζω, In superficie scindo, seu findo: vel Infindo, Incido. Apollon. Rhod. ἐπισχίζοντες ἄρουραν, Terram in superficie findentes & proscindentes aratro, pro Arantes. quod Virgil. dicit Infindere sulcos. VNDE Ἐπισχίδας vocant cuneos, quibus immissis aliquid finditur, aut distinetur, ne fissura coeat. vt apud Vitruuium, lib. 10, cap. 18, Per media autem spatia tignorum insecantur & exciduntur formæ: in quibus excisionibus includuntur capitula catapultarum, cuneisque distinentur, ne in contentionibus moueantur. Tum verò modioli arei in ea capitula includuntur, & in eos cuneoli ferrei (quos ἐπισχίδας Græci vocāt) collocantur. Affertur ET Ἐπισχίδιον itidem pro Cuneus.

C. ΚΑΤΑσχίζω, Diffindo, Discindo: seu Præcido. Pro Diffindo, seu Concido, Diffindendo conuello, Demosth. in Mid. κατέσχισαν τοὺς θύρας τῷ οἰκήματιν, ὡς αὐτῷ ἤδη γενομένας, concidere cœperunt, vt Bud. interpr. pag. 91. Aristoph. voce media vtitur in actiua significatione, dicens in Ranis. σὺ γὰρ κατέσχισα μὲν ὅτι γέλωτ' κἀπ' ἀπελείας τόνδε τὸν σανδαλίσκον καὶ τὸ ῥάκος. vbi κατασχίσαθαι σανδαλίσκον & ῥάκος est Discindere & dilacerare, In σχίσματα distrahere. VNDE Κατάσχισις, εως, ἡ, Diffissio, Discissio. vt dicitur Fissio & Scissio. AT Κατάσχισμα est potius ipsum Frustum diffindendo auulsum. Ex Cic. redditur Fissum: vt idem fit quod τὸ κατεσχισμένον seu κατεσχισθέν.

C. ΠΑΡΑσχίζω, Iuxta findo, A latere findo. Alii, Incido, Diffindo.

C. ΠΕΡΙσχίζω, In orbem findo, Circumcircа scindo, Circumcido. VNDE Περισχιδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, In orbē fissus, seu In ambitu diuisus.

C. ΠΡΟσχίζω ET Ὑποσχίζω, Ante scindo & Subtus scindo. VNDE Πρόσχισμα ET Ὑπόσχισμα, ατος, τὸ, Quod anterius aut subrus scissum est. ambo calceamēti genus sunt. ita enim Poll. lib. 7, c. 22 ὑπόσχισμα δ' αἰδρῶν ὑπόδημα μάλα ἀπελὲς, καὶ πρόσχισμα, πρεσβυτικόν. Quod posterius apud Aristot. legitur, problem. sect. 30, διὰ τὴν σκυτικὴν ὑπόδημα οὐκ πρόσχισμα τῆς. vbi Gaza, Quemadmodum suendi ratio ex proscisso calceū reddit. Attamē iis duobus in locis non πρόσχισμα scribitur, SED Πρόσχημα: sicut rursus apud eundē Aristot. lib. 2 Rhet. εἰ γὰρ πρόσχημα καὶ κεφαλὴς καὶ χιτῶν δύναται χρῆσθαι, καὶ ὑποδήματα δύναται χρῆσθαι· καὶ εἰ ὑποδήματα, καὶ κεφαλὴς καὶ πρόσχημα καὶ χιτῶν. Quin &

apud Hesych.legitur [illegible], cum hac tamen expo A sitione, [illegible] quam sequendo, nemini dubium est quin scribendũ sit [illegible], vt sit calceamentum ab anteriore parte fissum seu scissum. Sunt qui lunatos calceos Latinorum existiment aliquid cum his affinitatis habere.

¶ Σχιδαλμός, οῦ, ὁ, idem quod [illegible] seu [illegible], id est Assula. seu Frustum fissione aut scissione ablatum alicunde.

ET Σχιδύλωσις, εως, ἡ, Fissio quæ assulose fit. Gal.apud Hippocr. [illegible] exp. [illegible] addẽs, ita videri etiam [illegible] dictum esse, nimirũ [illegible]. B Vbi nota SCRIBI Σκιδαλωδῶς, mutato χ in κ, quæ scriptura frequentior est: Hesychius verò & tertiã affert, NIMIRVM Σκιδαλωδῶς. Sic enim ille. Σκιδάλαμος, σκιλοψ· πῆς ἢ [illegible] ἀλλ. σκιδαλμός. Vbi nota eum hoc vocabulum exponere σκιλοψ, festuca. peculiariter dicitur de segmẽto ex calamo fisso, seu assula ex calamo scisso & in longitudinẽ fracto: vt apud Diosc.lib.1,c.17, de calamo odorato, [illegible] C [illegible] c.22, itidem de calamo odorato, Mel. or qui minus fragilis, & qui assulose potius quàm raphani modo frãgitur. Alibi pro hoc [illegible] idem Diosc. dicit [illegible]: quemadmodũ & Paul. [illegible] pro Assulose frangi. Itidem & schol. Aristoph. [illegible] exp. [illegible] Aristoph. verò [illegible] vocant [illegible], vt idem schol. annotat in hoc loco Nubium, [illegible] D [illegible] Eadem metaph. idem comicus in Ranis, [illegible] dixit, vbi idẽ schol. annotat [illegible] propriè esse [illegible]. Eadẽ apud Suid. legũtur, qui in priore Aristoph. loco scribit [illegible]: itidemque apud eum legimus. [illegible] Annotãt verò vterque, hoc vocabulum in recto casu [illegible], in obliquis autem [illegible]. COMP. [illegible]

Σχινοκέφαλος ex Plut. docebo. Hippocratem quoq; [illegible] vocasse non solùm [illegible], nimirum lentiscum, sed etiam [illegible], aut etiam [illegible], testatur Galenus in lexico suo. Sic & apud Aristoph. in Pluto, [illegible], scholl. exp. [illegible], scillam seu squillam. Quæ & ipsa trino flore arationis tria tempora indicat, vt lentiscus, teste Theophrast. lib.7 Hist. plãt. cap.12, [illegible] C. Σχινοκεφαλος, ου, ὁ, Habens caput scillæ bulbo simile, id est oblongum, vt Plutarch. in Pericle, pag. 279 meæ edit. quum dixisset Periclem habuisse [illegible] subiungit paulo post, eius confirmandi causa, [illegible] C causa. Quidam [illegible] C. Σχινοπρίων, ωνος, ὁ, Qui lentiscum mãdit. Dicitur in homines molles & effœminatos, qui ad nitorem candoremque dentium, frequenter commanducabant lentiscum. Suidæ enim [illegible] dicitur [illegible] quoniam [illegible] D [illegible] Similiter & [illegible] idem scribit dici [illegible]. Vide & Erasm. in Proverb. Lentiscum mandere.

C. Σχινοπρίστης, ου, ὁ, idem. Luc. in Lexiph. [illegible]

C. Σχινέλαιον, ου, τὸ. Lentiscinum oleum, vt Plin. libro 23, capite 2, Addito lent. scino oleo. Legitur apud Suidam: necnon apud Dioscoridem, libro 1 caput 51 inscribitur [illegible]: vbi tamen ipse Dioscor. non [illegible] vocat, sed [illegible].

Σχινόδωρος, ου, ὁ, Lentiscum referens colore, odore, aut alia aliqua similitudine, seu Qui è lentisci genere est.

Σχινος, ου, ὁ, Lentiscinus, vt [illegible] apud Dioscor. lib. 1, cap. 51. quod & [illegible] dicitur, voce composita: à Plinio Oleum lentiscinum, item E lentisco factum oleum, lib. 23, cap. 4. Eundem vero Plinium, quum dicit lib. 15, cap. 7, Iuncinum oleum è iuncosi, quod est roseo similimum: sunt qui putent semperam deceptũ potuisse Iuncinum pro Lentiscinum, vt qui legerit [illegible] pro [illegible]: nec enim iuncini oleo mentionem habet apud cæteros rei medicæ scriptores, quum lentisciniat admodum multa, de quo vide & Palladium Ianuario, c. 11. Rursum a Dioscor. memoratur [illegible], vnguentum lentiscinium: necnon [illegible], vinum lentiscinium, lib. 5, cap. 29 item [illegible], lib. 5, cap. 95, vbi de scribit, [illegible] Idem Plin. lib. 14, cap. 20, de arboribus marantibus pice & resina. Optimam lentisciniamque terebinthi fundunt, deinde lentisci: quam & mastichen vocant.

Σχίνιον, ου, τὸ, Bacca lentisci, seu Fructus quem fert lentiscus: vnde dicitur Pinea nux. Legitur apud Hippocr. in lib. De natura muliebri.

C. Σχίνιον. Ad dentes repurgandos & candefaciendos lentisci mando, vel etiam scilla. Sic enim in lex. meo vet. & apud Etymolog. [illegible] Diosc. quoque libro [illegible] scribit: et denique Martial. in pria in Σχινος, & Suidas in Σχινος: vbi [illegible] synonymum facit hunc [illegible] Similiter [illegible] significat Ficus comedo.

ΣΧΟΙΝΟΣ verò Iuncum significat: pro quo sæpissimè scriptum legitur [illegible] librariorum vitio, vt apud Diosc. lib. 1, c. 16, & lib. 4 cap. 1: sicut vicissim [illegible] perperam pro [illegible] scriptum reperitur: quod nonnulli aiunt Plinio dedisse occasionem cõminiscendi olei iunci, vt in Σχινος annotaui. Diosc. lib. 4, c. 52, duo facit [illegible] genera: aliud [illegible]

& [illegible] Cuius itidem duas esse species ait, vnam [illegible]: alteram quæ ferat [illegible] (quam propterea Theoph. [illegible] vocat, ob semen nigrum quod in capite fert) & [illegible]: quarum hanc Theophr. fœminã appellat, illam verò, marem. Est autem & tertia species [illegible] A quæ [illegible] nuncupatur. Quæ confer cum iis quæ Theophr. scribit lib. 4, c. 13. Vnde Plin. lib. 21, c. 18, de iunco, Tria genera eius: acuti, sterilis, quem marem & [illegible] Græci vocãt: reliqua fœminini, ferentis semen nigrũ, quem melancranin vocãt. Crassior hic & fruticosior, magisq; etiãnum tertius, qui vocatur holoschœnus. Quidam etiãnum vnum genus faciunt, iunci trianguli: cyperõ vocant. B [illegible] id est iũcus læuis & enodis, vocatur à Latinis Scirpus seu Scirpum: (quorũ hoc apud Festũ, illud apud Donatum legitur) vnde prouerb. Nodũ in scirpo quærere. Est porro & alia [illegible] quam Hippocr. [illegible], [illegible] & [illegible] cognominat, in lib. De morbis mulierum. Galen. in suo lexico [illegible] exp. quam alibi & [illegible] appellat, quia vnguentis admiscetur. Celsus multis in locis, vt lib. 3, c. 21, & lib. 4, c. 5, iuncum rotundum vocat, ad differentiam cyperi. quem iuncũ quadratum ipse, Plinius triangularem nominauit. Dioscor. absolutè & sine adiectione vocat [illegible], lib. 1. c. 16, vbi tamẽ perperam [illegible] scribitur sine diphthõgo. Itidem & Latinorũ quidam simpliciter appellare iuncum dicũtur, vt Vitruu. lib. 8, c. 3, Nõ tantùm in Syria & Arabia in arundinibus & iũcis herbisq; omnibus esse odores. Quo loco sicut D Iuncis putatur dixisse pro Iuncis odoratis, ita Arũdinibus pro Arũdinibus odoratis: quas Plin. & Solinus vocãt calamos odoratos, Diosc. [illegible], Hippocrates [illegible], Q. Serenus simpliciter & sine adiectione Calamos. Frequẽtius tamen cũ epitheto, vt Cels. lib. 3, c. 21, Iunci quadrati & rotundi semẽ: illud, [illegible] hoc Græci vocãt. Et Scrib. Larg. cap. 43, cõpos. 167, Caliæ rufæ, schœni (id est iunci) odorati floris. Vbi iunci odorati florem fortassis appellauit id quod ab Actuario DICITVR [illegible], à pharmacopolis quoque nostri sæculi Squinanthus, quod apud Pallad. quoque legitur, lib. 10, qui October inscribitur, c. 14, Squinanthi vncias quatuor. (Sic enim scribendũ potius quàm Squinanthos. Quod autẽ ad primam syll. attinet, suspecta & eius scriptura est) Colum. neutro genere appellat schœnum, vt & cyperum: (si modò codex mendo caret) lib. 12, cap. 20, Ad prædictum autem modum musti adici solent hi odores, nardi folium, iris Illyrica, cyperum, schœnum.

Σχοῖνος dicitur etiam funis è iunco plexus, vt [illegible] funis è sparto. Iunco enim (inquit Plin. lib. 19, c. 2) Græcos ad funes vsos, nomini credamus quo herbam eam appellant: postea palmarum foliis philuráque, manifestũ est: & inde translatum à Pœnis sparti vsum, perquàm simile veri est. Vnde non absurdum asinum Ocni [illegible] siue [illegible] solitũ fuisse [illegible] F [illegible] finxerũt enim tũ alii poetæ tum Cratinus, Ocnum quendam [illegible], & asinum [illegible]. Quod [illegible] Plin. spartum appellat: quum ait, Et piger, qui appellatur [illegible], spartum torquens, quod asellus arrodit: Propertius simpliciter G funem, Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno. Nam frequenter pro quouis fune ponitur hoc [illegible], sicut & [illegible], vt infrà docebo. Vide & [illegible] paulo post. ‖ Σχοῖνος est etiam mensura Ægyptiaca, sexaginta stadia capiens, autore Herodoto: licet Plin. lib. 5 & 12, quadraginta stadia dicat, id est quinque milia, nisi sit error notarum: inquit B. annot. prior. in Pand. Locus Herodoti quem dicit, hic est, libro 2, [illegible] H [illegible] Plinii autẽ locus est hic, l. 12, c. 14, Schœnus patet, Eratosthenis ratione, stadia X I, hoc est, passuum quinque M: aliqui XXXII stadia singulis schœnis dedere. Idẽ lib. 6, c. 26, dixerat, Inconstantiã mẽsuræ diuersitas autorũ facit, quum Persæ quoq; schœnos & parasangas alii alia mensura determinẽt. In hac signif. vsus est Callim. [illegible] A quem versum afferẽs Plut. in lib. De exilio, dicit, [illegible] quem versum afferẽs Plut. in lib. De exilio, dicit, [illegible] Sed nota, in Herodoti loco, masculino genere [illegible] dici, in Callimachi autem, fœminino [illegible]: ita vt dubii generis sit, teste etiam Athen. lib. 3, vbi ait, [illegible] B Funambulus, vt Terent. loquitur. Iuuenalis Græcũ vocabulũ retinet, & Cælius in epist. quadam ad Cic. dicit Schœnobaticã facere, pro Artem illam funambulorũ factitare & exercere. Quale est & [illegible] eius qui [illegible] dicitur, item & Petaurista.

C. Σχοινόπλεκτος, ε, ὁ ἢ ἡ, E iunco plexus, Iunco nexus. [illegible] Athen. lib. 3, ex Ararote, — [illegible] C

C. Σχοινοπλόκος, ε, ὁ, Qui è iunco funes torquet seu nectit. (vt [illegible] dicitur qui restes è sparto texit) Solere autem è iũco funes & alia plecti, patet tum ex iis quæ in [illegible] paulo antè dixi, tũ ex sequentibus. Plin. lib. 16, c. 1, Vlua & palustri iũco funes nectunt. Archestr. apud Athen. lib. 7, [illegible] D [illegible] Ptolemæus, apud eundem lib. 6, [illegible] Vbi [illegible] interpretari possumus Canistra iuncea, vt Colum. dicit Iuncea sporta, (itidem vt Spartea sporta) & Plin. Iuncea cratis, & Ouid. Iũcea vincla. Vtitur autem hoc composito [illegible] Plut. in suo [illegible] libello, [illegible] E [illegible] Eadem signif. dicitur [illegible].

C. Σχοινοπώλης, ου, ὁ, Iuncearum restiũ venditor, Qui iunceos funes vẽditat. Vel simpliciter, Funium restiúmve venditor.

C. Σχοινοστρόφος, ε, ὁ, Qui funem è iunco torquet, Qui funẽ iunco nectit. idem quod [illegible] F [illegible] illo Plutarchi quem in [illegible] citaui, vulgatæ editiones habent non [illegible], sed [illegible].

C. Σχοινοτενής, Extensus seu Extentus, Protensus: In longũ ductus vt funis, Qui in longum se extẽdit in modũ funis. Ex Herodoto, [illegible] funis. Ex Herodoto, [illegible] pro Alueos ad funiculum designauit centenos. Ex eodem, [illegible] pro, Rectum limitem iuxta vrbem faciunt. Apud Philostr. in Heroic. [illegible] Steph. Niger interpr. itidem Prolixa carmina. In qua signific. vsurpauit & Hermog. tomo 1, [illegible] G [illegible] opponi [illegible] Hesych. quoque [illegible] expon. [illegible]: item [illegible] pro quo maluissem dicere [illegible]. nam [illegible] in altum potius tenditur, [illegible] in longum. VNDE Σχοινοτενῶς, In modum funis extensi in longum. Budæus interpr. Porrectè, Prolixè, Intensè, afferens ex Hermog. p. 88.

C. Σχοινοφινίνδα à Poll. lib. 9 inter quædam lusus genera refertur: cuius hæc ratio est. Complures stantes circulum efficiunt. vnus ex illis circulum obit, funiculúmque manu gerens aut virgulam, à tergo alicuius deponit, & circumit donec cursu redeat in locũ suum. Tum si collusor à cuius tergo funiculus depositus est, impostura non senserit, à circuitore, resumpto funiculo, vapulat, & circumeundi vices accipit. Sin animaduerterit dolum, ac senserit à tergo suo depositum fuisse funiculum, eo prehenso impostorem insequitur ac fe-

rit: modò eum assequi possit antequã in locum suum redierit. si enim ille desertam stationem occuparit antequam ab insequente verberetur, circumire cogitur donec alii imposuerit.

C. Σχοινοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iunceum funem gestans. seu simpliciter, Qui funem gerit. Affertur ex Gregor. Nazanz. Alii interpr. Iuncum ferens.

C. Βαθύχοινος, Altas & sublimes iuncos ferens. Suidas enim βαθύχοινον expon. ὑψηλὰς χοίνους φέροντα. Epitheton est fluuii apud Homerum Iliad. δ, vers. 383, Ἄσπον δ' ἵκόντο βαθύχοινον, λεχεποίλω. vbi βαθύχοινον & λεχεποίλω sic exponunt, τὸν πολλὰς χοίνους ἔχοντα καὶ πάς πρὸς τὸ πιῆσαι κοίτας siue ψάθους. nam palustres iunci storeis quoque texendis idonei sunt. Non malè interpreteris Iuncosum, vt Ouid. dicit Littora iuncosa.

C. Δεκάχοινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Decem schœnos patens, Decem schœnos longus. Est autem χοῖνος mensuræ genus, vt suprà docui.

C. Ολόχοινος, ου, ὁ vel ἡ, Iunci quoddam genus crassum & carnosum. Dioscor. libro 4, cap. 52, de tribus iunci speciebus, ἔστι δὲ τρίτη χοῖνος, πολλῷ σαρκωδέστερα καὶ παχύτερα τῶν ἄλλων, ὁλόχοινος λεγομένη. vbi perperam sine diphthongo scriptum legitur ὁλόχιος, perperam item τραχύτερα pro παχύτερα. Item & Theophrastus libro 4, cap. 13, ait, περὶ γὰρ τὰ πλέγματα χρησιμώτερος ὁ ὁλόχοινος, διὰ τὸ σαρκώδες καὶ μαλακόν. Vnde Plin. lib. 21, cap. 18, Vtilissimus ad vitilia holoschœnus, quia mollis & carnosus est. Et mox, Vsus omnium (videlicet iunci specierum) ad nassas marinas, vitilium elegãtiam, lucernarum lumina: præcipua medulla. Caput autem hoc 18 ita inchoarat, Similia præcipit Mago & de iunco quem mariscon appellant, ad texendas tegetes: & ipsum Iunio mense eximi. Vbi sunt qui mariscon & holoschœnon idem significare credant, hunc Æschinis locum περὶ παραπρεσβείας afferentes, πηγὰς δὲ δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἐπὶ γγέλματα καὶ περὶ τῶν δικαίων Ἀμφιπόλεως καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πολέμου πιαίνα ἐρεῖν ἔφη, ὡς ἐπὶ ἀποξήρανσιν τὸ Φιλίππου στόμα ὁλοχοίνῳ ἀβρόχῳ. cum hac interpr. Fontes sanè quidem rationũ vberes se habere pollicebatur: & tum de iure Amphipolis, tum de belli origine talia dicturum esse aiebat, vt vel sicco mariscо posset os Philippi consuere. Addit autem ἀβρόχῳ, vt rei facilitatem ostendat, nimirum se nullo negotio obthuraturum & obsuturum os Philippo. nam solent madefieri iunci quum ad funes, storeas, aut alia eiusmodi nectenda assumuntur. Quibuscum confer quæ Erasm. dixit in prou. Iunco sicco. Ὁλόχοινος ab Hesychio exp. ὀξύχοινος, perperam.

C. Ὀξύχοινος enim est Iuncus acutus, diuersus à superiore, vt tum Dioscor. tradit, tum Plinius: Dioscor. quidem, libro 4, cap. 52, vbi duo χοίνου genera facit, λείαν καὶ ὀξύχοινον, quam dicit esse ἀπηξω ἐπὶ ἄκρου, in mucronem tastigiari: Plin. autem libro 21, cap. 18, cuius verba citaui in Σχοῖνος. Qui ibidẽ ait, Alterum genus iuncorũ facit quod marinum & à Græcis ὀξύχοινον vocari inuenio. Satis igitur hinc patet diuersum esse ὁλόχοινον ab oxyschœno. Pro quo ὁλόχοινος apud Galen. in lib. Simpl. medicam. perperam scriptum LEGITVR Ὀλιγόχοινος, vt & ex Paulo Ægin. constat. Plura vide apud Theophr. Hist. plant. lib. 4, cap. 13.

C. Πεντάχοινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quinque schœnos patens, In quinque schœnorum longitudinem extentus, Quinque schœnos longus. Est autem χοῖνος mensuræ nomen, vt suprà docui.

Σχοινώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Iuncosus: vel Iunceus: aut Iuncum referens, Iuncum imitans, Iunco similis, Qui è iunci genere est.

Σχοίνινος, ου, ὁ, Iunceus, E iunco factus. At χοίνινος ἠθμὸς ab Hesychio dicitur esse δι' οὗ τὰ ψήφοις οἱ δικασταὶ εἰς τὰ ὑδρίας καταδιδόασι. Apud eundem legitur Σχοινίλω φωνὴν, πλὴν σαθρὰν καὶ διερρωγῶν: pro quo χοινίλω fortasse est reponendum χοινίλῳ.

Σχοινία, ας, ἡ, Iunci planta seu stirps vnà cum suo cæspite. Theophr. Hist. plant. libro 4, cap. 13, dicit ὀξὺ & ὁλόχοινον iuncum ἐκ τῆς αὐτῆς φύεσθαι, pro hoc τῇ αὐτῇ mox dicens χοινίας. vnde Plin. libro 21, cap. 18, Oxys & holoschœnus eodem cæspite nascuntur. Sic ἀσπαραγία dicitur stirps seu plantarium asparagi. ‖ Exponitur etiam Funale, (ea signific. qua Liu. dicit, Funda media duo funalia imparia habebat) siue Funis: apud Ioseph. in Antiquit. Iudaicis, χοινία βοτρύων εἰς κύκλον σφιγγομένη, Funale. seu Funetum: vt Plin. libro 17, cap. 21, Quum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.

Σωματικός, ῇ, ὁ, Corporalis: vt apud Gell. libro 18, capite 1, Cætera bona omnia quæ corporalia & externa appellarentur. Pro quo mox ibidem, Corporis integritas, ſanitáſque, & honeſtus modus formæ, & pecunia familiaris, & bona æſtimatio, cæteráque omnia corporis & fortunæ bona. Itáque Corporalis & σωματικὸς eſt ὁ τοῦ σώματος ſeu ὁ περὶ τὸ σῶμα. Philo De vita M. lib. 1, αἱ σωματικαὶ ποιότητες, corporis qualitates. Ariſtot. Ethic. 7, αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ, Voluptates corporales, ſeu corporis. Pro quo lib. 1 Rhet. αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί. Idem Polit. 5, περὶ τὰς ἀπολαύσεις τὰς σωματικάς. Et Plutarch. in Coriol. dicit, μήτε πυρλόστατα, μήτ' ἄλλῳ τινὰ σωματικῷ ἀτυχίαν, nec aliquod aliud infortunium corporis. Rurſum Ariſtot. in Polit. σωματικὴ ὑπηρεσία, ſeruitium quod corpore præſtatur. At ex Plutarch. Pericle, σωματικὸν ἐπωνύμιον, cognomentum à corpore tractum: vt ſunt, Pyrrhus, Rufus, Cæcus, Claudius, Strabo, Plautus. Idem Plutarchus Symp. 1 dicit αἱ περὶ τὰ σωματικὰ διαφοραὶ, differentiæ quæ ex corporibus, ſeu à corporis aliqua parte inſignioris, ſumūtur: vt χρυσοῦς, σιμότης. ¶ Σωματικός, Corporeus, ſeu Corporalis: oppoſitum τοῦ ἀσώματος, id eſt Incorporeus. Philo De mundo, τῆς διανοίας βάσιν σωματικῷ ζητοῦσις, cogitatione ſedimentum aliquod corporeum quærente. ¶ Exponitur etiam Corpulentus, Craſſus: item Corpori deditus. ſed ſine exēplis. VNDE Σωματικῶς, Corporaliter, More eorum quæ corporea ſunt. Paulus in epiſt. ad Coloſſ. cap. 2 de Chriſto, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Vtitur & Plut. eo aduerbio in lib. De defectu orac. τὸ μέσον ὑ ποτικῶς, ἀλλὰ σωματικῶς λέγεται. Quæ Turnebus ſic vertit, Medium non loci ratione ſed corporis dicitur.

Σωμάτιον, ν, τὸ, Corpuſculum. Apud Athen. lib. 13, χρυσίον, ὡς ἔφασκε, τὸ σωμάτιον δρακεῖσιν. Et libro 4, θεραπεύσαντα τὸ σωμάτιον, καὶ λουσάμενον. Hoc. in epiſt. ad Phil. τὸ σωμάτιον οὐκ ἀνχρινὲς ὄν, ἀλλ' ἔχον τρέφασιν. ¶ Σωμάτια aiunt numerari inter ornamenta ſcenica apud Luc. in Ioue tragœdo: de quibus paulo pòſt in Σωματῶν. ¶ Σωμάτιον, Codex ac liber, in Eccleſiaſt. hiſtor. pag. 318. Bud. Itidémque idem, Σῶμα & Σωμάτιον (inquit) legitur in Hiſt. Eccleſ. in epiſt. Conſtantini 10, pro libro compacto. Cicero quoque σῶμα & Corpus vocat orationes diuerſas in vnum volumen veluti corpus congeſtas.

Σωματεῖον, ν, τὸ, idem quod σωμάτιον ſignificans Corpus, eo ſenſu quo multitudo aliqua ſedes coniunctas habens, & iiſdem viuens legibus, nominatur Corpus & Σῶμα. In Pand. σωματεῖον pro collegio accipi teſtatur Bud. Σωματεῖα dicuntur etiam ſtolæ hiſtrionicæ ad talos vſque promiſſæ & totum corpus contegentes. Poll. l. 4, cap. 18, καὶ στεβὴ μὲν ἡ τῶν ὑποκριτῶν, στολὴ ἡ δὲ αὐτὴ καὶ σωματεῖον ἐκαλεῖτο. Eadem ſignificatione & σωμάτιον apud eum legitur, vt ſub finem lib. 2, Σωμάτιον, ἡ τῶν ὑποκριτῶν στεβή. Sic & apud Luc. vt paulo antè docui.

Σωματόω, ῶ, F. ώσω, idem quod σωματοποιέω, Corpus eſſe facio, Corporea natura induo. Vnde σωματοῦσθαι, Concreſcere & corporeū fieri, Corpoream naturam induere ſeu ſumere. Quo ſenſu & Corporari dicitur: vt quum Plin. Semen tēpore ipſo animari & corporari. Sic Ariſtot. De gener. anim. lib. 2, c. 4, τὸ ὑπεμβρυον πῶμα, πάχος ἔχει καὶ σεσωμάτωται μᾶλλον. Vbi Gaza, Magis corpulentum eſt. Idem apud Theophr. ὁπὸ σωματωθέντες vertit Succi corporati: alii, Qui in corpus vnum coacti ſunt. Vide ſequens verbale.

Σωμάτωσις, εως, ἡ, Corporatio, Corporatura. Quæ tamen duo vocabula Latina à Columella & Vitruuio accipiuntur potius pro ipſo corpore ſeu cōſtitutione corporis: quaſi σωμάτωμα Græcè diceres: at σωμάτωσις ſignificat ipſam actionem corporeum aliquid efficiēdi. Theophr. De cauſ. plant. lib. 6, cap. 17, οὕτω δὲ καὶ ὁπὸ πάντες χρῆσιμοι (nimirum ſi ſiccatione indurentur) καὶ σωματωθέντες· ἡ δὲ σωμάτωσις, ὀκκρινομένου τοῦ ὑδατώδους, Corpo-

Corporantur autem ſi excernatur aquea ſubſtantia. ſeu A In corpoream naturam abeūt, Corporei fiunt, Corpoream ſubſtantiam induunt. Quibus ſubiungit, διὸ καὶ παρεγκεκυαίζουσιν αὐτὰ, τὰ μὲν ἐκχυλίζοντες καὶ ξηραίνοντες, τὰ δὲ ἐντέμνοντες, ὅπως ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ πάσχῃ, vt reſinas, thus, myrrham, & laſer. Dicit igitur σωματοῦσθαι τοὺς ὑποὺς, corporari ſuccos ſeu corpoream ſubſtantiam induere, quum paulatim ex inciſo cortice ſtillantes, ſolis ardore aut aeris ſiccitate πήγνυται καὶ ξηραίνοντα, concreſcūt & ſicceſcentes indurantur. Atque vt ea quæ erant diſperſa, σωματοποιεῖσθαι dicuntur quum in vnum veluti B corpus coguntur, ita aquea natura quæ per ſe diffluit, σωματοῦσθαι, quum aut frigore conſtringitur aut ſiccitate concreſcit.

C. ΕΝσωματόω, ῶ, idem quod σωματόω. VNDE Μετενσωμάτωσις, Corporis vnius in aliud corpus tranſmutatio, veluti quum corpus aliquod priorem naturam exuens, induit aliam: quam finxere quidam philoſophi, vt Plato lib. 10 De leg. pagina 332. Gregorius De homine, pagina 62, τῶν Ἑλληνικῶν δόγματων τῶν περὶ τῆς μετενσωματώσεως αὐτοῖς μεμυθολογημένων. Ibidem ex quodam C philoſopho ſeu mythologo refert ὅτι αὐτὸς γέγονεν ὁ αὐτὸς, καὶ γυναικὸς σῶμα μετημφιάσατο, καὶ μετ' ὀρνέων ἀνέπτη, καὶ θάμνος ἔφυ, καὶ τὸν ἔνυδρον ἔλαχε βίον. Vide & apud Pamphilum in Apologia Origenis, & Auguſtin. De ciuitate Dei, lib. 10, capite 30. Simile quid ſomniarunt de μετεμψυχώσει.

C. ΕΠισωματόω, ῶ, idem. Vnde ὀπισωματοῦσθαι apud Dioſcoridem libro 5, In corpus coaleſcere, Corporari, Corporaturam accipere, & craſſeſcere.

Σ Ω Σ, Saluus, Incolumis, Soſpes. Od. π, Εἴρ' ὄφ' οἱ σῶς D εἰμί, ἢ ἐκ Πύλου εἰλήλυθα, Saluū eſſe. Aut etiam Superſtitem eſſe. Itidem Odyſſ. ο, Οὐνεκά οἱ σῶς ἐστί. Vtitur & proſæ ſcriptores. vt Thucydides libro 3, πάλιν αὖθις κατασήσαντες τὸ τεῖχος σῶν τε καὶ ὑγιῆ, ſaluum & incolumē. Et Plato De rep. ὅταν δέῃ σῶν τε καὶ ὑγιῆ. Et Demoſthenes, σῶν τοῦτο, incolume hoc & ſaluum. Idem, ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς δεῖ σῶς εἶναι· συμφέρει γὰρ τῇ πόλει, ſed tamen reip. intereſt incolumes eos ſeruari. ¶ Σῶς, Integer, Perfectus. Heſychio enim σῶς eſt non ſolùm ὁ σωζόμενος καὶ σῶος ὑπάρχων, E ſed etiam ὁ ὁλόκληρος καὶ τέλειος. Itidemque idem σῶς ὄλεθρος exp. ὁ τέλειος: addens tamen & has expoſitiones, ὁ μέγας, ὁ περόδηλος καὶ φανερός. Legitur autem id σῶς ὄλεθρος apud Homerum Odyſſ. ε, v. 305, — νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος. vt ſenſus ſit, Nunc in totum me corripuit exitium, In totum & prorſus nunc ſum perditus: accipiēdo σῶς pro τέλειος ſeu ὁλόκληρος. Alii, Nūc mihi præſens inſtat exitium: Raphael Volaterr. — nunc certum mihi fatum: ſequutus alteram illā Heſychii expoſitionem, nimirum περόδηλος καὶ φανερός.

Verùm hoc σῶς non videtur primitiuū eſſe, ſed con- F tractum aut ex σάος, aut ex σόος, nimirum duobus o coeuntibus in ω, velut in περόρα, quod ex περόορα contractum eſſe exiſtimatur. Sunt autem hæc duo σόος & σάος poetis tantùm vſitata: atque adeo ſuſpicari aliquis poſſit illos dialyſi vocalis longæ ω, in duas breues, feciſſe σόος & σάος ex cōtracto σῶς, vt σέο ex σοῦ: ſicut & σαόφρων ex σώφρων iidem fecere.

C. Σάφρων, (pro quo poetæ dicunt Σαόφρων) cum ſuis deriuatis vide poſt Φρώ.

Σῶος, SIVE Σῶς, ου, ὁ, Saluus, Incolumis, Soſpes: idem G cum σῶς. Xenophon in Œcon. ἐπεπάξαμεν σῶα παρέχειν, præſtare incolumia. Plutarchus in Amat. narr. πάντα τὰ καταλειφθέντα διείσκει σῶα, omnia quæ relicta à ſe fuerant, ſalua offendit. Sed vt Xenophon in antè citato loco dicit σῶα παρέχειν, ita idem Pæd. 7, εἴπε σῶα αὐτῆς ἀποδιδόῃεν, εἴτε μή. Quo ſenſu Thucydides dicit σῶν καὶ ὑγιᾶ καθιστᾶν, ſaluum & incolumem ſiſtere. Rurſum Xenophon Hellen. 1, τὰ σώματα σῶα ἦ. Et Demoſthenes Pro corona, ὑμεῖς ἔστε σῶοι καὶ ἔμμαθοι, ſalui eſtis & ſtipendia accipitis. Variant grammatici tam in ſcriptura quàm in deriuatione huius vocis σῶος: nam Didymus ſubſcribēdum ι ait, negat Herodianus, vt prolixius in Lex. meo vet. annotatur, & apud Etymologum. Veruntamen vt Κῶος ex Κῶς, ita σῶος ex σῶς deriuari arbitror.

Σώω, Incolumem ac ſaluum præſto, Seruo, Soſpito: σῶν παρέχω. VNDE Σώσκε, vt κλαύσκε ex κλαύω, ζώσκε ex ζώω. Quo vtitur Homerus Il. θ, v. 362, Οὐδ' ὄρα τῷ μέμνηται ὅ οἱ μάλα πολλάκις ἐὺν Τειρόμβρον σώσκοντ' Εὐρυδῶρος ἀέθλων. Paſſ. Σώομαι, Seruor incolumis, Soſpitor. Apollon. lib. 2 Argon. δὴ γὰρ φάσαν ἐξ ἀΐδαο Σώεσθαι, dicebāt ſe ſeruatos eſſe & ereptos ex inferorum faucibus. In eodem libro, σώοντο παρὲξ Τιβαρηΐδα γαῖαν, ſeruabantur in traiectu Tibarenæ regionis. Alii, Tranſuehebantur ſalui Tibarenorum regionem. Vel ſimpliciter B Præteruehebantur. vt σώοντο παρὲξ ſit παρήλαυνον, ſicut Heſych. σώοντο exponit ὡρμῶντο, ἤρχοντο. (Quò referendū & VERB. Σῶμαι, quod idē Dorica dialecto accipi ſcribit pro ἕρπω: vnde σῶται, quod idem exp. ὁρμᾶται, ἔρχεται, πορεύεται) Itidem & σώεσκον in lex. meo vet. exponitur nō ſolùm ἔσωζον, ſed etiam ὥρμων, à σώω ſignificante ὁρμῶ: vnde σώεσθαι ὑποφαίνω apud Homerum pro ὁρμᾶν. Hoc autem σώω pertinet potius ad σεύω.

Σώζω, Fut. ώσω, idem quod σώω, ſed vſitatū & proſæ ſcriptoribus, quum illud σώω ſit poetis peculiare, id eſt Salu um & incolumem ſeruo, Incolumē præſto, Soſpito. Apud Demetr. Phaler. ἐγὼ μὲν σε ἔσωσα, καὶ σὺ μὲν δ' ἐμὲ ἐσώθης, ἐγὼ δὲ δέ σε ἀπωλόμην. vbi etiam nota oppoſitionem horum verborum: vt & apud Iſocratem in Panath. οὓς τοῖς σῴζειν, τούτοις ἀπολλύτες. & Xenophontem Hellen. 6, μὴ τοῖς δεῖν ἀπολυθῶσι τοὺς σώσαντας ὑμᾶς. Plutar. in Public. vtitur cum datiuo inſtrumentali, φυγὴ τοῖς τὴν πόλιν ἔσωζον ἑαυτοὺς, fuga in vrbem capta ſaluti ſuæ cōſuluerunt. Item aliquis dicitur σώζειν τὸν ἑαυτοῦ, id eſt Salnas & incolumes conſeruare res ſuas. (Niſi malis ſimpliciter Conſeruare, Tueri) cui opponitur τὸ ἀποβάλλειν: vt apud Xenophontem Pædiæ 3, οἱ μὲν νικῶντες τά τε ἑαυτῶν σώζουσι, καὶ τὰ τῶν ἡττημένων τοῖς λαμβάνουσιν· οἱ δ' ἡττώμενοι ἅμα ἑαυτούς τε καὶ ἑαυτῶν πάντα ἀποβάλλουσι. Sic & apud Herodian. l. 7, οὐ τὰ ἄλλων λαβεῖν, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν σώζειν, non aliena occupare, ſed ſua tueri & conſeruare. Itidem Demoſthenes σώζειν τὰ χρήματα, conſeruare res ſuas. Ariſtoteles in Ethic. dicit etiam τὰ σύμμετρα σπία καὶ ποτὰ ποιεῖν καὶ αὔξειν καὶ σώζειν τὴν ὑγίειαν: contrà autem πλείω ἢ ἐλάττω χρόμενα φθείρειν. Item σώζειν τὴν πόλιν ſeu τὴν πολιτείαν, aut τὴν παιδείαν dicitur aliquis vel res aliqua. Ariſtot. Rhet. 1, τὸ σῴζον τὴν πολιτείαν, id cuius ope reſp. ſeruatur incolumis. Idem Ethic. 10, capite 9, θεωρῆσαι ὧν πῶς σώζει καὶ φθείρει πᾶς πόλεις. (Vbi nota τοῦ σώζειν opponi τὸ φθείρειν. Plato autem in eodem loquendi genere ei oppoſuit τὸ ἀπολλύναι, in Minoe, τὸ μὲν σώζει τὰς πόλεις καὶ πᾶλλα παίτα, τὸ δὲ ἀπόλλυσι καὶ ἀναζρέπει) Et Herodianus l. 8, τὴν παιδείαν σώζειν. Et Matth. 1, αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτῶν, populum ſuum ſeruabit. quomodo & λαοσώστος Ἀπόλλων dici exiſtimatur, ὡς ἀπὸ τοῦ σῶσαι τὸν λαόν. Itē in iudicio aliquid aliquē σώζειν dicitur quod cauſam eius tuetur & eum abſoluit. vt ἡ σῴζουσα ψῆφος, ſententia abſolutoria, quæ & λυτική: cui opponitur ἡ καταδικάζουσα, ſiue μέλαινα, id eſt ſententia damnatoria, teſte Budæo quoque. Sed frequenter, omiſſo ſubſtantiuo ψῆφος, dicitur ſimpliciter ἡ σῴζουσα. vt apud Lucianum in Herm. circa finem, πλὴν λυτικὴν ἀεὶ καὶ σῴζουσαν φέρεις. Sed & alia quæuis σῴζοντα dicuntur quæ ſalutaria ſunt. vt apud Thucydidem lib. 5, pagina 188, πλείω σῴζουσαν, magis ſalutarem. Et Demoſthenes Philipp. 2, τὰ βέλτιστα καὶ σῴζοντα, quæ futura ſunt ſalutaria. Quibus in locis ſubaudiri poteſt τὰ τρόφιμα. quod habes apud Thuc. libro 1, ὅτῳ σαφέστατα ἔσωσε τὰ τρόφιμα. quod planè ſalutem rebus eorum attulit. Paulo aliter Herodianus libro 7, σῴζειν τὴν πίστιν καὶ τὴν εὔνοιαν τοῦ βασιλεύοντος, fidem principi ac beneuolentiam ſeruare. Cui adde hoc Demetr. Phal. σῴζειν τὸ μέτρον, ſeruare modum. Et hoc Alexand. Aphrod. διὰ τὸ σῴζειν τὴν τοῖς αὐτοῖς ἀκολουθίαν, ob tuendas conſequentias, vt quidem Bud. interpr.

Paſſ. Σῴζομαι, Seruor, ſeu Seruor incolumis, Incolumis euado. Herodianus libro 4, εἰδὼς μέγαν κίνδυνον πεφευγόμενα, μόλις τε σωθῆναι, magnum periculum ſe effugiſſe, vixque euaſiſſe ſaluum & incolumem. Et libro 7, ὀλίγοι ὀκ πολλῶν ἐσώθησαν, pauci dūtaxat euaſerunt

incolumes. Et Plut in lib. De frat. am. ἀκούσας ὅτι σώζεται, quum eum euasisse incolumem audisset. Item φθόγγοντα σωθῆναι, Fuga sibi consuluisse, Fuga incolumem euasisse, vt Xenoph. Pæd. 3, αἱρετώτερόν ὄντι μαχομένοις ἀποθνήσκειν μᾶλλον, ἢ φθόγγοντας σωθῆναι. Interdum additur ἐκ cum genitiuo suo. vt apud Aristotelem Rhet. 1, σώζεσθαι ἐκ τῶν κινδύνων, Euadere è periculis incolumem, Seruari è periculis, Effugere pericula. Sic Plato, πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; quomodo euasisti è prælio? Quomodo nobis è pugna saluus aduenis? Itidem Herodianus lib. 7, οἵτινες ἐσώθησαν ἐκ τῆς μάχης. Vbi Polit. Qui è pugna superarant. Item aliquis σώζεται εἰς, qui saluus & incolumis peruenit in, vt qui fugit πρὸς διώκοντας aut τὸν ἐπείγοντα κίνδυνον. Isocr. in Euag. διαφυγὼν δὲ τὸν κίνδυνον, καὶ σωθεὶς εἰς Σόλους τῆς Κιλικίας, quum periculum effugisset, saluúsque & incolumis peruenisset Solos Ciliciæ vrbē. Itidem aliquis dicitur εἰς οἶκον σώζεσθαι seu οἴκαδε σώζεσθαι, quum domum suam saluus & incolumis redit. Herodot. σωθέντος ἐμοῦ ὀπίσω εἰς οἶκον τὸν ἐμόν, quum sospes domum rediero. Sic Plato epist. 7, οἴκαδε ἐσώθην, Saluus domum redii. Et Xen. Hell. 1, ὡς σωθῆ οἴκαδε. Itidem Lucill. l. 2 Epigr. Εἰκοστὸς σωθέντος Ὀδυσσεὺς ἐς τὰ πατρῷα, Vlyssis qui post vigesimum annum redierat domum saluus & incolumis. seu, Vlyssis post vigesimum annū reducis. Sic Eurip. σώζομαι εἰς οἴκους. Et Greg. Naz. εἰς τὸ ὄρος σώζου, Vt saluus sis ac incolumis, in montem te recipe. vel, vt saluti tuæ consulas. Gallicè itidē diceremus, Sauuez vous en la montagne. Et apud X. σώζεσθαι πρὸς τὸ στρατόπεδον, Saluū peruenire in castra, vt ex præcedentibus patet: nimirum Pæd. 5, p. 80, καὶ ὁ μὲν Ἀσσύριος διώξας ἄχρις οὗ ἀσφαλὲς ᾤετο εἶναι, ἀπεστράπετο· οἱ δὲ Καδούσιοι ἐσώζοντο πρὸς τὸ στρατόπεδον. Apud eundē, Hell. 1, quidā dicit se ὅπῃ τύχοις ἀλφίτων σωθῆναι, vasis farinarii ope ex naufragio euasisse seu seruatum fuisse. Cui adde hoc Synesii ep. 4, ἀφ' ἧς πολλὰ δίδαχ' ἐσώθημεν, A qua præter spem seruati fuimus, Cuius auxilio præter opinionem euasimus. Isocr. autē in Archid. dicit, δίχα μὲν κακίας ἀπολλύμενοι, δι' ἀρετὴν δὲ σῳζόμενοι, Cui vitiū exitio, virtus autē saluti fuit, Qui vitii causa periit, virtutis autē beneficio seruatus fuit. (Vbi etiā nota opponi sibi σώζεσθαι & ἀπόλλυσθαι, sicut & apud Xen. Pæd. 3, ἐπεὶ δ' ἐάλωσαν, σαφῶς ἀπολωλέναι νομίσαντες, νῦν ἀναφαινόμεθα σεσωσμένοι. Aristoph. verò ei opponit διστυχεῖν: in Ran. Εἰ γὰρ διστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς Ταναντία πράττοντες οὐ σωζοίμεθ' αὖ, si hæc nobis infortuniorum & calamitatū causa sunt, quomodo nō saluti nobis fuerit si cōtraria sectemur?) Item & πόλις σώζεσθαι dicitur quæ seruatur incolumis, seu quæ salua & incolumis permanet in statu suo. Aristot. Polit. 2, δεῖ γὰρ ἡ πολιτείαν τὴν μέλλουσαν σώζεσθαι, πάντα βούλεσθαι τὰ μέρη τῆς πόλεως εἶναι καὶ δίχα μὴ θέλειν εἶναι, Quæ incolumis seruari vult. Idem Polit. 7, αἱ γὰρ πλεῖσαι τῶν νῦν οἰκουμένων πόλεων, πολεμοῦσαι μὲν σώζονται, κατακτησάμεναι δὲ τὴν ἀρχὴν, ἀπόλλυνται, crebris bellis seruātur incolumes. Item & res aliquorum vel alicuius dicuntur σώζεσθαι. Demosth. Philipp. 3, ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων, quomodo Græcorum res (vel etiam vires) incolumes seruari possint. Et Plut. in lib. περὶ ἀθυμίας dicit μανικὸν εἶναι τὸ τοῖς ἀπολωλεκόσι θρηνεῖν, μὴ χαίρειν δὲ τοῖς σωζομένοις, iis quæ salua & incolumia conseruantur. ‖ Apud Theologos & in sacris literis σώζεσθαι & Seruari, significat Æternam salutem consequi, vt contrà ἀπόλλυσθαι, æterna morte damnari. Matth. 10, & Marc. 13, ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται, Qui perseuerarit vsque ad finem, hic saluus erit. Sic alibi passim. ‖ Σώζεο ex Epigramm. affertur pro Vale. Possis etiā interpretari Saluus sis, Deus te saluum & incolumem cōseruet. ‖ Τὰ σῳζόμενα scripta alicuius, dicuntur quæ salua ad nos peruenerunt, nec tempore interciderunt. Qua in significatione dicuntur à Latinis aliqua scripta extare. vt, Ξενοφῶντος τὰ σῳζόμενα. Et, Πυθαγόρου τὰ σῳζόμενα ἔπη. ‖ Σώζεσθαι exponitur etiam Ad frugem bonam peruenire. Quomodo accipi potest in hoc Diogenis dicto apud Plutarchum in libro De discern. amico & adulat. πρὶν μέλλοντα σώζεσθαι δεῖ φίλοις ἀγαθοῖς ἢ δεσπότοις ἐχθροῖς ὑποδρᾶν: quoniam nimirum illi διδάσκουσι, hi autem ἐλέγχουσι. ‖ Exponitur etiam Manere, Permanere. vt apud Galenum lib. 1 ad Glauc. σώζεται ἡ ὅμως καὶ ποτὲ ἡ ἰδία αὐτοῦ βραδυτής τε καὶ ἀραιότης. Malim ego, Salua & incolumis permanet, Seruatur incolumis.

Porro notandum, in præt. perf. pass. & iis quæ inde formantur, retineri σ, vt in σέσωσμαι & σεσωσμένος: in aoristo autem primo, nō itidem, & similiter in iis quæ inde formantur. dicitur enim ἐσώθην, σωθῶμαι, σωθείς, σωθήσομαι, σωθήσεσθαι, σωθησόμενος: ita vt præteritum quidem ex σώζω formatum sit, aoristus autem cum suis à σώω aut σόω formatus esse videatur. Sed & in tertia persona præteriti pass. σ abiicitur interdum, eodémq; modo in verbalibus ex eo deriuatis: vt in σωτήρ, σωτήριος, σωτηρία, & similibus: interdum verò retinetur, vt in σωτικὸς & σῶσρον.

C. Σωσίοικος, ου, ὁ καὶ ἡ, Domus conseruans, Domuum sospitator, Qui domus cōseruat incolumes & saluas. ὁ τοὺς οἴκους σώζων, Hesych.

C. Σωσίπολις, Vrbis seu vrbiū sospitator & tutor, Qui vrbem seu vrbes conseruat. Aristoph. Talis est ὁ Λακεδαίμων & ἡ Λακωνὶς Ἀθηναίη.

Eādem compos. formam HABENT, Σωσίβιος, ET Σωσικλῆς, ET Σωσίθεος, ET Σωσίπαρις, ET Σωσίστρατος, ET Σωσιφανής: quæ nomina propria sunt apud Suidam & alios: sin autem appellatiuè vsurparentur, eādem interpretationis formam admitterent quā præcedentia duo σωσίοικος & σωσίπολις: σωσίθεος tamen pass. potius quàm actiuam significationem haberet. ‖ Σωσίβιοι dicuntur etiam οἱ κωβιοί, gobii pisces, teste Hesychio.

Σωστικός, ού, ὁ, Seruandi seu conseruandi vim habens, Conseruator, Tutator. Aristot. De mundo, τὸ ἴσον, σωστικόν πως ὄντι τῆς ὁμονοίας, Æqualitate conseruari solet concordia. seu, Æqualitas tutrix est concordiæ.

Σῶσρον, ου, τὸ, Præmium quod conseruatus conseruatori reddit, Præmium quod datur alicui qui aliquem aut aliquid seruauit: vt Romæ quercina corona dari solebat πρὸς σώσαντα πολίτην ἐν πολέμῳ, ei qui ciuem in bello seruasset. Apud Xenophontem autem de seruo fugitiuo, ἄλλοις δοῦλοι καὶ σῶσρα πύτῳ αἰακηρύσσειν, vt præmia denuntient ei qui fugitiuum mihi asseruarit. Vide & σωτήρια.

Σωτός, ου, ὁ, Seruandus, Dignus qui seruetur. Apud Hesychium verò LEGITVR Σώστεος, itidem expositum σωθῆναι ἄξιος, Qui seruari meretur: fortasse pro σωστέος. Nam vt σωστικὸς dicitur, ita & σωστὸς dici posse non dubitandum est.

Σωτήρ, ῆρος, ὁ, Seruator, Salutis autor, Qui salutem dat vel dedit. Plerunque Dei epitheton. vt apud Athenæum libro 7, Διὸς σωτῆρος, Iouis seruatoris. Et apud Lucianum De scrib. hist. hoc epigramma extat, Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῆς πολιοῦχιδος, diis seruatoribus. id est, Castori & Polluci. At iustissimo titulo Iesus Christus σωτὴρ dicitur, Solus enim humani generis seruator est. (Pro hoc autem seruatoris nomine multi veteres theologi saluatorii nomen de ipso vsurparunt, nō satis Latinè, vel potius nullo modo Latinè) Homines quoque σωτῆρες dicuntur, sed in primis principes & fortes viri. Demosthenes Pro corona, φίλον, ἀνεγείρω, σωτῆρα, τὸν Φίλιππον ἡγοῦμαι. Isocrates Paneg. μᾶλλον ὀπτυμοιοῦντες ἡγεμόνας ἢ δεσπότας προσαγορεύεσθαι, καὶ σωτῆρας ἀλλὰ μὴ λυμεῶνας ἀποκαλοῦσιν. Et Plutarchus De fort. Alexand. οἱ δὲ ἀνεγέρτας, οἱ δὲ καλλινίκους, οἱ δὲ σωτῆρας, οἱ δὲ μεγάλους αὐτηγόρευσαν ἑαυτούς. vt Antiochus ille qui σωτῆρος cognomen habuit. Et Cicero in Verr. 4, Itaque C. Verrem non solùm patronum istius insulæ, sed etiam σωτῆρα inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum vt Latino vno verbo exprimi non possit. is est nimirū σωτὴρ, qui salutem dedit. Interdum genitiuus additur. vt Plutarchus De Herod. σωτῆρας αὐτηγόρευσε τῆς Ἑλλάδος. Herodianus libro 8, σωτῆρας καὶ προστάτας Ἰταλίας πάσης ἀναγραφῶσι, titulum seruatorū ac propugnatorū totius Italiæ mereri. Plato

Symp. σωτῆρας τῆς Λακεδαίμονος. Demosth. in Epitaph. τοῦ Ἡρακλέους παῖδων, ὃς τοὺς ἄλλους ἔσωζε, σωτῆρες ὠνομάσθησαν. Rursum ex Platone De leg. σωτὴρ πρεῖ πόλιν pro Ciuitatis seruatore.

FOEMIN. Σώτειρα, ας, ἡ, Seruatrix. Pausan. Attic. pag. 29, ὅτι πρῶτε σωτείρας ἄγαλμα ἐποιήσαντο Ἀρτέμιδος. Et pag. 33, Ἀρτέμιδος σωτείρας ὀνόμασιν χαλκοῦν ἄγαλμα. Est & Mineruæ cognomen, vt testatur schol. Aristophan. quæ alio nomine & λακωνὸς appellatur, à seruandis populis.

Σωτήριος, ᾱ, ὁ καὶ ἡ, idem quod σωστικὸς, Conseruandi vim habens, Conseruator & tutator. Plat. epist. 7, φάρμακον ἐπενεγκὼν τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὸν τῶν Ἐφόρων δαιμόνιον, τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον, & ephororum magistratum, conseruatorem regii principatus. Itidem Soph. πάλαι αὖ Γενόμεθ' αὐτοῖς σοῦ θεοῦ σωτήριοι, Salutem ei attulerimus, Salutis autores ei fuerimus, Eum seruare queamus. Interdum sine genitiuo pro Salutifer, Salutaris, Salutem afferens. Herodian. libro 2, ὀρέξαι χεῖρα σωτήριον, manum porrigere salutarem. Aliquanto antè, συμβαλοῦσι γὰρ ἡμῖν αἱ τῶν ἀρίστων καὶ σωτήριαι, optima atque salutaria, Polit. interprete. Et Plutarchus νοῦν ἔχων σωτήριον φρονοῦντα. Apud eundem, πρᾶξις σωτήριος, res salutaris. Quinetiam affertur ex Gal. ad Glauc. σωτήριον τὸ νόσημα, pro Morbus salutaris, non exitiosus. Thucyd. cum datiuo iunxit, lib. 8, pag. 255. αὐτός τε αὐτῷ ὠφέλιμος γίγνοιτο, καὶ τοῖς ξύμπασι σωτήριος. Id est σωτηρίας πρόξενος, vt schol. in alio eius loco exp. ‖ Σωτήριος Hesychio est ὁ θέριος ἄνεμος, ventus secundus.

ITEM Σωτήρια, τὰ, s. ἱερὰ, Sacra seu festa quæ agitantur in honorem σωτήρων θεῶν, nimirum ob datam salutem. Herodian. libro 1, παρέπεμπέ τε τὴν θεὸν χάριν, καὶ σωτήρια τῷ βασιλέως ὁ δῆμος μετὰ τῆς ἑορτῆς ἐπανηγύριζε. Vbi Polit. Populus omnis pro salute imperatoris diem lætabūdus celebrabat. Idem libro 4, ῥίψας ἑαυτὸν ἐς γῆν, ὡμολόγει τε χρηστήρια, ἔθυέ τε σωτήρια. Vbi idem Polit. Gratias agebat, votis quasi pro salute susceptis. Sic Plutarchus in Galba, ἔθυσε σωτήρια, καὶ παρεσκεύασε λαμπρὰν ἑστίασιν. Item σωτήρια θύουσιν ἄντι affertur pro Ei tanquam seruatori immolant. Et ex Luciano Hermot. ἀπὸ καὶ σωτήρια τήμερον ἄγων, Hūc diem lætabundus pro salute parta celebraturus, Vota pro salute facta hodie persoluturus, Hodie diis sacrificaturus ob datam salutem. Σωτήρια dicuntur etiam præmia quæ medico seruatori dantur, Præmia quæ æger medico persoluit ob redditam salutem: quæ & σῶσρα nominantur & ἰατρεῖα, vt Poll. testatur libro 6, capite 40, ἰδίως δὲ ἰατρῷ μόνῳ, (videlicet διδόμενος μισθὸς) σῶσρα, σωτήρια, καὶ ἰατρεῖα. Sic illa superiora σωτήρια dicentur θύματα seu sacrificia quæ diis fiunt ob datam salutem. nam sacrificia eis veluti merces aliqua offerūtur pro beneficio. seu Vota quæ persoluūtur deo ob acceptam salutem. solēt enim qui salutem à deo petunt, votis se interdū obstringere, quæ persoluunt quum salutem postulatā impetrarunt.

Σωτηρία, ας, ἡ, substantiuè, Salus. Aristot. Rhet. 1, ἡ οἰκεία σωτηρία, priuata salus. cui opponitur ἡ τῶν κοινῶν σωτηρία, salus reip. vt apud Thucydidem libro 2, τοὺς κατ' οἶκον κακοπραγίας ἐκπεπληγμένοι, τὰ κοινὰ σωτηρίας ἀφίεσαν, vt domesticis incommodis cōsternati communem salutem dimittatis. (vbi etiā nota κακοπραγίας opponi τῇ σωτηρίᾳ, vt Aristoph. διστυχῶν & σώζεσθαι inter se opponere, suprà docui) Herodian. lib. 2, οὐδὲ ἡμῶν ἡ ἀφιξις ὅπῃ σωτηρία τῆς τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, Salutem tum nostrā tum Romani imperii petitum venimus. Et libro 4, ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, pro salute sua. Æschin. in Ctesiph. περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας, de salute corporis. Isocr. δεδιέναι καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῆς σωτηρίας, metuere de salute sua. Idem in epist. ad Philipp. εἴ σοι παῖς ἐλπίδας ἔχοιεν τῆς αὐτῶν σωτηρίας, In te salutis suæ spem repositā habent. Aristot. Rhet. 2, δεῖ τινα ἐλπίδα ὑπεῖναι σωτηρίας περὶ οὗ ἀγωνιῶσι. Et Thucyd. lib. 8, p. 279, ὡς τινα ἐλπίδα ἔχῃ σωτηρίας. Cōtrà Plutarch. in Alcib. οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπελείπετο τῇ πόλει, nulla salutis spes relicta erat ciuitati. Cui simile hoc Thucydidis, lib. 8, pag. 286, νομίζοντες οὔτε ἐκείνοις ἀποστροφὴ σωτηρίας ἔτι σφίσιν εἶναι, non esse nec illis nec sibi quò se verterent ad salutem consequēdam. Et hoc Isocr. in Archid. οὐδεμιᾷ ἄντι σωτηρίας ὑπολειπομένης. Rursum Thuc. l. 7, p. 276. ἐδεήθησαν τῆς σωτηρίας μὴ μόνον, &c. Et lib. 8, p. 280, διδασκόμενος μὴ ἔτι ἄλλην σωτηρίαν. vbi σωτηρίαν existimo posse exponi ἐλπίδα σωτηρίας: vt habes apud Æschin. in Ctesiph. μίαν ἐλπίδα λοιπὴν κατεῖδε σωτηρίας, ἔνορκον λαβεῖν τὴν Ἀθηναίων δῆμον. Itidē sequētur infinit. apud Thuc. lib. 7, p. 261, νομίζων ἔτι σωτηρίαν τοῦ ὡς πάχιστα ὑποχωρεῖν, saluti fore si quāprimum recederet. Secus apud Herodian. lib. 7, οὐδὲν ἐκαστοῖς σωτηρίαν ὑπαρχουσαν εἰ τὰ πολεμούμενα αὐτοῖς αὐξήσαιεν ἔρροις μείζοσι. Rursū Thuc. lib. 6, p. 217, βεβαιοτέραν ἄντι σωτηρίαν ἔτι ὁμολογήσαντες μετ' ἀδείας, ἢ ἀρνηθέντες, certiorem ei salutem allaturum si cōfidenter fateatur quàm si neget. Contrà Philo De vita M. lib. 1, ἐν ἐρήμοις ἦσαν συμφορᾶς καὶ σωτηρίας ἀπογνώσει, in extremis versabantur ærumnis salutisque desperatione. id est οὐδεμίαν εἶχον ἐλπίδα σωτηρίας. Item πρὸς σωτηρίας δεόμενος, ei qui salutem quærit: πρὸς βουλόμενον σώζεσθαι, ei qui saluti suæ cōsultum vult. ambo apud Plutarchum. Et ἐξ ἁπάντων τοῦ ζητεῖν πρὸς σωτηρίαν. Isocr. Paneg. Et Thucyd. libro 6, pagina 224, τὴν σωτηρίαν ἀποπειρᾶσθαι. Rursum Plutarch. in Amator. narr. σωτηρίας ἔτυχε παρ' αὐτῶν, salutem per eos consequutus est. Quomodo & Xenoph. Pæd. 4, νίκας πτυχίκαμεν καὶ σωτηρίας. Stulti autem sunt ὅσοι πρὸς σωτηρίαν οἴκοι ἔχοντες καὶ παρ' αὐτῶν, ἄλλην ἐθέλοιεν εἰσαγόμενον λαβεῖν, vt Plutarch. tradit ex Eurip. Vbi sicut λαμβάνειν σωτηρίαν dicitur, ita & δοῦναι. vt apud Demosthenem Pro cor. ἢν τῆς λοιπῆς πρὸς παχύν ἀπαλλαγὴν τῶν ἐπιπτηδόντων φόβων δῶτε, καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ. At illie qui accipit, dicitur σωτηρίας χρῆναι εἰδέναι τῷ διδόντι, apud Plutarchum. Ipsa autem σωτηρία dicitur γίνεσθαι δίχα πόνου, vt apud Aristotelem, Polit. 5, ὁ τρόπος δι' ὃν γίνεται σωτηρία τοῖς τυραννίσι, modus quo tyrannis conseruatur. Idem Rhet. 1, ἐν τοῖς νόμοις ὅστιν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως, In legibus consistit salus ciuitatis, Ciuitas conseruatur legibus, Leges salutem dant ciuitati: si nimirum bonæ sint & seruentur. Cui simile hoc Xenoph. Hellen. 7, ἐκ τῆς θαλάττης ἅπασα ὑμῖν ἤρτηται σωτηρία, tota vestra salus pendet ex mari. ‖ At ἡ εἰς τὴν πατρίδα σωτηρία, Saluus in patriam reditus. Thuc. πρὸς τὴν εἰς τὴν πατρίδα σωτηρίαν. Sic Plato, τῆς πάλιν οἴκαδε σωτηρίας, reditus in patriam. Itidem σώζεσθαι εἰς τὴν πατρίδα & σώζεσθαι οἴκαδε dicitur, Saluum & incolumem domum seu in patriam redire. ‖ Σωτηρία significat etiā Conseruatio, qua nimirum aliquid conseruatur incolume & in statu suo. vt apud Aristotelem Polit. 6, τῶν πτηνῶν, οἰκοδομημάτων καὶ ὁδῶν σωτηρία καὶ διόρθωσις. Quò referri potest hoc Plutarch. Symp. 3, probl. 1, τοῖς φυομένοις καὶ βλαστάνουσι τὰ φύλλα σωτηρίας ἕνεκα τοῦ καρποῦ γίγνεται, vt seruent & tueantur ab externa iniuria, veluti folis, pluuiæ, & similium.

VNDE Σωτηριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod σωτήριος. id est Salutaris, Salutifer, Qui salutem dat, Sospitalis: vt Plaut. dicit, Qui tibi sospitalis fuit. AT Σωτηριακὸν Hesychio est τὸ εἰς ἐκφορὰν νεκροῦ διδόμενον, Pretium quod pro funeris elatione datur.

C. ANA σώζω, Seruo, Saluū & incolumē præsto, Restituo pristinæ incolumitati. Facio vt quis saluus euadat. In quo sensu ponitur cum solo accus. interdum & genit. habet: vt αἰ σώσειν πανὰ κινδύνου. Apud Soph. αἰ σώσειν φόνου, Seruare à cæde. ‖ Item Ἀνασώζω, Sarcio, Recupero. Xenoph. Hell. 7, ὡς εἶδον πάντα τοὺς πολεμίους, συνέρραξαν, ἐρώντες αἰσθέσθαι τὴν παρ' αὐτῶν δόξαν. Est enim αἰσθέσθαι aor. med. actiui αἰσθῆσαι significationē habens. Ἀνασώζομαι, pass. Seruor, Incolumitati restituor, Saluus euado. Interdū absolutè ponitur, nonnunquam cum præpositione ἐκ genitiuo iuncta. vt αἰσθεὶς ἐκ θαλάσσης. Nonnunquam & cum præpositione εἰς suum accusatiuum habente, vt αἰσθεὶς εἰς τὴν πατρίδα, apud Diodorum Siculum, Quum saluus euasisset in patriam.

C. ANTI σώζω, Vicissim seruo. Alii, Instauro.

C. ΑΠΟ σώζω, Saluum & incolumem seruo, Saluum & incolumem reduco, vel reuerti facio, cum præpositione εἰς accusatiuo iuncta. Xenoph. αἰαβ. lib. 2, θύρημα ἐποιησάμην εἴπως δυναίμην πρὸς βασιλέως αἰτήσασθαι δοῦναί μοι ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς, id est Vos saluos & incolumes in Græciam reducere. Nam hæc mihi videtur cō-

moda esse interpretatio. Idem Hellen. lib.7, ὅπω δὴ οἴκα δὲ καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἄνδρας ἀπέσωσαν, id est (meo quidem iudicio) Seipsos domum saluos & incolumes retulerunt, vnà cum iis quæ aduehebant. vel, Saluis etiam iis quæ aduehebant. Budæus postquam ἐξεσώζω exposuit Tandem seruo, vel Incolumem tandem seruo: subiungit, hoc etiam ἀποσώζειν dici: citátque priorem illum Xenophontis locum, vbi tamen ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα malim interpretari (vt feci) Incolumes reducere in Græciam, quàm Incolumes seruare in Græciam. quòd Seruo videatur durè iungi cum præpositione motum ad locum significante. At in Gallica lingua verb. *Sauuer* nihilo durius cum huiusmodi præpositione iungitur, quàm in Græca. Nã dicimus, *Il s'est sauué en sa maison*, pro eo quod est, ad verbũ, Seruauit se in ædes suas, Græcè, ἀπέσωσεν ἑαυτὸν εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν. Sed hoc genus loquẽdi *Il s'est sauué en sa maison*, nobis sonat Confugit domum suã, saluum se & incolumem seruans. Vel, Domũ suam se recepit, saluti suæ consulẽs. Vel, inuertendo hanc dicẽdi formulam, Saluti suæ consuluit, domum se recipiendo. Nec dubium est quin itidem sub Græco ἀποσώζειν sæpe talis significatio lateat. Certè passiua vox Ἀποσώζομαι inuenitur interpretata Euado, item Confugio. vt in hoc loco Xenophõtis Hellen. 1, καὶ ὁ Κοιρανίδας ἐν Πειραιεῖ ἔλαθεν ἀπιὼν, καὶ ἀπεσώθη εἰς Δεκέλειαν. Sed potest hîc exponi etiam Saluus & incolumis peruenit. Gregorius εἰς ἄγιον πάγον. Μὴ ζῶμεν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς τὸ ὄρος ἀποσωζώμεθα, Ad montem confugiamus, In montem confugientes vel nos recipientes saluti nostræ cõsulamus. Sic autem suprà ἐς τὸ ὄρος σώζω. vbi itidẽ dixi de vsu illius nostri verbi *Sauuer*. Aliquando ἀποσώζομαι est Saluus & incolumis reducor, vel reuertor, sequendo interpretationes actiuæ vocis.

Ἀποσώζω, Intro condo vt seruẽ, Intus incolumem cõtineo. quas signif. Bud. huic verbo tribuit in suis Commentariis: subiungẽs, καὶ μόλις ἀπεσώθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον: & locum illum Xenoph. καὶ ἀπεσώθη εἰς Δεκέλειαν. Sed hæc sunt potius exẽpla significationis à nobis expositæ in fine proximè præcedentis tmematis.

C. ΔΙΑσώζω, idem quod simplex σώζω, id est Seruo, Sospito. seu Saluum & incolumem seruo. Isocrates Archid. ἐκλιπεῖν τὴν χώραν καὶ τὸ σῶμα διασῶσαι. Item, φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων, Amicos seruans & è periculis eximens, seu A periculis vindicans. Interdum redditur potius Conseruo, Tueor: vt quum de bonis & possessionibus dicitur. Isocrates Archid. πειρᾶσθαι τοῦ ἡμετέρου αὐτῶν διασώζειν. pro quo ibidem dicit διαφυλάττειν. Idem in libro ad Nicoclem, διὰ γὰρ πόνων καὶ κινδύνων διασώζειν τοὺς τυραννίδας μάλιστ' ἄν τις δύναιτο. Et pass. voce ac significatione, Demosth. in Epitaph. ἡ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἄρα ἐλευθερία ἐν τοῖς τῶνδε τοῦ ἀνδρῶν ψυχαῖς διεσώζετο, Conseruatrices istorum virorum animæ erant totius Græciæ libertatis. Id est Hi viri erant σωτῆρες τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. Media autẽ vox actuam significationem habet. vt apud Xenophontem Pæd. 4, μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον καὶ τὸ ἀρχικὸν κατορθοῦσθαι, πολὺ δὲ ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. Et aliquanto antè, τὰ πλείστου ἄξια ἐλάμβανον ὡς διασωσόμενοι. ‖ Item Seruo, in paulùm diuersa significatione. vt apud Platonem De rep. lib. 1, διασώζω τινὶ παροιμίαν, Seruo prouerbium. ‖ Διασώζεσθαι significat etiam, Seruari ex morbo, id est Conualescere. vt Xenoph. ὅπως μελήσειέ οἱ ὅπως διασωθῇ, operam dare vt conualescat. ‖ Διασώζειν εἰς, Incolumem perducere in, vel ad. Vel, Incolumẽ remittere aut reducere, vt Bud. interpr. apud Diog. Laërt. in Plat. vbi de Archyta Pythagorico ait, γράψας ὅπως τοῦτο πρὸς Διονύσιον, παρηνήσατο, καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. Vbi διέσωσεν εἰς Ἀθήνας possis interpretari etiam, Effecit apud Dionysium vt Platonem Athenas saluum & incolumem dimitteret. seu Effecit apud tyrannum vt Plato Athenas saluus & incolumis rediret. Et pass. Διασώζομαι εἰς, Incolumis peruenio, itidem vt σώζομαι εἰς. Thucyd. libro 1, ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην διεσώθησαν, pauci ex multis per Libyam profecti, Cyrenas salui peruenerunt. Et libro 3, χαλεπῶς διεσώζοντο ἐς τὰς Ὄλπας, vix Olpas peruenerunt incolumes. Itidem διεσώζοντο εἰς τὴν πόλιν, fuga ad vrbem saluti suæ consuluerunt. Cebes cum aduerbio significante motum ad locum, οὐ διασωθῶσιν ἐκεῖ, Si eò peruenerint incolumes, Si eò perfugientes suæ saluti consuluerint. Alii tamen sic, Si illuc aspirarint.

C. ΕΚσώζω, Ereptum ex periculo incolumẽ seruo. seu Seruo & tueor è periculo eximens, Libero ex periculis, Conseruo ex periculis. Soph. Aiace, Θεός γὰρ ἐκσώζει με. Plato cum ἐκ. vt, μήτε ἐκσῶσαι δυνατὸν ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων μήτε ἑαυτὸν μήτε ἄλλον μηδένα. quem locum afferens Bud. ἐκσώζω interpr. Seruo, Tueor.

C. ΠΕΡΙσώζω, Facio vt incolumis superfit, Ita seruo vt incolumis superfit. vel, Tandem seruo, vt Bud. interpr. in hoc Synesii loco, in epistola ad Euopt. ἐγὼ μὲν οὖν ἔλθοιμι ἀπολέσαι πάντας ἡμᾶς· ἐπεὶ δ' οὐκ ἀπολώλεκεν, αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ περισώσειεν, id vtique ipsum incolumes nos tandem seruauit. Sic Budæus pag. 424. Idem pag. 429, Περιγίνεσθαι, euadere: vt Περισώζεσθαι, Incolumem esse & seruari à morte.

C. ΣΥΝσώζω, Conseruo, Seruando contineo & stringo ne dilabatur. Vtitur Eurip. itémque Plato De leg.

¶ Σάος quoque pro σῶς dici, suprà indicaui. Sed quum poetis duntaxat vsitatum sit, videri possit dialysi factum esse ex σαΐς: nisi eorum probabilior sit opinio qui ex hoc σάος illud σαῖς contractum existimant. Quod si ita esset, primus locus huic Σάος dandus fuisset, secundus contracto σαΐς, vt primus τῷ φάος, secundus contracto φαΐς. Significat certè (vt σαΐς & σῶς) Saluus, Sospes, Incolumis. VNDE Σᾶ, contractum ex σάα, Salua, Incolumia: σάα, ὑγιᾶ, ἀκέραια, vt exponit Hesychius qui etiam addit, esse pronomen secundæ personæ: tunc autem scribendum foret σα, tua, à σός, tuus: non περισπωμένως, sed oxytonως. Inde & COMPAR. Σαώτερος, Magis saluus & incolumis: quo, licet poetico, vsus est Xenoph. Pæd. 6, ἅμα τε παρόντα ἄπειπα καὶ σαώτερα ἰῶ, καὶ θᾶσσον τὰ δέοντα εἶχον οἱ στρατιῶται. vbi etiam possis interpr. Tutiora, Minus obnoxia periculo, ἀσφαλέστερα. Homerus simpliciter pro σάος accepit, id est Saluus, Sospes, Incolumis, Illæsus, Indemnis. Iliad. α, vers. 32, Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι, vt saluus & incolumis euadas. seu, hinc redeas: σάος, ὑγιής, vt schol. exp. ‖ Σάος, ἡ, est nomen proprium insulæ: Σάος, ὁ, nomen proprium fluuii.

Σαόω, F. ώσω, Sospito, Saluum ac incolumem præsto: idem quod σάω, sed poeticum. Callim. hymno in Delum, Σαῦσε δ' ἀμερόεσσα, καὶ ἰῶ ἐπενήξατο Κύπρις· Ἐξ ὕδατος πεσοῦσα· σαοῖ δέ μιν αὐτ' ὀπιβάθρων, incolumem seruat & tuetur seu sustentat: σώζει, vt schol. exp. Homerus futuro & aoristo 1, ac temporibus inde formatis, frequenter vtitur. Odyss. κ, Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠὲ σαώσω. Iliad. ι, Νῦν δ' ἤτοι ἠὲ διαρράσσῃ σφαπὴν ἠὲ σαώσῃ. Iliad. ο, Ἀλλά τις αὖτε θεῶν ἐρέυσατο καὶ ἐσάωσεν Ἕκτορα. Et Odyss. γ, Ῥεῖα θεὸς κ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν αἴσθετο σώσῃ. Et in imperatiuo Odyss. η, Τῶν ἰεῦ μοι μνῆσαι, καὶ μοι φίλον ἶφι σάωσον. Idem Homerus & passiuo vtitur. vt Odyss. γ, οὐδέ τι οἶδα Κείνων οἵ τε σάωθεν Ἀχαιῶν οἴτ' ἀπόλοντο. Vbi σάωθεν Ionicum est pro ἐσαώθησαν. Iliad. ρ, Τῷ κε τάχ' ἰθὺς πεσαμοῦμαι ἢ ἀπολέσθαι, Ἠὲ σαωθῆναι καὶ ἀπώσασθαι κακὸν ἦμαρ. Quibus in locis nota τοῦ σαωθῆναι opponi τὸ ἀπολέσθαι, vt σώζειν & ἀπολλύειν itidem opponuntur. ‖ Porro vt dicitur σώζω εἰς, ità & σαόω εἰς, seu ὅτι, pro Saluum reditum præbeo in, Efficio vt saluus redeat in, Incolumem perduco aut reduco in. vt Iliad. τ, vers. 401, — φέρ' ἔλθε σαώσομέν σε νηυσὶν ἐς Ἀχαιΐδα ἐς ὅμιλον. Iliad. ρ, v. 692, Εἰπεῖν αἴ κε πάντα νέκυν ὅτι νῦν σαώσῃ.

Sed notãdum, malle quosdam futurum σαώσω, & aoristum ἐσάωσα deducere à VERBO Σαόω, ex quibus est Eustath. qui ET Σάω dicit Æolico more ἀποκεκόφθαι ex σάωζε. Quod σάωζε vel est præteritum imperfectum Ionicum, augmento carens, vel imperatiuus: itidémque & σάω. nam Iliad. φ, v. 238 — ζωοὺς δ' σάω κ' καλὰ ῥέεθρα, Κρύψων ἐν δίνῃσι βαθείῃσιν: pro ἔσωζε. vt ἔπα dicitur pro ἔπαιζε. Imperatiuo autem modo, Odyss. ν, v. 230, Ἀλλὰ σάω μιν ἔοντα, σάω δ' ἐμέ. At in v. l. perperam scribitur ET Σαφώζω pro Σαώζω.

Σαωτήρ, ῆρος, ὁ, idem quod σωτήρ, sed poeticum: id est Seruator, Qui salutem dat vel dedit. Antholog. Epigr. lib. 1, Τοῦδε σαωτῆρες.

Σαώ, οῦς, ἡ, Nereidis cuiusdam nomen, à seruandis nautis: quemadmodum Castor quoque & Pollux σωτῆρες nominantur, & sunt salutaria signa nautis. AT Σάω sunt qui adiungant ad σάω & σαόω, & forsan inde est σῶσι quod ex Herodoto affertur pro σώζουσι, Seruant: vt contractum sit ex σάωσι, sicut βοῶσι ex βοάουσι.

¶ Σόος quoque pro σῶος seu σῶς vsurpatum legitur: atque adeo putatur σῶς ex eo per contractionem factum, ceu πρόρρα ex προόρρα: vt suprà quoque admonui. Vtitur autem eo Homerus Iliad. α, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, Malo ego populum meũ saluum esse quàm perire. Vbi etiam nota opponi inter se σόον ἔμμεναι & ἀπολέσθαι, vt paulo antè σωθῆναι & ἀπολέσθαι. Sic & Od. η, vers. 98, Ὤφελον οἱ ἀνδρες σόοι ἔμμεναι οἳ τότ' ὄλοντο Τροίῃ ἐν ἀρείῃ. Iliad. η, — ἀέλπωνται σόον εἶναι. Iliad. π, — σόον δὲ οἱ αὐτὸν ἔνδυσε μάχης ἐξ ἀπονέεσθαι. id est, ἐκ μάχης σῶς ἔσθαι, vt Saluus & incolumis è prælio redire. Vtitur idem Homerus fœm. quoque genere. Iliad. ο, ἀλλ' ἄλοχός τε σόη καὶ παῖδες ὀπίσσω, Καὶ οἶκος καὶ κλῆρος ἀκήρατος. vbi vicinam significationem habent σόος & ἀκήρατος. Vtitur & neutro: vt Iliad. ω, v. 382, — ἵνα τῷ πάλε τι σόα μίμνοι. Quod hemistichium legitur & Odyss. τ, versu 364. ‖ Σόοι ab Hesychio exponitur non solùm σωζόμενοι, ὑγιεῖς, ὁλόκληροι, sed etiam σωτήριοι, Salutares, Salutis autores. ‖ Ab eodem σόος substantiuè exponitur ὁρμὴ πρὸς αὔξησιν: quod deriuatum est ex σέω, seu σεύω: VNDE ET Σοῦται, quod idem exp. διώκεται, φεύγει: à VERBO Σούω, Persequor, Fugo, In fugam conicio. ‖ Rursum Σόος est nomen proprium viri apud Plutarchum in Lycurgo.

Σόω, F. σώσω, Seruo, Sospito, Saluum & incolumem præsto. Vnde σόεις quod Hesych. exp. σώζεις. ‖ Significat etiã In fugã conicio: VNDE Σόομαι, In fugam conicior, Fugio: seu Incitato cursu feror, Curro: ex quo IMPER. Σοῦ, ET Σούεσθω, ET Σοῦσθε, id est Curre, Currat, Currite. Quorum illud primum σοῦ apud Hesychium legitur, & exponitur ἴε, πρέχε, ὁρμᾶ: itidémq; tertium Σοῦσθε, ἴτε, ὁρμᾶτε, item εἰς τὸ αὐτὸ συμφέρεσθε: quo vtitur Callimachus, hymno in lauacra Palladis, Σοῦσθε νεῶν ὦ ἔξοχοι, σοῦσθε, Πελασγιάδες. id est ὁρμᾶτε, inquit schol. Secundo autem vtitur Soph. in fine Aiacis, pag. 77, ἀλλ' ἄγε πᾶς φίλος ὅστις αὐτῆρφησι παρεῖναι, σούσθω, βάτω, τάφοι' αὐδῶ· πονῶν γὰρ πάντ' ἀγαθῷ, gressum cieat. schol. exp. σπουδαζέσθω. Præsentis autem indicatiui est σοῦται, quod apud Hesychium legitur, & exponitur nõ solùm διώκεται, πορεύεται, ἔρχεται, sed etiam σώζεται. Apud eundem LEGITVR Σοῦσσι, ὅρμα, ἴθι, ἔρχου, πορεύου: ITEM σοῦμαι, ὁρμῶμαι. ET Σοῦσις eidem πόρευσις, δρόμος, Itio, Cursus. (alias etiam οῦς, vt idem annotat) quæ ex σέω primitiuo originem trahunt, vnde σόος quoque illud deriuatum est quod signif. ὁρμὴν πρὸς αὔξησιν.

Porrò ex illo Σόω significante σώζω, DERIV. Ἀεισόος, Semper seruans, apud Nonn. ET Λαοσόος, Populum seruans, Populi seruator, seu tutor. Epithetõ Apollinis: item Mineruæ, quæ & σωσίπολις nominatur. Nisi à σόω significante Cõcito deriuare malis: quòd nimirum Bellona populos ad arma conciat. ITEM Νεκυσόος, Mortuorum seruator, Christi epitheton apud Nonnum. nam is suos σώζει ex morte æterna. Nisi fortè νεκυσόον eum dicat pro suscitatore mortuorum: quia nimirum in hoc mundo versans, quosdam mortuos in vitam suscitauit, in extremo autem iudicio omnes suscitabit. νεκυσόος ἀρὴ certè ab eo dicitur tempus quo mortui suscitabuntur. ET Οἰνοσόος ex eodem Nonno pro Vinum seruans.

AT Σῶκος, ὑ, ὁ, Mercurii epitheton est: quod quidam per crasin existimarunt factum ex σάοικος, vt sit ὁ σώζων τοὺς οἴκους: quidam verò deriuarunt ex σάω, vt ἠῶκος ex θάσσω, qui exponunt ὁ σωτικός, vt Eustath. inter alia annotat pagina 1197, exponens hunc 72 versum Iliad. υ, Ἥρη δ' αὖ τίση σῶκος ἐρεύνης Ἑρμῆς. Alibi verò idem Eustathius dicit posse deduci à VERBO Σωκέω, quo Sophocles vtitur pro ἰσχύω: nimirum in Electra, p. 85, μοῦνη γὰρ ἄλγη οὐκέτ' ἐστὶν ὧν λύσις αὐτῆρ ὅπου ἄχθος, Non valeo, Non possum. Hesychius quoque σῶκος exponit non solùm σωσίοικος, σάοικος, sed etiam ἰσχυρός: nec fortassis malè. nam & ab Homero κρατὺς ἀρχιφόντης vocatur Mercurius. Idem tamen Hesych. σῶκον planè etiam contrario modo exponit, nimirum ἀδυώπον. Idem rursus Mercurium DICI Σωκόν scribit, pro σῶα ἀκούοντα, vel etiam σωσίοικον. Sed & Σώκει apud eum legitur, & exponitur ἰσχύει, βοηθεῖ. Quod si mendo caret, est à VERBO Σώκω, Valeo, Possum: item Opem fero, Seruo.

Ex altero autem σόω significante Concito, Citatò gressu currere cogo, (SIVE EX Σάω ei synonymo) potest DERIVARI Σῶστρον, ὑ, τὸ, SIVE Σῶστρον, Lignum illud orbiculare rotæ quod radios in se continet: VNDE Ἐπίσωστρα dicuntur ferramenta curuæ quæ extrinsecus ei imponuntur, ne videlicet ipsum lignum deteratur continua agitatione. Potest inquã à σόω deriuari, quia nulla rotæ pars citatiore motu versatur quàm ista, vt quæ in extremitate & περιφερείᾳ est. Poll. lib. 1, cap. 14, ἀλλ' ἢ περιελουσῶν τοῦ ἄξονι ἔνεστιν τὸ μὴ περὶ τὰς ἀψῖσι σιδηροῦν, ὀπίσωστρον· ἡ ἢ ἀψὶς καὶ σῶστρα καλεῖται. Vbi σῶστρα videtur esse nomen singularis numeri fœmininum. Vocantur eadem ligna ETIAM Σωστρεύματα ET Σωπεύματα, si quidem Hesychio credimus, sic scribenti, Σωστρεύματα, τὰ τῶν ἁρμῶν ξύλα· καὶ ὁ ὀπὶ πύτιος σίδηρος, ὀπίσωστρον. Et paulo pòst, σωπεύματα, σωστρεύματα. Verùm posterius illud σωπεύματα suspectum est, quanuis serie alphabetica positum sit: ideóque malim Σωτρεύματα, στρεύματα. Cõpositum autem Ἐπίσωστρον SIVE Ἐπίστωτρον, apud Homerum aliquoties legitur, id est Ferrum quo exterius munita sunt τὰ σῶστρα, vel ἡ σῶστρα. Iliad. υ, vers. 502, Αἱ ἀπ' ὀπιστώτρων ῥαθάμιγγες, guttæ illæ quas ferramenta rotam ambientia extrinsecus spargunt quum per aquas transeunt. Iliad. ψ, v. 505, οὐδέ τι πολλὴ γίνετ' ὀπιστώτρων ἁρμαθιγὴ καπέσθαι Λεπῆς ἐν κονίῃ. Iliad. ε, vers. 725, ὑπόθεν Χάλκεαι ὀπιστῶτρα τετραρήρατο. Vbi satis clarè indicat quid sint ὀπιστῶτρα, id est, σιδήρεα τὰ ὑπόθεν τετραρήρατο τοῦ τροχοῦ. ITEM Εὔστωτος, SIVE Εὔσωστος, compositum ex σῶστον, id est Bene instructus σώστροις, Pulchra habens σωστρεύματα. Currus aut rhedæ epitheton, habentis in suo extremo ambitu pulchra ligna. Hesiod. Ἀσπ. — εὔστωτόν τ' ἐπ' ἀπήνης Ἡγεμόνα τ'. vbi schol. exp. ἀσιδήρου. quoniam videlicet ὀπίστωτον dicitur τὸ κύκλῳ τῶν τροχοῦ σιδήρεον. id est, ferrum quod rotam ambit, seu quo rotæ in extremo ambitu vinciuntur. Quæ expositio conueniret si dixisset ἀνεπίστωτον. Hesychius Ἀσώστρου expon. ἀδρόμου, Bene seu facilè currentis: itidémque εὔστωτον exp. ἀκύλιστον, facilè volubilem: NAM Σώη, (inquit) ἡ ἐφορμὴ καὶ φορὰ, ἧς εἶδος ἡ κύλισις. Vnde satis liquet eum εὔστωτος deriuare ex σοῦσθαι: quod εὔστωτος, vnà cum ὀπίστωτον, compositum est ex σῶστον deriuato & ipso à verbo σοῦσθαι.

Ταῦ  Τ τ

ΤΑΛΑΩ, ῶ, Fut. άσω, (ex quo per syncopen fit Τλάω, & per contractionem τλᾶ, Fut. τλήσω) Suffero, Perpetior. Item Sustineo, ea quidem significatione qua iungitur infinitiuo. Itidem enim & hoc verbum παλάω infinitiuo iunctum reperitur apud Homerum Iliad. η, circa finem, — ἐν δὲ σὺ τῶν πεφύσεαι, αἴκε παλάσαις Μῆναι ἐμοὶ δόρυ μακρὸν, Si sustinueris expectare. Aut etiam, Si ausus fueris expectare. vt videlicet sit pro πολμήσῃς, sicut & Hesychius παλάσῃς expon. non solùm ὑποδῦσῃς, (ita enim apud eum reponi debet pro ὑπομείνῃς) sed etiam πολμήσῃς. quod παλάσῃς ex illo Homeri loco sumptum putet aliquis. cui tamen magis conuenire videtur ille cõiunctiuus modus, ob præcedentes particulas αἴκε. Quòd si pro eo hic indicatiuus poneretur, geminanda certè itidem foret litera σ. Affertur ex Epigr. libro 1, ἐπάλαυε iunctum itidem infinitiuo, — ἐπαλαυε Καὶ ψυχὴν θνητὴν κἀμὲ νόθον πελέσαι. Sciendum est porro legi apud eundem Hesychium & παλασείῃ, quod expon. ὑπομείνῃ. sed mendi suspicione apud me illud παλασείῃ carere nullo modo potest. Cæterùm à παλάσω futuro huius verbi παλάω, Eustath. deducit non solùm πάλας, & παλασίφρων, sed etiam παλασία & παλάσιον: quinetiam παλασπεργία, siue παλασιυργία, & verbum παλασιυργεῖν. (Sed satis fuisset, meo quidem iudicio, παλασία & παλάσιον inde deducere, quum ex his inde deductis fieri deinde per compositionem παλασιυργία & παλασιυργεῖν manifestum sit) Iam verò & πάλαπτον ab hoc ipso verbo deriuat. Sed antequam ad hæc deriuata veniam, de τλάω illo per syncopen facto ex παλάω, déque toto eius comitatu, tanquam per parenthesin, dicendum est.

ΤΑΣΣΩ, VEL Τάττω, Fut. ξω, Pr. χα, Ordino, (vt τάξις est ordo. quanuis nomen hoc quod ordinẽ significat, ex illo ipso verbo factũ sit, &, quatenus verbale est, sonet Ordinatio) Colloco: sed ea potissimũ collocandi significatione qua dicimur milites collocare quũ aciem instruimus. quã significationẽ aliqua deriuata sequũtur. Thuc. lib. 4, πόσον καὶ ἐπιστρατεύειν ὡς ἐς μάχην. Sic πεστάξαι sæpe dicũtur milites. vt lib. 3, ἐπάνω πὲ ἀμφοτέρωθεν ὡς ἐς μάχην. Et sine hac adiectione, apud eundem, lib. 2, καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες πεταγμένοι πρὸς τὴν ἔστασαν, ibant instructa acie. Rursum lib. 3, τὸ δὲ ἄλλο [κέρας] Ἀκαρνᾶνες ὡς ἕκαστοι πεταγμένοι ἐπίχον, vt cuique locus in acie obtigerat. Herodian. libro 3, πλύπ τὰ ἀφέρεν ἢ φάλαγγα τῶν Ἀλβίνου στρατῶν, καθ' ὃ μέρος ἐπέτακτο Σεβῆρος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατός. Lysias, καὶ πάντων τῶν εἰδότων ὅτι δεῖσθαι κινδυνεύειν, ἑτέρων ἀνδρῶν, ἐγὼ διεπραξάμην ὥστε τὴν τάξιν πεταγμένος μάχεσθαι πὴς πολεμίοις. (ita enim apud eum legitur: subaudiendo nimirum substantiuum τάξιν, quod alibi addit. pro qua lectione habetur alia mendosa, videlicet πὴς τάξιν, in edit. Comment. Bud. Vbi etiam scribit πεταγμένος milites Æliano esse centuriatos & merentes: contrà ἀπάκτις qui non sunt in numeros redacti. Dicitur autem & ταχθεὶς εἰς τάξιν, vt πάντων εἰς τάξιν.) Sed vt voce PASS. Τεταγμένοι hi dicuntur, ita etiam voce media interdum LEGITVR Τάξαμένοι. Synes. τάξαμένοι οὗ τὰ ἐπέρμον ὡς, ἢν ἐμβάλωμεν, ἀμωσύμενοι. id est, Acie instructa stantes. Idem, καὶ ἡμεῖς ἐτάξαμεθα, ὡς, εἴπερ ὀθνεῖοι, διέρμεθα.

Dicitur porro & de nauibus hoc verbum. Thucyd. libro 2, ἔπλεον ὀθνὶ ποτάμων τάξαμένοι πὰ ναῦς. Idem eodem libro, ἢν ἐς πάντῃ ἀφ' μὲν τὰ πλοῦμεν ἐν ἐν, ἀφ' ἢ ἐφ' ἡμῖν πάχα πάντα. Cum illo autem priore loco conuenit hic Xenoph. οἱ νῦν Ἕλληνες ἱππεῖς, ὡς τὰ φάλαγγα, ὀθνὶ πεπάρων πεταγμένοι. Itémque hic, οἱ ἐπ' ὀκπὸ πεταγμένοι, ἀθενὲς νομίσαντες τὸ ἄκρον τῆς φάλαγγος ἔχειν. quibus verbis significat, à fronte introrsus octonariam militum dispositionem fuisse, vt inquit Bud. Sed & πάττειν τὸν κόσμον, Ordinare mundum, idem vertit apud Plat. Epinomide, ἐν κόσμον ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος. Multo autem latius extendendo hanc collocandi significationem, itemque ordinandi, interdum dicitur πάττω σε μετὰ τῶν ἀδελφῶν, q. d. Colloco te inter fratres, pro In ordinem fratrum repono, In fratrum numero te habeo, Fratris loco te habeo. Synes. τὸν δὲ ὁμωμοχότατον ἡμῖν Γαῖον οὗ εἶδ' ἐπ' φροῦρα ὅσα ἐγὼ, μὴ τῶν συγγενῶν πάττεις. Sic πάττω εἰς, apud Xenophont. ἐμαυτὸν πίνω τάττω εἰς πὴς βουλομένοις, &c. id est, In eam classem me adopto. vt vertit Bud. (Eadem certè constructione dicitur εἰς ἀῤῥῶας ταχθεὶς, qui & εἰς ἀῤῥῶας πλεῖν ἀρξάμενος, item εἰς ἀῤῥῶας ἐγγεγραμμένος) Idem affert ex Aristotele hoc verbum cum alia construct. videlicet cum præpos. ὀν: vbi dicit,

ἔπεξαν τὴν μοῦσικὴν ἐν παιδείᾳ, pro In doctrinarum numerum redegerunt, adnumerunt, & locũ dederunt. (Cui loco similis est hic qui affertur ex Plutarch. in Solone, αὐτὸν ἐν τῇ τῶν πενήτων μερίδι τάττει, In pauperum ordinẽ se redigit, Inter pauperes se numerat, seu Pauperibus se adnumerat) Et rursus ex Xenoph. ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος ἑαυτὸν τάττει πρὸς πὰν ἐπιφέρειν φίλῳ καὶ τῆς τῶν ἰδίων κατασκευῆς καὶ τῶν καὶ πρὸς ἀξίωσιν, pro Se substituit vicarium. Cui loco subiungit hunc Demosthenis, ὃς γὰρ ἑαυτὸν τάξας τῶν ἀπιστούντων εἶναι Φιλίππῳ, ὑπεμόλησε καὶ πρὸς ἔδωκε &c. pro Qui se inter eos censeri voluit. Qui locus melius cõuenit cum præcedẽtibus, quàm ille Xenophontis in quo vertit Se substituere vicarium: idcóque potius eos proximè subsequi debuit. Interdum τάττω est Certum hominem alicui rei præficio, vel constituo, Dest. no: vt idem scribit, afferens tamen locum Xenoph. in quo nõ actiua sed passiua voce vtitur, scribens, ὁ ἢ ποιοῦμαι πορεύεσθαι, ἔφη, πῶς ὦ δέσποτα ἐγὼ εὑρήσω ἐκείνους; Talis autem est vsus huius verbi & in isto Aristot. loco, πέπακται ἢ κῆ μὴ τὴ γεγονὸς μία τῶν Μοιρῶν Ἄτροπος, Constituta est iis quæ præterierunt, Suæ illi partes assignatæ sunt, vel Officium suum illi constitutum est & assignatum. Sed & verbo Præfici non minus commodè quàm alio vllo videtur πάσχεσθαι reddi eo in loco posse. Apud Plat. De rep. lib. 1, alia construct. τῇ ἢ πολιτικῇ ἢ δίκῃ ἄλλῳ τῷ μέλει ἢ ἐφ' ὧ τέτακται. vt dicitur Præfici alicui negotio. Cum hac ipsa constructione habes ex Isocr. πὰς ὀθνὶ πῶς συμφοραῖς καὶ πῶς πιμωρίαις πεταγμένος. At verò actiua voce cũ ὀθνὶ habente accus. ex Aristot. Polit. lib. 3. τάττει ὀθνὶ πὰς ἀδύνας τῶν ἀρχόντων. Et ex Plat. De rep. lib. 2, ἑαυτὸς ὀθνὶ τὴν διακονίαν τάττουσι τούτῳ. Affertur præterea ex Isocr. ὀθνὶ πὰς πρεσβείας σὲ τάττουσι, pro Præficiunt te negotiis. Et ex Demosth. ἐπέξαπε στρατηγὸς ἐπ' αὐτῶν πεντήκοντα pro Præfecistis triremibus. (At verò, ἐφ' ἑνὶ πόνῳ ἑμαυτὸν ἔταξα, pro Vnum horum mihi sequendum delegi) Sed vt ad passiuum redeam, afferrur & ex Herodoto ταχθεὶς cum eadem illa cõstructione in qua habuisti ταοσόμενος ex Xenoph. vbi ille scribit, ταχθεὶς πρὸς τὴν λίμνην φυλάττειν, cui datum erat negotium paludis custodiendæ. Sic ex Plutarcho in Camillo, οἱ ἢ πὰς πόπος ἀνάλαβεῖν καὶ ὁείσῃ ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Καμίλλου. Huc pertinet πεταγμένοι ex Plutarcho de agentibus stationes, in vulg. lex. At ταχθεὶς ἐπ' Αἴγυπτον, quod & ipsum ex Herodoto affertur, videri queat ad illum verbi Constituo vsum magis propriè pertinere, quo dicit Cicero Constituere regem populis. Affertur & ταχθέντες sine præpositione, cũ nomine πρέσβεις, & exponitur Cõstituti legati, Designati legati. Quemadmodum porro dicitur aliquis πάσχεσθαι, sic etiam aliquid πάσχεσθαι, id videlicet cui aliquem præficimus, & quod ei iniungimus. Atque adeo affertur ex Sophocle, τὸ ταχθὲν πλεῖν, pro Facere quod imperatũ est, Imperium exequi: vt videlicet sit ταχθὲν pro πρὸς ταχθέν. Iam verò quæ afferuntur ex Luciano, πάσχεται ὑπὸ θεῷ pro Subiicitur deo, & πάσχομαι ὑπ' ἄλλῳ, pro Subiectus sum alii, possunt & ad ordinandi & ad constituendi significationem referri. nam πάσχομαι ὑπ' ἄλλῳ non est aliud quàm πάσχομαι ὑπ' ἐξουσίαν ἄλλου. vt legimus apud Lucam, cap. 7, ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, quod redditur Sub potestate constitutus. Rursumque qui πάσχεται ὑπ' ἄλλῳ, non eiusdem est ordinis, sed inferioris. vt cõtrà μετ' ἐμοῦ τέτακται ex Greg. habemus pro Mei est ordinis. (At ex Philostr. πάσχω ἐμαυτὸν μετ' σοῦ, pro Accedo tuæ sententiæ) Cæterum antequam longius à verbo Constituo discedam, sciendum est, πεταγμένον pro Constituto dici, ea quoque in significatione qua dicitur Tempus alicui rei constitutum. (quò pertinet apud Terentium, Constitutæ nuptiæ in hunc diem) nam πεταγμένη ἡμέρα, & πεταγμένη ὥρα, & πεταγμένος χρόνος, dici eodem solent modo pro tempore constituto, seu tempore stato. Synesius (inquit Budæus) ἡμέραν διηνεκεμμένην, diem constitutum appellauit, hoc est πεταγμένην, & διωρισμένην, seu συνηκρωτηριασμένην & συνκειμένην, compactam & conditam diem. Idem, ἡμέρα πεταγμένη, Dies constitutus & certus. Et χώρα πεταγμένη Xenophonti, Locus condictus. Plutarchus in Problem. ὁ πόλεμος καὶ πεταγμένα σπεῖται, certa & fixa. Vnde πεταγμένα dicuntur Quæ constitutas & statas vices habent, vt ortus occasúsque siderum. Nec verò à constituendi significatione remotum mihi videtur verbum τάττω, (ab ea quidem certè qua dicimus Pretium constituere, seu mercedem, & Stipendium constituere) & quum iungitur accusatiuo πμὴν, τὰ ὀβολόπμα, vel τὴν ἀξίαν. Aristot. Œcon. 2, εἶπα ἐξαγορὴν ἔδωκαν τῷ βουλομένῳ, τάξαντες πμὴν, quum pretium constituissent. At cum reliquis duobus accusatiuis aliter redditur. Nam τάττω Budæus interpretans Statuo, Impono, Irrogo, affert ex Demosthene, τῷ νόμῳ τὰ ἔργα τὰ ποιοῦντα ὀβολόπμα. Item cum accusatiuo θάνατον, ex eodem, ἐφ' ὧ πῆς ἄλλοις θάνατον ζημίαν ἐπέξατε. Quibus subiungit, sic dici vt τάττειν τὴν ἀξίαν τῷ ὠνίου, hoc est Statuere: quod venditoris est vtplurimum, indicantis quanti vendere velit, & interdum emptoris. quod etiã πμᾶν dicitur. vnde Taxare verbum in vsum venit, quo etiam Plinius vsus est. Addit verò & locum in quo τάττειν optimè conuenit cum verbo Constituo, habente accusatiuũ Mercedem: vbi videlicet Aristot. de mercede itidem ac remuneratione præceptorum philosophiæ loquens, Ethic. lib. 9, scribit, ἀλλ' ἴμως ἡ ἀμοιβὴ γίνεται πρὸς ποσοῦτον ἴσον αὐ τάττωσιν οἱ λαβόντες· δεῖ δ' ἴσως ὁ ποσοῦτο πμᾶν ὅσου ἔχοντι φανῇ) ἄξιον, ἀλλ' ὅσου πρὶν ἔχειν ἔπιμα. Quum autem his exẽplis alia interiiciat in quibus τάττω longè alium vsum habet, (eum nimirum de quo initio dixi) ego contrà his subiungo τάττειν constructũ cum accusatiuo φόρον, quod idẽ B. vertit, Indicere tributũ & imperare, etiũq; modum vnicuiq; statuere. affértque locũ hunc, absque autoris nomine, (quum is sit Thucyd. lib. 3, pagina 100 meæ editionis) ὕστερον ἢ οἱ Ἀθηναῖοι φόρον μὲν οὐκ ἐπέξαν πῆς Λεσβίοις, κλήρους ἢ ποιήσαντες τῶν Μηθυμναίων πεις χιλίους, σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν, οἷς φέρειν οἱ Λέσβιοι τὰ ἀργύριον τὸ κλήρου ἑκάστου τῶ ἐνιαυτῶ δύο μνᾶς φέρειν, αὐτοὶ εἰργάζοντο τὴν γῆν. Lingua vernacula (inquit) Taxare hoc appellat, (intellige autẽ nostrum Taxer, pro quo nonnulli pronuntiant Tauxer) hoc est tributarios facere. Alter Thucydidis locus qui huic adiungitur, habet τὰ ἀρχάμβρια quod exponit πεταγμένοις πῆς καταβολῆς. ideoque pertinere videri possit ad ea quæ de πεταγμένος paulò antè dicta fuerunt, quum πεταγμένος χρόνος exponeretur Statum tempus. In vl. ex Æschine, πεῖς φόρους τάξας πῆς Ἕλλησι. Item ἐτάξαπο φέρειν sequente infinitiuo φέρειν, ex Platone, epist. 7, ὁ πατὴ, αὐτῷ φόρον ἔτ' ἔπο φέρειν πῆς βαρβάροις. Et τὰ ἀρχάμβρια χρήματα φέρειν, afferũt ex Thuc. (vbi dicitur schol. τὰ ἀρχάμβρια exponere εἰσπραττόμενα. quum tamen libro 1, vbi schol. ita exponit, non addatur infinitiuus φέρειν. vnde fit vt eorum in hoc loco citando fidem suspectam habeam) Quinetiam ἔτάχθησαν φέρειν τὸν φόρον, ex anonymo quopiam. Denique & cum genitiuo, ex Thucydidis libro 4, τάξαντες ἀργυρίου πολλοῦ, pro Quum taxassent ingenti pretio.

Τεταγμένος, Compositus, Frugi, Non dissolutus. Ita Bud. afferẽs ex Plutarcho de Pompeio, φύσει γὰρ ἦν σώφρων καὶ πεταγμένος πῆς ὀβολοσυμίαις. Sed hunc participii πεταγμένος vsum malè intermiscet aliis verbi τάττω significationibus. nihil huc pertinentibus. Aliud autem exemplum vsus huius participii πεταγμένος videbis in nomine Ἄπακτος.

VNDE Τεταγμένως, (cui opponitur ἀτάκτως) Ordinatè, Seruato certo ordine. Item Stato tempore, seu Statis temporibus, Statis viribus. Budæus exp. etiam Ratione stata, & certa lege. Vide Τεταγμένος suprà.

Τάγμα, ατος, τὸ, Militum centuriatorum certus numerus. (vt πεταγμένος dictum est ab Æliano vocari cẽturiatos & merentes) Cohors, Legio, vt Bud. vertit. Idem tamẽ, sicut & Polit. apud Herodian. non semel τὸ ἱππικὸν τάγμα vertit equestrem ordinem. In vulg. lex. ex Plutarcho in Cam. τάγμα φυλακῆς ἡμερινῆς pro cohorte præsidii diurni. Ibidem Turma. Quinetiam Agmen: quod tamen latius patet. Additur verò & alia significatio, videlicet certæ pensionis & constitutæ. Et subiungitur ex Aristotelis Œconom. lib. 2, ἐκέλευσε τὴν βουλομένην χρυσοφορεῖν, τάγματα ἀπαπθῆναι ἐν τῷ ἱερῷ, pro Res quasdam certas & definitas in templo dicare. Sed hæc expositio meritò suspecta est.

HINC Ταξιμαχος, ου, ὁ, Qui cohorti præest, seu turmæ, aut legioni. ITEM Ταξιμακός, Ad cohortem pertinens. In v.l. ταξιμακοὶ ἵπποι, equi agmẽ exercitus sequentes ad conuehenda impedimenta.

Τάξις, εως, ἡ, Ordinatio, vel potius Ordo. vt apud Platonem in Timæo, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, Cicero vertit, Ex inordinato in ordinem adduxit. Τάξις (inquit Budæus) non modò κόσμον, hoc est ordinem, sed etiam modum ratione temperatum significat. Subiungit autem Plat. locum, opponentis itidem τάξεων & ἀταξιῶν, vt videbis Comm. pag. 639. Inueniuntur certè interdũ copulata duo illa κόσμος & τάξις. vt apud Aristotelem Metaphys. lib. 1, νοῦς οὖν τις εἶναι, καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν τῇ φύσει, τὸν αἴτιον καὶ τὸν κόσμον καὶ τῆς τάξεως πάσης, &c. Quæ ille vertit, Qui igitur, vt in animantibus, ita in natura, mentem, causam esse dixit compositionis partium atque ordinis. Sæpe τάξις in re militari vsurpatur, itidem pro ordine. Thucyd. lib. 7, pagina 260, καὶ εἴ πῃ ὁρῶν διεσπασμένον καὶ μὴ ἐν τάξει χωροῦν. Idem libro 4, pagina 162, χωρήσαντες πρὸς αὐτὸν δρόμῳ ὡς τάχιστα ἕκαστος δυνατὸς ἦν ἄνευ τάξεως. Apud eundem lib. 4, πεζάγωγος τάξις τῶν ὁπλιτῶν. (Sed possumus in nonnullis locis vti & plurali Ordines: vt videlicet legimus Ordines obuertere apud Liuium: item, Abrumpuntur ordines laxati, apud Tacitum. De qua interpretatione dicam & paulo pòst) Interdum verò τάξις reddi potius debet Acies. vt quum dicitur πρώτη τάξις à Lylia. nam & Budæus ibi reddit Prima acies. itidémque apud Plutarchum, ἐσχάτη τάξις, Postrema acies. Nec non vbi idem scribit, ἀδελφὸς τῆς θεᾶς, παρεταξατο φάλαγγα, τὴν τάξιν τετραπλῆν ποιῶν. Ab eodem redditur Statio, item Locus pugnandi. vt apud Æschinem, ἀλλ' ὥσπερ αὐ ὑμῶν ἕκαστος αἱρεῖσθαι τὴν τάξιν λιπεῖν ἐν ᾧ ἂν τεταχθῇ ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτω καὶ νῦν αἱρεῖσθε λιπεῖν τὴν τάξιν ἐν ᾗ τεταχθε ὑπὸ τῶν νόμων, φύλακες τῆς δημοκρατίας τῆνδε τὴν ἡμέραν. (Certè τάξιν λείπειν redditur etiam Locum in acie deserere, quod est eius qui composita voce dicitur λειπτάκτης.) Idem τάξιν reddit & Turmam, dicens idem significare quod σῖφος, apud Xenophontem, & quidem cum genitiuo ἱππέων. (In vulg. lex. redditur etiam Centuria, necnon Cohors. Vide Ταξίαρχος) Posse alioqui τάξις alicubi reddi & plurali Ordines, eundem censuisse, vel ex eo liquet quòd ταξίαρχοι interpretatur Ordinum ductores. Τάξις est etiam Comitatus & multitudo hominum cuipiam magistratui apparentium operámque dantium: qui cohors Consulis aut Prætoris olim appellabantur: vt apud Ciceronem in Verr. & alibi. Synesius Πυραμιδίῳ scribens, τὴν ὑπαράχου τάξιν vocat. Et in Pandectis, οἱ τάξις τῶν ἱππάρχων, apparitores præsidum, qui etiam ταξεώται sæpe vocantur. Ideo autem hanc significationem subiungo proximè præcedenti, quòd & huiusmodi apparitores, cohortem efficientes, velut ordines quidam sint. Sed antequam à τάξις discedam, quod voce Ordo reddi potest, dicam de ἐν τάξει, quod quum alicubi reddi possit, atque adeo reddatur, Ordine, (sicut & διὰ τάξεως affertur ex Platone pro Ordine, Vel Certo ordine) alicubi potius reddendum existimatur Moderatè: atque ita vsus traditur Plato. Budæus verò apud eum reddit Modicè, Conciuè, Compositè, Decorè, Opportunè. Aliunde autem affert pro Ordine, Non temere, sed constituta cerráque ratione. Verùm significare etiam ait Statis vicibus. vt ἐν τάξει ἀπελθοῦσα ἡ πλημμυρίς. Sic in v. l. ἐν τάξει πιεῖν, Statis vicibus aliquid facere. Sed existimo τάξιν alicubi habere & aliam vocis Ordo significationem: nimirum eam qua quærimus cuius ordinis sit aliquis: (pro eo quod Gall. *De quel estat*, *De quelle qualité*) & qua dicitur quispiam esse senatorii ordinis, vel equestris ordinis. Seruius certè apud Virgilium in exponenda significatione quam habet ista vox in hoc loco Æneid. libro 7, Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire iubet: ita vsus est qualitatis appellatione vt dixi nos vsurpare vocem *Qualité*. nam Ordine ab omni, exponit, Ex omni qualitate dignitatum. Talem autem vsum habere possit fortasse τάξις cum alibi, tum in isto Demosthenis, εἰς τίνα τάξιν ἔταξεν ἑαυτὸν Αἰσχίνης ἐν τῇ πολιτείᾳ τοιοῦτον. In quo tamen loco vertit Budæus, (vt & infrà docebo) Quem locum reip. gerendæ capessierit. Quæ sanè interpretatio ferri & ipsa potest. Sunt verò qui in nonnullis huiusmodi locis existiment reddi etiam posse Conditio, & Gradus.

Τάξις vt locum pugnãdi significare docui, sic & aliũ huius nominis Locꝰ vsum habere sciẽdum est. vt τάξιν ἐπέχειν τινός, in Pand. Loco eius haberi. Athen. de Epicuro, σταφὺς ὑποτυχὼν ποιῶν ἐν τύπτοις τὴν ἀρετὴν τῆς ἡδονῆς, καὶ θεραπαίνης τάξιν ἐπέχουσαν, locum & vicem obtinentẽ. Sic Aristot. De histor. anim. lib. 9, καὶ ἡ τῶν χελιδόνων σκηνοποιία τῇ τοῦ τὴν πηλὸν ἀχυρώσας τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, vicem obtinet. In v. l. ex Plut. Galba, ἐν γαμετῆς ἔχει τάξει, Loco vxoris habuit. (vt inuersa construct. Laërt. pag. 248, οὗ τάξιν ἔχει τοῦδε τινί) At, τάξιν νόμου ἔχει, legis habet vigorem. Item, τάξιν ἔχει τῆς τελετῆς, initiationis speciem præ se fert. Itidem certè Bud. apud Demosth. Pro cor. οὐδὲ ἐν ἐπιρείας τάξει καὶ φθόνου τῶν τοιούτων, οὔτε, μά τοὺς θεοὺς, ὀρθῶς ἔχον καὶ πολιτικόν, οὔτε δίκαιόν ὄντι, interpr. Neque verò ita hoc facere vt calumniæ & inuidiæ speciem accusator præ se ferat, rectum & politicum est. At verò ἐν ἐχθροῦ τάξει apud eundem vertit, Hostili affectu habituque. Affert denique & alium eiusdem locum ex orat. in Aristocr. vbi τάξει rursum interpretatur Vice & loco: οἷον ἐν δωρεᾶς ἐποιήσαν τι τάξει τὸ πύτων μεταδοῦναί μοι, id est muneris vice & loco. Sed & alium quendam vsum vocis hujus Locus habet hoc vocabulum τάξις, si eiusdem interpretationem sequimur, vt certè sequendam existimo: in hoc eiusdem oratoris loco, De perperam obita leg. βούλομαι ὑποτιμῆσαι εἰς τίνα τάξιν ἔταξεν ἑαυτὸν Αἰσχίνης ἐν τῇ πολιτείᾳ τοιοῦτον. Vertit enim, Quod institutum sequutus sit, Quem locum reip. gerendæ capessierit. Sed de hoc loco dixi iam aliquid suprà in Τάξις significante ordinem. Nonnunquam verò τάξις dicitur Locus & sedes alicui conuentui vel collegio constituta. vt idem exponit apud Aristotelem. Atque hinc illam comitatus significationem de qua paulo antè dictum fuit, accepisse hoc nomen existimat.

Τάξις, Officium, Munus, Partes. Demosth. ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω τῶν παρεληλυθότων οὐδὲ νῦν οὕτω θορυβῆσαι βουλήσεται, τὸ μὲλλον ἢ τὸ παρὸν τὴν τῶν συμβούλων τάξιν ἀπιστεῖ, Officiũ & partes consiliarii sunt de futuro aut de præsenti statuere: quia in præteritum non valet consiliũ. Æschines hac in significatione, simúlq; pro loco quẽ aliquis in acie tenet, vsus est, in vna eadémque periodo, quam habuisti suprà.

Τάξις, sequendo illam significationem verbi τάττειν qua dicitur τατταν φόρον, redditur Taxatio. At Budæus postquam dixit τάξιν non modò κόσμον, hoc est ordinẽ, sed etiam modum ratione temperatum significare, & exemplum ex Plat. protulit: addit, τάξιν ob id taxationem significare, quo verbo Plin. & Trãquillus vsi sint. Subiungitque eiusdem Platonis locum, in quo τάξιν appellatam dicit constitutam aquæ mensuram in singulos dies hauriendã ab eo qui ἀυδρία laborat in fundo suo. In v. l. παὶ ταξεις τῶν νόμων πθέναι, ex eodem Plat. De leg. Et τάξιν τῆς δίκαιας ὀφπηθέναι, ex Luciano.

C. Ταξίαρχος, ου, ὁ, VEL Ταξιάρχης, Ordinum ductor, vt suprà exposui ex Bud. Sed peculiarius quidã interpr. Centurio. Suidas certè postquam scripsit, τάξις, αἱ δύο τετραρχίαι, αἄνδρες ρκε: subiungit, ductorem, olim quidẽ ταξίαρχον, suo autem tẽpore vocatũ fuisse ἑκατοντάρχην. Sed & pro decurione vsum esse Polybium, necnõ Plutestatur Bud. (sicque τάξις alicubi inuenitur redditum Decuria) qui etiam affert ex Lylia, καὶ εἴπε ταξίαρχος εἰς τάξιν τινὰ κατέπαξεν. quod vertit, Cẽturiauit. Et ex Synes. ὑπὸ τῆς σραπωπικῆς ἀταξίας καὶ τῆς τῶν ταξιαρχῶν πλεονεξίας. Appianum autẽ pro tribuno vsurpasse videtur at Basiliũ de rege apũ vsum eo esse. Hæc ille. Quidã ex Aristot. Polit. annot. ταξιάρχους esse qui præsunt peditibus leuis armaturæ & sagittarijs. quũ tamẽ nominatim τάξιν ὁπλιτῶν apud Thuc. legamus. & Poll. scribat τοὺς ταξιάρχους πρεσβεύσαντας τῶν ὁπλιτῶν. Cæterũ vt Basil. ταξιάρχου appellationẽ ad regẽ apũ trãstulit, sic quidã apud Athen. festiuè vsus est de eo qui conuiuis loca assignabat, perinde videlicet ac si eos centuriaret, vel potius decuriaret.

HINC Ταξιαρχία, ας, ἡ, Centuriæ præfectura, seu cohortis. ET VERB. Ταξιαρχέω, ῶ, Centuriæ præfectus sum, Sum centurio. Vel, Cohortis præfectus sum. Aut etiam generalius, Ordines duco, sequendo ea quæ de nominis ταξίαρχος significatione dicta fuerunt.

C. Ἀταξία, ας, ἡ, Gall. verbum è verbo, *Desordre*. nam vt τάξις nobis est *Ordre*, sic ἀταξία, *Desordre*, particula illa *des* priuandi vim habente, sicut α à quo incipit nomen ἀταξία. Sed nobis *Desordre* habet potius metaphoricam Græcè huius vocis significationem, de qua paulo pòst dicam. Propriè quidem certè ἀταξία est vbi nullus seruatur ordo, siue vbi aliquid geritur nullo ordine seruato. Thucyd. lib. 2, pag. 79 meæ edit. quum scripsisset de Peloponnesiis, καὶ ἅμα ἀτάκτως διώκοντες, de iisdem paulo pòst dicit ἀταξίαν. Vbi δῆλον τὸν παροῦσαν ἀταξίαν quidam interpr. Ob incompositum ordinem: quum vulg. interpretatio habeat Quòd incõpositi erant. Existimo certè commodè hîc reddi posse Ob perturbatos ordines. Itidémque alicubi vbi de militibus non dicitur, posse verti Perturbatum ordinem: aut etiam Perturbationem ordinis. vt videlicet Cic. dixit Perturbatione rationis atque ordinis peccari quicquid peccatur. A Bud. redditur Ordo conturbatus & permixtus: item Status inordinatus, Conditio inordinata, (quæ duæ posteriores interpretationes minus mihi placẽt) item Peruersitas ex Cicerone. Idem ἀταξίαν & ἀκοσμίαν talem esse ait qualem describit Ouidius in principio libri 5 Fastorum, quam in κόσμον & ἀταξίαν vertit maiestatis exortus. Plato certè de ea hoc ipso ἀταξίας vsus est vocabulo: & post eum Philo, apud quem ille ἀταξίαν vertit Inconditam congeriem. (Id autem Ouidius rudem indigestámq; molem appellauit, Metamorph. initio) nam hæc Philonis De mundo, ἐπειδὴ δὲ τὴν οὐσίαν ἄπακτον καὶ συγκεχυμένην οὖσαν εἰς τάξιν ἐξ ἀταξίας, καὶ ἐκ συγχύσεως εἰς διάκρισιν ἄγων ὁ κοσμοπλάστης, κοσμεῖν ἤρξατο, sic interpretatur, Quum enim rerum substantiam confusam & permixtam, ex incondita illa congerie in ordinem, atque ex indiscreta confusione in discrimẽ redigere volens mundi fictor, digerere eam atque ordine constituere cœpisset. Locus autem, in quo Platonẽ hac ipsa ἀταξίας voce vsum esse dixi, extat in Timæo: vbi Cic. ἐκ τῆς ἀταξίας ita vertit ac si dictum esset ἐκ τοῦ ἀτάκτου. nam hæc verba, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, reddit, Ex inordinato in ordinem adduxit. Perinde videlicet ac si scriptum fuisset, ἐκ τοῦ προτέρου ἀτάκτου ὄντος. Hoc autem interpretationis genere vsum esse Ciceronẽ existimo quia substantiuo, quod planè responderet voci ἀταξία, destitueretur. Cæterùm idem Bud. scribit Galenum de pulsu seu febre quæ nihil habet ὡρισμένον, dixisse ἀταξίαν non aliud esse quàm ἀκαταστασίαν.

Ἀταξία ex Xenoph. affertur Hellen. libro 3, pro Nõ seruatus ordo in acie. quam significationem haud temere alibi reperias.

Ἀταξία autem metaphorica significatione positũ, vt nostrum illud vocabulum *Desordre*, redditur Petulantia. Videtur certè melius expressum iri vis Græcæ vocis, si reddamus Incompositi mores: aut alia quapiam huiusmodi periphrasi vtamur. Alioqui si vno verbo vtẽdum sit, non minus libenter interpreter Insolentia quàm Petulantia. Synes. epist. 62, Οἵοις τοῖς θρασυλαβῶν πολεμουμένας τὰς πόλεις, ὄθεν μὲν ὑπὸ πλήθους καὶ μανίας βαρβαρικῆς, ἔνδοθεν δὲ ὑπὸ σραπωπικῆς ἀταξίας, καὶ τῆς τῶν ταξιαρχῶν πλεονεξίας.

C. Εὐταξία, ας, ἡ, (oppositum proximè præcedenti ἀταξία) Ordinis conseruatio. Videtur enim elici posse hæc interpretatio ex istis Ciceronis verbis, De offic. libro 1, Deinceps de ordine rerum & temporum opportunitate dicendum est. Hæc autem scientia continet eam quam Græci ἀταξίαν nominant, non hanc quam interpretamur modestiam: (quo in verbo modus inest) sed illa est ἀταξία in qua intelligitur ordinis conseruatio. A Budæo redditur Ordo ratus & constitutus.

Sæpe autem dicitur de militibus ordinem seu ordines in acie seruantibus. vt apud Herodian. μετ' ἀταξίας Polit. vertit Seruatis ordinibus. Sic vsus est hoc vocabulo Plutarchus in Artox. θαῦμα τοῖς Ἕλλησι τῆς ἀταξίας παρεῖχε. cui ibidem opponit κραυγὰς ἀτάκτους & σκιρτήματα. necnon τέρατον & θόρυβον.

Εὐταξία, Moderatio, Modestia, vt apud Herodianũ vertit idem Polit. adiungentem aliquoties ei nomen εὐκοσμία, (quum Hesychius per hoc exponat illud) & aliquando nomen κόσμος. Videtur certè pro hac interpretatione & ille Ciceronis locus facere. Redditur alioqui & aliis vocabulis in vulg. lex. videlicet Disciplina, Constantia: quæ certè interpretationes remotiores sunt. In iisdem habetur ἀταξία τροφῆς (sed absq; autoris nomine) pro Modestia ciborum, Victus sobrius. At ego ἀταξίαν, sicubi de victu legatur, (vt certè apud Athenæum in tali significato legisse mihi videor) malim interpretari Moderationem in victu. Videndum autem an & frugalitatis appellatio locum habere hîc possit.

C. Λειποταξία, ας, ἡ, Desertio ordinis, Desertio loci in acie, Deserere locũ in acie, seu deseruisse. Demosth. in Mid. ὥσπερ θεῶν, πότερον πλωνείαν καὶ πυκνοκοσίν καὶ λειποταξίαν καὶ σρατείας ἀποδρασιν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὀρθῶς καλεῖν, ἢ φιλοπρωτίαν. Vbi obserua ad λειποταξίαν adiungi σρατείας ἀπόδρασιν, sicut paulo pòst ex Philone afferam λειποσράτιον adiunctum ad λειποτάξιον: quum tamen Budæus scribat λείπειν τὴν τάξιν Æschinem dixisse vbique pro Fugere ex exercitu.

Dicitur autem & genere NEVTRO Λειποτάξιον. ac præsertim eius genitiuus cum nomine δίκη, seu γραφή. Dicitur enim λειποταξίου δίκη seu γραφή, Accusatio deserti ordinis, seu deserti loci in acie. Quidam verò generalius etiam interpr. Accusatio desertæ militiæ. quum tamen Philo De vita Mosis lib. 1, ad λειποτάξιον adiungat λειποσράτιον, scribens, ἐν δὲ ταῖς ἀθύναις αἰνεσὶ λαμπροῖς δοκιμαζῶσιν οἱ σύμμαχοι, μὴ λιποτάξιον, μὴ λιποσράτιον, μηδὲν ἄλλο τοιοῦτον ἢ τῶν δεδιωκεσμένοι. (Scribo autem per ι solùm ambo illa nomina, vt in Philonis editione scripta extant. ac certè reperitur & alibi scriptura HAEC Λιποτάξιον, sicut ETIAM Λιποταξία. Sed hæc minus mihi placet, quanuis ea & in aliis quibusdam à verbo λείπειν deriuatis spectetur. sed ita scribẽdo respicitur ad aoristum 2 λιπεῖν) Pollux λιποναυπίου μὲν ἐκρίνετο ὁ τὴν ναῦν ἐλλείπων, ὡς νῦν ὁ τὴν τάξιν, λειποταξίου. Tale est λιποταξίου προσεκλήθη, Dies ei ob desertum in acie locũ dicta est. Locosè autem Archestratus apud Athenæum libro 7, τὰ δὴ εὔγχλια γράφομαι λειποταξίου. Is verò qui locum in acie deserit, DICITVR Λειποτάξιος, SIVE Λειποταξίας, Qui locum in acie deserit. Exponitur etiam Desertor aciei, necnon Desertor, sine adiectione: nimirum ne hîc quidem seruato discrimine de quo paulo antè dictum est.

Ταξεώτης, ου, ὁ, Apparitor præsidis. Ταξεῶται, apparitores præsidum, qui & ἡ τάξις τῶν ἱππάρχων, in Pand. Vide Τάξις. Apud Suidã LEGITVR Ταξιώτης, & quidem sine vlla expositione: sed vet. codex habet ταξεώτης.

Ταξείδιον, ου, τὸ, diminut. Puto dici de militibus, & sonare paruam cohortem, aut paruam turmam. vt τάξιν de cohorte seu turma dici, antea docui. Suidas post hanc vocem ταξείδιον addit duntaxat ὑποκορεστικῶς.

Τακτὸς, ὸν, ὁ, Ordinatus, In quo seruatur ordo, Certo ordine procedens. Interdum verò Certus, Definitus. vt apud Platonem De leg. libro 11, & cõtrà ἄτακτος καὶ ἀόριστος χρόνος. Sic τακτὴ πρείδος χρόνου, Aristid. Legimus verò & τακτὸν ὁρόμον apud Xenophontem, quod referri potest ad eam signif. verbi τάττειν, qua dicitur τάττειν φόρον. vnde & τάξις pro taxatione.

Huic contrarium est COMPOS. Ἄτακτος, ου, ὁ & ἡ, Inordinatus, In quo non seruatur ordo, Incompositus. Redditur etiam Perturbatus, Confusus, Indigestus. Cicero apud Platonem ἄτακτον vertit Inconstans perturbatúmque, vt videbis pagina 39 mei Cic. Lexici. quũ alioqui apud eundem ἐξ ἀταξίας reddidisset Ex inordinato, tanquam videlicet interpretans ἐξ ἀτάκτου, vt docui in Ἀταξία. Plinius hunc locum Theophrasti, εἰσὶ δὲ τῶν μὲν ἄτακτοι καὶ ὡς ἔτυχον οἱ ὕλοι, τῶν δὲ πεταλμένοι, ita est interpretatus, Arboribus quibusdam ramorum ordo

aliis incōditus. At milites ἄτακτοι, oppositi τεταγμένοις, dicuntur Qui in numeros non sunt redacti, inquit Bud. Verùm & alia significatione (quam ille omittit) dicuntur milites ἄτακτοι, quos Liuius inordinatos, Tacitus incompositos appellauit. ita scribens, Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessique prælium sumpsere. Quemadmodum autem hic habemus Incompositi fessique, sic & apud Liuium quodam in loco Inordinati hostes, effusi & fessi. Atque adeo idem alicubi iunxit etiam Incompositi cum Inordinati. Hos igitur locos sequens, ἄτακτοι reddere malim Inordinati vel Incompositi, quàm Inconditi, vt in vulg. lex. Quæ afferunt etiam ἀτάκτους λαμβάνειν τοὺς πολεμίους, pro Adoriri hostes dissolutos & confusos. Et ἀτάκτους ποιῆσαι, ex Xenoph. Pæd. lib. 1, pro Perturbare, Perturbatos reddere. (Legimus itidem apud Herodianum, libro 7, ἄτακτοι ὦ, καὶ πολεμικῶν ἔργων ἀπαίδευτοι. quæ Polit. vertit, Sed inordinati ac rerum bellicarum imperiti. Idem Herodian. libro 4. ἐν ᾗ τοῖς τῶν τάξεσι τὸ μὲν τῶν βαρβάρων ἄτακτον πλῆθος) Addunt illa, & ἄτακτος ὄχλος pro Confusa turba, ex Isocrate. Et ἄτακτος ἀφροδίτη ex Plat. De leg. pro Inordinata venus & enormis.

Interdum verò ἄτακτος opponitur illi τακτὸς quod dictum est accipi pro Certus, Definitus. Aristot. ἀτακτος ὦ δοκεῖ εἶναι ἡ φθορὰ αὐτῶν, καὶ γίνεσθαι ὅπως αὐ τύχῃ id est, Nulla agi certa ratione. Quæ interpr. ex Theodoro affertur: sicut & ἄτακτος redditum Incertus in hoc Theophr. loco, διὸ καὶ ἄτακτος ὁ τόπος, ἄτακτος καὶ ὁ μετεωρισμός. Demosth. Philipp. 1, ἀτάκτα, ἀόριστα, ἀδιόρθωτα ἄπαντα.

Ἄτακτος, Qui incompositis est moribus, Qui incompositè se gerit, Qui nulla moderatione vtitur. Quod Gallicè ad verbum reddere possis *Desordonné*: vt aduerb. ἀτάκτως, *Desordonnéemẽt* Paulus ad Thessal. epist. 1, cap. 5, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους. Hic enim lubẽter illam significationem huic voci dederim, vt videlicet ἄτακτοι vocentur qui frequentius ἀτακτοῦντες dici solent. (Plutarchus certè talẽ huic nomini ἄτακτος significationẽ dedit quũ ἀκόλαστα & ἄτακτα coniunxit, ita scribens in lib. De def. orac. ἐπὶ τῶν ζώων πολλὰ δεινὰ πάσχει καὶ νοσεῖ τὰς ψυχὰς ὄντα, πολλὰ δ' ἀκόλαστα καὶ ἄτακτα τῶν συνεστῶν καὶ πανουργον χρόνους ζῇ μακρότερον. Vbi Turn. ἀκόλαστα καὶ ἄτακτα vertit Intemperantiæ & petulantiæ dedit.) Legimus apud eũdem in lib. De instit. puerorum, τοὺς μὲν ὑπαγομένους καὶ τεταγμένου βίου καταφρονήσουσιν, ὅτι δὲ τὰς ἀτάκτους καὶ ἀνέρραπτοδώδεις ἡδονὰς ἑαυτοῖς κρημνίσουσιν) Non ignoro tamen & aliam interpretationem afferri, vt videlicet significet inordinatos, sumpta metaphora à militibus qui stationem non seruant. At milites ἄτακτοι, eosdem esse qui & incompositi vocentur, suprà docui. Alioqui metaphoricus hic nominis istius vsus conueniret cum ea metaphora qua vsus est Horatius quum dixit, Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui Semper in augẽda festinat & obruitur re. Sed videndum an ἄτακτος etiam dici queat ὁ λειποτάκτης, à quo hîc sumitur metaphora. Dicam autem de vtroque & in verbo Ἀτακτῶ.

Hinc ADVERB. Ἀτάκτως, Inordinatè, Incompositè, Indigestè. Cic. apud Plat. in Timæo vertit Immoderatè, vt videbis in meo Cic. Lexico, p. 15 & 34. Isocr. in Encomio Euagoræ, οὐδὲ τοὺς ἐν ἀτάκτως οὐδὲ ἀνωμάλως διῳκεῖτο. Lucian. in Nigr. τὰ μὲν ἄτακτως σωφέρων. Sæpe de militibus dicitur. Thucyd. libro 3, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον αὐτῶν, ἀτάκτως καὶ οὐδενὶ κόσμῳ τοιοῦτοι πίπτοντες. Idem, ἀτάκτως διώκοντες. Sic autem post eum vsi sunt cum alii, tum Herodianus: vt libro 4, πλεῖστον δὲ πλῆθος τῶν βαρβάρων ἤθροισο, καὶ ὡς ἔτυχεν ἀτάκτως εἱστήκεσαν. Apud eundem libro 6, ἀτακτότερον μάχεσθαι. Sic ex Xenoph. affert Bud. ἀτάκτως pro Incompositè, Incondito agmine. Cui opponi ait τεταγμένως & σωφρονεστέρως. Idem alibi, ἀτάκτως, huic oppositum, significare ait Ordinibus ratis & constitutis. Interdum verò ἀτάκτως exponitur, More eius qui moribus est incõpositis, vel Gerendo se incompositè. Item, Absque vlla moderatione, seu modestia, Immodestè. Quinetiam Petulanter. Isocr. ad Nicoclem ei opponit κοσμίως, scribens, μὴ τοὺς ἄλλους αἰσχίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας, ἀτάκτως. Vide aliquid præterea de hoc aduerbio in verbo Ἀτακτῶ, quod proximè sequitur.

Item VERB. Ἀτακτέω, ῶ, Inordinatus sum, Ordinem non seruo, nec tenorem. Plutarchus De def. orac. εἰ δ' αὖ φύσιν, τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐχόντων, ἀτακτεῖν τοῖς κινήσεσι τὸν ἥλιον. quæ Turn. vertit, Quòd si dicãt, in pari reliquorum constantia, solis vnius cursum errare. Sæpe autem ἀτακτεῖν de militibus dicitur qui ordinem deserunt. Est ἀτακτεῖν (inquit Budæus) Ordines nõ seruare, In manipulo aut decuria, aut turma se non continere. Vel, Militiam detrectare. quo modo Demosthenes vtitur: hoc est, In ordinem se non redigere, E classe sua se subducere. Hæc ille. Quòd siquis Demosthenis locum adire cupit, eum inueniet Olynth. 3. vbi à schol. ἀτακτῶν & ἄτακτος pro eodem habentur, atque intelligitur hoc nomine ὁ εἰρηφεὶς μὴ, μηδ' ἀξιῶν δὲ εἰς τὰς ὀλιγαλλούσας αὐτῷ στρατείας. (At verò λειποτάκτης, vt idem scribit, est ὁ τῶν τόπῳ μάχῃ καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν τάξεων καὶ τοῖς σώμασι, τὰς ἀπολιπών) Cæterùm sciendum est, in eadem illa oratione circa finem legi ἀτάκτως, oppositum habens ἐν ἴσῃ τάξει: quod certè aduerbium de eo qui ita ἀτακτεῖ, dictum esse videtur. Affertur porro hoc verbum ἀτακτῶν & cum accusatiuo ex Philostr. Heroicis, ἀτακτεῖς τὴν μάχας. Ex Plutarcho autem Apophth. cũ genitiuo, & quidem in significatione metaphorica, ἀτακτήσας τῆς παιδείας ἀγωγῆς, q. d. Qui patriæ educationis ordinem deseruit. pro Qui à patria educatione desciuit & defecit. Ἀτακτεῖν est etiam Inhonestè & petulanter se habere, Flagitiosè viuere: vt scribit Budæus, afferens exemplum ex Plut. Apophth. HINC Ἀτάκτημα, Quod ab aliquo petulanter est factum, seu flagitiosè, Id in quo aliquis petulanter se gessit, seu petulantem se præbuit.

C. Εὔτακτος, ου, ὁ & ἡ, (oppositum præcedenti ἄτακτος) Ordinatus, Ordinem seruans, aut etiam tenorem, Certo quodam ordine procedens. Vel, Rato ordine constitutus, inquit Budæus. Ab eodem redditur & Æquabilis, apud Xenoph: (In qua interpretatione meminisse oportet loci Isocratis in ἀτάκτως allati, in quo ille ἀτάκτως & ἀνωμάλως copulat: quod ἀνωμάλως sonat ad verbum Inæquabiliter) Apud Thuc. de militibus, libro 2, εὔτακτοι τοῖς τῆς νικῶσι μόνοις, compositis ordinibus. Demostheni (vt scribit Bud.) εὔτακτος is est qui stationem suam ordinémque & prouinciam non relinquit. Cui opponitur ἀκόσμῳ. Sic Xenophon, ὑπακτέρους καὶ ὑπειθεστέρους ποιεῖ. De re militari itidem vsus est Herodianus lib. 4, τὸ δ' ὑμέτερον πλῆθος, εὔτακτον τε ὂν καὶ συστεκροτημένον, μετά τε ἐμπειρίας μαχόμενον. Apud eũdem legimus εὔτακτοι τοιχεῖς. At verò τὸ εὔτακτον substãtiuè eidem est Modestia, item Disciplina, Polit. interprete. Vnde ADVERB. Εὐτάκτως, Ordinatè, Ordinibus ratis & constitutis, vt vertit Budæus. Ab eodẽ redditur & Æquabiliter: (vt εὔτακτος Æquabilis) Solet etiam reddi Compositè, item Modestè. Aristophanes Nub. βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως. Item VERB. Εὐτακτέω, ῶ, Ordinatè me gero, Ordinem seruo, aut etiam tenorem. Et de milite qui ordinem non deserit: aut generalius etiam, qui disciplinam militarem seruat. apud Xenophontem, ὥστε δῆλος εἶ ἐν τοῖς στρατείαις εὐτακτῶν.

G C. Λειποτάκτης, ου, ὁ, Desertor ordinis, Desertor stationis, seu loci in acie, Qui locum deseruit, vt Horatius loquitur in versu quem protuli in ἄτακτος. Quomodo autem differat λειποτάκτης ἀπὸ τοῦ ἀτακτοῦντος seu ἀτάκτου, suprà docui ex schol. Demosth. in illo ipso verbo Ἀτακτῶ. Est autem ab hoc Λειποτάκτης & VERB. Λειποτακτέω, ῶ, Desero ordinẽ, seu stationem. Philo De mundo, ὡς ἀποδιδράσκουσα καὶ λειποτακτοῦσα, vt fugax, & stationis suæ ordinisve desertrix, vt vertit Bud.

Τακτικὸς, οῦ, ὁ, Ordinandi peritus. Præsertim verò, Ordinandi milites peritus, Instruendæ aciei peritus. Xenophõ Pæd. 8, pag. 134 meæ editionis, καὶ τὸ τακτικὸν δὲ εἶναι, οὐ τοῦτο μόνον ἡγεῖτο εἶναι σκεῦναι φάλαγγα ὑπόρως δύναιτο, ἢ βαθυνῶν, ἢ ἐκ κέρατος εἰς φάλαγγα καταστῆσαι. Et aliis additis quæ ab eo præstari debent, subiungit, πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τακτικοῦ ἀνδρὸς ἐνόμιζεν εἶναι. Sed τὸ τακτικὸν ibi-

dem vocatur etiã quod pertinet ad hominem τακτικὸν, seu ad hominis τακτικοῦ munus atque officium. Scribit enim, ἀλλὰ καὶ δέγασπᾶν, ὁπότε δέοι, τακτικὸν ἡγεῖτο. pro quo postea dicit, τακτικοῦ ἀνδρὸς ἐνόμιζεν εἶναι. Quoniam autem tam latè extendit ἀνδρὸς τακτικοῦ officium, ideo B. τακτικὰ interpretatur Quæ ad disciplinã militarem pertinent: afferens ex eiusdem operis libro 2, διδάσκειν δὲ τὰ τακτικά, ἀνάγκῃ δὲ τὰς ψυχὰς εἰς τὰ πολεμικά. At illud τακτικὸν ἡγεῖτο, quod habes in loco quem modò protuli, reddit, Artis esse militaris & ducum industriæ & solertiæ. Ex Luciano tamen affertur in vulg. lex. τακτικῶν ἔμπειρος, tanquam significans peculiariter Instruendæ aciei gnarus. Sic etiam ex Philostr. Heroicis τακτικὴν γινώσκω, (subaud. τέχνῃ) pro Peritus sum aciei instruendæ. Sed in iisdem latiore signif. ex Xenoph. τακτικοὶ ἀριθμοί, Militares numeri. (In iisdem τακτικὰ κινήματα, Ordinati motus, ex Gregor. Naz.) HINC Τακτικῶς, Militariter, quum Suidas exponat στρατιωτικῶς. Alioqui, dando ei minus generalem significationem, sonabit, Vt conuenit ei qui instruendæ aciei est peritus, Ex peritia instruendæ aciei.

Ταγὸς, οῦ, ὁ, Dux, Imperator. vel Præfectus, Præses. Hom. Iliad. ψ, vers. 159, — τῶν δ' οἱ ταγοὶ ἄμμι μύρονται. vbi ab Eustathio ταγοὶ esse dicũtur οἱ ἡγεμόνες, vtpote οἱ τάσσοντες τὰ τῶ λαοῦ. qui alio nomine κοσμήτορες, à verbo κοσμεῖν.

In Thessalia autẽ ταγὸς dictus fuit magistratus summus. VNDE Ταγεύειν dicebatur qui erat summus magistratus. Xenoph. in Hellen. ταχὺ δὲ ὁ Ἰάσων ὁμολογουμένως ταγὸς τῶν Θεσσαλῶν καθεστήκει. ἐπί γε μὴν ἐπάγουσι, διέταξεν ἱππικὸν ὅσον ἑκάστη πόλις δυνατὴ ἦν παρέχειν. Ab hoc autem verbo Ταγεύω est NOMEN. Ταγεία, quod principatum illum & ducatum significat, inquit Bud. Affertur & pro præfectura, seu στρατηγία, ex Aristot. Œconom. Dicitur ETIAM Ταγή, ῆς, ἡ, Principatus, Præfectura. nam ταγῆς Hesych. expon. ἀρχῆς, ἡγεμονίας. Apud eundẽ LEGITVR Ταγᾶος, quod exponit ὁ δὲ ὁπηγῆς τι ποιῶν, id est Qui facit quidpiam iussu alius, seu quod iussus est.

C. Ἀνατάσσω, SIVE Ἀναπάσσω: & pass. voce, sed actiua significatione, Ἀναπάσσομαι, Instruo, Præparo. nam Suidas & Hesychius ἀναπάξασθαι exponunt ἀστρεπίσασθαι. ‖ Interdum vsurpatur pro Componere, & literis mandare, vt & συνατάσσεσθαι. sed ratius, & vix vnquam apud veteres scriptores. In vita Lucæ euangelistæ reperitur aliquoties, vt τὸν δὲ νυμφοστόλον Γαβριὴλ τοῦς τῶν παρθένων μυστήριον ἔσται ἀνεστάξατο ὁ ἄγγελος. Sed & ipse Lucas præfationem sui Euangelii sic orditur, Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀναπάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. id est, Erasmo interprete, Contexere narrationem. Budæus autem vertit, Narrationẽ astruere. Ego instruere potius dixerim, cum Ouidio. ‖ Ἀναπάσσεσθαι apud Plutarchum in significatione longè alia reperio, in lib. De prud. anim. vbi loquens de quodam elephante, scribit, εἷς ὁ δεομαθέστατος, ἀκούων κακῶς ἑκάστου, καὶ κολαζόμενος πολλάκις, ὥφθη νυκτὸς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν σελήνιον ἀναπαστόμενος τὰ μαθήματα καὶ μελετῶν. Quæ Plinius iisdem penè verbis narrans, (vndecunque eãdem hanc historiam sumpserit) libri 8 caput 3 ita orditur, Certum est, vnum tardioris ingenii in accipiẽdis quæ tradebantur, sæpius castigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. Sed pro duobus Græcis verbis quibus vsus est Plutarchus, videlicet ἀναπαστόμενος & μελετῶν, vnico est vsus, quum dixit Meditãtem: quod respondere scimus illi μελετῶν. Ad ἀναπαστόμενος igitur quod attinet, nullum mihi occurrit in præsentia Latinum vocabulum quo aptius reddi posse existimem, quàm Recolens, vt Recolere studia dixit Cicero. Sed & qui aliqua recolit memoria, ea recenset & velut rursum digerit ordine. quæ certè cum prima significatione verbi πάσσεσθαι (sub passiua voce vsum actiuæ præstantis) optimè conueniunt, & præpositioni ἀνὰ eam quam in aliis multis compositis significationem habet, relinquunt. Quæ quum ita sint, Grynæus tamẽ, haud scio quid cogitans, pro ἀναπαστόμενος Molientem dixit, verba illa Plutarchi sic interpretans, Vnum tardioris ingenii, quia ægrius hæc assequebatur, vbi libet pessimè audiehtem, & verberibus sæpe castigatum, deprehensum noctu, eadem illa ex sese ad lunam meditantem molientémque.

C. ΑΝΤΙτάσσω, VEL Ἀντιτάττω, Contrà instruo in acie, Ex aduerso instruo ad prælium, Oppono in prælium. Æschines autem metaphoricè dixit, ἀντιτάττειν τὸν νόμον τοῖς τῶν πύπων ἀναίδειαν.

Pass. Ἀντιτάσσομαι, & Atticè Ἀντιτάττομαι, Ex aduerso sto instructa acie, Prælio obsisto. Vnde οἱ ἀντιτεταγμένοι dicuntur hostes. Ἀντιτάττεσθαι, inquit Budæus, sicut & ἀντιπαρατάττεσθαι, Ex aduerso instrui in acie, vt sinistrum cornu aduersariorum dextro nostro. Plutarchus in Cæsare, ἀντιταχθεὶς δ' Ἀντωνίῳ καὶ Φιλίππῳ, de Bruto loquens.

Ἀντιτάττεσθαι, Aduersari, Repugnare, Obsistere. Andocides, νομίσαντες τῶν σφετέρων αὐτῶν ἀρετῶν τῶν πάντων τῶν Περσῶν αὐτοτάττεσθαι. Apud Xenophontem, καλοῖς κἀγαθοῖς αὐτοτάττεται. Isocrates in Panath. τοῦ μὲν ἐν τοῖς λεγομένοις, ἡμῖν αὐτοτάττοιμι, τὸν δ' ἄλλον χρόνον ἐν τοῖς πραγματικοῖς ἅπασι. Dicit & αὐτοτάσσεσθαί τινι πρός τινος, pro De re aliqua aduersus eum contendere, quasi opponentem se ei in acie. Demosthenes Olynth. 3, Τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὅντος ἀξιόχρεω τοῦ τῶν πραγμάτων ἡμῖν αὐτοτάξασθαι. Dicitur etiam αὐτοτάττεσθαι πρός τινα. Xenoph. Pæd. 3, πόλις αὐτοτάττεσθαι πρὸς πόλιν ἑτέραν. Isocrates, αὐτοτάττεσθαι πρὸς αὐτούς. Theophrast. αὐτοτάττομαι πρὸς τὰς φύσεις. Affertur verò etiam cum accusatiuo sine præpositione ex Euripide, αὐτοτάσσομαι σὸν φόνον pro Tuam cædem vlciscor, aduersus eius autorem stans velut acie instructa.

Ἀντίταξις, εως, ἡ, Aciei instructio aduersus hostem, Prælii instructio. Item Repugnantia. Plut. De primo frigido, μυρίαι δ' ἀπουδεῖν εἰσιν αἱ ἀντιτάξεις καὶ αἱ ἀπωθήσεις πρὸς τὸν ἀέρα τῆς γῆς. Quæ Turn. vertit, Sexcentæ profectò sunt aeris & terræ repugnantiæ ac dissensiones.

C. ΑΠΟτάσσω, SIVE Ἀποτάττω, Colloco, Colloco certo in loco, Sepono, Repono certo in loco, vel ad certum vsum. Apud Philostratũ pro Secerno. Ἀποτάττω (inquit Budæus) ἀφορίζω, Secerno, Seorsum destino. Et Ἀποτάκτος, Ad certum vsum sepositus & selectus. Polybius, ὁμοίως δὲ καὶ παρ' ἕκαστον πάσμα πάντες ἴδε ἑαυτῶν πθέσαι φυλακήν, τὰς δὲ λοιπὰς ὁ στρατηγὸς ἀποτάττει. id est, Attribuit & destinat. Plutarchus, ἀλλὰ τὰς πελωνικὰς πρεσβείας ἀπέταξαν οὔπω χρόνον ἐχούσας. Item Centurio, In stationibus pono. Polybius, τὰς δὲ λοιπὰς σημαίας ὁ στρατηγὸς ἀποτάττει.

Passiua vox est Ἀποτάσσομαι, itidem pro Collocor. vt apud Demosth. ἐν τῆς φρουρείοις ἀποτεταγμένοι exponitur In præsidiis collocati. Est etiam Destinor, vnde idem participium ἀποτεταγμένος, Destinatus, Desponsus, Deuotus. & ἀποτεταγμένη ὥρα apud Basilium, Stata & constituta hora. Chrysost. εἰς τὸν ἀποτεταγμένον οἶκον αὐτῆς, In cubiculum ipsi destinatum seu attributum, & velut assignatum. Sic ἀποτεταγμένα χρήματα, Attributa pecunia exponitur. Inuenitur & partic. aor. 1. apud Polyb. πεῖ δ' εἰς τὰς φυλακὰς ἀποταχθέντας, hoc est ἀφωρισμένους, vt Budæus exponit.

Ἀποτάσσομαι autem voce quidem actiua, sed signif. neutra, Renuntio. vt apud Greg. τῆ ἀρῆ καταμαλακίσθης; ἀποτάξαι τῆς λειότητι, Renuntia, Nuntium remitte, Iube valere, Abs te summoue. Exponi etiã potest, Iubeo valere, vt Cic. loquutus est. Luc. 9, πρῶτον δὲ ὁπόσα μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, Primùm autẽ indulge hoc mihi vt iubeã valere domesticos meos. Bas. ad Neocæsarienses clericos, ἀποτεταγμένοι τῷ κόσμῳ καὶ τῇ βιωτικῇ μερίμναις. In Pand. ἀποτάσσεσθαι τῇ ὑποθήκῃ, καὶ τὸν χωρεῖν ἑτέρῳ, Renuntiare institutioni & alteri cedere hæreditate. Bud. Ἀποτάσσομαι cum genit. rei & dat. personæ in fabulis Æsopi, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποτάσσομαί σοι τῆς φιλίας, Renuntio tibi amicitiã. Sed legitur etiã σου pro illo σοι. regeretur autem σου à genit. φιλίας. essétq; idẽ sensus ac si dictũ foret τῆς σῆς φιλίας. Aliquãdo ἀποτάσσεσθαι dicuntur simpliciter qui valedicũt alicui quũ eũ à se dimittũt, vel qui dimittũt à se quempiã dicẽtes illi vale, vel addẽtes etiã mandata: vt quũ amicũ quempiã à nobis dimittimus, eius quidem amicitiæ non renuntiantes. Sic Act. c. 18, ὁ δὲ Παῦλος τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν. Et paulo pòst, ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς, vale dixit eis.

Ἀπόταξάμενοι sunt Emeriti. & ἀποταξάμενος παῖς, Puer exoletus. Bud.

Ἀπόταξις, εως, ἡ, SIVE Ἀπόταγή, ῆς, ἡ, Renũtiatio. Item Salutatio quæ fit extremùm, Valedictio, si dici posset. Renuntiatio, (inquit Budæus) & Quũ extremùm salutamus ac salutem alicui vitæ instituto dicimus. Cyrillus ἀπόταξιν & σύνταξιν inter se opponit, vbi dicit, εἰς νοῦν μὴ λαβόντες τὴν σύνταξιν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀπόταξιν τοῦ διαβόλου. Dionys. de baptismo infantium loquens, & iis quia ἀόδυνοι, quasi susceptores, vocãtur, οἱ δὲ γὸ πρὸ φησιν ὡς ὑπὲρ τῶν παιδίων, ἐγὼ τὰς ἀποταγὰς ἢ τὰς ἱερὰς ὁμολογίας ποιοῦμαι, ἀλλ' ὅπ ὁ πεῖς ἀποτάσσεται καὶ συντάσσεται. Vide apud Suid. quomodo vtatur Antiph. hoc nomine ἀπόταξις.

Ἀπότακτος, ου, ὁ & ἡ, Sepositus & selectus ad certum vsum, inquit Bud. Ex Herodoto affertur, ἀπότακτα σπέρματα.

C. ΔΙΑΤάττω, SIVE Διατάττω, Ordino, Compono in ordines, Digero, Dispono. διατάττειν τὴν στρατιὰν, ex Herodoto. Et — οὗ δὲ ἕκαστα Ἀθηναίοις διέταξε, ex Hesiodo. Bud. postquam dixit διατάττω esse Describo, Decurio, & significare etiam Digero, & Compono in ordines: subiungit, Et διατάξαιμος, ὁ τεταγμένος: vt Xen. Hell. 7, οἱ Θηβαῖοι διατάξαιμοι, agmine compositi incedentes. Polybius διατεταγμένοις στρατόπεδα vocat In stationibus & vigiliis dispositos. Vtitur Xenophon & de arboribus in quincuncem digestis, ταῦτα ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα καὶ διεμέτρησα καὶ διέταξα. Pro quibus Cicero dicit, Mei sunt ordines, mea descriptio. At Διατάττομαι, voce passiua, Constituo, Statuo. quarum significationum exẽpla affert B. ex Aristot. Probl. & ex Appiano. Additq; significare etiam Edico. Plutarcho: qua in significatione Lucam voce actiua vsum esse, capite 18 Act. διατάξας τὸ διατάξαι τὴν Κλαύδιον &c. Vocis autem passiuæ exemplum in hac signif. habes & apud Synes. in ep. ad Theophil. διὸ δέομαι γράφε καὶ διατάττου μηδενὶ μηδὲν ἐξεῖναι τοιοῦτο ποιεῖν. Hæc ille. sed apud eundem διατάττομεθα inuenio. quod non satis cõmodè reddi posse videtur Edicimus. nimirum in ep. 5, circa finẽ, τοῦτοις ἡμεῖς Ἀμαλικίταις εἶ) διατάττομεθα, παρ' ὧν οὐκ ἐξεστὶ κομίσασθαι λάφυρον. Aptius certè hic διατάττομεθα redditur Sancimus, quàm Edicimus. At Epigr. lib. 2, διατάττεσθαι dicitur à Lucillio de eo qui aliquid mandat testamento: Καὶ κιθαρας αὐτῷ διετάξατο συγκατακαῦσαι Δωδέκα, καὶ πίστας ἔκοσι πέπε νόμων. Sciendum est porro, διατάσσεσθαι siue διατάττεσθαι passiua etiam signif. interdũ dici quod edicitur & sancitur, idque in præt. præsertim. Philo De vita M. l. 1, ἢ τὴν οὐκ ὀλίγοις τῶν διαπεταγμένων ὑπὸ τῶν κατ' τὰς πόλεις νομοθετῶν ἐναντίωσιν.. At verò ex Herodoto affertur διατέταγμαι ἐφορᾶν pro Mandatum est mihi, Iniunctũ est mihi. Qua cõstructione habuimus suprà ex eodẽ τεταχθεὶς φυλάττειν.

HINC Διάταγμα, ατος, τὸ, ET Διάταξις, εως, ἡ, Edictum, Sanctio. διατάγματα τῶν ἀρχόντων καὶ διαγράμματα (inquit Bud.) edicta sunt magistratuũ, vt Plut. in Marcello autor est. Et διατάξεις constitutiones & edicta principum quæ proscribuntur, à Synesio dicuntur. Greg. τίνος οἱ παρ θεῶνες καὶ τὰ ἔγγραφα διατάγματα, i. constitutiones monasticæ. Ex eodem affertur διατάξεις νομικαί. Hoc nomen habent & quæ vulgò appellantur Constitutiones nouellæ Iustiniani. Græcè enim inscribũtur, Ἰουστινιανοῦ νεαραὶ διατάξεις. Sed διάταξις, sequendo priorem illam verbi διατάττω signif. redditur etiam Ordinatio, Digestio. Item Descriptio, Decuriatio.

Inuenitur ETIAM Διαταγὴ pro διάταξις. Paul. ad Rom. c. 13, v. 2, ὥςπ ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. (quum proxima eius verba sint, αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν) vbi διαταγὴ potest reddi Mandato. At in v. l. διαταγὴ τῆς ὑπηρεσίας affertur ex Esdræ cap. 2 pro exemplari epistolæ.

Διατάκτης, ου, ὁ, ET Διατάκτωρ, ορος, ὁ, Ordinator, Dux, in v. l. vbi διατάκτωρ exponitur etiam Herus, Dominus, δεσπότης: sed non addito huius expositionis autore.

AT VERO Διατακτὸν quod illa interpr. Ad ordinem spectans, hanc significationẽ non admittit. Scribendũ enim esset διατακτικόν. Et quod afferũt ex Polybio, post Suidam, τοῦτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶ) καὶ διατακτικώτερον, si significaret quod vulgò dicimus *De meilleure conduite*, itidem scribendum esset διατακτικώτερον.

A

c.2. Ἀδιάτακτος, ου, ὁ & ἡ, Non ordinatus, Non digestus. In v. l. annotatur ἀδιατάκτους dictos fuisse apud Athenienses, qui in inquilinos adscripti non erant, aut alioqui μετοίκιον non pendebant. Quæ valde suspecta sunt, vndecunque sumpta sint. Hesych. ἀδιατάκτῳ exponit duntaxat, ἐν μηδενὶ τεταγμένῳ μέρει.

Item verbum BICOMP. Ἀνιδιατάττομαι, sequens illam verbi διατάττομαι signif. qua ponitur pro Statuo, Constituo. Ponitur enim ἀνιδιατάττομαι pro Contra statuo, seu decerno. Synes. in quadam ad fratrem epistola, οἷδ' ὅτι πολλὰ φιλοσοφία τῆς ἀφυλουμένοις πύτοις ἀνιδιατάττεται δόγματα. id est, Philosophi multa statuerunt & decreuerunt contra receptas vulgò in Ecclesia opiniones & sententias theologorum. B. Est & aliud BICOMP. Ἐπιδιατάττομαι, Insuper edico, vel mando.

B

C. Ἐκτάττω, SIVE Ἐκτάττω, Instruo aciem, Compono ordines & agmen. Diodorus, καταστρατοπεδεύσας δὲ πρὸς τὰ Ἄρβηλα, πολὺ δυνάμεις ἀνθοῦντα καθ' ἡμέραν ἐξέπαλε. Sic pass. ἐκπεταγμένῳ πολεμικῶς μεγάλῳ δυνάμει ex eodem Diodoro affert Bud. pag. 642. Addit verò & ex Polybio exemplum huius verbi, apud quem ἐκτάξαι τὸ στρατόπεδον exponit In aciem explicare. Rursum passiui verbi exemplum ex Arriano, ὡς ἤδη καθεστῶτα πυὶ ἐνδεῖς ἐκτεταγμένοις. Affertur & ex Maccab. libro 2, ἐκτεταγμένος στρατιᾶς, Exercitu ordinato. (At Hesych. ἐκτάσσοντα expon. χαράσσοντα, γράφοντα) HINC Ἔκταξις, εως, ἡ, Instructio aciei. Vnde ἔκταξιν ποιεῖσθαι, Instruere copias, aut In aciem explicare copias. Polyb. παρ' αὐτὴν τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἔκταξιν. Ab Æliano tamen VOCANTVR Ἔκτακτοι, Extraordinarii, inquit B.

C

AT Ἐκταγή, Mulcta, δίκη, in vulg. lex. sine vllo testimonio.

C. ΕΝτάττω, (vnde vox Gallica *Entasser*. Nisi potius dicamus esse hoc verbum à nomine Τάς, quod ipsum sit à Τάττω) SIVE Ἐντάττω, Inter ordinandum interiicio, seu inter digerendum. Et generalius pro Interiicio, Interpono. Nam Bud. synonyma facit, παρεμβάλλειν, & ἐντάττειν, & ἐνπλέκειν, pag. 108 Comment. linguæ Græcæ. Ex eiusdem Comm. in epist. affertur ἐντάττειν τοῖς τυχοῦσιν pro τοῖς πολλοῖς ἐγκαταλέγειν, Inter plebeios annumerare, Cogere in ordinem. ITEM Ἐνταγμοί, sicut ἔγκριτοι, (parr. præt. ab ἐντάσσομαι) In ordinem numerumq; redacti. Qui & ἐγκύκλιοι dicũtur: vt scribit idem in Annot. in Pand. Redditur autem & Gregarii.

D

E

Ἔνταξις, εως, ἡ, Interpositio, Insertio. Peculiariter verò ἔνταξις (quæ & παρένταξις) quum leuis armaturæ milites in phalangis interstitiis interiiciũtur, nudi singuli iuxta singulos armatos. vt quidam Suidæ verba interpret. quæ apud eum vide.

ΤΕΙΝΩ, F. τενῶ, Tendo: interdum & Extendo, Distendo, Intendo, Contendo: quemadmodum & verbum Latinum. Plato in Tim. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτὸ θεὶς, διὰ παντὸς ἔτεινε, Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetēdit, vt Cicero interpr. pagina 20 mei Lex. Cicer. Idem passiua voce & significatione in eodē libro τὸν δι' παντὸς τεταμένον πόλον dicit, quod Cicero Latinè, Traiectum axem. Quibus adde hoc Philonis De mundo, ὄμματα πρὸς τὴν ἔσχατον αἰθέρα τείνεται, Oculorum acies ad summū vsque æthera extenditur, seu Oculi ad summum vsque æthera contendunt. Plato De leg. τεταμένων εἰς τὴν πόλιν ἐκ τῆς χώρας λεωφόρων, Quæ in vrbem vsque extenduntur. (vel etiam Tendunt, Pertinent: quo significatu actiuum quoque τείνειν accipi, paulo post docebo) Ex Aristoph. autem τείνω βιαίως pro Contendo seu intendo vehementer. Item pugna τείνεσθαι dicitur pro Intendi, quum nimirum omnes nerui in prælio intenduntur: vt Iliad. ρ, vers. 543, Ἀλλ' ἢ ὅπῃ Πατρόκλῳ πέλετο κραπεὴ ὁσμίνη. Et v. 736, ὅπῃ ἢ πόλεμος πέλετο σφι Ἄγριος. ‖ Τείνω interdum neutraliter accipitur, sicut Tendo quoque & Contendo apud Latinos, pro καϝατείνω τὴν ὁδὸν, (inquit Budæus) id est, Iter intendo. Luc. ἀναπηδήσας οὖν ὡς εἶχον τάχους, ἔτεινον ἀνὰ Βαβυλῶνος, rectà Babylonem contendebam. Sic idem in Icaromenippo, ὅπῃ τὸν Ὄλυμπον ἀναβαίς, καὶ ὡς ἐνῆν μάλιστα κούφως ὅπῃ πεσεῖσθαι, τολοιπὸν ἔτεινον ἀνὰ τὸ οὐρανοῦ, rectà tendebam in cælum. Affertur & μακραὶ ἔτεινον, pro Viam longam peregerunt. Quò referendum μακραὶ τείνειν, de sermone dictum, quum sermo, veluti via aliqua, aut funis, in longum extenditur & producitur: vt apud Sophoclem in Aiace, pag. 59, Μὴ πεῖνε μακραὶ, ἀλλ' ὅπως κρύψις τάφῳ Φράζου τὸν ἀνδρα. vbi schol. μὴ πεῖνε μακραὶ expon. μὴ ἐκτείνε λόγον μακραὶ, Ne sermonem extendas & producas in lōgum. Sed & locus aliquis versus alium aliquem locum τείνειν dicitur, vt & apud Latinos, (veluti quum Plinius dicit, Tendit gula ad stomachum, is in ventrem) pro Extendi, Porrigi seu Porrigere se, Pertinere aut Spectare ad. Aristid. τείνουσα πόλις ὅπῃ τὸ Γόνιον. Itidem & ex Herodoto affertur, παρ' ὦ τὸ ὄρος τείνει, ad quam mons pertingit. Nec non & aliæ res dicuntur τείνειν πρὸς vel εἰς τι, itidem pro Pertinere seu Spectare. vt apud Euripidem, τείνει εἰς γέροντας, ad senes pertinet. Sic τείνει εἰς τροφὴν, ad victum pertinet. Et Aristot. libro 10 Ethic. ἀσκεῖν δεῖ τὰ χρήσιμα πρὸς τὸν βίον καὶ τὰ τείνοντα πρὸς ἀρετὴν, quæque ad virtutem pertinent. Idē Rhet. 1, πρὸς ἀλήθειαν γὰρ τείνει ϝοῦτα, ad veritatem tendunt. Et Theophr. libro 1 De caus. pl. πρὸς τὴν ἰδιότητα τείνει, ad proprietatem pertinent. Quibus adde hoc Xenophōtis, εἰ μὴ πρός σε μᾶλλον τείνει τὰ τοῦ κηρύκου ἔργα ἢ πρὸς ἐμέ, ad te magis pertinent & spectant quàm ad me. Sed notandum, hoc τείνει εἰς vel πρὸς, interdum posse exponi Fert seu Ducit: vt quum res aliqua dicitur τείνειν πρὸς ἀρετὴν vel ἀδαιμονίαν, ferre & ducere ad virtutē aut beatitudinē: metaphora sumpta à viis. hæ enim in locum aliquem φέρουσι. ‖ Τείνειν v. l. ex Euripide afferunt pro ἀδειν μετὰ πόνου. Quod interpretari queas etiam Intenta voce canere. In isdē afferuntur & hæc: ex Iliad. Homeri, — ἐξ αὔτυγος ἰωὴ τείνας, pro ἐξάρας τὰ ἰωὴ τοῦ ἅρματος. Item pro Stringo, ex Iliad. γ, ὀχεὶ πάταγος τρυφαλείας, id est ἐσφίγξατο. Alioquin & pro Extendo Homerus vsurpauit hoc verbum: veluti quum Iliad. π, v. 365 dicit, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνει, id est ὅταν πανταχοῦ λαίλαπα ὁ ἀὴρ ἐξαπλοῖ, veluti quum pannus aliquis extenditur, seu expanditur & explicatur.

Pass. Τείνομαι significationes actiui sequitur, significans Tendor, Extendor, Distendor, Intendor, Contendor, vt videre est in locis quibusdam paulo antè citatis. quibus adde hoc Galeni in libris ad Glauconem, τεταμένας φλέβας, Venæ distentæ. ‖ Exponitur etiam Conor, Nitor, Omnes neruos ac vires intendo seu cōtendo. Budæus verò interpr. Vexo, apud Galen. lib. 2 ad Glauc. cuius verba in Παροξυνῶ citauī.

Notandum verò, præteritum perfectum πέπακα & πέπαμαι, quæque ex his formantur, originem ducere ab inusitato THEMATE Τάω, ex quo deriuantur ETIAM Ταύω ET Τιτάνω, de quibus infrà dicetur: necnon inde formatum sequens verbale.

Τάσις, εως, ἡ, Tentio: vel Intentio, Contentio, Extentio, Distentio. vt quum dicitur τάσιν ἔχων pro Tentus, seu Intentus, Distentus. Est & in oratione τάσις. Hermog. De invent. libro 4, τάσις δὲ ὅτι τῶ λόγου, ὅταν ὑαθράφῃ τῶ μέτρῳ τὸν λόγον τὸ πνεῦμα, μακρότερον γινόμενον τῶ δεῖν ἐν ἰδίῳ ληφθῆναι τὸν λέγοντος πνεῦμα. τῶτο γὰρ ὅτιν ἡ τάσις, τὸ ἀποτεταθὲν ὅσῳ μακρότερον ἢ χρὴ τὸ πνεῦμα, quum spiritus longius extenditur quàm oporteat. Et apud Galenum libro 5 De sanitate tuenda, ἡ κατ' ὀξύτητα τάσις τῆς φωνῆς, quum acumen vocis intenditur.

Deriuata ex præter. medio.

Τόνος, ου, ὁ, idem quod præcedens τάσις, id est Tentio, seu Intentio, Contentio, seu Tenor: vt ὁ τόνος τῆς φωνῆς, Demosth. Pro cor. Intentio vocis, seu Intendere vocem. Sic Æschines in Ctesiphontem, τίς ἡ κραυγή; τίς ὁ τόνος τῆς φωνῆς; Et Aristot. lib. 3 Rhet. ἀνάγκη γὰρ ὑαπκρίνεσθαι, καὶ μὴ ὡς ἐν λέγοντα τῷ αὐτῷ ἤθει καὶ τόνῳ εἰπεῖν, eodem semper vocis tenore & eodem tono. aliquando enim intendenda est, aliquando remittenda. Sed & grammatici habent quosdam vocis τόνους, quos & προσῳδίας vocant, Latini tenores & accentus: vt tradit Quintilianus lib. 1, cap. 5, Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνους dicunt: vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant, quum acuta & grauis alia pro alia ponitur. Ibidem dicit Acutus sonus, Acuta vox, Acutus tenor: quorum tamen illa duo priora latiùs patent, vt & φθόγγος ac φωνή: posterius autem, Tenor, seu τόνος, illorum est accidens. Itidem ibidem dicit Acuto sono finire, Acuto tenore concludere, quod Græci ὀξωίειν seu ὀξυτόνως efferre & pronuntiare. Tres autem sunt τόνοι illi, ὀξύς, βαρύς, περισπῶν δρος, acutus, grauis, flexus, vt Quintilianus ibidem appellat. Et acuto quidem tono attollitur syllaba aliqua, graui autem deprimitur, at flexo tono flectitur, duabus syllabis interdum in vnam coactis. De his verò fusius grãmatici: vide & Martian. Capellam libro 3, in capite De fastigio. sic enim accentum appellat. Habent & musici suos tonos. Est autem eiusmodi tonus spatii magnitudo: qui ideo tonus dictus est quia per hoc spatiũ ante omnes prima vox quæ fuerit, extenditur, hoc est, de nota qualibet in notam, vt à media in paramesen. vt idem Martianus libro 9 definit in capite De tonis. Ex Aristot. verò libro 5 De gener. animal. τόνος, ὁ κοινῶς ἦχος, καθὰ λέγεται Λύδιος τόνος καὶ Φρύγιος τόνος. Quemadmodum & Martianus libro 9, caput de tropis sic ordiitur, Tonus igitur idem plerunque appellatur & sonus. Quanquàm non idem prorsus sint Tonus & Sonus, vt idem docet eodem in lib. capite De sonis, Phthongos, id est sonus, dicitur vocis modulatæ particula vna intensione producta. Est autem Intensio, quam dicimus τάσιν, in qua vox persistit ac perseuerat. Porrò in illo Aristot. loco Λύδιος τόνος quidam interpr. Numerus siue modus Lydius. Alioqui τόνος dicitur etiam στίχος, versus: forsan quia in longum extenditur. vt apud Herodotum libro 1, ἐν τεμέτρῳ τόνῳ χρᾶ, trimetris versibus. Sic apud Suidam, Πυθικὸν ἰῶ τετραμέτρυμα ἐν τόνοις ἑξαμέτροις, oraculum seu vaticinium à Pythia versibus hexametris editum. Rursum ex Martiano annotatur, Tonum dici spatium id quanto abest à terra circulus cæli citimus, hoc est lunaris: videlicet centum viginti sex millia stadiorum. quoniam vt in sonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus sonis inter se diuersis, ita in cælo minimum à terra spatium ad lunam, tonum appellare placuit. Item τόνος dicitur Intentio studii, seu Intentio mentis, vt Budæus interpr. in hoc loco Greg. de Basilio, ἥκιστα μὲν τάχυς φύσεως δίχα τόνον δὲ ὁ λόγος, ἥκιστα δὲ τόνος, δίχα τάχους. Plutarchus (inquit idem Budæus) sic vocat vim & constantiã animi inflexibilis: οἱ δὲ περὶ τὸν Πομπήϊον φοβηθέντες τὸν τόνον τῆς Κάτωνος. Et alibi de eodem, θαυμάσας ὁ Πομπήϊος τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ καὶ τόνον, ᾧ μόνος ἐχρῆτο ὑπὲρ τῆς δικαίων. quem τόνον alibi vocat ῥώμην, teste eodem. Ex Galeno certè affertur τὸν τόνον ἀπολύειν, pro ἀπολύειν τὴν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, vires ac robur dissoluere. Quomodo & τόνον σωμάτων idem dicit, opponens ei τὴν ἀσθένειαν. Fortassis autem τόνος in hac significatione dicitur metaphoricè ab iis qui interrupto tenore τείνουσιν εἰς τὸ πρόσω. id quod roboris signum est. Item in pictura τόνος dicitur Vigor & splendor. Plinius libro 35, capite 5, Deinde adiectus est splendor: alius hic quàm lumẽ, quem, quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt τόνον: commissuras verò colorum & transitus, ἁρμογάς.

Τόνοι dicuntur etiam funes aut nerui extenti, vel qui extendi solent. Turn. Aduers. libro 2, capite 4, quum citasset hæc Vitruuii, de catapulta, Foraminum in capitulis magnitudo, per quæ tenduntur nerui torti qui brachia continere catapultarum debent: subiunxit, Hìc foramina sunt quæ Græci τρήματα appellant, quibus inseruntur nerui torti, quos Græci τόνους appellant. Et mox, Brachia, quæ ἀγκῶνας Græci vocant, crassioribus robustioribusque neruis intenduntur: quos non solùm τόνους sed etiam ἡμιτόνια appellabant. Id quod constare dicit ex hoc loco Vitruuii, lib. 1, In capitulis enim dextra ac sinistra sunt foramina hemitoniorum. Et ex hoc Heronis, ἐκάλουν δὲ τὰ μὲν σωιέχοντα πρὸς ἀγκῶνας νεῦρα, τόνον, ἔνιοι δὲ ἡμιτόνιον. Itidem & Poll. scribit τὰ νεῦρα τὰ ἑκατέρωθεν τῆς στομάχου, siue οἰσοφάγου, nominari τόνους. Et Hippocr. τόνον vocat neruum, siue is à cerebro, siue à spinali medulla oriatur, vt annotat Galenus. Rursus idem Poll. lib. 10, capite 7, σπάρτον, τόνον, κιρίαν, item & χοῖνον nominari ait τὸ τῇ κλίνῃ ἢ τῷ σκίμποδι ἐνπεπαμμένον ὡς φέρειν τὰ πυλεῶα, vt sunt nerui qui per spondas aut sellas traiecti intenduntur, vt tomenta & culcitras quæ superimponuntur, sustineant: cuius significationis hoc exemplum affert ex Philippide, Κεφαλῆδε ὅτι τὸν ὀκτμεῖν χιῶνα τὸν δι' ὄρους· ἄρχεται δὲ πάντελως οὕτως ἐγὼ τὰ σπαρτα, ἕτερος δὲ καμὼν ἐμβαλεῖν αὐτῷ τόνον. Addit & Aristoph. in Lysistr. sic vsurpare. Sic idem Aristophan. accepit in Equitibus, dicens, Ἐκπεπτουσῶν τῆς ἡλικτρῶν, καὶ τὸν τόνου οὐκέτ' ἐνόντος, Τῶν δ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν. Vbi & schol. annotat, τόνον vocari τὰ τῆς κραββάτου χορδία: tropicè autem eum innuere etiam τὴν τῆς φωνῆς τάσιν vocabulo isto τόνου. nam de vocis tenore dici, ex suprà annotatis patet. Rursum Poll. libro 1, τόνον appellari ait τὴν ἱμάντωσιν τῶ δίφρου, Loreos funes qui intenduntur currui. Et libro 5, retibus quoque seu plagis τόνους tribui apud Xen. ait.

C. Ἄτονος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incontentus, id est Non contentus, vt Cicero dicit Incontentæ fides pro Fides non contentæ: metaphoricè pro Laxus, Remissus: seu Inualidus, Infirmus, Languidus. Plutarchus De def. orac. ἐν χειμῶνι κελεύει βέλτιον τὸ πῦρ, ὅταν ῥώμης εἰς ἑαυτὸ συστελλόμενον τῇ ψυχρότητι καὶ πυκνούμενον· ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἐξασθενεῖ, καὶ γίνεται μανὸν καὶ ἄτονον· κἂν ἐν ἡλίῳ κείται, χεῖρον ἐργάζεται, καὶ τὴν ὕλης ἁπλεῖται μαλακῶς, καὶ καταιαλίσκει βεβάδιν, ipso contrà æstu remissus, imbecillitate quadam languet. Idem in Amator. narrat. ἵνα ἔχοι Κόρινθον ἀτονωτέραν, vt Corinthum imbecilliorem efficeret. Necnon ἄτονος στόμαχος apud medicos dicitur Stomachus lãguidus & imbecillus, Cuius veluti nerui remissi ac laxi sunt: metaphoricè ab iis quorum funes quibus intendebantur, aut incisi sunt aut remissi & incontenti. VNDE Ἀτόνως, Sine contentione virium, Ita vt nervos non intendas: seu Remissè, Languidè. ET Ἀτονία, ας, ἡ, Nerui remissi: seu Languor, Infirmitas, Remissio virium. vt ἀτονία στομάχου apud medicos, vitium stomachi quo eius τόνος ἐκλύεται: forsan idem cum eo de quo Scrib. Largus, comp. 105, cap. 23, Est stomachi vitium quod cum siccitate & ardore eius & irrequiebili (vt ita dicam) & inextinguibili siti consistit. ἄτονον Græci vocant, ab eo quòd exiccat omnem stomachi humorem. Item ἡ τῆς ψυχῆς ἀτονία apud Plutarchum in libro περὶ δεισιδαιμονίας: quam scribit ἐσκέναι σώματος κράσει καὶ πρὸς ἀλέαν κακῶς πεφυκέναι καὶ πρὸς κρύος. ET VERB. Ἀτονέω, ῶ, Languidus ac inualidus sum, Infirmus & imbecillus sum, Torpeo: propriè de iis quorum τόνοι remissi sunt ac laxi. Plutarchus Coriol. ἵνα που ἑνὸς τῶν ἀγόντων τὰς καλουμένας θήκας ἀπεγεῶτος, Lãguido & defesso labore. Idem libro 2 De fort. Alexandri, ἡ πόνει δὲ ἡ χεὶρ, καὶ βάρος εἶχε καρκῶδες. Cum infinitiuo iunctum significat Non potis sum, ἀδυνατῶ: vt apud Chrysost. De sacerd. ἀτονῶν γὰρ ἐξιστῶσιν τοῖς ἀδοκιμοῦσι κατὰ τὴν λέξιν ἀρέσκειν, non potens adæquari.

C. Βαρύτονος, Qui graui tono effertur seu pronuntiatur: vt λέξις βαρύτονος apud grammaticos, Vox grauitona, vt quidam interpr. At pro βαρύτονον στῆθος, quod in vulg. lex. exponitur Pectus angustum, videndum est ne scribendũ sit βαρύστονον, graues gemitus edens: nisi quis dicat eo significari τὸ βαρέως πενόμενον, quod grauiter vexatur. VNDE Βαρυτόνως, Graui tono. ET Βαρυτονέω, Graui tono claudo, seu finio, Graui tenore effero.

C. Ἑπτάτονος, Septem τόνοις habens, seu Septem neruis intentus, Intentus septem fidibus, seu septem chordis: à τόνος significante chordam.

C. Εὐθύτονος, Qui in rectum tendit, aut renditur. Vt, Euthytona instrumenta quæ sagittas mittunt.

C. Εὔτονος, (oppositum superiori ἄτονος) id est, Validus, Robustus, Firmus: metaphora sumpta ab iis quæ bonis ac firmis neruis intenta sunt, nec intentionem remittunt. Luc. ἢ νεῦρα εὔτονα, ἢ ὦμοι καρτεροί. Itidem εὔτονος ὕλη interpretantur Materies firma & quæ egregiam in operibus firmitatem conseruat: vt eadem sit cum ea quæ ἀσφαβὴς nominatur. Theophr. libro 5, capite 7, εὔτονώτατον δὲ φιλύκη. Vbi tamen Gaza vertit Obedientissima. Et εὔτονος χρηματιστής, Qui omnes neruos intendit in cõquirendis pecuniis. Alii, Qui vehemens studium parandis diuitiis adhibet: Plutarchus Themist. Additur interdum datiuus veluti instrumentalis: vt apud Dioscoridem libro 5, capite 81, εὔτονος τῇ δυνάμει, viribus valens. Sic εὔτονος τῇ ὀσμῇ, Odore præstans, Vehementem edens fragrantiam. Exponitur etiam Vocalis: quod referendum est ad τόνος quo significatur φθόγγος, sonus. VNDE Εὐτόνως, Intentis viribus, seu Intentis omnibus virium neruis, Validè, Firmiter, Fortiter, Vehementer. ἰσχυρῶς, vt Hesych. exponit, addens etiam ἐλαφρῶς. Quum verò aliquis φθέγγεσθαι ἀφώνως dicitur, reddere queas etiam Intento clamore, & (vt Cicero loquitur) Bonis lateribus. ITEM Εὐτονία, ας, ἡ, Firmus tenor, & Contentio valida, Vehementia: vt ἀτονία ἡ κατ' πλῶ ὀσμλῶ affertur pro Odoris vehementia. Hesychio ἀτονία est καρτερία, αὐθεκακία, ὑπομονή, tolerantia. ET VERB. Εὐτονέω, ῶ, Validus sum, Valeo viribus. Item, ἀτονοῦσι εἰς τὰ ὀφθαλμικά, ad ocularia medicamenta efficax seu aptum. Sicut verò ἀτονέω cum infinitiuo iunctum significat ἀδυνατέω, Nequeo, Non possum: ita contrà ἀτονέω iunctum cum eodem significat Possum, Potis sum. Plutarchus in suo περὶ δεισιδαιμονίας libello, μὴ βουλόμενοι μηδὲ ἀτονοῦντες εἰπεῖν, Οὐκ οἶδεν ὑμᾶς ὁ βασιλεύς. Et aliquanto antè in eodem libro, παρέχεις ἐμπεριπατεῖν φλυάρῳ σαυτὸν, οὐκ ἀτονῶν εἰπεῖν, Ὄψομαί σε κοῦδις, νοῦ ὃ κ' ἐλεάζω. Vbi οὐκ ἀτονῶν possis interpretari etiam Non sustinẽs, Non audens. Ex hoc autẽ ἀτονέω COMP. Διβυτονέω idem significat, nisi quòd præpositio vim ei aliquam addit.

C. Ἰσότονος, Qui æqualis toni est. Affertur & ἰσότονα pro Eodem accentu prædita. VNDE Ἰσοτόνως, Æquali tono. vel Æquali tenore, Æquali motu.

C. Μονότονος, Qui vno tantùm tenore progreditur. vt oratio μονότονος dicitur quæ vno semper tenore profertur absque vlla vocis intentione. quod vitium reprehẽdit Aristot. suprà in Τόνος. ¶At μονότονος λέξις diceretur quæ vnico tono seu accẽtu profertur. sicut δίτονοι vocari possunt quæ duobus tonis efferuntur, vt quæ annexã habent voculã encliticã. ¶Exponitur etiã Perticax: vt sumptum sit ab iis quæ vnum semper eundémq; tenorem seruant, nec quidquam ex eo remittunt. VNDE Μονοτόνως, Eodem tenore. Dionysius Long. καὶ ἁπάντα ἴσης καὶ μονοτόνως. ET Μονοτονία, ας, ἡ, Vnus idémque tenor, Tenor vniusmodi, Vna eadémque spiritus ac soni intentio. Quintilianus libro 11, capite 3, Vitemus igitur illam quæ Græcè μονοτονία vocatur, vna quædam spiritus ac soni intentio: non solùm ne dicamus omnia clamosè, (quod insanum est) aut intra loquendi modum, (quod motu caret) aut submisso murmure, (quo etiam debilitatur omnis intentio) sed vt in iisdem partibus iisdémque affectibus sint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes, prout aut verborum dignitas, aut sententiarum natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulabit.

C. Ὁμότονος, Eundem semper tenorem seruans, Tenorem semper sui similem seruans. Et apud medicos ὁμότονος πυρετὸς, febris sibi æqualis ac similis, à principio ad finem vsque perseuerans. Nam quasi semper in eodem vigore consistit, neque crescens neque decrescens: vnde ET Ἀκμαστικὸς πυρετὸς alio nomine à medicis appellatur. Galenus libro 9 Methodi medendi hunc μονότονον πυρετὸν, vt & ἐπακμαστικὸν & παροξυσμαστικὸν, speciem statuit τῶ σωιόχου non putris, quem inter diarias febres recenset: vt eodem autore ὁμότονος dici possit quæcunque febris eundem tenorem perpetuò seruauerit. Hæc Gorr. Et vox ὁμότονος dicitur, quæ tenore sui semper simili sonatur, nec in grauem sonum declinãs, nec se in acutum tollens: quæ & μονότονος, vt docet Cælius Aurel. libro 3 Acut. capite 1, Exclamatio vehemens atque eodem modo perseuerans, quã Græci μονότονον vocant. Item ὁμότονος dicitur Æqualiter tentus, seu Æqualiter contentus. vt apud Vitruuium, libro 1, capite 1, In capitulis enim dextra ac sinistra sunt foramina hemitoniorum, per quæ tenduntur suculis & vectibus è neruo torti funes, qui non prælucluntur nec præligantur nisi sonitus ad artificis aures certos & æquales fecerint. Brachia enim quæ in eas tentiones includuntur, quum extenduntur æqualiter & pariter, vtraque plagam emittere debent. Quòd si non homotona, fuerint, impedient directam telorum missionem. Vbi nota eum subiungere, Quòd si nõ homotona fuerint, quum dixisset, Extendũtur æqualiter. Hemitoniorũ verò nomine intelligit funes seu neruos: ac foraminahemitoniorũ appellat ea foramina per quæ hemitonia traiiciuntur, seu per quæ tenduntur suculis & vectibus è neruo torti funes: qui funes appellantur & τόνοι. Perperam igitur quidam pro illo Foramina hemitoniorum, reposuerunt Foramina homotona: nonnulli, Foramina homotonorum. Hemitonia autẽ dici eiusmodi funes, patet ex quodam Heronis loco quem ex Turnebo attuli in Τόνος, qui & ipse illud Hemitoniorum retinet, & itidem interpretatur Funium. VNDE Ὁμοτόνως, Æquali tenore, seu Eodem tenore: aut More eorum quæ æqualiter tensa sunt.

C. Ὀξύτονος, Qui acuto tono finitur, seu Qui acuto sono cõcluditur, vt Quintilianus loquitur. velut ὀξύτονος λέξις apud grammaticos dicitur vocabulum quod acuto tono profertur, seu cuius vltima syllaba acuto accentu profertur. Sophocl. verò ὀξυτόνων γόων dixit Acutisonorum, seu Qui acuto vocis tenore eduntur. VNDE Παροξύτονος ET Προπαροξύτονος, Qui in penultima acutum tonum habet, & qui in antepenultima. INDE ET Ὀξυτονέω, ῶ, In acutum tendo, vel angustus sum, vt Budæus interpr. in hoc loco Gregorii De homine, καθ' ἣν (nimirum φαρυγγα) ὁ αἰθέρεων ὑποχαλᾶται κοιλαινόμενος, καὶ ὀξυτονῶν ὀπτεύεται.

C. Ὀπισθότονος, In auersum tendens, aut In auersum tẽtus: cui OPPONITVR Ἐμπροσθότονος, In anteriora tendens. Morbi cuiusdam ea nomina sunt, & species τῶ σπασμοῦ: de quib. Cæl. Aurel. Acut. morb. lib. 3, c. 6, Consequens est (inquit) de conductione atque distentione & earũ speciebus dicere. Vtraq; igitur passio ab accidente nomen sumpsit: Conductio, à conducendo atque contrahẽdo: Extentio, ab extentione patientium partium. Sed eius species SVNT Ἐμπροσθοτονία, ET Ὀπισθοτονία, quas nos pronũ raptum atque supinum appellare poterimus. Alterum, ab eo quòd in anteriora conductionẽ facit, alterum, quòd ad posteriora. Aliquanto pòst, Raptus verò posterganeus, quẽ ὀπισθότονον Græci vocãt, est inuoluntaria refractio ob nimiam strictúram siue tumorem. Pronus item raptus, quem Græci ἐμπροσθότονον vocauerunt, inclinatio colli in anteriores partes inuoluntaria, ob vehementem tumorem siue strictúram. Qui verò iis vitiis laborant, DICVNTVR Ὀπισθοτονικοὶ ET Ἐμπροσθοτονικοὶ, de quibus idem ibidem, Opisthotonicis verò contractus ad posteriores partes fiet, cũ nimia tensione atque dolore dorsi & clunium. His etiam crura conducuntur, & neque manus distenduntur: digitos conductos atque implicitos ha-

bent. Emprosthotonicis autem colla conducuntur in anteriorem partem, atque mentum pectori configitur, tenduntur ilia & præcordia, cùm frequenti delectatione vrinæ egerendæ, & difficili flexu digitorum. Gorgæo ἐμπροσθότονος est perpetua totius corporis conuulsio in partem anteriorem: species τῶ πατνὶ, sic à symptomate appellata, quòd qui ea laborant, inclinantur in anteriora, nec se erigere valent. Est autem (inquit) totius corporis conuulsio, non solùm ceruicis. ex quo constat non modò ceruicis musculos, sed omnes etiã qui tota in spina habentur, affici, & proinde hunc affectum ad neruorum qui corpus in partem anteriorẽ inflectunt, principium pertinere. Quanquam fieri interdum possit vt iis non affectis, sed oppositis potius resolutis, id mali genus excitetur. Ac si totius quidem corporis est, ἐμπροσθότονος simpliciter appellatur: si verò certarum quarundam partium, nõ simpliciter, sed addito eius partis nomine quæ ita distenditur, vt ceruicis, vel maxillæ, vel lumborum. Vide alia tomo 2, col. 1365, post Ὀπισθ. Aretæus De Morb. acutis lib. 1, cap. 6, ἰδέαι δὲ τῶν ξυνολκῆς εἰσὶ τρεῖς· ἐς ὀλοσθυρὸν, ἐς τὸ κατόπιν, ἐς τὸ πρόσθεν. ἐς ὀλοσθυρὸν, ὁ τέτανος, ὃ τε ἀσταφυλῆς ἄνθρωπος καὶ ἀκαμπὴς ὀνομάζεται· αἱ δὲ ἐς τὸ κατόπιν αἱ τε ἐς τὸ πρόσθεν ξυνολκαί, ξυὸ τῇ πασῇ καὶ τῷ χοείῳ ἤρθροι πλὴν ἐπίκλινον. πλὴν ὀλίγον κατόπιν τῶ νοσέοντος κλίνει, ὅπη τὸ τόνος καλέομεν, τῷ τῇδε πεπονθότι νεύρων· ἐμπρόσθοτονον δὲ, ὦν ἐς τὸ πρόσθεν καμπτόμενον ἄνθρωπος ὅτι τῶν πρόσθεν νεύροισι. τόνος δὲ νεύρων καὶ ὀντάσεος ὄνομα. Vnde patet, quum sine adiectione quasi substãtiuè dicitur ὀπισθότονος & ἐμπροσθότονος, subaudiendum esse συνολκή, aut etiam ἀσασμός, quum ibidem dicat ἀσασμοὶ οἱ τέτανοι: id est, id ἀσασμῶν genus quod τέτανον appellant. Alioqui personæ etiam tribuuntur, & ἐμπροσθότονος dicitur qui in anteriorem partem corporis conuellitur, seu qui in pectus riget: & ὀπισθότονος, qui in posteriora seu in scapulas: quo sensu ἐμπροσθοτονικὸς quoque dicitur & ὀπισθοτονικός.

C. Ὀρθότονος, Qui rectum tonum seu accentum habet. VNDE Ὀρθοτονέω, ῶ, Rectum tonum seu accentum do: B. ex Gaza, ἐὰν ὀρθοτονῶνται. vbi de encliticis loquitur, Et ὀρθοτονεῖσθαι dicit quũ scribimus, ἐμοῦ ἤκουσας: inclinari autem & tonum suum amittere, si dicas ἤκουσάς μου.

C. Παλίντονος, idem quod ἀνήτονος, id est In auersum tendens, Renitens. vt arcus παλίντονος dicitur qui, quum tenditur, renititur, & in auersum redire conatur. εἰς τοὐπίσω τεινόμενος seu ἑλκόμενος, vt schol. Homeri exp. Il. θ, vbi poëta dicit παλίντονα τόξα πταίνων: & Hesychio quoque παλίντονα sunt ὀπισθότονα ἢ τὰ ὅλα τάσεα τρεπόμενα. Vel etiam, Qui retrorsum tenduntur, Qui in auersum tenduntur. sic enim arcus tendi solent. Item instrumenta quædam palintona sunt quæ lapides iaculãtur, vt ballistæ: quæ & ipsa eodem modo tenduntur.

C. Ἡμιτόνιον, ου, τὸ, Dimidia pars toni. Vocabulum apud musicos frequens. Item ἡμιτόνιον pro fune seu neruo accipitur, vt docui in τόνος & ὁμότονος.

Τονᾶιος, ου, ὁ, Qui tenore fit, seu Contentus, Intentus, Contentionem non remittens. vt τονᾶιος δρόμος, Cursus in quo perpetuus seruatur tenor, Cursus intentus, seu cõtentus: Suidæ ὁ ἰσχυρός. AT Τονᾶία dicitur ἡ φωνῆς τάσις, vt Hesychius expon. id est Vocis intentio, seu Vox intenta. Alexis verò τονᾶίαν vocauit παλλακὴν, vt in lexico meo veteri & apud Etymologum annotatum est. ἡ γὰρ (inquiunt iidem) ὅλη πολὺ τῆς φωνῆς ἐπίτασις καλεῖται τονᾶία.

Τονιᾶιος, ου, ὁ, Toni magnitudinem æquans. vt τονιᾶιον διάστημα apud Aristot. in Probl. Toni interuallum, Interuallum quo tonus distat à tono.

Τονικὸς, ῶ, ὁ, Qui tenore seu extensione fit. vt in vermibus τονικὴ κίνησις, Motus qui fit per tensionem seu extẽsionem. nam κινοῦνται seu πορεύονται τεινόμενοι. Exponitur etiam Firmus, vt τονιᾶιος.

Τονάριον, ου, τὸ, Fistula qua musici seu harmonici τοῖς τόνοις ἐνδιδοῦσι. Quintilianus libro 1, capite 10, de C. Graccho, Cui concionanti, consistens post eum musicus, fistula, quam τονάριον vocant, modos quibus deberet intendi, ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones, vel terrenti optimates vel iam timẽti fuit. Refert idem Plutarchus in lib. περὶ ἀοργησίας, his verbis, Γαΐῳ Γράκχῳ τῷ ῥήτορι, καὶ τὸν τρόπον ὄντα χαλεπῶς, καὶ ἀθεσπαθεστέρον λέγοντι, δίπροσωπόν τινα συνέστησεν, ὦ τὴν φωνὴν οἱ ἁρμονικοὶ τονικὴν ἀμφότερα δηλοῦσι τῶ τόνων αἴρεσιν. καὶ τὸ τὲ ἔχων οἰκέτης ἀυτῷ λέγοντος, ὅπισθεν ἑστὼς, ἐνεδείκνυ τόνον ὀξυτικὴν καὶ βαρυτικὸν, ὦ τὴν κραυγὴν αὐξάνεν καὶ πρᾶον, ὦ τὴν φωνῆς.

Τονίζω, Tonum do. τονίζω φωνὴν affertur pro Vocem tono noto seu pronuntio: & τονίζομαι pro Tono exprimor.

Τονόω, ῶ, Intendo: seu Roboro, Firmo, vt Budæus interpret. apud Gregorium De homine, pagina 17, ὅταν ἡ ὁρμὴ τῶ φθεγγομένου πρὸς φωνὴν τονώσῃ τὸ μέρος. Idem Gregor. τονοῦν & ὑποχαλᾶν sibi opponit, vt Latini Intendere & Laxare: in eodem libro, pagina 25, ὕπνος τὸ σῶμα τονοῖ καὶ ἐγρήγορσις τὸ αἰσθητήριον ἐπτόησε. Et Basilius in epistola quadam de corpore formicæ dicit, εἰ νεύροις συνδέσμοις τὰς ἁρμονίας πεπόνωται, neruis ac ligamentis corporis ipsius compages intenta ac firmata est. Sed forsan ibi legendũ νεύροις καὶ σωμ. VNDE Τονωτικὸς, ῶ, ὁ, Vim habens intendendi, seu roborandi & firmandi, apud Alexandrũ Aphrod. in præfat. libri 1 Prob. Itidem apud Galenum in princip. libri 8 περὶ κατὰ τόπους, τονωτικὴ δύναμις, facultas partem tendẽdi roborandique vi prædita, cui opponitur χαλαστική.

Compos. ex aor. 2, vel præsenti.

C. Ἀτενὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Intentus: vel etiam Admodum intentus. (nam ᾶ in hoc vocabulo ὀξυτονικὸν est) Hesiod. — ἀτενὲς τε νόῳ καὶ ὀξύφρονι βουλῇ. Luc. in Nigr. ἄνδρ' ἐγὼ ἀτενὲς καὶ ἀνάπτερον τῇ ψυχῇ δεξάμενος, αὐτίκα μὲν οὐδὲ εἶχον εἰκάσαι ὅτῳ ἐπεπόνθειν, intentissimo animo, Bud. Item ἀτενὴς dicitur homo aliquis qui intentis & inconniuentibus oculis intuetur, seu fixis & firmis. vt apud Athen. lib. 8, εἰ μὲν δὲ πιεῖν καὶ σκαρδαμυκτοῖς· καὶ τοῖς μὲν αἰσθήσεις εἶναι, ἀβεβαίους δ' εἶναι τοῖς ἀτενεῖς. Vbi nota sibi opponi τοῖς σκαρδαμυκτοῖς & τοῖς ἀτενεῖς. id est, eos qui nictitant, & eos qui intentis fixisque oculis aliquid contemplantur. Ἀτενὴς dicitur etiam Qui eundem semper tenorem seruat, vt ὁμότονος. seu Rigidus & Inflexilis, Constans, vt Budæus interpretatur. In qua significatione accipitur interdum in bonam partem, interdum in malam: ideóque exponitur etiam Pertinax. In bonã, vt quum Plut. in Aristide dicit φύσει ἱδρυμένῳ ὢν βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενῆ, rigidam & inflexibilem, ac constantẽ in tuendis iustitiæ partibus. Quo modo idem in Dione dicit, eum studuisse τῶ πρὸς τὸ δῆμον ἀτενοῖς μηδὲν ὑφελεῖν μηδὲ χαλάσαι, ex rigiditate illa qua erga populum vtebatur. In malam, vt quum in lib. περὶ δυσωπίας idem scribit, οὐτ' αὖ πάλιν ἐκείνῳ ἐπαγωγέτον τῷ ἄπρεπτον καὶ ἀτενῆ δεῖσθαι: vbi τὸ ἄγαν ἀτενὲς opponit τῷ ὀλιγοκεῖ σφόδρα. Sic apud Aristoph. in Vesp. μηδ' ἄφρων γένοιο μηδ' ἀτενὴς ἄγαν γ', ἀπεράμων τ' ἀνήρ, nec nimium rigidus, seu pertinax. Rursum Plut. in lib. De aud. βαρὺς μὲν γὰρ ὁ ἀκροατὴς καὶ φορτικὸς, ὁ πρὸς πᾶν ἀπείκτος καὶ ἀτενὴς τὸ λεχθέν. ‖ Exponitur etiam Demissus. vt in hoc incerti autoris loco, πνεῦμα λαμπρὸν καὶ κῦμα τοῖς μὲν Ἑλληνικοῖς οὐκ ἐβλαπτε ταῦς, ἀτενεῖς οὔσας καὶ ταπεινοτέρας, quòd demissiores humiliorésque essent.

VNDE Ἀτενὲς ET Ἀτενῶς, aduerbia: plerunque cum βλέπειν aut ὁρᾶν, & significant Intentis oculis seu Defixis oculis. Plutarchus in Cic. ἀτενὲς εἶχε τοῖς σφαγεῦσιν. Et Luc. ἀτενὲς ἐφώρα ἔς με, Intentis oculis me intuebatur. Item pro ἀτενὲς ὁρᾶν dicitur πλὴν ὄψιν ἐς τὸ ἀτενὲς ἀπερείσασθαι. vt, ἐπὶ δ' ἅπαξ πλὴν ὄψιν ἐς τὸ ἀτενὲς ἀπερείσαμεν, mox vbi fixus intenderem oculos. Suidas quoque ἀτενὲς expon. πάνυ σφοδρῶς, ἀσκαρδαμυκτεί, συντόνως, ἀτρέπτως, ἰσχυρῶς, συνεχῶς: item διόλου, παντελῶς: item ὀλοσθυρῶς, ὀξυδερκῶς. Posterioris autem ἀτενῶς hoc affertur exemplum ex Plutarchi Publ. ἐρέσθαι δὲ καὶ ἀτενῶς ἀπαντήσας, cum hac interpr. Acri præsentique animo se offerens. Inde & VERB. Ἀτενίζω, significans ἀτενὲς ὁρῶ, Intẽtis oculis aspicio, Immotis oculis intueor, Oculos defigo, Oculis defixis inspicio. Actorum apost. cap. 7, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, Defixis in cælum oculis. Affertur & ἀτενίζω πρὸς τὸ ὀκείνου πρόσωπον pro Pendeo miserè de illius vultu: & ex Aristot. Probl. ἀτενίζω πρὸς πάλαι, tanquam positum hîc sit verbũ istud simpliciter pro Intueor. Ipsi etiam oculi dicuntur ἀτενίζειν pro ἀτενὲς καὶ

ἀσκαρδαμυκτεὶ βλέπειν: vt Lucæ 4, πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ. Vbi etiam nota cum dativo construi. Ex quo VERBALE Ἀτενισμὸς, οῦ, ὁ, Intuitus continuus & inconniuens, Quum quis intentissimis & defixis oculis contemplatur aliquid. ET COMP. Ἐνατενίζω, Oculos defigo in, Intentis oculis inspicio. vt ἐνατενίσαι τῇ ἀληθείᾳ, oculos in veritatem defigere, apud Basil. in epist. Pro quo alii, Veritatem exquisitè cernere.

C. Εὐθυτενὴς, In rectum tendens, alii Directus.

C. Ὀξυτενὴς, In acutum tendens, Acuminatus. Epigr.

C. Πολυτενὴς, (pro quo Ionicè & poeticè DICITVR Πουλυτενὴς) Multum porrectus: seu In multũ longúmq; spatium porrectus & extentus: ὁ μακραὶ τεθείς. Vtitur eo Dionys. De situ orbis.

C. Ὑψτενὴς, In altum tendens. Pro In alto extensus, affertur ex Nonno.

AT de Τεινεσμὸς, Τένων & Τέτανος dicetur postquam exposuero verba cum præpositionibus composita.

C. Ἀμφιτείνω, Circumextendo, Circumquaque extendo. Vnde participium pass. ἀμφιτεθεὶς, Circumquaque extensus.

C. ΑΝΑτείνω, Sursum extendo, Erigo extendens sursum, Sustollo, Attollo, Protendo. ἀνατείνειν πρὸς οὐρανὸν τὰς ὄψεις, apud Philonem De mundo, Attollere oculos in cælum. Sic dicitur ἀνατείνειν τὰς χεῖρας εἰς vel πρὸς τὸν οὐρανὸν, Manus in cælum tollere, vel attollere, siue sustollere, Tendere palmas ad sydera, vt loquitur Virgilius. Apud eundem legitur Tollere palmas ad sidera. Item Dextram precantem protendere, & passis palmis vocare numina. Horatius dicit Cælo supinas manus ferre. Aristot. De mundo, πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ὀλίγας ποιούμενοι. Apud Xenophontem autẽ legitur ἀνατείνας τὰς χεῖρας πρὸς τὸν οὐρανὸν, libro Pæd. 6. Sic apud Philonem De mũdo, ἀνατείνειν πρὸς οὐρανὸν τὰς ὄψεις. Apud eundem Xenophontem Pæd. 4, ἀνατείνειν τὰς δεξιὰς est amicitiæ signum. ita enim ibi legitur, πρεσβεύσας λέγω, εἰ φίλοι εἰσὶν, ὡς πάλαι ἀπαντᾶν, τὰς δεξιὰς ἀνατείνατε. Et paulo pòst, ἐρωτῶ τε, εἰ φίλοι εἰσὶν, ὑπαντᾶν τὰς δεξιὰς ἀνατείνατε πάντες. ἐὰν μὲν οὖν οὕτω ποιῶσι, δεξιοῦσθε αὐτούς. Et statim pòst, τὰς δεξιὰς προτείνοντες dicit pro eodem. Esse autem τὰς δεξιὰς ἀνατείνειν siue προτείνειν, eorum qui volunt δεξιοῦσθαι, ex eodem loco manifestum est. nam postquam dixit, οἱ δὲ Τρκάνιοι παρῆσαν τὰς δεξιὰς, ὥσπερ εἴρηται, προτείνοντες, subiungit, οἱ δὲ Μῆδοι καὶ οἱ Πέρσαι αὐτὸ δεξιοῦσθαί τε αὐτοὺς καὶ ἐθαύμαζον. Hic igitur ἀνατείνειν τὰς χεῖρας rectius Porrigere manus vertemus quàm Attollere manus. Legitur etiam Extẽtas manus porrigere, apud Ouidium. Fortasse & Protendere manus rectè interpretemur. Apud eundem Xen. ἀνατείνειν πλὴν χεῖρα est quod Cicero dicit Porrigere manum: sed paulùm diuerso tamen porrectionis modo. ita enim ἀνάβ. libro 3, καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτα, ἀνατείνατω πλὴν χεῖρα. καὶ ἀνέτειναν ἅπαντες. Id est, Et cui hæc placent, is manum porrigat. Porrexerunt vniuersi. Ita enim Cic. in orat. pro Flacco, Data cõcio Lælio est processit ille, & Græcus apud Græcos non de culpa sua dixit, sed de pœna quæstus est. Porrexerunt manus: psephisma natum est. Apud eundem ibidem, Psephismata expressa, porrigenda manu profundendóque clamore multitudinis concitatæ. Bud. autem ait in illo loco Xen. esse dictum ἀνατείνειν τὴν χεῖρα vt Cicero dicit Digitũ tollere. Vide χειροτονεῖν, quod est compositũ ex χεῖρα & τείνειν.

Ἀνατείνειν τὸ ξίφος, pro Intẽtare gladium, apud Plut. in Othone. Xen. autem vsurpat hac in significatione participiũ ἀνάπταμαι pro ἀνατείνω. vt Pæd. 7, ἀλλ' ἀνάπταμαι τοῖς μαχαίρας ἰωάζειν καὶ ἀκονᾶζειν καὶ τέβυειν. Idẽ eiusdem Pæd. 4, ἀνάπταμαι id significare docet apertè, quum post ἀνάπταμαι πλὴν μάχαιραν, subiungit, ὡς πάσσον πολέμιον. Bud. ἀνάπταμαι πλὴν μάχαιραν exp. Sublatum gladium tenens. Legitur & ἀνατείνειν δόρυ apud Plutarchum in Pericle: quod ex Tacito Protendere hastam interpretari possumus.

Ἀνατείνομαι, Sursum extẽdor, Erigor, Attollor, (inquit B.) ἀνατείνεται πρὸς τὴν αὔω χώρειν, Galen. ‖ Itẽ ἀνατείνομαι, Erigor, vt homines in incessu elati, & magnificè de se sentientes. Chrysost. in 2 ad Thess. c. 2, εἴπῃς ὀρθὴ παρόντων ὑμῶν πάντων εἰσῆλθεν, ἔχων ζῶνιν χρυσῆν, καὶ ἀνατείναμενος, καὶ σοβῶν. ‖ Est ἀνατείνεσθαι, & verbum theologicum, idem significãs quod αἰάζεσθαι. & ἀνάπαυσιν τὸ ἀναγωγικόν. Dionys. De cæl. hier. c. 2, ἐρεθίζον ἀπαιάζεσθαι τὰς ὑλικὰς πρεσπαθείας, καὶ προσεθίζον ἱερῶς ἀνατείνεσθαι δῆλον τῆς φαινομένων ὅλης τὰς ὑποκοσμίους αἰαγωγάς.

Ἀνατείνομαι in significatione actiua, vt ἀνάπταμαι τὴν μάχαιραν pro ἀνάπτακαι, in locis Xenophontis modò citatis.

Ἀνατείνομαι, Minor, Comminor. ἀνατείναμαι, inquit Hesychius, ἀπειλῆσαι. Item ἀνατεινάμενος pro ἐπαπειλήσας, teste Suida, qui locum hunc subiungit, ὁ δὲ Βασιλεὺς πολλὰ τῆς εἰς τὴν πρᾶξιν ὑπουργικόσιν ἀνατεινάμενος, οὐδὲν ἔδρασεν. Demosthenes itidem cum accusatiuo, ἐκεῖνος μὲν αὐτὸ οὐδὲν εἶχεν ὑμῖν ἀνατείναμαι φοβερόν. Affertur verò à Suida & locus hic, in quo ἀνατεινάμενοι sine casu ponitur, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἀνατεινάμενοι καὶ κατακαίγαντες ἐν ὄψει τοσούτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, εἴκοσιν ἐπὸ δέοντας πεντακοσίοις ἀπέκτειναν. vbi vult ἀνατεινάμενοι significare μεθ' ὕβρεως ἀπειλήσαντες, id est Cõtumeliosè minati. Idem citat & hunc locum Polybii, in quo ἀνατείνας pro ἀνατεινάμενος ponitur, id est ἐπαπειλήσας, (mendose enim legitur in vulg. exemplaribus ἀνεπαπειλήσας) addito dativo personæ, οἷς δὲ ἀνατείνας καὶ τὸν ξίφος αὐτοῦ φόβον ἐπιπρεμάσας. Exponit etiã ἀνάπτακῶς κελεύων. vide paulo pòst ἀνάπτακῶς aduerbiũ. Cæterùm planè existimo Virgilium Intentare pro Minari vsurpasse, imitando Græcũ hoc verbum, Æneid. 1, Præsentémq; viris intentant omnia mortem. Nam & Intentare gladium Latinis est quod Græcè dicitur ad verbum ἀνατείνειν ξίφος, vt modò ostensum fuit.

Ἀνάτασις, εως, ἡ, Extensio in altum, Erectio, Porrectio. ‖ Et vt ἀνατείνεσθαι diximus poni pro Comminari, ita & ἀνάτασις est Comminatio. A Suida autem exponitur Comminatio quæ fit cum acerbitate animi & audacia. & ab eodem subiungitur hic Polybii locus, οἱ μὲν οὖν πρὸς Μενέδωρον καταπλαγέντες τὴν ἀνάτασιν Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἐπαύθησαν. Budæus ἀνάτασιν ait esse minas feroces & improbas: citans hunc Plutarchi locum in Catone, ἀνάτασιν καὶ θῆρον τοῦ βασιλέως μὴ φοβηθείς.

Ἀναπτικὸς, οῦ, ὁ, Extensus, Aprus ad extendẽdum sursum, vel Vim habens extendendi sursum. ‖ Ἀναπτικὸς item pro ἀναγωγικὸς, iuxta eam significationem verbi ἀνατείνεσθαι qua ponitur pro αἰάζεσθαι, vt antè dictum est.

Ἀναπτικῶς, Cum extẽsione quadam: Vel, Elato quodam modo, Elatè. Suid. ἀναπτικῶς κελεύων exponit προσπτικῶς, ἐμβριθῶς, id est, Imperiosè, Rigidè.

Ἀνάτονος, Sursum tendens: VT Κατάτονος, Deorsum tendens. vel Nimis in altum tendens, & Minus altus. Vitruu. libro 10, cap. 15, Nam si capitula altiora quàm erit latitudo, facta fuerint, (quæ ἀνάτονα dicuntur) de brachiis demetur: vt, quo mollior est tonus propter altitudinem capituli, brachii breuitas faciat plagam vehementiorem. Si minus altum capitulum fuerit (quod κατάτονον dicitur) propter vehementiam, brachia paulo longiora constituentur, vti facilè ducantur. Itidem & in hoc loco Heronis apud Turn. Aduers. libro 2, c. 4, ἐκάλουν δὲ τὰ μὲν σωέχοντα τοῖς ἀγκῶνας κύβεις, τόνους, ἔνιοι δὲ ἐνάτονον, ἔνιοι δὲ ἡμιτόνιον, pro illa VOCE Ἐνάτονον existimo reponendum esse ἀνάτονον.

c. 2. Ἐπανατείνω, Sublatum intento alicui. vt ἐπανατείναθαι τὸν βακτηρίαν, Budæus dicit Baculum sublatum intentare: respiciens ad hoc Luciani, Τολμήσει ἐπανατείναθαί μοι τὸ βάκτρον; audebitne mihi sublatum intentare baculum, & minitari? Cui simile hoc Synesii, epist. 79, ἐγκραγὼν γὰρ ἄυπνος εἰς τοῦ καὶ τρεῖς, καὶ τοῖς ἐξ αἱμάζης λοιδορησάμενος, καὶ πάντα ἐπανατεινάμενος ἄνδρ' ἀν' εἰρήναθ' καὶ παρ' ἐμοῦ, τῶ πάντος αὐ' ἐπιμησάμην. Rursum Budæus ex anonymo quopiam, ἐπανατείνω τὰς χεῖρας εἰς ὀλίγον, Supplices ad sidera palmas tendo: cui similia loquendi gen. habes in Ἀνατείνω & in Ὀρέγω. Item pro Intendo: vt Suidas ἐπανετείνοντο exponit ηὔξοντο, ἐμεγαλαύνοντο, Intendebantur, id est Augebantur, Magis magisque crescebant, in hoc loco Xenoph. ἐπανετείνοντο ὃ καὶ μείζονες

ἐλπίδες τῆς ἀξίοις, ἐπαινοί τε, καὶ εἰ τι ἐν τῷ ὁπότε χρόνῳ ἀγα- A
θὸν εἶ) μεῖζον φαίνοιτο: subiungens & hãc expositionem,
ἐν προσδοκίᾳ ἦσαν, expectabantur. Verùm is locus pau-
loaliter legitur apud ipsum Xen. Pæd. 2, pag. 26, sic ni-
mirum, ἐπανέπιπε δὲ καὶ μείζονας ἐλπίδας τῆς ἀξίοις ἐπαί-
νου, εἴ τι ἐν τῷ ὁπότε χρόνῳ ἀγαθὸν μεῖζον φαίνοιτο, maiores
eis addebat seu accendebat spes. VNDE Ἐπανάπασις, εως, ἡ, Intentio, seu Intentatio: seu Sublatio, Erectio,
vt Bud. interpr. in hoc loco Aristot. Polit. 3, de regibus
heroicorum temporum, ὁ δὲ ὅρκος ἦν αὐτῆς τῆς σκήπτρου ἐ-
πανάπασις. B

C. ΑΝΤΙτείνω, In contrariam partem tendo seu traho.
Sed vtplurimũ est neutrũ, & capitur pro Renitor, Re-
pugno, Reluctor, Refragor. Præpositioni πρὸς sæpe
iungitur, accusf. habẽti. vt ἀντείνων πρὸς ἡδονὴν apud Plut.
in Numa. Bud. exp. etiam Resisto, Nõ obsecũdo, Non
assentior: in hoc Arist. loco, Ethic. 4, οἱ μὲν ἀρέσκοι δοκοῦ-
σιν εἶ), οἱ παντὰ πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες, καὶ οὐδὲν ἀντείποντες.
¶ Citatur præterea ex Plutar. ἀντείπειν pro Oppositũ
esse, in hoc loco ex Themistocle, ἀντείπει μὲν Ἀρτεμισίῳ
Ὀλίζων, Opposita est Artemisio vrbs Olizon.

Ἀντίστασις, εως, ἡ, Reluctatio, Resistentia, Refragatio. Affer-
tur ex Platone De leg.

Ἀντίπους, In contrarium tendens, Renitens. In Epigr. de
arcu dicitur, vbi interpr. Qui in vtrãque partem flecti
tur, In contrariã partem contentus. Sed malo ego red-
dere In contrarium tendens, Renitens: vt τόξον παλίντονον
dicitur Arcus qui quum tenditur, renititur & in a-
uersum redire cupit: quod ἀπονίας signum est.

C. ΑΠΟτείνω, Extendo, In longum extendo. Lucianus, καὶ
τοῦτο δὴ τὸ τῆς ἀλγῆς, ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν. Ali-
quando Produco: eo sensu quo dicitur cœna produci. D
id est, In longum tempus extendi. Vnde passf. Ἀποτείνο-
μαι, Producor. Lucian. ἀποτεινομένου εἶναι τῷ πόνῳ. Fre-
quenter autẽ cum accusatiuo λόγον. Estque ἀποτείνω τὸν
λόγον, Produco orationem, seu sermonem. id est, Ora-
tionem longam habeo. hoc est ἀπομηκύνω. apud Plato-
nem, ἐὰν μὲν οὖν καὶ σὺ ἀποκρινομένῳ μὴ ἔχω ὅ, τι χρήσωμαι,
ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον. Sed frequentius vsurpatur addito
adiectiuo μακρόν. quod tamen est superuacaneum: per-
inde ac si dicas Produco longam orationem. Idem Pla E
to in Gorgia, ὅλως σε οὐκ ἐᾶν μακροὺς λόγους λέγειν, αὐτὸς μα-
κρὸν λόγον ἀποτείνεται. Scholiastes Sophoclis, hæc ei verba in Aiace, μὴ πῖπε μακραὶ exponẽs, μὴ ἀπότεινε λόγον,
subiungit, τὸ ἀποτείνειν ἀντὶ τοῦ λόγου λέγεται. οἷον Ἀπότεινε λόγον
μακρόν. Eodem sanè modo & μακραὶ ῥῆσιν ἀποτείνειν dicitur à Platone De republ. libro 10, vbi de tragicis lo-
quens, scribit, καὶ μακραὶ ῥῆσιν ἀποτείνοντες ἐν τοῖς ἀδυρμοῖς.
Chrysost. dixit etiã πολλοὺς λόγους ἀποτείνειν, vbi scribit,
καὶ πολλοὺς ἀπέτεινον κατ' αὐτῶν κατηγορίας λόγους. Interdũ
autem absolutè dicitur ἀποτείνω pro ἀποτείνω λόγον, vel F
ἀποτείνω μακρὸν λόγον. Plato in Gorgia, καὶ νῦν ἴσως πόρρω
ἀποτεινοῦμεν ἐὰν διαλεχώμεθα. id est, μακρολογήσουσιν. Et in
Protagora, ἀλλ' ἐὰν καὶ σμικρόν τις ἐπερωτήσῃ τῶν ῥηθέντων,
ὡς ὦ τὰ χαλκεῖα πληγῆτε, μακρὸν ἥκει καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ
ὑπολάβῃταί τις.

Passiua vox Ἀποτείνομαι, in passiua significatione est
Producor, Extendor, In longũ extẽdor. vnde ἀποτέται-
ται apud Luc. Extensi sunt vel exporrecti. Et particip.
ἀποτεταμένος & ἀποταθείς. vt in Hippiatria, ἔστι δὲ ὁ πάθος
ὦ παρέπεται τράχηλον ἀποτεταμένον ἔχειν. Ibidem, τῶν ἐν τῷ G
νότῳ νδάτων ἀποτεταμένων. Lucianus, ὁ δὲ τύραννος πρὸς τὸν
Τιτυὸν ἀποταθείς, ὑπὸ τῶν γυπῶν καὶ αὐτὸς κειρέσθω. Signif.
ἀποτείνεσθαι & Produci, id est In longũ tempus extendi.
vt apud Lucianum, ἀποτεινομένου εἶναι τῷ πόνῳ. Item vt
dicitur aliquis ἀποτείνειν λόγον, ita & λόγος dicitur ἀποτί-
νεσθαι. vt ἀποτεθεὶς λόγος πρὸς σοῦ, Sermo productus aduer
sus Stoicã sectam, Oratio longa cõtra Stoicã sectã ha-
bita. Videtur autẽ sic accipi hoc genus loquendi ab e-
narratore Aristoph. vbi scribit, ἐπειδὴ δὲ ὁ Εὐριπίδης τοὺς
πρεσβύτερους μακρολογοῦντας εἰσάγει, πρὸς αὐτὸν ὁ λόγος ἀποτεί- H
νεται. Inuenitur ἀποτείνεσθαι de persona etiam dictum
pro Longam orationem & verbosam habere. vt apud
Lucianũ in libello qui Ἔρωτες inscribitur, ἀπαλλαγῆτε
οὖν τοῦ ἀπάντου καὶ πέρας οὐδὲν ἐχούσης φιλονεικίας, ἐν μέρει ὑπὲρ
τῆς αὐτοῦ ἑαυτοῦ δόξης ἑκάτερος ἀποτείναθε. καὶ γὰρ οὐδέπω
καιρὸς ὅπῃ ναοῦ ἀπέναι. Sæpius tamẽ ἀποτείνομαι, quum
personæ tribuitur, significat quod ait Budæus, Inue-
Basilius de mathematicis loquens, ὁ δὲ καιρὸς οὐκ ἐν δι-
δῶσι πέρα τοῦ μέτρου πρὸς ἐκείνους ἀποτείνεσθαι. Chrysost. 1
ad Corinth. 3, ἵνα μὴ δόξῃ παρέργως μέχρι πολλοῦ πρὸς αὐτὸν
ἀποτείναθαι τὸν πορνεύσαντα. Suidas & Hesychius ἀποτίνε-
ται volunt esse non solùm ἐκτείνεται, sed etiam φιλονεικεῖ.
id est Contendit. Vnde & Budæus ἀποτείνομαι in locis
modò citatis ait esse Inuehor & Cõtendo. Videtur au-
tem inde factum esse vt ἀποτείνομαι significet Inuehor,
quòd qui inuehuntur in aliquem, verbosa vti soleant
oratione. Quanquam & ἀποτείνεσθαι dicitur aliquis pau-
cis verbis. vt in hoc loco Diogenis Laertii, in Aristote-
le, πολλάκις δὲ καὶ ἀποτεινόμενος, τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν δύρη-
κέναι πυροὺς καὶ νόμους· ἀλλὰ πυροὺς μὲν χρῆσθαι, νόμοις δὲ μή.

Ἀπότασις, εως, ἡ, Extensio, Exporrectio, Productio. ¶ V-
surpatur autem à scholiaste Aristophanis pro intẽtio-
ne & scopo scriptoris, in ὀρνίθων argumento, ἡ μὲν οὖν ἀ-
πότασις, αὕτη. C

Ἀποτάδην, Aduerb. Productè, Exporrectè, Extensè. I-
tem Prolixè. vt ἀποτάδην φθεγγόμενος, id est ἀποτείνων τὸν
λόγον. Eadem forma dicitur qua ἐκτάδην.

C. ΔΙΑτείνω, Protendo, Extendo, Porrigo. Xenoph. Pæd.
1, εἰ ἀνάγκη σοι ὁπῇ πάντα τὰ λεκάνια ταῦτα διατείνειν τὰς χεῖ-
ρας, καὶ ἀποχύσασθαι πάντων τῶν παντοδαπῶν. Vbi ὁπῇ τὰ λε-
κάνια διατείνειν τὰς χεῖρας est (sicut Homerus dicit ὁπῇ
οἴτω χεῖρας ἱάλλειν) protensam seu extensam manum in-
ferre patinæ ad capiendum cibum. Passf. Διατείνο-
μαι, Protendor, Extendor, Porrigor: qua signific. A-
then. libro 5 dicit αὐλὸν vocari παρὰ τὸ διατεταμένον εἰς ἀνύ-
πνοια σῆμα, quamlibet figuram in rectum porrectam.
Media autem vox actiuam habet significationem, vt
apud Herodianum libro 2, τὰ δόρατα διατεινάμενοι, καὶ τὰ
ξύλα ἀπασάμενοι, Protentis hastis, seu Quum protendis-
sent hastas suas. Cui loco similis hic apud Xenophon-
tem, Pæd. 1, pag. 12, ὡς εἶδον τοὺς Μήδους πρεσβυτέρους, διατε-
ινάμενοι οἱ μὲν τὰ παλτά, οἱ δὲ τὰ τόξα, ἔστασαν. Vbi tamen
interpres, Intendentes alii tragulas, alii sagittas. Qua si-
gnific. ἐπανατείνειν accipi, suprà docui. Itidémque acci-
piendum videtur quod ex Diog. Laert. affertur, διατεί-
νων πῶς βακτηρίαν, Intentans baculum, vt in Diogene i-
dem dicit, πῶς βακτηρίαν ἐπανατεινάμενον αὐτῷ, Baculum
eo intendente. ¶ Διατείνω significat etiam Distendo.
vnde apud medicos διατεινόμεναι φλέβες, Venæ quæ dis-
tenduntur, seu Venæ distentæ & tumidæ. ¶ Interdum neutraliter accipitur (sicut & simplex τείνω) pro
Porrigo & extendo me, Distendo me: seu Pertendo,
Pertineo. Aristot. Eth. 4, cap. 1, διατείνει δὲ ὅτι πολὺ, καὶ πο-
λυειδές ἐστι, Latè se extendit, Longius porrigitur. Idem a-
libi, ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, Quousque
se extendit & porrigit, Quousque pertingit, seu Quo-
usque se extendit contemplatio, eousque etiam perten
dit beatitudo. Et Plutarch. in Institut. Lacon. διέτεινε μέ-
χρι τῆς ἐνηλίκων ἡ παιδεία, Ad puberes vsque se exten-
debat disciplina illa, id est Disciplina illa ad pubertã-
tem vsque durabat, Erant in illa disciplina donec pu-
bertatem attigissent. Itidem in lib. Sapient. cap. 8, διατε-
ίνει ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας. Et rursum Aristot. διατείνει κα-
θ' ἅπαν σῶμα, peruadũt in omnes corporis partes. Et
in principio libri 10 Ethic. διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ
βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δυνάμιν πρὸς ἀρετὴν καὶ τὴν εὐδαι-
μονίαν, Extendunt se, seu Pertinent, Permeant, vt Bud.
interpr. qui huic διατείνει synonyma apponit δήκω &
διϊκνοῦμαι. At οὐ διατείνει ἁρμονία v. l. nescio vnde affe-
rant pro Non spectat ad harmoniam.

Passf. Διατείνομαι, Protendor, Porrigor, Extendor, Dis-
tendor, vt ex suprà dictis patet. ¶ Significat etiam
Contendo, ea signif. qua dicitur Contẽdo efficere, pro
Omnes neruos intendo vt efficiam, Laboro & enitor,
seu Annitor. qua in signific. interdum iunctum habet
infinitiuum. Aristot. Eth. 9, πάντων ἀμελλωβῶν πρὸς τὸ
καλὸν, καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν. Sine infiniti-
uo Xenoph. libro 4 Apomnemon. οὐκοῦν δεῖ παντὶ τρόπῳ
διατεινάμενος φεύγειν ὅπως μὴ αὐδράποδα ὦμεν. Et libro 3 co-
rundem Apomnem. μὴ ἀπορραθύμει πόνου, ἀλλὰ διατείνου
πρὸς τὸ

πρὸς τὸ πρόσχειν σεαυτῷ. Vbi nota etiam verbum oppo- A
situm. Itidem de virium ac vocis contentione dici an-
notat Bud. in hoc loco Aristot. lib. 7 Polit. ἡ δὲ τῶν πνεύ-
ματος κάθεξις ποιεῖ τινὰ ἰσχὺν τοῖς πνεῦσιν· ὁ συμβαίνει ἐν τοῖς
παιδίοις διατεινομένοις. vbi idem Aristot. dicit τὰς διατάσεις
τῶν παίδων, contentiones virium ac vocis, eodem Bud.
interprete: qui hunc Celsi locum subiungit verbo διατί-
νεσθαι, Scribere, legere, voce cõtendere. Item & ver-
bis ac oratione aliquis διατείνεται, itidem Contendit.
Plin. epist. vltima libri 2, ἀλλὰ τί διατείνομαι in ea ciuita-
te in qua iampridem non minora præmia, immò B
maiora, nequitia & improbitas quàm pudor & virtus ha-
benti: Demosth. Pro cor. τί οὖν ταῦτ' ἐπίεσμαι καὶ διετει-
νάμην ὑπὲρ σφόδρα; Theophr. Hist. plant. lib. 5, ὡς διατεί-
νοντά τινες, Vt contendunt nonnulli: seu Vt quidam af-
firmant. Accipitur enim aliquando pro Affirmo, Asse-
uero, βεβαιοῦμαι, apud Aristot. & Luc. necnon Plut. in
lib. De educ. lib. ταῦτα πάντα διατεινάμενος εἰπεῖν οὐκ ἔστιν ὅπῃ, Pro certo affirmare ausim. Affertur & διατεινόμενος pro
Sine fine occlamans. Ex superiore autem διατείνομαι C
significãte Cõtendo, Annitor, Enitor, est ADVERB.
Διατεταμένως, Magna contentione, Magnopere, Enixè
seu Obnixè. Aristot. Ethic. 9, cap. 4, εἰ δὴ τὸ ὅπως ἔχει λίαν
ἐστὶν ἄθλιον, φθονερὸν τινὰ μοχθηρίαν διατεταμένως, καὶ πειρατέον
λανθανειν εἶ), Omnes nerui intendẽdi sunt vt, Summa vi-
rium cõtentione annitẽdum est vt. (pro, δεῖ παντὶ τρόπῳ
διατείνασθαι φεύγειν ὅπως μὴ πονηροὶ ὦμεν, vt Xenoph. suprà
loquitur) Et lib. 10, cap. 4, διατεταμένως τοῖς ταῦτα ἐνεργεῖ.

Διάτασις, εως, ἡ, Extentio, Distentio, Contentio. De virium
& vocis cõtentione intelligit Bud. in hoc loco Aristot.
lib. 7 Polit. τὰς δὲ διατάσεις τῶν παίδων καὶ κλαυθμοὺς οὐκ ὀρ- D
θῶς ἀπορροῦσιν οἱ κωλύοντες ἐν τοῖς νόμοις. συμφέρουσι γὰρ
πρὸς αὔξησιν. γίνεται γὰρ τοῦ πονεῖν γυμνασία τῆς σώμασιν, ni-
mirũ quũ διατείνονται. At αἱ αὐτόματοι πρόβολαι καὶ διά-
τασεις τῶν πνεύματος ῥήγματα καὶ τεμάχη ποιοῦσιν, inæqua-
les spiritus cõtentiones: Plut. in Præcept. sanit. Et apud
Galen. lib. 7 περὶ τόπων in arteriaca Charixenis, πρὸς φω-
νῆς τὰς ἐκ διατάσεως ῥήξεις, ad vocis intercisiones seu
abscissiones ex nimia cõtentione ortas. Vbi tamẽ per-
peram legitur διαστάσεως, à nominat. Διάστασις, quod lõ-
gè diuersam ab hoc signific. habet. Dicitur & de cõ- E
tentione quæ in oratione fit, seu de inuectiua oratione,
vt accipiunt apud Synes. in epist. ad Diodorũ, αἱ πρὸς τὰ
πρόσωπα διατάσεις τῶν μὲν σωφρόνων διαλόγοις, in personas
inuectiuæ filum & cõtinuitatem orationis abscindunt.

Διατενὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Pertendens, seu Cõtendens, aut Ten-
dens. vt apud Theophr. De caus. pl. lib. 2, cap. 20, διατενὲς
πρὸς τελείωσιν, Tendens ad rei perfectionẽ, seu Pertinẽs,
Faciẽs. Alii, Quod ad rei perfectionẽ spectatissimũ est.

Διάτονος, Distentus, Extentus: item Contentus, Vehemẽs, F
Hesychio ὀξύτονος. Itẽ διάτονον apud musicos est modu-
lationis genus quoddam, de quo Vitruu. lib. 5, c. 4, vbi
quũ tria modulationis genera apud Græcos esse dixis-
set, ἁρμονίαν, χρῶμα, διάτονον: subiungit aliquanto pòst,
Diatonos verò modulatio, quòd naturalis est, facilior
est interuallorum distantia. Ibidem, Diatoni duo sunt
cõtinuati toni, tertium hemitonium finit tetrachordi
magnitudinem. Et Macrob. comm. in Somn. Scip. lib. 2,
c. 4, Quum sint melodiæ musicæ tria genera, enharmo-
nion, diatonon, & chromaticon: primum quidem pro- G
pter nimiã sui difficultatem ab vsu recessit, tertiũ verò
est infame mollitie. vnde mediũ, id est diatonon, mun-
danæ musicæ doctrina Platonis ascribitur. Meminit e-
iusdem Martian. Capella, lib. 9, in cap. De sonis. vbi inter
alia, Ergo enharmonius, chromaticus, itémque diato-
nus (quam extentam dicimus) indicia sunt generũ mo-
dulandi. Et in cap. De gener. tetrachordorum, Genera
modulandi (inquit) sunt tria, ἐναρμόνιον, χρῶμα, διάτονον. H
Enharmonion quidem dicitur quod pluribus spatiis &
angustioribus separatur: diatonon verò, quod tonis co-
piosum: chroma, quod de hemitoniis componitur. Et
mox, At verò diatonõ ipsis contentum sonis, in acumẽ
quidem ita accipiet modulationẽ vt per hemitoniũ &
tonum, modũ integrum cõpleat. Aliquanto pòst, Dia-
tonicæ duæ, altera mollis, altera robusta. Idẽ & tropos
diatonos constituit, Latinè vocans Extentos: vt in cap.

De tropis, Quartus tropus dicitur ἀπάντων διάτονος, id est
principalium extenta. Et mox, Septimus, μέσων διάτονος,
mediarum extẽta. Meminit eiusdem & Plut. in lib. De
musica, vbi quum dixisset Olympum à musicis putari
esse inuentorem generis ἁρμονίας, (antè eum enim o-
mnia fuisse διάτονα & χρωματικά) subiũgit, ita putari ab
eo inuẽtum id genus, αἱρεσιεφόμενον τὸν Ὄλυμπον ἐν τῷ διατό-
νῳ, καὶ διαβιβάζοντα τὸ μέλος πολλάκις ὅπῃ τῷ διάτονον παρυπάτῳ,
ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς παραμέσης, ποτὲ δ' ἀπὸ τῆς μέσης· ἐν παρεκλαβόντα τῷ διάτονον λιχανόν, καταμαθεῖν τὸ κάλλος τοῦ ἤθους.
Item lapides quidam in structuris διάτονοι nominãtur: B
de quibus Vitruu. lib. 2, c. 8, Præter cætera interponunt
singulos perpetua crassitudine, vtraq; parte frontatos,
quos διάτονοις appellant, qui maximè religando confir-
mant parietum soliditatem. AT Διατόνια dicuntur
tur ἐντρίψαι κακὸν, & κονδύλοις, pro Infligere, Incutere, Impingere. Luc. in Iud. dearum, ὅπως μὴ χαλεπήνῃτε τοῖς δικασταῖς αἱ νεηνιεύμαι, μηδὲ κακὸν ἐντρίψῃτε τοῖς νεανίσκοις. Idem alibi, κονδύλοις ἐνέτριψαν. Et Diog. Laërt. in vita Diog. cynici, ἐντείψαντος αὐτοῦ κόνδυλόν τινος, id est ἐνπνάξαντος, ἐνπίναντος, Quum quidam pugnum ei incussisset. Sic Plutarch. in Alcib. ἐνέτριψε κόνδυλον τοῖς Ἱππολόχῳ ὀδόντα γέλωτι. Quod & τρίβειν κόνδυλον dicitur. V N D E Ἔντριμμα, ατος, τὸ, Idipsum quod ἐντρίβεται, Id quod infricatur faciei, vt fucus, cerussa. Poll. lib. 5. ἐν τοῖς κοσμητικοῖς καὶ καλλωπίσμασιν enumerat. E T Ἐντριψις, εως, ἡ, Infricatio. Xenoph. Pæd. 1, pag. 5, ὁρῶν δὴ αὐτὸ κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑποβαφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει, καὶ κόμαις τρεφθείσης. Apud eundem legimus de Cyro τρεφόμενον ὑποχρίεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὡς ὀφθαλμόπτοιοι φαίνοιντο ἢ εἶναι· καὶ ἐντρίβεσθαι, ὡς ἀβρωστότεροι ὁρᾶν τοῖς πρέσβεσι: quamobrem suos κόσμους seu κοσμητὰς habebant, vt idem docet Pæd. 3, pag. 122 & 143. I T E M Ἐντριβής, ές, ὁ καὶ ἡ, dicitur ὁ πεπαιδευμένος ἔν τινι τρόπῳ, Qui diu aliqua in re versatus est, ita vt in ea tritus esse videatur, Diligèter versatus aliqua in re, Insuetus seu Assuetus alicui rei, Qui magnum vsum habet rei alicuius. Eustath. cum dativo dicit ἐντριβὴς τῆς τέχνης, exponens τριβικὸς & τρίβων. Plato autem lib. 6 De leg. cum genitivo ἐντριβὴς τῆς τέχνης, Peritus artis, teste B.

C. Ἐπιτείβω, Attero, Affligo, Aristoph. Ran. τοῦ ἐμοῦ δ' οὐδὲν λόγου, Ἐπιτείβει δύο τὼ ὦμω ὑποσφίδρα, cui sarcina humerum tantopere atterit & affligit. Verba Xanthiæ, qui in eadem fabula sæpe dicit se θλίβεσθαι & πιέζεσθαι, id est, ἀνάφορα ὑπὸ κόμαις & πιέζειν. portabat enim Bacchio ad inferos descendenti sua σκεύη. Idem alibi, ἐπιτείβετο τοῦ βίου πολλά, Multis concidebatur & ferè conterebatur verberibus. Nisi malis, Ferè ad mortem contundebatur plagis. Nam ὀπιτείβεσθαι significat etiam Perire, Ad extremum exitium peruenire. vt apud eundem in Pace, Trygæo dicenti, ἀλλ' οὐδὲν ἠμπόλησά πω, Οὔτ' ἀλφιτ', οὔτε τυρόν, ὡς ἀπολούμεθα, respondet Mercurius, Καὶ μὴν ὀπιτείβεσθαί γε: quum paulo antè dixisset, Ἀπόλωλας, ὀξόλωλας, ὦ κακοδαίμον. Et fortassis est metaphora ab iis quæ sic atteruntur vt etiam conterantur & comminuantur. Alioquin pro Attero & Exhaurio quoque accipitur. veluti quum Demosth. Pro cor. dicit, αὐτῆς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν αἰαλίσκουσι, τοῖς δ' ἀπόροις τῶν πολιτῶν ὀπιτείβουσι. Aristoph. Ran. Νόσος μ' ἐπίτειψεν ἱππική, δεινὰ φαγεῖν, attriuit & exhausit me. (Nisi malis, Perdidit me. Accipitur enim & pro Perdo, Euerto: metaph. ab iis qui aliquid conterunt.) Xenoph. dativum instrumentalem addidit, quū dixit, ταῖς ὁδοιπορίαις ὀπιτείβουσι τοῖς ἀνθρώποις τὰ φαλάγγια, doloribus conficiunt. Item Infrico seu Affrico, vt ἐντείβω. Pro Infligo, Infero, Inucho, ex Chrysost. δικασταὶ αὐτοὶ τὸν χρόνον ὀπιτείβουσι, καὶ τοῦ νόσου ὀπιτείβουσι, morbum infligunt, seu inuehunt. Hesych. quoque ὀπιτείβεται exponit ὀπιφέρεται. ‖ Ἐπιτείβόμβρον Suidæ ἐπιχρίσμασι: pro quo apud Hesychium ἐπιχρίσμοι legitur. Rursum Suidas ὀπιτείβειν exponit non solùm ἀπολεδεῖν, sed etiam ἐντείβοντο, ἔμπειροι ὑπάρξοι: item παρορμηθεῖν.

V N D E Ἐπίτειμμα, ατος, τὸ, dicitur αὐτὸ τὸ ὀπιτείβόμβρον. Hesych. ὀπιτείμματα exponit κοιλίσματα. E T Ἐπίτειψις, εως, ἡ, Ipsa actio τοῦ ὀπιτείβειν. Exponitur Fluctus apud Dauidem, Psalmo 92, αἴρουσιν οἱ ποταμοὶ ὀπιτείψεις αὐτῶν, attollent flumina fluctus suos. Quem locum Suidas in Τείψις afferens, idipsum τείψις exponit, ἡ πορεία τῶν ποταμῶν. I T E M Ἐπίτειπτος, ὑ, ὁ καὶ ἡ, Contritus: seu Conteri dignus, Dignus qui conteratur ὁ ὀπιτείβῶν ἄξιος, Perditus, Sceleratus. Aristoph. Pluto, Αὔτη μὲν ἡμῖν ἡ πένιτεπτος οἴχεται, Abit nobis scelerata istæc & conteri digna paupertas. Vbi nota D I C I Ἡ πένιτεπτος pro ἡ ὀπιτείπτος, S I C V T Οὐπίτειπτος pro ὁ ὀπιτείπτος. Quo vsus est Alexis apud Athenæum, libro 4, Διόδωρος οὐπίτειπτος ὢν ἔτεσιν δύο Σφᾶραν ἐπέδωκε τοῦ πατρῴου ὄσιαν· Οὕτως ἰταμῶς ἅπαντα κατεμάσησατο, Perditus ille Diodorus duobus annis patrimonium abligurivit. (Vbi tamen quidam ridiculi emendatores reponendum censuerunt ὁ οὐάτειπτος: quasi illud mendosum sit, & hoc vsitatum.) Inde sumpertlatiuum οὐπιτειπόπατος, perditissimus & sceleratissimus ille.

C. ΚΑΤΑτείβω, Contero. Xenoph. Pæd. 6, ὧν καταείβομένων καὶ καταρρηγνυμένων αἰσθάνομαι δρῶν. Idem, οἶμαι δ' αὐτοῖς ἤδη καταπτείσθαι δι' ἀπέρυλλη μυθοῖς ὑπὸ σοῦ, puto ipsos tua loquacitate iam obtusos & penè contritos esse, & tædioso tuo sermone ferè enectos. Quibus adde quod ex Plutarchi Fabio affertur, καταείβεσθαι τοῦ πόλεμον, pro Bello vires suas atteret. Poterit enim καταείβειν aliquando reddi Atterere. vt & apud Thucydidem libro 8, pag. 277, καὶ ἅμα τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας, αὐτοὶ τοῦ αὐτοῦ τῆς Ἑλλάδος καταείψαι: quo sensu τείβειν ἀμφοτέροις dicit idem lib. 8, pag. 280. Et apud Xenophontem Pæd. 8, ἐγὼ τοῦτο ἀφαιρῶ οὐδ' ὅπως αὐτὸς καταδαπανήσω, οὐδ' ὅπως αὐτὸς καταείψω. Vbi nota copulari καταδαπανᾶν & καταείβειν, vt à Plutarcho suprà τείβειν & ὑπαναλίσκειν. Accipitur etiam pro simplici τείβω, seu composito διατείβω, veluti quum Demosthenes dicit καταείβειν χρόνοις. Item τοῦ Εὐβουλίδου, eodem sensu, καταείψαι τοῦ ἡμέραν λέγοντα, Diem triuisse seu exemisse dicendo. Quo modo & Æschines De malè obita leg. παρελθὼν δ' ὁ Δημοσθένης κατέτριψε τοῦ ἡμέραν ἀπολογούμενος. Et Aristot. Ethic. 3, cap. 10, ἀδολέσχεις vocari ait τοὺς φιλομύθους καὶ δυσκινήτους, καὶ τοῦ τυχόντος καταείβοντας τὰς ἡμέρας. Dicitur etiam aliquis καταείβειν τὸν βίον aliqua in re, in qua totum vitæ tempus terit, ἢ ἀεὶ ἐνδιατείβει. vel illam faciens καταείβεται, teste Bud. qui ex Xenoph. affert, ὁ καταλόγου γραφευόμενος, καταπέτεμμαι λογοῦν καὶ ταξιαρχῶν. Et hunc locum ex eodem, οὐχ ὡς οὐδ' γε τοῦ ἄλλου πόνου καταείβεται μαθήσεται. Idem Xenoph. dicit studia geometriæ ἱκανὰ τῷ ἀνθρώπου βίον καταείβειν. id est, Hominem totum vitæ tempus conterere antequam ad perfectam eorum cognitionem perueniat. Rursum idem Bud. eundem Xenoph. libro 1 Apomn. annotat καταείβειν accipere pro Conterere dicendo & nominando, Conterere in ore sæpe habendo: afferens & ex Luc. οἱ καταείβοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα, pro Semper in ore habentes & veluti deterentes.

C. ΠΑΡΑτείβω, Attero, Affrico. Et pass. παρατείβεσθαι Affricari, Atteri. vt πυρεῖον τοῦ ἄλλου πυρείου παρατείβεσθαι dicitur, quum hoc illo teritur ad exterendam seu excudendam flammam. quod & τοῦ τείβεσθαι dicitur, vt videbis in Πυρεῖον, & paulo infrà in Σωτείβω. Itidem παρατείβεσθαι dicuntur ea quæ mutuo attritu supinarum partium coëunt, quemadmodum & παραπίπτειν: quod nonnulli ex Cic. interpr. Applicari & Accidere. Aristot. in Hist. animal. αἱ δ' ῥῖναι, καὶ ὄψις πολὺ τὸ ἐμφῶν, παρατεβόμενα μόνον ὀρύσσεται τὰ ὑπῖα τοῦ τὰ ὕπια. Necnon medicamentum aliquod dicitur παρατείβεσθαι pro Affricari seu Infricari. Dioscor. σὺν ἐλαίῳ σμύρνης, μικρὰ τοῦ ἐλαίου καὶ παρατεβείς: de cucurbita sylvestri, de qua Plinius, Si cum oleo infricetur. Quū verò aliquis τοῦ τινα παρατείβεσθαι dicitur, significat Infensum esse, & animo infesto ei affricari, vt ipsum vel conterat vel atterat. Polyb. ἐδόκει γὰρ τὴν Βυζαντίαν παρατεβόμενον ἐκ πολλοῦ τοῦ τοῖς Βυζαντίοις, Byzantiis infestum esse certis de causis. Dicitur etiam aliquis παρατείψασθαι τὸ μέτωπον, Perfricare frontem, quum videlicet verecundiæ fines transit, & pudorem deponit. Strabo lib. 13, ἐχρῶ γὰρ καὶ τοῦ πάσαι, παρατεψαμένου τὸ μέτωπον, nimirum τοῖς ἄπαξ ἤδη ἀναιδεσι μικρὰ. quem locum Eustathius quoque affert pag. 363. Quo modo & τείψαι τὸ μέτωπον dicitur, vt apud Athen. lib. 5, μικρὸν δ' ὑπῆρξεν ὅτι τύποις, καὶ ἐάσαι τοῦ πολλοῦ συλλαλῆσαι τοῦ τῶν παρασδοξῶς παρεγγελμένων, τείψας τὸ μέτωπον, Τίνων, ἔφη, & quæ sequuntur. Sic Licinius Caluus apud Quintil. lib. 3, in Vatinium dixit, Perfrica frontem, & dic te digniorem qui prætor fieres quàm Catonem. Et Cic. Tuscul. 3, Quid tergiuersamur Epicure, nec fatemur eum nos dicere voluptatem quam tu idem quum os perfricuisti, soles dicere?

V N D E Παρείτεμμα, ατος, τὸ, Id quod affrictu seu attritu detritum est. Ex Liuio Intertrimentum, ex Scæuola iurisc. Intertrituram reddunt: vt quod in pecunia decedit atque atteritur. Galen. & Dioscor. παρατείμματα vocant quæ Plin. Attrita & Intertrigines. E T Παρείτειψις, εως, ἡ, Attritus, Affrictus. Exponitur & Collisio. I T E M Παρατείβη, ῆς, ἡ, Contentio quæ iurgiis fit. A Suida exponitur λοιδορία, ἔρις, in hoc loco anonymi cuiusdam, τοῦ γενομένου περὶ αὐτὸν παρατείβῶ καὶ ζηλοτυπίαν. Metaph. ab iis qui se atterũt mutuò vt alter alteri aliquid deterat.

C. ΠΕΡΙτείβω, Circumcirca tero, aut frico, Obtero. Redditur & Contundo: item Detero. V N D E Περίτεμμα, ατος, τὸ, de homine qui rei alicuius tractatione velut attritus est, Qui ætatem aliqua in re triuit, ideóque in ea exercitatus est: vt apud Quintil. Attrita quotidiano actu forensia ingenia. Aristoph. Nub. ψευδῶν συνωμοσιῶν, δυρεσιεπῶν, περίτεμμα δικῶν, κύρβις, κρόπαλον. Quo sensu τεῖμμα alibi dicit, & τρῦμα, vt suprà docui. Itidē Demosth. Pro cor. οἱ Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ Μίνως ἰῶ ὁ κατηγορῶν, ἀλλὰ μὴ σοφιστὴς, περίτεμμα ἀγορᾶς, ὀλεθρος γραμματεύς. id est, Sycophanta forensibus versutiis velut attritus, τεῖμμα per totam suam vitam in foro versatum, Sycophanta qui totam in foro ætatem contriuit. Affertur E T Περιτριβὴς pro Obtritus, Pertritus, Attritus.

C. ΠΡΟΣτείβω, idem quod παρατείβω, significans Attero, Affrico. Basil. τῷ χρυσῷ πῶς διαφορὰν τῇ λίθῳ προστείβοντες γινώσκομεν, auri differentiam cognoscimus si Lydio lapidi, quam coticulam vocant, affricemus. Vide & Σωτείβω. Metaphoricè plerunque accipitur. dicitur enim aliquis alicui illud προστείβειν quod ei veluti infricat, seu imprimit aut inurit: metaphora ab iis sumpta qui ita aliquid alicui affricant vt idipsum remaneat eo in loco qui confricatus fuit. sunt enim quædam quæ affricata seu infricata, & odorem & colorem ibi relinquunt suum. Et pass. aliquis aliquid προστείβεται, quum ei id affricatur seu infricatur, ita vt adhærescat: vel quum ipse sibi id affricat & contrahit. vt Chrysost. comment. in epist. ad Cor. 2, cap. 11, ὁ μὲν δὴ ὑποτείβεται ῥύπον, ὁ δὲ προστείβεται ῥύπον, alter enim deponit sordes, alter easdem sibi affricat, seu attrahit. pro priè autem, attrahit, affricando se. Alioquin pass. & media vox actiuam significationem habent, & pro προστείβω vsurpantur. vt quum Plutarch. in Pompeio, de Cornelia, quæ perita erat literarum & disciplinis imbuta, scribit, καὶ προσῆν πόθος ἀνδίας καὶ παιδείας καθαρὸν, ἃ δὴ νέας προστείβεται τὰ τοιαῦτα μαθήματα. id est, πᾶς ἡ γυναικῶν δι' ἀσίας ἐναπομάργυται τὰ τοιαῦτα μαθήματα. quod Cic. Imprimere vocat, teste Bud. pag. 655. Sic idem in Solone, τὸ δ' ἄδακρυον τοῦ Σόλωνι τὸν ἐμπορικὸν οἴονται βίον προστείφθαι, Soloni ex vita mercatoria adhæsisse. Item & vitium alicui natura dicitur προστείφεσθαι & morbum: vt apud eundem in Pericle, ἔοικε δ' ὡς τοῦ συγγενικοῦ αὐτοῦ προστείφεσθαι νόσημα τοῦ φιλαργυρίας ἡ φύσις. Necnon calumniam aliquis alicui aut crimen προστείβεσθαι dicitur. vt apud Plutarchum, τῇ μητρὶ προστεβόμενος αἰσχρὰ καὶ δύσβουλα. Chrysost. commēt. in Euang. Ioann. μή μοι τεχνολογίας διαφορᾶς τινας λόγων, μηδὲ ἐκ τοῦ τῆς κακοτεχνίας προστείψῃς τινὰ βλασφημίαν τῇ διδασκαλίᾳ τὸ πνεῦμα τῆς. id est Inferas, Inuras, Incutias, vt Bud. interpr. pag. 655, in præcedente Plutarchi loco προστείβεσθαι accipiens itidem pro Inurere, vel etiam Conciliare: addénque, translationem esse à coloribus infricatis aut in occursu attritis, quæ maculam contactu relinquunt: vt siquis occurrerit in carbonarium aut farinarium saccum. Sic idem rursum Plutarch. αὐτὸς δ' ὧν ἐνεκαλεῖτο τὰς αἰτίας τῇ Φουλβίᾳ προστείβετο, Fulviam iis criminibus aspergebat de quibus ipse accusabatur, seu Fulviæ impingebat, In Fulviam trāfferebat. Item & ὄνειδος alicui προστείβεσθαι dicitur aliquis: vt apud eundem in libro De Herod. ὁ δὲ τοῦτο Κορινθίοις προστεβόμενος πωϊεῖδος, ὑποφαίνει τυραννὶς μοχθηροτέραν τοῦ πόλιν. Necnō & πληγὰς aliquis alicui προστείβεται, vt suprà ἐνπείβει, ἐνπίνει & ἐνπινάσει, Incutit, Impingit, Infligit, Ingerit. Aristophanes, πληγὰς ἀεὶ προστείβεται τοῖς οἰκέταις. Rursum Bud. annotat, dici non solùm προστείβομαί σοι μέμψιν, vel πληγὰς, sed etiam προστείβω σοι πιμωρίαν, pro ἐπάγω, ἐπφέρω. A quo non multùm diuersum est hoc Plutarchi in Public. προστεψάμενος τοῦ σωφρόνου παιδοφονίας αἰάγκλω, οἷεται δεῖν καταχαρίζεσθαι τοῖς γυναιξὶ τοῖς προστόσι τὴν παιδός, Imposita collegæ necessitate occidendi liberos suos. Nisi potius προστείβεσθαι & hîc sit velut incutere & impingere.

V N D E Πρόστειψις, εως, ἡ, Attritus, Affrictus.

C. ΣΥΝτείβω, Simul tero. Dicitur aliquis πυρεῖα συντείβειν, quum igniarium igniario terit, vt flamma inde exteratur: seu quum duo igniaria collidit vt inde excudatur ignis. Luc. αὐτοὶ δ' πυρεῖα συντείψαντες καὶ ἀναπαύσαντες, δεῖπνον ἐποιούμεθα, igne ex silicibus collisis concepto. Qua significatione dicitur etiam συντείβειν πυρεῖον πυρείῳ. vt quum Etymolog. πυρκαϊὰ esse dicit τὰ ξύλα ἃ συντεβόμενα ἑτέρῳ ξύλῳ πῦρ ῥιπτᾷ. Necnon & παρατείβειν. vt Synesius, συὸς πῖον ἄλλο πυρεῖον παρατεβεὶς ὑποτέκοιμι φωτειδὲς ἐγήγονον. Item Contero, Contundo, Comminuo, Confringo. Xenoph. Hellen. 3, pag. 292, ὅσοι τῶν Ἑλλήνων ἔπαυσάν τινας, πάντες ξυνέτειψαν τὰ δόγματα. Plutarch. De primo frigido, αὐ ἀφεῖδῶσιν ὅτι πρὸ γῆς, καταγνοῦσαι καὶ συντείβεσθαι, εἰ in terram dimittantur, frangi atque comminui. Sic & plagis aliquis dicitur συντείβεσθαι, contundi & ferè conteri: vt apud Naz. συντεμμένον καταδίσμοῖς, plagis contusum & vulneribus confossum obligans. Alioquin συντείβεσθαι accipitur etiam pro Dolore & tristitia veluti cōteri & contundi, vt in fragmentis Polybii: & plus est quàm λυπεῖσθαι. Plutarch. De aud. δεῖ πάσχειν μέτρῳ καὶ δακνεσθαι, μὴ συντείβεσθαι δ' μηδὲ ἀθυμεῖν τὸν ἔλεγχόμενον. Cui adde quod apud Lucam est cap. 4, ἰᾶσθαι τοὺς συντεμμένους τοῦ καρδίαν, quorum cor contritum est. Vnde συντειψις pœnitentiæ comes apud Christ. theologos. Sed & in præcedente significatione passim obuium est συντείβειν in Testamenti noui libris: vt Marci 14, συντείψασα τὸ ἀλάβαστρον.

V N D E Σύντεμμα, ατος, τὸ, E T Συντεμμός, ῶ, ὁ, Contritio, Contusio, Confractio. Apud Paul. in epist. ad Rom. cap. 3, ὁδοὶ δὲ τοῦ αὐτῶν ὀκρᾶ καὶ ἅμα· σύντεμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, contritio & calamitas in viis eorum. Qui locus desumptus est ex Esaiæ capite 59. Item σύντεμμα χειρὸς dicitur ἡ συντεμοῦσα χεὶρ, manus contrita seu contusa, vt Hesychius συντείβει exponit σωθεῖσα: Leuit. cap. 21, ἢ χωλὸς ἢ κολοβόχαρ, ἢ ἄνθρωπος ὡ ἐαν ᾖ ἐν αὐτῷ σύντριμμα χεῖρος ἢ σύντριμμα ποδός. Metaph. & allegoricè libro 2 Reg. capite 22, περιέσχον με σύντριμμοι θανάτου, circundederunt me contritiones mortis. Id est, mors me circundedit, & telis suis veluti contudit ac contriuit. Itidémque apud Sophoniam prophetam cap. 1, & Ieremiam, 4. ‖ Hesychius verò σύντριμμα exponit ἁμάρτημα, quod mihi suspectum mendi est. I T E M Σύντριψις, εως, ἡ, Contritio: idem cum συντεμμός significans. Vox est theologica, apud Gregorium & alios, vt quum pœnitentiam metiuntur cognitione peccati, conuersione ab eodem peccato ad Deum, contritione cordis extremóque ob peccatum dolore, & emendatione vitæ anteactæ. I T E M Σωτείβη, ῆς, ἡ, idem quod σύντειψις & συντεμμός seu σύντεμμα, Contritio, Contusio. Prouerb. 16, τὸ δὲ συντείβῆς ἡγεῖται ὕβρεις, τοῦ δ' πόμματος κακοφροσύνη, Contritionem præcedit superbia, ruinam autem exaltatio spiritus. vt habet vulg. versio. nam Deus solet iniuriosos conterere & contundere, & pessundare atque euertere eos qui mala animo suo meditantur. A T Σωτείβῆς dicitur Qui conuersatur cum aliquo. Hesychio enim συντείβῆς est συνδιατείβουσα, συνοῦσα.

C. ΥΠΟτείβω, Subtero. V N D E Ὑπότεμμα, ατος, τὸ, genus quoddam βρώματος, forsan ex rebus leuiter tritis aut contusis: vt & τεῖμμα esse itidem βρώματος genus suprà docui. Plutarchus in præcept. sanit. τὰ πανοῦργα ταῦτ' ὀψάρια καὶ ὑποτεμματα. Idem Symp. 2, probl. 10, πέμματα καὶ κανδύλους καὶ καρυκείας, ἄλλας τε ποικιλοδαπὰς ὑποτεμμάτων καὶ ὄψων προσθήσεις. Athen. lib. 14, ex Alexide, τὸν γαλεὸν ὀν ὑποτεμμαπ ζέσαι. Hesychius hoc ὑπότεμμα confici scribit è palmulis, melle, cumino, & aliis nonnullis condimentis. Alii aiunt ex acrioribus condimentis confici solitum fuisse: atque

ideo Aristoph. in Concion. dixisse, βλέπων ὑπότειμμα, A
σέργων σκοροδάλμη. vbi scholiast. quoque & Suidas exponit, βλέπων δριμὺ καὶ ἡδύμβρος δριμέσι. Ex quo ὑπότειμμα fit DIMIN. Ὑποτεμμάπον, vt τειμμάπον ex τείμμα. Poll. lib. 6, cap. 10, εἰν ἢ ἀν ὀκ τ῞ ἡδυσμάτων καὶ τὰ ὑποτειμμάπα, ἃ καὶ καπαχυσμάπα· καὶ σκόροδον, καὶ σκοροδάλμη, καὶ ὀξάλμη.

Hactenus de Τρῶ, cuius futurum est τρήσω: nunc de altero dicendum est quod futurum habet τρώσω: ambo enim ab eadem deriuant origine. nec etymo repugnat significatio. Vt enim illud significat Penetro, Foro, Perforo, Traiicio: ita hoc Vulnero, id est Telo acuto cutem foro seu pertundo: vt Ouidius, Contemptor ferri nullóque forabilis ictu. id est quem nullus ictus potest τρῶσαι. Sed sciendum est, huius THEM. Τρῶ (pro quo alii malunt DICERE Τρόω, alii ET Τρώω) nullum esse vsum in præsenti, sicut nec superioris τρῶ: verùm pro illo vsurpari πτράω siue πτρηνῶ, pro hoc autem πτρώσκω, eiusdem cum suo primitiuo significationis, vt & præcedentia cum suo.

Τιτρώσκω igitur deriuatum ex τρῶ, vt βιβρώσκω ex βρῶ, significat Vulnero, Cutem pertundo seu perfodio telo, Saucio. Et passi. Τιτρώσκομαι, Vulneror, Saucior. Plutarch. Erotico, ὁ πληγὲὶς δὲ πτρώσκεται. Herodian. lib. 4, παιόμδμοί τε καὶ πτρωσκόμδμοι ἑτεροῖοντο. Et libro 7, οἱ δὲ βαλλόμδμοι καὶ πτρωσκόμδμοι, κακῶς ἀτηλλάχηταν. Itidémque paulo antè, βαλλόμδμόν τε ὑπὸ ἀκοντίων καὶ πτρωσκόμδμον ὑπὸ τ῞ ὁπλιτῶν διεφθείρετο. Item VERBI Τρώω præsens tempus vsitatum est. vt apud Hesychiũ, Τρώει, πτρώσκει: necnon Τρώεσθαι, τραυματίζεσθαι, id est Vulnerari, Sauciari. (Idem tamen Τρώει exponit etiam καταδαπανᾷ, consumit: sicut πίρω quoque ac τρύω & πείβω itidem accipiuntur pro Attero & Consumo. Eustathius verò τρώει exponit etiam βλάπτει, apud Homerum Odyss. φ, v. 293, Οἷός σε τρώει μελιηδὴς· ὀῦπε καὶ ἄλλος Βλάπτει ὃς ἂν μιν χανδὸν ἕλῃ. ita vt τρώειν & βλάπτειν ibi synonyma sint. Quod & ipsum τρώειν à πίρειν deriuat facta syncope, à quo non multum remota est τ῞ βλάπτειν significatio) Crebriora sunt exempla temporum ex futuro formatorum. Plutarch. Artox. ἐπ' αὐτὸν ἐξακοντίσας, ἐξὰ τ῞ θώρακος ἔτρωσε τὴν ἧπαρ. Xenoph. Pæd. 3, τοὺς ὑ῞ πετρωμδμοις, ἰατροὺς καλέσας, θεραπεύειν ἐκέλευσεν, medicis accersitis saucios curare iussit. Metaphoricè autem Plutarch. De aud. αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται. Et Herodian. lib. 1, ἔτρωσέ τε αὐτὸ τὴν ψυχὴν τὰ λεχθέντα, animum eius verba illa sauciarant. Et libro 5, ὑπὸ φήμης τὰς ψυχὰς ἐτρώθηταν, animi eorum illo rumore exulcerati erant. Vtitur & Homerus aoristo 1 τρώσης, & futuro medio τρώσεσθαι, sed illo pro βλάψῃς, hoc autem pro βλάψεσθαι aut ἠπήσεσθαι. Il. ψ, v. 341, Μήπως ἴππους τε τρώσῃς καὶ τὸ ἅρμα ἀξῆς, ne, si fortè in saxum illud impingas, & equos lædas & currum frangas. Et Iliad. μ, v. 65, Εἴ τὸ ἔπος ὀῦ καταβήμεναι οὐδὲ μάχεσθαι Ἰππεῦσι· τείνος γὰρ, ὅτι τρωσέσθαι ὀίω. vbi schol. expon. ἠπήσεσθαι: subiungens, τρῶμα γὰρ τὸ ἧπαρ. Vtroque modo exponi potest, vel βλάψεσθαι vel ἠπήσεσθαι, præsertim quum idem & πείρεσθαι dicat τοὺς ἡττωμδμοις, id est Affligi & clade affici à victoribus, vt suprà docui in illo ipso verbo. Item & Galen. τρωθῇ apud Hippocr. exp. βλαβῇ, κακωθῇ: & Τρῶμα, βλάβη.

SED ET Τρώσκω pro Τρώω dicitur, VT Τρύσκω G
pro τρύω. vnde apud Hippocr. τρώσκεσθαι, Vulnerari: qui & τρώειν accepit pro πτρώσκειν, necnon pro ἀποτρύζειν, libro 2 De morb. mul. Galenus verò τρώσκεσθαι apud eum exp. ἐκπτρώσκειν, quod significat Abortare.

Τρῶμα, ατος, τὸ, Vulnus. vt Hesychius quoque τρώματα exponit τραύματα. ‖ Item Clades, Damnum, Detrimentum. schol. enim Homeri exponit ἠπήν, & Galenus H
βλάβη, vt paulo antè in Τρώω docui. Pro quo dicitur ETIAM Τρῶμη, vt βρῶμη pro βρῶμα, teste Eustath. qui Ionicum id esse ait, & significare τὴν τρῶσιν, vt βρῶμη τὴν βρῶσιν. Ex Τρῶμα autem est VERB. Τρωματίζω, Vulnero.

Sed notandum, hoc τρῶμα Ionicum potius esse, vt & verbum τρώω: ac pro eo in communi lingua VSVRPARI Τραῦμα, tanquam à VERBO Τραύω. Philostrat. epist. 5, καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ πολεμικὰ ἄνδρες οὐχ οἱ μὴ τρωθέντες, ἀλλ' οἱ νικῶντες ὀν τραύματα, viri in bello fortes habentur non ii qui non saucii sunt, sed qui saucii palmam reportant. Luc. in Tim. οὐκ αἰκμωτὶ γε οὐδὲ ἀΐδυ τραυμάτων. Idem in Macrob. τραύματα πολλοῖς θεῖ- πεστῶν. Plutarch. De deo Socr. λαβὼν μὴν εἰς τὴν κεφαλὴν ὑ μέγα τραῦμα, δοὺς ὑ῞ πολλά. Idem, ὑ ἠγωμδμὸς τραύματος, ἀλλὰ πληγῆς μόνον, nimirum ex casu è loco sublimi. Et Xenoph. Pæd. 5, τραύματα ὀδηδεδεμδμοις, quibus vulnera obligata erant. Et Philostr. epist. 21, τὰ ὀκ πολέμου καὶ θήρας τραύματα ἰᾶτο ῥᾳδίως, facilè sanabat vulnera in bello aut venatione accepta. ‖ Τραῦμα dicitur etiam Clades, Strages, Detrimentum seu damnum bello acceptum, Calamitas ex infelici prælio, vt τρῶμα quoque. Luc. De histor. scrib. ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸν ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα. Itidem schol. Thucyd. lib. 3, pag. 89, quum πληθύπις exposuisset μεγάλως νικηθέντες, subiungit, πληγὴ γὰρ κατὰ πόλεμον καὶ τραῦμα, ἡ ἰσχὺς ἧπαρ (Vbi obiter NOTA Πλήπεσθαι, ET Πληγὴ) Est autem à substantiuo τραῦμα, ADIECT. Τραυματικός, ῆ, ὁ, Ad vulnus seu vulnera pertinens, Vulnerarius, id est Vulneribus sanandis aptus, vt Plinio Vulneraria emplastra. Dioscorides libro 1, capite 131, τραυματικὴ αἰνίδοτοι, vulneraria remedia. Et τραυματικὴ ῥίζα apud eundem libro 2, capite 4, Vulneraria radix, Radix quæ vulneribus imponitur. Item τραυματικὰ sine adiectione dicit pro τραυματικὰ φάρμακα, vt libro 1, capite 98, μίγνυται ὑ καὶ τραυματικοῖς χρησίμως, vulnerariis medicaminibus commodè permiscetur. Dicuntur autem τραυματικὰ φάρμακα (inquit Gorræus) Galeno τὰ κολλητικὰ, hoc est glutinatoria medicamenta, quæ & ἔπαμα appellantur. ET Τραυματίας, ου, ὁ, Vulneratus, Saucius, Qui vulnus accepit, Cui vulnus inflictum est. ὁ τρωθεὶς, seu πετρωμδμος. Thucyd. lib. 8, pag. 272, τοὺς τραυματίας ἀναλαβόντες. Et Theophyl. epist. 54, τραυματίαν τῶν τῆδ' πολεμίων ἀλόντα χρόνῳ. At Ὀδυσσεὺς ὁ τραυματίας est fabula Telegoni apud Aristotelem De poët. Item VERB. Τραυματίζω, Vulnero, Infligo vulnus, Saucio. Demosthenes Pro cor. πνας ὑ καὶ πετραυματίκασι. Lucianus libro 2 Epigr. — οὐδένα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν, nullum enim vnquam sauciauit. Et passi. voce ac significe. Thucyd. lib. 5, pag. 163, τραυματιζόμδμος ὑπ' αὐτῶν, Vulneratus ab ipsis, βαλόμδμος ὑπ' αὐτῶν, vt schol. exponit. Affertur & τραυματισθεὶς πολλά, pro, Multis confectus vulneribus. Et rursum ex Thucyd. τραυματισθεὶς τ῞ νεῶν, sauciatis & perfossis nauibus. VNDE Καταταυματίζω, itidem Saucio, Vulneribus conficio.

Τρῶσις, εως, ἡ, Vulneratio. Exponitur etiam Vulnus, Ictus.

Τρωτὸς, ῆ, ὁ, Vulneratus. Item Læsus. Vel, Qui vulnerari E
lædive potest. Iliad. φ, v. 574, Καὶ ῥ' ἧν τὴν τοῦτ' τρωτὸς χρὼς ὀξὲϊ χαλκῷ. Hesychio τρωτὸς est παθητός.

C. Ἄτρωτος, ῆ, ὁ καὶ ἡ, Inuulneratus, Illæsus. Vel, Qui vulnerari & lædi nequit, Nullo forabilis ictu, vt Ouidius loquitur. Luc. ἄτρωτί σοι, A te vulnerari & feriri non possunt. Interdum additur datiuus instrumentalis, vt ἄτρωτον ἐγχέεσι, quod Sil. Ital. dicit Inuiolabile telis, & Ouidius Nullo forabile ictu. Sic Plato in Symp. χρήματα γε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἰὼ πωτῇ ἢ σδήρῳ ὁ Αἴας. Significat etiam Inuictus, Indomitus, vt ἄτρυτος. VNDE Ἀτρώτως, Sine vulnere, vel etiam Inuictè. Hesychio ἀνικήτως.

Dicitur ETIAM Ἀτρὼς pro Ἄτρωτος, itidem pro Inuulneratus, Illæsus: seu ἀσινὴς, ἀπαθὴς, vt Suid. exp. præcedens ἄτρωτος.

C. Νεότρωτος, Recèns seu nuper vulneratus, apud Etymolog. Affertur & νεότρωτα pro Recentia vulnera: quã potius significet Recèns vulnerata.

C. ΚΑΤΑπτρώκω itidem Saucio, Vulnero: vel etiã, Vulneribus cõficio: idem quod καταταυματίζω. vnde particip. καταπρώσας, Qui sauciauit, seu vulnerauit, Qui vulnus inflixit, aut vulnere confecit. Vel etiam, Qui vulnere inflicto prostrauit & deiecit. sunt enim qui καταπτρώσκω ita interpretentur. AT Ἐκπτρώσκω diuersæ significationis est à superioribus, quippe quod

significet Abortum facio, id est Abortare facio, Abortum infero. vt apud Dioscor. lib. 5, τὸν καὶ βρέφη ὀκπτρώσκει, Fœtus immaturos expellit, Abortum infert, Facit vt matres abortent. Item ὀκπτρώσκειν dicitur fœmina grauida pro βρέφος ὀκπτρώσκειν, Fœtum immaturũ expellere, Partum ante tempus edere: quod Latini dicunt Abortare, Abortum facere, Abortum parere: necnon Aboriri: si modò mẽdo caret quod apud Non. legitur ex Varr. Vinũ quod ibi natum sit, si prægnãs biberit, fieri vt aboriatur. Qua in signif. Hippocr. τρώσκεσθαι etiã dixit, id est pro ὀκπτρώσκειν, teste Gal. in Lex. Hippocr. Dioscor. de onosmate herba, φασὶ ὑ῞ ὅπ καὶ ἕλκος ὑποβῇ πίω πόαν, ὀκπτρώσκει. Vnde Plin. Prægnans si eam supergrediatur, abortum facere dicitur. Rursum Dioscor. lib. 4, c. 187, de radicibus filicis fœminæ, χωαιζὶ ὑ῞ δοθείσῃ ἀσυλληψίαν ποιεῖ· καὶν ἕλκος ὑ῞ βῇ, ὀκπτρώσκει, & prægnans si supergrediatur, abortum parit. VNDE Ἔκτρωμα, ατος, τὸ, Abortus: pro quo Atticos dicere ἐξάμβλωμα, testatur Phrynichus. Ab Hesychio exponitur nõ solùm παῖδιον νεκρὸν ἄωρον, sed etiam ὀκβολὴ γυναικός. Quibus verbis significatur potius ipsa actio abortandi: quæ DICITVR Ἐκτρωσμὸς magis propriè, ET Ἐκτρωσις: vt apud Aristot. Hist. anim. lib. 7, καλοῦσι τὰ ὀκρύσεις αἱ μέχρι τ῞ ἑπτὰ ἡμερῶν ἐξαφορά· ὀκτρωσμοὶ ὑ῞, αἱ μέχρι τ῞ πεπαρεκόντα. Vbi Gaza ὀκρύσεις interpr. Effluxiones: ὀκτρώσεις verò Abortiones. Porrò ex illo ἔκτρωμα DERIV. Ἐκτρωμαπῶος, Abortiuus.

SED ET Τρώγω deriuatur ex illo τρῶ significãte Tero, Attero. nec absurdè. nam Arrodo, seu Rodo & Comedo (quas signif. habet τρώγω) nõ admodum diuersa sunt à Tero & Attero. quoniam nimirũ is qui aliquid comedit, seu rodit aut arrodit, idem & dentibus idipsum terit seu atterit. Homer. Od. ῥ, Καὶ τοὺς μὴν ποτε μὸν σεῦαι περὶ δινήεντα Τρώγῃ· ἄρουραν μελιηδέα, vt gramen comederent. Vbi Eust. annot. hoc verbum ὠνόματοποιῆσθαι ὀδὶ ἀλόγῳ, τραχύτητα ἔχον καὶ ἑπεροίοτητα πολλὴν πρὸς τὸ ἐαθιεν, quippe quod de ratione præditis dici soleat. Quod tamen discrimen nõ semper verum est. Nec minus enim ratione præditis animalib⁹ tribuitur quàm iis quæ ratione carent. vt oftẽdit ille qui dixit apud Athen. lib. 2, Τρώγουσι μύρτα, καὶ πέπονα μυμαίκυλα. & lib. 12, βοῦς τρώγων, τυροὺς κάπῃον: & libro 14, Μελίππκτα σ' ἐ῞ σοι φερέτω, τρώγοιμι αὖ. Quibus in locis nota dici τρώγειν de myrti baccis, pomis arbuti, bulbis, placentis mellitis. In Aoristo 2 FACIT Ἔτραγον: VNDE Τραγεῖν, quod Suid. exp. τρώγειν, φαγεῖν: vnde τράγημα, de quo infrà. In fur. autem τρῶγμα quo vtitur Aristoph.

Τρῶξις, εως, ἡ, Esus: vel Rosio.

Τρῶξιμος, ῆ, ὁ καὶ ἡ, Qui esui est, id est Qui comedi potest aut solet, Edulis, Vescus: vel etiam Cibarius, vt Plin. vuã B
cibariam appellat quam Græci τρῶξιμον & τρωκτόν. Sed & alii quinis fructus eis τρῶξιμοι dicuntur qui crudi eduntur, vt vua passa, ficus, rapa, rhaphani, bulbi, deniq; quidquid secũda mensa inferri solet, vt sunt τραγήματα & τραγάλια. Paul. iurisc. in Pand. Qui fundum vendidit, pomum recepit, nuces & ficos, & vuas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρῶξιμοις appellãt. Hippocr. in lib. De intern. affect. τ῞ τρῶξιμον ῥαφανίδα G
χρεέσθω καὶ σελίνῳ, εἰς ὄξος βάπων. Alibi hæc τρῶξιμα appellat τρωκτὰ, quæ Galen. in Lex. Hippocr. exp. ὠμὰ ἐαθιόμδμα, quæ cruda solent comedi. vt & Constant. Geopon. lib. 14, c. 17, τρωκτὸν σοφίδα vocat eam quã alii τρῶξιμον, Latini cibariam & edulem. Itidem Artemid. lib. 1, c. 60, de oleribus loquens, ὅσα ὑ῞ ἀπτῶνται τρωκτὰ ὄντα, βλάβιν σημαίνει, Si ea quæ cruda in cibum assumi solent, deradantur. Peculiariter verò τρῶξιμον appellari solet intybum, siue seris herba, quam endiuiam vulgò nomi H
nant. Paul. Ægin. lib. 3, c. 46, τὸ ἴντυβον δὲ τὸ τρῶξιμον καὶ ὁ σέρις, τ῞ θεραπευόντων εἰσί. (Paulo antè dixerat, οἷά τῶν ὀδὶν ἢ τὴν σέριν καὶ τὸ κιχόριον: quasi diuersa essent hæc ab intybis) Et Alex. Trall. coniunctim & quasi expositionis gratia dicere solet ἴντυβον καὶ τρῶξιμον, (pro quo tamen perperam alicubi scriptum LEGITVR Τρόξιμον) eiúsque vsum cõmendare in hepaticis, itidem vt Paulus. Item Didymus Geopon. lib. 12, cap. 28, Σέρις, πτῆσ τρῶξιμα, ἐν ὄξει βαπόμδμα καὶ ἐαθιόμδμα, τομάχῳ καταλληλα· A
Vbi & ipsum caput inscribitur περὶ σέρεως, ἤτοι τρωξίμων. Absolutè & sine vlla adiectione Aetius lib. 9, c. 48, ἀναλάμβανε χυλῷ τρωξίμων, excipe succo intyborum. Apsyrtus in Hippiatr. τρῶξιμον vocare traditur.

Τρῶξαια verò à Theophr. dicuntur rami tenelli & qui sunt τρῶξιμοι, id est qui arrodi possunt à pecore: De caus. plant. lib. 3, cap. 2, καὶ ἀφαιρεῖν δεῖ πούτων τοῦπά τε καὶ τὰ τρῶξαια μόνον. vbi de putatione loquitur, & περὶ ἐξακαθάρσεως.

Τρῶξ quoque ἀπὸ τ῞ τρώγειν dicitur vermiculus ille qui B
legumina rodit, ὁ τ῞ ὀσπρίων σκώληξ. Sic enim schol. Hesiodi, δὴξ, εἶδος σκώληκος ἐγγινομδμὸν ἔνδον τ῞ ξύλων· ἷψ δὲ, σκώληξ ὃς τὴ κεράπων· ἷξ, ἀμπέλων· σὴς, ἐαθημάτων· τρῶξ, ὀσπρίων· ψὼν, σύκων. Gurgulionem nonnulli vocant.

ITEM Τρωξαλίδες vermium quoddam genus esse videtur in hoc loco apud Athen. lib. 3, Καπεδηδόκασι τὰ λάχανα τρωξαλίδες. vt sunt erucæ & aliæ bestiolæ à quibus olera arroduntur & depascuntur. AT Τρωξάρτης composita voce dicitur quidam murium dux apud Homerum in Βατραχομυομαχία, ex eo quòd panes rodere soleret: apud quem ibidem ψωμόπαξ κοῦρος C
Τρωξάρτιο πατ῞ς μεγαλήπορος, iactitat se vesci iis Οὐπὰ παρ' ἀνθρώπους τρώγῃν ἔδος, nec ranarum more τρώγῃν ῥάφανίας, ὑ κράμβας, ὑ κολοκυνθας, Οὐ πύτλοις χλωροῖς ὀμβρόσκεται, ὑδὲ σελίνοις.

Τρώκτης, ου, ὁ, Comestor, Vorator. Ita dicitur ab Homero qui, vt habeat quod voret, quauis arte lucrum facit: ὁ φάγρος καὶ φιλοκερδὴς, ὁ ὀκ παίντων βουλόμδμος τρώγειν καὶ κερδαίνειν, vt Eustathius exponit. Itidémque Hesychio τρώκτης est φάγρος, ὁ ἀπὸ παίντων ἐαθιειν καὶ κερδαίνειν βουλόμδμος, (vt quos Latini Lucriones appellant) necnon παιόργος, ἀπαπεών. nec enim à dolis & fraudibus abstinent, qui vt ventrem satient, nihil non lucri & quæstus machinantur. Odyss. ξ, Δὴ πότε Φοῖνιξ ἦλθεν αἰὴν ἀπατήλια εἰδὼς, Τρώκτης. Itidémque Odyss. ο, Phœnices ab eo dicuntur Τρώκται, μυεὶ ἄγοντες ἀθύρματα.

Τρωκτὸς, ῆ, ὁ, idem quod τρῶξιμος, Qui esui est, Edulis. Vt plurimum verò ita vocantur quæ cruda comedi solent: velut quæ vel in acetariis vel in secundis mẽsis edenda apponuntur, vt in Τρῶξιμος docui ex Galeno & aliis.

Τρωγάλιος quoque idem cum τρωκτὸς & τρῶξιμος significat, id est Edulis, Vescus. Peculiariter verò τρῶξιμα, τρωκτὰ & τρωγάλια dici solent quæ cruda comedi solent & secundis mensis apponi, vt rhaphani, poma, pira, nuces, amygdalæ & similia: vt Poll. quoque indicat lib. 6, cap. 11, his verbis, ἰῶν δὲ τρωγάλια, μυρτίδες, κάρυα, μέσπιλα, ἃ καὶ ὄα καλεῖται, κόκκοι ῥοᾶς, ἀμυγδάλαι, κάρυα Περσικὰ, ἀνῶ βασιλικά· ἰῳάδες, σῦκα. Quæ & τραγήματα dicuntur. synonyma enim sunt τράγημα & τρωγάλιον, sicut βρῶμα & ἔδεσμα: quorum hæc duo latius patent quàm illa. vnde Athen. lib. 14, ex Aristot. libro qui περὶ μέθης inscribitur, τὸ μὴν ὅλον διαφέρειν τράγημα βρώματος νομιέον ὅσον ἔδεσμα τραγάλιν. τοῦτο γὰρ πάντειον ποιῶμα τοῖς Ἕλλησιν, ἐπεὶ ὀν τραγήμασι τὰ βρώματα τεθαπίδεται. διόπερ ὑ κακῶς ἔοικεν εἰπεῖν ὁ τραγῶδὸς δεύτεραν τραπεζαρρούσας τράπεζαν. ὄντως γὰρ δεῖπνοπτοιὸς τραγηματοπόλος τὶς ὄδιν, καὶ δεῖπνον ἕπερον τεθαπίδεται τράγημα. Similiter Eustathius quoque pag. 1401, annotat, apud veteres fuisse quasdam τραπέζας quæ δεύτεραι nominatæ fuerint, nimirum τὰς τ῞ τραγημάτων, quæ τράγημα (teste Athenæo) vocari etiam τραγάλια: atque ita vsurpare Pindarum, vbi dicit, δεῖπνον δὲ λήρυντος γλυκὺ τραγάλιον: Aristophanem verò τραγάλιον posuisse inter species τραγημάτων. Comici tamen huius verba non affert, qui in Pluto dixit, ἰῳάδες καὶ τραγάλια τοῖς θεωμδμοις τρεβάλλειν, bellaria spectatoribus proiicere. Et in Pace, δὲ τῷ φαλακρῷ τ῞ τραγαλίων. Plutarch. verò in Præcept. sanit. dialecticen, seu dialecticorum more differere, esse dicit τραγάλιον ὀν δεῖπνῳ γλυκὺ μὴν οὐδαμῶς, κεφαλαλγὲς δὲ καὶ κοπῶδες ἰσχυρῶς.

Τράγημα, ατος, τὸ, idem quod τραγάλιον, id est Quod in secunda mensa solet apponi comedendum seu arrodẽdum, vt in præcedente τραγάλιον docui. Plato Polit. 2, καὶ τραγήματά που τεθραπτόμδμα αὐτοῖς, (nimirum ciuibus

nostris) ὥσπε σύκων καὶ ἐρεβίνθων καὶ κυάμων· καὶ μύρτα καὶ φηγοὺς ἀποδοῦσι τοῖς τὸ πῦρ, μετείως ἐκπίνοντες. Vbi nota eum τραγημάτων nomine comprehendere non solùm ficus, sed etiam cicer ac fabam: item myrti baccas & faginas glandes, nimirum sub cinere coctas, vt hodie solent castaneæ. Et Antiphan. apud eundem lib. 14 dicit, Τράγημα, μυρτίδες, πλακοῦς, ἀμυγδαλαῖ. Ἐγὼ δ' ὦν ἤδιστά γ' ὀπιδορπίζομαι. Nam placentarum quoque genus & πέμματα τραγήματιν annumerātur, vt à Clearcho quoque Solensi apud eundem Athen. eodem libro τραγήματιν accensetur Ἄμυς, πλακοῦς ἔνπλιπος, ἴσειον, ῥοά: & præterea, Ὠόν, ἐρέβινθος, σησάμη κοπή, βότρυς, ἰσχάς, ἄπιος, ῥοῖα, μηλέα, ἀμύγδαλα. Eodem libro Alexis dicit, Ὁ τοῖχος θύρων κοῦφος ἦν τραγήματα. Τῷ συμποσίῳ δ' ὀψοποιεῖν ἐξοῦρέ πως, Κάρησις ἐχὶν μηδέποτε τὰς σαγήνας. Vbi etiam nota, bellaria apponi solere ad producēdum conuiuium. Ἐπιδορπίδες quoq; & ὀπιδόρπια, seu ὀπιδορπίσματα, & ὀπιφορήματα vocabantur eadem. V N D E Τραγημαπίζομαι, Comedo bellaria. vt Athen. lib. 11 iubet tria cauere ὅταν κωθωνίζῃς, nimirum, μὴ πονηρὸν οἶνον πίνειν, μηδὲ ἄκρατον, μηδὲ τραγημαπίζεσθαι ἐν τοῖς κωθωνισμοῖς. Idem addit & accusatiuum rei, dicens lib. 4, moris fuisse apud veteres φυλλα δάφνης τραγημαπίζεσθαι, comedere folia laurus inter bellaria, seu in secundis mēsis. Ex quo V E R B A L E Τραγημαπισμὸς dicitur ἡ τῶν τραγημάτων βρῶσις, Comestio bellariorum, seu Comedere bellaria. De quo vide in Τρωγάλια.

Τραγαλίζω quoque exponitur ἀποτρώγω, apud Aristoph. in Vesp. vbi dicit, ἤδοντο τὸν μὲν σύραξ τὸν ἄλλον ἐκ κηπαείου λαγαιζόμενον καὶ τραγαλίζοντα τὸ μηδέν.

C. ΑΠΟτρώγω, Abedo, Auello seu Abscindo morsu, Emordeo, Dentibus excindo, Morsu abripio. vt, κελεύσαντος δὲ Νικοκρέοντος καὶ τὴν γλῶτταν ἀνεζήτουν ἐκιμηθῆναι, λόγος ἀποτραγόντα τοῖς σπόνδυλα αὐτοῦ. Et Laërt. in Zenone Eleate, Δημήτριος δέ φησιν τὸν μυκτῆρα αὐτὸν ἀποτραγεῖν. Vbi etiā nota I N F I N. Ἀποτραγεῖν, ex A O R. 2 Ἀπέτραγον, vt & à τρώγω dicitur τραγεῖν.

At V E R B A L E Ἀποτράγημα, ατος, τὸ, non sequitur significationem verbi ἀποτρώγω. Significat enim ἀποτράγημα (teste Athenæo) reliquias τραγημάτων, id est bellariorum. τὸ δὲ λείψανον (inquit lib. 14) τῶν τραγημάτων καὶ τραγίμων ἀποτράγημα εἴρηκεν Εὔπολις, subiiciens ipsius Eupolidis locum quem ibi vide. Hesych. verò ἀποτράγημα exp. λείψανον, βοῦμα.

C. ΔΙΑτρώγω, Peredo, Perrodo. vel etiam Erodo. vnde P A R T I C I P. Διατραγών, quod exponitur Abrodens, & φαγών.

C. ΕΝτρώγω, Comedēs ingero in ventriculū. vnde A O R. 2, Ἐνέτραγον, & I N F I N. Ἐντραγεῖν, quod simpliciter etiam redditur Comedere. Apud Athen. lib. 7, ἔντραγε τὴν σηπίαν. Et lib. 1, ex Anaxandride, ῥάφανόν τε πολλὴν ἐντραγόντι. Vide & ὀπιδειπνέω.

C. ΚΑΤΑτρώγω, Comedendo seu rodendo consumo. Alii simpliciter etiam Comedo.

C. ΠΑΡΑτρώγω itidem exponitur Abrodo, Comedo: affertúrque παρατρώγω ἐλάας pro Oliuam comedit.

C. ΠΕΡΙτρώγω, Circumrodo, Obrodo. Luc. in Nigr. τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες καὶ περιτραγόντες, nudatis & circumrosis ossibus. Aristot. Hist. anim. lib. 8, τὸ δ' ἵππομανὲς λεγόμενον ὀπφύεται τοῖς πώλοις· αἱ δ' ἵπποι περιλείχουσι καὶ καταῤῥοῦσι περιτρώγουσιν αὐτό. Vnde Plinius libro 8, cap. 42, Et sanè equis innasci veneficium hippomanes appellatū, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro. quod statim edito partu deuorat fœta. Sed magis ad verbū, Circūlambendo & obrodēdo dētibus aufert. Impropriè & metaphoricè Aristoph. Vesp. Σὺ δ' τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾶς τῆς σῆς τοὺς ἀρχελόφους περιτρώγων, circumrodere & accidere. (vt Bud. quoq; p. 894 dicit, Accīdo etiā, περιτρώγω, καταναλίσκω, τρύχω & ἀποκναίω Græcè dicitur) Rursum idem Aristoph. in eadem fabula, de Cleone, μόνος ἡμᾶς ὁ περιτρώγῃ, Ἀλλὰ φυλάττει δῆτα χειρὸς ἔχων, solus nos & nostras opes non arrodit & accidit. Alii tamen περιτρώγειν hoc loco accipiūt pro Dictis vexare, seu Maledictis proscindere. quo modo & περιφαγεῖν accipi tradunt.

Τρώγλη quoque à τρώγω deriuatum esse creditur, & propriè significare cauernam seu foramē rosione factū, vt quæ sunt murium & teredinum. Quod etymon ab Etymologo etiā affertur, à quo esse dicitur διαβεβρωμένον καὶ πεφυπημένον μέρος τοῦ τείχους. Hesych. quoque τρώγλας exp. τρύπας, id est foramina. (qui & τρῶγας affert pro τρώγλας, à N O M. Τρῶξ, quod alioquin de verme dicitur qui lefacit Etymolog. quoque, sic scribens, Τρῶγες, τὰ τῆς ὀστρείοις ἐμφυόμενα ζωύφια) Ammian. libro 2 Epigramm. Τὸν μικρὸν Μάκρωνα θέρους κοιμώμενον θύρᾳ Εἰς τρώγλιν μικρῷ τοῦ ποδὸς εἵλκυσε μῦς, mus paruulo ipsius pede traxit in cauernam suam. Et in Batrachomyomachia mus quidam dicit se vnicè metuere felem, ἢ καὶ τρωγλοδυόντα κατ' τρώγλιν ἐρεεῖνοι, quæ se vel in cauernam ingressum vestiget cauernæ assidens.

C. Τρωγλοδυόω, Cauernam subeo, In cauernam me subduco, seu Ingredior in cauernam. habuisti in præcedente Τρώγλη. V N D E Τρωγλοδύτης E T Τρωγλόδυτος, Qui cauernas subit, Qui in cauernas se subducit. vt passer quidam τρωγλοδύτης vocatur quoniam τρώγλας οἰκεῖ, alio nomine trochilus dictus: de quo suprà in Πρέσβις. vt & apud Aristot. lib. 4 De part. anim. τρωγλόδυται dicuntur Cauernas subeuntia, Quæ in cauernas se subducunt & in eis habitant. Idem meminit & populorum qui Τρωγλοδύται nominantur: lib. 8 Hist. anim. cap. 12, ἔστι δ' τὸ τῶν ἔθνος περὶ ὃν Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν. ὁ τὸ ὅτι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ὅτι κατ' τὴν ἀλήθειαν ἐν γένος μικρὸν μὲν καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι, τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον. Vnde est quod Plin. scripsit lib. 7, cap. 2, Aristoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit. Idem lib. 5, cap. 8, Troglodytæ specus excauant. Hæ illis domus: victus, serpentium carnes: stridórque, non vox: adeo sermonis commercio carent. E T Τρωγλοδυτικός, ή, ό, itidē Cauernas subiens. vt τρωγλοδυτικὰ ζῷα dicuntur Animalia quæ cauernas subeunt & in eis viuunt. Alioqui Τρωγλοδυτικὸς dicitur etiam Qui Troglodytarum est, Ad Troglodytas pertinēs. vt Τρωγλοδυτικὴ Ἀραβία apud Dioscor. lib. 2, c. 193, Arabia Troglodytica, Arabia quæ à Troglodytis incolitur. Et apud eundem lib. 1, cap. 78, Τρωγλοδυτικὴ σμύρνα, Myrrha Troglodytica, Myrrha quæ in Troglodytarum regione nascitur, Myrrha quæ in Troglodytica prouenit. Item τρωγλοδυτικὴ viperæ quædā species est. E T Τρωγλοδυτέω, ῶ, Cauernas subeo, In cauernas me subduco. idem quod τρωγλοδυόω suprà. Aristot. lib. 3 De part. anim. οὐδὲν δὲ ὁμοίως τρωγλοδυτεῖ τὸ ζωοτόκον, οὔτ' ἄπτερον, οὔτε πεζόβιον, cauernas petit, Gaza interpr. Ex nono etiam libro Hist. animal. τρωγλοδυτεῖ affertur pro Latibula petit, Cauernis gaudet.

Τρωγλῆται autem dicuntur esse hirundinū species, ita nominatarū quòd in foraminibus & cauernis nidulētur: vocari etiā ἄποδες & κύψελλοι. quas Aristot. Hist. anim. l. 9, c. 3, dicit νεοσσεύειν ἐν κυψελλίσιν ὅν πηλὸν πεπλασμένας μακρᾶς, ὅπον εἰς δύσιν ἐχούσας. Quibuscum confer quæ Plin. refert lib. 10, cap. 39 & 40.

¶ I T E M E T Τράγος deriuatur παρὰ τὸ τραγεῖν, nimirū διὰ τὸ βορὸν τοῦ ζώου, ob voracitatem animalis: aliis tamen aliud etymū afferētibus, & nominatū dicētibus παρὰ τὸ τραχὺ τοῦ δέρματος, ab aspera & hirsuta pelle. Est autē Hircus, Caper: ὁ τῶν αἰγῶν ἡγεμών, vt Poll. tradit lib. 2: & Virg. Ecl. 7, Vir gregis ipse caper. Quanuis propriè Caper dicatur Hircus castratus, vt Gell. ex Varr. tradit lib. 9, c. 9. ¶ Quum verò Theophr. De odoribus scribat περὶ τράγους πρὸς τὴν ὀχείας μάλιστα ὄζειν, ipsúmque verbum τραγίζειν indicet eos maximè olere seu olidos esse & fœtere quū tentantur libidine, factum est vt τράγος accipiatur etiā pro fœtore qui χάσμος dicitur. Quo vitio qui laborat, χάσμων nominatur, Latinis Hircosus, scholiastæ Aristoph. τραγομάγαλος. nam propriè de alarum fœtore intelligitur. vt Caper etiam & Capra & Hircus apud Latinos. Horat. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Idem Epod. 12, — grauis hirsutis cubat hircus in alis. ¶ Præterea ab eorundem hircorū lasciuia, (vnde & Horat. dicit, Libidinosus caper) pro libidine etiam & salacitate ponitur, teste Budæo, apud Luc. pag. 402, καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς ἢ πεισὸν ἢ γεωαγίν, ἢ ὅπως αὖ ὁ τράγος κεκλῆται, σωναφρυέντες. ¶ Hippocr. verò libro 6 Epidem. iuuenes pubescentes & τραγίζοντας, appellauit τράγους, Latini hirquitallos, vt in Τραγίζω docebo. ¶ Præterea τράγοι nominantur naues quarum tutela hirci capite insignita est, vt κριοὶ, quæ ariete, vt Poll. libro 1 annotat, qui ζῷῶν quoque, quo Europa vecta fuisse narratur, similiter existimat fuisse nauem quæ tauri insigne gereret: vt Centaurus quoque Virgiliana. ¶ Τράγος Messeniorum dialecto vocatur ὁ ἐρεμνεός, Caprificus. Qua significatione accepit oraculū quum Aristomeni respondit ὡς ἰωίκα πίοι ὕδωρ τῷ Νέδᾳ ποταμοῦ τράγος, ἁλώσεται ἡ Ἴσα τὸ ὄρος. At ille τράγου nomine accipiens hircum, inde hircos arcebat: interim tamen non obseruabat, caprificum iuxta flumen nasci. cuius folia quum curuarentur, & aquam tangerent, euenit quod prædictum fuerat. vt Suid. tradit, ex Herodoto opinor, quem vide. ¶ Est & piscis nomen. Athen. initio libri 8, de pisce qui ἰξώκοιπος nominatur, ὁμοιόπατός ἐστι τῷ καλουμένῳ τράγῳ ἰχθυδίῳ. Ab Aristot. in Histor. anim. τράγοις vocari aiunt mænas siue haleces mares, quum fœtu impleri fœmina incipit. ¶ Item spongiarum genus quoddam appellant τράγους, teste Dioscor. lib. 5, cap. 138, vbi ait, ἡ δὲ ἀπόγλωσσος τοῖς μὲν ἄρρεσιν ἑκάλεσάν τινες, λεπτοῤῥίπτις καὶ πυκνοὺς ὄντας. ὧν τοῖς σκληροτέροις, τράγοις ὀνόμασαν. Et Aristot. Histor. anim. libro 5, cap. 16, ἔστι δὲ ἡ ἀπόγλωσσα τεῖα ῥῆγμα· οἱ μὲν, μανοὶ, οἱ δ', πυκνοί. βίτος δ', ὃν καλοῦσιν Ἀχίλλειον, λεπτόπατος καὶ πυκνόπατος. ἡ δὲ πυκνῶν οἱ σκληροὶ σφόδρα καὶ δαχεῖς, τράγοι καλοῦσιν. Vnde Plin. lib. 9, cap. 45, Spongiarum tria genera accipimus: spissum ac prædurum & asperum, tragos id vocatur: minus spissum & mollius, manon: tenue densúmque, ex quo penicilli, Achilleum. Et libro 31, cap. 21, E maribus duriores alias, quas appellant tragos, tenuissimis fistulis atq; densissimis. ¶ Inter Cerealia quoque numeratur τράγος: cuius meminit Plin. libro 18, cap. 7 & 10. vbi nō tantùm masculino genere, sed & neutro τράγον vocat: Ex tritici semine tragum fit, in Campania duntaxat & Ægypto. Τράγος (inquit Gorr.) inter fruges numeratur, alicæ figura: multum autem aceris habet, ideóque parum nutrit, & ægrè concoquitur. Dicitur τράγος σπῶδης ad differentiam plantæ quæ etiam τράγος dicitur, & in maritimis prouenit, (ob id ab herbartis iuncus marinus vocata) palmū alta, aut amplius, fruticosa, humilis, oblōga, sine foliis, pusillis circa ramos acinis, rufis, multis, gustu multùm astringente. σκόρπιον etiam aliqui vocant. Hæc ille tam de frumentaceo tragō, quàm de herbaceo, de quo confer quæ scripsit Dioscor. libro 4, cap. 51, cum iis quæ Plinius libro 27, cap. 13. Vt autē ad frumentaceum tragum redeam, sunt qui eundem esse putent cum eo quod hodie frumentum Turcicū appellant, & dicāt ab Hippocr. vocari πρύνον, vt in libro περὶ διαίτης: vbi ait, ἡ βύζις κουφοτέρα πυρῶν. Nec verò frumenti tantùm genus est τράγος, sed etiā pultis, de quo intelligenda sunt verba Plinii paulo antè allata, Ex tritici semine tragum fit. A quo tamen alii dissentiunt, dicentes eum fieri ex olyra: vt Galen. in lib. De alimentis, πῶς δ' ἀνθρωπόπωνοὐ ὁλύρεσιν ὅταν ὡς χρὴ πλίσωσι, τὸν ὀνομαζόμενον τράγον ποιοῦσι. De cuius compositione lege Constantin. Geopon. libro 3: de frumētaceo autem tragō Dioscor. lib. 2, c. 115. Quod verò Rembertus Dodonæus βαγῆφον vocat, aiunt esse ἐρύσιμον Theophrasti, irionem Plinii, sanguineis foliis: sarracenam vulgò dici. ¶ Item τράγος vocatur in cauitate auris ea pars quæ sub extremitate temporum superassurgit in interiorē neruum: cui opposita pars V O C A T V R Ἀντίτραγος, teste Poll. libro 2. Ruf. Ephes. τράγον collocat παρὰ τὸ πέρας τοῦ κροτάφου.

C. Τραγοβάμων, Hircinis incedens pedibus, Hircinos pedes habens. Panis epitheton apud Aristoph. Latini Capripedem vocant.

C. Τραγόκερως, Hircina habens cornua, Cui capri cornua sunt. Τραγόκερως à quibusdam dicitur τὸ τράγιον, ab aliis autem ἡ ἀλίη, vt habetur apud Dioscoridem: fortasse quòd eius folia quantitate, longitudine, figuráque, hircorum cornibus non ineptè respondeant. Gorr.

C. Τραγομάγαλος, Cuius alæ hircum olent, Cui grauis hirsutis cubat hircus in alis, vt Horatius loquitur. Aristoph. Pace, Γεγοσόβαι, μαροὶ, τραγομάγαλοι, ἰχθυοκῦμαι. Vbi schol. simpliciter expon. δριώδεις: quoniam nimirum tales sunt οἱ ἄρρενες τῶν αἰγῶν, hirci seu capri. γεάσωνες alio nomine dicuntur hi τραγομάγαλοι, & γεάσος, eiusmodi alarum fœtor.

C. Τραγόπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, Hircinos pedes habens. Panis epitheton est in Epigramm. qui & τραγοβάμων dicitur, & τραγοσκελής, Latinis Capripes.

C. Τραγοπώγων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, Hircinam barbam habens. Est nomen herbæ quæ alio nomine D I C I T V R Τετραπώγων E T Κόμη, vt legimus apud Dioscoridem libro 2, cap. 173. Ruell. Barbulam hirci vocat Latinè: Gaza composita voce Hircibarbulam apud Theophrastū, Histor. plant. libro 7. Plin. lib. 27, cap. 13, Est & tragopogon, quem alii comen vocant. Et libro 21, cap. 13, Scandix, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco fimillimis.

C. Τραγοσκελής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui hircinis est cruribus, Hircina habens crura. Panis epitheton, vt dixi in Τραγόπους paulo antè.

C. Τραγάκανθα, ης, ἡ, Spina hircina. Genus est spinæ de qua Dioscor. libro 2, cap. 65: & libro 3, cap. 23: & Theophr. Histor. plant. libro 9, cap. 1: & Plin. libro 13, cap. 21. Ab huius fruticis radice vulnerata manat lacryma pellucens, gracilis, læuis, sincera, subdulcis: quæ & ipsa dicitur τραγάκανθα, arteriacis medicamentis accommodatissima.

C. Τραγέλαφος, ου, ὁ, Hirquiceruus, animal hirco & ceruo simile, seu hirci & cerui figuram mixtam habens. Cúiustum alii meminere, tum Aristot. & Luc. necnon Plinius: qui quum libro 8, cap. 32, de ceruis tractasset, caput sequens sic orditur, Eadem est specie, barba tantùm & armorum villo distans, quem tragelaphon vocant, non alibi quàm iuxta Phasin amnem nascens. ¶ Τραγέλαφοι erant etiam pocula quædam, vt testatur Athen. libro 11, duobus in locis: forsan inde sortita id nomen quòd tragelaphi figuram repræsentarent aliquomodo.

C. Τραγορείγανος S I V E Τραγορείγανον, Origanum hircinum. Fruticis nomen apud Dioscoridem libro 3, cap. 35, vbi masculino genere τραγορείγανος dicitur, sicut & ὀρίγανος masculino genere vsurpatum reperitur. Neutro autem genere vocat τραγορείγανον scholiastes Nicandri, sic scribens de etymo etiam huius herbæ, τραγορείγανον δέ ἐστιν ὄρεινον, ὅταν ἐσθίοντες οἱ τράγοι γίνονται καταφερεῖς· διὸ οὕτως εἴρηται. Nominatum igitur τραγορείγανον ex eo quòd hirci ipsum comedentes ad libidinem fiant proniores. Nicander autem fœminino genere in Alexipharm. v. 310, dixit, ὠαλέης τραγορειγάνου. Rursum neutro genere Plinius libro 20, cap. 17, Tragoriganum similius est serpyllo syluestri. V N D E Τραγορειγανίτης οἶνος, Vinum è tragorigano confectum, Vinum tragorigano conditum: apud Dioscor. lib. 5, cap. 55.

C. Τραγῳδός, οῦ, ὁ, Qui cantando caprum meretur. erat enim tragœdiæ præmium caper, vt non solùm testatur Seruius, sed & Horatius innuit, quùm in arte poetica dixit, Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Necnon Virgil. in Palæmone sic scribens, An mihi cātando victus non redderet ille Quem mea carminibus meruisset fistula caprū? Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat. Allegoricè enim hic loqui putatur poeta, & innuere tragœdiam quam à se conscriptam dederat vxori Vari tragœdiarum scriptoris, quacum rem habere solebat: ipsa verò marito suo veluti à se compositā, (literatissima enim fuisse fertur) Varus autem postea veluti suam recitauit. At ille qui autor est libelli De tragœdia & comœdia, Initium (inquit) tragœdiæ & comœdiæ à rebus diuinis est inchoatum, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur antiqui. Nam incensis iam altaribus & admoto hirco, id genus carminis quod sacer chorus reddebat Libero patri, τραγῳδία dicebatur, vel ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc est ab hirco, hoste vinearum, & cantilena, cuius rei apud Virgilium plena fit mentio: vel quòd hirco donabatur eius carminis poeta: vel quòd eius vter musti plenus solēne præmiū cantoribus fuerat: vel quòd ora sua fæcibus perlinebant scenici,

C. ΥΠΟπεῖχίζω, Murum substruo, Muro subtus munio. VNDE Ὑποπείχισμα, Murus alicui loco substructus: Alius Subiecta munitio, & ex Vitruuio Substructio. Thucyd. libro 6, pag. 231, ἐπειδὴ δὲ τοῖς Συρακοσίοις ἀρκοῦντως ἐδόκει ἔχειν ὅσα τε ἐταυρώθη καὶ ὡκοδομήθη τὰ ὑποπείχισματος. Quod ὑποπείχισμα ibidem ab eo DICITVR Ὑποπείχισις. sic enim ait, ἐπαναχωρήσασα ἡ πᾶσα στρατιὰ τὴν τε ὑποπείχισιν καθεῖλον, καὶ τὰ ταύρωματα αὐέσασαν. D

TE'KMAP, Finis. Aristot. Rhet. 1, quū exposuisset quid sit τεκμήριον, subiūgit, τὸ γὰρ τέκμαρ καὶ πέρας, ταὐτόν ἐστι τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. Quomodo Pind. Nem. pro vltimo & extremo vsurpauit, seu pro fine & exitu rerum: ode vltima, τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ, à Ioue autem hominēs certus non sequitur exitus. Hesych. quoque expon. πέρας, τέλος. E

‖ Eustathio significat etiam σημεῖον, Signum: quemadmodum τεκμαίρεσθαι quoque significat non solùm πλειοῦν, sed & σημειοῦσθαι, vt paulo pòst docebo. Exponitur & πέρας, quo significatur Prodigiosum signum, seu Prodigium, Ostentum.

ITEM Τέκμωρ eodem significatu reperitur quo τέκμαρ, id est pro fine & exitu. vt Odyss. λ, vers. 466, Ὡς δὴ δὴθ' ἐνὶ νόσῳ ἐρύκομαι, οὐδέ π τέκμωρ Εὑρέμεναι δύναμαι, nec finem vllum huius mei erroris inuenire possum. Et Iliad. ι, versu 47, — μαχησόμεθ' εἰς ὅκε τέκμωρ Ἰλίου εὕρωμεν, Donec finem Ilii inueniamus, Donec Ilium se tandem dedat. Vel etiā, Donec Ilii fata videamus. Nā & alibi idē poeta dicitur τέκμωρ accepisse pro eo quod passim vocat τέλος θανάτοιο, μόρον, θάνατον. Eustath. verò aliteraccipit. exponens hunc versū 418 eiusdē libri Iliad. Οἴκαδ' ἀποπλείειν· ἐπεὶ οὐκέτι δηρὸν τέκμωρ Ἰλίου αἰπεινῆς, annotat, poetam, quod suprà dixerat, οὐκέτι Τροίαν αἰρήσομεν εὐρυάγυιαν, hoc loco ὡς ἀφαιρεῖται, & τέκμωρ vocare τὸν ἐν Ἀχαιοῖς σκοπιμώτατον τέλος, finem quem præcipuè spectabant Græci, veluti scopum suum. Et sic τέκμωρ dicetur etiā Finis alicuius actionis, id est Finis ad quem actio aliqua velut in scopum dirigitur. Vbi etiam NOTA Δήεται, quod expon. εὑρήσεται, (rectè, vt patet ex antè citato loco) & dicit inde DERIV. Δηώ, de qua in fabulis. Rursum pro τέλος accipit idem apud eundem, Iliad. α, vers. 526, Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα σε πείθῃς. Τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον Τέκμωρ. οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Exponens enim eum locum, τὸ δὲ κατανεύσω (inquit) τῇ κεφαλῇ τὸν Δία, μέγιστον τῷ τέκμωρ ἤτοι τέλος τελεῖν. vt innuat poeta, si quid annuat Iupiter, fore vt finem suum consequatur, & ad exitum perducatur. & tunc eius βουλὴ dicitur τελεσθῆναι, finem & exitum consequi eius quod volebat. E H

‖ Ab Hesychio exponitur τέλος φανερόν: item μαρτύριον, σημεῖον. Quas significationes τέκμαρ etiam habere, paulo antè docui.

Τεκμαίρομαι, Ad finem & exitum perduco, Perficio: idē quod τελεῖν seu τελεοῦν, aut ὅπῃ τέλος ἄγει. quomodo accipit Eust. apud Hom. Od. η, v. 312, Πομπὴν δ' ἐς πόλ' ἔγεν' τεκμαίρομαι αὔριον, exponens τελειοῦν: quemadmodum & Il. η, v. 70, Ὄρνια μὴν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν, Ἀλλὰ κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισι, idem exp. τελειοῖ: vt & breuium schol. autor, τελειοῖ, ὅπῃ τέλος ἄγει. Eodémque modo & Hesychio τεκμαίρεται est ὅπῃ τέλος ἄγει, φαίνει, qui & τεκμήρατο affert pro συνεφάνατο, & τεκμαίρομαι expon. per futurum ἀποτελέσω. Sed notādum est, à scholiorum breuium autore illius τεκμαίρεται afferri & aliā expositionem, nimirum βουλεύεται quemadmodum & apud Hesiodum Erg. — οὐδέ ποτ' αὐτοῖς Ἀρχαλέον πόλεμον τεκμαίρεται ἀρνόμενος Ζεύς, exponūt βουλεύεται, κατασκευάζει, Machinatur, Struit & molitur, Inferre parat. At in meo manuscripto Homeri exemplari legitur & alia eius versus paraphrasis: hæc nimirum, ἀλλὰ κακὰ φρονῶν καὶ βουλευόμενος ἀμφοτέροις φαίνεται. quasi τεκμαίρεται accipiatur passiuè pro φαίνεται & δηλοῦται. cuius vsus exemplum desidero. ‖ Τεκμαίρεσθαι Hesychio est etiā φεάζεσθαι, Dicere: vel etiam Denūtiare. vt accipi potest apud Homerum, Il. λ, v. 112, Εἰ δέ κε σήματα, (nimirum boues solis) πάντ' τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον Νηί τε καὶ ἑτάροις, Si verò boues solis laseris, interitum tibi denūtio, seu prædico. Vbi Eust. τεκμαίρομαι exp. σημειοῦμαι καὶ μαντεύομαι. vt & Hesych. τεκμαίρομαι exp. σημειώσομαι, & Τεκμαίρει, σημείωσαι, Nota, Obserua: & Dionys. De situ orbis, τεκμαίρεται οὖρον dixit pro σημειοῦται, notat & obseruat terminū, vt nonnulli interpr. ‖ Rursum Hesych. τεκμαίρομαι exp. non solùm σημειοῦμαι, Noto, sed etiam σκέπτομαι, id est Speculor, Dispicio, Considero: itē στοχάζομαι, quod significat Coniicio. Quorum vtrunque metaphoricè sumptū est ab iis qui ad scopum sagittas mittūt. Vt enim στοχάζεσθαι τοῦ σκοποῦ dici suprà docui, ita & pro Cōiicere vsurpari patet ex Quintil. quum lib. 3, c. 7, ait, Coniectura dicta est à cōiectu, id est directione quadā rationis ad veritatem: vnde etiam somniorū atq; ominum interpretes Coniectores vocamus. Qui coniectus & στοχασμὸς habet & ipse suum τέκμαρ, id est scopum & signū in quod dirigit & cōiicit sagittam. Ita vt τεκμαίρεσθαι & στοχάζεσθαι sit ex coniectu ratiocinationis ad veritatē colligere aliquid: quod simpliciter dicitur Coniicere, item Coniectare: necnō Coniectura iudicare, Cōiectura prospicere seu prouidere, Cōiectura percipere, Coniectura reperire, Coniectura assequi seu consequi, item & Cōiecturam facere. In qua sign. interdum cum ὅτι construitur. vt apud Thuc. lib. 1, p. 1, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντες ἦσαν, cōiiciens eos vigere & pollere. Interdū cum infinitiuo, vt Coniicio & coniecto apud Latinos. Herodian. lib. 4, ὡς ἐτεκμήραντο ἤδη αὐτοὺς εἶναι ἐνδεῶς τῶν ὅπλων τῷ μεγέθει, quum verò cōiiceret ipsos iam esse militū suorum armis conclusos. Interdū cum datiuo. Xen. Pæd. 1, p. 5, ᾧ νῦν δὴ σὺ τεκμαιρόμενος εἰς πᾶν λέγεις: quānam nitens cōiectura? Vndenam coniecturam faciēs? Sic Herodot. τεκμαίρομαι τῇ ἐσθῆτι, E veste coniecturā facio, E vestibus cōiecturam capio seu duco. Et Plut. Lycurgo, τεκμαίρομαι τοῖς ὑποδημασι, è vestibus cōiicio. Et in Galba, τεκμαιρόμενοι τῇ φωνῇ, è voce coniecturā facientes. Et in Numa, τοῖς τῶν Ῥωμύλου παθήμασι τεκμαίρομαι. Plato De leg. dixit etiam, τίνες τεκμαίρονται τίνος ὀπτυμεῖ τὰ παιδία, ex his signis coniciunt quarūnnā rerū cupiditate infantes ducantur. Vbi τίνος ὀπτυμεῖ τὰ παιδία accusatiui vice ponitur. Nam huic datiuo aliquando subiungitur accusatiuus rei quam coniectura quærimus, aut iudicamus percipimūsve. Isocrates in Panegyrico, εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι, si de rebus futuris coniectura facienda est ex præteritis. Sed notandum, datiui instrumentalis loco qui in præcedentibus est, interdum poni ἐκ, interdū ἀπὸ cū suis genitiuis. vt Plut. in Solone dixit, τεκμαιρόμενος τὰ νῦν ὄντα τῶν πάλαι, de præsentibus coniecturā capiens ex præteritis. Et in Lycurgo, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τρόπου τεκμαιρόμενος τὸ ἦθος, ex eius mansuetudine coniiciens quali prædiu esset ingenio. Et in Numa, ἀπὸ τῶν ἔργων τοῖς ἤθεσι

τῶν πολιτῶν τεκμαιρόμενος. Sic Galen libro 1. ad Glauc. ἐνίοτε A
γὰρ ἐκ πόνων τεκμαίρεσθαι κἀν τοῖς ὑγιαίνουσι τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. Rursum loco accusatiui ponitur interdum τοῦ cum suo genitiuo. vt quum Plutarch. in Fab. dixit, τεκμαίρεσθαι τοῦ τὰ μέλλοντος ὀρθῶς τὸν ἀγαθὸν στρατηγόν, de rebus futuris eum qui bonus dux sit, rectè coniectare. Sic Isocr. Archid. εἰκὸς γὰρ τοῦ τὰ μελλόντων τεκμαίρεσθαι τῆς ἤδη γεγενημένοις. Nonnunquam cum datiuo illo instrumentali (aut certè qui instrumentalis locum obtinet) aliquid subaudiendum relinquitur: veluti quum Plut. Symp. 4 dicit, ταῖς ῥωμαῖς τεκμαίρεσθαι τὰ τὰ ὑδατα μετιόντας, relinquitur subaudiendum πῶς εἰσι. significat enim, eos qui tubera quærunt, ex rimis coniectare vbinam ea lateant. Vbi etiam manifestè nota datiuum instrumentalem ῥωμαῖς positum esse pro ἀπὸ ῥωμῶν seu ἐκ ῥωμῶν. Diuersa autem constructione affertur ex Theophast. libro 3 De caus. plant. τεκμαίρομαι τοῖς τῶν τὴν χόνον, cum hac Gazæ interpr. Ad normā huius temporis moderor. Sed & actiui VERBI Τεκμαίρω aliquis vsus est. cuius hoc exemplum Bud. affert ex Arato, τεκμήρατο πᾶσαν ἀοιδήν, cum hac scholiastæ expositione, πιστώσατο δι' τεκμηρίων, ἢ δείξατο, Certis signis ostendit & probate. Ex quo loco v. l. fluxerunt THEMA Τεκμήρω, Indico. B C

VNDE Τέκμαρσις, εως, ἡ, Coniectura: στοχασμός, vt schol. Thuc. exp. hoc in loco libri 2, p. 77, εἴ τις δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλλησιν, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν τοῦ ἐκφοβῆσαι. Ex Galeno affertur pro Cognitio quæ fit per τεκμήριον: exponitur verò & Interpretatio. ET Ἀτέκμαρτος, ου, ὁ & ἡ, Qui ad finem perduci nequit, Qui ad exitum peruenire & perfici nequit: vt Hesych. & Suid. ἀτέκμαρτον expon. ἀτελεύτητον: à τεκμαίρομαι significante τελεοῦν & φθάνω. D

‖ Item ἀτέκμαρτος dicitur De quo nulla certa coniectura fieri potest, Qui nulla cōiectura capi seu deprehendi potest, Quem assequi seu cōsequi cōiectura non possumus: vt ab Hes. quoque exponitur ἄγνωστος, ἄσημος, Qui cognosci non potest, videlicet con iectura aliqua, Qui nulla nota deprehendi nec vllo signo cognosci potest. Plut. De orac. Pyth. οὐ πύθοις γὰρ οὐδὲν ἀτέκμαρτον, οὐδὲ τυφλόν. Et Thucyd. lib. 4. pag. 141, καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς πόνου δι' τὰ ἀτέκμαρτον δέος. Et Eunap. apud Suid. ἀτέκμαρτον τύχῃ dicit τὴν ἀκατανόητον, vt quidem ille expon. Homo etiam aliquis ἀτέκμαρτος dicitur actiuè pro ἄσκοπος, Inconsideratus, seu Nullas coniecturas aut signa sequens in re aliqua, Qui τεκμάρσει non vtitur. Aristoph. Auibus, ἀνθρωπος ἀστάθμητος, πεπόθητος, ἀτέκμαρτος. vbi Suid. expon. οὗ σημεῖον δι' τῆς πίστεως οὐκ ἐμφαίνων, vnà cum scholiaste. Idem Suidas ἀτέκμαρτον paulo antè exposuerat ἀκατάσχετον. VNDE Ἀτέκμαρτα ET Ἀτεκμάρτως aduerbialiter pro Sine coniectura, seu Nullam sequendo coniecturam, Absque coniectura. Synes. De insomn. ὁ πιστὸς ἀτέκμαρτα πλεῖ, Nulla nititur coniectura nec vllis signis in nauigatione, Inconsideratè nauigat. Xenoph. verò Pæd. 2 dicit, τὰ δ' ἀτεκμάρτως ἔχοντα ὅτου ἕνεκά ἐστι, pro ἃ οὐκ ἔστι τεκμαίρεσθαι ὅτου ἕνεκά εἰσι, Quæ ad quem finem tendant coniici nequit. E F

A τεκμαίρομαι est & COMP. Διατεκμαίρομαι, Per signa demonstro, vt coniectare sit facile, Significo, Certis notis ostendo. Hesiod. Erg. — ἐργάζου νύκτα Πέρσῃ, Ἔργα τά τ' ἀθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο. Vbi Moschopulus διετεκμήραντο exp. ἐγνώρισαν, τεκμαίρεσθαι ἔδωκαν: subiungens, poetam θεοὺς ibi vocasse τὰ στοιχεῖα, elementa: quoniam nimirum ἀπὸ πόνων τεκμαιρόμενοι οἱ ἄνθρωποι τὰ τῆς γεωργίας ἔργα ἐργάζονται. G

Τεκμήριον, ου, τὸ, Id quo coniicimus, Id quo coniectura nostra nititur, Signum, Nota, Indicium, Argumentum. Peculiariter tamen de certo & indubitato signo dicitur apud rhetores: qualis est quam Cic. propriam rei notam appellat. Aristot. Rhet. libro 1, πόνων ὁ (nimirum τοῦ σημείων) τὸ μὲν ἀναγκαῖον, τεκμήριον· τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον, αἰνίγμου ὅτι κατὰ τὴν διαφορέν. Vbi nota eum τεκμήριον definire σημεῖον ἀναγκαῖον: pro quo ibidem dicit σημεῖον ἄλυτον. & ex hoc signorum genere fieri syllogismum ait, addens, ὅταν γὰρ μὴ ὂν δέχεσθαι οἴωνται λῦσαι τὸ λεχθέν, τότε φέρειν οἴονται τεκμήριον, ὡς δεδειγμένον καὶ πεπερασμένον: quoniam videlicet τέκμαρ (vnde deriuatum τεκμήριον) & πέρας antiqua lingua vsurpabat pro eodem. Itidem Quintil. libro 5, cap. 9, Signorum alia necessaria sunt, quæ Græci vocant τεκμήρια: alia non necessaria, quæ σημεῖα. Priora illa sunt, quæ aliter habere se non possunt. Alia sunt signa non necessaria, quæ εἰκότα Græci vocant: quæ etsi ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adiuncta cæteris plurimùm valēt. Vbi etiam annotat, τεκμήρια vix ad præcepta artis videri pertinere. quoniam vbi signum est insolubile, ibi ne lis quidem est. Id autem accidere quum quid aut necesse est fieri factúmve esse, aut certè omnino non potest fieri vel factum esse: quo in casis posito, lis non est nisi facti. Hoc autem genus per omnia tempora perpendi solere, pluribus ibidem exemplis docet. Vbi etiā Signum & Argumentum non idem esse ostēdit. quoniam signa, siue indubitata sint, non sunt argumenta: (quia vbi illa sunt, quæstio non est: argumento autem nisi in re controuersa locus esse non potest) siue dubia, nō sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent. Signum verò (inquit) vocant σημεῖον: quanquam id quidam Indicium, quidam Vestigium nominarunt, per quod alia res intelligitur, vt per sanguinem cædes: idque vt per se non sufficit, ita cæteris adiunctum, testimonii loco ducitur. Sed & apud medicos τεκμήριον dicitur id quod perpetuò vnum aliquid significat: quod non est aliud quàm argumentum ab indicatione sumptum, siue ipsa indicatio: & argumentum necessarium. qua re differt ἀπὸ τοῦ σημείου, quod non est perpetuum neque necessarium, vt quod non desumatur à propria cuiúsque rei indicatione quam natura suggerit, sed ab obseruatione empirica quam τήρησιν appellant. est enim σημεῖον propriū τῆς ἐμπειρικῆς, sicut τὸ τεκμήριον τῆς οἰκονομικῆς, quod non est aliud quàm indicatio. Hæc de peculiari τοῦ τεκμηρίου significatione apud medicos, & rhetores: apud quos sunt qui etiam interpretentur Argumentum neruosum. Alioqui in communi vsu simpliciter accipitur pro Signum, Nota, Indicium, Argumentum, Documentum, Testimonium. Isocr. ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς περὶ Ἰωνικὸν σπουδῆς. Et Plato in Apolog. Socr. μεγάλα δ' ἔγωγ' ὑμῖν τεκμήρια παρέξομαι τούτων. Itidemque Aristot. Hist. anim. lib. 9, ὧν τινὲς τεκμηρίῳ χρῶνται ὡς τοῦ μὲν, ἀρρένων ὄντων, τοῦ δὲ, θηλειῶν, quibus signis coniiciunt quosdam masculini esse sexus, quosdam fœminini. Dicitur item aliquis τεκμήριον πιθέσθαί τι, pro τεκμηρίῳ χρῆσθαί τινι, aliquo veluti signo & coniectura niti, apud Platonem. Necnon & τεκμήριον προσφέρειν: vt Plutarch. in Lyc. τεκμήριον προσφέρων τὸν Ὀλυμπιάσι δίσκον, ἐν ᾧ τὸ σῶμα τοῦ Λυκούργου διεσώζετο κατακεκαυμένον. Aliquando reperitur in fine alicuius sententiæ τεκμήριον, omisso verbo substantiuo ἔστι, seu ἔστω, aut εἴη αὖ, Argumento & documento sit. velut apud Xenophontem, De re equ. pag. 554. ὡς δὲ καὶ τοῦ παχὺ θεῖν ἵππος ἥδεται, τεκμήριον. ἐκφυγὼν γὰρ οὐδεὶς βάδιον πορεύεται, ἀλλὰ θεῖ, hoc sit documento & argumento, quòd nullus quum effugerit, pedetentim incedit, sed currit. Sic & in principio sententiæ postquam aliquid affirmauimus, aut negauimus, dicimus τεκμήριον δέ, pro τεκμήριον δὲ τούτου εἴη αὖ, aut ἔστω, Argumento autem sit, Eius rei documentum & indicium hoc sit: quomodo reperitur & σημεῖον δέ, ἀπόδειξις δὲ, vt suis locis docui. Thucyd. libro 2, pag. 64, τεκμήριον δέ, τοῦ μὲν ποιούντων ἐρίθων ὀπτήσεις σαφῶς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο ἔτι, signum autem & indicium vnde id coniicere licet, hoc est, quòd aues illæ manifestò desinebant esse, nec amplius cernebantur. Vbi etiam nota ἔλλειψιν coniunctionis ὅτι. quam non itidem omisit Xenoph. quum in libro De re equ. dixit, τεκμήριον δὲ ὅτι πόνοις ἥδεται ὅταν γὰρ, & quæ sequuntur. Rursum Thucyd. libro 3, pag. 105, τεκμήριον δὲ ὡς οὐ πολεμίως ἐστρατόμεθα. οὐ γὰρ ἠδικήσαμεν οὐδένα. Sic & alibi apud alios. VNDE Τεκμηριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Constans ex iis quæ vocantur τεκμήρια. Aristot. sub finem lib. 2 Rhet. τὰ δὲ τεκμήρια καὶ τεκμηριώδη ἐνθυμήματα, κατὰ μὲν τὸ ἀσυλλόγιστον οὐκ ἔστι λῦσαι. Vbi τεκμηριῶδες ἐνθύμημα appellat enthymema confectum ex signis necessariis: veluti

est illud, Lac habet, ergo peperit. De quibus consule Quintilianum libro 5, cap 9. ITEM Τεκμηριόω, ῶ, Fut. ώσω, Nitens coniecturis & τεκμηρίοις pronuntio. Thucyd. libro 3, pag. 117, τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν ὅτι ἰῶν τοπάλαι μεγάλη ξυόδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ. vbi schol. expon. δῆλα τεκμηρίου ἐδήλωσε. Sic idem libro 1, τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος. πολλῷ γὰρ ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν γηγένθυος, οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν Ἕλληνας. Sic Arrian. libro 6, pag. 231, & Theodor. Histor. Eccles. libro 2, fol. 31 & 41, teste Bud. qui τεκμηριοῦν interpr. Indicare, Indicio significare: quod Aratus τεκμαίρειν dicit.

ΤΕΛΛΩ, Existere & oriri facio. Cuius pass. τέλλομαι, Existo, Orior. at Hesych. τέλεται expon. γίνεται, αὐξεται, id est Fit, Perficitur: necnon ὀπτελεῖν φαίνεται, quod mendosum est. Ita vt τέλλειν, sequendo istas eius exposit. sit Facio, Efficio, Perficio. At ἀνατέλλω transitiuũ, est Existere & oriri facio: Ἐπιτέλλω autem, Faciendum & perficiendũ iniungo. de quibus mox. Idem tamẽ Hesych. rursum τέλλον expon. non solùm ἐποίουν, verùm etiam ἔμελλον. Etymologo autem τέλλω est περιπάτω, κελεύω, quo modo ὀντέλλω & ὀπτέλλω accipiuntur. Alii verò & pro ἕλλω nonnunquam vsurpari aiunt per aphæresin. Vtut sit, rara sunt huius verbi exempla, adeo vt de eius significatione nihil certi possit statui, & tantùm lexicographorum vestigiis insistendum sit, & ex compositis aliquid diuinandum.

C. ΑΝΑτέλλω, Oriri facio. vt Matth. 5, ἀνατέλλει ὁ θεὸς τὸν ἥλιον, Deus oriri facit solem. Capitur & generaliter pro ἀναφύω, Oriri seu enasci facio, Existere facio, Produco, Emitto. vt Iliad. ε, Τοῖσιν δ' ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνέτειλε. Et sic τέλλειν quoque pro Existere & oriri facio, vsurpari putatur. Sed & neutraliter accipitur Ἀνατέλλω, pro Orior, Exorior. Ac propriè sol & luna dicũtur ἀνατέλλειν, (secundum quosdam grammaticos) reliqua autem sidera ὀπτέλλειν. Sunt & qui de sole dũtaxat propriè vsurpari tradant. Xenoph. Pæd. 8, πρὶν ἥλιον ἀνατέλλειν. Apud Herodotum ἀνατέλλειν pro Oriri, de fluuio etiam vsurpatur: & apud Pausaniam in Arcadicis aqua itidem dicitur ἀνατέλλειν. Et ad Hebr. 7, Dominus dicitur ἀνατετάλκεναι ἐξ Ἰούδα. ‖ Item ἀνατέλλω, Enascor, vel Emico, Existo, Apparere incipio. Apoll. Arg. 2, — σκοπιὴ δ' ἀνέτελλε γηθέλη. Idem 2, — ὀρέων ἀνέτελλον ἐείναι.

VNDE Ἀνατολή, ῆς, ἡ, Ortus, Exortus. Propriè ἀνατολὴ dicitur de sole & luna: (vel, secundum quosdam de sole duntaxat) de reliquis sideribus ὀπτολή. de qua differentia à nonnullis grammaticis posita, itemque de alia, dicetur in Ἑπτολή. Sciendum est verò, dici aliquando ἀνατολὴ ἡλίου, sæpe verò genitiuum ἡλίου omitti. Plutarch. in Problem. Roman. ἢ πρᾶξεως μὴν ἀρχὴν ἐποιοῦτο τὴν ἀνατολήν, πρασκευὴς ἢ τὴν νύκτα. Dicitur verò & pluraliter ἀνατολαὶ ἡλίου: & ab Aristotele De mundo triplices constituuntur, αἱ μὲν θερειναὶ ἀνατολαὶ, αἱ δὲ ἰσημερειναὶ, αἱ δὲ χειμερειναί. Ἀνατολὴ, Oriens, Orientalis pars. Sæpissime autem vsurpatur in hac significatione pluralis pro singulari. Plutarch. in Problem. Roman. τῆς πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἀποβλέπουσιν ἐν ἀριστερᾷ γίνηται τὸ βόρειον. Apud Herodianum κατ' τὰς ἀνατολὰς identidem, pro In oriente. Ἀνατολὴ, Album illud quod est iuxta vnguium radices, Poll. VNDE Ἀνατολικὸς, ός, ὸν, Orientalis, Eous.

Inde & BICOMP. Ἐξανατέλλω ET Παρανατέλλω. Est autem ἐξανατέλλω, Exoriri & existere facio: vel etiã Excito, Plut. Pericle, θόρυβον πολὺ ἐξανατέλλει, Magnum tumultũ excitat, Facit vt magnus exoriatur tumultus. Nonnunquã & Produco exponi potest. Item & neutraliter interpretantur Exorior, Existo: quo modo & ἀνατέλλω accipi ex antedictis patet. Παρανατέλλω verò sive παρανατέλλομαι, Iuxtà exorior, Iuxta orior: vox astronomis vsitata, ex quibus affertur ET Παρανατέλλον, τὸ, Sidus oriens iuxta aliud sidus. Nisi fortè scribendum potius est παρανατέλλον. ITEM Ἐπανατέλλω exponitur Orior, Exorior: NEC NON Προανατέλλω, Prius orior: ET Συνεπιτέλλω, Vnà orior,

de quibus infrà in Ἑπτολή.

Poeticè pro Ἀνατέλλω DICITVR Ἀντέλλω, metri causa, vt ἀμπνέω pro ἀναπνέω. Atq; vt ἀνατέλλω & transitiuam & intrãsitiuam habet significationem, ita & αὐτέλλω. Transitiuè enim & actiuè vsurpatur pro Existere & oriri facio, seu Excito: itẽ Produco. velut apud Apollon. Rhod. lib. 2 Argon. — χοάσοντας ἱδρῶτας Ἀντέλλων, Producens, φύων. Intransitiuè autẽ & neutraliter pro Existo, Orior, Exurgo. vt apud eundẽ eodem libro, ἠὼς αὐτέλλει, aurora exoritur. Et apud Aristoph. Nub. εἰ μηκέτ' αὐτέλλοι σελήνη. Epigr. verò lib. 2, quidam dixit, Ἀνθεα δ' αὐτέλλοισι κατ' χθόνα. Passiuum quoq; αὐτέλλομαι reperitur pro Orior seu Exorior, Existo. VNDE Ἀντολὴ pro ἀνατολὴ itidem metri causa, Ortus seu Oriẽs. Apollon. Argon. 2, Ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς, Ante ortum caniculæ, Antequã canicula exoriatur. Vbi nota etiã, confundi differentiam quam inter ἀνατολὴν & ὀπτολὴν quidã statuerunt, de qua paulo antè dictum est. Ab Hesychio verò αὐτολαὶ exp. γλυκύτης: qui ET Ἀντολὴν dici scribit pro ἀνατολήν. Quod αὐτολὴν ita vsurpatum legitur lib. 5 Epigr. VNDE Ἀντολήνδεν, Ab ortu, seu Ab oriẽte. Alioquin αὐτολὴν adiectiuè quoque accipi potest pro ἀνατολική. nam DICITVR ET Ἀντόλιος pro Orientalis, Eous: ἀνατολικός. Inde & BICOMP. Ἐπαντέλλω, quod itidem exponitur Orior, Exorior.

C. ΕΝτέλλω, Faciendum iniũgo, Mandatũ impono quod aliquis exequatur: vt sit ὀπτείς τι αὐύειν καὶ πιεῖν κελεύω. nam τέλλειν significare αὐύειν, τελεῖν, πιεῖν, Hesych. autor est. Passiua quoque & media vox itidem actiuè vsurpantur pro Faciendum iniungo, Mandatum do, Præcipio, Iubeo. Herodian. libro 3, ὧν τα εἰπὼν, ἐντέλλεται τινὶ τῶν πιστοτάτων ἑαυτῷ, ἀγγελίας Πλαυτιανῷ ἥκειν πρὸς αὐτὸν, iniungit cuidam sibi fidissimo, nuntiet Plautiano vt acceleret & adsit quamprimùm. Et aliquanto antè, ἐνετείλατό μοι φόνον σόν τε καὶ σοῦ παιδός, cædem mihi tuam filiique tui mandauit. Ibidem, ἔθος γὰρ τῶν τυραννικὸν, εἴ τινα ἐκπέμποιεν ὅπῃ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τῶν δι' γραμμάτων, tyrãnis mos est, quum aliquem indemnatũ occidi iubent, per literas potissimùm iniungere. Et lib. 1, τῶν ἀγγέλων εἰπόντων ταῦτα, καὶ τὸν πατέρα ἐντεπάλθαι ῥήμασι, hæc patrem suis ipsius verbis mandasse. At pass. voce simul ac signif. dixit libro 7, δεδιέναι δὲ μὴ ἰδιάτερον, ἀπαγγεῖλαί τε τὰ ἐντεταλμένα, mandata principis exponere. quemadmodum & Xenoph. Pæd. 5, ἐπὶ ἐλεξε τὰ ἐντεταλμένα, Postquam mandata exposuit, Postquã exposuit quæ ei in mandatis data erant. Sic ἐντέταται ἡμῖν, præceptum nobis est.

VNDE Ἔνταλμα, ατος, τὸ, Idipsum quod alicui faciẽdum iniunctum est, Præceptum, Mandatum, Iussum. ET Ἐντολὴ pro eodem. Ambo passim occurrunt in scriptis Noui testamenti. vt in epist. ad Coloss. c. 2, κατ' τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. Et in epist. ad Tit. c. 1, μὴ πρὸς ἔχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων, præceptis seu præscriptis hominũ. Quæ opposita sunt ταῖς Θεοῦ ἐντολαῖς, dei mandatis. In eodem Nouo test. aliquis dicitur ἐντολὴν διδόναι & γράφειν, veluti superior: alius autem λαβεῖν, item & ἔχειν, & τηρεῖν, vel etiam φυλάττειν, παρέρχεσθαι, λύειν, vt ex sequentibus locis patebit. Ioann. 12, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω, Ipse mihi in mandatis dedit (seu mandauit) quid loquar. Idem epist. 1, cap. 2, οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, nõ nouum præceptũ meis ad vos literis mando, sed vetus & ab ipso Christo datum: qui Ioann. 15 dixerat, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Act. Apostol. cap. 17, λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν. In epist. ad Hebr. cap. 7, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαόν. Ioann. 14, ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε, Si diligitis me, mandata mea seruate. Et cap. 15, ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου. Et Lucæ 15, οὐδέποτε τὴν ἐντολήν σου παρῆλθον. Et Matth. 17, παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Pro quo Marcus cap. 7 habet, ἀφέντες τὴν ἐντολὴν Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων. Rursum Matth. 5, ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων ἐλαχίστων. Nota igitur de quouis mandato dici, & cuiusuis hominis, siue pii siue impii, & tam Christi mandata in Nouo testamento data ἐντολὰς vocari, quàm ea quæ per Mosen in

veteri Testamento: & peculiariter de decem illis mandatis quæ duabus inscriptæ erant tabulis, seu generaliter de mandatis legis: vt in epist. ad Roman. cap. 7, ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν. Et Matth. 19, εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς. Sic Marci 10 & 12, atq; alibi passim. Nec verò in Nouo tantùm testamento huius verbalis vsus est, sed & apud Demosth. Pro corona, ἔδοξε τῷ δήμῳ πρέσβεις ἑλέσθαι πρὸς Φίλιππον περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀνακομιδῆς, καὶ ἐντολὰς δοῦναι, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ψηφίσματα. Inde & BICOMP. Προσεντέλλω seu Προσεντέλλομαι, Insuper mando, seu iniungo. Xen.

C. ΕΠΙτέλλω, idem quod ἐντέλλω. Frequens apud Homerum, qui interdum sine adiectione ponit pro Iubeo, Mando, Præcipio. vt Od. ξ, — ἐπὶ πόλιν δ' ἴεν αὖθις ἐρεσσόμενοι, ὡς ἐπέτελλον αἰὲν ἐμοί, vt iubebat herus meus. Et Iliad. ρ, Ὡς Αἴας ἐπέτελλε πελώριος, sic iubebat Aiax. Aliquando cum datiuo, itidem pro Iubeo, Mandato do. vt Iliad. ν, Τὸν μὲν ἑταῖροι ἔνεικαν, ὁ δ' ἰήσεσθαι ἐπέτειλε, Ἤιεν ἐκ κλισίης, quum medicis mandata dedisset de eo curando. Nisi quis malit repetere accusatiuum τὸν, vt sit, ὁ δ' αὐτὸν ἰήσεσθαι ἐπέτειλεν, medicis eum commendauit. quæ expositio videtur insolentior. Aliàs cum accusatiuo rei quæ iniungitur seu exequenda imponitur, idem iunxit: Iliad. ε, vbi dicit, Ἀλλ' ἔπ σῶν μέμνημαι ἐφετμέων, ἃς ἐπέτειλας. Cuius accusatiui loco sæpe infinitiuum ponit, vt Iliad. μ. Ἡνίοχῳ μὲν ἔπειτα ἑῷ ἐπέτελλεν ἕκαστος Ἵππους εὖ κατὰ νόσμον ἐρυκέμεν. Et Iliad. φ, ὅ τοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλε Τρωσὶ πεζοστάσιμεν καὶ ἀμύνειν. Et Odyss. μ, — ἢ μοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλε Νέστορ ἀλεύασθαι περιμήκεος ἠελίοιο. Item & pass. voce ac signific. Iliad. β, Τῷ δ' ὀπτ πάντ' ἐτέταλτο ἀναστέμεν Αἰτωλοῖσι, Imperium in Ætolos ei commissum fuerat, Mandatum ei fuerat vt Ætolis imperaret seu præesset. Vbi schol expon. πεποιήκει, item ἐνεκειρίζετο, & ὀπτ πύτω ἐοῦ τὸ πᾶν τῆς ἐξουσίας. Interdum verò omittitur datiuus personæ. vt quum Hesiod. in Theogon. dicit, τελέσας τοὐνέκεν αἰθλοις, τοὶ πολλοὶ ἐπέτελλε μέγας βασιλεύς, quos ei multos iniungebat & exequendos imponebat. Et rursus in Aspide, — ἐμοὶ δαίμων πολλοὶς ἐπέτειλεν ἀέθλους. Sic enim quidam legunt, quum alii codices habeant ὀπτέλλετ'. Nam & pass. ὀπτέλλομαι pro ὀπτέλλω ponitur, & quidem in hoc ipso loquendi genere. Dixit enim Homer. Odyss. λ, — ὁ δέ μοι χαλεπὸς ἐπετέλλετ' ἀέθλους. Cui prorsus simile Hesiodicum illud in Asp. vers. 94, Αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεπὸς ὀπτέλλετ' ἀέθλους. Atque adeò easdem habet constructiones ὀπτέλομαι quas ὀπτέλλω. Aliquando enim seorsum & solum ponitur, sicut & ὀπτέλλω. vt Odyss. ρ, vers. 10, Οὐ γὰρ ὀπὶ σαθμοῖσι μάχειν ἐπιτηλίκος εἰμὶ Ὥστ' ὀπτειλαμένῳ σημαίνει πάντα πιθέσθαι, Ei qui imperarit & iniunxerit quippiam. Interdum datiuum personæ iunctum habet, vt Odyss. μ, Σοὶ δὲ κυβερνῆθ' ὧδ' ὀπτέλομαι· ἀλλ' οἱ σύμφ' Βάλε, Sic tibi præcipio, Hæc tibi mando. Nonnunquam cum hoc personæ datiuo habet accusatiuum rei, vt & ὀπτέλλω. velut Iliad. α, vers. 25, Ἄλλοισι δὲ ταῦτ' ὀπτέλεο· μὴ δὲ μοι γε Σήμαινε. Et Iliad. τ, vers. 192, Σοὶ δ' αὖτ' τόδ' ἐγὼ ὀπτέλομαι ἠδὲ κελεύω. Cuius accusatiui vice interdum infinitiuus ponitur, vt Iliad. φ, v. 240, θύρας ὀπτέλομαι αὐλῆς Κλῆσαι κλῇδι. Diuersam verò significationem habet quum idem Homerus Il. α, vers. 25, dicit, — κρατερὸν δ' ὀπὶ μῦθον ἔτελλε, Μή σε γέρον κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω. vbi schol. expon. ἔλεγε, dicebat. Possis etiam interpretari, Addebat: vel, Duris verbis hæc imperabat, Ne te senex cauas apud naues offendam. ‖ Pass. ὀπτέλομαι habet & alias significationes. Ponitur enim pro Orior seu Exorior, & Existo. vt apud Hesiod. Πρῶτον παμφαίνων ὀπτέλλεται, de arcturi ortu. Quibus additur & hoc in diuersa oriendi significatione, ex Apollon. Rhod. Arg. 2, — βουχὴ δ' ὀπτέλετ' ὀδοίτων.

VNDE Ἐπτολή, ῆς, ἡ, Ortus, Exortus. vt ex Thucyd. affertur, περὶ ἀρκτούρου ὀπτολὰς, pro, Sub exortum arcturi. Quid verò discriminis quidam grammatici inter ἀνατολὴν & ὀπτολὴν statuant, suprà in Ἀνατολὴ exposui. A quo longè diuersum est, nec perinde vanum, quod à schol. Arati traditur. Is enim quum προτρυγητὴν nominatum esse dixisset quoniam περὶ τῆς τοῦ τρυγητοῦ ὥρας ὀλίζον προανατέλλει, (nam τὴν κεφαλὴν & τὴν ὤμοις τῆς παρθένου ὀπτέλλειν τὴν λέοντα) subiungit, Aliud igitur esse ἀνατολὴν & aliud ὀπτολήν. nam ἀνατολὴν quidem esse τὴν τοῦ ζωδίου πάντος, quum totum signum seu sidus exoritur, καθ' ὃν ἡ ἡλίου ὀπτολή: ὀπτολὴν verò τὸ ὑπὸ τὸ ζῴδιον. nam quum συναπατέλλει ὀπί τινι, tunc dici ὀπτέλλειν, vt apud Hesiodum initio libri 2 Ergon, Πλειάδων ἀτλαγενέων ὀπτέλλομένων. Pleiades enim sunt ὀπὶ τὸν τοῦ ταύρου πυλῶν, & τὴν κριὸ ὀπτέλονται, quum sol in ariete est, initio æstatis, quo tẽpore hordeũ meti incipit. Certè manifestũ inter hæc duo verbalia discrimẽ facit Gregor. quum dicit ὀπτολαὶ καὶ ἀνατολαὶ ἄστρων: (vbi perperam Mosellanus vertit Ortus occasúsque siderum) Atque adeo & Theophr. non sideri integro sed stellæ alicui in sidere insigniori tribuit τὴν ὀπτολήν. veluti quum De caus. plant. libro 1 dicit, ἐν τῇ τοῦ κυνὸς ὀπτολῇ μετ' ἀρκτοῦρον. Et libro 6, ὀπὶ ταῖς τοῦ ἀρκτούρου ὀπτολαῖς. Plinius exortum vocat. nam hunc locum Aristot. Histor. anim. libro 5, cap. 22, μέλι δὲ τὸ πίπλον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ὀπτολαῖς, καὶ μάλιστα ὅταν καταστίφῃ ὁ σείριος· ὅλως δ' οὐ γίνεται μέλι πρὸ πλειάδος ὀπτολῆς, ipse sic vertit libro 11, initio cap. 12, Venit hoc ex aere, & maximè siderum exortu: præcipuéque ipso sirio explendescente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu. Ita vt ὀπτολὴν cum eo interpretari possimus exortum. quanquam idem & exortum solis dicit, quæ potius est ἀνατολή. nam sol est integrum per se sidus non stella aliqua in sidere aliquo insignior, vt προτρυγητὴν in Virgine, & arcturus in Boote, quales etiã pleiades in Tauro.

C. ΠΕΡΙτέλλω, Circumuoluendo seu circumuertendo perficio. Et pass. περιτέλλομαι circumuertendo seu circumuoluendo perficior. quo modo apud Homerum annus dicitur περιτέλεσθαι, quum circumuolutus perficitur & exigitur. vt Iliad. β, Εἴθα δέ μιν Ὧραι καὶ Ὀρνεοῖς ἰλάσονται Κοῦροι Ἀθηναίων περιτελομένου ἐνιαυτοῦ: vbi de penteride seu lustro vertente intelligit. Et Iliad. θ, vers. 395, Οὐδέ κεν ἐς δεκάτους περιτελομένους ἐνιαυτοὺς, nec integro decennio. vbi Eustath. quoque annotat, περιτελομένους ἐνιαυτοὺς dici quos alibi περιπλομένοις vocat, id est σωτελουμένοις: vt & Hesych. περιτελομένων expon. πληρουμένων, περιερχομένων. Quem huius verbi sensum esse satis ostendit ipse Homerus Odyss. λ, versu 294, Ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦτο, Ἀψ περιτελομένου ἔτεος. Latini dicunt Vertente anno, Voluente anno: necnon Vertente mense.

C. ΥΠΕΡτέλλω, Exorior & existo supra alios, Supereminео. Propriè de stella quæ ortu suo alias omnes superat seu superemineт, Quæ quum orta est, alias omnes antecellit. Quò refer ὑπερτέλλων quod Hesych. expon. ὑπερανατέλλων, ὑπερφαινόμενος τῶν ἄλλων ἄστρων: qui tamen ὑπερτέλλοντες affert etiam pro ἀνατέλλοντες. Ex Herodoto autem ὑπερτείλας ἥλιος, pro, Sol efferuescens: vel potius Quum vsque ad vmbilicum cæli peruectus est. Pro Existo, seu Sum suprà, accipi potest in hoc loco Gregor. Inuect. 2 in Iulianum, οὐ λίψῃ κολαζόμενος ἐν λίμναις ὀπηγμένοις, ἢ κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέσον, ὡς τῇ τραγῳδίᾳ δοκεῖ, nec metuens lapidem suprà verticem existentem. vbi intelligit lapidem quem Iupiter Tantalo ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησε. vt loquitur Athenæus lib. 7: vt & Pindarus dicit τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς Ταντάλου λίθον. de quo vide locum Platonis & Virgilii suprà in Ταντάλος.

Τέλος, εος, τὸ, Finis, Exitus. Nisi prima significatio huius nominis existimari debet esse illa quam habet apud Homerum cum alibi, tum vbi dicit τέλος μύθῳ ὀπτθέναι: Iliad. τ, Ἀθυσήσεις, οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ὀπτθήσεις. Neque enim hic οὐδὲ τέλος μύθῳ ὀπτθήσεις aliud est quàm Non præstabis re, seu efficies quod dicis. Ideóque non satis aptè reddi posse videtur hic τέλος voce Finis. Sed quæ commodior videatur, nulla alia in præsentia mihi occurrit quàm Effectus. existimo enim talem esse eius vsum apud Nasonem, in hoc versu, Non caret effectu quod voluêre duo. Conuenit autem hæc significatio nominis τέλος cum ea significatione verbi

πέλω qua ponitur pro Efficio. (Isocrates certè hunc locum Homeri imitari videtur, quum dicit & ipse τέλος ὀπηδεῖναι τοῖς λόγοις pro Verba ad rem conferre) Verùm vbi ab eodem poeta dicitur τέλος γάμοιο, neq; nomine Finis, neque nomine Effectus reddi posse videtur, sed esse potius Confectio. Odyss. υ, Κούρησ' αἰτήσουσα τέλος θαλεροῖο γάμοιο. Quòd si acciperetur τέλος pro fine, τέλος γάμου esset ἡ τεκνοποιία, vt etiam scribit Eustath. qui alioqui τέλος γάμου vult φθειρφαγικῶς appellari γάμον. Eodem certè modo τέλος θανάτοιο ab eo poni existimatur φθειρφαγικῶς pro θάνατος. At verò τέλος πολέμοιο ab eodem victoria vocatur, quæ certè est finis belli. In soluta oratione τέλος pro fine passim obuium est. vbi iungitur etiam cum verbo ὀπηδεῖναι, & διδόναι, & ἔχειν. Dicitur autem ὀπηδεῖναι τέλος νοῖ φράσαι qui rei alicui finem imponit, siue qui rem quampiam ad exitum perducit. At διδόναι τέλος vel potius ἀγαθὸν τέλος, dicitur Deus apud Xenophontem, quum incepta secundat. Alia autem constructione ἄγειν εἰς τέλος rem aliquam dicunt, eodem videlicet modo quo Latinè Perducere rem aliquam ad exitum. Res verò dicitur ἔχειν τέλος (id est, finem habere) quum ad finem perducitur, vel potius quum ad finem seu exitum perducta est, seu quum finita est. Interdum & ἀφικνεῖσθαι εἰς τέλος. Sed & ἐκβαίνειν τέλος ex aliqua re dicitur ab Isocrate. Aristoteli τέλος πρᾶξεων & σκοπος & ὅρος idem significant, vt annotat Bud. Inuenitur & τέλος βίου vel ζωῆς pro fine vitæ. Autor dialogi qui Axiochus inscribitur, καὶ φησὶ τοῦ τέλους τοῦ βίου ὄντος. Item βίος dicitur τέλος λαμβάνειν. Herodian. lib. 4. ἔδει δὲ ἄρα τέλος λαβεῖν τὸν Ἀντωνίνου βίον. Idem dicit aliquem ποιοῦσθαι τέλος χρήσασθαι & τέλος τοῦ πεπρωμένου aliquem καταλαβεῖν. Sed nonunquam etiam sine genitiuo, sicut πελευτή. Atque adeò τέλος cũ verbo illo ἔχειν iungunt, dicentes εὖ τέλος ἔχειν qui moritur. Xenoph. dixit etiam ἔχειν τὸ κάλλιστον τέλος, eum qui morte pulcherrima moriebatur, Pand. libro 7.

At præpositionibus iunctum vocabulum τέλος licet finis significationem inclusam habeat, redditur tamen & reddi debet per aduerbium. nam εἰς τέλος est Postremò, Denique, siue Tandem. pro quo affertur & πρὸς τὸ τέλος ex Platone. (Sæpe verò & τέλος dicitur sine adiectione, item τέλος-ῆ, necnon τὸ δὲ τέλος, pro Tandem, vel Denique, aut In summa. Item καὶ τέλος. Sophocl. τέλος θανοῦμι καὶ αὐτός, Tandem, vel Ad postremum, seu Ad extremum. Athen. ἐς τέλος πόρρω προαγαγόντες ὕβρεως. At cum genitiuo πάντων, ex Platone, τέλος δὴ πάντων, Ad extremum omnium, Post omnia) Affertur & ὅπῃ τέλει ex Luciano, pro Tandem. (Sic certè Gallicè dicimus En la fin, vulgus autem etiam En la parfin, pro Tandem) Ex Dioscoride verò, ὅπῃ τέλει πνίγονται pro Denique strangulãtur, seu Postremò strangulantur. At εἰς τέλος κρύπτειν ex Gregor. Naz. pro Perpetuò celare. in qua signif. conueniret cum eo quod Latini dicunt Sine fine. Sic etiam διὰ τέλους exponitur Assiduè, Iugiter. vt apud Sophoclem, διὰ τέλους ζώσαι δύχου. Sed apud Isocratem accipi videtur pro Ad finem vsque, vel A principio ad finem: in principio orat. Ægineticæ, ἐξ αὐτῆς τῆς ἐργον γνώσεσθε, ἐπειδὰν διὰ τέλους ἀκούσητε τῆς πραγμάτων. Hoc quoque sciendum est, afferri ETIAM Διατέλους, coniunctim scriptum, pro illa significatione aduerbii Assiduè.

Τέλος, Vectigal. Herodian. libro 3, προσόδοις τοῖς ἀπὸ θαλάσσης τελῶν τε καὶ ἀλείας μεγάλως ὠφελεῖτο. Ex Plut. Alcibiade, τὰ τέλη τὰ δημόσια. Significat τέλη (inquit B.) etiam vectigalia, sicut φόροι tributa. vnde τελώνιον dictum, & τελωνεῖν verbum. Sic distinguit Strabo libro 17, de Ægypto loquens, εἰσαγωγικὰ τέλη & ἐξαγωγικὰ vocãs, quæ pro importatis & exportatis penduntur, hoc est τελοῦνται. Aliud est enim τέλος & aliud φόρος.

Τέλος, Impensa, Sumptus. vt apud Thuc. τοῖς ἰδίοις τέλεσι schol. exp. τοῖς δαπάναις. qui alibi annotat hinc esse ἀτελὴς atque πολυτελής. Idem alibi πολυτελὴς exponens πολυδάπανος, subiungit, τέλος δὲ τὸ ἀνάλωμα. His autem ἰδίοις τέλεσι opponitur apud Plut. τέλεσι δημοσίοις.

Τέλος, Dignitas, qualis est eius qui magistratu fungitur. vnde οἱ ἐν τέλει ὄντες dicũtur ipsi magistratus, aut etiam quicunque principem locum apud aliquos obtinent. Redditur & Primores, Optimates. Sophocl. Κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῆς ἐν τέλει. Et τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι itidem pro τοῖς ἐν τέλει ab Eustath. affertur. Vtitur Thucyd. aliquoties, qui etiam quodam loco quum dixisset τοῖς ἐν τέλει, pro eodem dicit paulo pòst τοῖς ἀρχουσι. Ex aliis autem scriptoribus petita exempla huius significationis habes apud Budæum, pag. 227, interpretantem etiam Præfectos. Ibidem & τὰ τέλη pro οἱ ἐν τέλει ex Xenoph. Extat verò & apud Thucyd.

Τέλος, Legio, Turma. Exponitur etiam Cohors, Agmẽ, item Manipulus, in vulg. lex. Autor libelli de vocab. milit. esse tradit numerum equitum bis mille & quadraginta octo. Bud. τέλη pro legionibus à Plutarcho & Appiano passim poni testatur. Vsus est autem & Homerus, apud quem exponitur πάλμα. vt Iliad. η, versu 380, Δόρπον ἔπειτ' εἴλοντο κατ' σφετέρας ἐν τελέεσσι. vbi Eustath. scribit ab eo τέλη appellari τὰ σφετεριστικὰ πάλματα, sicut & alibi. Affert verò & τὰ γχαλκα τέλη ex Sophocl. Antigone, quod ait posse significare τὰ ὁπλιτικὰ πάλματα: afferens tamen & aliam expositionẽ. Habent certè vulg. lex. & ex Euripide τέλη πελασῶν pro agminibus. Item κατὰ τέλεα ex Herodoto pro Turmatim, Cateruatim. Extat porro & singularis numerus apud Homerum, Iliad. κ, Ἑλθεῖν ἐς φυλάκων ἱερὸν τέλος. Cæterùm τέλη de nauibus quoque vsurpasse Thucydidem sciendum est, libro 1, τρία τέλη ποιήσαντες τῆς νεῶν. vbi etiã redditur agmina.

Τέλη, Mysteria, Bud. ex Plat. De rep. libro 7, ἐκκενώσαντες καὶ καθηρσεντες πῶς τῆς κατεχομένου ὑπ' αὐτῆς καὶ τελουμένου ψυχῆς μεγάλοις τέλεσι.

Ἀτελὴς, ος ὁ & ἡ. imperfectus. Item Mutilus. vt quum dicitur ἀτελὲς σῶμα & ἀτελὲς ἔμβρυον, à Luciano. (quod tamen redditur etiam Imperfectus fœtus) Plut. certè huic ἀτελὴς alicubi addit πεπηρωμένος. Aristot. in Polit. ἀτελὲς μηδὲν ἡ φύσις ποιεῖ. Et cum accus. subaudiẽdo præpos. κατ', apud Philonem De mundo, πῶς τέχνῃ καὶ πῶς δυνάμει ἐῶ ἀτελέστερος. Ité aliquid ἀτελὲς dicitur à Thucyd. quod ad exitum non perducitur. Sic apud Herodianum, ἀτελῆ καταλιπεῖν τὰ βεβουλευμένα. Ex Plat. De leg. ἀτελὴς ὁμολογία, Pactum non seruatum.

Ἀτελὴς, A vectigali immunis, id est à pendendo vectigali. Pollux testatur non solùm ἄνθρωπον dici ἀτελῆ, sed & λιμένα, in quo μηδὲν εἰσφέρεται. Ex Aristot. Œconom. libro 2 affertur ἀτελὲς πολῖται, Ciues qui vectigal non pendunt: & ἀτελῆ βοσκήματα, Immunia pecora. id est, quorum causa vectigal non penditur. Interdum genitiuo iungitur, significans simpliciter Immunis. vt ἀτελὴς τριηραρχίας apud Dem. & ἀτελὴς τῆς χορηγιῶν. Gaza apud Cic. De senect. ἀτελὴς λειτουργιῶν, Qui vacat muneribus. Item bona ἀτελῆ, Bona immunia: id est, quæ in censum non veniunt. v. l. ex Demosth.

Ἀτελὴς, Sumptu carens, seu impensa. ab ea signific. nominis τέλος qua pro sumptu ponitur. Vide Hesych. ‖ Ἀτελὴς, Non initiatus, inquit Bud. sed nullo exemplo eam signif. confirmans: quæ certè sequetur id pluralis τέλη significatum quo pro mysteriis ponitur.

HINC Ἀτέλεια, ας, ἡ, q. d. Imperfectio: sequendo signif. adiectiui Imperfectus; quod respondet τῷ ἀτελὴς. Ex Theophr. De caus. plant. libro 4, cap. 14, affertur ἀτέλεια τῆς σπερμάτων pro Imperfectio seminum. Sequitur aliqui frequentius ἀτέλεια eam adiectiui ἀτελὴς significationem qua pro Immunis ponitur: immunitatem enim declarat. Herodian. lib. 2, ἰδιωτικά τε χωρησῶσιν ἀτέλειαν παντὸς εἰς δέκα ἔτη. Isocr. Panath. πειστῶν πραγματειῶν ἀτέλειαν τῷ δήμῳ διδούσης. (IONICE Ἀτελίη pro ἀτέλεια apud Herodotum, ἀτελίη φρατρίης καὶ φόρου. vbi duobus vocabulis redditur, sicut duos genitiuos habet: hoc modo, Immunitas tributorum, & vacatio militiæ) Xen. Hellen. lib. 1, καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ. vbi quidam interpr. Potestatem fecerunt habitandi cum immunitate. Est item ἀτέλεια, Vita vel opus sine sumptu: vt exp. Bud. in hoc loco Demosth. in Neæram, ὡς δὲ ἀτελείας ὄφειν καλὴν ἐπόιεσεν, καὶ τὰ ὁπωσδήποτε ζῶντα ἔρρωσο ἐμίν, καὶ θρέψουσαν ἡ οἰκίαν.

C. Αὐτοτελὴς, ος, ὁ & ἡ, In se finem suum habẽs. Vel, Per se finem faciens, seu constituẽs. Sic αὐτοτελὲς ἄπορ ex Dioscor. affertur pro Causa per se finem faciens. Et additur ex Galeno, αὐτοτελῆ ἄπορα esse causas quæ ipsæ tãtùm & per se finẽ atq; euentum faciunt. Quibus opponuntur τὰ συναίτια, id est, adiuuantes causæ: nimirum quæ cum aliis parem potestatem habentibus euentum faciunt, solæ verò & per se nihil tale possunt. At Cicero αὐτοτελῆ ἄπορα interpr. Perfectæ causæ: sicut κύρια, principales. vt videbis in meo Cic. lexico, pag. 188. Varro apud Gellium proloquiũ esse dicit sententiam in qua nihil desideratur: quum Stoici dixissent, ἀξίωμα, λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀποφαντὸν ὅπερ ἐφ' ἑαυτῷ. Aristoteli αὐτοτελὴς est Per se absolutus & consummatus, teste Bud. qui ex eo affert αὐτοτελὴς πρᾶξις. Eundémque αὐτοτελῆ θεωρήματα vocasse ait quæ in se finẽ suum habet. Exponitur præterea αὐτοτελὲς, Ipsum sibi sufficiens, sed absque exemplo. Suidas certè αὐτοτελὴς expon. ἱκανὸς, sicut & τέλειος: afferens quendam Polybii locum, quem apud eum vide. Apud eundem lexicogr. legimus, αὐτοτελῆ δίκην esse, ἀφ' ἧς οὐκ ἔστιν ἐκκαλέσασθαι ἐφ' ἑτέραν. quam expositionem sequendo, αὐτοτελῆ videmur posse interpretari Quæ per se finem imponit, videlicet controuersiæ.

Αὐτοτελὴς, Qui suis sumptibus viuit. Bud. ex Luciano. Arbitror autem eum in hoc eius loco (aut alio simili) significationem hanc illi vocabulo dandam censuisse: in Toxaride, ὀπόσους ἐν τῇ βύρσῃ τότε ἱστάτας αὐτοτελεῖς ἑκατόν. Idem tamen Bud. in alio loco testatur eidem Luciano αὐτοτελὴς esse Qui suis sumptibus aliquid facit, vel Qui suis vtitur vectigalibus.

HINC ADVERB. Αὐτοτελῶς, quod redditur Absolutè, Perfectè: cum hoc exemplo ex Polybio, αὐτοτελῶς ἐποιήσατο τὰς ὁμολογίας Ἀσδρούβας. At in hoc Plutarchi loco in Demetrio, καταπεμψε τὸν ὑὸν Δημήτριον δύο καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ὄντα, καὶ στρατείας τότε πρῶτον αὐτοτελῶς ὀπὶ πράγμασι μεγάλοις ἀπόδυρον, suspicor αὐτοτελῶς sonare, Cum pleno quodam & perfecto imperio, seu Cum plena quadam & perfecta potestate, siue autoritate: si ita loqui licet de eo cujus summũ est aliqua in re imperium. Item SVBST. Αὐτοτέλεια, ας, ἡ, Perfectio, Absolutio: necnon Integritas, v. l. ex Hermogene.

C. Βραχυτελὴς, ος, ὁ & ἡ, Breuem finem habens. vt βραχυτελὴς βίος, Vita quæ breuem finem habuit. id est, Vita cui breui finis suus adfuit. quod nihil aliud est quàm Vita breuis. Exponitur & Compẽdiarius: sicut Suidas βραχυτελῆ exp. συντόμον. Sed addit & μικρὸν, quod Hesychius quoque habet.

C. Ἐντελὴς, ος, ὁ & ἡ, (oppositum τῷ ἀτελὴς) Perfectus, Absolutus. Vel, Integer, Cui nihil deest. Luc. De sacrif. στεφανώσαντες τὸ ζῷον, καὶ πολύ γε κρείττον ὀξεπόσαντες εἰ ἐντελὲς ἦν. Apud Thucyd. ἐντελὴς μισθὸς, libro 8, (ex quibus duabus vocibus est compositum ἐντελόμισθος, quod habes suprà, tomi 2 col. 945, inter composita ex μισθὸς) Cui simile est ἐντελὴς μισθοφορὰ, in vulg. lex. Ex Plutarchi Pompeio Bud. affert ὀξ ἐντελῆ πάλματα pro Sex integras legiones. Idem ἐντελῆ ἀκμὴν vertit Vim iustam plenámque, in hoc Luciani loco, μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐντελῆ ἐνδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν. nam hæc ita reddit, Solet enim sermo in senectute demum vim suam iustam plenámque exhibere. Dici præterea ἐντελεῖς ait (sicut τέλειοι) de viris, seu iis qui iam adulti sunt: vt in hoc Synesii loco, οἱ μὲν ἐντελεῖς, μυριάνας καὶ καρβίους ἀμυκλέτεις αἰρουῶτες· τὰ δὲ μειράκια, κοβίοις ὀτυχεῖς καὶ ἰούλοις. Præterea ἐντελεῖς expositum οἱ ἄρχοντες, item πανοπλίας ἐντελεῖς, expositum ἀρχοντικαί, habes apud Suidam: quem vide. Huc certè pertinet Vox Ἐντέλεια, quam Hesych. exp. πᾶξις ἀρχοντική. Sunt autem hæc referenda ad τέλος significans πᾶλμα.

HINC Ἐντελῶς, aduerb. Perfectè, Absolutè. Vel, Integrè. Hesychius ἐντελῶς exp. τελείως. Suidæ ἐντελόμισθοι sunt ἐντελῶς μεμισθωμένοι.

C. Ἐπιτελὴς, ος ὁ & ἡ, Ad finem perductus, seu ad exitum, Effectu non carens, vt loquutus est Naso. In vulg. lex. (vbi ὀπιτελὴς redditur Absolutus, Non irritus: item Auctus) affertur ex Herodoto, ὀπιτελέα ποιῶ pro Effecta reddo, & ὀπιτελέα ἐγένετο pro Facta sunt. Ex Thucyd. itidem ὀπιτελὴς γίγνεσθαι pro Perfici. Sed rursus ex Herodoto habes, ἡ ὀ ἠρήσατο ὀπιτελέα τῶτα γένεσθαι pro, Imprecata est vt hæc contingerent. Huc pertinet quod in iisdem legitur ex Platone, ὀπιτελὴς ἀρὴ, Votum ratum, Preces ratæ. (Possis etiam reddere, Preces non irritæ) ibidem ex Polybio, ὀπιτελεῖς ὀπίνοιαι, Inuenta & excogitata quæ irrita non euadunt. Sed habet ὀπιτελὴς & aliam signif. aliquantum remotam ab hac si Hesychio credimus. Dicitur enim ὀπιτελὴς Iam matura viro, iam plenis nubilis annis, (vt Virgil. loquitur) quã Hesych. exponat, ὡραία γαμεῖσθαι.

C. Ἡμιτελὴς, ος, ὁ & ἡ, (q. d. Semiperfectus) Non omninò perfectus. Redditur etiam Imperfectus. Hom. Iliad. β, Τῷ ὃ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκη ἐλέλειπτο, Καὶ δόμος ἡμιτελὴς, vbi domum ἡμιτελῆ quidam exposuerunt ἄπκεον, quidam ἡμίγαμον: sicut videlicet τέλειοι dicuntur οἱ γεγαμηκότες. qua de re consule Eustathium & Hesychium. In vulg. lex. ἡμιτελὴς ἀνὴρ, semiuir: & ἡμιτελὴς, ἀνθρωπος, ex Alex. Aphrod. Semispado. In iisdem est SVBST. Ἡμιτέλεια pro dimidio seu semisse: ex Luciano, ἡμιτέλεια τῶ κακῶν ἐδέδοτο. Bud. autem ἡμιτέλειαν Lucianum videri ait accipere pro dimidiæ partis immunitate: sed locum eius non affert.

C. Ἰσοτελὴς, ος, ὁ & ἡ, Qui idem cum alio vectigal pendit, seu tributum. Dicebantur ἰσοτελεῖς Athenis μέτοικοι, vtpote ἴσα τοῖς ἀστοῖς τέλη διδόντες, vt scribit Hesych. apud quem vide plura, necnon apud Suidam, vel potiùs Harpocrationem. Vide & Bud. qui alios sequens tradit ἰσοτελεῖς fuisse nec ciues, nec μέτοικοι, sed ciuili iure in habitantes. HINC Ἰσοτέλεια, Æqualitas in pendendo vectigali, seu tributo.

C. Ὁλοτελὴς, ος ὁ & ἡ, Perfectus, vel Integer. Bud. ex Greg. in or. De homine, τὴν ὁλοτελῆ χρῆν φερεσβυχόμενος αὐτοῖς τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ πνεύματος.

C. Παντελὴς, ος, ὁ & ἡ, idem quod proximè præcedens ὁλοτελὴς.

C. Συντελὴς, ος, ὁ & ἡ Simul tributum pendens. Vel, Eodem tributum aut collectam conferens, vt exp. Bud. apud Demosthenem. In vulg. lex. ex eodem affertur συντελῆ ἑαυτῷ ποιεῖν pro Efficere sibi vectigalem. Ibidem ex Aristotele, φθεῖ τῆς συντελῶν μορίων pro De partibus eodem pertinentibus. HINC Συντέλεια, Munus in decuria sua conferendi, vt Bud. exp. apud eundem Demosth. Ab eodem exponitur etiam Communitas & consortium, eorum videlicet qui eiusdem gentis concilio & communi attributi sunt. In v. l. esse dicitur quam Papinianus contributionem vocat. Ibidem redditur Penitatio, Collatio: & affertur ex Demosth. εἰς συντέλειαν ἄγειν pro Vectigales & stipendiarios facere. Alioqui συντέλεια significat etiam finem & rerum consummationem, vt συντέλεια τοῦ αἰῶνος, apud Matth. Vide Bud. Comm. pag. 624 & 627. Sed vulg. lex. συντέλεια expon. etiam, Vtilitas, Maturitas, Perfectio. quæ expositiones suspectæ sunt, ac præsertim duæ priores. In iisdem, ex Reg. lib. 1, cap. 20, ἔκλαυσεν ἕκαστος ἕως συντελείας μεγάλης, pro Vehementer vterque fleuit.

C. Ὑπερτελὴς, ος, ὁ & ἡ, Plusquam perfectus, vt interpr. Bud. afferẽs ex Damasc. de Deo, ὑπερτελὴς καὶ τελεῖος. Sic dicitur vt ὑπερπλήρης, & alia quædam. Hesych. exp. ὑπὲρ τὸ τέλος ἀφικομένη. Schol. Sophoclis, ὁ ἐγκρατὴς καὶ ὑπερανῶ.

Τελικὸς, ἡ, ὸν, (q. d. Finalis) Ad finem pertinens. Cicero τὰ τελικὰ ἀγαθὰ vertit Bona ad illud vltimum pertinẽtia: vt videbis in meo Cic. lexico.

Τέλειος, SIVE Τέλεος, Perfectus. (quod enim ad finem peruenit, ita vt progredi vlterius non possit, id in suo genere perfectum est. Sed legitur & τέλειος ἡμέρα, quod sonat q. d. finalis dies. id est, quo finis affertur vitæ. Ideóque hîc reddi potest vltimus, siue Postremus) Aristot. Ethic. lib. 1, initio capitis 13, ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργεά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, φθεῖ ἀρετῆς ὀπισκεπτέον. Vbi ἀρετὴ τελεία redditur Virtus perfecta, item Virtus vndique absoluta. Apud Plat. τέλεον Cic. vertit Perfectum, & Perfectum atque absolutum, item Absolutum perfectúmque. Ex Demosth. affertur τέλειον καὶ μέγα ἀγαθόν. (Sed & in malam partem vsurpatum, ex Plat. De rep. lib. 1, ἡ τελεωτάτη ἀδικία, Summa iniu-

stitia: aut potius Extrema iniustitia, respiciẽdo ad τέλος, A vnde deriuatur τέλεος siue τέλειος. Itidem certè alibi ἐφάτη ἀδικία ab ipsomet Platone appellatur) Itẽ aliquis dicitur esse τέλεος, & quidem interdum sequente accus. ante quem subauditur præp. κατά. vt τέλειος τὰ πιπτκά, apud Aristidem.

Τέλειος quum sine adiectione ponitur, ad ætatis virilis significationem pertinet. (sicut ὀντελής, cuius suprà memini) dicitur enim τέλειος qui est adultus, seu qui ad virilem ætatem peruenit, qui vir factus est: interdum verò qui vxorem duxit. Plut. in Lycurgo, B δείσαντος δὲ αὐτοῦ τὸν χρόνον τοῦ πρεσβυτέρου καὶ τοῦ γαμουμένου, φεύγειν τὸν ὀπτζηποιοῦντα τὴν αἰτίαν, ἵν', ἔφη, τὰ γλυκύδρυα ἰσχύσῃ, ὃν τελείων γλυκύδρυα. Laërtius de Heraclito, γέγονε δ' θαυμάσιος ὀκ παίδων· ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, τέλειος μέντοι γλυκύδρυος πάντα ἐγνωκέναι. Et apud Appianum, ἡ τοῦ τελείου στολή, toga virilis. (at Plutarch. τέλειον ἱμάτιον vocat) Sed dicitur & de brutorum adulta ætate seu integra. vt λέων τέλειος. apud Diodorum, apud quem tamen Bud. interpr. non solùm Integræ ætatis, sed etiam Iustæ C magnitudinis. Itidémque equi dicuntur τέλειοι ad differentiam τοῦ πώλων & ἀβόλων. nam τέλειοι appellantur οἱ ἤδη βεβληκότες. id est, qui dentes ætatis indices amiserunt. Plato De leg. lib. 8, μοῖρα τις ἡ ἕθλα πθεντες, πώλοις τε ἀβόλοις, καὶ τελείων ἢ καὶ τοῦ ἀβόλων τῆς μέσης. Quinetiam αἰγῶν τελείων, Iliad. α, Hesych. exp. τῇ ἡλικίᾳ τελείων. quum tamen alii aliter etiam exponant, & ex iis nonnulli, ὡ κολοβῶν. (At verò αἰετὸς, id est aquila, τελείοπτος πετεινῶν dicitur ab Homero, vel tanquam βασιλεώπτος, vel tanquam ὀπτελεστεωπτος οἷς αὐτοφείη, si D Eustathio credimus, vel potius veteribus ex quibus hanc expositionem affert) Quod autem attinet ad alteram illam hominis τελείου significationem, qua nimirum dicitur de eo qui vxorem duxit, extat hic nominis istius vsus cum apud alios, tùm apud Plutarchum, sicut ἡήζεος pro cœlibe: καὶ τὸν τελείων ἢ τρεῖς εὐβουλήσῃ δίκαιον. quum antea dixisset, τοὺς δὲ ἡήζεος βουλόμενος σῶσαι, σκυτάλας ἔδωκεν. Hinc τέλειος Iupiter, & Iuno τελεία, tanquam nuptiarũ præsides. (At in vulg. lex. ex Luciano, τέλειοι θεοί, pro Dii præcipui, seu Dii summi: aut etiam, Dii selecti. quæ expositiones mihi suspectæ sunt, præsertimque hæc posterior. Bud. alioqui τέλειον pro eximio & amplo poni tradens, ex eodem Luciano affert τέλειον δῶρα. addit tamen videri significare, τοῦ τελείων ἵππων, de quibus nimirum paulo antè dictum fuit.) Hinc etiam φεστέλειοι ἀγραί.

Τέλεια ἱερά, Eximia, vel sanctiora, vel iusta: vel Largiora & luculenta. Demosth. aduersus Neæram, ὀμόσαι καθ' ἱερῶν τελείων. Luc. ὅπος ἔδιν ὁ πολλάκις ὑμᾶς καθ' F ἱερῶν τελείων ἐπάσας. Hæc Bud. qui & alia subiungit quæ apud eum vide. Illis autem & hæc addit, Τέλεια ἱερά (vt aliqui dicunt) sunt ὀνιαύσια: vel potius (vt alii) ὁλόκληρα κατὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ μὴ λελωβημένα. hoc est, eximiis hostiis facta.

HINC Τελείως, SIVE Τελέως, aduerb. Perfectè, Absolutè. Item, Integrè, Plenè. Exponitur & Prorsus, Omnino, Isocr. νομίζε τελέως ἀδαιμονήσειν. quod exponitur in vulg. lex. Puta te futurum felicissimum. Sed non tam significans est hæc interpretatio quàm sunt G illa verba. Inuenitur ETIAM Τέλεον aduerbialiter positum, quod exponitur non solùm Omnino, Prorsus: sed etiam Postremò: affertur autem ex Plut. & Luciano.

Et COMP. Τελεωτόνος, aliáque huiusmodi, de quibus alibi. ITEM Ἀποτέλειος, & Προτέλειος, & Ὑποτέλειος. Et ad primum quidem illud quod attinet, sciẽdum est legi apud Suidam, ἀποτέλειοι, tribuique hanc appellationem præsidibus Iudæorum, qui per vrbes H essent constituti. Sed donec aliqua huius appellationis ratio innotescat, (nullam enim ille affert) suspecta fortassis non immeritò scriptura illa esse possit. At verò COMP. Προτέλειος ad illam nominis τέλειος significat. pertinet qua dicitur de eo qui vxorem duxit. Nam φεστέλειοι ἀγραὶ vocabãtur ab Atticis precationes quæ ante nuptias fiebant cum sacrificiis. Quomodo autem Dionys. Areopag. vsus sit per metaphoram, vide apud Bud. pag. 616. Idem pag. illam proximè sequẽte φεστέλεια esse tradit τὴν φεὸ τοῦ γάμου δωρεὰν, vel τὰ φεὸ τοῦ γάμου δῶρα, ex Polluce, donationem ante nuptias. Ipsa φεστάμεια etiam (inquit) dicta φεστέλεια καὶ ἡ φεσμόνησις. Plato De leg. lib. 6, ὅσα ἢ φεστέλεια γάμων, ἢ τις ἄλλη φεὶ ταῦτα ἱεροφγία &c. Lucianus metaph. vsus est in lib. De mercede conductis, ἀρξομαι δ' ἀπὸ τοῦ φεστοῦ δείπνου (ἰδοῦ δοκῇ) ὅστε εἰκὸς δεῖπνήσειν, τὰ φεστέλεια τοῦ μελλούσης συνουσίας. id est, velut tyrocinium & initiatiũ. Greg. Nyss. de Lazari suscitatione loquens, καὶ ἤρξατο φεὶ τοῦ Κυείου οἱ μαθηταὶ, οἷονεὶ τὰ φεστέλεια τοῦ καθολικῆς ἀναστάσεως ἐν Βηθανίᾳ μυηθησόμενοι. Omnia etiam primordia rei diuinæ faciendæ sic appellantur. Greg. Naz. ἀλλ' ἐν τῷ τόπῳ, καὶ τοῦ ἀμφοτέρου τοῦ μέρους ὀπτασίας, φεστελείων τε καὶ τοῦ τελειώσεως, καὶ ὅσα τοῦ μετέρας σαφῶς ὀπτῶν ἀπαξίας. His autem locis subiungit & quendam Plutarchi, qui tamen cum illis non conuenit. nec enim metaphoricè, sed in propria signif. accipitur: in Amat. narrationibus, ἕως ἡ κόρη κτὶ τὰ πάτρια ὀπτῶν τὴν νυνφεῖαν καὶ λουτρὸν κρίνει κατῆκε, τοῖς νύμφαις τὰ φεστέλεια θύουσα. loquitur enim de sponsa, & nuptiarum die, sicut & ille annotat. Illud autem tertium COMP. Ὑποφτέλειος, SIVE Ὑποφτέλεος, sonat Plusquam perfectus: sicut redditur ὑποφτελὴς à Budæo. At in vulg. lex. ὑποφτέλειοι, ampliores numeri. SVBST. Τελειότης, ητος, ἡ, Perfectio. Item Integritas. vt τέλειος redditur nõ solùm Perfectus, sed interdum & Integer. Extat ETIAM Ἐντελειότης in vulg. lex. expositũ Perfectio, sed absque vllo testimonio: quod alioqui meritò quis hic desideret.

Ab illo nomine τέλειος est etiam VERBVM Τελειόω, SIVE Τελεόω, ῶ, à τέλεος. significant autem τελειῶ siue τελεῶ, interdum quidem Finio, Finem impono, Ad finem perduco. (sicut τέλειος dictum est poni interdum pro vltimo) ésque ita vsus Thucyd. participio τελεώσαντες. sed multo frequentius sequitur hoc verbum eam nominis τέλειος significationem qua ponitur pro Perfectus. Est enim τελειῶ, Perfectum reddo & absolutum. Atque ita Bud. pass. τελειωθῶσι vertit Absoluerentur, in hoc loco epistolæ ad Hebr. cap. 11, τοῦ θεοῦ κρεῖττόν τι φεοβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. id est (inquit) cælitum numerum diuorúmque augerent: quæ naturæ humanæ est consummatio. Hinc certè manat ea significatio verbi τελειῶ qua ponitur pro Consecro. quemadmodum certè illud ipsum τελειωθῶσι quidam interpr. Consecrarentur. Atque adeo martyres dicuntur τελειωθῆναι, deo consecrati esse, tanquam videlicet perfectionem quandam & cõsummationem martyrio consequuti, vel perfectionem martyrii. Greg. in Maccab. encomio, μηδέτα τοῦ φεὸ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τελειωθέντων. Idem, ἐπὶ ἢ πυῖ ἐπὶ πυῖδας τελειωθέντας εἶδεν. vbi Bud. vertit Martyrio cõsummatos. Ex eodem affertur τελειωθέντες δι' αἵματος & ex Eusebio, Hist. eccles. lib. 5, τοῦ ἢ καὶ τελειωθέντων ὀν τῆς ὑφορείας ἐπανεκομίσθη τὰ λείψανα. Ex eodem, cum datiuo significante rem qua martyrium seu martyrii necem passi erant: λίθοις παρ' αὐτοῦ τελειωθέντες, κτὶ τὸν μακάριον Στέφανον. Existimatur autem Greg. sicut & cæteri theologi, hunc verbi τελειῶσθαι vsum ex illo epistolæ ad Hebræos loco hausisse: itémque ex hoc eiusdem epist. cap. 2, τὸν ἀρχηγὸν τοῦ σωτηρίας αὐτοῦ δι' παθημάτων τελειῶσαι. Nec tamen satis constat an ad perfectionis significationem respexerint, dando istum vsum verbo τελειῶ, an potius ad nominis τέλη significatum, quo pro mysteriis ponitur. Præsertim quum ab illis τελεῖν & pro Initio. (vnde τελείωσις vocatur baptismus) Sed ad Gregorium quod attinet, dubitatio hæc locum in eo habere non videtur, quum ab eo baptismus VOCETVR Τελειοποιός, teste Bud. Non habere inquam locum videtur, si quidem τελειοποιὸς exponatur Perfectum reddens, seu Perfectionem afferens. Aliam certè interpretationem habent vulg. lex. nam τελειοποιὸς apud eum interpr. Initiator, Qui baptismate quempiam initiat & expurgat. Cæterùm verbum illud τελειοῦσθαι, (sicut & COMP. Ἀποτελεῖσθαι) pro Consecrari, seu Sacrari, item Dicari, aut Initiari, etiam à Dionys.

Areopag. vsurpari testatur Bud. qui exponit item Sacro lauacro initiari religioni, apud Greg. ex quo affert hæc quoque, καλὸν καὶ τὸν ὦμον ἀγιάζεσθαι καὶ καθαίρεσθαι, καλὸν καὶ τὰς χεῖρας τελειοῦσθαι καὶ τοὺς πόδας. Ex eodem, τὸ πνεῦμα τελειοῦν με δι' τοῦ βαπτίσματος. Affertur porro hic istius verbi vsus, videlicet pro Consecrari, & ex Græcis Bibl. interpr. vt Exodi cap. 29, τελειώσεις τὰς χεῖρας Ἀαρών.

Τελειοῦσθαι siue τελεῖσθαι dicitur etiam Ad virilem ætatem peruenire, Virum fieri. (sicut τέλειος dictum est B vsurpari de eo qui est virilis ætatis) vnde τελειωθεὶς, siue τελεωθεὶς, & τετελειωμένος, siue τετελεωμένος, Qui ad virilem ætatem peruenit, Qui factus est vir. Plato De rep. lib. 5, καὶ φεσ γε ἄξοιτο τοῦ παιδὸς εἰς πόλεμον ὅστις ἀσφοῖ ἴν' ὡς φρ οἱ τοῦ ἄλλων δημιοργῶν, θεῶνται ταῦτα ἃ τελεωθέντας δεῖσθαι δημιοργεῖν. Sed Aristoteles quum dixisset ἀνδράσι γυμνοῖς, addidit καὶ τελειωθεῖσι. Dicuntur τελειοῦσθαι (inquit Bud.) etiam οἱ ἀνδρόγυνοι καὶ δοκιμαζόμενοι, οἱ εἰς λιξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγεγραμμένοι. quibus verbis illum Aristotelis locum subiungit. Idem alibi ex Strabonis lib. 14, hæc affert, de gymnasio Tarsensi, ὀνταῦθα μὲν οἱ C φιλομαθοῦντες, ἐγχώριοι πάντες εἰσὶ, ξένοι δ' οὐκ ὀπτδημοῦσι πρᾶδίως, ὁδ' αὐτοὶ ὅπι αὐτοῦ μένουσιν, ἀλλὰ καὶ τελειοῦνται ὀκδημήσαντες, καὶ τελειωθέντες ξενιτεύουσιν ἡδέως, κατέχοντα δ' ὀλίγοι.

Τελειοῦσθαι, Maturescere. quod & ἀδρυνέσθαι dicitur. Theophr. De hist. pl. lib. 8, τεσσεραρακοντοῦτον δέ φασι καὶ τὸν κύαμον ἀδρυνέσθαι· ὥς τε ἐν ἴσῳ αὐξεῖν καὶ τελειοῦσθαι. ὁ δ' ἐρέβινθος ἀπὸ τοῦ σπορᾶς ἐν πεντεκοντα τελειοῦται τῶν ἀπάντων. Vide Τελείωσις.

Τελειοῦσθαι esse etiam γήμαι, testatur Eustathius: sicut D videlicet οἱ γεραμικότες sunt DICTI Τέλειοι.

Hinc VERBALE Τελείωσις, εως, ἡ, SIVE Τελέωσις, Perfectio, Consummatio. Aristot. Ethic. lib. 7, cap. 12, καὶ τέλος ὡ πασῶν ἕτερόν τι, ἀλλὰ τοῦ εἰς τὴν τελείωσιν ἀγομένων τοῦ φύσεως. Autor epist. ad Hebr. cap. 7, εἰ μὲν οὖν τελείωσις δι' τοῦ Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, Si perfectio siue consummatio per Leuiticum sacerdotium erat. Id est, Si quemquam perfectum reddere poterat Leuiticum sacerdotium. Sonat vero τελείωσις apud Christ. theologos (sequendo illam verbi τελειοῦν & τελεῖσθαι E significationem quam paulo antè ex iis attuli) etiam Consecratio, Initiatio. Atque adeo vocatur hoc nomine baptismus, vt ex Gregorio Naz. docet Bud. Qui & à Dionys. Areop. τελείωσιν appellari tradit designationem sacerdotum & consecrationem: exponens etiam χειροτονίαν. Idem sicut τελεῖσθαι, Maturescere, ita τελείωσιν maturitatẽ significare tradit, apud Theophr. vbi scribit, καὶ τὰ μὲν φεὶ τὴν θρύψιν καὶ τὴν τελείωσιν ὅτως ἔχει. Alterum verbale EST Τελειωτής, οῦ, ὁ, quod sonat q. d. Perfector, Consummator. Redditur verò & F Finitor. sicut τελειοῦν pro Finire dictum est accipi. Sequendo autem illam verbalis τελείωσις signif. de qua modò dictum fuit, est Consecrator, Initiator. itidémque ad baptismum pertinet. vnde τελειωτὴς & βαπτιστὴς à Greg. copulantur. Est verò & tertium VERBALE Ἀτελείωτος, ὁ, & ἡ: quod, si sequeretur eum vsum verbi τελεῖσθαι quo ponitur pro Perfici, Finiri, significaret Imperfectus, Non perfectus, Non absolutus: item Non finitus, Ad finem non perductus. Sed affertur duntaxat pro Non initiatus, Profanus, (sicut τελεῖσθαι, poni pro Initiari, modò dictum fuit) & quidem ex Dionys. Areop. vt opinor. exponitúrque & alia voce Græca ἀτέλεστος. Verba autẽ COMP. sunt, Ἀποτελεῶ, ET Ἐκτελεῶ, ET Ἐπιτελεῶ: SIVE Ἀποτελῶ, ET Ἐκτελῶ, ET Ἐπιτελῶ. in quibus existimatur aut vacare præpos. aut simplicis significationem intendere. Ad illud quidem primum quod attinet, vox eius pass. ἀποτελεῖσθαι pro simplici τελεῖσθαι, significãte Cõsecrari, siue H Initiari, ex Dionys. Areop. affertur, scribẽte, καὶ πύτω τοῦ ἔτι φεὸς τὸ τελουῶτος αὐτὸ ἱεραρχου τῆς παναγεστάτης ὀπτελεῖσθαι. At secundum Ἐκτελεῶ siue Ἐκτελῶ in v. l. exponitur Perficio, Perfectum reddo, Cõsummo: non addito tamen exemplo. In iisdem habetur illius tertii compositi Ἐπιτελεῶ VERBALE Ἐπιτελείωσις, quod redditur Perfectio, Absolutio. item Augmentum. (quòd videlicet Hesych. exponat αὔξησις) Subiungitúrque ex Plat. De leg. ὀπτελείωσις παιδων, Procreatio liberorum. In iisdem est & aliud VERBALE Ἐπιτελέωμα, pro victima postrema, qua prores omnes ratæ fiebãt. De qua significatione lege Suidam, item Hesychiũ, qui etiam tradit ὀπτελεῶσαι fuisse quod suo tempore diceretur ἀφιερῶσαι.

Est in vsu & VERBVM Τελειω, à τέλειος itidem deriuatum: sed poetis potus quàm prosæ scriptoribus vsitatum. Est autem τελείω, itidem Perficio, seu Effectum reddo. A cuius passiuo themate Τελείομαι est ἐτελείετο, initio Iliadis, — Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. quæ interpr. quidã, Iouis voluntas euenìebat. Sed malim, passiuum verbum reddens passiuo, interpretari ad verbum, Perficiebatur voluntas, aut Perficiebantur Iouis consilium. Seu, Perficiebantur Iouis consulta. Talis enim vsus verbi huius Latini passim extat, præsertim in voce actiua Perficere, pro τελειοῦν. quod certè videtur posse reddi & verbo Exequi. Cæterùm verbum hoc τελείω siquis malit subiungere τοῦ τελέω, tanquam factum ex hoc, non magnopere ei repugnem.

Τελήεις, εντος, ὁ, poeticè idem quod τέλειος siue τέλεος, Perfectus. FOEM. Τελήεσσα. cuius plur. accusat. habes Iliad. α, τελήεσσας ἑκατόμβας. vbi quidam interpr. Solennia sacrificia, vel Eximiis hostiis facta sacrificia. Non dubium est certè quin Homeri posteri τελείων ἱερῶν appellationem hinc sumpserint, de quibus dictum est suprà, Hesych. τελήεσσας ἑκατόμβας vult esse τὰς ὀπτελεστικὰς τοῦ γενομένων ἀγχῶν θυσίας. vel τὰς τοῦ ἀριθμοῦ πλήρεις. Quarum expositionum prior conuenit cum ea quam nonnulli tribuunt nomini τελειόπτερος apud eundem poetam, vbi aquilam vocat τελειόπτερον πετεινῶν. exponitur enim τελειόπτερος, à quibusdam ὀπτελεστικώπτερος, vt antea docui.

Τελέω, ῶ, F. έσω, Pr. εκα, Ad finem perduco, seu ad exitum, Perficio, Effectum reddo. Hom. Iliad. α, v. 526, — ἐμοὶ δέ κε ταῦτα μελήσεται ὄφρα τελέσσω, Ista mihi curæ erunt, vt effecta reddam. Vel, vt conficiam. Ibidem, v. 108, Ἔσθλὸν οὐ δέ τι πω εἶπας, ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσας. Apud eundem legimus Odyss. β, Οἷος ἐκεῖνος ἔλιω τελέσαι, ἔργον τε ἔπος τε, id est, Qua erat ille dicendi facultate efficiendique præditus, vt Bud. vertit. Ex eodem affertur, Odyss. ο, τελῶ σοι νόστον, pro Præsto tibi reditum, Conficio tibi reditum. Ex Apollonio autem τελεῖν ὄλεθρον, pro afferre exitium. Ex Hesiodo, ἐπὶν νοῦσον τελέσῃ pro Vbi perfunctus fuerit morbo. Sic aliqua res dicitur τελεῖσθαι quæ ad exitum perducitur, seu quæ effecta redditur, seu perficitur. Hom. Iliad. β, v. 330, Κεῖνός δ' ὡς ἀγόρευε τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. Et v. 36, Τά φρονέοντ' αὐτὰ θυμὸν ἄρ' ὁ τελέεσθαι ἔμελλεν. quibus in locis redditur etiam Euenire. Vnde PARTIC. Τετελεσμένος. vt eiusdem libri v. 257, Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω τὸ ἢ καὶ τετελεσμένον ἔσται. Hesiodus autem dicit τετελεσμένον ὀνιαυτὸν, Perfectum annum, seu absolutum, vel exactum. In soluta oratione alios potius vsus habet verbũ τελεῖν, de quibus mox dicturus sum. Inuenitur tamen apud Antiphõtem τελεῖσθαι ita positum vt τελέεσθαι in illo Homeri loco quem modò protuli: ἀνδὴν ὀκχρύσα ὀκείνοις ἀγχεμάχοις ἃ οὐκ ἔμελλε τελεῖσθαι. Tale enim est ἀγχεμάχοις ἃ οὐκ ἔμελλε τελεῖσθαι, quale illud φρονέοντα ἃ οὐκ ἔμελλε τελέεσθαι. ac certè si in loco illo Homeri reddere possumus Quæ non erãt euẽtura, ita possumus & in isto interpretari. Sed apud Matth. cap. 10, v. 23, legimus, ὁ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως αὖ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. vbi vet. interpr. reddidit, Non consummabitis ciuitates. Erasm. Perambulaueritis [redacted]. Quòd si quis tamen ne hac quidem interpretatione contentus sit, alio Latino verbo vti possit, sed accusatiuum ei adiungens, & πόλεις vertens Per ciuitates: hoc modo, Nequaquam peregeritis iter vel cursum per ciuitates: vel, Nequaquam confeceritis cursum. Haud temere certè talis huius verbi τελεῖν vsus alibi reperiatur. habet alio-

qui affinitatis aliquid cum eo vsu verbi τελῶ, cui postremum locum dabo, vbi & de hoc loco aliquid præterea addam. Cæterùm vt hunc vsum quem habet τελῶ in isto Matth. loco, non temere alibi, ac præsertim apud veterem quempiam scriptorem, repertum iri existimo, ita nec eum quem habet initio cap. sequentis, videlicet participio iunctum: hoc modo, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων, pro, Quum finem fecisset mandandi, seu præcipiendi. (non in signif. tali qualis est in loco proximè præcedenti, sed ea qua dicitur Obire magistratum, vel Obire munus)

Τελῶ, Obeo. vt τελεῖν ἀρχὴν, Obire magistratum. quod tamen redditur & Gerere magistratum, à Bud. Herodian. lib. 2, ἐπὶ τὸν ὑπατον ἀρχὴν τελέσας δεύτερον. Affertur & τελεῖν ἄθλους pro Obire certamina, ex Homero. At θέας τελεῖν pro Spectacula edere, seu Ludos edere. B.

Τελῶ, Insumo, Impendo. Galenus ex Hippocr. πολὺ πλεῖστον affert τελεῖν pro ἀναλίσκειν. Apud Athen. quoque legimus τελεῖν esse δαπανᾶν, id est Insumere, Sumptum facere. Sed quod addit πολυτελὴς & ἀτελὴς pro πολλὰ ἀναλίσκων & ὀλίγα ἀναλίσκων, mihi non probatur, vt & alibi docebo. Potius enim τελῶ significans Insumo, Sumptum facio, est ex τέλος significante sumptum: vnde sunt & illa duo. Alioqui quod ad significationem illorum duorum compos. attinet, perinde est siue à nomine siue à verbo ea deducamus.

Τελῶ, Ago, Perago, Celebro, de rebus sacris potissimum. vt θυσίας τελέσαι apud Appianum. Sic Herodian. πομπὴν μετὰ θεῶν τελοῦσι Ῥωμαῖοι. Itidem Liban. ἀγὼν καὶ τελεῖν τὰ Γυμνασιαρχικὰ dixit. Dionys. Areop. τελεῖ τὰ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν, Peragit ea quæ ritus sacer præstituit. Apud eundem, Agere & Celebrare, & Rem sacram facere, τελεῖν τὰς ἱεραρχικὰς ἐνεργείας. Hanc & pass. τελεῖσθαι significat. sequitur: cuius partic. habes apud Greg. qui de pascha dicit, πάσας ἐφαίρεσα τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰς ἀυτὰς Χριστοῦ καὶ ἐπ' ἀυτῷ τελεσθείσας, festa quæ agi in eius honorem solēt.

Τελῶ alio etiam modo ad res sacras pertinet, vt ita dicam. Ponitur enim pro Initio, & Res diuinas facio. vt τελῶ σε τὰ ἀπόρρητα, pro μυῶ. Hoc modo enim homo absoluitur & perficitur. Greg. τελεσθεὶς τῷ βαπτίσματι, initiatus. Et ἐτελέσθη τὰ Ἐλευσίνια, Luciano. Hæc Bud. cuius certè posterior interpretatio, videlicet Res diuinas facio, minimè conuenire locis istis potest, sed potius iis quos in proximè præcedente tmematio protuli: sic tamen vt ne ibi quidem τελῶ per se & sine adiectione id significare possit. Sciendum est porro τελεῖν reddi non solùm Initiare, sed & Inaugurare: itidémque τελεῖσθαι, Inaugurari. vt οἱ τελεσθέντες ἱερεῖς. Hoc præterea sciendum est, quanuis afferatur τελεῖσθαι in locis proximè præcedentibus cum adiectione, poni tamen interdum per se. vt apud eundem Lucianum, ἐτελέσθη, καὶ τέλειν μεμαθήκαμεν.

Τελῶ, Pendo, Pensito. Xenoph. ἐθέλοιεν τελεῖν ἀργύριον ὡς μὴ ἱππεύειν. Idem, νομίζοιεν ἥδιον αὐτὰ ἀργύριον τελέσαι ἢ στράτευμα παρέχειν. Plato in Prot. ἀργύριον τελῶν ὀκείνῳ μισθὸν ὑπὲρ παιδός. Idem, ἀργύριον τελεῖν ὑπὲρ σωτῆς μισθὸν ὀκείνῳ, pendere annuum vel menstruam mercedem. Aristoph. τελεῖν δύο δραχμὰς μισθόν. Et ἀποφορὰν τελεῖν apud Plutarchum. Ex Æschine, τελεῖν σιτάρκειαν pro Conferre stipendia & pensitationes soluere. At στρατείας τελεῖν ex Polybio affertur pro Militare suis stipendiis: quum tamen Lasc. verterit, Stipendia facere, à qua interpretatione non libenter discesserim: quū & hîc τελεῖν videatur posse accipi pro Obire. Ad hunc autem vsum verbi τελῶ pertinere possit & θηπικὸν τελεῖν, item τέλος [redacted]

[redacted] tate Constantini [redacted] ὀπτμελεύθερος, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφ' ἑτέρα σκηπτρα τελουμένων πανεθνεύθερος. Existimo autem hanc signif. à proximè præcedente manare, videlicet ab ea qua ponitur τελῶ pro Pendo, Pensito. Solent enim alicui tributa vel alia pensitari ab iis qui sub eius ditione sunt, & imperio ipsius parent. Atque adeo vt hîc habes τελεῖν cum præpos. ὑπὸ, sic & compositè dicuntur ὑποτελεῖς, necnon ὑποτελεῖν, qui tributum pendunt alicui cuius sub ditione sunt.

Τελῶ, Attribuor, Contribuor. Theodoritus Hist. eccles. lib. 2, πόλις ἦ αὖτη μικρὰ, πάλαι μὲν εἰς τὸ Καππαδοκῶν ἔθνος τελοῦσα, νῦν δέ γε τῇ Ἀρμενίᾳ τῇ δευτέρᾳ συναριθμουμένη. Quem locum affert Bud. postquam τελῶ interpretatus est Attribuor & Contribuor. Scripserat autem pag. præcedente eodem pertinentia ista, Τελῶ etiã, τὸ πάθημα, καὶ ἀναειθμοῦμαι, καὶ ἐγκείνομαι, & Censeor contribuórque. Quibus subiungit ex Pausania, Eliac. lib. 1, αἱ ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν τελοῦσαι πόλεις, id est Ciuitates Achæorum contributæ. Sed & aliud interpretationis genus eidem verbo eandem construct. habenti tribuit. vt apud Synesium, εἰς μοναδικὸν βίον ἐτέλεσε, Inter monachos profiteri cœpit, Monasticæ vitæ se dedidit. Et apud Lucian. ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, Postquam inter viros census sum. Et apud Aristidem, δοκῶν γε δήπως εἰς Ἕλληνας τελεῖν, qui quidem certè Græcus esse cẽseatur. Vide plura apud eundem, pag. 623. (Quibus addere potes ex Herodoto, τελέω ἐς Βοιωτούς. ex Plut. cum alia constructione, οἱ ὀν συγκλήτῳ τελοῦντες) Illis autem addit, Τελῶ etiam Censeor, id est τιμῶμαι. Inde τὸ θηπικὸν τελοῦντες dicti Qui erant quasi capite censi, & τὴν ἱππάδα τελοῦντες apud Pollucem. Et ex Demosth. τὸ αὐ. ὁ τέλος τελοῦντας, Eodem cum eo censu censos. Sed videtur hic vsus verbi τελεῖν cum accus. θηπικὸν, & τέλος, potius conuenire cum eo cuius paulo antè facta fuit mentio, quum proferrem iunctum accus. ἀρχεῖον, item accus. ἀποφορὰν, atque aliis. Sed & τελῶ pro Attribuor, Contribuor, Censeor, &c. ab eodem illo τελῶ originem habere existimo: sicut & id quod ponitur pro Sum sub ditione, seu Pareo imperio.

Τελῶ cum eadem illa constructione habet & alium vsum longè diuersum, apud Thucyd. lib. 4, pag. 147, καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἡ ἐκ τῆς Μελίτας ἀφώρμησεν, ἐς Φαρσαλόν τε ἐτέλεσε, καὶ &c. Hìc enim ἐς Φαρσαλον ἐτέλεσε redditur, Pharsalum peruenit. Hunc autem vsum verbi τελεῖν imitans Lucianus scripsit, πεταῖος ἐτέλεσεν ὀκ Μαχλύων εἰς Σιώθας. Sed & Pertingo redditur apud eundē, ὀκ οἶδ' ὅπως βραδὺς εἰμι καὶ χωλὸς, ὡς μόλις τελεῖν ὅθι τὸ πέρμα. Quibus in locis arbitror τελεῖν perinde esse acsi diceretur τελεῖν τὴν ὁδὸν, Conficere iter. Possumúsque, opinor, in illo itidem Matthæi loco, cuius antea mentionem feci, τελέσαι τὰς πόλεις resoluere in τελέσαι τὴν εἰς τὰς πόλεις ὁδόν.

H I N C Τέλεσμα, aliáque, de quibus dicam seruato personarum ordine. A prima igitur persona pass. præteriti πετέλεσμαι, est Τέλεσμα, quod si sequeretur significationem illius πέπελεσμαι pro Effectus sum, seu Perfectus sum, sonaret Quod effectum est, seu perfectum, Res effecta, seu perfecta. Sed apud Pollucem legitur πέλεσμα sequens potius eam verbi πελεῖσθαι significationem, qua dicitur πελεῖσθαι ἀργύριον. hæc enim ab eo tanquam eodem pertinentia, simul ponuntur, φορὰ, καταφορὰ, χρήματοφορὰ, πέλος, εἰσπραξις, πέλεσμα, εἰσφορὰ. In vulg. lex. πέλεσμα redditur Vectigal, item Sumptus, & additur Luciani nomen. Budæus pro vectigali seu tributo, aut ipsa pensitatione tributi in Pand. poni testatur. A secunda autem persona πεπέλεσαι sunt πελέσος, & comp. πελεσουργὸς, atque alia. Nisi quis à πελέσαι deducere malit, habita ratione significationis τοῦ πελέσαι, quæ illis includitur. Nam I L L V D Τελέσος, ου, ὁ, sonat q. d. Finem imponens. Alioqui tanquam à τέλος, (quam deductionem non minus probo) sonabit q. d. Finalis. Dicitur certè πελέσος ἡμέρα, pro vltimo die, teste Hesych. cui & πέλεος ἡμέρα idem significat. Eandem deriuationem habent & quædam C O M P. vt Τελεσίγαμος, ου, ὁ & ἡ, apud Nonnum, Conficiens nuptias. I T E M Τελεσίγονος, Efficiens prolem, Prolificus. N E C N O N Τελεσίμορος, q. d. Efficiens mortem. id est Afferens mortem. Ex Nonno Τελεσίμορος ἠώς pro Dies mortifera, Dies funesta. Animaduertendum est autem geminari σ in his compositis, metri gratia, cui inseruiunt, potius quàm solutæ orationi. A T V E R O Τελεσουργὸς huic

vsitatum est: quod est ἀπὸ τοῦ πελέσαι ἔργον. ideóque sonat q. d. Perfector operis, seu operum, vel Effector operis. Sed ponitur simpliciter pro Perfector, seu Effector, aut etiam Efficax. Apud Plutarchum cum genitiuo πελεσουργὸς τῆς ὑποσχέσεων, Effector promissorum, Qui effecta reddit ea quæ promisit. Sed & sine adiectione pro Efficax. vt in lib. De lib. institutione, αὐσμον παράγμα καὶ πελεσουργὸν ὀπτμέλεια. Ex eodem, δύναμις πελεσουργὸς, Vis ad perficiendum efficax. At verò apud Dionys. Areop. πελεσουργὸς δύναμις τῆς ἱεραρχῶν, ab alia verbi πελέσαι significatione, Initiatrix & consecratrix.

H I N C Τελεσουργία, ας, ἡ, Perfectio operis, seu effectio. Vel simpliciter Perfectio seu Effectio: aut etiã Efficacia. Item V E R B. Τελεσουργέω, ῶ, q. d. Perficio opus, seu Conficio, aut efficio. Sed potius vsurpatur simpliciter pro Perficio, Conficio. Luc. ἀλλὰ πελεσουργείτω μὲν ἀγαθὴ τύχη. Apud Dionys. Areop. πελεσουργεῖν pro Initiare. Eius verbale N O M. Τελεσούργημα, ατος, τὸ, Operis cõfectio, seu absolutio. Ex Polybio pro fine, παραγματείας ταύτης τοῦτ' ἔσται πελεσούργημα.

Ex iis autem quæ à tertia persona πεπέλεσται deriuantur, quædam ε seruant, quædam τ tantummodò habent. Inde enim sunt πελεστὴς & πελεστικὸς & πελεστήριον, necnon πελετή. sequuntur autem hæc eam verbi πελεῖν signif. qua ponitur pro Initiari. Siquidem I L L V D Τελεστὴς est Initiator: itidémque A D I E C T. Τελεστικὸς sonat q. d. Initiatiuus, vel Initiatorius. id est Pertinens ad initiatores, seu ad initiationes. Exponitur tamen à Bud. πελεστικὴ θεολογία apud Dionys. Areop. Initiatrix philosophia. Ex Plutarchi autem Solone affertur πελεστικὴ σοφία pro Sapientia quæ circa mysteria & initiationes consistit. Item A D V E R B. Τελεστικῶς ex Hermog. pro Mysticè, Arcanè. sicut πελεστικὸς exponitur etiam Mysticus. A T V E R O Τελεστήριον, ου, τὸ, Locus in quo fit initiatio. Plutarchus in Themist. Cæterùm illud πελεστὴς interdum per compositionem alii voci adiunctum reperitur. vt in N O M. Ὀρφεωτελεστὴς, quod signif. eum qui Orphicis mysteriis initiat. Scribitur autem à Bud. illo modo Ὀρφεωτελεσὴς: quum alioqui vulg. lex. habeant diuersam in duabus syllabis scripturam. legitur enim ibi Ὀρφεοτελέσαι: exponitúrque, Initiandi autores, qui felicitatem certissimam pollicebãtur post obitum. Cæterùm ad exemplum illius Ὀρφεωτελεσὴς, extat apud Bud. & N O M E N Χριστοτελεσὴς, quod signif. eum qui Christi (id est Christianæ religionis) mysteriis initiat. Eandem deriuationem habent nomina C O M P. Ἀτέλεστος, Αὐτοτέλεστος, & Ὀψιτέλεστος. Est autem Ἀτέλεστος, ου, ὁ & ἡ, Infectus, Non effectus. Vel, Qui effici non potest, seu fieri. Apud Hom. Odyss. β, Οὔ τοι ἔπειτ' ἀλίη ὁδὸς ἔσσεται οὐδ' ἀτέλεστος, Bud. vertit, Non hæc tibi vtique peregrinatio irrita abibit & infecta. Idem poni ἀτέλεστον tradit pro Non perficiendo, aut Nõ concedendo precanti. Intelligitque (vt opinor) de eo quod non futurum est vt perficiatur & concedatur precanti. Quum autem ἀτέλεστος sequitur eam verbi πελέσαι signif. quam sequuntur proximè præcedentia deriuata, tunc ponitur pro Non initiatus: redditúrque interdum & Profanus. Plato, ὃς αὐ ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ὀν βορβόρῳ κείσεται. Habes & ex Æliano exemplum apud Suidam. Inuenitur quoque genitiuo iunctum: vt ἀτέλεστος ὀργίων, Non initiatus orgiis. Secundum C O M P. est Αὐτοτέλεστος, ου, ὁ & ἡ, Per se perfectus: ex Nonno, Καὶ λόγος αὐτοτέλεστος ἐδωρήσατο θεὸς ἀνήρ. Tertium C O M P. Ὀψιτέλεστος, Serò perfectus, vel Serò factus. Hesych. tamen in hoc versu Homeri Iliad. β, Ὄψμον, ὀψιτέλεστον, οὔ κλέος ὄπατ' ὀλέσσῃ, hoc ὀψιτέλεστον expon. ὀψὲ πεπαθησόμενον: sicut & autor breuium schol. Venio ad nomen illud quod dixi amittere σ. id est N O M E N Τελετὴ, quod (sicut præcedentia deriuata) illam verbi πελεῖν signif. sequitur qua pro Initiare vsurpatur. Est enim πελετὴ Initiationis ritus, Ritus qui seruatur circa initiationem. Atque adeo pro ipsa initiatione poni à Greg. testatur Bud. quum tamen antea esset interpretatus Initiationis celebritatem. Idem certè in Comm. scribit Plutarchũ in Demetrio pro initiatione posuisse. Ab eodem redditur ibi Expiatio, item Cerimonia, & Sacerdotium apud Demosth. Platonem verò πελετὰς appellasse etiam ludos & sacrificia, idem testatur: & Augustinum De ciuitate Dei, πελετὴν interpretari Consecrationem. Vide Comm. pag. 622. vbi inter alia affert ex Luciano, Seruatorem nostrum cruci fuisse affixum quòd apud Palæstinem καινὴν πελετὴν εἰσήγαγον. Et Synesium altaris sacrificium vocare solitum πελετὴν ἀπόρρητον, quasi arcanam & mysticam cerimoniam. Hinc autem sunt C O M P. Τελεπάρχης & Τελεπουργός. Ac πελεπάρχης quidem, tanquam cerimoniarum cõditor, appellatur Christus, à Dionys. Areopag. at πελεπουργὸς δυνάμις eidem est vis diuina operans in sacramentis Ecclesiasticis. vt docet Budæus, qui affert & S V B S T. Τελεπουργία ex eodẽ: quod videtur accipere pro consecratione seu initiatione: nam locum Dionysii habentem hoc substantiuum subiungit ei eiusdem loco vbi V E R B. Τελεπουργῶ poni tradit pro Consecro, Initio, Dedico. Vide Comm. pag. 624. Ab illo porro πελεπάρχης est N O M. Τελεπαρχία, quod (sequendo illam nominis πελεπάρχης interpretationem) esset Principatus in condendis cerimoniis: à Dionysio tamen poni tradit pro summa diuinitate, atque adeo pro Trinitate.

C. Ἀποτελέω, λῶ, Fut. λέσω, Efficio, Perficio, Præsto. Polybius, τὸ δὴ πολίτευμα τοιούτους ἀποτελεῖ ἄνδρας ὥστε παῦ ὑπομένειν χρόνον τοῦ τυχεῖν τέλεον ἀρετῆς φήμης. sic ἀποτελεῖ μανίαν, Efficit insaniam, In insaniam euadere facit. Et ἀποτελεῖν δύναμιν, facultatem præstare. Plat. epist. 7, dicit ἀποτελεῖν βουλήσεις pro Perficere & exequi voluntates. ¶ At verò ἀποτελεῖν καρπὸν non vertitur Fructum efficere, sed Fructum producere.

Ἀποτελῶ, Pendo tributi nomine & soluo. vt dicitur ὑποτελῶ. Aristot. Œconom. 2. πέμπτον μέρος τῶν ἐργαζομένων ἀποτελεῖν ἔπραξαν. Ibidem, τῆς ἐργασίας μέρος τὸ δέκατον τέλος ἀποτελεῖν. Xenophon, εἰ μέλλοιεν τὰ νομιζόμενα θεοῖς σοὶ ἀποτελεῖν οἱ τὴν γῆν ἐργαζόμενοι. Idem, εἰ ἡμῖν μέλλοιεν τὰ δίκαια οἱ νέμοντες ταῦτα ἀποτελεῖν. Extenditur etiam longius, sicut Persoluo Latinè. vt quum dicitur Grates persoluere, Vota persoluere. Xenophon Præd. 4, τούτων μὲν καὶ χρὴ χαριστήρια ὧν αὐ ἔχωμεν τοῖς θεοῖς ἀποτελεῖν. Idem dixit ἄνας ἀποτελεῖν. Plato, ἀποτελεῖν ἀπαρχήν. Ex quo citatur etiam κατὰ καθαρμοὺς ἀποτελεῖν. Item ἀποτελεῖν δίκην, pro Peragere iudicium.

Passiua vox est Ἀποτελέομαι, οῦμαι, Efficior, Perficior. vt, ἀποτελεσθήσεται ἐλπὶς, Spes perficietur, vel conficietur. aut potius, implebitur. Particip. præt. est ἀποτετελεσμένος, Effectus, Perfectus. ἀποτετελεσμένος ἀνὴρ, Vir consummatus, Vir absolutus, Vir præstantissimus, & vndique laudandus. vt vertit Budæus, citans ex Xenophonte, ἔπειτα ὦ τὸν ἱππαρχον, ἀποτετελεσμένον ἄνδρα εἶναι. Et ex eodem, ἀποτετελεσμένος ὀπτεῦτος, Villicus vel œconomus perdoctus.

Ἀποτελῶ est verbum mathematicum, sicut ἀποτελεστικὸν, apud Basil. in Hexaëmerum. Bud.

Ἀποτελεσμὸς, οῦ, ὁ, Effectio. E T Ἀποτέλεσμα, ατος, τὸ, (quod frequẽtius est) itidẽ Effectio, vel potiꝰ Effectus. Plut. ἱππικῆς τέχνης ἀποτέλεσμα παρὰν ἵππον παράγειν. Equestris artis effectus, siue opus. Apud Galen. inter se opponuntur νόσημα μέγα κατὰ φαντασίαν, & νόσημα μέγα κατὰ ἀποτέλεσμα. In hoc loco Procli (vt ait Bud.) significat effectum & vtilitatem: De sphæra, οἱ δὲ πέντε παράλληλοι κύκλοι, διὰ τὸ ἀποτελέσματά τινα δυνησόμενα εἰς τὴν ἀστρολογικὴν εἰσαγωγὴν παρεσφέρεσθαι, κατεγράφησαν εἰς τὴν σφαῖραν. Paul. iureconf. De verb. signif. cap. 5, Id opus quod Græci ἀποτέλεσμα [redacted], non Ἔργον, id est Ex opere facto corpus aliquod perfectum.

Ἀποτελέσματα peculiari significatione Effectus stellarum, apud Manilium. Firmicus effectus tum genitularum tum stellarum appellat, inquit Bud. Quidam pluribus verbis exponentes scribunt ita dici Ea quæ cœlum ex astrorum compositione & aspectu mutuo in natali cuiusque hora efficit. citántque hunc Plutarchi locum in Romulo, ὀκ τῶν λεγομένων ἀποτελεσμάτων τὸν Ῥωμύλον ποιησάμενος τὸν συλλογισμόν. Quinetiã libris quibusdam putatur Ptolemæus ἀποτελεσματικὰ ti-

tulum hoc ſenſu tribuiſſe.ii ſunt autem in opere quod tetrabiblon, ſeu quadripertitum nominatur. ¶ In vulg. lex. Græcol. annotatur ἀποτέλεσματα dici etiam aſtrologorum reſponſa.

Ἀποτέλεσμα, Euentus, apud Euſebium Pamphili.Sic vtitur Artemidorus in ſuis ὀνειροκριτικῶν libris, cum alibi, tum in hoc libri primi loco, καὶ αὐτὸν τὸν ὀνειροκρίτην ἀκριβῶς ἠξετασέον ὅς ἐστι· ὅπ μικρᾷ πρόσθεσή ἢ ἀφαιρέσῃ ἀλλοιοῦται τὸ ἀποτέλεσμα, id eſt ἡ ἀπόβασις, Exitus, Euentus.

Ἀποτελεσματικός, ή, ό, Effectum præſtans. In qua ſignificatione citatur ex Dioſcoride. ¶ Ἀποτελεσματικὴ ἐπιστήμη, Scientia quæ apoteleſmata docet. id eſt tum geniturarum tum ſtellarum effectus. Euſtath. vult eſſe augurum. nam in hunc verſum Iliad. μ, Οὐδ' ἐτέλεσσε φέρων δόλιμον τεκέεσσιν ἑοῖσιν, annotat, τὸ ἢ Οὐδ' ἐτέλεσσεν, ἀρχαῖοι καὶ αὐτὸ πνὰ ὀνειδίζουσι τοῖς μεθ' Ὅμηρον τὸ ἀποτελεσματικὴν καλέσαι καὶ τὴν περὶ τοὺς τοιούτους ὄρνις ἐπιστήμην. Idem alibi ἀποτελεσματικὴν σοφίαν appellat: (Budæo teſte) & ἀποτελεσματικοὺς σοφοὺς, qui effectum & vim geniturarum nouerunt.

Ἀποτελεστικός, ή, ό, Effectiuus, ad verbũ. Apud Baſilium eſt etiam vocabulum ad aſtrologos pertinens.

C. ΔΙΑτελέω, ῶ, Perago, Traduco. Perago, inquam, ſed ea ſignif. qua dicitur Ætuum peragere, Vitam peragere, hoc à Naſone, illud à Marone. Dicitur autem & Trãſigere vitam. Iſocr. in Buſir. ἕκαστοι τὴν αὐτῶν ἔχοντες, εὐδαιμόνως τὸν βίον διατελοῖεν, Feliciter vitam perageremus. Vel (quod magis in proſa vſitatũ eſt) Vitam traduceremus. Sic vſus eſt & Xenoph. cum accuſat. Pæd. 1, ἤδη δὲ καὶ ὁ Κῦρος διατετελεκὼς τὰ ἐν τοῖς ἐπιβοῖς δέκα ἔτη, ἐν τοῖς αὐδράσιν ὢν. Vbi διατετελεκὼς δέκα ἔτη poteſt reddi itidem Quum peregiſſet decem annos: ſed rectius, Quum exegiſſet. Aut etiam, Quum confeciſſet, ex Cicerone.

Διατελῶ, neutraliter poſitum, Permaneo, Perſeuero. Ariſtot. μετὰ ἢ ταῦτα οὐκ ἔτ' οὐδὲ πίκτοισιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν, ſed ſteriles permanent. Sic ex Thucyd. affertur διατελοῦντος μου προθύμου, pro Quum permanerẽ ſeu perſeuerarem in hoc prompti animi affectu. At διετέλει φίλος τὸ λαβόντος, Perpetuò colebat amicitiam eius qui cepiſſet. Et αἰὼ θέμενοι διατελοῦσι, ex Iſocr. Semper admonitore carent. Ex Xenoph. κυνόδεσμος καὶ ἀχίτων διατελεῖς, Sine calceis & tunica eſſe pergis. vel, Incalceatus & intunicatus permanes. Vel, Vſque manes incalceatus & intunicatus. Sæpe autem participio iunctum hunc eundem vſum habet. atque adeo illi iunctum redditur eodem illo verbo à Bud. in hoc Philonis loco, ἐξῶν ὅτι δῆλον ὅπ ἀγήρνητος καὶ ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ, Atque ex iis planum factum eſt, ingenitum mundum permanere & incorruptum. Ex Plut. Theſeo, διετέλει χρώμενος τῇ κορωνίδι, Claua deinceps perpetuò vſus eſt. Sic διετέλει διὰ κόγω χρώμενος, Semper deinceps eſt vſus. At διετέλεσαν πανηγυρίζοντες, Feſtos dies ad extremum vitæ agebant. Sed interdum διατελῶ ποιῶν exiſtimat Bud. non aliud eſſe quàm ποιῶ: (ſicut λυρεῖς ἔχων, non eſt aliud quàm λυρεῖς) vt apud Demoſth. ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προσαναλίσκοντες διετέλουν.

C. ΕΚτελέω, ῶ, Perficio, Abſoluo, Efficio, Effectum reddo, Conficio, Ad exitum perduco. Hom. Iliad. ι, Ταῦτ' αἴνως δείδοικα κατὰ φρένα, μή οἱ ἀπειλὰς Ἐκτελέσωσι θεοί, Ne illas eius minas perficiant, Ne ratas illas faciant. Apud eundem Iliad. β, — Οὐδέ π ἐκτελέοιεν ὑπόσχεσιν ἣν ὑπόσχεσαν. Cui ſimilis eſt hic locus Odyſſ. γ, Ἠ ἔπος ἢ ἔπ ἔργον ὑπόσχεσις ἐξετέλεσσεν. Itidẽ μῆνες καὶ ἡμέραι ἐκτελεῖσθαι dicuntur, vt Latinè dicitur tempus exigi, & tempus exactum, aut etiam anni exacti. At ἐκτελέσαι βίον affert pro Finire vitam. Idem tradit ἐκτελέσαι τὴν κατὰ δίκην Lucianum videri poſuiſſe pro Exequutum eſſe: vel Supplicium perpeſſum eſſe. Quò pertinet quod habent vulg. lex. ἐκτελεῖν ἢ δίκην, Pœnas pendere. Ex Phocyl. verò φόνον ἐξετέλεσας, Cædem patraſti.

Hoc autem verbum ἐκτελῶ præcedit NOMEN Ἐκτελής, quod exponitur Perfectus, item Perfectam & cumulatam menſuram habens: interdum verò Adultus. vt quidam interpr. in hoc loco Heſiodi in Erg. Ἐκτελέα βείθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν.

C. ΕΠτελέω, ῶ, Perficio, Efficio, Effectum reddo, Perago, Exequor. Thucyd. lib. 1, ἀδωάπνν νομίσαντα εἶ ὑπεσχέθη, Perficere quæ pollicitus erat, ſeu præſtare. vt lib. 2, ἃ ὑπεδέξατο οὐκ ἐπετέλει, non præſtabat quæ pollicitus fuerat. Idem ſcriptor addit datiuum ἔργῳ huic verbo, lib. 1, καὶ ὑπνοῆσαι ὀξεῖς καὶ ὑπτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν. vbi certè nihil neceſſe videtur fuiſſe datiuum illum addere. (addidit tamen Iſocr. itidem ἔργοις, ad maiorem emphaſin, ταῦτα τοῖς ἔργοις ὑπτέλει) Herodianus ad hunc Thucyd. locum reſpexiſſe videri poſſit, ſcribẽs lib. 2, ſed omiſſo datiuo illo, νοῆσαί τε ὀξὺς, καὶ τὸ νενοῆσθαι ὑπτελέσαι παχύς. vbi Pol. vertit Acer exequẽdis rebus. Sic apud Xenoph. ὑπτελούντων vertit B. Exequentium: ſed præfigens ablatiuum Opere: ἢ τὰ νόμμα ὑπτελούντων, opere exequentium & peragentium. Idem ὑπτελεῖν interpr. Obire & perfungi, afferens ex Luciano, de Perſeo, ἐσάλπι μὴν οὖτος ὑπὲ τὰς Γοργόνας, ἆθλόν πνα τῶν τῷ βασιλεῖ ὑπτελῶν. Idem ὑπτελεῖν τὰς ἀρὰς tradit eſſe Preces ratas facere, Voti damnare. At ὑπτελεῖν cum accuſ. κυνηγέσια & θέας reddit Edere: afferens vſum participii paſſiui, ex Iuliano imp. ὑπὲ ἢ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ὀνίοις θεάτρῃς ὑπτελούμθα, ἄρκτοις καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται, ad venationes quæ in theatris eduntur. Denique accipi docet & pro Celebro, ſicut & τελῶ. (ea ſignificatione qua dicitur Celebrare ludos aut feſtum) Et ὑπτελεῖσθαι itidem Celebrari. vt ἑορτὴ ὑπτελεῖται τῷ θεῷ. Dicitur & ὑπτελεῖν θυσίαν, à Plut. Item ὑπτελεῖν ἀγῶνα.

Ἐπτελεῖν pro Pendere, Soluere: ex Herodoto, ὑπτελεῖν ἀποφορίω.

C. ΠΡΟτελέω, ῶ, (q.d. Præinitio) Ad initiationem præparo, vel Expio ante rem ſacram. Vel, Ante rem ſacram quidpiam ad expiationem pertinens ago, vt inquit Bud. afferens ex Alciphr. καὶ καθαρσίν πνα δεῖ προτελέσαι τὴν γυναῖκα. Dicebantur autem προτελεῖσθαι ſpõſæ & ſponſi quoque, teſte Poll. Sed & ea quæ expiandi gratia ante rem ſacram fiebant, προτελεῖσθαι dicebãtur. Greg. autem metaphoricè, πῶς ἢ καθαιρούμεθα καὶ προτελούμεθα τῷ λόγῳ, pro Initiemus, Præparemus & idoneos puróſque nos reddamus, vt vertit Bud. qui affert etiam προτελεῖσθαι ex Luciano pro προπαιδεύεσθαι. At verò ex Xenoph. προτελεῖν pro Pecuniam repræſentare & ante diem ſoluere. Vide Comm. p. 617.

C. ΣΥΝτελέω, ῶ, q.d. Simul ad finem tendo, vel Ad eundem finem tendo, vel Vnà tendo. vt apud Ariſtot. De part. anim. lib. 3, τὸ δ' ἄπον ἡ τοῦ σώματος διάστασις, διφυὴς μὲν ὖσα, πρὸς μίαν ἢ συντελοῦσα ἀρχήν. Herodian. lib. 2, ἡ ἡ αὐτὴ πᾶν ἀνθρώποις θανάτου αἰτία· διάφοροι ἢ οὖσαι, εἰς ἓν τέρμα τοῦ βίου συντελοῦσι. Interdum verò συντελεῖν, eſt In eandem gentem contribui, vel Eiuſdem gentis concilio & communi attribui. Bud. ex Pauſ. in Phoc. Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς συντελεῖν. Et ex Achaïc. ἡ βουλομένοις ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συντελεῖν. Ab eodem συντελεῖν redditur Cenſeri, Annumerari, in hoc Demoſth. loco in Ariſtocr. ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ οὖσ τὰ συντελεῖ. Cæterùm ille verbi Contribui vſus extat cum apud alios, tum apud Plinium: vt Contribuuntur in eam orã Icoſitani. Et, Contributi Megarenſibus. Liuius dicit etiam Contribuere ſe: ſcribens, Epirotis Ambraciam placebat aggredi, quæ tum contribuerat ſe Ætolis. Exiſtimo porro συντελεῖν pro Contribui accipi ex eo quòd qui contributi ſunt, illi συντελοῦσι, id eſt contribuunt ea ſignificatione qua & noſtro ſermone dicimus Contribuer. Nam hæc quoque ſignificatio datur verbo συντελεῖν. nec affertur ſolùm συντελεῖν φόροις & συντελεῖν εἰσφοραῖς pro Contribuere, Conferre: ſed & συντελεῖν ſine adiectione, ex Demoſth. συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον. Atque adeo apud Thucydidem, συντελεῖ εἰς Ὀρχομενὸν quidam interpr. Vectigalis eſt Orchomeni. quam alioqui (ſequendo alteram illam interpr.) συντελεῖν εἰς Ὀρχομενὸν poſſit reddi, Contribui Orchomeno, ſeu Contributum eſſe Orchomeno. Iam verò vt Conferre (quo reddi aliquando συντελεῖν, modò dictum eſt) interdum ſignif. Prodeſſe: ita & συντελεῖν hunc interdum vſum habere ſciendum eſt. Alex. in lib. 1 Top. tomo 2, ἡ γὰρ ἀπορία τῷ προτάσεων συντελεῖ καὶ αὐ-

ὴ αὐτὴ πρὸς τὴν τῷ διαλεκτικῶν λόγων ἀπορίαν. Tale eſt, τῶτο ἐς ἰσχὺ καὶ πόνον οὐκ ὀλίγα συντελεῖ., Non parum prodeſt, Non parum confert. vt accipiatur ὀλίγα aduerbialiter. alioqui ſonabit ad verbum, Non pauca confert. Alicubi autem redditur potius Pertinere, vel Spectare, quàm Conferre, ſeu Prodeſſe: licet & hæc interpretatio locum habere poſſe videatur. vt apud Plut. in Lycurgo, ὡς πρὸς χρήματισμὸν συντελοῦντα.

Συντελεῖν, Conſummare, Perficere, Peragere. vnde paſſ. Συντελεῖσθαι, Perfici, Peragi. Polyb. συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς, dum funus peragitur. Cui ſimile eſt hoc ex Plut. Apophth. συντελουμένου ἀγῶνος. Ex Ariſtot. autem affertur, σωτὴρ ἁπάντων καὶ ἡγεμόνα τῷ ὅπως δύνηται συντελεσθῆναι ὁ θεός, pro Vtcunque perfectorũ. Sed alii interpr. Omnium quæ vllo modo efficiuntur. At συντελεῖν δίκην in v. l. affertur ex Dionyſ. Halic. pro Conficere iudicium, Reum peragere.

Συντελεῖν, Simul celebrare, Vnà celebrare diẽ feſtũ, B. apud Laert. At v. l. συντελεῖν τὸν ἀγῶνα ex Plut. afferũt pro tanquã ſimpliciter ſignificãs Celebrare ludos. Videndũ autẽ an hanc verbi ſignif. retineat NOMEN Συντελεστής, ής, ό, vt dicatur de eo qui ſimul cum alio idẽ feſtũ celebrat: vt quidã hanc vocẽ intellexerũt. Ab aliis eſſe putatur, Qui ſimul cum alio initiat: à τελέσαι ſignificãte Initiare. vnde τελεστής, Initiator. In v. l. συντελεστὴς redditur Municeps. itẽ Cõſummator. atque hac in ſignif. dicũt eſſe vſum Greg. de Chriſto. Locũ tamẽ nõ afferunt. ſed eũ eſſe puto hunc, ὁ ποιητὴς τῷ αἰώνων, ὁ συντελεστὴς καὶ μεταποιητής. Sed nõ dubito quin hîc συντελεστὴς aliã etiã interpr. admittat. Affert B. & FOEM. Συντελέσρια, quod interpr. Municeps, ex Priſciano.

C. ΥΠΟτελέω, ῶ, vide pòſt Ὑποτελὴς infrà.

Compoſita eiuſdẽ generis cũ ſuperioribus, ſed habẽtia verba ex ſe deriuata, præter πολυτελής.

C. Εὐτελὴς, έος, ό & ή, (& ei contrariũ Πολυτελὴς) ab ea nominis τέλος ſignificatione qua ponitur pro ſumptu ſeu impenſa. Vnde exiſtimo rẽ ἀπελῆ propriè vocari quæ facilẽ (vt ita dicã) impenſam requirit. Vſurpans autẽ nomen hoc Facilẽ, ad exprimendã vim quã (in hoc quidẽ vocabulo) habet particula ἄ, meo iudicio: talẽ ei vſum tribuo qualẽ habet quum dicitur Facilis copia, item Facilis victus, & Faciles cibi, & Faciles deliciæ. Atque adeo ἀπελὴς cum nonnullis ſubſtantiuis hac ipſa voce reddi poſſe videtur: veluti quum dicitur ἀπελὴς δίαιτα. quod redditur Tenuis victus. Poſſit enim non minus cõmodè reddi Facilis victus. Similẽ certè vſum habet apud Herodian. ἀπελὴς cum accuſ. τράπεζα. vbi tenuem menſam Pol. interpr. Redditur alioqui ἀπελὴς & Frugalis: quæ interpretatio locũ habere poſſit & cũ præcedentibus ſubſtantiuis. Conuenit certè potiſſimũ iis locis in quibus perſonæ tribuitur ἀπελὴς. nimirũ pro φειδωλὸς & ὀλιγοδάπανος, vt exp. ab Euſtath. (qui viciſſim πολυτελὴς exp. πολυδάπανος) vt quum dicitur à Plut. ἀπελέστεροι Διονυσίου οἱ γυμνοσοφισαί. Cæterùm cum illa expoſ. Euſtarhii cõuenit & hæc Athenæi, ſcribentis τελεῖν eſſe δαπανᾶν: vnde πολυτελεῖς eſſe τοὺς πολλὰ ἀναλίσκοντας, ſicut ἀπελεῖς τοὺς ὀλίγα. Sed quòd à verbo πελῶ deriuat, non à nomine τέλος, in eo certè illi nequaquã aſſentior. (vt & ſuprà docui) Includitur enim potius his duobus compoſitis nomen τέλος ſignificans δαπανίω, à quo eſt illud ipſum τελεῖν pro δαπανᾶν.

Εὐτελὴς ſæpe redditur Vilis, ſicut & Tenuis: (affertur certè pro λιτὸς καὶ ἀφελὴς ex Dionyſ. Halic.) & quidẽ nõ ſolùm de re dictũ, ſed interdũ & de perſona. De re dictũ ab Herodiano, adiunctũ habet μικραὶ aliquoties. vt l. 7, ἐκ μικρᾶς καὶ ἀπελοῦς βιβολῆς. vbi Pol. reddit Tenuiſſima tenuiſſimáq; calumnia. Idẽ l. 5 dicit, μικραὶ καὶ εὐτελῆ πρόφασιν, vbi Pol. interpr. Exiguã tenuémque occaſionẽ. Apud eundẽ Herod. de perſona frequẽter legitur. vt l. 4, ἰδιώτου τινὸς καὶ ἀπελοῦς γαμβρὸν γενέσθαι. quæ idẽ ille vertit, Priuati cuiuſdã & tenuis fieri generum. In alio autẽ loco ἀνθρωποι ἀπελεῖς reddit Humiles perſonæ.

Hinc ADVERB. Εὐτελῶς, (q.d. Paruo ſumptu, Exigua impenſa. ὀλιγοδάπανος) Frugaliter, Tenuiter. At Polit. εὐτελέσταπα apud Herodianum vertit Expeditiſſimẽ.

Item SVBST. Εὐτέλεια. ας, ἡ, (ſequendo ea quæ dicta ſunt in ἀπελὴς) Facilis impenſa: Vel Parua impenſa, Paruus ſumptus. Et vna voce, Frugalitas. Aut etiam Parſimonia. (vt apud Thucyd. l. 2, φιλοκαλοῦμεν μετ' ἀπελείας, redditur Elegãtiæ ſtudem⁹ cum parſimonia) item Tenuitas. Interdum & Vilitas. Greg. Εὐτελεστέροι τῆς ἀπελείας τῷ προσκυνουμένων & σεβομένων, Abominabiliores ob vilitatẽ eorũ quæ ab ipſis coluntur & adorantur. A Suida ponitur nõ ſolùm εὐτέλεια ſed ETIAM Εὐτελία. Et ἀτέλειαν quidẽ eſſe dicit σμικροφορέπειαν: at vero ἀτελίαν, eſſe ἀδαιμονίαν, (id eſt felicitatem) τῷ τὸ εὖ τελεῖν. Affértque locũ Ariſtophanis, quem vide, ſimúlque locum Menandri quem affert in ἀπελής. Vide item Heſych.

Præterea VERB. Εὐτελίζω, eiúſque COMP. Ἐξευτελίζω, Contẽno aliquid, tanquã ἀπελές: vel aliquẽ tãquã ἀπελῆ. Exp. & Parui facio, Vilipẽdo, Floccifacio. Sed antiquis ſcript. minimè vſitata hæc fuiſſe exiſtimãtur.

Illud autẽ cõtrariã τῷ ἀπελὴς ſignif. habens COMP. Πολυτελὴς, eãdẽ planè interpretationis formã requirit, vtpote eandẽ originẽ habens: ſicut ex iis quæ in illo dicta ſunt, manifeſtũ eſſe poteſt. Atque vt ibi habes ἀπελὴς iunctũ cũ δίαιτα, itẽ cum τράπεζα: ita viciſſim πολυτελὴς cũ ſubſtãtiuis illis iungi ſciendũ eſt. Et tũc πολυτελὴς eſt Magni ſumptus, Sũptuoſus. Cic. tamẽ apud Epicurũ πολυτελῆ δίαιταν interpr. Res exquiſitiſſimas ad epulandũ. vt videbis in meo Cic. lex. Apud Plut. legimus πολυτελεῖς & φλεγμαινούσας τραπέζας. Idẽ πρὸς πολυτελῆ copulat. Dicitur autẽ & de aliis reb⁹: vt ὕλη πολυτελὴς apud Herodian. l. 4, καὶ δῶρα πάσης τε ὕλης πολυτελοῦς καὶ τέχνης ποικίλης. Apud eude legimus & θέας πολυτελεῖς. Inuenitur certè iunctum & aliis quibuſlibet ſubſtãtiuis. ac nonnunquam reddi poteſt Magnificus. Verùm & perſonæ tribui ſciendũ eſt, ſicut ἀπελής. Dion. Pericle, καὶ γυναικὶ νέᾳ καὶ πολυτελεῖ συνοικῶν. i. Sumptuoſæ muliери. Nã apud Latinos Sumptuoſus itidẽ tam perſonæ quàm rei tribuitur: & nominatim de muliere dictum extat apud Terentiũ. Hinc ADVERB. Πολυτελῶς, Sumptuoſè, Magnificé. Et SVBST. Πολυτέλεια, Sumptuoſitas, Magnificẽtia. Plut. αἰσκαλωπίζεσθαι πρὸς τὴν πολυτέλειαν ἀτελείαν.

C. Λιτοπελὴς, έος, ό & ή, Vtilis, Frugifer. Vnde λιτοπελέστερος, Vtilior: & λιτοπελέσταπος, vtiliſſim⁹. Syneſ. ἄγαν καὶ μεθίσταται ἢ λιτοπελέστερον ἦν, ἀλλ' ἢ κερδαλεώτερον. Greg. καὶ πάντα βίον ἡμῖν διεξαγάγοις πρὸς τὸ λιτοπελέσταπον. Hinc VERB. Λιτοπελέω, ῶ, Vtilis ſum, Expedio, Cõfero. Xen. μηδενὶ δεσπότῃ λιτοπελεῖν. Dem. λιτοπελεῖν αὐτοῖς. Idẽ τὰ λιτοπελοῦντα dixit Cõmoda: τὰ ἀπὸ τῆς εἰρήνης λιτοπελοῦντα, pacis cõmoda. Hinc ADVERB. Λιτοπελοῦντως, Vtiliter, apud Xen. & alios. Cæterùm pro λιτοπελεῖ ſciendũ eſt Soph. dixiſſe λύει τέλη, in OEdipo tyrãno, p. 164 & 165 meæ edit. φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντ. 1. ἔνθα τὸ φρονεῖν λιτοπελεῖ, vt ſchol. exp. qui etiã videtur exiſtimaſſe inde datam eſſe huic verbo iſtã ſignif. quòd ſi quis iis qui pendẽdis tributis obnoxii ſunt, illa ſoluat illis & aboleat, (i. eos immunes illis reddat) vtilitatem illis affert. A λιτοπελὴς autem BICOMP. Ἀλιτοπελὴς, Inutilis, apud Dem. Vnde ADVERB. Ἀλυτοπελῶς, Inutiliter, apud Xenoph.

C. Ὑποτελὴς, έος, ό & ή, (q.d. Qui ſub tributo eſt) Qui tributo pendẽdo eſt obnoxius, Tributarius. aut etiã Vectigalis. ὁ ὑποκείμενος τέλει. Thuc. addit etiã genitiuũ φόρου, dicens ὑποτελὴς φόρου pro tributario. (At verò Luc. dixit ὑποτελεῖς μισθοῦ, eos qui ſunt μισθωτοὶ, i. cõductitii, vt ſcribit B. quũ tamẽ ὑποτελὴς μισθοῦ, ſequẽdo illũ vſum quem habet ὑποτελὴς cum genit. φόρου, videatur de eo dicendum qui mercedem pendit, ſeu perſoluit) Hinc VERB. Ὑποτελέω, ῶ, Pendo: ea ſignif. qua dicitur Pẽdere tributum. nã cum accuſ. φόρον & φόροις iungi ſolet. Iſocr. μηδένα φόρον ὑποτελοῦντες. Luc. μηδὲ φόροις ὑποτελεῖν, μηδὲ ἀπαιτεῖσθαι τὰ χρέα τοὺς ὀφείλοντας.

De compoſitis Τελεσφόρος & Τελώνης.

Superſunt duo diuerſi generis à præcedẽtibus compoſita. quæ verba itidẽ formãt. Atque vt de priore prædicã, τελεσφόρος dictum eſt ἀπὸ τοῦ τέλος φέρειν. vt ſit τελεσφόρος, q. d. Finem afferens, Ad finem perducẽs. Apud Homerum certè τελεσφόρος ἐνιαυτὸς (id eſt annus) exponitur ὁ εἰς τέλος ἄγων πᾶν ἀγαθὸν τὸ ἐκ γῆς. (Redditur alioqui μείνα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν, apud eũ Manſi per annũ integrum & totũ. q. d. per annũ ad finẽ vſq; perductũ)

Affertur & ex Gazæ interpretatione πλεσφόρος apud Theophr. pro Ad finem vsque officio fungens, seu perfectè. Redditur etiam, Opportunè fruges producens. A Plutarcho πλεσφόρα appellātur δένδρα, Arbores quæ fructus ad maturitatem perducunt, Quæ fructus tempestiuos & maturos ferunt. Apud Sophoclem Electra precatur vt sua somnia, si quidem sint ἐσθλά, sint πλεσφόρα. id est, ad exitum perducantur, ac minimè sint irrita. Apud eundem πλεσφόρος δίκη exponitur πλεσουργός. qua fortasse significatione dixerat Alcidamas πλεσφόρον πειθὼ ἀς ᾠεθυμίαν. Quinetiam πλεσφόρος οἶκος dictus fuit eius qui vxore ducta liberos procrearat, si Hesychio credimus. Præterea μαίπν seu ἐγγασρίμωθον significat vox πλεσφόρος, teste Suida. Hinc VERB. Τελεσφορέω, ῶ, Ad finē perduco, Perficio. Sæpe pro Ad maturitatem perduco, de arbore dictum. In vulg. l. Opportunè fero fruges, Fructum perfectum & absolutum fero. Sed additur interdum accus. vt οὐ τελεσφοροῦσι καρπὸν ὀνίοτε αἱ ἄμπελοι. A passiua autem voce Τελεσφορεῦμαι, id est, ab eius prætento, est NOMEN Ἀπλεσφόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ad maturitatem non perductus. Ex Dioscor. ἀπλεσφόρητα δένδρα affert Bud. pro Quæ ad frugē non peruenīunt.

Alterum COMP. Τελώνης, ex nomine τέλος & verbo ὠνοῦμαι factum esse liquet. (ea forma quadēkapώνης, σπώνης, & alia) Sonat enim πλώνης, Triburorum seu vectigalium emptor. Sed redditur potius Vectigalis seu vectigalium redemptor: & Publicanus, vna voce. Plutarch. in lib. qui ᾠεὶ πολυᾠεραμοσιώνης inscribitur, καὶ ὑπὸ τοῖς πελώνας βαρυώμεθα καὶ δυς χεραίνουθν, οὐχ ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἐκλέγωσιν, ἀλ' ὅταν τὰ κεκρυμμένα ζηπεῶντες, ἐν ἀλλοτρίοις σκεύεσι καὶ φορτίοις ἀᾳαρόᾳωνται. Quo ex loco τῶν πελωνῶν mores discere possumus. In Euāgelistis frequens est, apud quos redditur Publicanus. (Sed affertur ETIAM Τέλων, ωνος, ὁ, pro publicano. A quo fortasse malit quis deducere nomen COMP. Τελωνάρχης, Publicanorum Princeps. qui alio nomine DICTVS Ἀρχιπελώνης. Bud. πελωναρχης apud Cyrillum interpretatur etiam Manceps) HINC Τελωνικὸς, Ad publicanū seu publicanos pertinens. Redditur & Vectigalis. ITEM Τελώνιον, ου, τὸ, Locus in quo sedent publicani, seu Publicanorum mensa, apud Matthæum & Marcum. Affertur autem ex Chrysostomo & pro scrinio. Habet verò Suidas ET Τελωνεῖον, quem vide. Est & aliud SVBST. Τελωνία, AVT Τελωνεία, quod à Budæo redditur Redemptura vectigalium. In vulg. lex. Vectigalis exactio, item Cēsus publicus, Vectigal. Pollux ᾠεὶ πελωνῶν loquutus, τὸ δὲ ᾠεῶγμα (inquit) πελωνία. πελωνεῖν, τὸ ῥῆμα· καὶ εἰς ᾠεράπειν, πέλη ᾠεράπειν. Vbi obserua legi πελωνία cum ι solo. Sic & in isto Dionis loco, πᾶσαν δὲ πελωνίαν δι' αὐτῶν ἐφύλαττον. Apud Dem. autē in Midiā scribitur cū ει. Est & VERB. Τελωνέω, ῶ, quod redditur non solùm Vectigalia redimo, & Vectigalia cōduco: sed etiā Vectigal exigo, seu tributū, Portoriū exigo. Habes autem hoc verbū in loco Pollucis quem modò protuli. Sed accusatiuo etiam sæpe iunctum reperiri sciendum est. Affert enim Bud. ex Gregor. σκομπίζων καὶ διαχέων καλῶς ἁ κακῶς ἐπελώνησε, Quæ malè collegerat publicani munus exercendo. Affert & πελωνεῖν πλὼ Αἴγυπτον, ex Eccles. historia. Quinetiam generalius vsurpari docet pro Quæstui habere, (sicut VERBVM Φοροθετεῖν) vt in hoc Basilii loco scribētis ad Libanium, ἢ τὸ τῶν σοφιστῶν ᾠθος, οἷς τέχνη τὸ πελωνεῖν πρὸς λόγοις ὀδῖ. Inuenitur & passiua vox Τελωνοῦμαι, q. d. Exigor vectigal, seu tributum, pro Exigitur à me vectigal, seu tributum: aut etiam peculiarius, portorium. Ex Maccab. lib. 1, cap. 13, affertur πελωνεῖται pro Tributarius est, Tributum soluit. Bud. πελωνοῦμαι reddit, Profiteor & pensito tributum, Non sum immunis. HINC Ἀπελώνητος, ου, ὁ & ἡ, Pro quo seu cuius nomine vectigal non pensum est, aut non penditur. Merces improfessæ (inquit idem) à Martiano dicuntur in l. Interdum, infrà De publicanis, quarum nomine negotiatores vectigal non pependerint. Hinc etiam verbum COMP. Παραπελωνέω, ῶ, pro Aduersus publicanorum iura aliquid committo. vt ᾠαραπελωνησάμενος π affertur de eo qui commiserat aliquid in rem publicanorum. Videtur certè Bud. existimasse accipi hoc verbum pro eo quòd vulgò dicimus *Frauder la gabelle*.

A

B

C

D

De compos. Ἐντελεχὴς, à quo Ἐντελέχεια.

C. Τετιγομήτρα, Cicada matrix, seu Cicadarum mater. Aristot. Hist. anim. 1 5, cap. 30, ὅταν δὲ σκώληξ αὐξηθῇ ἐν τῇ μήτρα· καὶ εἰσὶ τότε ἤδιστοι πρὶν τοῦτο γένεται τετιγόνεται τέτιγες ἐκ τῆς τετιγομήτρας. Ita vt τετιγομήτρα sit cicadarum enascitur multitudo. Plin. lib. 11, cap. 26, Fit primò vermiculus, dein ex eo quæ vocatur tettigometra, cuius cortice rupto, circa solstitia euolant.

B C. Τετιγοφόροι, Cicadiferi. Sic vocabantur olim Athenienses, eo quòd comæ cincinnis implicitas gestarent cicadas aureas: vt eo argumento probarent se esse αὐτόχθονας & γηγενεῖς, vt suprà quoque docui. Testatur idem & Hesych. & Eustath. qui pag. 395 sic scribit, οἱ δ' ὕστερον δοῦλοι Ἀθηναῖοι τοιαῦτα τετιγοφόροι ὄντες. τέτιγας δὲ ἐφόρουν χρυσοῦς, εἰς σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι).

Τετιγόνια SIVE Τετιγονίαι, Cicadastræ, vt Gaza interpr. seu Cicadæ minores, Cicadulæ. Aristot. Hist. anim. libro 5, cap. 30, de τετίγων generibus, καλοῦσι δὲ τοὺς μὲν μεγάλους καὶ ἀδήκτους, ἀχέτας, τοὺς δὲ μικροὺς, τετιγόνια. Vnde Plin. libro 11, cap. 26, Quæ canunt, vocantur achetæ, & quæ minores ex eis sunt, tettigoniæ. sed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere, fœminæ silẽt. Vbi etiam NOTA Ἀχέτα, quos Plin. ibidem dicit canere pectore quod eis est fistulosum: vnde & inter ἐγκέλαδα numerantur, vt suprà in Ἐντόμα docui. vide & Hesiodi quendam locum in Τέτιξ citatum. Ex Etymologo autem affertur τετιγόνιον pro Cicadæ simile.

C

D Τετίζω, Strido vt cicada, Fritinio: vt quidem autor Philomelæ dicit, — fritinit rauca cicada.

ΤΕΥΧΩ, F. ξω, Fabricor, Struo, quomodo Homer. vsurpat Iliad. ζ, δώματα Καλὰ, τά ῥ' αὐτὸς ἔτευξε σὺν αὐδράσιν, οἷ τότ' ἄριστοι Ἥσαν ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι τεκτόνες ἀνδρες, Οἵ οἱ ἐπείνσαν θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλὴν. Itidem quidam accipiunt in hoc incerti autoris epigramm. libro 1 Antholog. Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Εὔνοις τοῦδε βωμὸν ἔτευξα, sic interpretantes, Spem & Nemesin ego Eunus prope aram struxi & locaui. Vnde quis suspicari posset apud Plin. l. 34, c. 7, legendũ Eunus esse pro Eunicus, quem refert inter artifices operũ ex ære confectorum. Ego tamẽ illud epigramma interpretãs, εὔνοις adiectiuè accipere malui, & quidẽ in accus. plurali, nõ in nominatiuo singulari. Pass. τύχεται, Struor. vnde PARTICIP. Τετυγμένος pro πεπυγμένος, Structus, apud Homer. Odyss. χ. v. 334, Ἠὲ δὲ μεγάροιο Διὸς μεγάλου ποὶ βωμὸν Ἑρκείου ἵζοιτο πετυγμένον, ad aram Iouis Herceo structam, seu extructã. seu Ad aram Iouis Hercei pulchrè structam: vt in sequenti tmemate videbis. Alicubi verò actiuè accipitur, vt Iliad. τ, versu 208, — ἅμα δὲ ἠελίῳ καταδύντι Τεύχεσθαι μέγα δόρπον. Est enim τύχεσθαι δόρπον quod Latini dicunt Parare & apparare cœnam, Instruere cœnam. Rursum pass. τύχεσθαι accipitur pro Instrui armis seu Armari, vnde τυχὰ dicuntur Arma: vt Hesych. quoque τύχονται exp. σάττονται, ὁπλίζονται. Homer. Odyss. χ, versu 104, — πετυχῆσθαι δὲ ἄμεινον, melius enim est & consultius vt armati simus. vbi & schol. expon. καθωπλίσθαι, cum Hesychio, apud quem præterea legitur Τετύξεται, κατασκευασθήσεται, γενήσεται. quæ ad præcedentem pertinent significationem. Vt verò reuertar ad actiuum τύχω, accipitur pro Struo, Fabricor, Machinor, Paro, in alio etiam loquendi genere, veluti quum Hesiod. Erg. libr. 1 dicit, Οἷ ἄλλῳ κακὰ τύχει αὐτὴρ ἄλλῳ κακὰ τύχων, Qui alii mala machinatur, ipsi sibi mala machinatur: vt ipse ibidem dicit τῷ κακὴν βουλεύσαντι κακίστην εἶναι. Ad cuius imitationem Lucill. libro 2 Epigramm. in Fures, Ὃς δ' ἄλλῳ κακὰ τύχει, ἑαυτῷ κακὰ ἤπατε τύχει, qui alteri parat struitque mala, ipse suo hepati ea struit. Itidem δόλον τύχειν apud Nonn. Dolum struere, seu fabricari, vt Virgil. dicit Doli fabricator Vlysses. Et φόνον τύχειν τινὶ, de quo in sequente tmemate dicetur. Quibus adde hoc Homeri Iliad. α, versu 115, Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκα σφὶν ἐκηβόλος ἄλγεα τύχοι. Vbi tamen reddendum potius est Infert: quod consequens & effectum est præcedentis τύχω, si-

gnificantis Struo, Machinor, Molior. atque adeo schol. expon. παρέχει, ποιεῖ, vt rursum Iliad. α, initio, — αὐτὰρ ἐπεὶ ἐλόεσσα τεῦχε κύνεσσι, idẽ τεῦχε accipit pro ἐποίει: Hes. autem exp. κατεσκεύασε, parauit. Sed malo ego cum schol. Esse fecit. quomodo in Epigr. legimus, Ἣ σ' ὕπατον τεῦξε, Quæ fecit vt consul esses, Quæ te fecit & creauit consulem. Ac certè & pass. τύχομαι accipitur pro Fio, vt eundem Hesych. suprà dixi τετύξεται exponere γενήσεται: vnde apud Homerum Iliad. β, vers. 230, Ἡμεῖς δ' ἑστάτος θαυμαζομεν οἷα ἐτύχθη, mirabamur quid factum esset, seu quid euenisset. Sic ET Τέτυγμαι accipitur pro Sum, ὑπάρχω: velut Iliad. ο, de Ioue, — τάμίης πολέμοιο τέτυκται, belli arbiter est. Itidémque Odyss. ξ, — μετὰ Κρήτεσσι τετύγμεθα, id est ὑπῆρχον, eram. Necnon apud Hesiod. παλίωξις τετύκται. Et rursum apud Homerum in Odyss. τετύχθαι legitur vsurpatum pro γενέσθαι, ac τετύχθαι pro γενέσθαι, esse.

Sed notandum est, quosdam PRAET. Τέτυγμαι, & AOR. Ἐτύχθη, malle deriuare ab alio themate, NIMIRVM Τύχω VEL Τύκω, quod & ipsum interpretantur Struo, Paro, Instruo: item Facio. quorũ tamen nulla proferuntur exempla, nisi præteriti illius passiui & aoristi, quæ passim obuia sunt. vt, præter ea quæ paulo antè citaui, Il. γ, — ὅσσα τοι πέρι θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται, Vtri mors & fatum est paratũ. id est, Vtri nostrum mori fatale est. Et in Odyss. alicui φόνος τέτυκται. dicitur enim vt aliquis alicui φόνον τεύχειν, (velut Od. λ, Κουρειδῶ τεύξασα πόσει φόνον) ita vicissim ipse φόνος alicui τύχεσθαι ab aliquo, vt Iliad. ρ, Σοὶ δ' ἐγὼ ἐνθάδε φημὶ φόνον καὶ κῆρα μέλαιναν Ἐξ ἐμέθεν τεύξεσθαι, à me tibi illatum iri. Cui φόνον τεύχειν synonymum est φόνον φυτεύειν & φόνον φέρειν, apud eundem Odyss. ρ, versu 82, & Odyss. ο, versu 272. Nec verò θάνατος solùm τύχεσθαι dicitur, verùm etiam opera fabrilia. vnde πετυγμένος dicitur ὁ καλῶς τεχνικῶς κατεσκευασμένος seu εὔτυκτος, Bene paratus, Affabrè factus. velut Odyss. ο, Δώσω τοι κρητῆρα πετυγμένον: vt ποιητὸν τεύκτὸν alibi pro ἀνθρώπινον. & suprà βωμὸς πετυγμένος pro Benè & eleganter extructa ara. Quibus Eust. addit hoc Odyss. υ, versu 367, Καὶ νόος ἐν στήθεσσι πετυγμένος οὐδὲν ἀεικής: copulans illa tria, πετυγμένος οὐδὲν ἀεικὴς, & idem valere dicens quod εὔτυκτος. Vbi τύχεσθαι potius naturæ est quàm artis: & πετυγμένος οὐδὲν ἀεικὴς accipi etiam posset pro οὐκ ἀεικὴς τυγαίνων seu γενόμενος, seu quem natura οὐκ ἀεικὴ ἔτευξε καὶ ἔφυσε. Ac tunc illud πετυγμένος acciperetur simpliciter pro Factus, Creatus, vt & apud Phocyl. quum dicit, Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ πετυγμένον εἶτ' ἄτυκτον, quod enim factum est, infectum esse nequit. Eustath. verò hoc τέτυγμαι, & quæ inde deriuantur, ex πέπυγμαι facta esse ait, exẽpto ε. qui tamen & alterius thematis Τύκω meminit, ex quo deducit AOR. 2 Τετύκοντο, habẽtem reduplicationẽ similem ei quæ est in λελάθοντο. Apollon. Rhod. Argon. 2, βωμὸν τετύκοντο, aram extruxerunt. Et Homerus Iliad. α, — τετύκοντό τε δεῖπνα, id est παρεσκεύασαν, ἠὐτρέπισαν. qui & Odyss. μ dicit, λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον. Idem vtitur & actiuæ vocis aoristo 2, NIMIRVM Τετυκεῖν, vt Odyss. ο, — εἴπω δὲ γυναιξὶν Δεῖπνον ὀνὶ μεγάροις τετυκεῖν, vt cœnã apparent seu instruant. Apud Hesych. verò legitur præsentis temporis verbum τύκω, quod exp. ἐπιμαίζω, Paro, Apparo. Necnon τύκισι, apud eundem extat, expositum τύκισι.

A

B

C

D

E

F

G

Τεῦξις, vide infrà in Τυξις.

Τευκτὴρ, ῆρος, ὁ, Fabricator, Instructor, Apparator. Suid. enim τευκτῆρε affert pro κατασκευαστῆ, ποιητῆ.

NECNON Τεῦκρος idem cum τευκτήρ. Sic enim apud Hesychium legimus, Τεῦκροι ἢ Τευκτῆρες, ποιηταί: cui itidem τεῦκροι sunt οἱ ποιηταί: item & οἱ Τρῶες. Sed annotat Eustath. quum Troiani hoc nomine significantur, aliquando acui, aliquando θεραπευτάδαι. forsan ad differentiam proprii nominis Τεῦκρος, qui Aiacis frater fuit, ex Hesione Priami filia, eadẽq; Troiana, natus, vnde & Teucri nomen accepit. Hinc PATRONYM. Τευκρίδαι, Teucridæ, Oriũdi à Teucris vel Teucro. vt apud Isocr. in Euag. encom. Τευκριδῶν θεόγονος ἰοῦ Αἰακός, Æacus Teucridarum erat progenitor, Ab Æaco Teucridarũ genus initium sumpsit. ET Τεύ-

H

A κριον, ου, τὸ, SIVE Τευκρὶς, ίδος, ἡ, Teucrion, Teucris: herba ab inuentore Teucro denominata. de qua Dioscor. libro 3, cap. 111. Plin. libro 25, cap. 5, Inuenit & Teucer eadem ætate Teucrion, quam quidam hemionion vocant. Alibi Teucriam herbam appellat.

Τευκτὸς, οῦ, ὁ, Fabricatus, Factus: idem cum πετυγμένος. Hesychio & Suidæ κατασκευαστὸς, χειροποίητος.

C. Νεότευκτος ET Νεοτευχὴς, Nuper fabricatus, Recèns factus seu paratus. νεοκατασκεύαστος. Iliad. ε, δίφροι Καλοὶ, θεοφαπαγεῖς, νεοτευχέες.

B C. ΠΕΡΙτέτυκτο, tertia perf. sing. pr. plusquam perf. tanquã à θεὶ τέτυγμαι. Hom. Il. ρ, v. 280, de Aiace, — ὃς θεὸν μὲν εἶδος, θεὸν δ' ἔρρα τέτυκτο Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα, qui forma & fortitudine in rebus gerẽdis instructus erat præ cæteris Græcis post Achillem. Nam Eust. ibi θεὶ τέτυκτο τῶν ἄλλων exp. ἐπέκεινα καὶ θειοτέρου τοῦ ἄλλων ἐτέτυκτο: annotandũ etiam esse monens, τέτυκτο eo loco dici ὅθεν φυσικῆς κατασκευῆς, quum propriè ὅθεν κτῆ τέχνῃ vsurpetur: construi autem cum genitiuo vt θεοῖσιν, vt præpositionis θεὶ significantis θεοειδέστατα. Sed ego non video quid obstet quominus θεὶ à τέτυκτο seiungamus: ac certè hanc scripturam longè alteri prætulerim.

Deriuata ex τέτυγμαι, siue Τύκω aut Τύκω.

Τύξις, εως, ἡ, Apparatus. Hesych. τύξιν expon. τεῦξιν, κατασκευάσιν. Vbi etiam nota τεῦξις à τέτυξαι.

Τυκτὸς, οῦ, ὁ, idem cum τευκτὸς, Fabricatus, Factus, Paratus. vt τυκτὸν δάπεδον apud Homerum, Solum manu artéq; factum, vt quod lapidibus aut tabulis stratum est. Eustath. exp. τὸ μὴ φύσει πεφυκὸν, ἀλλὰ σκευασθέν: qui tamẽ addit, posse etiam accipi pro εὔτυκτον, sicut πετυγμένον κρητῆρα idem poeta vocat Affabrè & elegãter factum craterem: quomodo & ποιητὸν αὐλὸν ab eodem dici πολὺ ἀνθρώπινον. Odyss. ο, versu 616, Δίσκοισιν τέρπουτο καὶ ἀγλαΐσιν ἱέντες Ἐν τυκτῷ δαπέδῳ. Et Od. ρ, — ὅθι κρηνὶν ἀφίκοντο Τυκτὸν καλλίροον, id est χειροποίητον, Manu factũ seu fabricatũ fontem. Item & τυκτὸν κακὸν vocat τὸ τυχόμενον καὶ μὴ ἐγγιγνόμενον φύσει, Il. ε, v. 826, de Marte, — τυκτὸν κακὸν ἀλλοθεόν. nec enim natura nobis id malum parat & infert, sed ipsi nos nobis inuicem. Rursum τυκτοὶ βοῦς appellat Bouinas pelles à βυρσοδέψῃ curatas, seu πεπεχιπυμένας, vt Eustath. exp. Iliad. μ, versu 105, Οἱ δ' ἐπὶ ἀλλήλοις δέραν τυκτῆσι βόεσσι.

C. Ἄτυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non factus, Infectus. Phocyl. Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ πετυγμένον εἶτ' ἄτυκτον, quod enim factũ est, nõ potest amplius esse infectum. vt & Aristot. τὸ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι: & Terent. Quod factum est, infectum fieri nequit. Exponitur etiam Non affabrè factus, Non ornatus.

C. Εὔτυκτος SIVE Εὔτυκτος dialysi poetica, Benè seu affabrè factus, vt εὔτυκτος κυνέη apud Homerum Odyss. ξ. Suidas autem εὔτυκτα ex Herodoto affert non solùm pro καλῶς κατεσκευασμένα, Pulchrè parata, sed etiã pro ῥάδια, ἕτοιμα, εἰργασμένα, Facilia, Parata. Ita vt significet etiam Facilis, seu Factu facilis, Paratus & in promptu. Quo modo Hesychius vsurpauit, quum ἀτύκαζον exp. εὔτυκτον ἔχε, ἕτοιμον. Quod ἀτύκαζον valde mihi suspectum est.

Τύκος SIVE Τύχος, ου, dicitur οἰκοδομικὸν ἐργαλεῖον, siue λιθοξοϊκὸν σφῦρον, vt Eustath. & Pausan. tradunt, id est Instrumentũ ferreum quo architecti & lapicidæ vtũtur in politẽdis lapidibus: vt Hesychio quoq; τύχοι sunt λιθοξοϊκὰ ἐργαλεῖα, apud quem per χ scribitur, vt & apud Pausan. teste Eustath. Per κ autem apud Eust. & Poll. qui τύκον vocari ait τὸ θεῖον λαπίμων σφῦρον, malleũ quo vtuntur latomi, nimirum in decutiendis assulis seu cæmentis, & poliendis ipsis lapidibus. Qui mallei interdum rostrati sunt, interdum verò prætenui acie, vt in modum cultrorum scindant. Ac illis quidẽ, cæmenta & assulas è lapidibus adhuc rudibus deiiciunt, his autem postea complanant poliúntq; ac scalpunt. qualia sunt latomorum cæla apud Latinos. VNDE Τυκίον SIVE Τυχίον, ου, τὸ, idem quod τύκος seu τύχος, nisi quòd diminutiuum est. apud Eustathium per κ. Et VERB. Τυκίζω SIVE Τυχίζω, Paro seu polio τοῦ τύχω. Aristoph. Auibus, Τοὺς τοῖς δ' (videlicet λίθους) ἐ-

τύκιζον αἱ κρέκες πῆς ῥύγχεσι, Hos autem poliebant rostris suis creces: nimirum, τύκων loco, vtentes suis rostris. A
sunt enim τύκοι malleiformes (vti dixi) quibus lapicidæ cæmenta decutiunt, quamobrem & κολαπῆρες nominantur, à verbo κολάπτειν significante Rostro tundo in modum auis. Suidas quoque ἐτύκιζον ibi exp. ἔξεον, ἔκοπτον, dicens τύκων esse ἐργαλεῖόν τι ὧ τοῖς λίθοις τορευόμενοι καὶ ξέουσι. rectè. primùm enim circũquaq; rostrato malleo assulas è rudi lapide decutiũt: deinde eo qui prætenui & cultrata acie est, poliunt, læuigant, complanántque scalpendo. Scholiastes autem Aristoph. habet τορευτικοῦσι pro illo τορευόμενοι. sed mendosum mihi id videtur, ac B
pro eo reponendum puto τορευτικίζουσι, seu τορευτιζίουσι. Nam vt DICITVR Ἀποτυκίζω, ita ET Περιτυκίζω indè aptè formari non dubium est. Est autem ἀποτυκίσαι λίθον Eustathio τὸ ἀποπελεκῆσαι, id est A lapide assulas & cæmenta malleo rostrato decutere, ad eum complanandum: veluti securi è ligno solent deiici assulæ, vt læuius fiat ac planius operique aptius. Ita περιτυκίσαι, circumcirca decutere malleo illo assulas è lapide rudi adhuc & impolito. Hesychio quoque ἀποτυκίσαι est τὸ ἀποπελεκῆσαι τὸν λίθον: ἀπὸ τοῦ τύκων, inquit, id est λιθοξοϊκῶν σφυρηλάτων. Idem tamen ἀποτυκισθεὶς exponit ἀποπλεθείς. Porrò Τύκος seu Τύκος dicitur à τύκω seu τύκω C
aut τύκω, quoniam eo οἱ λιθοξόοι τοὺς λίθους τύκουσι, id est τορευτικιζίουσι καὶ ἑτοιμαζίουσι, parant seu præparant operi. VNDE ET Τυκος apud Homerũ nomẽ proprium τοῦ κατασκευάσαντος τὸν Αἴαντος ἀσπίδα σκυτοτόμου. Finxit enim ei hoc nomen poeta, quòd nosset τύκειν τὰς βοῦς, seu βοείας βύρσας οὗ καὶ ὀπτικῶς δεῖται: atque adeo ipse etymon sic exprimit Iliad. η, versu 220, de septemplice Aiacis scuto, — ὅ οἱ Τύκος κάμε τύκων, Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Υλῆνὶ οἰκία ναίων· Ὅς οἱ ἐπίνησε σάκος αἰόλον ἑπταβόειον Ταύρων ζατρεφέων. ὀπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν. D
Alibi certè τυκτὰς βοῦς vocat pelles bouinas à coriario bene paratas. Eiusdem esse originis videtur ETIAM Τυκανή, Eustathio quoque, qui dicit esse instrumentum ᾧ ἀλοῶσιν, id est terunt seu triturant frumenta, seu quò grana è spicis in area stratis excutiunt, vt est tribulum seu tribula apud rei rusticæ scriptores.

Τεῦχος quoque à τύχω deriuatum est, idem significans E
quod σκεῦος, sicut τύχω & σκευάζω idẽ sunt. Ac vt σκεῦος significat Vas, Alueus, ἀγγεῖον, ita etiam τεῦχος. Xenoph. Hell. 1, φάσκων ὀπὶ τεύχοις ἀλφίτων σωθῶσι, dicens se in vase farinario è naufragio euasisse. solet enim farina molita in arcis condi ac asseruari in vsus suos. Præterea quemadmodum σκεύη dicuntur etiam vasa & instrumenta nautica, ita & τεῦχος accipi sciendum est, veluti etiam ὅπλον. Odyss. ο, versu 217, Τηλέμαχος δ' ἐπάροισιν ἐποβρωῶν ἐκέλευσεν, Ἕγκοσμεῖτε τὰ τεύχε' ἑτάροι νηὶ μελαίνῃ, Αὐτοί τ' ἀμβαίνω ὦμῳ, ἵνα φοιτοῶμεν ὁδοῖο. Ambo autẽ F
à τύχω dicta, quoniam iis domus aut nauis instruitur. Adhæc, vt sunt πολεμικὰ σκεύη, quibus σκευαζόμεθα ἐν πολέμῳ, ita sunt & πολεμικὰ τεύχη, quibus itidem ad bellũ τευχόμεθα atque ἑτοιμαζόμεθα, id est quibus ad bellum nos paramus & instruimus: arma Latini appellãt, Græci alio nomine ὅπλα. Qua in significatione frequentissimũ est apud Homerum, & id quidem in numero pluratiuo. Iliad. β, in Bœotia, Αἶψα δ' ἔλυσ' ἀγορὴν, ὀπὶ τεύχεα δ' ἐστόρεσαν. Odyss. δ, Τεύχεα δέ σφιν ἔειπεν ὑποφθιμοι θεράποντες. Et Iliad. ρ, Ἕκτορι δ' ἤρμοσε τεύχε' ὀπὶ χροΐ, aptauit Hectori arma: οὗ δέ μιν Ἄρης, induit autem Mars. Sic & G
is qui armatur, dicitur δύειν & θωρηχθῆναι τεύχεα. vt in eodem libro Iliad. versu 194, ὁ δ' ἄμβροτα τεύχε' ἔδυνε Πηλείδεω Ἀχιλῆος, induit Achillis arma. Et Odyss. χ, τὼ δ' μῶϊ δύετον τεύχεα καλά. Iliad. π, Δὸς δέ μοι ὤμοιϊν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι. Et Iliad. σ, versu 277, σὼ τεύχεσι θωρηχθέντες, vacante alterutro istorum. Idem dicitur τεύχεα ἔχειν, & τεύχεσι λάμπειν, postquam eis indutus est. vt Odyss. λ, Ἄνδρες ἀρηΐφατοι βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντες. H
Iliad. τ, Τεύχεσιν παμφαίνων: quemadmodum & Hesiod. Asp. Τεύχεσιν αἰθομένοις σέλας ὡς πυρὸς αἰθομένοιο. At Iliad. δ, — ἀμφὶ δὲ πᾶσι Τεύχεα ποικίλ' ἔλαμπε, inuerso loquendi genere, pro πᾶσι δὲ τεύχεσιν ἔλαμπον. Rursum qui arma gerit, dicitur ea καταπτήναι, vel ἀποδύνειν. vt Iliad. τ, Ὡς ἄρα φωνήσασα θοὰ κατ' τεύχε' ἔθηκε, deposuit arma, nimirum quæ à Vulcano accepta ad Achillem ferebat, Καλὰ μάλ' οἷ' οὔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν. Et Iliad. χ, ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω. Et Iliad. γ, Τεύχεά τ' ἐξεδύοντο, τὰ μὲν καταθεντ' ὀπὶ γαίῃ. At Iliad. ρ Hector dabat τεύχεα καλὰ Τρωσὶ φέρειν ποτὶ ἄστυ. Dicuntur etiam ἀμείβειν seu ἐπαμείβειν τεύχεα aliqui. vt Iliad. ζ, Diomedes ad Glaucum, Τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψαμεν. Et paulo pòst, de Glauco, Ὅς τοὶ τυδείδεω Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Sed & ipsi duces exercitũ obeũtes & lustrãtes τεύχεα ἀμείβουσι, præstãtioribus præstãtiora dantes: vt Il. ξ, Οἰχόμενοι δ' ὀπὶ πάντας ἀρίστεα τεύχε' ἄμειβον· Ἑσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδωκε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκον. Armiger autem ἀπ' ὤμων αἱρεῖν vel λύειν τεύχεα hero suo dicitur. vt Iliad. η, Γηθόσυνοι θεράποντες ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔλοντο. Sic hostis hosti capto, vt Iliad. ρ, — λύοντο δὲ τεύχε' ἀπ' ὤμων, nimirũ Phorcyi & Hippothoo captis. Iliad. ε, ἔπειτα δὲ τεύχε' ἐσύλα, arma detrahebat. Sic Iliad. φ, Τεύχεά τ' ἐξεναρίζε, nimirum Achilles arma Hectoris. Et Iliad. σ, τεύχεα δ' Ἕκτωρ Δηιόσας ἀπέδυσε πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι. ‖ Exponitur etiam Volumen, Liber. vt & Hesychio τεῦχος est βιβλίον.

VNDE Τευχεσφόρος, ου, ὁ, Arma ferens seu gerẽs, Armifer, Armiger: seu Armatus: ὁπλοφόρος. Eurip.

ET Ἀτευχής, ές, ὁ καὶ ἡ, Armis carens, Inermis. vt Hesych. ἀτευχῆ expon. ἄοπλον. ITEM Χαλκοτευχής, de quo infrà in Χαλκός. Item ET Γαυτευχία, ας, ἡ, idẽ quod πανοπλία, teste Hesych. sicut τεύχεα & ὅπλα synonymos ponuntur. NECNON Πεντάτευχος: vt πεντάτευχος βίβλος, Liber quinque voluminum. Sic vocantur Moïsis scripta, quoniam in quinque volumina sunt distributa, nimirum Genesin, Exodon, Numeros, Leuiticum, Deuteronomiũ. Hieron. in lib. aduersus Heluid. Siue Mosen dicere volueris autorem pentateuchi, siue Esdram eiusdem instauratorem operis. Vbi annotat Erasmus, πεντάτευχον appellari opus quinque cõtextum voluminibus: à τεῦχος significante Instrumentũ, siue Volumen. Rursum Hieronym. in epist ad Paulinum, Hucusque Moses, hucusque pentateuchus. Sic Octateuchum vocãt octo priores veteris Testamenti libros. ET Τευχεσταί, ὁπλῖται, Hesychio, id est Armati, seu Armati milites. AT Τευχὶς φοῖνιξ dicitur Iuncus Arabicus, seu Babylonicus, teste Dioſc. libro 1, cap. 16. Meminit & Plin. libro 21, cap. 18, itidem de iunco odorato loquens, Laudãtissimus ex Nabatæa, cognomine teuchites, proximus Babylonius.

TEKTΩN, ονος, ὁ, idem cum τευκτής, eiusdémque cum eo originis est, nimirum à τεύχω, significante Fabricor, Struo, Paro. Significat igitur Faber lignarius: vt patet ex Plutarch. in Pericle, pag. 290, ὅπου γὰρ ὕλη μὲν ἦν, λίθος, χαλκός, ἐλέφας, χρυσός, ἔβενος, κυπάρισσος· αἱ δὲ ταύτῃ σκηνοῦσαι καὶ κατεργαζόμεναι τέχναι, τέκτονες, πλάσται, χαλκοτύποι, λιθουργοί, βαφεῖς, χρυσοῦ μαλακτῆρες, ἐλέφαντος ζωγράφοι, ποικιλταί, τορευταί. Ibi enim τέκτων est τεχίτης ὁ σκηνοῦν καὶ κατεργαζόμενος τὴν ὕλην, Faber lignarius seu materiarius. Vbi etiam nota esse diuersum à tornario, qui τορευτὴς dicitur. is enim vasa solum aliqua aut alia opera subtiliora torno conficit: τέκτων autẽ ædificia struit & fabricatur. Nota etiam diuersum esse ab eo fabrorũ genere qui λιθουργοὶ & χαλκοτύποι dicuntur. Sic distinxit & Xen. Pæd. 5, dicens, χαλκέας τε καὶ τέκτονας καὶ σκυτοτόμους. Et Pæd. 3, ὁπόσοι εἶεν τέκτονές τε καὶ λιθοδόμοι. Et Hell. 4, ἐλθόντες πανδημεὶ μετ' λιθολόγων καὶ τεκτόνων. vt & Thucyd. libro 6, pag. 212, λιθολόγους καὶ τέκτονας. Homerus quoque Fabrum lignarium seu materiarium, τέκτονα vocat, id est Ædificiorum structorem & architectum: vt Iliad. ζ, δώματα Καλὰ, τά ῥ' αὐτὸς ἔτευξε σοῦ αἰθρήσσιν οἴ τοτ' ἄριστοι Ἦσαν ἐν Τροίῃ ἐυβώλακι τέκτονες ἀνδρῶν, Οἱ οἱ ἐποίησαν θάλαμον καὶ δῶμα. Cui simile exemplum vide in Ἀμείβοντες. Idem τέκτονα vocat fabrum qui sellas conficit. vt quum Odyss. τ dicit, κλισίῃ Διωνυσίου ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ, ἷσ' ποτε τέκτων Ποίησ' Ἰκμάλιος, καὶ ἐπὶ θρῆνυς ποσὶν ἧκεν. Alia quædam exempla habes suprà in Σπάθμη tam ex Homero quàm Sophocle, in quibus pro lignario seu materiario accipitur. Quibus adde hoc Iliad. ο, Ἀλλ' ὥστε σάθμη δόρυ νηΐον ἐξιθύνει Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος. Hesychio verò τέκτων est πᾶς τεχίτης, quiuis artifex: itidémque Suidæ κοινὸς τεχίτης, ὁ λαξόος καὶ ὁ τῶν ξύλων εἰδήμων, quilibet opifex, tam is qui ligna operi aptare nouit quàm is qui lapides, denique quicũque aliquid τεύχῃ. Certè Eurip. dixit τέκτονας κακῶν, eos qui alicui κακὰ τεύχουσιν, id est machinantur & struunt, veluti ille doli fabricator Vlysses apud Maronem.

C. Τεκτόναρχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fabrorum materiariorum præses. Soph. in Dædalo τεκτόναρχος μοῦσα dixit, teste Poll. cui ea loquutio videtur βιαία. vt autem apparet ex ipsius verbis, τεκτόναρχον μοῦσαν dixit τῶν ἀρχιτέκτονα seu τέκτονα.

C. Τεκτονουργὸς Hesychio ἀρχιτέκτων. B

C. Ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, idem cum τεκτόναρχος, Fabrorum materiariorum præses, Ædificii structor, Qui structuræ ædificii præest. Habẽt enim eiusmodi fabricatores ædiũ sub se alios τέκτονας, qui opus deformatũ ab ipsis postea perficiant. Athen. libro 5, Ἀρχίας τὸν Κορέσιον ἀρχιτέκτονα. Gregor. Nazianz. ἀρχιτέκτων τῆς οἰκίας, Ædificii structor seu fabricator. Latini quoq; Architectum & Architectona vocant. Transferitur ad alia etiam. vt apud Demosth. in Dionysod. τοσοῦτῳ μὲν πύτῳ τοῦ ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης ὀπτοδουλῆς, huic doli fabricatori, vt Virgil. dicit, C
— doli fabricator Vlysses. Sic Cic. Ipsum principem architectũmque sceleris. Et, Omnium architectum & machinatorem, vnum esse Chrysogonum. Et alibi, Architecti huius legis. Et Plaut. Adsunt fabri architectique, eam quidem ad rem haud imperiti. Et rursum, Me dolis iam superat architectonem. Cic. verò dicit etiã Architecti verborum: nec non Architectus vitæ beatæ.

VNDE Ἀρχιτεκτονικός, οῦ, ὁ, Ad architectum pertinens, Architectonis proprius, Architectonicus: vt Vitruu. dicit Rationes architectonicas. Item ἀρχιτεκτονικὸς dicitur ὁ ἀρχιτέκτων, seu Qui peritus est architectonices, quique fabris ædificii præfectus, nõ manu quidquam agit, sed tantùm præcipit agenda. velut apud Aristot. Polit. 3, capite 7, vbi ait, ἰατρὸς δ' ὁ, τε δημιουργὸς, καὶ ὁ ἀρχιτεκτονικὸς, καὶ πείτης ὁ πεπαιδευμένος περὶ τὴν τέχνην. Item ET Ἀρχιτεκτονική, ς. τέχνη vel ὀπτήμη, Ars architectonica, vt Quintil. loquitur, seu Architectura, vt Cic. & post eum Vitruuius, cuius libri decem de hac arte extant. Dicit autem Architecturam esse scientiam pluribus disciplinis & variis eruditionibus ornatam, cuius iudicio probantur omnia quæ ab cæteris artibus perficiuntur opera: nasci verò eam ex fabrica & ratiocinatione. NECNON Ἀρχιτεκτονία affertur pro Ars fabrefaciendi, Fabricatio. sed sine exemplo. Est porro ab Ἀρχιτέκτων etiã VERB. Ἀρχιτεκτονέω, ῶ, Architector, Fabricor, Architectonicen facito. Sopater apud Athenæum libro 9, ἐᾶτ' τῆς τέχνης ἀρχηγὸς ἰῶν, Ἐδίδασκεν ἡμᾶς τοσοῦτον ἀστρολογεῖν, Ἔπειτα μετὰ ταῦτ' ὀδοὺς ἀρχιτεκτονεῖν. Exponitur & transitiuè Fabrefacio, Architector, Fabricor: quod & τεύχω est. VNDE Ἀρχιτεκτόνημα, ατος, τὸ, Opus ab architecto fabricatum, Structura. E

Τεκτονικὸς, οῦ, ὁ, Ad fabrum pertinens, Fabrilis. vt τεκτονικὴ χρεία est fabrilis vsus. Et τεκτονικὴ μίλτος apud Dioscor. libro 5, cap. 112, Rubrica fabrilis, Rubrica qua vtuntur fabri lignarii seu materiarii. Item Τεκτονικὸς homo dicitur qui fabrilis artis seu lignariæ peritus est: quæ ars NOMINATVR Τεκτονικὴ ab Aristotele in Problem. vbi Gaza vertit Ars ædificatoria Sic Æschin. in Ctesiph. ἐν τῇ τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ, τὸν κανόνα τοσοῦτόν ὦ δεξιώσκεται. G

Τεκτονία, ας, ἡ, Structura, Opus fabrile. Theophr. Histor. pl. libro 5, c. 8, ἀρκεῖ θος εἰς τὰς τεκτονίας καὶ εἰς τὰ ἄτα ἄβρια.

Τεκτοσυνὴ, ης, ἡ, itidem Structura: seu Ars fabrilis. vt Od. ε, — αὐτὴρ δ' εἰδὼς τεκτοσυνάων, Qui callet artem fabrilem, Artis fabrilis peritus. τεκτονικός. In Epigr. legitur etiam τεκτοσυνὴ ἐπέων: quod interpretari possumus Fabricatio versuum. Nisi malis Architectatio, vt Cic. dicit Architectus verborum. Aliis Versuum artificium.

Τεκτονεῖον, ου, τὸ, Officina fabri, Fabrica, vt Plin. dicit Fabrica ferraria. ὅπου ὁ τέκτων ἐνοικεῖ. Bud. H

Τεκταίνω, Fabricor, Struo, Machinor: idem quod τεύχω. Apollon. Rhod. Arg. 2, πύργοισιν ἐν οἰκίᾳ τεκτήναιτες, id est καταπεπονήσαντες. Metaph. Chrysostom. comment. in 1 ad Corinth. de diabolo, ἀλλ' ἕτερον ἑαυτῷ τοσοῦτοι τοσοῦτοι τεῖον, τοιοῦτα τεκταίνει. Itidem & Demosth. τοὺς Φορμ. vsurpauit pro Moliri & struere, teste Bud. qui & pass. vocis ac signif. hoc exemplum affert ex Aristoph. Equit. Ταυτὶ μὰ τὸν Δημήτερ' οὐκ ἐλαύθανε Τεκταινόμενα τὰ τοιαῦτ', ἀλλ' ὀπτάμενα Γομφούμενά γε πάντα καὶ κολλώμενα. Ipsa autem materia quum τεκταίνεσθαι dicitur, significat Operi fabrili parari vel aptari, aut aptum esse: veluti quum philosophus quidam apud Luc. in Vit. auct. dicit ὡς ὄνος οὐ γελαστικὸν, οὐδὲ τεκταινόμενον, οὐδὲ πλωϊζόμενον. Alioqui τεκταίνομαι actiuam etiam habet significationem, id est Fabricor, Struo. vel etiam Artem fabrilem aut lignariam exerceo. Aristoph. ἕτερος δὲ χαλκεύει τις, ὁ δ' τεκταίνεται, Alius quispiã ærariam seu ferrariam, hic autem fabrilem seu lignariam factitat, seu Opera fabrilia tractat. Philo De mundo cum accus. τὸν κόσμον ἄνοσον ἐτεκτήνατο, Mũdum morbi exortem fabrefecit. vel etiam Fabricatus & architectatus est, vt Cic. dicit, In eam situm loci fabricari atque architectari.

TEXNH, ης, ἡ, Ars ἡ τοῦ τεύχειν ἡ ὀπτήμη: vnde etiã derinatur. Aristot. initio suorum Ethicorum, πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μεθόδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ. Ibidem, πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν καὶ τεχνῶν καὶ ὀπτημάτων, πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη. Vbi etiam dicit ἰατρικὴ τέχνη, & ναυπηγικὴ, & ὑφαντικὴ, & οἰκονομικὴ. Sic ἡ πολεμικὴ τέχνη Plutarcho. Et Demosth. ἡ χρυσοχοϊκὴ τέχνη. Et Athen. libro 12, αἱ ποιοῦσαι ὑφόν τέχναι, vt est ars ferrariorum, lignariorum, marmorariorum, & similium. vt videbis paulo pòst in ipsius Athenæi verbis. Rursum Plutarch. αἱ ἄρχουσι καὶ τοσοῦτοι τέχναι. Et Isocr. Paneg. τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας, καὶ τοὺς ἡδοῖν μεμηχανημένας. Athen. αἱ βάπτουσι τέχναι. Idem libro 7, ἡ ὀψωνιπικὴ τέχνη. Et lib. 4, ἡ ἐρωτικὴ τέχνη, quæ Ouidio est Ars amandi. Necnon ἡ διαλεκτικὴ καὶ ἡ ῥητορικὴ τέχνη apud Aristot. libro 1 Rhet. Interdum cum genitiuo, eóque vel rei vel artificis. Aristot. De arte poet. non procul ab initio, ἥτε αὐλητικὴ τέχνη καὶ ἡ κιθαριστικὴ, καὶ εἴ τινες ἕτεραι τυγχάνουσαι οὖσαι τοιοῦτοι τὴν δύναμιν, ὅλῃ ἡ τοῦ συείγχων, Ars seu scientia canẽdi fistula. Sic ἡ τοῦ λόγων τέχνη apud Plutarchum in Pericle. At Quintil. Clarus arte medicinæ. Cũ genitiuo artificis seu magistri: vt Theophyl. ἡ παρασίτου τέχνη, Plauto Ars parasitica. Athen. lib. 12, de Sybaritis, τὰς ποιούσας ὑφόν τέχνας οὐκ ἐῶσιν ὀπτάνειν τῇ πόλει, οὗ χαλκέων καὶ τεκτόνων καὶ τοῦ ὁμοίων. Idem libro 4, Σφοδρίου τὸ κυνικοῦ τέχνιον ἐρωτικὴν, vt dicitur Nasonis ars amandi, pro Libri Nasonis de arte amandi. Ita dicitur & Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως τέχνη ῥητορική. & Aristot. Rhet. 2, ἡ Κέρακος τέχνη: ac ἡ Θεοδώρου τοσοῦτον τέχνη, ς. ῥητορική. Itẽ aliquis dicitur artẽ aliquam διῤῥεῖν, εἰσάγειν, αἱρεῖσθαι, διδάσκειν vel διδάσκεσθαι, ἐργάζεσθαι, ἔχειν. Theophyl. ep. 10, ἐνταῦθεν γὰρ τέχναι τοῦ βίου εἰσήχθησαν. Autor Axiochi, ποίαν δὲ τῆς ἐλάμβανος ὀπτήσεισιν ἡ τέχνιον, quod studium aut quam artẽ aliquis sequut? Plutarch. aduersus Colot. τὴν πολεμικὴν τέχνην ἐκδιδάσκεσθαι. Aristoph. Vesp. Ἔρδοι τις τὴν ἕκαστος εἰδέναι τέχνιον: pro quo Cic. Tuscul. 1, Quam quisque norit artem in hac se exercear. Plato Polit. 2, ἀδύνατον ἕνα πολλὰ καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας. Sic Demosth. in Mid. ἐργάζεσθαι τὴν χρυσοχοϊκὴν τέχνιον. (quod Latini dicunt Factitare artem, Exercere artem) Synes. epist. 44, δαίμονές εἰσι καθαρτήριοι, τέχνιον ἔχοντες ὀπτῆς τὰς ψυχὰς ἰῶν οἱ κναφεῖς ὀπτῆς τοῖς ἱματίοις τοῖς πινάρεσι, eam habentes in animas artem quam fullones in vestes sordidas. Et Xenoph. in Rep. Laced. οἱ πολλοὶ τοῦ τὰς τέχνας ἐχόντων, id est τοῦ τεχνίτου, Artificum seu opificum, Eorum qui artes factitant. Quibus adde hoc Theophyl. epist. 16, ψύσασθαι τὴν παρασίτου τέχνιον ἡδέως: qui epist. 80 dicit, καὶ θραπώτης γενήσομαι, καὶ τὰς τέχνας ἀμείψας, τὴν τύχην σοφίσομαι, mutata arte quam antè factitaui. Adde & hoc ex Athenæi libro 13, τοιαύτης τοσοῦτον τέχνης, tali præesse arti. Necnon aliquis dicitur εἶναι ἀγαθὸς τὴν τέχνη, σοφὸς τέχνη, ἱκανὸς & δεινὸς τὴν τέχνιον. Plutarch. Polit. præcept. ὁ ὢν βελτίων τῇ τέχνη, λέγεν ὢν ἀδύνατος. Apud Athen. lib. 13, Κάλλει καλῶς, μεγέθει μεγάλης, τέχνη σοφῆς. Vicissim autem κακὸς τὴν τέχνιον. Gregor. πύκτη κακὸς τὴν τέχνιον. Xenoph. Pæd. 1, πάνυ ἱκανοὺς τὴν ἰατρικὴν τέχνιον ἄνδρας. Et libro 8, πάνυ γὰρ δεινός εἰμι ταῦτα τὴν τέχνιον

Quibus adde hoc apud Athenæũ — libro 12, πρῶτα φέρον τὰ τέχνης, primas tenentem in arte illa, seu Clarum arte illa: vt Quintil. Clarus arte medicinæ. Apud eũdẽ libro 13, Καινὰς ἐπαίρας πρωτοπορίους τῆς τέχνης. Item τέχνης ἔργον dicitur, & sine illo ἔργον apud Athen. libro 13, τὰ τῆς τέχνης, ea quæ artis sunt, seu ad artem pertinent. Cui adde hoc Thucyd. libro 1, τὸ ὦ ναυπηκόν, τέχνης ὄθνεῖον ὥσπερ τι ἄλλο, res nautica artis est, si quidquam aliud. Id est, Non minus arte opus est in re nautica quàm in quauis alia. Præterea dicitur aliquis facere aliquid, aut aliquid fieri σὺν τέχνῃ, & δι' τέχνης & κατ' τέχνιν, (cui B oppositum αὐθ' τέχνης) pro eo quod Latini Arte, Artificiosè, Scitè. Paus. Attic. τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα. Isocr. τοῖς μετὰ τέχνης ἐγκωμιάζουσι. Aristot. Rhet. 2, κἂν εἰ λίθου τέχνης ἢ πρᾶξις δυνατὸν γίνεσθαί τι, μᾶλλον δι' τέχνης καὶ ὅτι μελέτης δυνατόν. Et De poet. ἀπεικάζοντες οἱ, μὴ δι' τέχνης, οἱ ὦ δι' συνηθείας. Lucian. De scrib. histor. οὐδὲ κατ' τέχνιν αὐτὸ δρᾶν ἴσασι. Quo significatu dicitur etiam τέχνη, sine σύν. Iliad. γ, de lignatore, ὅς ῥά τε τέχνῃ Νηΐον ἐκπάμνῃσι. Synes. epist. 4, τὸ τέχνῃ ναυπήλεσθαι, τὸ μοι τυπωθὲν πάσῃ τέχνῃ, omni arte ac conatu, seu πάσῃ δυνάμει, παντὶ σθένει. Item δολίη τέχνη dicitur Dolosa seu fallax ars, pro Dolus, Fallacia. Odyss. η, Αὐτὰρ ὁ Αἰγισθος δολίῃ ἐφράσατο τέχνῃ, Dolosam artem excogitauit. Vel, Fallaces excogitauit machinas quibus Agamemnonem occideret: quamobrem ibidem δολίμητις vocatur. Eodẽ libro, - οὐδ' ὁ γέων δολίης ἐπελήθετο τέχνης. vt & Hesiod. Theog. δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης. Sed sæpius omittitur illud epitheton δολίη, & simpliciter dicitur τέχνη, ea in sign. quam sequuti sunt Latini in vo- D ce Techna, pro Dolus, Fallacia: vt & ille dixit, — sic ars deluditur arte. id est Fallacia artificiosa. Homer. Odyss. θ, Τέχνας εἰσορόων πολύφρονος Ἡφαίστοιο. id est πεχνήεντας δεσμοὺς, vt paulo post loquitur, Artificiosa vincula quibus Martem & Venerem in adulterio irretierat. Et rursum, Ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα Χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι. Sic Isocr. in Euag. μετὰ δόλου καὶ τέχνης πειρωμένους τοὺς ἐχθρῶν. Et Herodian. libro 2, μετὰ τέχνης εἰδὼς προσφέρεσθαι τοῖς πράγμασι. Itidẽ Synes. epist. 47, ἄνθρωπον οὐ τέχνῃ μετόντα τὸ λύειν τοὺς νόμους, hominem non arte, E id est calliditate & fraude, molientem euersionem legũ. Sic & Thucyd. libro 5, pag. 171, in formula fœderis, μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ. pro quo paulo post dicit ἁπλῶς. Et pag. 167, τέχνῃ ὦ παρεσκευάζετο ὅπῃ πισόμενος, arte & dolo. Itidem aliquis dicitur βυείσκειν τέχνῃ, & ὑποφέρειν τινὶ, nec non alterius τέχνῃ λύειν. Herodian. libro 4, βύρηκέναι ἢ νὰ τέχνῃ κατ' αὐτό, commentum esse technam. Demosth. in Mid. ποσωπᾶς τέχνας καὶ σκιώς ἐστὶ βυείσκων ὀκρούει. Idem, εἰ μή τις τέχνῃ πρεσβύσεται. Æschin. in Ctesiph. οὔτω πάνυ πρᾶον πρεσφαιῶς πρᾴνομα γεγραφώς, πρωταχθεὶς μετὰ Δημοσθένους ἐπίστη τέχνας πῖς νόμοις, leges technis adorietur. Et rursum, καὶ τὰ κὐ λύων τὰς πύπων τέχνας. Et, πρὸς τὰς πύπων τέχνας. Hac signif. Latinè etiam Techna vsurpatur, vt modò dictum est. Terent. Scio hanc technam à Parmenone profectam. Plaut. Dearuatus sum miser scelesti huius technis.

C. Τεχνογράφος, ου, ὁ, Scriptor artis alicuius, Qui artis alicuius præcepta literis mandauit. Aristot. in Rhet. τεχνογράφοις vocat Rhetoricæ artis scriptores, Qui rhe- G toricæ præcepta scripserunt. Ab Eustath. autem τεχνογράφοι vocantur ii quorum de grammatica arte scripta extant.

C. Τεχνολόγος, ου, ὁ, Qui de arte loquitur: vel Qui artificiosè loquitur. Item Qui technas suo sermoni adhibet, Argutator, Sophista. quomodo Greg. τεχνολόγοις vocat sophistas hæreticos, καὶ πύπτις (inquit) μεταβαλὼν, ποιήσῃ πιστοὶς αὐτὴ τεχνολόγον. Et alibi cum genitiuo, ὡς τῶς παρ' ὑμῖν ἱεροφαντᾶς δοκεῖ καὶ τοῖς περὶ θυσιῶν τεχνολόγοις, callidis sacrificiorum assertoribus. A Budæo verò τεχνολόγος exponitur Artificii vel artis studiosus. E T Τεχνολογία, ας, ἡ, Verba quæ de arte fiunt, Oratio instituta de arte aliqua. Vel etiam Tractatus in quo verba fiunt de arte. Cic. ad Attic. epist. 16, libro 4, Erat primi libri sermo non alienus à Scæuolæ studiis: reliqui (vt nosti) τεχνολογίαν habent. vbi loquitur de dialogis De orato- H re, teste Bud. Sic Dionys. Longin. ὅθεν πάσης τεχνολογίας δυοῖν ἀπαιτουμένων, πρωτέρου μὲν, τῶ δεῖξαι τί τὸ ὑποκείμενον, δευτέρου δὲ, πῶς αὐ ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο καὶ δι' ὧν τινων μεθόδων κτηθὴν γένοιτο. Idem pro artificio verborum seu verbis artificiosis accipere videtur, quum dicit, χείρω τε τὰ φυσικὰ πασκελεπευόμενα. I T E M Τεχνολογέω, ῶ, De arte loquor, De arte differo: vel Artis rationem trado, Artis præcepta do. Aristot. Rhet. libro 1, οὐ γὰρ, ὥς φασί τινες, τοὺς τεχνολογοῦντας, πθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὸν ὀπεικείαν τὸ λέγοντες, nonnulli artis magistri. Et Dionys. Halicarnass. ἐπ ὦ τοῦ τῆς πρεσβυτέρας ὧδέ πως τεχνολογοῦσι, hæc artis præcepta dant. Quibus adde hoc Hermog. tomo 3 De inuent. πολὺ δὲ δὴ πρόσθεν δεινότερον τεχνολογῆσαι διδασκαλικὴν θεωρίαν. Exponitur τεχνολογεῖν etiam Arte loqui seu persequi, Artificiosè disputare, Argutari: qua significatione Gregor. vsurpasse dicitur. At τεχνολογεῖν ῥῆμα apud grammaticos est κανονίζειν, declinare per regulam & artem, teste Bud. Vnde C O M P. Ἐπιτεχνολογέω, ῶ, Arte & methodo traditis aliquid adiungo artificiosè differendo. ὅθεν τοῖς μὲν τὸ δὲ τεχνολογηθεῖσι πρεσβυτεχνολογέω. Alexand. Aphrodis. E T Καταπεχνολογέω, ῶ, Artificiosè distinguo & differo, seu In arte redigo, Artis necessitati adstringo, Artis præceptis alligo. Gregor. de spiritu sancto, ὁ αὐτός μοι λόγος καὶ τοῦ τῆς πρεσβύτερον, τῆς ὃς οὗ καὶ δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ, ἃς σὺ καταπεχνολογεῖς ἡμῖν τὸ θεῖον. B.

C. Τεχνοπαίγνιον, ου, τὸ, Ludicrum artis: vel Artificium ludicrum, aut Lusus artificiosus. Sic inscripsit Ausonius versus quosdã suos qui monosyllaba voce clauduntur.

C. Τεχουργέω, Artificiosè conficio, Arte facio. V N D E D Τεχουργημα, Factum artificiosum: idem quod τέχνημα seu Techna.

C. Ἀριστοτέχνης, ου, ὁ, Optimus & præstantissimus artifex. de deo apud Gregor. Naz. S I C Κλυπτέχνης, Celeber artifex, Clarus arte, vt Quintil. dicit, Clarus arte medicinæ. Iliad. α, — Ἥφαιστος κλυπτέχνης ἠρχ' ἀρβύειν, Vulcanus arte fabrili clarus, ὁ πρὶν πῶς χαλκευτικὴν ἔνδοξος Ἥφαιστος.

C. Ἀντίπεχνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aduersarius alicui in arte quapiã, & velut se opponens ei, E contrario profitens artẽ aliquam, Æmulus alicuius in quapiam arte, Æmulus alterius qui eandem artem profitetur. Aristoph. Ranis, θηγόντος ἐδόντας ἀντιτέχνου. Lucianus in Alexandro, πάνυ δὲ ἐδεδίει τὸν Ἐπίκουρον, ὡς ἀντιτέχνον καὶ ἀντισοφιστὴν τῆς μαγγανείας ἀυτῶ. Vbi à Budæo ἀντίπεχνος exponitur, Qui eadẽ arte certat & pugnat. Capitur etiã generalius pro æmulo & obtrectatore, contrarióque commodis alterius, secundum Budæum, citantem hæc ex Aristotele, Pol. 5, δημοκρατίας ὦ τὸ πολεμεῖν τοῖς γνωρίμοις καὶ φυγαδεύειν, ὡς ἀντιτέχνεις καὶ πρὸς τὸν ἀρχὴν ἐμπιδίας. Idem Budæus accipi ait ἀντίπεχνος pro ὁμότεχνος, quum tamẽ passim distingui soleãt. nam quicũque est ἀντίπεχνος est ὁμότεχνος, sed non contrà. V N D E Ἀντιπεχνέω, ῶ, Sum ἀντίπεχνος, i. æmulator alterius cãdem artem profitentis, Facio per æmulationem alterius qui eandem artem profitetur.

C. Ἄτεχνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Artificio carens, Qui arte seu artificiosè factus non est, Ab arte non profectus, Inartificialis. vt πίστεις ἄτεχνοι apud Aristot. in Rhet. Probationes quæ ex arte ductæ non sunt, Probationes quæ nõ sunt artis: veluti sunt testimonia. sic enim idem Rhet. lib. 1, ἄτεχνα δὲ λέγω ὅσα μὴ δι' ἡμῶν πεπόιηται, ἀλλὰ πρόϋπῆρχεν, οἷον μάρτυρες. Alicubi redditur etiã, Nulla arte seu nullo artificio excultus, Rudis & impolitus. Item ἄτεχνος, Carens dolosis artibus. vt Naz. dixit γυμνὸν ἁπλότητι καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, nudũ simplicitate & vitæ innocentia. vocat enim ζωὴν ἄτεχνον, vitam quæ nullis technis vtitur nec dolis, sed sine fraude est. Vnde A D V E R B. Ἀτέχνως, Inartificialiter, (vt Quint. Qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artẽ) Sine arte, Sine artificio, Nullo adhibito artificio. Cui opponitur τεχνικῶς & ἐντέχνως: itẽ δι' τέχνης, μετὰ τέχνης, σὺν τέχνῃ, κατ' τέχνιν, τέχνῃ. Ammonius exp. χωρὶς τέχνης, ἄνευ τέχνης, ἀμαθῶς, distinguens ab ἀτεχνῶς, de quo infrã. Sic & Suidæ est ἄνευ τέχνης, ἀμαθῶς, ἀμελῶς: qui & ἀτέχνοις affert pro ἀπείροις, ἀπαιδεύτοις. vt & Aristoph. schol.

schol. ἀτέχνως λέγει, ἀτέχνως ποιεῖς, quod exp. πρὸς τὸν A τέχνιν. Et S V B S T. Ἀπεχνία, ας, ἡ, Nulla ars, Nullum artificium, Ruditas. Quintil. lib. 2, cap. 10, Equidem illud quod in studiis dicendi plerique exercuerunt & exercent, aut nullam artem (quæ ἀπεχνία nominatur) puto, (multos enim video sine ratione, sine literis, quà vel impudentia vel fames duxit, ruentes) aut malam quasi artem, quam κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuisse multos, & esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterunt. Aristot. Ethic. 6, cap. 4, ἡ μὲν θεῶν τέχνη ἕξις τῆς μετὰ λόγου ἀληθοῦς B ποιητικὴ ὅθεν ἡ δ' ἀπεχνία πυνάντιον. Vbi etiam nota definitionem τέχνης.

A T V E R O Ἀπεχνὴς dicitur ὁ ἀπαιδεύτευτος, vt Etymolog. exponit, distinguens à præcedente ἀπεχνος, quod pro ἀμαθὴς accipi ait. V N D E Ἀπεχνῶς, eidem est ἀδόλως, ἁπλῶς, à τέχνη significante δόλος. qui etiam addit, paroxytonos quidem ἀτέχνως significare εὐθὺ τέχνης & ἀμελῶς: ἀπεχνῶς autem perispomenos esse ὄντως, ἀληθῶς, σαφῶς, φανερῶς, βεβαίως, ἀσφαλῶς: item ἁπλῶς, καθάπαξ, πρόπαν, καθόλου. Quod discrimen ab Ammonio etiam & Suida affertur, quorum hic præ- C ter superiores expositiones affert & has, sed præcedentibus synonymas, χωρὶς πανουργίας: & ὅλως, σπουδῶς, παντελῶς, τελείως: item ἰσχυρῶς. Affert etiam tria exempla in quibus accipi potest pro Verè, Reuera, Prorsus. quorum primum hoc est, δεῖται τῶ θεοῦ, συμβουλεύω ἀπεχνῶς ἱερὰν πρᾶξαι αὐτῇ, καὶ διδάξαι τοῦ πρᾶκτέον. Alterum hoc, ἀδαιμονῶν ἀπεχνῶς τὸν Ἀριστόπολιν ἀδαιμονίαν. Tertium autem, hoc, οὐκ αὐ δέομαι λεχθεῖν τοῖς ἄλλοις ἀπεχνῶς, οὐδ' αὐ ἀπαντῶν. vbi significat ὅλως, sicut & apud Aristophanem in Ranis, vbi ait, Καὶ μὴν ἀπεχνῶς γε D παμπόνηρα φαίνεται, schol. expon. ὅλως, σπουδῶς, Prorsus, In totum, Omnino. Itidémque in Pluto, — Ἰοὺ ἰοὺ αὖ δέ μου Τύχης ἀληθῶς, καὶ γνώριμα πλούσιοι, Ἀπεχνῶς ὑπερβάλλοιμι τῇ μοχθηρίᾳ, idem expon. rursum ἁπλῶς, καθάπαξ, ἐν λόγῳ, ἀληθῶς, ἀδόλως: dicens metaphoram esse ab athletis qui non arte sed robore vincunt. Rursum idem Aristoph. vsurpauit pro Certè, Planè, in Nubib. ἀτεχνῶς ἔπαθον πυπῖ, certè id mihi accidit. quemadmodum & Plato in Protag. ἀλλ' ἀτεχνῶς, ὡς ὅτ' οἱ γραμματικοὶ E τῆς μήπω δεινοῖς γράφειν ἢ πῇ δῶν, ὑπογράψαντες γραμμὰς τῇ γραφίδι, & quæ sequuntur, At verò res planè ita se habet, quemadmodum ludi literarii magistri pueris nondum scribendi peritis lineas quasdam penicillo præducunt. Ita vt ἀπεχνῶς modò significet Reuera, Verè, Certè, Planè, Sanè, Procul dubio: modò Prorsus, Omnino. Præterea significat Admodũ, Valdè, Vehemẽter: vt & à Suida exponitur ἰσχυρῶς. Quo signific. accepit Aristoph. quum in Nubib. dixit ἀπεχνῶς ἐπανθεῖ, pro ἄγαν ἀκριβῶς πλεονάζει seu ἀκμάζει, vt schol. expon. Sic & βόλω ἀπεχνῶς ὄντα affertur pro Conuitiatorẽ egregiũ. F

C. Αὐτόπεχνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per se peritus, A seipso doctus, Per se tenens artem.

C. Ἔμπειρος, oppositũ præcedenti ἄπειρος. sicut enim homo aliquis ἄπειρος dicitur pro ἀπείρος, ἀμαθὴς, Imperitus, Rudis: ita etiam ἔμπειρος vocatur ὁ ἔμπειρος, Peritus, Doctus, Artibus instructus, Callidus. qua signific. ex Plat. De legib. affertur ἔμπειρος δημιουργὸς pro Peritus artifex. Præterea quemadmodum ἔμπειρος dicitur res aliqua quæ ab arte profecta non est, Artificio carens, ita contrà ἔμπειρος, Ab arte profecta, Artificialis, Artificiosa: veluti ἔμπειροι πίστεις apud Aristotelem, Probationes artificiales, Argumenta artificiosa, Quæ artis ductu inueniuntur & in medium afferuntur. Quomodo & Plato ἔμπειρα vocat quæ arte constant, Quæ arte facta sunt, teste Bud. qui hunc ex eo locum affert, ὡς ὅσα ὄντα ὑγιεινὰ καὶ ἰατρικὰ, τὰ δ' ἑτέρως γιγνόμενα, νοσώδη τε καὶ οὐκ ἔμπειρα. Sic Plutarch. de educ. lib. ἔμπειρον δὲ, τὸ πῶς μέσην οὐ ἅπασι τέμνειν ἐμμελέστατα, Artis est, H τέχνης ὄντι, vt Thucydid. loquitur. Et Lucian. in libr. Pro salut. err. dicit, ψυχῆς μηδὲν ἀγοραῖον καὶ ἔμπειρον ἐχούσης, id est ἀπείρου, rudis & imperitæ. Item ἔμπειρον σύριγγα dixit Theophylactus ep. 44, Fistulam quæ arte inflatur, Fistulam quam scitè inflare artis est, Artificiosam fistulam. Cic. Artificiosam naturam vocat, & Artificiosum opus. V N D E Ἐπέχνως, Artificiosè, Artificialiter, Scitè, Peritè, Arte. Phrynichus negat hoc aduerbium esse Atticum, & pro eo vsurpari ait τεχνικῶς.

C. Εὐπεχνος, itidem Artificiosus, Peritus, Doctus, Artibus instructus. V N D E Εὐπεχνία, ας, ἡ, Peritia, Doctrina, Eruditio: Hesychio σοφία, σωφεσς.

C. Κακόπεχνος, Malis artibus deditus, Malis instructus artibus. Vel Artificiosus in rebus malis. Aliis etiam Maleficus, Malignus. Homer. Iliad. ο, v. 14, Ἦ μάλα δὴ κακόπεχνος ἀμήχανε σὸς δόλος Ἥρῃ Ἕκτορα δῖον ἔπασε μάχης. quem locũ schol. paraphrasticè sic exponit, ὄντως δὴ ὁ δὴ κακῷ σου πεπεχνασμένος δόλος, ὦ Ἥρα πολυμήχανε, τὸν Ἕκτορα ἔοικε τῆς μάχης πεπαυκέναι. referens illud κακόπεχνος ad δόλος: vt fit δόλος κακόπεχνος, Dolus malis instructus aut gaudens artibus, seu ὁ κακὰ πύχων δόλος. V N D E Κακοπεχνία, ας, ἡ, Mala ars, vt Quintil. interpr. suprà in Ἀπεχνία. Seu Ars quæ ad hominum perniciem conuertitur, & Maleficium. veluti quum apud Demosth. legimus Κακοπεχνίας δίκη, & κακοπεχνίας ὑπόδικος. qua significatione dicitur E T I A M Κακόπεχνον. siquidem Poll. ex Lysia docet esse quandam κακοπεχνίου δίκην, maleficii crimen. Sunt enim qui artes in malos vsus & hominum perniciem conuertant. Alioquin Κακοπεχνία simpliciter etia accipitur pro Mala ars, Non exacta artis peritia ac scientia: quum videlicet aliquis artem suam non probè callet, & imperitus est artifex. veluti quum Athen. libro 14 dicit, olim, τὸ πρὸς τῆς ὀχλοις ἀδοκιμεῖν, fuisse σημεῖον κακοπεχνίας: atque eapropter Asopodorum Phliasium, κροπαλιζομένου ποτέ τινος πρὸς αὐλητοῦ, δραπετεύοντα αὐτὸν ἐπ' ἐν τῷ ὑποσκίῳ, Τί τοῦτο; εἰπεῖν· δῆλον ὅτι μέγα κακὸν γίγνεται. Inde & V E R B. Κακοπεχνέω, ῶ, Malis artibus vtor & maleficio: idem quod κακοπραγμονέω, κακουργέω, πανουργέω. Demosth. καλεῖν τοὺς κακοπεχνοῦντας. Idem, ἐκακοτέχνουν, καὶ ἐπιβουλεύουν μηδὲν ὑγιὲς πιεῖν. Idem rursum cum πρὸς habente suum accusatiuum, in orat. Pro cor. κακοπεχνῶν δὲ φαίνη πρὸς τὰς διαθήκας, τὰ ψευδῆ μὴ αὐτὸς μαρτυρῶν ἐπίμως, κλέπτων δὲ τὰ ἀληθῆς μαρτυρίας, manifestò apparet te circa testamentum dolose & fraudulenter versatum esse, & malis vsum artibus. Quod hominum κακοπεχνούντων & κακομηχανῶν genus, malis & noxiis artibus vtens, coerceri iubetur in Pand. tractatu De extraordinariis criminibus, & sub titulo stellionatus. Item cum accusatiuo iungitur, & transitiuè ponitur pro Malis artibus adultero & depraauo. vnde κακακοπεχνημένος, Malis artibus depraauatus & adulteratus, Maleficium passus. Dioscor. lib. 5, de hæmatite lapide, ἀπελέγχεται δὲ ὁ κακακοπεχνημένος πρὸς τὸν μὴ τοῖς δεφίσεσι.

C. Καλλίπεχνος, Pulchram artem factitans: vel Pulchra artis suæ specimina edens. V N D E Καλλιπεχνία, ας, ἡ, Artis pulchritudo: vel Artificii elegantia. Plutarch. in Pericle, αὐαβαινόντων δὲ πρὸς ἔργον, ὑπόπτεροι μὲν μεγέθει, μορφῇ δ' ἀμίμητοι καὶ χάριτι, πρὸς δημιουργὸν ἀμιλλωμένων ὑπερβάλλεσθαι τὴν δημιουργίαν τῇ καλλιπεχνίᾳ, θαυμάσιον ὧν τὸ πάχος. E T Καλλιπεχνέω, ῶ, Eleganti artificio elaboro. vnde particip. καλλιπεχνήσας, quod exponitur, Qui excoluit & optimè fabricauit.

C. Καπάπεχνος, itidem Artificiosus, Industrius. Vitruuius libro 4, cap. 1, Callimachus, qui propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Athenienfibus καπάπεχνος fuerat nominatus. (Pro quo καπάπεχνος apud Plinium L E G I T V R Κακιζόπεχνος, lib. 34, c. 8, Ex omnibus autem maximè cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligẽtiæ, ob id κακιζόπεχνος appellatus, memorabilis exẽplo adhibendi curæ modum. Huius sunt Saltãtes Lacænæ, emẽdatum opus, sed in quo gratiam omnẽ diligentia abstulerit) Nec verò solùm homo aliquis καπάπεχνος dicitur, sed etiam res, quæ nimirum artificiosè elaborata & perpolita est, Diligenti arte & cura limata. Videtúrque talem significationem habere apud scholiastem Aristophanis, quum Simonidis μέλη vocat καπάπεχνα καὶ ποικίλα: pro quo tamen apud Suidam

legitur κακότεχνα) Sic Plutarch. in libro De discern. adul. ab amico, ὅταν ὀκ τῆς παντηγυρικῶν ἢ καταπέχνων εἰς τὸν ἀπόλογον ἡδοις καὶ πάθοις λόγον μεταβῶσι. Vbi etiam dicit, τὸ πιφρὸν καὶ κατάτεχνον τῆς αὐτῆς κατασκευῆς, nimis accuratam lucubrationem. Apud eundē legitur ADVERB. Καταπεχνικῶς, in Pericle, statim ab initio, ὡς τὸν ὑψηλὸν ὑπερπτῶς ἐν πνεῦματι καὶ καταπεχνικῶς. Pro quo puto reponendum esse vel καταπέχνως, vel potius τεχνικῶς, vt veteres quidam codices habent, absque κατά. Nec enim id compositionis genus stare potest.

C. Ματαιότεχνος, Vanis artibus deditus, Inanibus artibus gaudens, Inanium artium studiosus. VNDE Ματαιοτεχνία, ας, ἡ, Vanæ artis studium, seu Vana ars: vel Inanis artis imitatio. Quintil. lib. 2, c. 20, Ματαιοτεχνία quoque est quædam, id est superuacua artis imitatio, quæ nihil sanè nec boni nec mali habeat, sed vanum laborē: qualis illius fuit qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò & sine frustratione inserebat. Quales etiam ii qui in declamationibus, quas esse veritati dissimillimas volunt, ætatem multo studio ac labore consumunt.

C. Μεγαλότεχνος, Præstans magnitudine artificii vel artis, Arte seu artificio magnus. Et substantiuè τὸ μεγαλότεχνον dicitur Magnum artificium, Artificii magnitudo. vt apud Dionys. Halicarn. in Isocrate, δοκεῖ δή μοι μὴ ἀπὸ σκοποῦ τις αὐ εἰκάσειν τὴν μὲν Γοργίου τέχνη, καὶ τὸ σεμνὸν καὶ μεγαλότεχνον καὶ ἀξίωμα πκόν.

C. Ὁμότεχνος, Qui eandem artem profitetur, Eiusdem artis opifex. Luc. in Demon. ὁμότεχνος εἰμί σοι, Eandem artem facito seu exerceo quam tu, Vnam eandémque artem profiteor quam & tu. Legitur & apud Athen. lib. 14. Et apud Synes. ep. 61, χθιζὸς δ' αὖ τις ὁμώνυμος καὶ ὁμότεχνος, Esse enim possit aliquis eiusdem nominis & eiusdem artificii. VNDE Ὁμοτεχνέω, ῶ. Sum ὁμότεχνος, Eandem artem profiteor seu facito. Hippocr. οὔτε δὲ οἱ πάροιθε ὑπεροιολογέειν ἐθέλουσιν, ὅτε οἱ ὁμοτεχνέοντες μαρτυρέειν, nec ægri sanati id fateri volunt, nec alii medici.

C. Πολύτεχνος, Multa arte accuratus, Multo artificio seu artificiosissimè elaboratus, Valde artificiosus.

C. Σώτεχνος, idem quod ὁμότεχνος. Aristoph. & Poll.

C. Ὑπέρτεχνος, Supramodum artificiosus: Hesych. ἀπουδαῖος.

C. Φιλότεχνος, Studiosus artis alicuius, vel artium, Industrius, Ingeniosus, Solers: vt sunt qui artibus student, eásque excolunt. Athen. φιλοτέχνων ὄντων τῶν Τυρίων. Plut. Demetr. οὐδὲ εἰς ἀγορὰς ἀχθεῖσις ἔτρεψε τὸ φιλότεχνον, artium studium. VNDE Φιλοτέχνως, Artium studio, More eorum qui artium studiosi sunt: vel Artificiosè, Ingeniosè, Solerter. Et comp. gr. Φιλοτεχνότερον, Solertius, Ingeniosius, Artificiosius. ITEM Φιλοτεχνία, ας, ἡ, Artium studium: vel Studium elegantiæ. Aliis, Varietas artificii & præstantia, Artificiosa industria, Artificiosa ratio. Diog. Laert. de Gorgia, ὡρῶτος ἐχρήσατο τῆς λέξεως ὀγκοποιοῖς ὀνόμασι πρὸς τὴν φιλοτεχνίαν διαφέροντιν. ET VERB. Φιλοτεχνέω, ῶ, Artium studiosus sum: vel Artificiosæ elegantiæ studio teneor. Item, Studeo seu incumbo in aliquid, more eorum qui artibus aut artificiosæ elegantiæ dediti sunt. Epictet. φιλοτεχνεῖν ὀφείλει τὰ ἔσω, In studium interiorum incūbere, Studium conuertere ad interiora, in iisque industriam suā ponere, more eorum qui artem aliquam excolunt. Item Differo de arte aliqua, veluti eius studiosus. Athen. de Antiocho, διέλεγετο ἐν τοῖς χρυσοχοείοις διέρεσκολαφῶν καὶ φιλοτεχνῶν πρὸς τοὺς τρυτάνας. Præterea Artificiosè & ingeniosè ago. Basil. in Hexaëm. de apibus, οὕτω σοφὰς φιλοτεχνοῦσαι τὰς ἀποθήκας τῶν μέλιτος, tanto artificio fauos & cellulas mellis fingentes. Idem pass. voce ac significat. ἐφιλοτεχνοῦντο οἱ ὀφθαλμοί, accipiens φιλοτεχνεῖσθαι pro Artificio magno fieri & concinnari. Media autem voce ac significat. actiua Gregor. Nazianz. ὅσα πρὸς τὰς τῶν ζώων γλυκύτητας ἡ φύσις ἐφιλοτεχνήσατο, quæ in generandis animantibus natura artificiosè & ingeniosè commenta est. vnde à Cic. quoque Artificiosa vocatur & Artifex. Ex hoc autem verbo deriu. VERBAL. Φιλοτέχνημα ET Φιλοτέχνησις. Est autem φιλοτέχνημα, Opus artificiosum & solers, Opus ingeniosum & industrium: veluti eius qui studiosè artem aliquam factitat, & in ea excellere cupit. Vel etiam Artificium, Opificium. Quo modo & φιλοτέχνησις vsurpatur. Basil. πῶς ἐβλέζουσαν πρὸς τὸ Θεοῦ φιλοτέχνησιν ὁ λόγος παρέδωκεν, peculiare opificium. Et COMP. Προσφιλοτεχνέω, ῶ, Studium & industriam alicui rei adhibeo. Apud Philonē De mundo, πρεσφιλοτεχνεῶντές τινες Bud. vertit Quidam argumentationi ambitiosiæ artificiosæque indulgentes.

ΤΙΘΗΜΙ, F. θήσω, Pr. τέθεικα. (quæ scriptura à Bœotis manasse existimatur, vtpote dicentibus τέθειμι. Alioqui certè scribendũ esset τέθηκα) Aor. 1, ἔθηκα. quod tempus multo vsitatius est quàm præteritum. Signif. Pono, Colloco. Sumuntur autem à THEMATE Τίθεω, ὦ, (à quo habere originẽ putatur illud τίθημι) quædam tempora. hinc enim est τίθει apud Homerum, Iliad. α, de Chryseide, Τὼ μὲν ἔπειτ' ὀπὶ βωμὸν ἄγον πολύμητις Ὀδυσεύς· Πατεῖ ῥίλω ὀν χερσὶ τίθει. id est, Ponebat in manibus, Imponebat manibus: pro ἐτίθει. Nam prima persona præt. imperf. est ἐτίθεων. (Obiter autem & hoc notãdum est, VOCEM Τίθει esse etiam imper. modi pro Pone) Alibi idem poeta dicit ὀν χείρεσσιν ἔθηκε. Ex Soph. autem Aiace affertur εἰς χεῖρα Τεύκρου δεξιᾶν φιλοφρόνως θεὶς pro Dextra in manũ Teucri imposita. Ex Hesiodo, ἐς δίφρον θῆκαν, pro Imposuerunt currui:— ἐκ χθονὸς ἀρυσσείης Ἐς δίφρον θῆκαν. A Cic. redditur τίθεναι, propriam seu primam signif. habens, verbo Ponere, item verbo Collocare. nam hunc Timæi Plat. locum, οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ τε καὶ ἀέρα ὁ θεὸς ὀν μέσῳ θεὶς, interpretatur, Ita contigit vt inter ignem & terram aquam Deus aerémq; poneret. Ibidem, ψυχὴν ἐς τὸ μέσον αὖτῶ θεὶς, vertit, Animum autem vt in eius medio collocauit. Vsurpatur etiam vox PASS. Τίθεμαι non rarò pro actiua τίθημι, adhibeturque iisdẽ loquendi generibus interdum quibus & illa. Ex Hom. Iliad. γ, ἐς δίφρον ἀρνᾶς θέτο, In curru posuit, Currui imposuit. Plutarch. in Lycurgo, θέμβος ὀν μέσῳ τῶῦ γερόντων ἀρχῶ, Qui posuit in medio, vel statuit. Habet autem vtraque vox & alios verbi Ponere vsus. vt ὀν ἐπαίνῳ τίθεναι vel potius τίθεσθαι, In laude ponere, Laudi ducere, Laudabile existimare. Aristot. Rhet. 1, ἀλλὰ καὶ ὀν ἐπαίνῳ πολλάκις τίθεσι. Vicissim dicitur ὀν ψόγῳ τίθεναι seu τίθεσθαι, vel ὀν αἰσχύνῃ, aut etiam ὀν αἰσχῶ, vt dicitur Ponere in vitio. Sed sonant illa q. d. Ponere in vituperio, siue in dedecore, aut ignominia. pro quo diceretur potius Ignominiæ loco ponere, vel ducere, Ignominiosum ducere, vel putare. aut, Turpe ducere. Dionys. Halicarn. in vita Lysiæ, οὐκ ὀν αἰσχύνῃ τίθεται τὸ ἔργον. Apud Euripidem & Plutarch. ὀν αἰσχῶ τίθεσθαι, Turpe existimare. Cui opponitur ὀν καλῶ τίθεσθαι, Honestum existimare, apud Polyb. (Ex quo affertur à Bud. & σὺν καλῶ τίθεσθαι, tanquam idem significans) Quum verò dicitur τίθημι ὀν ἀδικήματι, habet locum hic quoq; verbum Pono. nam θήσονται ὀν ἀδικήματι apud Thucydidem libro 1, est Ponent in crimine, vel Ponent criminis loco. Atque vt dicitur Latinè Ponere in crimine, seu in contumelia, aut etiam (& quidem vsitatius, vt opinor) Ponere criminis loco, vel contumeliæ: sic Græcè τίθεσθαι iungitur etiam cum ὀν habente datiuum μέρει, quem sequitur genitiuus. vt apud Platonem De rep. ὀν ἀρετῆς καὶ σοφίας μέρει τίθεναι, & ὀν ἀρετῆ καὶ σοφίᾳ τίθεναι, pro eodẽ. Interdum cũ præpositione εἰς potest vel simplici Pono, vel composito Repono reddi: vt docebo infrà. Verùm sæpe redditur verbo Duco verbum τίθεμαι seu τίθημι, iunctum illi præpositioni ὀν. vt ὀν οὐδενὶ λόγῳ τίθεμαι, Pro nihilo duco, Floccifacio, Contemno. Plutarchus, τῶν Ἀγέσιλαον βασιλέως ὀν οὐδενὶ λόγῳ τὰ Ῥωμαίων τίθεμένου. Demosth. autem dixit etiã ὀν μηδενὶ ὑπολόγῳ τίθεσθαι: & οὐδένα ποιεῖσθαι ὑπόλογον, pro eodẽ. (Quò pertinẽt hæc, aliã tamen constructionem habentia, παρ' οὐδὲν τίθεσθαι, & ὡς φαῦλον τίθεσθαι, pro Nihili facere, Contemnere. Luc. παρ' οὐδὲν τίθεσθαι τὸν ἀνεργέτην. Sed & τίθεμαι μηδὲν pro Nihili facio, ex Basilio affertur) Nonnunquam cum illa ipsa præpositione aliud interpretationis genus postulat, vt ὀν σπουδῆ τίθεσθαι, Studiosum esse alicuius rei & de ea laborare. velut ὀν σπουδῆ τίθεσθαι τὸν πλοῦτον, Plut. Occurrunt & aliqui loci in quorum interpretatione, composita Anteponere & Postponere locum habere possunt. Plutarch. in Galba, τίθεμβος τὸ κοινὸν πρὸ τῶ ἰδίου, publicum bonum suo anteponẽs. At ὕστερον τίθεσθαι, Postponere, Posthabere. Pausan. de Homero, καὶ πῶς ὠφέλειαν εἰς χρήματα ὡς ἐπὶ δυνατῶν ὑστέρων θέμβος τῆς ὡς ἐπὶ πὶς πολλοῖς δόξης.

Τίθημι, Propono. vt πίθεναι ἆθλον, ex Isocrate, Præmiũ proponere. Ex Sophocle, Καὶ πάμα πύχη μὴ τ' ἀγωνάρχαι πνές Θήσουσι, præmium proponẽt, seu pro præmio. Possunt verò & aliqui inueniri loci vbi pro Proponere possimus & simplici Ponere vti. nam & hoc pro Proponere apud Ciceronem extat, si mendo locus caret.

Τίθημι, vel Τίθεμαι, Appono. vt πίθεντο δὲ δόρπον ex Homero affertur pro Apponebant cœnam.

Τίθημι, vel Τίθεμαι, Repono. vt πίθεναι εἰς τόπον τὸν ἀριθμὸν apud Plutarchum, In hunc numerum reponere. Et εἰς τάῦτιω πίθεμαι πιω πάξιν, In hoc ordine repono. (Redditur tamen ibi & simplici Pono) Dicitur & πίθεναι εἰς ἀνθρώπους pro εἰς ἀριθμὸν ἀνθρώπων, Reponere in numero hominum, Reponere inter homines, (vt dicitur Reponere inter deos) Numerare inter homines, Hominibus annumerare. Ex Aphthonio, θεῖόν εἰς ἀνθρώπους. Huc referri potest & τίθημι εἰς τὸν αὐτὸν λόγον πάλλα πάντα.

Τίθημι, vel Τίθεμαι, Impono. vt πίθεσθαι πέλος, Imponere finem. (vel Ponere finẽ, ex Tacito) Apollon. Rhod. πίθεσθαι πέλος καμάτοιο πάντεσσι, finem laboris omnibus imponere.

Τίθημι, vel Τίθεμαι, Compono. ea significatione qua dicimus Componere rem aliquam, siue aliquod negotium. Sed plerunque additur δῶ, pro hac significatione. vt apud Lucianum, ὅπως τὸ παρὸν δῶ θέμβος, Bud. vertit, Quum composueris quod instat. Idem apud Andocidem, πὰς δὲ ἐχθρὸυς συμφορὰς πρὸς ἀλλήλοις θέσθαι καλῶς, vertit Inter se sarcire & componere. Vt autem hic habes πίθεσθαι cum καλῶς, & in præcedenti loco cum δῶ, sic cũ ἀμεινον in isto loco Demosthenis, ὀν οἷς μηδένα βλάπτων ἀμεινόν τι τῶῦ ἰδίων θήσεται, Nullius incommodo conditionem suam meliorem faciet, vt idem interpr. Et apud Xen. ἀλλ' ἔξεστι ἡμῖν πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι, Sed licebit nobis res gerere vt è re nostra esse videbitur. (Et pass. apud Thucydidẽ, εἰ πεῖσεται κῦ γνῶῦ τὰ πρόγματα, Si ex animi sententia res prosperè cedant) Ad illam autem componendi significationem accedit ea qua ponitur hoc verbum τίθεμαι pro Moderor, Rego: Vel, Statuo, Constituo. Cuius vsus exemplũ B. affert hoc ex Xenoph. ἀπομν. libro 1, οἴεσθαι σῶῦ χρὴ καὶ πὼ ὀν παντὶ φρόνησιν τὰ παίτα ὅπως αὖ αὐτῆ ἡδὺ ῆ οὕτω τίθεσθαι. pro quo μετα χειρίζεσθαι paulo pòst dixit. Dicitur autem & διατίθεσθαι eadem significatione.

Τίθημι, vel potius Τίθεμαι, Suppono, hoc est Thesin facio & hypothesin. Bud. Comm. pag. 198, ex Aristot. Metaphys. lib. 10. Idem p. 196, interpretatur & per simplex Pono. (Apud Cic. certè Positum sit, est πεθεῖσθω: De fin. 4, Sed primùm positum sit, nosmetipsos commẽdatos esse nobis. Aristot. Phys. auscult. lib. 8, ἐπίθη μὴν γὰρ ἡ φύσις ὀν τοῖς φυσικοῖς, ἀρχὴ καθ' ἣν κινήσεως, καὶ ἠρεμίας) Dicitur autẽ & τίθεμαι τόπον, & τίθεμαι τόπῳ εἶ), vel sequẽte alio infinitiuo. Interdum verò τίθεσθαι redditur verbo Ponere, vbi & Statuere, seu Existimare, aut Constituere & Iudicare reddi potest. Aristot. Polit. libro 7, ὅσοι δὲ ὀν πλούτῳ τὸ ζῆν δῶ τίθενται, vt Cic. De orat. lib. 2, Tantum ego in excellente oratore & eodem bono viro pono esse ornamenti vniuersæ ciuitati. Id est Censeo & iudico. Ita quidem Bud. Sed poterat aliud aptius exemplum afferre, & cum illa constructione quam ibi habet τίθενται, magis conueniens: ex eodem Cic. vbi dicit, Summum bonum in animo ponere, Summum bonum in virtute ponere. At pro Existimare, Ducere, Arbitrari, affert & ex aliis plerisque, & quidem vtraque voce. Demosth. Olynth. 1, τὸ δὲ μὴ πάλαι τῶτο πεπιστεύκαι, τῆς παρ' ἐκείνων ἀνοίας ἀνεργέτημ' αὖ ἔγωγε θείω. Et Synes. de Homero, τὸν ὀν θαλάττῃ θάνατον, ἀκριβεστάτιω ἀπώλειαν εἶ τίθεμβος. Vide plura exempla pag. 196, necnon 198, & 199. Quibus adde & quædam exempla prius à me prolata, positi pro Duco, sed cum alia constructione: non solùm vt dicitur Ducere turpe, & Ducere pro nihilo, sed etiam vt dicere solemus Ducere aliquid laudi. Cæterùm ad Pono de quo dictũ modò fuit, pertinet & τίθημι quod exponitur, Esto vt ita sit, Dono ita esse. Gallice certè dicimus itidẽ, Ie pose le cas qu'ainsi soit, vel, Ie mets le cas, vel, Ie pren le cas. Isocr. καὶ τίθημι τασάζειν αὐτούς. Demosth. θέσω τίνιω ἐγὼ μὴ τοῦῦτο εἶ τῶτο. Idem, ἵνα βούλει σε Αἰσχίνη, καὶ τίνα ἐμαυτὸν ὀκείνῳ πιω ἡμέσεσι εἶ θῶ; Lucian. in Prom. τίθει δῶ ὦ Ἑρμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ πιω ἐλάτιω μοῖρεσι ὑπονενεμηκέναι πρὸ Διὶ, πιω δ' ὅλιω ὑφαιρεῖσθαι. Certè vt Gall. diceretur Pose le cas, siue Mettez le cas, ita & Latinè dicere possumus Pone: ex Terentio in Phormione, Pone esse victum eum.

Τίθημι, vel Τίθεμαι, cum nonnullis aliis accusatiuis (id est, habentibus aliius generis significationem) partim hoc, partim illo verbo redditur: & quidẽ cũ nonnullis, ipso verbo Pono. vt τίθεναι πιω ἐλπίδα, ex Phal. epist. Ponere spem, aut etiam Collocare spem. Et τίθεσθαι δῶμα apud Homerum (Domum struere, seu ædificare) reddit ur etiam Domum ponere, ex Virgilio. Sic τίθεσθαι βωμὸν, apud Lucianum. Item cum accus. significante rem ad animum pertinẽtem. vt τίθεσθαι νόμοι, Demosth. Legem ferre: aut etiam ad verbum, Legem ponere. Et τίθεσθαι γνώμιω apud eundem, Dicere sententiã, seu Proponere sententiam. Ex Fabio autem redditur & Ponere sententiam. Eodémque modo ψῆφον τίθεσθαι, Suffragium ferre. Et σημεῖον τίθεσθαι, Plutarch. in Cam. Statuere signũ, vel Ponere signũ, ex Liuio. At τίθεσθαι ἀγῶνα, Edere certamen, B. apud Greg. Verùm μάχιω τίθεσθαι pro Pugnam committere, seu conserere, ex Hom. & Hesiodo, ἀμφ' ἑνὶ φωτὶ μάχιω θριμεῖαι ἔθεντο. Affertur tamẽ πόλεμον τίθεσθαι ex Thucyd. & pro Bellũ suscipere, & pro Bellũ deponere, seu Bello absistere. Affertur præterea cum accusatiuis aliius generis, id est significationem aliius generis habentibus: vt τίθεναι πρὸ θεῶ ἱκετηρίαν ex Plutar. pro Peragere deo supplicationem. Et τίθεναι πωνείαν, pro Pœnam irrogare. Est præterea hoc obseruandum, interdum hoc verbum vnà cum suo accusatiuo reddi vnico verbo Latino, vt τίθεναι χάριν, Gratificari: & τίθεναι κόπον τινὶ ex Euripide, Succenfere alicui. (Ex quo affertur & τίθεναι γέλωτα pro Ridiculum esse. quæ interpretatio mihi suspecta est) Sic τίθεσθαι ἀρὰς, Imprecari, apud Plutarchum in Theseo, θέμβος ἀρὰς κῦ τῶῦ Ἀθηναίων. Et in Cam. ἀρὰς θέμβος ὅπῃ πὶς πολίτας, Imprecatus illis, vel Imprecationibus illos prosequutus. At si Imprecatus dicas, potius ei adiungendus fuerit aliquis accusatiuus rei.

Τίθημι, vel Τίθεμαι, (sed minus frequenter) Facio, Efficio, ἀπεργάζομαι, inquit Budæus, afferens ex Homero Odyss. ρ, Καί κεν ὑρὸν πίνων, μεγάλιω ὀπιγυνίδα θεῖπ, grandem femorum corpulentiam faceret. Ita enim ille interpr. at ego malim Assumeret aut Ascisceret sibi, aut aliud huiusmodi. Possunt alioqui significationis illius verbi Facere in hoc verbo afferri exempla non pauca, nullam dubitationem relinquentia. Ex quibus est versus secundus Iliadis, — ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε. Item hic, Iliad. β, Λᾶαν ἐπὶ μὲν ἔθηκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω. Quinetiam in vno eodémque versu vtrãque significationem habere comperitur: Iliad. κ, Θῆκεν ἀνὰ μυρίκην, δέελον δ' ὅπῃ σῆμά τ' ἔθηκε. Nam priore in loco ποιῆσαι positum est, at in posteriore significat ἐπίθεσιν, vt testatur etiam Eust. Inuenitur autem τίθημι siue τίθεμαι redditum verbo Facere, vbi & aliis verbis reddi potest. vt apud Plutarchum, θέμβος φιλίαν ποιεῖς ἅπαντας. Dicitur enim non solùm Amicitiam facere, sed etiam Amicitiam inire, sed & Conciliare, item Contrahere: necnon aliis modis.

Τίθημι, vel potius Τίθεμαι, Sumo, Vendico, Tribuo. Cuius vsus exemplum affertur ex Platonis epist. 7, ὡς αὐτῶ τίθεμβος, tanquam sibi tribuens, vel, sibi vendicans. Ex eodẽ De leg. τίθεμαι πμὶω τῶτιω εἰς τιμᾶς, pro Hunc honorem senectuti tribuo. Bud. in suo Lex. scribens τίθημι interdum vsurpari pro Tribuo, Attribuo, Assigno, affert ex Xenophonte, ἀπομν. libro 4, ποτέρωθι πιὼ ἀπάντιω τῶτιω θησαυῶ; δοκεῖ μοι, ἔφη, ποιῶ ὀμιγμοσύνιω. Itẽ, τῶτ' ουὼ ποτέρωσε θετέον; Alicubi τίθεσθαι redditur & verbo Accipere: vt εἰς οἰωνὸν τίθεσθαι χρηστὸν idem interpretatur, In bonum omen accipere. vel In bonum omen vertere.

Τίθημι, Oppono pignori, Pigneror. Bud. postquam dixit ὑποτίθεναι esse Pignori opponere, sicut ὑποτίθεσθαι, Pignori datum accipere, interiectis nonnullis testimoniis, subiungit, Sic Latinè Pignero & Pigneror dicitur: quorum alterum, debitoris, alterum fœneratis est. Dicitur τίθεναι & τίθεσθαι pro eodem. Demosth. Ad Nicostr. τίθημι σῶ πιω σιωοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν ἀρκέσαν τῆ Παμβωτίδ η, Oppono igitur cœnacularias ædes in sedecim minas. Ibidem, καὶ προσελθὼν μοι ἔλεγλῳ ὅτι τὸ χωρίον τὸ ὀν γειτόνων μοι τῶτο οὐδεὶς ἐθέλοι οὔτε πρίασθαι οὔτε τίθεσθαι, aiebátque hoc vicinum mihi prædium nullum nec emere velle, nec in pignus accipere. Plura de hac signif. vide apud eundem Bud. p. 187. Affertur verò τίθεναι & pro Soluere, Numerare. vt τὸ γιγνόμενον κῦ πιω οὐσίαν ἕκαστον τίθεναι. Et τιθεὶς pro Soluens, Numerans, ex Demosthene.

Τίθεμαι, pro προστίθεμαι seu συγκατατίθεμαι, Assentior, Astipulor. Item Faueo, Adsum, Suppetias fero laboranti. Synes. ἐθέλιω τῷ δόγματι, Assensus sum illorum opinioni, Comprobaui eorum sententiam. Vide B. pag. 195. & 196.

Τίθεμαι, passiua vt voce, ita etiam significatione, Ponor, Collocor. Sequitur autem vsus actiuæ vocis & constructiones. nam vt dico me aliquid τίθεναι ὀν ἐπαίνῳ, ita vicissim aliquid dicitur τίθεσθαι ὀν ἐπαίνῳ. (sic tamẽ vt rarior sit hic passiuæ vocis vsus: quòd videlicet possit τίθεσθαι esse & pro actiuo τίθεναι, vtpote media voce vsurpatũ) Atque vt dicimus nos aliquid τίθεναι pro Supponere, (id est Thesim facere & hypothesim) ita dicitur aliquid à nobis τίθεσθαι. Aristot. Phys. auscult. libro 8, ἐπίθη μὴν γὰρ ἡ φύσις ὀν τοῖς φυσικοῖς, ἀρχὴ καθ' ἣν κινήσεως, καὶ ἠρεμίας. Ex Plat. autem epist. 7, affertur, αὐτῷ τῶτ' ἐπιστολὴ ὀν γράμμασιν ἐτέθη, pro Hæc ab eo seriò tractata, literis mãdata sunt, seu prodita.

Deriuata quæ η verterunt in ε.

Θέμα, ατος, τὸ, idipsum quod positum, appositum, depositum aut propositum est. Positum seu appositum, vt in Eccles. θέματα βρωμάτων, Dapes in mensa positæ, Appositæ epulæ. τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βρώματα. Depositum, veluti ea quæ apud trapezitas deponuntur & oppignerantur, θέματα nuncupãtur, sicut & παρακαταθῆκαι. Plut. in Consol. ad Apollon. οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται, καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν πολλάκις, ἀπαιτοῦμβοι τὰ θέματα, δι' χεράνοισιν ὅπῃ τῆ ἀποδόσει, si depositum apud ipsos pignus repetatur. Sic Cebes Theb. ὅπῃ τοῦτῳ ἔλαβον τὰ θέματα ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύειν τὸν θέμβον πάλιν κομίσασθαι τὰ θέματα, deposita apud mensam. Significat etiam Id quod propositum est, vt in rhetorũ scholis loquuntur. Quintil. lib. 4, c. 2, Sed nos ducit scholarum quædam consuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ θέματα dicimus: præter quæ nihil est diluendum, ideóque narratio proœmio semper subiungitur. Et libro 7, cap. 2, Erat mihi curæ in controuersiis forensibus, nosse omnia quæ in causa versarentur. Nam in schola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ θέματα Græci vocãt, Cicero proposita. Quum hæc in conspectu quodãmodo collocaueram, non minus pro aduersa parte quàm pro mea cogitabam. Item grammatici θέματα vocant

verbum aliquod primitiuum, quod ſtatuunt veluti fundamentum & originem temporum ex eo formatorum, omniúmque deriuatorũ: veluti eſt ἄγω, ἄρχω, λέγω, & huiuſmodi alia. Interdum verò appellant θέμα ſimpliciter primam perſonã præſentis Indicatiui, à qua videlicet incipit cõiugatio. Dicitur ſignificare etiã geniturام ſiue ſidus natalitium, & horoſcopum. hoc eſt, id quod mathematici notant, quomodo cælum ſit affectũ, compoſitáque ſidera, quum homo aliquis oritur. Quo in ſignificatu vſum hac voce aiũt Suet. Tranq. in Auguſto. ¶ Ab Heſych. exponitur ὅρκος, τόπος, στάσις, μνῆμα.

A

VNDE Θεμαπκὸς, οῦ, ὁ, Poſititius. vt θεμαπκοὶ ἀγῶνες, Certamina in quibus de poſito præmio certatur, In quibus propoſito præmio aliquo contenditur. qui etiam ἀργεῖται nominantur, ab argẽto quod victoribus proponitur præmium, teſte Poll. libro 3. at στεφανῖται & φυλλῖται, qui de corona tantùm inſtituti erãt. Item θεμαπκοὶ κριταί in Pand. forſan qui controuerſias de depoſito ortas dirimebant. Et apud gramm. θεμαπκὸν ὄνομα, Verbum primitiuũ ſeu originale, Quod veluti fundamentum & origo eſt cæterorum inde deriuatorum. Vel Quod ex genere eorum eſt quæ θέματα dicuntur.

B

C

Et VERB. Θεμαπίζω, Depono. Item Pono caſum, in Pand. Gr. teſte Bud. VNDE Θεμαπισμὸς, οῦ, ὁ, Poſitio caſus. vt κατά πνα θεμαπισμόν, quodam caſu, B. Itẽ Poſitus, Statio: vt θέμα ab Heſychio exponitur στάσις. Vitruu. libro 1, cap. 2, Decor perficitur ſtatione, qui Græcè θεμαπισμὸς dicitur, ſeu conſuetudine, aut natura. Statione, quum Ioui, fulguri, & cælo & ſoli & lunæ ædificia ſub diuo hypathraque conſtituuntur.

Θέσις, εως, ἡ, Poſitio. vt νόμων θέσις apud Ariſtotelem Polit. 4. quæ cõp. voce νομοθεσία dicitur, veluti νόμον θέσθαι appellamus quod Latini Legẽ ponere. Interdũ Depoſitio: oppoſitum habẽs ὅρκον & αἵρεσιν. Luc. in Harm. ἐδίδαξῶ με ἥδη ὁρκόσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐμπνεῖν ἐς τὸ γλωσσίδα λεπίον τι καὶ ἐμμελὲς, καὶ ὑποβάλλειν τοῖς δακτύλοις ἀμφὶς ὑπὸ πυκνῇ τῇ ὀρθῇ καὶ θέσει. Et apud Plat. De leg. θέσεως καὶ αἱρέσεως ὅπλων, arma ſumendi ac deponendi. Et θρυπαιείων θέσις, depoſitio pecuniæ in prytaneo. Solebãt enim qui inter ſe litigabant, vtraque ex parte deponere pecuniam in prytaneo: ex qua ei qui abſoluebatur, ſuum θέμα reſtituebatur: eius autem qui cauſa cecidiſſet, iudicibus erat loco mercedis. Ariſtoph. in Nub. Ἵν' αἱ θέσεις γίγνοιντο τῶν νομιζόμενων. id eſt αἱ δίκαι καὶ αἱ θεραπαβολαὶ τῶν θρυπαιείων. qua de re vide ſchol. Rurſum pro Poſitio ſeu Impoſitio accipitur quum dicitur ὀνομάτων θέσις. vt Demetr. Phaler. πολλὰ δὲ ὀνόματα καὶ θεραπεύειν τὸν θέσιν τὸν ὅπῃ πνος, χαλεπὰ ἐστιν. veluti hoc eſſe dicit, ὁ δὲ ὄρνις οὔπω ὅτι κόλαξ. nam τὸ πεθὲν κατ' ἀρχὰς ὄνομα, nomen quod ab initio rei impoſitum fuit, eſt κόραξ: pro quo θεραπεύειν θέσιν dicitur riſus excitandi gratia κόλαξ. Item apud philoſophos θέσις eſt poſitio ſeu ſumptio, qua nimirum aliquid veluti principium ſtatuunt & ponunt: vt in arithmetica, Monadem non eſſe diuiduam: in geometria, Punctum eſſe indiuiduum: &, Omnes lineas à centro exeuntes & ad ambiẽtem lineam rectà tendẽtes, inter ſe æquales eſſe: in phyſicis, Omnia corpora naturalia conſtare ex materia & forma: &, Naturam quietis ac motus initium eſſe. Sic medicus πάθεται & ponit, corpora conſtare ex quatuor elementis. Philopon. ἡ μὲν θέσις οὐκ ἔστιν αὐτόπτης τοῦ μανθάνοντος, ἀλλ' ἐκ τῶν διδάσκοντος θεωρίνεται· τὸ δ' ἀξίωμα οἰκοθεν ὁ μανθάνων ἔχει καὶ θεβάλλεται. Vide & Ariſtot. Analyt. poſter. libro 1, item Bud. Comment. p. 189. vbi etiam dicit θέσιν & definitionem rei idem eſſe, quum Ariſtot. dicat, ὁ δὲ ὁρισμὸς θέσις ὅτι: veluti quum arithmeticus πάθεται, μονάδα εἶναι τὸ ἀδιαίρετον καὶ τὸ ποσόν. Idẽ Bud. p. 231, διὰ θέσεως φιλοσοφεῖν περὶ Θεοῦ dicit apud Dionyſ. Areop. opponi τοῦ δι' ἀφαιρέσεως: vt quum ait, χρὴ δὲ τὰς ἀφαιρέσεις ἐναντίως ταῖς θέσεσιν ὑμνῆσαι. Dici autem θέσεις quæ de Deo propriè & affirmatiuè dicuntur, vt Deum eſſe iuſtum, Deum eſſe miſericordem, & ſimilia. Eſt & apud rhetores θέσις: quã Ariſtot. Topic. 1 ſic definit, θέσις ὅτιν ὑπόληψις περὶ ἀδύξος τοῦ γνωρίμων πνὸς καὶ φιλοσοφίαν: velut illud Antiſthenis, ὅπ οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν: & illud Heracliti, ὅπ πάντα κινεῖται. Cic. in Topic. Quæſtionum duo ſunt genera: alterum, infinitum: alterum, definitum. Definitum eſt quod θετὸν Græci, nos cauſam: infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. Quintil. lib. 3, cap. 5, Infinitæ quæſtiones ſunt, quæ remotis perſonis & temporibus & locis, cæteriſque ſimilibus, in vtranque partem tractantur: quod Græci θέσιν dicunt, Cicero Propoſitum, alii Quæſtiones vniuerſales ciuiles, alii Quæſtiones philoſopho conuenientes: Athenæus partem cauſæ appellat. Vide ibidem quomodo Cic. id quæſtionis genus diſtinxerit. Ita θέσις eſt poſitio cuiuslibet rei quæ natura non eſt, vt tum in ſuperioribus locis, tum in hoc Gregor. Naz. φύσει οὐ θέσει ἀγαθόν, ſua ipſius natura, non alterius autoritate ſanctificãs. Nam quædam hominum autoritate πεθέντα, id eſt ſtatuta ſeu inſtituta, ἀγαθὰ εἶναι iudicantur. Sic θέσις de re quæ natura ſua non eſt, dicitur, quum ab Appiano (teſte Budæo) accipitur pro ὑφεσία. nã θέσει ὑγιὲς & ὑφεσία eius eſt cui nullos natura dedit liberos, ſed qui alienos in ſuam familiam aſciſcit & adoptat. Rurſum θέσις dicitur Poſitus, Situs. Ariſtot. De part. anim. lib. 3, κεῖται γὰρ οὐδαμῶς πεθὲς ἀρχαιδῆ θέσιν, neque enim ſita eſt in loco accommodato. Bud. pag. 131.

D

E

F

VNDE Ἀθεσία, ας, ἡ, Actio qua aliqua quæ rata facta fuerant, irrita fiunt: vt quum pactis & conuentis non ſtatur, ſed violantur & irrita fiunt omnia. Budæo Inconſtantia & Infidelitas: Suidæ παραβασία, qui hæc affert exempla: ex Polybio, lib. 3, pag. 55, ἀγωνιῶν τὴν ἀθεσίαν τῆς Κελτῆς. Et ex lib. 2, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συλλογισάμενοι τὴν τῆς Γαλατῆς ἀθεσίαν. Et rurſum, ὅπῃ κρύψειν ἅπασι τὴν ἀθεσίαν αὐτῆς καὶ τὴν ἀβεβαιότητα. Vbi quidam interpr. Præuaricationem, ſicut & apud Ierem. cap. 20. At Νομοθεσία, Υἱοθεσία, & ſiqua alia ſunt huiuſmodi, vide in ſubſtantiuis quibuſcum ſunt compoſita.

G

Θετέον, Ponendum: item Conſtituendum.

Θέτης, ου, ὁ, Qui aliquid πέθεικε, id eſt Depoſuit apud quempiam vel oppignerauit. Iſæus, δίκαιον τῆς ἀμφισβητήσεως χωρίον τὸν ἔχοντα, ἢ θέτην ἢ περαπῆρα παρέχεσθαι, ἢ καταδεδικασμένον φαίνεσθαι, Iuſtum eſt vt is qui prædia controuerſioſa poſſidet, aut oppigneratorem ſuum aut venditorem laudet, & nomen autoris in iudicium proferat. B. p. 201, in Καταδικάζω.

Θετικὸς, οῦ, ὁ, Poſititius, ſeu Poſitiuus. vt θετικὰ ὀνόματα apud grammat. Aduerbia poſitiua: quæ in έον aut in έα deſinunt: veluti, θετέον, θεακτέον, λυπτέον: & Atticè θετέα, θεακτέα, λυπτέα: conſtruuntúrque vel cum datiuo vel cum accuſatiuo. Latinis Gerundia & Gerundiua, Amandum, Docendum, Legendum. Item θετικοὶ νόμοι apud Ariſtot. Polit. 2, cap. 10, leges quas Philolaus νομοθέτης Thebis tulit, tum aliis quibuſdam de rebus tum περὶ παιδοποιίας. vbi Aretinus vertit Leges proletariæ. VNDE ADVERB. Θετικῶς, ſignificans διὰ vel μετὰ θέσεως, Poſitiuè & affirmatiuè: cui opponitur ἀρνητικῶς apud Greg. Naz. Item θετικῶς ἐξετάζεσθαι apud Hermog. pro Infinité. nam θέσις dicuntur quæſtiones infinitæ.

Θετὸς, οῦ, ὁ, Poſitus. Item θετὸς παῖς, filius adoptatus, ſeu adoptiuus: qui & εἰσποίητος. Appian. ἔθος ἦν τοῖς Ῥωμαίοις, τοὺς θετοὺς τὰ θεμιτὰ ὀνόματα ὀνομαβαίειν, vt adoptati adoptantium nomina accipiant. Plutarch. Theſeo, θετὸς ἐγένετο Πανδίονι, A Pandione adoptatus. Et Herodot. θετὸν παῖδα ποιοῦμαι, Adopto, ſeu Adoptiuum filium facio. Et Plutarch. rurſum, in Solone, παῖδα θετὸν ἔχε, ποιησάμενος τὸν τῆς ἀδελφῆς, ex ſorore natum filium ſibi adoptauit.

H

C. Ἄθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Irritus, ſeu Qui irritus factus eſt, Abdicatus, Abrogatus. Exponitur etiã Abdicandus. Item Qui appoſitus & aptus non eſt, Ineptus, Inutilis. In qua ſignif. frequens eſt apud Dioſcor. idque modò cum θεὸς habente ſuum accuſatiuum, modò cum datiuo. Cũ θεὸς, vt lib. 3, ἄθετος θεὸς βρῶσιν, Ad eſum non aptus. Cum datiuo, vt libro 5, ἄθετος κύστει, Veſicæ inutilis. Et libro 1, ἄθετος τοῦ νευρώδεσι παντὶ, Lædens neruos. Sic alibi, ἄθετον παῦ χάλα κεφαλαλγοῦσιν, ἡ παπικοῖς, σπληνικοῖς. Quæ Plin. ſic vertit, Lactis vſus contrarius capitis doloribus, hepaticis, ſpleneticis.

VNDE Ἀθετέω, ῶ, Loco moueo, Abrogo, Abdico, Irritum facio: propriè θεὶ τοῦ πρὶν πεθέντων. vt ἀθετεῖν νόμον dicitur Poſitam legem refigere & abrogare. & ἀθετεῖν τὰ ὡμολογημένα, pacta & cõuenta reſcindere ac irrita facere. Marci 7, ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε, Irritam facitis. (vel etiam Violatis, Tranſgredimini. λύετε, παραβαίνετε. vt & in epiſt. ad Hebr. c. 10, ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶν μάρτυσιν ἀποθνήσκει, ſiquis violarit & tranſgreſſus fuerit legem Moſis) Et Plutarch. Coriol. μηδὲν ἀθετεῖν μηδ' ἀναίνεσθαι τῶν ποιούντων δυναμένους. Gregor. Naz. οὐ τὰ πρὸν ἀθετήσουμεν δεῦρο τὴν τελευταίαν παραπέμψωσι; non irrita facienus & exauctorabimus? Paulus in epiſt. ad Galat. cap. 2, οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, non irritam facio gratiam Dei. vt Auguſtin. quoque vertit. Et ad Tim. epiſt. 1, c. 5, τὴν παρόντα πίστιν ἠθέτησαν. Et Lucæ 7, οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν. Aliquando commodius redditur Repudio, Reiicio, Improbo, Aſpernor. vt apud Gregor. orat. in pentecoſten, δούλων δὲ κακῶν, ἀθετεῖν δεσποτείαν, καὶ ἐπανίσταθαι κυρότητι, καὶ ὁμόδουλον ποιεῖν αὐτοῖς τὸν ἐλεύθερον, improborum ſeruorum eſt aſpernari & reiicere dominos ſuos, in eóſque inſurgere. Sic in epiſt. Iudæ, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι, dominatũ verò reiiciunt. Et Lucæ 10, ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ. Et Ioann. 12, ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, Qui reiicit me, nec recipit verba mea. Itidem & Marci 6, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι, propter iuſiurandum & eos qui ſimul accumbebant, noluit eam reiicere. Id eſt, Noluit irritum facere quod ei promiſerat. iurarat enim ſe ei daturum quodcunque a ſe petiiſſet. Et Chryſoſt. De ſacerd. οὐ γὰρ ἀνὴρ ὠνεῖσθαι ὁ ἀθετούμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστός. Vbi nota paſſ. vocis vſum, cuius Heſych. quoque meminit, ἀθετεῖται exponens καταφρονεῖται, ὑβρίζεται: apud quem & actiuè Ἀθετῶ, ἀτιμάζω, ῥιπάζεται, Aſpernatur & vilipendit, Reiicit. Itidem ἀθετούμενοι στίχοι dicuntur Reiectitii verſus: qui & ὀβελιζόμενοι. Porro vt ἀθεσία dicitur Præuaricatio & tranſgreſſio, ita ἀθετεῖν Præuaricari. vt Prouerb. Salom. cap. 11, ἀθετοῦντων ὑποσκελισμός, Præuaricatorum & peruerſorum ſupplantatio. At ex libro 4 Reg. cap. 23, ἠθέτησεν ὁ τοῦ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, Defecit à rege Babylonis. VNDE Ἀθέτημα, ατος, τὸ, ET Ἀθέτησις, εως, ἡ, Abrogatio, Abdicatio. vt in ep. ad Heb. c. 7, ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές. ἐνήμισυ γὰρ προάγουσα ἐντολὴ ἀθετεῖται, Nam mandatum præcedens abrogatur, quòd nullis viribus ſit prædtum & inutile. Et cap. 9, εἰς ἀθετησιν ἁμαρτίας, Ad abolendum peccatum. Ἀθέτημα autem ſignificat potius ipſum factum quo aliquid ἀθετεῖται, id eſt irritum fit, ſeu violatur & reiicitur. veluti apud Græcos Bibliorum interpretes ἀθετήματα dicuntur ſcelera quibus lex diuina violatur, Præuaricationes, Tranſgreſſiones, vt vulgò loquuntur. Reg. lib. 3, cap. 8, καὶ πάντα τὰ ἀθετήματα αὐτοῦ ἃ ἂν ἠθέτησαν. Et Ierem. 12, πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα, Qui præuaricantur & iniquè agunt. Legitur etiam ADVERB. Ἀθετῶς apud Heſychiũ, quod affert ex Æſchyli Prometh. vincto, & expon. non ſolùm ἀθέσμως, ſed etiam συγκαταθεμιθρῶς. At verò PRO Ἄθεος Ἑλληνιὰ, quod apud eundem extat, & exponitur σκληρὰ, ἰδ' οὐχ οἷόν τε ἱλασθῆναι, Rigida, Implacabilis, dubium eſt, reponendúmne ſit ἄθεσμος, an ἄθεος, an aliud ſimile.

I

C. Εὔθετος, oppoſitum præcedenti ἄθετος, id eſt Appoſitus, Accommodatus, Aptus, Idoneus. Dioſcor. lib 2, cap. 65, εὔθετος εἰς ὑπόθεσιν. ad recondendum idoneus. VNDE Εὐθετέω, ῶ, Sum εὔθετος, id eſt Sum appoſitus & accommodatus, Sum aptus & idoneus. Dioſcor. lib. 1, cap. 106, εὐθετεῖ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, ad ocularia medicamẽta vtile eſt. Et ex Theophr. lib. 5 Hiſt. plant. εὐθετεῖ πᾶσι χρῆσθαι, ad omnia vtilis eſt & apposita. Itẽ homo aliquis aut animal εὐθετεῖν dicitur pro εὖ διαθέσθαι ſeu εὖ διακεῖσθαι, Bene habitum eſſe, ἀνεκπεῖν: ſicut θέσις ab Heſych. exponitur ἕξις. Theophr. Hiſtor. plant. libro 1, cap. 1, εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ ὄμβρος (ſ. τὸ φυτοῦ ὑγρὸν) κάλλιστον, οὐδὲν σημεῖον, ἐπεὶ καὶ τοῦ ζώων εὐθετεῖ κοῦφα, nec argumentum efficax eſt quòd verno æſtiuóque tempore plãtæ ſint aſpectu pulcherrimæ, quum & fœta animalia ſpecioſiora ſint & habitiora. (SIC Εὐθεσία, ας, ἡ, Bene conſtituta corporis habitudo. Galen. apud Hippocr. ἐὐθεσίω expon. ἐγγενεσίω τῶ σώματος ἕξιν: addens & ἐνιαυτὸν εὐθεσίης vocari τὸν ἀφορίας ἀπεργαστικόν. vt idem ſit εὐθεσία quod εὐεξία & εὐσωμία)

D

E

F

¶ Rurſum εὐθετέω tranſitiuè etiam ponitur pro Cõcinnè diſpono, Elegãter & ſcitè digero, Decenter compono, vel Colloco ordine ſuo. Syneſ. epiſt. 121, καλὸν οὖν εἰ πάντα εὐθετήσας, ἐκκορήσας τε καὶ ἐνθυμάσας τὸ δωμάτιον, ſi omnibus decenter & ordine poſitis euerras & perfumes cubiculum. Sic Lucian. ἔωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα, στήρειν τὸ συμπόσιον δεῖ, εἶτα εὐθετήσαντα ἕκαστα, παρεστάναι τοῦ Διί. Qua ſignificatione dicitur ET IAM Εὐθετίζω. Heſiod. Theog. v. 541, de Prometh. — ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ Εὐθετίσας κατέθηκε, quum ſcitè compoſuiſſet. Apud Hippocr. verò εὐθετισάμενος expon. καταστρώσας. Nec-non COMP. Διεὐθετέω ſignificat Suum quodque loco & ordine digero ac diſpono, Concinnè pono & colloco. Exponitur autem & Boni conſulo.

Deriuata ex præterito quæ retinent η futuri.

Θήκη, ης, ἡ, Repoſitorium, Locus in quo aliquid reponitur. Quo ex vocabulo multa componuntur, vt ἀποθήκη, ὁπλοθήκη, & alia huiuſmodi. Eſtque eius vſus apud Latinos quoque, apud quos Cic. Nummariam thecam dicit, & Thecam vaſorum, ſicut & Martial. Thecam calamorũ. Ille, Verr. 6, Efferri ſine thecis vaſa: hic, lib. 14, Sortitus thecam calamis armare memẽto. Itidémque Varro, Vt grani theca ſit gluma. Peculiariter verò Græcis θῆκαι dicuntur αἱ νεκροθῆκαι, vt ita dicam, id eſt, defunctorum repoſitoria, Ea in quibus defuncti reponuntur, Græcis σοροὶ, & Latinis Sandapilæ, Loculi, (vt quum Plin. dicit, Conditum loculo in templo: &, In loculis aſſeruatos) & Conditoria ſeu Conditiua: veluti quum Plin. iunior dicit, Quorum corpora eius miraculi gratia in conditorio aſſeruabantur. Et Seneca, Sic in domo ſunt quomodo in conditiuo. Pauſ. Attic. pag. 6, ὅπῃ τοῦ θήκας ἦλθε τοῦ βασιλέων. Ibidem, Λυσίμαχον τοῦ θήκας τοῦ νεκρῶν αἰκλόιτα, τὰ ὀστᾶ ἐκείνου. Et Xenoph. Pæd. 7, ὁρῶντες ὅπῃ λόφου ἄνω θήκην τοῦ πελοῦ πίσαν τι. Sic Plato De leg. libro 12, θήκας ἢ τὲ) τοῦ χωρίων, ὁ ὅπτα μὲν ἐρέσσιμα, μηδαμοῦ μήτε τι μέγα, μήτε τι σμικρὸν μνῆμα. Vnde Cic. lib. 2 De leg. Verat ex agro culto, cóue qui coli poſſit, vllam partem ſumi ſepulcro. Vbi θήκη & μνῆμα idem ſunt, pro quo paulo pòſt dicit χῶμα. Et Thucyd. lib. 3, pag. 117, θῆκαι ὅσαι ἦσαν τοῦ πεθνεώτων ἐν Δήλῳ, πάσας αἰείλον, quotquot erant mortuorum conditoria ſeu loculi, omnes ſubruerunt. VNDE Θηκίον, ου, τὸ, Repoſitoriolum Loculus, Loculamentum, Conditoriolum. Heſychio γλωσσοκομεῖον, θησαυρὸς: & ἐνταφιον, τάφος. cui θῆκαι ſunt non ſolùm σοροὶ, verùm etiam οἱ ἀποθεῶν νόμοι.

Θῆμα, ατος, τὸ, eidem Heſychio θήκη, τάφος, αἴθημα, afferenti ipſum. ex Sophoclis Salmoneo.

Θῆμων, ονος, ὁ, Rerum ſimul poſitarum ſeu congeſtarum aceruus & cumulus. Odyſſ. ε, verſu 368, Ὡς δ' ἄνεμος τε ζαὴς ἠΐων θημῶνα πυάξῃ Καρφαλέων. id eſt σωρὸν ἀχύρων, aceruum cumulum & aceruum. Heſychio θημὼν eſt πᾶν τὸ σεσωρευμένον, οἷον ἀχύρων ἢ πυρῶν. VNDE Θημωνία, ας, ἡ, idem cum θημών. vt Suid. quoque docet, ſic ſcribens, Θημῶνες, οἱ σωροὶ τῶν δραγμάτων· καὶ Θημωνία, ὁ σωρός. Et Euſtath. pag. 1539, ὅπ ὁ θημὼν καὶ θημωνία λέγεται. Apud Heſych. verò correpta antepenultimæ ſyllabæ vocali, & acuta vltima, LEGITVR Θημονιὰ pro Θημωνία: veluti quum θημῶνες expon. per θημονιαί: & θημονιαὶ eſſe dicit τοῦ σωροὺς τῶν δραγμάτων, aceruos manipulorũ. AT Θημωνὴ, quod apud eundem legitur, & exponitur ἀποθεσις, mendi ſuſpectum mihi eſt.

Synonymum illi θημὼν & ab eadem profectum origine, EST Θωμὸς, quod & ipſum ſignificat Cumulus, Aceruus. Ariſtoph. apud Suidam. εἶθ' αὖτῶν ὥσπερ τοῦ θωμοῦ μεγάλῳ τύφῳ καὶ θρηνῶν ξυσρέφας καὶ ξυγγογυλίσας οἴχοιο φέρων. id eſt θημῶνας ἠΐων, vt Homerus loquitur, ſeu σωροὺς ἀχύρων. Solent enim turbines & procellæ aceruos palearum ſeu acerum correptos differre. Theophraſt. Hiſt. plant. libro 9, cap. 10, διὸ καὶ εἰς θωμοὺς σωπήσασι καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ δοκοῦσιν ἀδρωνέσθαι ἐν θωμῷ. Sic De cauſ. plant. libro 4, cap. 15, ἐὰν δὲ θερισθεὶς εἰς θωμοὺς σωπεθῇ ὁ πυρὸς, ἀδρότερος καὶ βελτίων γίνεται. Et paulò pòſt, ὅταν δὲ εἰς θωμοὺς σωπεθῇ, σωικμαίζεταί τι, καὶ ἡ ἀναρμθμη ἀτμὶς λεπτὴ καὶ πνθμαπόδης οὖσα παρεισδύεται,

καὶ ἀδρωΐει πυὶς ὄγκοις. Vbi etiam nota θωμὸς & ὄγκος posita synonymos. Nota etiam in hoc posteriore loco De caus. plant. scribi non θωμοὶς, sed θωσμοὶς, idque bis, sed mendosè. Nec verò tantùm οἱ πρὸ πυλῶν σωροὶ vocantur θωμοὶ, verùm etiam οἱ ξύλων, id est Lignorum cõgestorum aceruus & strues, veluti pyra est. Hesychio autem est σωρὸς σαχών, aristarum aceruus seu cumulus: item κορμὸς, truncus.

A T C O M P. Εὐθήμων, ονος, ὁ ἡ, Qui est corpore bene constituto & habito. idem quod εὔθετος suprà: sicut Hesych. quoque ἀθήμονα exp. εὔθετον, ἀσήμονα. Aristot. Histor. anim. libro 9, de aui quadam quæ σίτη nominatur, ἀθήμων καὶ ἀθέσμος. Et de aquila leporaria, ἔστι δὲ ὠκυβόλος καὶ ἀθήμων. id est, Quadrato corpore & eleganter compacto, vt Bud. interpr. Comment. p. 831, quum ἀθήμων exposuisset Concinnus, Aptè compositus. Ab aliis redditur etiam Pulchrè cõpositus, Scitè digestus, Bene factus, Politus. quæ rei potius inanimatæ conueniunt. V N D E Εὐθημοσύνη, ης, ἡ, Ordo concinnus, & elegans, Apta dispositio, Concinna rerum digestio. id est, Quum vnaquæque res suo loco posita est, & omnia pulchrè digesta ac disposita. Vel etiam, Quum omnia suo ordine concinnè & scitè ponuntur. Hesiod. Ergων 2, ὁ δὲ τυτθὸς ὅπωδεν Δμῶας ἔχων μακέλω πόνον ὀρνίθεσσι πθεῖν, Σπέρμα κατακρύπθων. Ἀθημοσύνη γὰρ ἄρίστη Θνητοῖς αἰθρώποις, κακοθημοσύνη δὲ κακίστη. Nam (inquit Proclus) δεῖ ἕκαστον εὖ διαπθέναι, καὶ μὴ κακῶς, ἀλλὰ καλῶς. Quẽadmodum & apud Xenophontem Pæd. 8, Cyrus καλὸν ἡγεῖτο καὶ ἐν οἰκίᾳ εἴ τι ὅπωπθεῦμα πῶς ἀθημοσύνω. Et alibi ἐπεμέλετο πάντης τῆς ἀθημοσύνης. Itẽ inde est V E R B. Εὐθημονέω, ῶ, idem significans quod ἀθετέω & ἀθετίζω, id est, Aptè & concinnè digero & dispono, Quæque ordine suo aptè & concinnè pono. Plato pass. voce in actiua significatione vsus est, sic scribens libro 6 De leg. Ἀθημονεῖσθαι τὰ κτ᾽ τὰς αὐτῶν οἰκήσεις. quæ verba Budæo Comm. pag. 831, sic videntur interpretanda, Componere rem familiarem, & domestica negotia digerere.

Præcedenti ἀθήμων O P P O N. Κακοθήμων. V N D E Κακοθημοσύνη, ης, ἡ, itidem oppositum præcedenti ἀθημοσύνη, in quo & exemplum habes ex Hesiodo. id est, Quum res malè digestæ & dispositæ sunt, vel digeruntur & disponuntur. Aliis Ordo confusus. Sed perperam eo in loco quidam codices H A B E N T Κακοθυμοσύνη E T Εὐθυμοσύνη, vt & vulg. lex. quasi videlicet à κακοθύμων & ἀθύμων deriuata essent.

Θησαυρὸς, οῦ, ὁ, idem quod θήκη, Repositorium, Conditorium: Locus in quo congestæ opes reponuntur & conduntur, vt cellæ granariæ & ararias. Poll. libro 9, καὶ θησαυροὶ καὶ ταμεῖα, ἵνα τὰ χρήματα καὶ οἱ πυροὶ ἔκειντο. Aristot. Œconom. 1, πυὶ θησαυροὺς πυὶ πθῆκας πυὶ ὁδοὺς πυὶ βασιλικὰς ἀναπληροῦν ἐκέλευε. Et mox, ἐπώλει τὰ ἐν θησαυοῖς. Sic Ioseph. κατασκευάσας θησαυρὸν, καὶ κλείσας πάντα χόθεν, ὁπὴν ἐν αὐτῷ μίαν ἤνοιξεν, Ærarium, Pecuniarum repositorium seu conditorium. Et Plutarch. ἐκέλευσεν αὐτῷ πυὶ θησαυροὺς αὐοῖξαι πᾶν χρήματων. Vbi nota additum genitiuum, omissum in locis præcedentibus. Idem in lib. De solert. anim. γνωείσασα τὴν ἑαυτῆς ἑκάστη θησαυρὸν, ὡς οὐδὲς χρείσου θήκην ἀνθρωπος, ἀσμένως αἰοῖχ καὶ πεοθύμως. appellans ibi θησαυρὸν foueam in arena in qua testudines κατοχοῦσι καὶ κατακρύπθουσι τὰ ὠά: θήκην autem χρείσου nominans quam in præcedente loco θησαυρὸν χρημάτων. Latini quoque thesauros dicunt: vt videbis apud Gellium lib. 2, c. 10. Sed & ipsæ opes alicubi repositæ seu reconditæ, vocantur θησαυροί. Athen. libro 6, Ἀλεξανδρου πυὶ ἐκ τῆς Ἀσίας θησαυροὺς ἀνελομένου. Plutarch. De deo Socr. θησαυοῦ φανέντες. Lucian. in Hermot. θησαυοὺς αἰορύπθειν. vt Virg. Thesauros tellure recludere. Et Cic. Obruere thesaurum alicubi. Et, Thesaurum defossum esse sub lecto. Metaphoricè autẽ Xenoph. πυὶ θησαυοὺς πᾶν πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν, οὓς ἐκεῖνοι κατέλιπον ἐν βιβλίοις γράψαντες, ἀνελίπθων. Sic Quintil. Ex reposito velut thesauro se offerentibus. Et Cic. Thesauros argumentorum. Et Isocr. καλὸς γὰρ θησαυρὸς πᾶσι ἀνδρὶ παυδαίῳ χάεις ὀφειλομένη. Itidem & Hesiod. Erg. Γλῶσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος Φειδωλῆς. Hesychio θησαυρὸς est εἰς ἀγαλμάτων ἢ χρημάτων ἢ ἱερῶν ἀπόθεσιν οἶκος. Appianus pro armamentario etiam posuisse videtur in hoc apud Suidam loco, ὅπλά τε πολλὰ καὶ ἄπον ἡτοιμάζετο, καὶ θησαυροὺς ἐποίει, conditoria in quibus ea reconderet. Nisi malis, Aliarumq; rerum conditoria seu repositoria. Apud eundem Suidam θησαυροὶ αὐέμων.

V N D E Θησαυροφύλαξ, ακος, ὁ, Thesauri custos, Qui thesauri custodiæ præest. Ex hoc autem D E R I V. Θησαυροφυλάκιον, ου, τὸ, Locus in quo thesauri reppositi custodiuntur. Idem quod θησαυρὸς quod significat cellam in qua reponitur pretiosior supellex, & ταμεῖον. Suid. Item C O M P. Θησαυροποιὸς, οῦ, ὁ, Qui thesauros congerit & reponit, Qui res pretiosiores in thesauros recondit: idem qui θησαυεισής. Plat. libro 8 Polit. Et V E R B. Θησαυείζω, Fut. ίσω, Thesauros extruo. Herodianus libro 6, ἰδίᾳ ἐθησαύειζε, proprios thesauros extruebat. Plutarchus in suo πεὶ φιλοπλουτίας libello, παισὶν οὖσι καὶ κληρονόμοις φυλάπθοισι καὶ θησαυείζοισι. Sic pass. quoque vox accipitur. Plato in Phædro, ὅταν γράφῃ ἑαυτῷ ὑπομνήματα θησαυείζοιμος. Interdum cum accusatiuo rei cõstruitur, sicut ταμιεύω, & significat In thesauro repono, In thesauro condo: vel etiam In thesauro conditum asseruo. Xenoph. Pæd. 7, οὐδὲν πύτων ὅ, τι οὐχὶ πεοθασκευάσας ἐθησαύεισε παρ᾽ αὐτῷ. Aristot. De partib. Anim. lib. 3, πεὸς τὸ δύνασθαι πολὺ χρόνον θησαυείζειν καὶ πέπθειν ἀλείαν τὴν οὖσαν πῶς θερμῶ. Cui loco similem alium habes infrà ex eodem in Προθησαυείζω. Et passiuè aliquid dicitur θησαυείζεσθαι pro Recondi & reponi in thesauro. Theophr. Histor. plant. libro 8, de frumentis conditis & asseruatis loquens, φασὶ δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ τῆς ἄλλας ὑψηλᾶς χώρας διαμένειν θησαυείζόμενα πολὺ χρόνον. Et in 4, de ebeno, πῶς δὲ χρόαν οὐ θησαυείζομένη λαμβάνει πῶς εὔχροον, ἀλλ᾽ ἀνθὸς τῇ φύσει, colorem commendatum non asseruando contrahit, sed protinus à natura. Bud. Sic in 2, de palmulis, θησαυείζεσθαι δὲ μόνοις φασὶ πυὶς ἐν Συρίᾳ. Alioquin vox passiua, vt & media, in actiua etiam vsurpatur significatione, itidem pro In thesauris recondo: vel simpliciter Recondo & asseruo, veluti thesaurum. Philo De vita M. libro 1, οὐ χρυσὸν, οὐκ ἀργυρον ἐθησαυείσατο. Herodian. libro 1, ἕκαστος δὲ ἃ ἔιχεν, ἐκεῖσε ἐθησαυείζετο, vniuersi fermè suas illic diuitias quasi in thesaurum congerebant. Significat etiam Recõditum velut in thesauro asseruo & retineo: vel simpliciter Retineo, Asseruo, διατηρέω. Theophr. De caus. plant. libro 6, cap. 28, τὸ ἔλαιον πυὶς ὀσμαὶ δυνάτειμάλιστα θησαυείζειν. V N D E Θησαύεισμα, ατος, τὸ, Quod in thesauro conditum & repositum est, Thesaurus. Exponitur etiam Repositorium, Asseruatio. E T Θησαυεισμὸς, οῦ, ὁ, Ipsa actio recondendi & reponendi in thesauro. Aristot. Polit. 1, θησαυεισμὸς χρημάτων πεὸς ζωὴν ἀναγκαίων. id est, τὸ θησαυείζειν χρήματα πεὸς ζωὴν ἀναγκαῖα, Cõdere & reponere in thesauris pecunias & opes ad vitam necessarias. vel etiam Prudentia condendi pecunias in thesauris. Et Theophr. Histor. plant. libro 8, cap. 10, πῦ δὲ σπερμάτων οὐχ᾽ ἡ αὐτὴ δύναμις ὅσιν εἰς τὸ πῶ βλάστησιν καὶ εἰς θησαυεισμόν. ἐνια μὲν γὰρ βλασανει καὶ τελεσῦσι τὰ χρεα, καὶ θησαυείζεται κράτισα. Et mox, διὸ καὶ εἰς θησαυεισμὸν ἀποπθεῦται, id est θησαυείζεσθαι, recondi & reponi in thesauris frumentariis. E T Θησαυεισής, οῦ, ὁ, Qui thesauros congerit, Qui in thesauris reponit, Qui in thesauris condit & seruat opes futuris vsibus necessarias. A T Θησαυεισκὸς, οῦ, ὁ, idem. vt θησαυεισκὰ τῆς θερῆς ζῶα, Animalia quæ ingeniose & solerter cibos recondunt in suis thesauris, Quæ victui necessaria in thesauros & cellas suas congerunt, & condita in vsus suos seruant: veluti formicæ, apes, & alia quædam animalia. Et C O M P. Ἀθησαύειστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui in thesauro repositus non est. vel, Qui in thesauris recondi nõ potest vel solet. vt infrà in Ἀπόθετος. Exponitur etiam Qui nihil recondit in crastinũ, Prodigus, vt ἀπαμίβυτος. Inde & verba C O M P. Ἀποθησαυείζω, E T Ἐκθησαυείζω E T Προθησαυείζω. Quorũ primum Ἀποθησαυείζω, Recondo & asseruo in thesauro. vel, A cæteris rebus separatum in thesaurum condo. Item simpliciter, Recõdo, Repono, Asseruo, vt ἀποταμιεύω. Athen. ἀποθησαυείζοιμν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. Affertur etiam ἀποθησαυείζω εἰς πλοῦτον, pro Ad congerendas opes in thesaurum repono.

Secundum,

Secundum, Ἐκθησαυείζω, E thesauro promo, E thesauro expromo. Budæus interpr. Thesaurum exhaurio: afferens hunc locum Phalar. in epist. ad Aglaum, ἐκπθησαυείκαμεν τὸ πλούτου ὅσα παρέχει ὁ θεὸς, οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς, ὡς παρῆνεις, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. Tertium, Προθησαυείζω, Ante vsum repono in thesaurum. Metaphor. Aristot. De part. anim. lib. 3, οἱ δὲ τὸν οἰσόφαγον ἔχουσιν, ἢ πεὸ τῆς κοιλίας μέρος τὸ ὀγκῶδες, ἐν ᾧ πεοθησαυείζοισι πῶ ἀκατέργαστον τροφῶ. Cui similem locum quendam attuli suprà in Θησαυείζω ex eodem.

Sequuntur verba cum præposit. composita.

C. Ἀμφιπθημι, idẽ quod πεὶ θήμι, id est Circũpono: sed poeticũ. Apud Athen. πλεκτοῖς ἀμφιπθεὶς στεφάνοις. V N D E Ἀμφίθετος, Circumpositus. Apud Homer. Iliad. ψ, Ἀμφίθετος φιάλη, Phiala quæ vtrinque poni potest: aut Quæ propter magnitudinem suam vtraque manu capitur & ponitur, inquit Hes. Sunt & qui ἀμφίθετον intellexerint duplicẽ, cuius vna pars alteri imponeretur. Eustathio quoque est Quæ vtrinq; prehẽditur auribus, sicut ἀμφιφορεῖς: at secundũ Aristarchũ, Quæ vtrinq; poni potest. id est, vel à parte oris vel à parte fundi. Sunt verò & aliæ apud eum explicationes, sed aliam etymologiam sequentes. Vide etiam Athen. lib. 11.

C. Ἀνάπθημι, vel Ἀναπθέμαι, Sursum pono, Impono in altum, Sustollo. Aristoph. in Pluto, ἀναθεὶς γὰρ ὅθεν κρημνὸν πν᾽ αὐτὸν, Eum enim in præcipitium aliquod vbi sustulero, vel Posuero supra præcipitium, vel Sursum sublatũ imposuero. ¶ Itẽ Ἀνάπθημι, Impono alicui, Rẽ quampiam sursum sublatam impono alicui, Portandũ quidpiã impono, Impono alicui pro onere. Xen. ἀνάθ. 3, σκεῦη ἀναθέντας, ὡς πιοῦτῳ χρῆσθαι. & in 2, ἀναπθέσθε ὅθεν τὰ ὑποζύγια. Idẽ Pæd. 8, ἀναπθεῖναι δ᾽ αὖ ἄλλοι ὅθεν τὰ ὑποζύγια. Sic dicitur, ἀναθέιδρος ὅθεν τὸν ἵππον. Et Apollon. Arg. 2, Ἀνδέμδρυσι κεφαλῶν ἀερσιλόφοις ζυφαλείας. vbi est ἀνδέιδρυσι per syncopẽ pro ἀνάθειδρυσι. ¶ Dicũtur etiã ἀναπθεῖς qui onus in humeros suos tollunt, qui sibiipsis imponunt portandũ quidpiã, vel impositum suscipiũt. Synes. ἀλλ᾽ ἡ κάμηλος φορίσασα πολλῶν ὅιων ἀναπθεῖσα φορτία. Quod dictum Eras. inter prouerbialia referens, sic interpr. Camelus etiam scabiosa cõplurium asinorum tollit onera. ¶ Capitur & per metaph. pro Impono & iniũgo aliquid, id est alicui rei curã. sicut & Latinè Imponere onus alicui, & Aliquis onus suscipere, dicitur metaph. vt ἀναπθημί σοι πόνδε τῆ διακονίαι, Hoc ministeriũ tibi iniũgo. Dicitur & ἀναπθημι σοι πῶδε τῆ ὀπιμέλειαι. Sic, ἀναθεὶς πόλιν τῇ γυναικὶ, Quũ ciuitatẽ curæ vxoris demandasset, vel Quum ciuitatis curam vxori demandasset. Aristoph. Nub. circa finem, Ὑμῖν ἀναθεὶς ἅπαντα τὰ ἐμὰ πεάγματα, Quum omnia mea negotia vobis imposuissem, vel cõmisissem. vel, Curã rerum omniũ mearum vobis demandassem. Alii tamẽ volunt ἀναθεὶς ὑμῖν esse hîc, Quũ imputassem vobis de qua signif. dicetur postea. Polyb. ἡ δὲ ἐροδείας πίστις ὅθεν τοῖς ἱππεῖς ἀναπθεῖναι, Vigiliarũ autem circuitus cura equitibus demãdatur. aut, Vigiliarũ autẽ circuitus curæ equitum demandatur. vt circuitus in priore loco sit genitiuus, in posteriore nominatiuus. At Bud. vertit, Fidei equitum cõmittitur. Potest etiã reddi, Equitibus cõmittitur. Plut. Pericle, ἡ πόλεως ὀκείνῳ μόνῳ δεῖ τὸ ἀξίωμα καὶ τῆ δύναμιν ἀναθεῖσης ἑαυτῷ, Quũ vrbs illi soli propter autoritatem & potentiam se cõmitteret. Vel, illius fidei & quasi tutelæ se cõmitteret. Verbo Ἀνάπθεμαι (inquit idẽ B.) vtitur Xen. pro Onus suscipio & prouinciã, & Suscipio aliquid præstãdum atq; efficiendũ.

Ἀναπθημί σοι πῶ γνώμῳ καὶ βουλῆν, Expono, Narro, vt ait B. Ego autem existimo signif. hanc ex proximè præcedente manasse, & ἀνάπθημι σοι πῶ ἐμαυτῆ γνώμῳ, vel βουλῆν, posse reddi, sequẽdo Tulliũ, Cõsilia mea tibi committo. ita enim loquitur Verr. 5. Item lib. 3 epist. ad fam. epist. ad App. Quid mihi ille non commisit? quid mecum non communicauit? Dicitur etiam Cõmittere aliquid auribus alicuius. Sed & Credere & Concredere sic vsurpãtur interdum à Latinis. Sciendum est verò explicari etiam aliter hoc loquendi genus ἀναπθέναι πῶ γνώμην apud Plut. nam quod ille dicit, ἀναπθεὶς Σόλωνι τῆ γνώμην, exp. Solonis sententia & autoritate factum dicens. Secundũ quam expositionem ἀναπθέναι caperetur in ea signif. quam proximè sequẽte annotatione declarabimus. Porrò Bud. postquam ἀνάπθημι interpretatus est Expono & narro, subiungens, veluti ἀνάπθημί σοι τῆ ἐμῷ γνώμην καὶ βουλῷ, addit, Vt in Actis Apost. c. 25, ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κτ᾽ τὸν Παῦλον. nec aliud exemplum affert. At vulg. lex. habent & ex Maccab. lib. 2, c. 3, ἀνέθετο πεῖ τῶ γεγονότος ἐμφανισμοῦ, pro Enarrauit de indicio. Sed mallem, Retulit de indicio.

Ἀνάπθημι, idem quod πεοσλογίζομαι, vel αἰάπτω, Tribuo, Attribuo, Acceptum fero, Adscribo, Imputo. Synesius, ἐγὼ δὲ ἀνέπθεικα ἀεὶ τοῦτο τῷ Θεῷ. Theophr. De caus. plant. lib. 8. ἀλλὰ τὰ μὲν πιαῦτα τοῖς χώραις αἰάθετέον. Plut. in Fabio, τοῦτο μὲν αὖ τις ἀνοία θεῶν αἰάθεῖν, Hæc aliquis deorum beneuolentiæ accepta tulerit, vel ferre possit. aut Deorum beneuolentiæ adscripserit, siue tribuerit. Cicero, Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendũ est. Dicitur & ἀνάπθημί σοι αἰτίαν τούτου, Huius rei causam tibi adscribo, Dico te in causa esse cur hoc factum sit. Isocr. ad Demonicum, ὧν γὰρ αὐ ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ ταῖς αἰτίας ἀνάθησοισιν. Dioscorides, ἀνέθηκεν αἰτίαν τῆς αἰαπολογήσεως. Demosthenes autem dixit ἀναπθέναι πῶ αἰτίαν ὅθεν πῶ κεφαλὴν πνός, Pro corona, οἷς αὖ εἰκότως καὶ δικαίως πῶ πῶ γεγνημένων αἰτίαν ὅθεν πῶ κεφαλὴν ἀνάθεῖεν ἅπαντες, id est, (vt opinor) Ea quæ acciderunt illis imputãtes, in caput eorum recidere faciant. ¶ Est ἀνάπθημι etiam Tribuo, eo sensu quo dicitur, Ego illi multum tribuo, vel Ego illius virtuti multum tribuo. Cic. de amicitia, Tantum cuique tribuendũ est, quãtum ille quẽ diligas atq; adiuues, sustinere potest. Plato, de Amore loquẽs, in Symposio, τὸ δέα, ὡς ἔοικεν, οὐ πεὸς τοῦ τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁπουῶν, ἀλλὰ πεὸς μέγιστα ἀνάπθέναι τῷ πεάγματι, καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ἀληθῆ ἢ ἐάν τε μή. Idem διὰ τοῦτο δὴ πάντα λόγον κινοῦντες ἀνάπθετε τῷ ἔρωτι. Quos duos locos Budæus citat, docere volens ἀνάπθημι capi etiam pro Tribuo, id est Propensus sum in aliquem, & illi multum faueo.

Ἀναπθημι, inquit Budæus, τὸ αἰάπτω, Suspendo. vt ἀναπθημι τόδε τὸ λάφυρον τούτῳ τῷ ἀγάλματι. Aristophanes, Καὶ ταῦτ᾽ ἀνάθηκεν ἵρχομαι πεὸς τὸν θεόν. pro ἐξαρτήσων καὶ κρεμάσων. Quæ Budæũ ex Leucapeno accepisse puto. Sic, ἀναπθέναι εἰς Δελφοὺς εἰκόνα, exponitur à quibusdam Imaginem suspendere vel appendere. vt apud Plut. in Themistocle, ἀνέθηκε πίνακα τῆ νίκης, quidã interpr. & Fixit tabulam. Et apud Demosthenẽ, ἀνάθεντες τὰ τρόπαια, pro στήσαντες. Latini Statuere trophæa dicunt, interdũ & Figere trophæa: item, Ponere trophæa, quod ad verbum est πθέναι τρόπαια, nõ ἀναπθέναι. ¶ Exponitur autẽ ἀνάθημι etiam Dico, Dedico, Consecro. atque ita sumi fortasse possit hoc verbũ in duobus proximis locis. Plato De leg. lib. 12, ξύλου δὲ, μονόξυλον ὅ, τι αὖ ἐθέλῃ τὶς ἀναπθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως, πεὸς τὰ κοινὰ ἱερά. id est, Cic. interpr. Ligneũ autẽ quod quis voluerit, vno è ligno dedicato: itemq; lapideũ in delubris cõmunibus. Æschines eadẽ constructione dixit, χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθεμεν πεὸς τὸν καινὸν νεών. Sic & in loco Aristophanis paulo antè citato, ἀναθήσων ἔρχομαι πεὸς τὸν θεόν. nisi quis malit πεὸς τὸν θεὸν iungere cum ἔρχομαι, vt ἀνάθησων per se ponatur. Adhibetur verò & præpositio εἰς. vt apud Herodotum, ἀναθεῖναι μιν ἐς τὸ ἱρῶον, Dicasse vel consecrasse templo Iunonis. Sic & ἀναπθέναι εἰς Δελφοὺς εἰκόνα. ¶ Sciendum est autem, in locis quidem præcedentibus aliisque similibus ἀναπθέναι interpretatos quosdam Suspendere, nõnullos Dicare, nõnullos etiam Suspensum dicare, vel dedicare: sed reperiri locos alios in quibus ἀναπθέναι aliter interpretari nequeat quisquã quàm Dicare seu dedicare. vel Consecrare. Luc. ὕλας ἀπεπέμποντο, καὶ ὄρη αἰέθεσαν, καὶ ὄρνεα καθιέρωσαν, καὶ τὰ φυτὰ ἐπεφήμισαν ἑκάστῳ θεῷ. id est, montes dedicarunt, vel consecrarunt vnicuique deo. Diosc. in præfat. lib. 1, ᾧ καὶ πῶ σώπαξιν ἀναπθέαμεν, Cui & opus dicamus.

Ἀνάπθημι voce actiua etiam dicitur τὸ μεθίστημι, vt inquit B. hoc exemplum afferẽs, Δημοσθενικὸν δ᾽ ὅδε τὸ ποιῆσαι θεώρημα, τὸ παῖ καθ᾽ ἡμῶν αἰπθέσης εἰς πωὐαυτίον ἀναπθέναι τῇ πίχῃ. Accipit autem hîc Budæus μεθίστημι (per quod exponit ἀνάθημι) pro Transfero, Traduco.

Ἀνάπθημι cum genitiuo apud Soph. pro ἀναβάλλομαι,

id est Differo, Prorogo. in Aiace, Τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρᾳ πέρπειν ἐχῇ Προςθεῖσα καὶ ἀναθεῖσα τῷ κατθανεῖν; id est, inquit scholiastes, ωεος θεῖσα τὸ ζῆν καὶ ἀναβαλλόμενη τῷ θανεῖν. Vide ἀναπίθεμαι pro Differo.

Ἀναπίθεμαι, passiua voce, sed actiua signif. pro Sursum pono, Impono in altũ, Sustollo. Item Onus suscipio. Vide primam annotationem de voce actiua ἀναπίθημι.

Ἀναπίθεμαι, Dico, Cõsecro. quã significationem actiuæ voci dedimus. Plato Pol. 2, καὶ θεοῖς θυσίας καὶ ἀναθήματα θύειν τε καὶ ἀναπίθεσθαι.

Ἀναπίθεμαι, Expono. vt suprà dictum est in secunda annotatione de ἀναπίθημι. vbi & ἀναπίθημί σοι πλὴν ἐμαυτῷ βουλὴν dixi ex Cicerone reddi posse Committo tibi meum consilium. A qua mea interpretatione non videtur valde remota esse hæc quam Budæus dat verbo ἀναπίθεσθαι. Ita enim scribit, Ἀναθέσθαι etiam est Familiariter arcanum suum exponere. quasi In sinu amici deponere. Plut. in Amatoriis narrationibus, πλὴν ωεος ἓξιν ἀνέθετο τῆς ἑταίρων πιστ. Ponitur & pro Ostẽdo legẽdumque porrigo, vt in Prolegomenois in Aristidem, ἀνάθεμδος γὰρ αὐτῷ ἄλλον παναθηναϊκόν. Hactenus Bud. Sciendum est autem, in hoc posteriore loco ἀνάθεμδος posse etiam verti Quum commisisset, vel Quum communicasset. vt & in illo priore loco (qui est Plutarchi) ἀνέθετο sunt qui interpretẽtur Communicauit. Sic & apud Paulum ad Galat. c. 2, ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, quidã reddunt Communicaui cum illis euangelium. alii, Exposui illis euangelium. Cicero Cõmittere (quod verbum docui antea huic Græco respondere) cum Communicare coniungit, ad Appium, epist. ad famil. lib. 3. Possit igitur ἀνέθετο verti etiam Cõmisit. nã quod dicit Bud. pluribus verbis Familiariter arcanũ suum exponere, quasi In sinu amici deponere, id totum vno verbo Cõmittere exprimũt nonnunquã Latini. Quare significationes tres à Bud. positæ ad vnam fortasse reduci possint.

PASS. Παράθεμαι, Apponor. Vnde τὰ παραπεθέμενα dicuntur Fercula seu dapes & cibi qui apponuntur epulandi: quæ & παρακείμενα & παραφερόμενα. vt Aristoteles Polit. 1, Midam dicit ἀπολέσαι λιμὸν, πάντων γινομένων τοῦ παραπεθεμένων αὐτῷ χρυσῶν. (Sed παρατίθεσθαι etiam dicitur aliquis epulas seu dapes, vt apud Xenophontem in Hierone, ὥσπερ καὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἐδωδῆς μειονεκτεῖ ὁ παρατιθέμενος πολλὰ τοῦ μετείναι διαπορούντων. Dicitur enim ὁ πολλὰ παρατιθέμενος, Cui multæ apponuntur dapes, Cuius mensa multis oneratur epulis. Idem rursum eodem modo, μᾶλλον ἥδονται οἱ τοῖς πολυτελεστέραις παρασκευαῖς τρεφόμενοι τοῦ τὰ ἀτελέστερα παρατιθεμένων, quàm illi quibus viles apponuntur cibi. Sic Pæd. 8, idem, καὶ μήτε αὐτοί ποτε αὖθις πόνου σῖτον παρατίθεσθε, μήτε ἄλλοις ἀγυμνάστοις χόρτον ἐμβάλλετε, nec vobis ipsis apponãtur dapes antequam laboribus vos exercueritis. Et Thucyd. lib. 1, τράπεζαν Μηδικὴν παρεπίθετο, mensam Persicam sibi apponi iubebat.) Et ex Dioscor. lib. 6, cap. 1, παρατεθέντα τοῦ σώματος, apposita corpori. Frequentior vsus est tam passiuæ quàm mediæ vocis in significatione actiua. Et primùm quidem pro Appono itidem, atque eo sensu quo dapes seu epulæ apponi dicuntur. vt apud Homerum Odyss. o, v. 505, Ἠῶθεν δέ κεν ὔμμιν ὁδοιπόρον παραθείμην ἀῆτ' ἀγαθὴν κρειῶν τε καὶ οἴνου ἡδυπότοιο, viatorium vobis apponam epulum. Pro Appono seu Iuxta pono, & in alia significatione, apud eundem Od. β, v. 105 de Penelope, Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν ἐπὶ δαΐδας παρέθετο, Quũ faces apponeret, seu Quum lumina accensa apponeret. Quum lumina accenderet. ‖ Παραπίθεσθαι, & παρατίθεσθαι τοῦ λόγου, est Citare, Allegare, Afferre, seu In medium afferre. Cuius signif. exempla affert Bud. comment. pagina 515 tum alia, tum hoc Themistii, ex l. 3 De anima, ἄμεινον ἢ καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου παρατίθεσθαι ἀεὶ τοῦ νοῦ. Et hoc Alex. Aphrod. παρατίθεται ἢ τῆς ποιότητος δείξεως δεικτικὸν παράδειγμα ποιοῦτο, Affert. (nisi malis Profert, aut, Ob oculos ponit, Proponit) Et hoc Plat. lib. 5 De leg. τὰ μὲν δὴ τοῦ ἄλλου ζώου, παραδείγματος ἕνεκα μόνον ἄξια παρατίθεσθαι τοῦ λόγου, cum hac interpr. Exempli gratia digna tantùm quæ recenseantur, non etiam disputentur. (Vbi παρατίθεσθαι τοῦ λόγου possis etiam interpretari Addere dictis. quemadmodũ & ex Timæo eiusdem affertur παρατίθεσθαι τοῦ λόγου itidẽ pro Orationi addere) Similiter Athen. vsurpauit lib. 11, quum dixit, ὡς Νίκανδρος φησὶν, παραπέμπων τὸν Νεφελοῦ Ἀειοσοφάνους, Μηδὲ σέβου κατυλίσκον, Afferens ex Aristophanis Nubibus, seu Citans, Allegans. ‖ Nec solùm exponitur Appono, Admoueo, Adiungo: sed etiam Confero, Committo, Compono. quo significatu suprà habuimus παρατίθημι. ‖ Item Depono apud, Fidei alicuius committo, Seruandum & custodiendum trado, Commendo. Paulus in epist. ad Timoth. 1, cap. 1, Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον. Itidémque Petrus epist. 1, cap. 4, ὡς πιστῷ κτίσει παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς. id est, Tanquam fideli conditori commendent animas suas. Itémque Lucas Euangelii sui cap. 23, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου. Et Act. apost. cap. 14, παρέθεντο αὐτοὺς τοῦ Κυρίῳ, Domino illos commendarunt. Sic Synes. De insomn. ἑαυτὸν παρατίθεσθαι τοῦ χρόνου, tempori se committat. Et Plut. Numa, παρατιθέμενοι τὸν πυρὸς οὐσίαν ἀμιάντοις σώμασιν, Impollutis corporibus ignis substantiam committentes. Quo sensu & παρατίθεσθαι vsurpari suprà docui: necnon actiuum παρατίθεναι. ‖ Παραπίθεσθαι, (vt ἐκπίθεσθαι) est etiam Exponere, Explicare, Enarrare. Areth. in Apocal. cap. 4, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν παρεθέμεθα, id est Exposuimus, ἐξηγησάμεθα, ἐξεθέμεθα. Bud. p. 514. Itidémq; interpretantur hunc locum Lucæ, Act. apost. cap. 17, διανοίγων καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν, Aperiens atque exponens. Nouissimus tamen interpres maluit reddere Adaperiens & proponens. ‖ Item Periculo exponere seu obiicere, vt B. interpr. apud Hom. Od. β, de procis, Σφαὶ δὲ παρατίθεμοι κεφαλας, κατέδουσι βιαίως Οἶκον Ὀδυσσῆος. Esse enim ibi παρατίθεσθαι τὴν κεφαλὴν ait idem quod ὑπὲρ κορμοῦ τὸ μαχαιροῦν, & ἀποκόπτεσθαι, ceruicem abscindendam exponere, & ὑπέρειν ὑπὲρ ὑπηνέμου. vel etiam Pignori obiicere, vt vulgò dicũt quum omnino ita quippiam futurum esse contendunt. Eodẽ modo ψυχὴν παρατίθεσθαι & παραβάλλεσθαι dici ait, vt apud eundem Hom. Od. γ, Οἷά τε λῃστῆρες ὑπὲρ ἅλα, πῇ τ' ἀλάοντα Ψυχὰς παρθέμενοι. nam animas suas prædones & piratæ periculo obiiciũt, aut ipsi mortem subituri, si superentur, aut aliis eam allaturi, si superare detur. Vbi etiam NOTA Παρθέμενοι pro παρεθέμενοι. adhibent enim similibus aoristis syncopen, vt quum κάτθετο dicunt pro κατέθετο, & οἴθετο pro οἰέθετο. ‖ Ex Plutarch. autem Pericle affertur, παρεπίθεντο τῷ ἀσκηταῖς τοῦς τὸν πόλεμον, pro, Res ad bellum necessarias importabant. Vide & Παράθεσις.

Παράθεμα, ατος, τὸ, Idipsum quod apponitur vel adiicitur. Hesychio ὑπόθεμα.

Παράθεσις, εως, ἡ, Appositio. Necnon Idipsum quod apponitur, τὸ παρατιθέμενον, Dapes & epulæ quæ apponuntur cõuiuis. vt in hoc loco Polybii, apud Athen. lib. 5, & 10, καὶ τοὺς δεξικόνους ἢ τοὺς ταῖς παραθέσεσι φέροντας αὐτὰς εἰσῆγον. ‖ Item Compositio, id est Comparatio, Cõtentio, Collatio. ἡ παρ' ἄλληλα θέσις, seu παραθεώρησις. quum aliquid iuxta aliud ponitur, & cum eo confertur. Polyb. lib. 3, ἐκ παραθέσεως δὲ θεωρουμένης τῆς τοῦ ἀγρυπνιῶν καὶ ζώντων ἀλαιπωρείας. ‖ Item Depositio seu Repositio. qua nimirum aliquid in penu deponitur, seu reponitur & reconditur. idem quod ἀπόθεσις. Idem Polyb. eodem libro, αὐτός τε πολλὰ τοῦ χρημάτων κατειργάσατο δι' τῆς τοῦ χορηγοῦ παραθέσεως. Et alibi, γηρυόμενος ἢ κύριος τῆς τε φουρᾶς καὶ τῆς τοῦ σίτου παραθέσεως. Quo sensu verbum παρατίθεσθαι etiam vsurpauit idem lib. 3, vbi ait, κύριος ἢ γηρυόμενος χρημάτων πολλῶν καὶ σωμάτων, τὰ μὲν χρήματα εἰς τὰς ἰδίας ὑπιβολὰς παρέθετο, τὰ ἢ σώματα δένεμε. Ibi enim παρέθετο est Reposuit, Recondidit. ‖ Apud Plutarchum est species ἀγωνίσματος: nimirum Symp. 2, probl. 4. de palæstrico certamine, μόνοις ἢ τοῖς παλαιστὰς ὁρῶμεν ἀλλήλοις ἀγκαλιζομένοις καὶ περιλαμβάνοντας καὶ τὰ πλεῖστα τοῦ ἀγωνισμάτων, ἐμβολαὶ, παρεμβολαὶ, συστάσεις, παραθέσεις, σπαράγματα αὐτοῖς καὶ ἀναμιγνύουσι ἀκόνιτα.

Παραθήκη, ης, ἡ, dicitur αὐτὸ τὸ παρατιθέμενον, idque duobus modis. vel enim pro reposita re & recondita, vel pro re deposita. Priore in signific. Maccab. lib. 2, cap. 3, τὸ ἢ ἀρχιερέως ὑποδείξαντος παραθήκας εἶναι χηρῶν τε καὶ ὀρφανῶν, ἃ δὲ ἢ Ὑρκανοῦ τοῦ Τωβίου, Reposita esse ad alendas viduas & orphanos, nonnulla etiam deposita ab Hircano filio Tobiæ. Ambas enim ibi significationes habere potest, & repositi nimirum & depositi. At solùm depositi apud Phocylidem, quum ait, Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμου αὐθαίρετα παρθήκην, Furũ deposita ne recipias, Ne accipias si qua fures apud te deponere velint. Itidémque apud Herodot. παρθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε πίθεμαι, Hæc vobis verba trado veluti depositum. Phrynichus tamen hoc vocabulum reiicit, & pro eo vsurpandum esse ait παρακαταθήκη. Plutarchus pro additamento vel appendice vsus esse videtur, quum in lib. περὶ τοῦ Ἡροδότου κακοηθείας, non procul ab initio, dixit, ὁ ἢ παρθήκην λόγου τὸ βλασφημεῖν καὶ ψόγον πιούμενος, ἔοικεν εἰς τὴν τραγῳδίαν ἐμπίπτειν κατάρας, ἀνιπῶν ἐκλέγον τὰς συμφοράς.

C. 2. Ἀντιπαρατίθημι, Ex aduerso pono, Oppono: nimirum vt comparem & contendam cum alio. Plato Apolog. τὰς ἄλλας νύκτας τε καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ ἀντιπαρατιθέντα ταύτῃ τῇ νυκτὶ, comparantem & contendentem cum hac nocte.

C. ΠΕΡΙτίθημι, Circumpono: vel etiam Circundo. Herodian. lib. 3, τὸν ἢ Σεβῆρον τοῦ ἵππου ἐπιβίβασαν, καὶ τὴν χλαμύδα περιέθεσαν, equo imposuerunt, & chlamydem ei circumposuerunt. seu Circundederunt, Induerunt. Metaphoricè plerunque accipitur. dicimur enim alicui περιτίθεναι aliquid, quo eum velut amicimus. Synes. epist. 57, χῆμα πόλεως ἐαλωκυίας αὐτῇ περιέθηκεν, Formam ciuitatis captæ ipsi circundedit, Amicuit eam habitu vrbis captæ. Item & πίστιν, ἀξίωμα, ὄγκον, κλέος, δόξαν alicui

περιτίθεμεν, quum iis eum veluti vestimus, seu ea ei veluti circundamus & circumponimus. Æschin. De male gesta legat. κἂν εἰ ὑπηρέτας ἔπεμψεν ἡ πόλις, περιθεῖσα πίστιν αὐτοῖς, q. d. Autoritate amictos, Autoritate eis circumposita. Plutarch. Solone, τοῖς πέρασι ἀξίωμα περιέθηκε, id est Effecit vt in honore & pretio haberentur. Idem in Pericle, περιθεὶς ὄγκον αὐτῷ, Qui fastu eum amiciuit, Qui effecit vt fastuosior esset. Herodian. lib. 5, ἡ ἢ τῆς ἀρετῆς ἀρετὴ ἰδίαν ἑκάστῳ δόξαν περιέθησι, Propria quenque amicit gloria. id est, Propriam cuique gloriam conciliat. Quomodo & Thucyd. lib. 4, pag. 150, ξυμπάσῃ τῇ πόλει τὸ κάλλιστον ὄνομα περιθεῖναι. At Chrysost. πονηραὶ αὐτῷ περιθεῖς δόξαν. vt rursum Thucyd. περιέθετό μοι ἀπιμίαν, ignominiam mihi conciliastis & inuilistis. Ex Hermog. autem, περιτίθημι τὴν ἐλευθερίαν ὑμῖν, pro, Libertatem vobis restituo. ‖ Alicubi redditur etiam Tribuo, Attribuo. vt apud Aristot. Polit. 8, cap. 6, περιτίθεμεν τῇ Ἀθηνᾷ τὴν ὀπτικήν, Mineruæ scientiam attribuimus. Itidémque ex Epigr. affertur περιτίθημί σοι κλέος, pro ἀπονέμω, attribuo. Gaza certè περιτιθῶτε ἐσμὲν dixit pro eo quod Cicero, Tribuimus, in hoc loco De Senectute, Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono, sed M. Catoni.

PASS. Περιτίθεμαι, Circumponor, Circumuestior. seu Circumponitur mihi, aut Circũpono mihi, Induo. Herodian. lib. 1, de calendis Ianuariis, ἀρχαὶ τῶν ἐπωνύμων τότε τοῦτον τὸν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται, insignem & annuam prætextam induunt. Et lib. 6, περιθέμενος τὸ διάδημα, Circũposito sibi diademate. Vel etiã, Imposito sibi diademate. Itidem Aristot. De mundo, ὁ ἢ κνημῖδας ἢ κρανος ἢ ζωστῆρα περιτίθεται, alius pedibus ocreas circundat, capiti galeam, lumbis baltheum. Et apud Xenoph. περιέθετο στρεπτὸν, Qui torquem collo suo circundedit, Torquatus. Et Aristoph. apud Suidam, περιθοῦ γοῦν τόνδε τοῦτον πρὶν λέγειν, Hanc tuo capiti circũda coronam, priusquam dicere incipias, Hac corona caput cinge. Subauditur enim accus. στέφανον. vt idẽ Suid. tradit, qui etiam addit, moris fuisse vt οἱ λέγοντες, prius coronarentur, seu corona sibi redimirent tẽpora. Addit præterea, pro περίθου communi lingua dici ὑπόθου, impone tibi. vt & in illo Herodiani διάδημα περιθέμενος dictum est pro ὑπιθέμενος: & in illo Aristot. περιτίθεται κράνος pro ὑπιτίθεται, imponit sibi.

Περίθεσις, εως, ἡ, Circumpositio: si ita liceat vocare actionem illam circumponendi seu circundandi sibi aliquid. Petr. epist. 1, cap. 3, de matronarũ cultu. ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς περιχρυσίων, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος, quarum ornatus non sit externus ille in nodis capillorum, & circumposito auro.

Περίθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circumpositus: seu Circumposititius, Qui circumponi solet. vt περίθετος κόμη dicitur Coma quam mulierculæ sibi circumponere solent & affingere. περίθετον κόμιον appellant eandem & ὑπίθετον, vno autem vocabulo φενάκην, & περικόμιον. quoniam nimirum eiusmodi apposititicæ comæ in tẽporibus & summa frõte ante ipsum capillitium ostentari solent. Dixit autem περίθετος κόμη Aristoph. in Gerytade, teste Poll. qui περιθετὼ appellari addit ab Amphide in Alcmæone, & Menandro in Olynthia: ab aliis πανίκιον nuncupari. Idem Poll. lib. 2, ex eodem Aristoph. affert περίθετος κεφαλὴ: pro quo sua ætate in vsu fuisse dicit περιθετὴ κεφαλή. Verba autem poetæ illius ad quæ respexit, hæc sunt apud Suidam, ἥδιον μὲν οὖν Κεφαλὴ περίθετος, ἣν ἐγὼ νύκτωρ φορῶ. caput illud circumposititicium quod noctu ego fero, id est Larua. περιστωπεῖον, vt ipse exp. qui etiam addit, taxari ibi Agathonis mollitiem.

C. ΠΡΟτίθημι, Propono, Pono ante. vt aliquis funus aut programma dicitur προτίθεναι pro In publico proponere. Herodian. lib. 4, de funere Seueri, κατακομίζοντο διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, εἴς τε τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτίθεσαν, ac in vetus forum perlatum ante omniũ oculos proponunt. Et lib. 7, καταλύοντες ἢ διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, προτίθεσαν τὰ πρὸς τὸν δῆμον τοῦ Γορδιανοῦ γράμματα, proponunt epistolam Gordiani in publico. vt Cic. Scriptæ enim & datæ ita sunt vt proponerentur in publico. Eodem lib. de Balbino, διάταγμα προθεὶς ἐκέτυθε τὸν δῆμον εἰς διαλαλιὰς χωρῆσαι, quum edictũ proposuisset in publico. Itidem ἀγορὰν προτίθεναι dicitur Forum rerum venalium proponere, seu Res venales proponere, vt Cic. dicit, Fidem quum proposuisses venalem in prouincia. Herodian. lib. 9, προτίθεται ἐκεῖ τοῦ τοιχῶν ἀγορὰν, ὤνιον παρέχοντες πάντων τοῦ ὑπιτηδείων ἀφθονίαν. Et paulo antè, προτίθεντες τὰς εἰκόνας Μαξίμου καὶ Βαλβίνου, propositis imaginibus Maximi & Balbini. In oratione quoque aliquis aliquid προτίθεναι dicitur, siue orator is sit, siue senator. Aristot. Rhet. 2, de teste, προτίθεντα μὲν ἀνάγκη πολλὰ λέγειν, ὑπολέγοντα ἢ καὶ ἐν ἱκανόν. Thucyd. lib. 3, pag. 97, οὔτε τοὺς προτίθεντας τὴν διαγνώμην αὐθις ἐπὶ Μιτυληναίων αἰτήσαι. id est εἰς μέσον θέντες τὴν δευτέραν διάγνωσιν, Qui proposuerunt, Qui in medium attulerunt. Et rursum eodem libro, θαυμάζω τοῦ προτίθεντων αὖθις ἐπὶ Μιτυληναίων λέγειν. Necnon βουλὴν προτίθεναι: quod Liu. dicit Haberè senatum. Plutarchus in Camillo, ἔδοξε βουλὴν προτιθεῖναι τῷ Καμίλλῳ, Visum est Camillo habere senatum, & conuocare concilium, seu Referre ad senatum. At προτίθεναι ψῆφον & ἀναδιδόναι, Idem. pag. 169, dicit esse Permittere vt sententiam dicant iudices: afferens hunc locum Demosth. τὴν ὀνειδίσαι ποτὲ Θηβαίοις ψῆφον ἔθεντο οὗτοι ἐπὶ ἡμῶν, ὑφ' αἱδραποδισμοῦ προτιθέσεως. Item aliquis aliquid dicitur προτίθεναι comedendum vel deuorandum: & tunc significat vel Apponere, vt παρατίθεναι: vel Obiicere. Sophocles, Προθέντ' ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων, Qui fratri apposuit epulandos proprios liberos. Homerus Iliad. ω, ἢ μὴν ἤδη Τῶν κυνὸς μελεῖ τὰ πάντων προτέθηκεν Ἀχιλλεὺς, deuorandum obiecit canibus suis membratim concisum. ‖ Προτίθημι, Præpono, Antepono, Præfero, Antefero. Euripides, προτίθεντες ἡδονὴν αὖτ' τοῦ καλοῦ. Thucydides, προτίθεσθαι τὸ ὁσίου τὸ τιμωρεῖσθαι, æquitati vindictam præposuerunt. vt lib. 3 idem, ἰσῶν ἀξιώσαντες τὸ δικαίου προτιθέναι, vim æquo & bono anteponere.

PASS. Προτίθεμαι, Proponor. Sed frequẽtius actiuè ponitur. Thucyd. lib. 1, τὰ ὅσα προτίθενται τοῦ ἀποφυγομένων, in publico proponunt. Athen. τοὺς ἢ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις, προτιθέμενος κιβωτὸν τὸ σώματος, postulationibus adeuntiũ respõdebat arca intermedia, vt B. interpr. p. 259, in Χρηματισμός. At ex Greg. Naz. εἰς τύμφαιὲς προτιθέμενος, In apertũ producẽs. seu In publico proponẽs, Ante oculos proponẽs omnibus. Et ex Plut. Rom. προτίθεται τοῖς τὸν θεόν, Deo proposuit. Rursũ Thuc. dicit ἀνδραγαθίαν προτίθεσθαι, vt lib. 2, καὶ γὰρ τοῖς πάλαι χείροσι δίκαιον τὴν εἰς τοὺς πολέμους ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀνδραγαθίαν προτίθεσθαι, æquum est vt in bellis quæ pro patria geruntur, proponant sibi fortiter esse & strenuè dimicandum. (Vbi tamen schol. προτίθεσθαι exp. προτιμᾶσθαι, nimirum pag. 61) Et lib. 3, pag. 105, οἵτινες ὅτι τοῦ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προτίθεσθε. Vbi προτίθεσθαι est Animo suo proponere. Necnon πένθος προτίθεσθαι, luctu præferre; vt Bud. interpr. in hoc loco Herodoti Erat. Συβάρις γὰρ ἀλούσης ὑπὸ Κροτωνιητῶν, Μιλήσιοι πάντες ἤβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προὐθέκαντο, ingentem luctum prætulerunt. Nisi malis Edicto in publico proposito indixerũt luctum ciuibus suis omnibus. vt apud Thucyd. lib. 5, pag. 177, χρόνους τε προὔθεντο αὐθις ξυγγραφῆς, ἐν οἷς χρῶ τοῖς μὴ ἐξιόντας, ἀμφοτέροις πολεμίοις εἶναι, schol. exp. ἔταξαν, proposito edicto constituerunt. At lib. 8, pag. 289, ὡς χρήματά ποτε αὐτῆς αὐτὸν, καὶ οὐ τυχὼν, πολὺ ἔχθραν οἱ προὔθετο, significat potius, Inimicitias & simultates aduersum se suscepisse. Quod referri potest ad προτίθεμαι significans In animo mihi propono, Statuo seu constituo faciendum esse. quo modo tum ipse Thuc. vsus est, tum Plato De leg. Apud Hippocr. verò προτιθέμενοι Galen. exp. προτείνοντες. Non sempet tamen actiuam habet significationẽ hoc verbum passiuum. dicitur enim προτίθεσθαι aliquid quod proponitur: eo nimirum sensu quo aliquis dicitur aliquid propositum sibi habere. vt apud Demosthenem in exordio Philipp. 1, εἰ μὴ περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν; si propositum esset de noua aliqua re verba facere. Et apud Aristot. Rhet. 2, τὰ προτιθέμενα, quæ proponuntur.

Πρόθεσις, εως, ἡ, Propositio. vt οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως apud Græcos Bibliorum interpretes. id est, Panes proposi-

tionis: quoniam solebant προσπίθεσθαι ἔναντι Κυρίου, vt patet ex Leuit.cap.24, vbi etiam dicitur, ἔσονται οἱ ἄρτοι εἰς ἀνάμνησιν προσκείμενοι τῷ Κυρίῳ. singulis autem sabbathis mutari solebant, & recentes Domino προσπίθεσθαι, seu προσκεῖσθαι ἐνώπιον τοῦ Κυρίου: vnde & ἄρτοι προσκείμενοι & ἄρτοι ἐνώπιοι nominari solent. ¶ Item Propositio, ea nimirum per quam ostendimus summatim quid sit quod probare volumus, vt autor Rhet.ad Herenn.definit, eā argumētationis partem faciens. Aristot.Rhet.3, meminit pluribus in locis, & Quintil.lib.4, c.4. ¶ Item Propositum: id est, Quod aliquis in animo sibi proposuit & instituit. (σημαίνει ὅπερ τελειότερον, vt quidā definiunt apud Plut. De solertia animaliū) seu Intentio & scopus. Ptolem.in Geogr. ἡ μὲν οὖν ὑπόβολη τῆς καταγραφῆς, τοιαύτης αὐ εἰκότως ἔχοιτο προθέσεως. id est, Bud.interprete, Eum igitur qui mundi descriptionē aggreditur, huiuscemodi propositum persequi consentaneum esse videtur. Et Philo De vita M.lib.3, ἀεὶ τῆς προθέσεως ἐξαμαρτάνειν, semper à propositis seu cœptis aberrare. Polyb.lib.16, κατ' ἀρχὴς πρόθεσιν, vt ab initio sibi proposuerat & decreuerat. Itidémque πρόθεσις Θεοῦ, Dei propositum. vt in epist.ad Rom.c.8, τοῖς κατ' πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι, iis qui ex proposito Dei vocati sunt. Vbi nomini πρόθεσις synonymū facere existimatur πρόγνωσις, quum subiūgit, οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· οὓς προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε. καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν. Vide annotationes doctiss. interpretis in eum locum. ¶ Apud grāmaticos autē πρόθεσις est Præpositio: pars orationis sic dicta quòd nomini præponi soleat. Dicitur enim ἀπὸ ὀμμάτων, & πρὸ τίνος. quamuis nonnunquam inuerso ordine reperiatur etiam ὀμμάτων ἄπο, & τίνος πρό: vel poëticè nimirum, vel Atticè: ideóque & παροξυνόμενα solent tunc eiusmodi particulæ.

Προθετικός, οῦ, ὁ, Qui proponendi vel præponendi vim habet, Propositiuus seu Præpositiuus. vt προθετικὸν ἰδίωμα redditur Præpositiua proprietas, nimirum præpositionis. Et ex Gazæ gramm.lib.4, προθετικὸν σύνθετον affertur pro Cōpositum quod præpositionis seruat constructionem & proprietatem.

C. ΠΡΟΣπίθημι, Appono: seu Applico, Admoueo. Interdum & Committo, Coniungo. Thucyd.lib.3, κλίμακας προσθέντες ἀπὸ τῶν πύργων τοῖς πύργοις, scalis admotis, seu appositis. Xenoph. τὸ σῶμα πρὸς τὸ σῶμα προσθεὶς, Os ori admouebis, Os ori iunges. ¶ Item Addo, Adiicio: id nimirū quod deerat. vt Aristot.Ethic.2, c.6, scribit moris esse τοῖς δὲ ἔχουσιν ἔργοις ὅπλα ἐκλέγειν, ὅπ οὔτε ἀφελεῖν ἔστιν οὔτε προσθεῖναι αὐτοῖς. quæ enim omni ex parte absoluta sunt, iis nec addi quicquam nec demi potest. Demosth. in Near. προσθέντα τὸ ὑπόλοιπον οὐ προσέθεικεν εἰς τὰς εἴκοσι μνᾶς, adiecto reliquo quod viginti minis complendis adhuc deerat. Luc.De calumn. ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ. Item dictis suis aliquis προσπίθησι, quum adiicit seu addit quod desiderabatur. Isocr. Panathen. καὶ προσθεῖναι μὲν οὐδὲν εἶχον τοῖς εἰρημένοις, οὐδὲ ἀφελεῖν. Necnon dicunt οὐ προσπίθημι, Non addam, Non dicam: &, προσθήσω δέ, hoc verò addam, & insuper dicam. vt Demosth. Pro cor. καὶ οὐκέτι προσπίθημι ὅτι τῆς μὲν ὠμότητος αὐτὸ ἑτέροις πειρᾶσθαι σωέβη· ἀλλ' ἐῶ ταῦτα. Et Philipp.4, κακοῦνοις μὲν καὶ ἐχθρός ἐστιν ὅλῃ τῇ πόλει, καὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐδάφους· προσθήσω δὴ, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει θεοῖς. Quale est apud Latinos, Addo etiam, Adde huc, Adde quód. Itē ex Aristoph. affertur, ἵππον προσεπθεὶς θεὸς πτῶμα, pro Equum addebat ad nomen. (Vbi nota cum θεὸς construi: cum εἰς autem in hoc quod ex Demosth. affertur, προσπίθημι εἰς τὰ φάγματα φιλανθρωπίαν. vbi potius significat Adhibeo aut Affero ad) Sed frequētius datiuum sibi iūctum habet: vt tum in superioribus locis tū in hoc Isocr.Paneg. τοῖς μικροῖς μέγεθος προσθεῖναι, paruis addere seu adiicere quo grandescant & maiora fiant. Itidémque ἐλπίδα προσθεῖναι alicui dicimur: (vt Tacitus, Strenuis vel ignauis spem metúmque addere. Dicitúrq; itidem Animū addere) Thuc.l.3, p.96, οὔκουν δεῖ προσθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστῷ, οὔτε χρήματιν ὠνητῷ. ¶ Aliquādo redditur potius Adiungo. vt apud eundem Thucyd. lib.13, pag.113, μελλήσαντες Ἀθηναίοις προσθεῖναι φρᾶς αὐτοῖς. vbi schol.exp. κατὰ προσθήκην δοῦναι. Et lib.8,

pag.279, προσέθηκεν ἐπ' ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτόν. (At eiusdem libri pag.277 dicit, τοῦ Ἀλκιβιάδου προσθεὶς ἑαυτὸν εἰς πίστιν.) Quò referri potest quod apud eundem legitur lib.4, pag.149, δεδιὼς μὴ ἐξαπίσης προσθῶσι τὴν πόλιν. ¶ Item γνώμην προσθεῖναι. vt apud eundem lib.3, pag.94, παρεσκευάσαντο τοῖς ἐν τέλει ὥστε αὖθις γνώμας προσθεῖναι, egerunt cum magistratibus vt iterum ad populum referrent. conuocata igitur concione γνώμας ἀφ' ἑκάστων ἐλέγοντο, vt ibidem dicit. ¶ Significat προσπίθημι idem etiā quod προσπίθημι, Tribuo, Attribuo. Plutarch.Lycurgo, οὐδὲ ἔγραψε προσθεῖναι Λυκούργῳ πικρὸν οὐπω τῆς κρυπτείας ἔργον. Et Thucyd.lib.8, pag.269, de Alcibiade, ἐβούλετο Χίοις καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις Ἐνδίῳ τὸ ἀφόρισμα προσθεῖναι. quod etiam προσάπτειν & ἀναπθέναι dicitur, Latinis & Ascribere.

PASS. Προσπίθεμαι significationes actiui sequitur. Frequentissimè verò significat Adiungor, Coniungor: seu Adiungo aut coniungo me, Accedo. Thucyd.lib.3, pag.87, μὴ ἄλλῳ τῷ προσθέμενον, κίνδυνον σφίσι παρέχῃ. vbi schol. exp. εἰς ἑαυτὸ συνελθόν. Et lib.8, pag.278, Ἀθηναίοις προσθέμενον. Sic Herodian. l.2, τοῦ Σεβήρου παίτες ἤδη προσεπίθεντο, Seuero se adiungebant, Ad Seuerum deficiebant. Et lib.7, προσέθεντο τοῖς Ῥωμαίοις. (At Thucyd.lib. 6, pag. 204, προσεθέμεθα αὐτοὺς dicit pro Recepimus ipsos in societatem, Nobis adiunximus, seu ξυμμάχους ἐποιησάμεθα, vt schol. exp. Quo in loco προσπίθεσθαι est transitiuum, veluti quum aliquis dicitur πρόσπίθεσθαι ἀτελῆ βράκατα, aut πολυτελῆ τράπεζαν) Itidem γνώμῃ aut λόγοις alicuius προσπίθεσθαι dicimur pro Adiungere nos, seu Accedere. vt προσέθεντο τῇ γνώμῃ αὐτοῦ, Eius sententiæ accesserunt, In eius sententiam iuerunt, apud Plutarch. in Themistocle. Ex cuius Fabio affertur, προσεπίθεντο, καὶ κατεκοσμοῦντο παίτες εἰς τὸν ἐκείνου γνώμον. Et alibi, προσπίθεσθαι τοῦτέρῳ λόγῳ, ad priorem sententiam accedere. Rursum ex Plutarcho, προσέθεμος τοῖς Ἀριστοτέλους λόγοις, Qui Aristotelicæ sectæ se adiunxit, seu Addictus Aristotelico dogmati. Ex Thucyd. verò affertur, προσπίθεσθε μιᾷ ψήφῳ, pro, Vnū calculū mittere. quæ interpretatio verbis illis nullo pacto cōuenire posse videtur. Vide & B.p.513, vbi προσπίθεσθαι interpr. Transire in partes alicuius, In sentētiam alicuius pedibus ire, Assentiri, Astipulari: item Hærere, Addictum esse, Fauere. quomodo & προσκεῖσθαι accipi ibidem docet. Similis vsus Latini verbi Adiicio, apud Virgil.nimirum, Æneid.10, Tercentum adiiciunt, mens omnibus vna sequendi. id est, προσπίθεντα: seu Calculum adiiciunt, vt Plinius loquitur. ¶ Item Προσπίθεμαι est Tribuor, Attribuor, Ascribor. sicut προσπίθεναι est Tribuere, Attribuere, Ascribere. Thucyd.lib.3, μὴ τοῖς ὀλίγοις ἡ αἰτία προσπεθῇ, crimen ascribatur. Et alibi, τὸ ἐμπλήκτως ὀξὺ αἰδρὸς μοῖρα προσεπέθη, Virilitati datum & ascriptum est. ¶ Alioquin actiuè etiā accipitur pro προσπίθημι. Dicitur enim προσθέσθαι φίλον pro Adiungere sibi amicum & ascisceré. Quomodo & Thucyd.lib.1, pag.27, μὴ ἀλλοτρίας γνώμας καὶ ἐκλήμασι πειθόντες, οἰκεῖον πόνον προσθῶσι. ibi enim schol.exp. αὐξήσωσι ἑαυτοῖς, vobis ascribatis. Itidémque lib.2 & 8. ¶ Cum infinitiuo autem iunctum προσπίθεμαι neutralem habet significationem, & exponitur Insto, Insisto, Pergo. vt Act.apost. cap.12, de Herode, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον, Petrum etiam corripere institit, seu, Petrum etiam comprehendere perrexit. Ex Herodoto, προσέθεντο τοῦ Ἀρισταγόρου παρακοῦσαι, institerunt Aristagoræ vt efficeret.

Πρόσθεμα, ατος, τὸ, dicitur αὐτὸ τὸ προσπίθεμενον, idipsum quod apponitur, seu admouetur, aut adhibetur. vt medici πρόσθεματα & πρόσθετα vocant medicamenta quæ in vellere naturalibus mulierum admouentur. ποσσὶ alio nomine dicunt, Latini etiam pessos. Dioscor. lib.1, cap.15, de costo, δύναμιν δ' ἔχει ἐμμηνῶν ἀγωγὸν, καὶ τοῦ τοῦ ὑστέραν παθῶν ὀρωγὸν, ὃν προσθέμασι καὶ καπνίσμασι καὶ πυελάσσι. id est Appositu. vt Plinius dicit, Abortus non exeuntes trahit appositu vel suffitu. id est Appositum seu admotum, Si apponatur seu admoueatur. Item, Ciet menstrua admotu. id est, Si admoueatur. Rursum Dioscor. lib. 3, ὃν προσθέμασι ποιεῖ, Appositu prodest, In pessis prodest.

Πρόσθεσις, εως, ἡ, Appositio, Admotio, Applicatio. vt Aristot. Rhet.3, πρόσθεσιν vocat τὴν τῆς σκύλας προσβολὴν, quum cucurbita cuti applicatur, seu admouetur. quam κόλλησιν aliquis dicere queat, ex his ænigmatis verbis, Ἀνὴρ εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' αὐέρι κολλήσαντα. quum vidisset balneatorem cuidam æneam cucurbitulam apponentē seu applicantem. Item Additio, Adiectio. Philo De mūdo, δυὰς μὲν οὖν πρόσθεσιν μονάδος εἰς φθείρεται, Adiectione seu accessione vnitatis. Et Plut. in Lycurgo, ἀφαιρέσει καὶ πρόσθεσιν. Et apud Aristot.Ethic.7, cap.4, ἀκρατὴς οὐ κατ' πρόσθεσιν, ἀλλ' ἁπλῶς. vt paulo antè dixerat, ἁπλῶς μὲν οὐ λέγομεν ἀκρατῆς, προσπίθεσις δὲ πάθους χρημάτων ἀκρατῆς, καὶ κέρδους καὶ τιμῆς καὶ θυμοῦ. Dicuntur igitur ἀκρατῆς, qui sibi vel à vino, vel ab ira, vel à libidine venerea tēperare non possunt. sed κατ' πρόσθεσιν. id est, adiecto nimirum nomine eius rei à qua sibi temperare nequeunt. Item πρόσθεσις grammaticæ, figuræ nomē est, quam Tryphon dixit esse προσθήκην στοιχείου κατ' ἀρχὴν τῆς συλλαβῆς, quum vocabulo alicui ab initio adiicitur syllaba vna: vt fit in ἀστυχὴς & ἀσυχής. Cui opponitur itidem ἀφαίρεσις. At πρόσθεσις κωμῶν est potius Appositio comarum, quàm Adiectio. quum nimirum ascititiæ apponuntur κόμαι: vt in πθέθεσις etiam admonui. Philostr. epist. 39, ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ καὶ κομῶν πρόσθεσις.

Πρόσθετος, ὁ, ἡ, Appositus: seu Apposititicius, Qui apponi solet. vt πρόσθετοι κόμαι dicūtur apposititiciæ comæ, quas mulierculæ sibi solent affingere vt pulchriores videātur: πρόσθετοι κόμαι easdem vocant, & φενάκας & πτυκάς, necnō προσκόμα, vt in Πεπίθεσις annotaui. Xenoph. Pæd. 1, pag.5, ὁρῶν δὴ αὐτὴν κεκοσμημένην καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντεθέν, καὶ κόμαις προσθέτοις. Et apud medicos πρόσθετον φάρμακον, seu πρόσθετον simpliciter, Medicamentum quod apponitur, Medicamentum quod admouetur: naturalibus videlicet mulierum. quale pessus est. Dioscor.lib.2, cap.132, de lupinis, καταμηνίων καὶ ἐμβρύων ὀπαστικὸν, μετὰ σμύρνης καὶ μέλιτος ἐν προσθέτῳ, Cū myrrha & melle menstrua & partus extrahit appositu. seu (vt Ruell.vertit) Menses & partus extrahit cū myrrha & melle subditum in vellere. Sic lib.3, cap.9. Alibi verò πρόσθεμα appellat, vt paulo antè docui. Πρόσθετος dicitur etiam Addictus creditori. Plut. in Lucullo, αὐτὸς τὸ τέλος μὲν ὑπὸ τῶν πρόσθετοις δουλεύειν, addictos seruire, hoc est ἀγοχίμοις. B.p.513. Inuenitur scriptum ETIAM Προσθετὸς, οῦ, ὁ: & fœm.gen. προσθετή. vt apud Luc.De salt. πρόσθετοι καὶ ὑπόπτερα τὰ χυτῆτα.

Προσθήκη, ης, ἡ, Additio: vel potius Additamentum, Accessio. Plato De rep. lib.1, σμικρά γε ἴσως προσθήκη. Philo De vita M.lib.3, ἵνα μὴ προσθήκη πτερυγικόν τῶν ζώντες ὦσιν, ne viui accessiones mortuorum esse videantur. Aristot.Rhet.1, αἱ δὲ πίστεις, ἔνιαι χάν ὦσι μόνον τὰ δι' ἄλλας προσθήκας, additamentum sunt & accessio. Et Alexis apud Plutarch. De aud.poëm. Τρεῖς δ' εἰσὶ (inquit, ἡδοναὶ) αἷς γε τὸν δίωγμον κεκτημένοι Τὸν ὡς ἀληθῶς σωτηρίαν τοῦ βίου· Τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς ἀφροδίτης τυγχάνειν· Τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν. Itidē ἐν προσθήκης μέρει seu μοίρᾳ dicitur esse aliquid quod ad aliud accedit & per se nihil pollet. Demosth.in orat. ad epist. Philippi, ἐν μὲν προσθήκης μέρει ῥοπὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν, αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀδυνής ἐστι: de copiis Macedonicis, de quibus Olynth.2, iisdem ferè vtitur verbis. Et Olynth.3, ὃν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγόνασι. Sic alibi, ὁ δὲ δῆμος ἐν προσθήκης μέρει, accessio tantùm est & numerus. vt apud Horat. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Itidémque Luc.in Zeux. ἀλλὰ τὸν μὲν ὡς ἄφρ ἐν προσθήκης μοίρᾳ σωεπικοσμεῖν α. Quibus adde hoc Plutarchi in Anton. οὗτοι δὲ ἦσαν προσθήκη γυναικὸς ἐμοῦ. quod quidam interpr. Adeo velut comitis & assecla loco erat. ¶ Apud Sophocl.autem schol. προσθήκη exp. ὑπηρεσία, συμβολή.

Πρόσθημα etiam affertur pro προσθήκη: sed nullo nominato autore.

C. ΣΥΝπίθημι, Compono: interdum etiam Coniungo, Concinno. Aristot. Rhet.2, τὸ διηρημένον συνπθέντα λέγειν, ἢ τὸ συνκείμενον διαιρουῶντα. Et apud Platonem in Tim. ὁ ταῦτα συνθεὶς, Qui ista iunxit & condidit, vt Cic. interpr. pag.20 mei Lex.Cic. Theophr. verò, Dioscor. & alii medici, συνπθέναι φάρμακον (vt Latini etiam Componere medicamenta) dicunt. Item πίνακα vel scriptum aliquod dicitur συνπθέναι aliquis, vt Latinè etiam Componere. Aristot. Rhet.1, οἱ τὰς πίνακας τῶν λόγων συνπθέντες, qui oratorias artes componunt seu conscribunt. vt Cicero in Bruto, Totúmque se ad artes componendas transtuliisse. Isocr.ad Nicoclē, πολλὰ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων ἐπ' ἐν τοῖς ἐξαγωγαῖς ὄντα τῶν συνπθέντων, eorum qui ea componunt. Sic Thucyd.lib.1, pag.32, de scriptoribus qui suam ætatem præcesserant, ἢ τὰ τε τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνέθεσαν, ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά. pro quo ξυνθέναι ibidem dicit γράφειν. At Demosth. Pro cor. λόγοις ἀπροσώποις καὶ μύθοις συνθεὶς καὶ διεξελθών. Nam συνπθέναι aliquis dicitur aliquid pro Dolose componere: vt Plautus dicit Componere mendacia, fallaciam: & Liu. Composita fraude. Antiphon, οὔτοι ἐξ ὑπόβουλης συνέθεσαν ταῦτα καὶ ἐμηχανήσαντο κατ' ἐμαυτοῦ, composuerunt & machinati sunt aduersum me. (vt Tibull.dicit Insidias alicui cōponere) Sic Synes.epist.44, οἱ ταῦτα συνθέντες ὀλίγα σοι, qui ista composuerunt in te, & de te sparserunt. Item συνπθέναι πραγματείαν, Cōficere negotium. Ex Plut. Themist. συνεπίθη τῷ θεῷ τὴν Σίκινον πραγματείαν, negotium confecit. Præterea ex Soph. συνπθεὶς γέλων πολύν, pro Risum magnum mouēs, seu excitās: seu ῥήματα καταγέλαστα λέγων. quæ expositio scholiastæ adscribitur. At Cōponi risus alia signif. à Tibull.dicitur, l.3, eleg.7, Nō benè mēdaci risus coponitur ore. pro Os in mendaces risus componi nō bene potest, Risus ore mendaci non bene simulatur.

PASS. Συνπίθεμαι significationes actiui sequitur. id est Componor. Theophr. lib.9, cap.16, de aconito veneno, συνπίθεται δὲ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι. Et mox, συνπίθεται δ' ὥστε κατὰ χρόνους τινὰς τοῦ αἱρεῖν, ita verò componi vt statis temporibus interimat. (Vbi etiam actiua voce vsus fuerat, & dixerat, τοὺς ἰατροὺς οὐκ ὑπισαμένους συνπθέναι, qui componere venenum illud nesciunt) Et Dioscor.lib.1, de corno, συνπθέμενον καὶ εἰς ἔμπλαστρα καὶ εἰς βρῶσιν, siue in defruto siue in cibo compositum conditumque exhibeatur. Item Componor, id est Compono & accommodo me. Luc. De calumn. ἡ γοῦν κολακεία καὶ ἡ ἐξαβολὴ πάντα μάλιστα χώραν ἔχει, πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος συνπθεμένη. Frequentior vsus est huius vocis, vt & mediæ, in actiua significatione. Dicunt enim συνπίθεσθαί τινι, vel πρός τινα, pro Fœdus & societatem inire cum aliquo. Thucyd.lib.8, pag.274, ἐν δέ τις τῶν πόλεων ὁπόσαι ξυνέθεντο τοῦ βασιλέως. Et Demosth. Pro cor. συνθέσθαι δὴ πρὸς αὐτοὺς, καὶ συμμαχίαν καὶ ὑπόγαμίαν ποιήσασθαι. Quibus in locis potest subaudiri accus. συμμαχίαν vel φιλίαν, quē adiecit idem Thuc. quū dixit, ξυνέθετο σφι ξυμμαχίαν, Societatē cum eis composuit. vt Salust. dicit Societatem cōponere cum latronibus. Et rursum, ξυνέθεντο φιλότητα τοῖς αὐτοῖς, cum iisdem amicitiam iniuit. Item aliqui dicūtur συνπίθεσθαι quum inter se pacificūtur, Quū inter eos cōuenit aliqua de re, Quum inter se constituunt aliquid. In qua significatione interdum cum ὡς construitur verbum illud. vt apud Xenoph. Hellen.6, ὀλίγοι τοῦτο κατέπεισε τοὺς σκοποὺς· κἀκείνοις μὲν συνέθετο, πολεμίων καὶ ὁρμούντων τῶν πολεμίων, ὡς δέοι σημαίνειν, cum eis conuenit vt signum daret: quod σύνθημα dicitur. Et Hellen. 2, ξυνέθεντο ἀλλήλοις καὶ ξυνεπίθεντο ὡς τῇ Χίῳ ὑπηρετήσομεν. Interdum cum infinitiuo. Plato De rep. lib.2, ξυνθέσθαι ἀλλήλοις μήτ' ἀδικεῖν μήτ' ἀδικεῖσθαι, componere inter se & transigere vt neque inferant iniuriam neque accipiant. Synes. epist.104, συνθέμενοι πάλιν ἔξειν εἰς τὸν ὕστερον χρόνον, inter nos pacti. Sic Herodian. lib.1, συνθέντες φθάσαι τὴν ἐπιβουλὴν καὶ παθεῖν, Constituunt. Et lib.5, ὡς δὲ συνέθεντο νύκτωρ αἰρήσειν τὰς πύλας. (Vbi passiuam potius significationem habet, quemadmodum & in priore loco Xenoph. Hellen.6, pro Conuenit & constitutū est inter ipsos) Nonnunquam cum accusatiuo. Plut. Alcib. ὅτι πύτοις δὲ οἱ ἄνδρες παρέδοσαν τὴν πόλιν, καὶ ταῦτα συνέθεντο, & hæc inter se composuerāt. Et Aristot. Rhet.1, κελεύει κύκλα εἶναι ἀπὸ σώματος. Et ex Thuc. ξυνθέμενοι ἡμέρας, quū diē cōstituissent. vnde συνπεθέμενον ἡμέρας, quæ & πεπαγμένη, dies stata seu cōstituta. Dicitúrque aliquis etiam συνπίθεσθαί τινι πρός τινα. vt apud

Xenoph. σωτίθεσθε μὴ πρὸς τοὺς συμμαχίδας πόλεις τοῦτο τοῦτον, ἀκολουθεῖν ὅπῃ αὖ ὑμεῖς ἠθέλετε, de hoc prius cum fœderatis sociisque ciuitatibus conuenite atque transigite. Alex. Aphrod. locum de latronum societate vide apud Bud. pag. 520, vbi σωτίθεσθαι interpr. Communi cõsensu aliquid in commune statuere. ¶ Significat etiam Astipulor & assentior. Pausan. Ῥιανὸς μὴ οὐ ἔγωγε οὐδαμῶς κατά γε τοῦτο σωτιθήσομαι. Alia exempla affert Bud. ibidem. ¶ Σωτίθεσθαι, Attendere, Animum aduertere. προσέχειν, καὶ νοῦν λαμβάνειν. Odyss. ο, & ω, — σὺ δ' σώθεο, καί μευ ἄκουσον. Iliad. τ, — αὐτὰρ οἱ ἄλλοι Σώθεσθ' Ἀργεῖοι, μῦθον δ' οὐ γνῶτε ἕκαστος, animum aduortite. Et cum accus. Odyss. α, φρεσὶ σώθετο θέσπιν ἀοιδήν. Et Iliad. η, σώθετο θυμῷ βουλήν, animaduertit & intellexit.

Σώθεμα, ατος, τὸ, Signum quod ex composito datur. Hesychio σημεῖον ἀφορμῆς, σύμβλημα: qui σωθέματος quoque exp. σημείου. Eidem tamen est etiam δραματούργημα. Exponitur verò non solùm Signum, Tessera, sed etiam Pactum. Sed & quandam cõmercii signif. videri possit habere in hoc loco quẽ Suid. sine expositione affert, τὸ μὴ ἀδέλφιλακτον, μὴ ἄλλο μηδὲν εἶ σώθεμα φιλαθρωπίας.

Σώθεσις, εως, ἡ, Compositio. Demetr. Phalar. καθόλου, οὐδὲν ἡ τοιόδε ὅτι πλὴν σώθεσις ποιά. nam ex pluribus membris compositis efficitur periodus. Meminit idem & ξηρᾶς τινος σωθέσεως qualem esse dicit in his Hippocr. ὁ βίος, βραχύς· ἡ τέχνη, μακρά· ὁ καιρὸς, ὀξύς. eámque statuit ἐν τῇ τῶ κῶλον μικρότητι. Dicitur & de alia quauis cõpositione, coagmentatione, aut commissura: quum ab Hesych. quoq; exponatur ἁρμονία, κόλλησις. cui Aristot. opponit διαίρεσιν, alii διάλυσιν: & ait δεικνύναι ὑποχλὴ πολλὴν, atque ἀρχὴ φαίνεσθαι μεγάλων καὶ ἄπειρον. copulat autẽ cũ ea μίξιν, Polit. 4, cap. 8. Dicunt esse & orationis quãdam σώθεσιν, apram nimirum & cõcinnam modis omnibus verborum structuram ac collocationem, per quam ita componantur & construantur verba, vt non asper eorum cõcursus sit nec hiulcus, sed quodammodo coagmentatus & læuis. eámque esse de qua Cicero multa disseruit lib. 3 De orat. & Quintil. lib. 4, cap. 9. Est verò & περιπάτεων quædam σώθεσις, id est compositio. de qua Bud. pag. 198. Ἀνάλυσις autem (inquit) vocatur quasi retextio complexionis, hoc est τοῦ συμπεράσματος: éstque contraria τῇ σωθέσει, quæ à quibusdam confessis ordiens, desinit in id quod quæstionis est. vt si propositum sit demõstrare quónam pacto τὸ τείχισμα ἰσόπλευρον constituatur, id διὰ τῆς περιπάτεων περαίνεται. Analyticus verò id in quod desinit σώθεσις, vt cõfessum sumit, hoc est τὸ συμπέρασμα τῆς σωθέσεως: & eousque τὸ σωθὲν retexit quoad inuenerit τὰς περιπάτεις δι' ὧν τοῦτο συμπεράσεται. Vbi etiam NOTA Ἀνάλυσις. Est & grammaticæ figuræ nomen. tradunt enim vocari σώθεσιν quum verbo pluralis numeri iungitur nomẽ singularis numeri, sed multitudinem significans. vt apud Virg. Pars in frusta secant. Et apud Liu. Turba circumfusa tremebãt. ¶ Res etiam plures inter se cõpositæ σώθεσις nominantur. vt σώθεσιν vasorum vocant multa eiusdem generis vasa ita composita vt alterum alteri includi queat. velut apud Stat. Sylu. lib. 4, Aut vnã dare σώθεσιν quid horres Alborum calicum atque caccaborum? Et apud iurecõsultos σώθεσις dicitur tota vestis in vestiario cõposita. Scæuola in l. Titia, De auro & arg. legato, Sempronia coopertoria tibiana, & tunicas tres cum palliolis quæ elegerit, dari volo. Quæro an ex vniuersa veste, id est ex synthesi, tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit. Brodæus quoque in suis Miscell. id testatur, & ante eum Bud. qui ex Pand. & hunc locum affert, Synthesin (id est omnem possessionem) prædiorum.

Alioqui σώθεσις de certo etiam quodam vestis genere dicitur. Martial. Synthesibus dum gaudet eques, dominúsque senatus. Suet. in Nerone, Ac plerunque synthesin indutus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum, sine cinctu, & discalceatus.

Σωθεσία, ας, ἡ, Pactum, Fœdus: quod nimirum aliqui σωέθεντο. poëtis idẽ quod σωθήκη. Il. β, Ποῦ δὴ σωθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν; AT Ἀσωθεσία Suidæ est παράβασις σωθηκῶν, Trãsgressio & violatio pactorum seu fœderis. Hesychio est præterea ἀσώφορον, (quæ vox mẽdi suspecta est) & ἀσύμφωνον. Videtur certè ἀσωθεσία dici & de eo qui fœdus inire recusat, seu difficilẽ in fœdere ineũdo se præbet. Alioqui & ἀσώθετος significationem cum priore illa conuenientem habet.

Σωθετέον, Componendum est, Componere oportet.

Σωθέτης, ου, ὁ, Compositor, Autor, ex Plat. De leg.

Σωθετικός, οῦ, ὁ, Qui componere & construere nouit. Luc. De scrib. hist. κἀνθοῦτα ἤδη καὶ τοιαστικός τις καὶ σωθετικὸς τὸ πιθανωτέρου ἔστω. Vbi τὸ σωτιθέναι synonyma vel saltem affinia facit σωαθροίζειν & σωματοποιεῖν τὰ ἀκαλλῆ καὶ ἀδιάρθρωτα. Loquitur autem de historico qui multa modis narrari audit.

Σώθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Compositus. Interdum etiam Concretus, Coagmẽtatus. vt σώθετα ὀνόματα apud grãmaticos, & apud Demetr. Phaler. atque Athen. Nomina cõposita. vt δορύπυρος, πυρόπληξ, χαμαιτύπη, & huiusmodi alia. Itidem ἔργον vel κρᾶμα σώθετον dicitur. Herodian. lib. 3, de muro Byzãtino, πεποιημένῳ μυλίτου λίθου εἰς τετράγωνον εἰργασμένου, τοσαύτῃ σωαφείᾳ καὶ κολλήσει, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον σώθετον, ἑνὸς ὄ λίθου παῦ πεποιῆσθαι, quadrato lapide cõstructus adeo tenui iunctura fuit vt nemini compositum opus videretur. Greg. τῶ σωτέτου καὶ βείθοντος κράματος: de corpore humano, quod cõcretum, est & deorsum vergit suo nutu. Inuenitur scriptũ ETIAM Σωθετὸς, οῦ, ὁ, cuius fœm. σωθετή. Aristot. De arte poët. ἔστι δέ τις καὶ σωθετὴ ἐκ παραλογισμοῦ τῶ θεάτου.

Vnde comp. ἀσώθετος, ἀσωθέτος, & παρασώθετος. Quorum PRIMVM, Ἀσώθετος, significat Qui compositus non est, nec concretus, sed simplex. Aristot. Polit. 1, τὸ σώθετον μέχρι τοῦ ἀσωθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν. ¶ Suidæ ἀσώθετος est non solùm ἄμικτος, sed etiam ἀσύμφωνος. Idem lexicogr. ἀσωθέτους exponit τοὺς τοῖς σωθήκαις μὴ ἐμμένοντας ἃς αὐ πρός τινα σωθῶνται: itidémque Hesych. exp. μὴ ἐμμένοντας ταῖς σωθήκαις, necnõ μὴ σωτιθεμένους. Sed ambiguum est an per τοὺς μὴ σωτιθεμένους intelligat eos qui non σωέθεντο. i. Qui nõ pacti sunt, Qui fœdus nõ inierunt: an eos qui compositi non sunt. Sed prior illa signif. mihi magis placet. Demosth. περὶ παραπρεσβείας superl. ἀσωθετώτατον posuit ἐπ' ὄχλου, intelligẽs eo nomine vel τὸν ἀπιστότατον καὶ ἀβεβαιότατον, & πίστις ἡ πλεῖστον διὰ τὸ ἀβέβαιον, vel ἀνωμόλογον καὶ ἀσύμφωνον: (nã σωθῆκαι dicũtur αἱ ὁμολογίαι) vel ἀσωτεπώτατον, id est ἀοινότατον: vel ὃν μάλιστα οὐκ αὖ δυνατόν τις σωιείαι ἢ ποτε φρονεῖ: vt Hom. dicit, σὺ δ' σώθεο, καί μευ ἄκουσον. Hæc Harp. & ex eo Suid. VNDE Ἀσωθετέω, ῶ, Sum ἀσώθετος, Non sto pactis & inito fœdere, Pacta & fœdus initum violo. Ex Esdræ 2, ἠσωθετήσαμεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, pro, Præuaricati sumꝰ in Deum nostrũ. Quo signif. suprà habuimus ἀθετεῖν. SECVNDVM, Εὐσώθετος, Bene compositus. vel Qui componi facilè potest, Aptus ad cõpositionem. Oppositũ præcedenti ἀσώθετος. VNDE Εὐσωθετέω, ῶ, Sum εὐσώθετος, id est Bene compositus sum. Item Fœderi & pactis ineundis facilem me præbeo. Vel, Fœdus & pacta seruo. Suidas εὐσωθετεῖν exponit ἀνοικῶς ἔχειν, afferens hunc locum ex quodam quem non nominat, Μακεδονίται ἐβουλεύσαντο εὐσωθετεῖν πρός τε Γελίμερα καὶ Βελισάριον. TERTIVM, Παρασώθετος, Decompositus, Deriuatus ex composito. vt παρασώθετον ὄνομα dicitur τὸ ἀπὸ σωθέτου παραγινόμενον: veluti est τοιοκατάπτυστος, τοιοκακοδαίμων: & δυστυχία. illa enim, composita sunt ex κατάπτυστος & κακοδαίμων: hoc autem, deriuatum ex δυστυχίς.

Σώθημα, ατος, τὸ, idem quod τὸ συγκείμενον, id est Compositum, Constitutum, Compactum: ea quidem in significatione qua dicitur Ex composito, Ex constituto, Ex compacto seu De compacto: vel, aduerbialiter, Compositò, Constitutò, Condictó. Dicuntur enim aliqui facere aliquid ἐκ σωθήματος, quum id ex composito & compacto faciunt. id est, postquam inter se constituerunt & pacti sunt se stato momento id facturos. quod Pausan. dicit ἀπὸ συγκειμένου. Greg. ἐκ παρασκευῆς εἰς τοῦτο συνελθόντες ὥσπερ ἀπὸ σωθήματος. Vbi σώθημα verti etiam potest Signum. nam ἐκ σωθήματος dicuntur facere etiam qui dato signo illud faciunt. velut in stadio aut bello, eruptionis signo dato excurritur. Virg. Æn. 5, Intenti expectant signum. Et rursum, — signum clamore paratis Æpytides longè dedit, insonuitque flagello. Et iterum, — signóque repentè Corripiunt spatia audito. Liu. Signo dato cõcursum est ad arma. Et ita ἀφ' ἑνὸς σωθήματος & ἐφ' ἑνὶ σωθήματι, Turn. & Polit. verterunt Signo dato: ille apud Philonem, hic apud Herodianum. Apud Philonem, lib. 3, in Vita M. de tribu Leuitica, τῶ κηρύγματος ἐπακούσασα, καθάπερ ἀφ' ἑνὸς σωθήματος ἔθει μετὰ πολλῆς σπουδῆς. Et libro 1, μιᾷ ἡμέρᾳ ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς σωθήματος ἀγελαδὸν διαφθείρονται, tanquam dato signo. Apud Herodianum verò libro 2, πάντες ἐφ' ἑνὶ σωθήματι συλλαμβάνονται, dato signo repentè comprehenduntur omnes. Vbi σώθημα est σημεῖον ἀφορμῆς: vtpote quo dato seu sublato excurritur: quod σύμβολον etiam & σύμβλημα dicitur, necnõ σημεῖον & σύσημον. Atq; vt Latinè Dare signũ dicitur, & vicissim Accipere signũ, ita Græcè διδόναι seu ἐνδιδόναι σώθημα & δέχεσθαι: aut etiam πεμφθέν, vt Virg. dicit Intenti expectant signum. Luc. De saltat. καὶ τὸ παρόν σώθημα Λακεδαιμονίοις περὶ τῶ μάχου ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. Et Polyb. ἐξαίρων σώθημα, signo sublato. Plutarch. σωθήματος διδομένου παρ' ἀμφοτέρων, signo pugnæ vtrinque dato. Metaphoricè Synes. epist. 105, ὑποδύσομαι τῶ αὐάγκην, καὶ ὡς θεῖον σώθημα καταδέξομαι, Tanquam signum diuinitus mihi datum, id est Dei nutum ac numen. Idem epist. 67, κἀκεῖ πεμφθὲν τὸ ποιητέου τὸ σώθημα, illic expectabo signum quo edocear quid mihi faciendum sit. Et aliquanto pòst, πεμφθέντω τῆς συγχώμης τὸ σώθημα. Item & σημεῖον τὸ ἐκ φρυκτωλῶν διὰ πυρσείας διδόμενον, vocatur σώθημα à Polybio. id est signum quod è specula aliqua datur igni. de quo Virg. Æneid. 2, — flammas quum regia puppis Extulerat. ¶ Item σώθημα, vt σύμβολον, dicitur signum quod imperator exercitus suis militibus dat, quo inuicem se agnoscant. Tesseram id Latini vocant. Virgil. — it bello tessera signum. Silius, — tacitum dat tessera signũ. Xen. Pæd. 7, ὧδε εἰπὼν, καὶ σώθημα παρεγγυήσας, Ζεὺς σωτὴρ καὶ ἡγεμών, ἐπορεύετο. Aliud ex Pæd. 2 exemplum habes apud Bud. pag. 521. Itidem Antiochus cognomento σωτὴρ apud Lucianum De saltatione cum Galatis conflicturus, in somnis vidit Alexandrum sibi astantem κελεύειν σώθημα πρὸς τῆς μάχης παραδοῦναι τῇ φαλαγγὶ τὸ γιγνόμενον· καὶ ὑπὸ τούτῳ τῷ σώθηματι τὸν θαυμαστὸν ἐκείνῳ νικῆσαι. De eadẽ tessera vide insignem locum Thuc. lib. 7, p. 248. Itémque σώθημα dicitur tessera quam vigilibus seu excubitoribus dat tesserarius, quem circuitorẽ Latinorum quidam appellaot, Græci ἐφόδον. Polyb. de castrametatione Romanorum, τοῦ δ' ἐφόδων ἕκαστος ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἀφέρει τὸ σώθημα, κἀν μὲν ᾖ πάντα δεδομένα χωρὶς ἐγκλήματος, ἀπαλλάττονται πάλιν. Quæ σώθηματα ibi ostendit fuisse taleolas ligneas inscriptas literis. nam subiungit, ὁ δὲ (nimirum ὁ χιλίαρχος) δίδωσι τύποις πάλιν ξυλίφια τῇ φυλακῇ βραχέα πελέως, ἔχοντα χαρακτῆρα. quæ ξυλίφια ibidem καρφη appellat. Itidem Dion in Augusto scribit Fuluiam Antonii vxorem ense accingi solitã, & militibus σώθημα διδόναι. vt Liu. lib. 7, Tessera per castra à Liuio cõsule data erat. Ipsi autẽ milites τὸ σώθημα ἤπουν, id est tesseram seu signum petebant, à ducibus suis. Sueton. id Signum petere dicit, vt patet ex loco quodam in Πόθος allato. ¶ Præterea σώθημα nominatur signum militare, vt Liu. vocat, seu Signum minans pugnam, vt Lucanus, id est vexillum: quod σημᾶα quoque & σημεῖον alio vocabulo nominatur. Gregor. πλαμᾶ δὲ τῇ τῶ μεγάλου σωθήματος, ὃ μετὰ τῶ ταυροῦ πομπεύει, καὶ ἀλλ τὸν φρατὸν εἰς ὕψος αἰρόμενον. ¶ Item sunt quædam ὀθπτολιμᾶα σωθήματα. id est, signa & notæ arcanæ quibus vtuntur in secretioribus epistolis & scripturis. Polyb. καὶ παραπτὰ τῶ Ἀελανῶ σωθέντες τοὺς πρὸς τὸν Ἀχαιὸν ὀθπτολὰς γεγραμμένας σωθηματικῶς, καθὰ πρὸ ἔτος ἐκ αὐτοῦς, ἐξαπέστειλα. ὥστε τὸν κελεύσαντα τῆς ὀθπτολῆς μὴ δυνάσθαι γνῶναι μηδὲν τοῦ ἐν αὐτῇ γεγραμμένων. Vbi σωθηματικῶς γράφειν est quod dicitur etiam διὰ σημείων, & Per notas. Cic. ad Attic. Parum intellexti, credo, quia διὰ σημείων scripseram. Sueton. in Cæs. Ad Ciceronem, item ad familiares, domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda, per notas scripsit. Rursum Cicero, Reliquis epistolis tãtùm faciam vt notam apponam quæ mihi tecum conuenit. Bud. in Cõment. p. 522, σωθήματα ὀθπτολιμᾶα tradit notas quasdam fuisse epistolares, indices & commendatrices eorum qui eas reddebãt. Vbi etiam quendam Gregor. locum citat, in quo Iulianus dicitur esse æmulatus τὸν ἐν τοῖς ὀθπτολιμαίοις σωθήμασιν φιλαθρωπίαν Christianorũ episcoporum: vt Sozomenus Tripertitæ histor. libro 6 de eodem scribit, Præcipuè verò æmulatus esse dicitur notas literarum episcopalium, quibus solent inter se scribentes cõmendare peregrinos: &, quò proficiscantur, & vnde veniant, indicare. Gratianus Dimissorias literas vocauit, alii Formatas, vt ibidem tradit idem B. qui earum mentionem fieri dicit in constitutionibus Chalcedon. concilii: quæ autem ratio & forma earum fuerit, describi apud Gratianum distinct. 73. Et fortasse huiusmodi σώθημα intellectum fuisse ab Hieronymo, quum in epist. ad Iulianum scripsit, Iam dimisso synthemate equus publicus sternebatur. Apud Polybium certe σωθήματα καὶ πίστεις λαβὼν πρὸς Νικόμαχον interpres vertit, Acceptis literis commendatitiis facturisq; fidem. Alibi verò idem Polyb. dicit, ἔχων σώθημα καὶ γράμματα. In Pand. autem Græcis (inquit ibidem) σωθήματα vocantur διπλώματα, quæ iis dabantur qui cursu publico vtebantur, cuius est mentio libro 22 Codic. Iustin. ¶ Aliæ etiam notæ & signa nominantur σωθήματα. Synes. epist. 127, παρὰ πυρακίδας ἃς ἡ πολιτεία σώθημα ποιεῖται τῆς Αἰγυπτίας ἀρχῆς, signum & notam Ægyptiæ præfecturæ. Atq; vt Cic. dixit nomina esse rerum notas, ita Plato in Cratylo, σωθήματα εἶ τὰ ὀνόματα, καὶ δηλοῦ τοῖς σωθεμένοις, φανεροὶ δὲ, τὰ πράγματα. Quæ σύμβολα etiam nominantur, vt suo loco docui. Et pag. 621, Eadem (inquit) σύμβολα dicuntur etiam σωθήματα, hoc est ἀλληγορήματα, de quibus Dionys. Areop. ita scribit, μὴ γὰρ οἰώμεθα τὰ φαινόμενα τοῦ σωθημάτων ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀναπτλάσθαι, non enim existimare nos oportet, quæ figuratè diuinitus tradita sunt, de nihilo sic esse prodita, in eumque sensum exaudienda quem præ se ferunt, sed esse integumenta arcanæ intelligentiæ, scientiæq; non peruulgatæ. Vide & Σωθήκη.

VNDE Σωθηματικός, οῦ, ὁ. vt σωθηματικαὶ ὀθπτολαὶ, literæ quæ διὰ σημείων scribuntur, vt hodie eæ quæ per hostica loca & bello infesta mittuntur. ET Σωθηματικῶς γράφειν, Per notas scribere, διὰ σημείων γράφειν. Vide præcedens σώθημα. AT Σωθηματαῖοι στέφανοι Aristophani sunt quos recentiores vocarũt ἐκδοτικοὺς, teste Suida, qui hunc versum ex eo affert, Πλέξας στεφάνους σωθηματαίους εἴκοσι. Cuius loci Poll. quoque meminit libro 8, vbi scribit Aristophanem σωθηματαίους στεφάνους nominasse τοὺς ἠργολαβημένους, οὓς οἱ νεῶν (inquit) ἐκδημοσίοις λέγουσι. Pro quo ἐκδημοσίους ex Suida forsan reponendum ἐκδοτικούς. vt significet eos στεφάνους qui conficiendi ἐκδίδονται ab eo qui confici curat, & ἐργολαβοῦσι ab eo qui conficit.

Σωθήκη, ης, ἡ, idem quod σώθεσις, Compositio, Coagmentatio, Structura. Lucian. De scrib. hist. καὶ μὴν καὶ σωθήκη τοῦ ὀνομάτων ἀκράτω καὶ μέσῃ χρηστέον, ὥστε ἄγαν ἀφιστάντα καὶ ἀπαρτῶντα, (πρὸς γὰρ) οὔτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, σωάπλοντα. ¶ Sed rarior hæc est significatio. Frequentius enim accipitur pro Pactum, Conuentum, Fœdus: à σωτίθεσθαι significante Pacisci & conuenire inter se, Fœdus inire. Aristot. Polit. 3, ὁ νόμος σωθήκη καὶ ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τοῦ δικαίου, conuentum & veluti sponsor quidam inter ciues iuris vnicuique sui obtinendi. Quam σωθήκην Alexand. Aphrod. in 2 De anima dicit videri esse ζήτησίν τινα τοῦ δικαίου. Et quidam apud Diog. Laërt. ait ipsam iustitiã esse σωθήκην τινὰ ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν ἢ βλάπτεσθαι. Isocr. verò in Paneg. eas demum σωθήκας esse censet αἵτινες αὖ ἴσως καὶ κοινὰς ἔχουσι. Frequentissimus vsus est pluralis numeri. nec enim solùm dicũt κατὰ σωθήκην, sed etiam ὑπὸ σωθήκης: quibus opponunt παρὰ σωθήκας. Aristot. Eth. 5, οὗ ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ σωθήκην, Ex compacto & veluti in cõmune conditione lata, Ciuili consensu & instituto, vt Bud. interpr. pag. 521, vbi affert & alium eiusdem locum. Philostr. epist. 46, εἰ δ' δοκεῖ, φέρε, ὑπὸ σωθήκης ψηφίσω τὸ πρᾶγμα, Paciscamur & conueniamus inter nos, Ex cõpacto transigatur inter nos negotium. Demosth. αἱ σωθ-

θῆκαι καθ' ἃς ἐμίαθωσε, conditiones quibus locauit. Idē, καὶ πῶτο τοῦ σωθήκας ἃς σωέθετο τοῖς ἐμοί, Contra fidem pacti & contractus, Contra conditiones quibus pacti sumus. Vbi etiam nota σωτήθεσθαι σωθήκας τοῖς τινα: cui synonymum est σωθήκας ποιεῖσθαι τοῖς τινα. Polyb.lib.1, τοὺς τὸν Ἱέρωνα πιστάμενοι τὰς σωθήκας, qui fœdus iniérãt cum Hierone. Et Plut.in Problem.Rom.dicit imperatorem Romanum μὴ ποιεῖσθαι σωθήκας μηδὲ ὁμολογίας μετ' μέσον ἡμέρας. Atq; vt ποιεῖσθαι σωθήκας dicitur, ita ἐμμένειν σωθήκαις, quod & ἀπιθεῖν vocatur, id est Stare pactis, Seruare fœdus. Isocr. Paneg. τοῖς δὲ σωθήκαις ὥσ-
C. Ἀλλοιότροπος, Qui aliis atque aliis subinde est moribus, Mores subinde mutans. Idem cum præcedente αἰολότροπος. quamobrem & Hesych. per hoc ἀλλοιότροπος exp. illud αἰολότροπος. VNDE Ἀλλοιοτροπέω, ῶ, quod tamen nō omnino eā sequitur signif. nā apud Hippocr. ἀλλοιοτροπεῖται Galen. exp. τρέπεται ποικίλως, Variè mutatur. Vbi quidam codices habēt ἀλλοιοτροπεῖ, quod neutrale est. Sic verò & ἀλλοτροπῆται Hesych. exp. μεταθεῖται. Sed ea ad τροπὴ potius referenda sunt quàm ad hoc τρόπος.

C. Δυςτρόπος, Qui ingenio & moribus est difficilibus, Difficilis. ὁ τὸν τρόπον χαλεπός. Demosth. Philipp. 2, λέγοντας ὡς ἐγὼ, ὥςπερ ὕδωρ πίνων, εἰκότως δύςκολος καὶ δυςτρόπος εἰμί τις ἄνθρωπος, homo difficilis & morosus. Suid. δυςτρόπον exp. δυςάρεστον, σκολιόν, in hoc loco quem citat, autore non nominato, οἰκέτην δυςτρόπον δεσμοῖς τε βαλὼν, ἄγελος ὢν καὶ ἀπαράιτητος πρὸς ὀργήν. Eidem δύςτροπος est ἄμορφος, item δυςμετάθετος, Qui transferri vel mutari difficulter potest. tunc autem ex τρόπὸ esset compositum, & synonymum τῇ δυςτράπελος. Rursum δύςτροπος ei est ὁ ἄχρηστος μαραείης. quod mihi suspectum est. VNDE Δυςτρόπια, ας, ἡ, Difficultas morum, seu Mores difficiles. eidem Suidæ est ἡ κακόηθος γνώμη. vt & Poll. l. 5, cap. 21, synonyma facit δυςτρόπια & κακοήθεια: itidémq; δύςτροπος & κακοήθης. Sic verò & ADVERBIO Δυςτρόπως synonymum facit κακοήθως, Malignè, Morum quadam peruersitate & prauitate. B C

C. Ἑτερότροπος, Aliusmodi, Diuersus, Alius. Ex Epigr. verò ἑτερότροπος ὁρμὴ affertur pro Motus alternus. D

C. Εὔτροπος, Qui probatis est moribus, Bene moratus: oppositum præcedenti δύςτροπος & sequēti κακότροπος, quibus significatur Qui malis seu prauis est moribus. Seu, Qui scitis & elegantibus est moribus. Vide in Εὐτράπελος. VNDE Εὐτροπία, ας, ἡ, Morū probitas. seu Morum elegantia, Probi & sciti mores.

C. Κακότροπος, Qui malis est moribus, Malè moratus. Vel etiā Prauus, Peruersus, Malignus. Sic enim ex moribus vocatur aliquis. vt idem sit cum κακοήθης. VNDE Κακοτροπία, ας, ἡ, Mali mores, Mores peruersi & praui, Malignitas. vel etiam Nequitia. Tradit enim Gell. libro 7, cap. 11, quem Latini Nequam vocant, κακότροπον dici posse Græco vocabulo. Est tamen aliquid discriminis inter κακότροπον & κακοήθη. nam Ammon. κακοήθειαν esse dicit κακίαν κεκρυμμένην, tectam malitiam, quam Latini malignitatem vocant: κακοτροπίαν verò, ποικίλην καὶ παντοδαπὴν πανουργίαν, malitiam variam & omnimodam, qualis est versutia & vafritia. Et VERB. Κακοτροπύομαι, Malis artibus ago, Malitiosè improbéq; ago: vt ii nimirum qui improbis & peruersis sunt moribus. κακοτεχνῶ, κακουργῶ. Polyb. l. 5, κακοτροπευσάμενος πρὸς τὴν ἐπιστρεφομένους, ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα. Hæc Bud. p. 25 Com. Vbi etiam exp. κακοπραγμονήσας, συγκακουργήσας, σκευωρησάμενος. E F

C. Ἰδιότροπος, Qui proprii cuiusdam & peculiaris modi est. VNDE ADVERB. Ἰδιότροπως, Modo quodam proprio & peculiari. Ex Greg. affertur pro Peculiariter & priuatim.

C. Μονότροπος, Vniusmodi, Simplex. Plutarch. Symp. 4, ἐν δὲ ταῖς ἁπλαῖς καὶ μονοτρόπις ἡδονᾶις οὐ παρεκβαίνει πρὸς φύσιν ἡ θέλξις, in voluptatibus quæ simplices sunt & vniusmodi. Basil. in Hexaem. accepit pro candido & simplici, qui opponitur τῇ πολυπλῇ, teste Bud. Μονότροποι, dicuntur etiam οἱ μοναστικοὶ, qui solitariam amant vitam. Plut. in suo περὶ φιλαδελφίας libello, ὡς ἀφίλους καὶ ἀμίκτους καὶ μονοτρόπους ζῆν μὴ δυναμένους μηδὲ πεφυκότας. Itidémque μονότροπος βίος eidem est Vita solitaria, in Pelopida. Et in Præcept. sanit. eiusdem, εἰς ὀλιγοστὸν τινα βίον καὶ σχολαῖον καὶ μονότροπον τινα καὶ ἄφιλον καὶ ἄδοξον ἀπωτάτω πολιτείας καὶ δικῶν αὐτοῦ. G

C. Ὁμοιότροπος, Qui similis & eiusdem modi est. Philo De mundo, καὶ ὅσα τούτοις ὁμοιότροπα. id est, καὶ ὅσα τὸν αὐτὸν ἔχουσι τρόπον, Et quacunque simili se modo habent, Et alia eiusmodi, Et alia id genus. Sic Aristot. Polit. 6, c. 8, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα τῆς ὁμοιότροπα, & alia quæ similem curam desiderant. ¶ Item ὁμοιότροπος dicitur Qui similibus præditus est moribus, Qui eiusdem est ingenii. Thucydid. libro 8, pagina 294, μάλιστα γὰρ ὁμοιότροποι γιγνόμενοι, ἐρίσα καὶ πρὸς ἐπολέμουν. Et lib. 3, καὶ πάλαι ὁμοιότροποι εἶεν, & alioqui similibus præditi sint moribus. Sic Herodianus lib. 5, οὐδὲ γὰρ πρὸς εἴη εἰ μὴ τοῖς ὁμοιοτρόποις τε καὶ κόλακας αὐτῷ τῶν ἀμαρτημάτων. VNDE Ὁμοιοτροπία ET Ὁμοιοτρόπως, Iisdem moribus, seu Eodem modo. Thuc. lib. 1, non procul ab initio, τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοιότροπα τῇ νῦν βαρβαρικῷ διαιτώμενον, eodē cultu victúque quo nunc barbari. Philo De mundo, ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ ζῴοις ὅσα γίνεται τελευτή, Simili modo, Consimili ratione. τῷ αὐτῷ τρόπῳ, seu τὸν αὐτὸν τρόπον. Itē SVBST. Ὁμοιοτροπία, ας, ἡ, Similis & idem propè modus. Item Morum similitudo. B C

C. Ὁμότροπος, idem quod præcedens ὁμοιότροπος. vt ὁμότροπα ἤθη, apud Plat. Similes mores. Exponitur verò non solùm Iisdem præditus moribus, verùm etiā Consentaneus.

C. Πολύτροπος, Oppositum superiori μονότροπος. Ita enim dicitur Cuius multi sunt modi, Multiplex & varius, seu Multimodus: vt Liuius dicit Multimoda arte. Philo De mundo, τεχνῶν ἰδέαι πολύτροποι, artium genera multiplicia. Thuc. lib. 2, ὧν πολυτρόποις τῇ ξυμφορᾶς ὁπόσαι τε περαφέρτες, sciunt se vitam traduxisse per varios multiplicésque casus. vt & Plut. Alcib. ἐν τρεφόμενοι μεγάλοις τῇ τύχῃς πολυτρόποις ἀνομοιότητα. Idem Plutar. in Numa, πολύτροπος νόσος, morbus varius. Nonn. πολύτροπα θαύματα, Varia & multiplicia miracula. Hermog. ποικίλος καὶ πολυτρόπος ὀνόμασι. A Greg. autem Naz. τὸ ἄγιον πνεῦμα dicitur πολύτροπον τῶν ἐνεργείας. Homo etiā aliquis πολύτροπος, Cui ingeniū velut in varias partes vertitur, Versut, Versatilis ingenii. vt Eust. πολύτροπον apud Hom. initio Od. exp. δυκίνητον, ποικίλον, πολύμητιν, πολύβουλον, πολύνοον, πολύφρονα, τρεπόμενον πολλὰς ὁδοὺς βουλευμάτων: quem à poeta alibi vocari dicit πολυμήχανον & παντοίοισι δόλοισι κεκασμένον, & πολύφρονα διὰ πολλὴν ἐμπειρίαν, ab Euripide ποικιλόφρονα, à comicis τρόφιν. Negat verò accipiendum esse pro eo qui πρὸς πολλὰ ἦθη μεταβάλλει, & chamæleontem refert, alios atque alios induendo mores: quoniam poetæ τρόπος in hac significatione, qua nimirum pro ἦθος ponitur, ignotum est. Atque ita ex τρόπὸ compositum esse dicendum fuerit: vt sit ὁ πολλὰς ἀτραπτοὺς βουλευμάτων τρεπόμενος. Horatius tamen quum dixit in epist. ad Lollium, Qui domitor Troiæ multorum prouidus vrbes Et mores hominum inspexit, quibusdam videtur iis verbis, Multorum hominum mores inspexit, interpretari voluisse hoc πολύτροπον. Sed ego potius credo respexisse ad sequētem versum, Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω, accipientem nimirum νόον pro moribus. Sic idem Homer. rursum Odyss. κ, Ἦ σύ γ' Ὀδυσεὺς ἐστὶ πολύτροπος, versutus & varius Vlysses. Similiter τὸ τῆς γνώμης πολύτροπον vocant Ingenium versatile & callidum, Ingenii agilitatem. Plut. Alcib. τὸ μὲν γὰρ πολύτροπον καὶ ῥᾴθυμον αὐτοῦ τῆς δεινότητος, οὐκ ἂν ἀπιστοῖς, ἀλλὰ κακοήθης καὶ φιλοπόνηρος, ἐθαύμαζεν ὁ βάρβαρος. Loquitur autem ibi de Alcibiade, quem paulo antè dixerat nouisse omnium populorum τῶν ὁπωσδεύμασι καὶ τῶν διαίταις συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομοπαθεῖν, ὀξυτέρας τρεπόμενον τρεπὰς τῶν χαμαιλέοντος. VNDE ADVERB. Πολυτρόπως, Multis modis, seu Multimodis, vt Lucr. loquitur. Multifariam, Variè. ποικίλως. Initio epist. ad Hebr. Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατρᾶσι. Et SVBST. Πολυτροπία, ας, ἡ, quod exponitur Multiplex & versatile ingeniū, Versutia, Multiplices mores. D

Τροπὸς autem lorum contortum quo remus scalmo alligatur. vt Eustath. τροπὸς esse dicit ἱμάντας οἷς ἡ κώπη πολλάζουσα ἐνείρεται τῇ ἰδιωτικῶς λεγομένῳ σκαλμῷ: quos καινότερον appellari τροπωτῆρας, necnon ὁπωσοπωτῆρας in lex. rhetorico. Atque ita vocari à τρέπεσθαι significante στρέφεσθαι, κάμπτεσθαι, εἱλεῖσθαι, γυροῦσθαι. Itidémque alii plerique lexicographi exponunt. Vtitur verò Homerus, Odyss. δ', v. 782, Ἑρτύνατο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισι. Hos τροποὺς nominat & κληῖδας, Od. θ, non procul ab initio, vbi ait, Δησάμενοι δ' οὖ πάντες ὁπὸ κληῖσιν ἐρετμά. vtrobique ita vocans πρὸς σωοχῷ τῇ κωπῶν πρὸς τοὺς σκαλμοὺς, teste eodem Eustathio. Vnde VERBVM Τροπόω, ῶ, Loro illo ad scalmum religo. Luc. καὶ τῇ κωπῶν ἐκάστῳ πεπρόπωται, omnes remi ad scalmum suis loris seu restibus religati sunt. Itidem Hesychio τροπώσασθαι est πρὸς κώπην πρὸς τὸν σκαλμὸν δῆσαι τῷ τροπωτῆρι. Vbi etiam nota VERBALE Τροπωτήρ. dicitur enim τροπωτὴρ ἱμὰς, ᾧ τροποῦται ἡ κώπη πρὸς τὸν σκαλμόν, Funis seu lorum quo remus ad scalmum religatur. Idem cum τρόπος, sed κοινότερον, vt paulo antè ex Eustath. docui. Meminit & Suid. ac Poll. l. 1. Vtitur autem eo vocabulo Thucyd. lib. 1, pag. 79, ἐδέοντο δὲ (inquit) λαβόντα τῇ ναυτῇ ἕκαστον πρὸς κώπην καὶ τὴν ὑποπρέσσον καὶ τὸν τροπωτῆρα, πεζῇ ἰέναι. A Xenarcho autem apud Athen. lib. 2, polypus vocatur φλεβὸς τροπωτήρ. B

Τρόπηξ, Manubriū remi. dicit enim Hesych. τρόπηκα esse remi partē, nimirum οὗ ὁπλαμβάνονται οἱ ἐρέσσοντες: synecdochicè verò pro toto remo accipi. Forsan à τρέπεσθαι sic dicitur, quoniam inter remigandum huc illuc versatur.

Τρόπηλις quoque SIVE Τροπαλλὶς deriuatur à τρέπεσθαι significante εἱλεῖσθαι, teste Suida, cui est σκορόδων δέσμη, Fasciculus alliorum, Allia in, fasciculum colligata, seu Manipulus alliorum. Itidem & Aristophanis scholiastæ τροπαλλὶς est σκορόδων δέσμη, in Acharn. vbi poeta dicit, — σκορόδων, τροπαλλίδος. Et in lex. meo vet. atque apud Etymolog. Τρόπηλις, ἡ τῶν σκορόδων δέσμη, itidem vt apud Suidā. Apud Hesychiū verò legitur ETIAM Τεμπηλίς. is enim post Τεμπαπρᾶς, habet, Τεμπηλὶς, σκορόδων δέσμη ἀπὸ τοῦ πεπλῆσθαι καὶ σωερράφθαι. Vbi aliam sequitur etymologiam. C

Τρόπις verò eiusdem sit originis nécne incertum est, vtpote de cuius etymo fileant grammatici. Est verò Τρόπις Carina: Hesychio τὸ κατωτάτον τῆς νεώς, ima seu infima nauis pars: quam στεῖραν etiam vocant: Martialis itidē tropin appellat. Aristoph. metaphor. in Vesp. dixit πρὸς τρόπιν τοῦ τρεφόμενος, pro πρὸς ὀρχὸν, quoniam τῇ δρυόχῳ ἡ τρόπις ἵσταται τρόπον, inquit schol. quemadmodum & Etymolog. tradit metaphoricè capi ὁπὸ καταβολῆς τινος καὶ ἀρχῆς τρεφόμενος. In Vespis inquam, non procul ab initio, Λέγε νῦν αὐτοῖς τι πρὸς τροπιν τοῦ τρεφόμενος, τὰ τροπίδια ὑποχάρεται τῇ πλοίων ὀρμήματα. Ibidem metaphoricè, τὰ τῇ βίων περιώδυνος χρήματα διαστήσασθαι κατὰ τρόπους τοὺς τῶν ψυχῶν, ὅντως αὐτῇ τὰ τροπίδια καταβάλλεται. Est inde & VERB. Τροπίζω, Carina instruo. Vnde Hippocr. in quadam epist. dixit ναῦς ἱκανὰς τεθροπισμένας, carinatam. B D

Sequuntur quædam ex aor. 2 deriuata, vel ex Ionico themate Τεράπω.

Τραπελίζω, idem quod τροπαλίζω. vnde particip. Τραπελιζόμενος quod Hesych. exp. συνεχῶς ἀναστρεφόμενος, subinde se conuertens.

Τραπλὸς, οῦ, ὁ, Mutabilis. v. l.

C. Δυςτράπελος legitur apud Soph. in Aiace, p. 54, τὰ τὰ κεῖται ὁ δυςτράπελος, ὁ δυςώνυμος Αἴας; vbi Camer. vertit Immanis. schol. exp. δυςκολος, δυςκίνητος, ἀμετατρέπτος, ὃς οὐχ εὕρεν ἐκφυγὴν τῷ πάθει: subiungens, eodem modo etiam δυςτράπελον ὄνειρα vocari τὸ οὐκ ἀδιάλλακτον, iram implacabilem. Rursum annotat, Atticos δυςτράπελον dicere τὸν ἀμετακίνητον ὀργῇ ἢ ἔρωτι ἢ φιλαργυρίᾳ Cuius nimirum animus τρέπεσθαι & flecti mutariq; nequit. Qui ETIAM Ἀτράπελος dicitur, vt idē ibidē tradit, & ex eo Suid. Legitur apud Hesych. quoque, exponentē δυςμετάθετος, Qui dimoueri & transferri difficulter potest. VNDE Δυςτραπελία, ας, ἡ, quod eidem est κακοτροπία, κακοήθεια, Peruersitas & malignitas morum, Improbi & maligni mores. vt & τὸ δυςτράπελον τῆς νόσου ex Chrysost. affertur pro κακοήθεια, malignitas. Budæus verò δυςτραπελία interpr. Difficultas, Molestia aliquid ægrè efficiendi, Quū quis facilè se explicare nō potest: apud Diod. Sicul. ἀλλ' ὅμως ὁ βασιλεὺς, πάντων ἀπαντῶν αὐτοπραγούντων τῇ τραπᾷ, τῇ σωνήθει τόλμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ Μακεδόνων τρεφεγκόντος τῆς τοιαύτης δυςτραπελίας. id est δυςχερείας, vt postea dicit. Itē ADVERB. Δυςτράπελως, quod exponitur Implacidè, Contumaciter. Item Inconcinnè, Incondité. Quæ posterior significatio conuenit huic Xenoph. loco, ὁπόσοι τῷ τρόπῳ κεῖται τὰ ὀνόματα, ἢ εἴ τι δυςτραπέλως σύκειται. οὐ γὰρ ἐχωρεῖ, ὅταν χειμάζῃ ὁ θεὸς ὀνόματα τῇ θαλάττῃ, μαστεύειν ὅτῳ αὐδῆν, οὔτε δυςτραπέλως ἔχον διδόναι. quem citans B. δυςτραπέλως ἔχειν esse dicit si quid ita situm est vt facilè promi non possit. B

C. Εὐτράπελος, oppositum præcedenti δυςτράπελος. quemadmodum enim δυςτράπελος dicitur interdū qui morosus est & difficilis, atque illepidus, ita vicissim ἀτράπελος vocatur qui est Lepidus, Facetus, Scitus, Elegans, Venustus: ἀστεῖος, κομψός. Fortasse ita dictus quasi qui dicta sua norit τρέπειν scitè ad ea quæ se offerunt. Isocr. Areopag. τοὺς ἀτράπελοις καὶ σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν ἀφυεῖς τρεφεγορεύουσιν. Aristotel. Ethic. 2, c. 7, περὶ δὲ τὴν ἡδὺ, τὸ ὂν παιδιᾷ, ὁ μὲν μέσος, ἀτράπελος, καὶ ἡ διάθεσις, ἀτραπελία· ἡ δ' ὑπερβολὴ, βωμολοχία. καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος· ὁ δ' ἐλλείπων, ἄγροικός τις. Vbi etiam nota, ἀτραπελίαν, virtutis nomen esse: in qua si quis excedat modum, nominari vitium illud βωμολοχίαν, & scurrilitatem: siquis verò modum deserat, appellari ἀγροικίαν, rusticitatem illepidam. Minus enim esse leporis solet in rusticis quàm in vrbanis. vnde & ἀστεῖοι, sicut Lat. vrbani nominantur οἱ ἀτράπελοι. Idem Aristot. Ethic. 4, c. 8, οἱ δ' ἐμμελεῖς παίζοντες, ἀτράπελοι τρεφεγορεύονται, οἷον εὔτροποι. τὸ γὰρ ἤθους αἱ παιδιαὶ δοκοῦσι κινήσεις εἶναι. Vbi etymon exprimit: ἀτράπελος videlicet dictos esse quasi ἀτρόπους seu ἀκίνητους. nam sicut τὰ σώματα οὐ τῇ κινήσεων κρίνεται, ita etiam τὰ ἤθη, vt ibidem docet. Iidem & ὁπτιδέξιοι eam ob rem nominantur, nimirum διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις ὁπτιδέξιον. Addit verò, ὁπτιπλάττοντες τὸ γελοῖον καὶ τῇ πλείστῳ χαριέντων τῇ παιδιᾷ καὶ τῇ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, etiam τοὺς βωμολόχους nominari ἀτράπελους. Quam ἀτραπελίαν reprehendit Paulus in epist. ad Ephes. cap. 5, μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, ἢ ἀτραπελία, obscœnitas, & stultiloquium, & dicacitas. Nec enim vrbanitatem damnat & dicta taceta ac falsa, sed scurrilitatem & dicteria quæ non referuntur ad commodū proximi, nec ad finem honestum: qualis est ἡ τῇ μωμολόχῳ & γελωτοποιῷ: vtpote cui deest τὸ μετὰ σεμνότητος χρῆναι, quod alteri ἀτραπελίᾳ inesse solet, de qua suprà dixi, quæ Latinè à quibusdam redditur Facetiæ, Festiuitas, Vrbanitas, Lepor: posterior autem, quæ in βωμολοχίαν & σκώμματα degenerat, Scurrilitas, Dicacitas. Chrysostomus Pauli illum locum enarrans, ἀτράπελον dici scribit τὸν ποικίλον, τὸν παντοδαπὸν, τὸν ἄστεον, τὸν εὔκολον, τὸν παιζόμενον, τὸν παχέως χρεπτόμενον καὶ μεθιστάμενον. & qui solet καὶ χθίσα καὶ ῥῆμα καὶ γλῶσσα καὶ βάδισιν καὶ πάντα μιμεῖσθαι, καὶ σκώμματα ὀλισθοῦν. Metaphorica porro hæc est significatio horum vocabulorum ἀτράπελος & ἀτραπελία. propriè enim ἀτράπελος dicitur ὁ ἀκίνητος, vt Aristotel. quoque suprà citato loco innuit. Atque adeo Suid. ἀτράπελον exp. εὔστροφον, in hoc loco Aristophan. Vesp. Τῶν νέμων ἡμᾶς ἀπείργε ὧν ἔθηκεν ἡ πόλις, οὔτε τιν' ἔχων τρεφάσιν οὔτε λόγον ἀτράπελον, αὐτὸς δ' ἔχων μόνος. vbi schol. exp. ἀπολογίαν πεπαιδευμένην. Synes. adhuc magis propriè, De insomn. οὐδὲν γὰρ οὕτως, ὡς ὕπνος, ἀτράπελον, nihil est adeo ac spiritus versatile & cōmutabile. Apud Etymolog. legitur & VERB. Εὐτραπελῶ, sed sine expositione. Fortasse autē idē valet hoc verbū actiuū quod PASS. Εὐτραπελοῦμαι, videlicet Sum ἀτράπελος, apud Chrysost. comm. in epist. ad Ephesios, cap. 6. vbi aliquoties legitur. E F G H I K L M N O P Q R S T

SEDET Εὐτρεπὴς deriuatū esse videtur à τρέπω. quū. n. significet Paratus, ἕτοιμος, dictū videtur quasi οὗ πρᾶγμα τρεφὲς ἔργον τι, veluti Hom. dicit Vulcanū suas φύσας τρέψαι τρεφὲς τὸ πῦρ, conuertisse & aptasse ad suscitandum ignem. Demosthenes in Mid. καὶ μαρτυρίς εἰσιν ἕτοιμοι τούτων, καὶ συνήγοροι πάντες ἀτρεπῆς καθ' ἡμῶν. Vbi nota synonymos posita hæc duo vocabula ἕτοιμος & ἀτρεπὴς. Exponitur verò non solùm Paratus, Instructus, ἕτοιμος,

ἠπιμασμένος, sed etiam Absolutus: nec non Æquus, δίκαιος. cuius postremæ expositionis autor est Hesychius. Vnde VERB. Εὐτρεπίζω, Paro, Apparo, Instruo. ἑτοιμάζω. Demosth. Olynth. 1, παυθ' ὃν ἐβούλετο ἠτρεπίσας ὕστερον. Idem Olynth. 3, πρὶν τοῦτο ἠτρεπίσθαι. Et Philipp. 1, ἱππαγωγοὶ καὶ πλοῖα ἱκανὰ ἠτρεπίσθαι κελεύω. Item passiua voce ac signif. Pausan. οἱ δὲ ἐς πολιορκίαν ἠτρεπίζοντο, sese parabant ad obsidionem. (Vbi etiam nota nō fieri augmentū, sicut & in hoc loco Herodiani, lib. 2, τὰ μὴ δὴ πρὸς τὸν πόλεμον γυναῖκας ἠτρέπιζον. Cum augmēto autem dixit Aristoph. Pluto, ὅσ' ὅστιν ἔνδον νῦν ἐπεσκευασμένα, quæcunque intus sunt parata) Alioqui passiua etiam vox in actiua vsurpatur significatione. Demosth. Pro cor. ὅσοις ἢ πεῖσαι χρήμασι Θηβαίους ἢ καταπῆσαι ἐνταῦθα, ἅπαντας ἠτρέπισται. Itidémque accipi potest apud Herodian. lib. 6, vbi ait, ὁ δὴ ὅπλοις αὐτῆς χρήματα μεγαλοφρόνως, ἠτρεπίζετο τὰ πρὸς πόλεμον ἐξοδοῦν σκεύη. Ex Basilio autem pro Statuere & constituere affertur. Hinc VERBALE Εὐτρεπισμός, οῦ, ὁ, Apparatio. ἑτοιμασία. Exponitur idem & Bonus ordo.

ΤΡΕΦΩ, F. τρέψω: (tenui in aspiratam mutata, ad differentiam futuri θρέψω: id quod & in aliis temporibus fit quæ sine φ efferuntur) Alo, Nutrio: interdum etiam Educo. Homer. Odyss. β, Ἠμὲ τέκ', ἠμὲ τέθρεψε, quæ me peperit, quæ me aluit. Et Iliad. ν, Γαμβρὸς ἐὼν τέθρεψε δόμοις ἐνὶ πυτθὸν ἐόντα. Et Iliad. ω, — ἰῶ ἐγὼ αὐτὴ Θρέψα τε καὶ ἀπήλασα. Vbi nota affinis significationis verba, sicut & Iliad. π, Τὸν δὴ ὁ γέρων Φύλας θὺ τέρεν ἠδὲ ἀπήλασεν, Ἀμφαγαπαζόμενος ὡς εἰ θ' ἑὸν υἱὸν ἐόντα. Itidem Xen. Pæd. 1, τρέφειν τοὺς παῖδας ἀρχεῖν τε. Et Pæd. 4, ἰῶ ἐγὼ τοιόδεν ὠμίλει τοῦ νεῦ βασιλεύοντι γυναῖκα τρέφειν. Idē Pæd. 8 dicit, γῆν μὲν ἐργάζεσθαι ἢ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τὰ ἀγαθὰ φύειν τε καὶ τρέφειν. Et pass. Τρέφομαι, Alor, Nutrior, Educor. Hom. Iliad. ψ, Ξανθὴν ἀπικείεκτο χαίτην, τήν ῥα Σκαμάνδρῳ ποταμῷ τρέφε πηλεδόωντι. Sic Plutarch. μὴ τρέφειν μύσταξ. ‖ Pass. τρέφομαι, interdum redditur potius Alo me, Nutrio me. (vt τρέφομαι significat Verto me, Conuerto me) Nisi malis, Victum mihi quæro, seu paro, aut comparo. Xenoph. Pæd. 8, ἐκεῖ καὶ μία ἑκάστῳ τέχνη εἰς τὸ τρέφεσθαι, Vt sese alat & victum sibi paret. Et Pæd. 3, ἵνα ὦ ἐκστρατευόμεθα, θρεψόμεθα ἐκ τῆς πολεμίας. Interdum & pro Viuo, Dego. vt apud Soph. in Electra, pag. 106, vbi vulgatæ editiones habent, Ἀνειμένῳ μὲν (ὡς ἔοικας) αὖ τρέφῃ, schol. annotat, pro illo τρέφῃ significante αἱρεθρέφῃ, scribi etiam θρέφῃ, id est διάγῃς. Alioqui passiuè potius accipitur pro Nutrior, Alor: item Educor. veluti rursum apud Xenoph. Pæd. 2, ὑμεῖς καὶ ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν χώρᾳ καὶ ἐτράφητε. Et Pæd. 4, οὐκ ἐν χλιδῇ πεθράμμεθα. Sic apud Hocr. in epist. ad Philipp. ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ κακῶς πεθραμμένου, malè educati. Itidem ex Demosthene affertur πέθραπται pro Educatus est: & τὸ πεθραμμένον, ex Plat. De leg. pro Educatio. ‖ Sophocles τρέφω modo quodam sibi peculiari vsurpat pro αὔξω & ἔχω, vt scholiast. annotauit. Vt in Aiace, pag. 30, Οἵας λαβεῖας αἰθ' ὅσου ζήλου τρέφει. Et pag. 39. αὖ (nimirum διέφορον ἄπαν) οὔπω τις ἔθρεψεν αἰών Αἰακιδᾶν, ἄτιμ' δέ γε τῶδε, id est ἔχειν. Itidémque in Œd. Colon. pag. 277, ὅ, τι καὶ πόλις τέθρεφεν ἄριστον, quod & ciuitas inuisum habet, id est, Quod & ciuitati inuisum est. Et in Antig. pag. 250, κάστ' ἐν ἐλπίσι τρέφω, Φίλη μὲν ἥξειν πατεῖ, πρεσφιλὴς δέ σοι Μῆτρ. id est Spero, ἐλπίζω. At in Philoct. pag. 412, vbi idem poeta dicit, πῶς φὴς αὖτ' ἐμοῦ τὸν ἴσον χρόνον τρέφειν τῷδε τῷ νόσῳ; scholiast. hoc τρέφειν exponit λάθοιτο. Idem in eadem fabula, pagina 335, τρέφει exp πείθει, κατα πονεῖ, quum poeta ait, οὕτω δεῖν Καδμογενῆ τρέφει: nimirum κατ' αἴσθησιν sic vsurpatum hoc verbum annotans: sed tamen & aliam afferens expositionem, videlicet ἔχει. ‖ Τρέφεσθαι significat etiam τὸ πήγνυσθαι, id est, Cogi, Coagulari, Concrescere: VNDE Τροφιαδὲς apud Hippocr. τὸ ἔχον ἐμφερόμενόν τινα πεπηγότα, teste Galeno, in lex. Hippocr. (Erotian. autem apud eundem Τροφιωδέων exp. πεπηγῶν: deriuans EX Τροφιὰ significante πεπηγὰ, cinis) Quā huius verbi significationem retinet etiam comp. συστρέφομαι. Eustath. quoque scribit θρέψαι esse non solùm τὸ πῆξαι, & αὔξησαι, sed etiam πῆξαι: vnde deriuari Θρόμβος. ‖ At τρεφεσθαι ἀν' Ἑλλάδα, quod apud Homer. legitur Odyss. ο, & exponitur Diuertere seu deflectere in Helladē, seu ὁρμηθῆναι, potius ad τέπω referendum est: atque adeo quidam ibi legunt ταφεσθαι.

Deriuata ex præsenti.

C. Ἀπαλοθρεφής, Tenerè nutritus & educatus. seu Tener, Delicatus. Homer. Iliad. φ, Κύισσε μελιδόμενος ἀπαλοθρεφέος σάλοιο.

C. Εὐθρεφής, Bene nutritus, Bene saginatus. Homer. Od. ξ, — νάκεσι ἔλεστ' αἰγὸς Εὐθρεφέος, capræ bene saginatæ. i. Pinguis, seu Bene pastæ.

C. Ζαθρεφής, Admodū bene nutritus & saginatus, Pinguis, Præpinguis. Idem ferè quod præcedens ἀθρεφής. Homerus Il. κ, Ταύρων ζαθρεφέων. Odyss. δ, φώκας ζαθρεφέας.

C. Νεοθρεφής, Nuper seu recèns nutritus. In Epigr.

C. Ἀλίθρεφής autem & Κηεθρεφής, & similia, cum substantiuis suis quibuscum sunt composita, singula reperies.

Τρέφος, εος, τὸ, idem quod θρέμμα. Vide in Σύαγρος.

Deriuata ex 2 aoristo Ἔθρεφον.

C. Εὔθραφής, ές, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀθρεφής. id est, Bene altus seu nutritus, Bene saginatus. ideóque Pinguis, Corpulentus. Exponitur etiam per præsens, Vberius alimentum capiens. vt apud Theophr. De caus. plant. lib. 3, πότε γὰρ ἡ γῆ ἀδιάφορός τε καὶ ἄθλασις καὶ ὅλως ἄθραφής ἐστιν. Et rursum, ὅσα ὀξυρὰ καὶ μικρὰ καὶ ἄθραφη. ταῦτα ἐκ τῆς γένεως καρπῶν βλαστεῖ σέρει. VNDE Εὐθραφέω, ῶ, F. ήσω, Bene alor, Bene nutrior, Alimentum vberius accipio: cui oppositum κακοθρεφέω. Theophr. De caus. plant. πῶς ὃ κῦ συμβεβηκός, ὅπ τὸ φυτὸ ἄθραφεῖ βρεχόμενον, alimentum vberius accipit. ET Εὐθραφία ας, ἡ, Bonum nutrimentum, seu alimētum, Bene ali, seu nutriri, Vberius alimētum accipere. Ex Gellio exponitur Bona alitura. Sic dicitur Οἰκοθραφὴς & Σκιαθραφὴς, aliáque itidem, quæ habes cum suis substantiuis.

Deriuata ex præterito passiuo.

Θρέμμα, ατος, τὸ, Alumnus. seu Omne illud quod nutritur aliturque & educatur. veluti est animalium soboles, hominum nimirum & bestiarum. Plato De leg. δίκαιον τὸ θρέμμα ἀνθρώπος, id est, Homo, omnium eorum quæ τρέφονται maximo cum labore τρέφεται. magnus enim labor est in nutriendis & educandis infantibus, iis præsertim qui bono loco nati sunt. Idem in eodem De leg. opere, νεοχμὴ θρέμματα παίδων, Infantes qui recens nati nutriuntur & educantur. Et Plut. Solone, ὀν πυρὸν οἰκειοῦσιν ἢ θρέμμασι παλακῶν. & pellicibus quæ aluntur. Solent enim quidam eiusmodi bestias alere, vt etiam οἱ πορνοβοσκοί. Et Soph. Electra, Ὦ θρέμμ' αἰσχρὸν. id est, ὦ αἰσχρὸς βλάστημα, O impudens soboles. verba Clytæmnestræ ad Electram filiam. Nota verò Platonem dicere θρέμματα παίδων pro παῖδας τεθραμμένους. itidémque Plut. θρέμματα παλλακῶν pro παλλακὰς τεθραμμένας. vt rursum Plato dicit, τρέφοισιν ὀρνίθων θρέμματα, pro τρέφοισιν ὄρνιθας τοὺς τεθραμμένους. Solent enim aues quædam nutriri & saginari, quæ nimirum esui sunt. quod composita voce dicitur ὀρνιθοτροφεῖν. Verùm & de aliis bestiis dicitur quas homines in suos vsus alunt, & redditur Pecus: nonnunquam & speciali nomine, Bos, Equus, Ouis. Athen. libro 9, ἣν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος τῆς ὀπτῆσεως ἕνεκα τῶν ἑκατὸν θρεμμάτων, μὴ σφαγεῖν πρόβατον ἄπεκτον ἢ ἄπκον. Et apud Plutarchū in Apophthegm. τῇ νέᾳ πρεσβυτέρᾳ, τῶν θρεμμάτων πνὰ ἀπεσφαγεν, de ouibus Polyphemi. Quo modo & Chrysost. De sacerd. pro ouibus hoc vocabulum vsurpauit. At θρέμμα Σελινουῶτις σημοῦ Archestr. apud Athenæum libro septimo, vocauit χρύσοφρυν piscem.

Θρέψις, εως, ἡ, Nutritio: seu (vt Gell. loquitur) Alitura. Alex. Aphr. Probl. lib. 2.

Θρεπτήρ, ῆρος, ὁ, Nutritor, seu Altor. Vtroque enim vtuntur Latini. Nonn. Cuius FOEM. Θρέπτειρα, ας, ἡ, Altrix, Nutrix, Educatrix. Epigramm. Eadem per syncopen DICITVR Θρέπτεια.

Θρεπτήριος, ου, ὁ, Qui ali & nutriri solet. vt θρεπτήριος πλόκαμος apud Æschylum: quem olim κείραι τε αἰεὶ τῷ Ἀπόλλωνι κουροτρόφῳ καὶ ποταμοῖς, vt Homerus testatur: cuius πλοκάμου τομὴς Theseus dicitur καπάξαι. is enim κειρόμενος τὸν ἐμπρεσθίαν κόμας, εἰς Δῆλον αὐτὸς τοῦ Ἀπόλλωνι. Eustath. pag. 165. ‖ Alioqui θρεπτήριος significare etiam potest Ad alendum idoneus: vt θρεπτικός.

VNDE Θρεπτήρια, dicuntur Alimenta: item Nutritionis & alituræ præmia, Præmia quæ alumni rependunt iis à quibus alti & educati fuerunt. Nutritia appellant iuriscōsulti. Hesiod. Erg. — οὐδὲ μὴν οἴγε Γηραιέπεσι πικεῦσιν ὑπὸ θρεπτήρια δοῦναι Χειροδίκαι. Eadem, facta syncope DICVNTVR Θρέπτεια, NEC NON Θρέπτα: sicut σῶρα & λύτρα dicuntur pro σωτήρια & λυτήρια. Homer. Iliad. ρ, vers. 303, — οὐδὲ πικεῦσι Θρέπτεια φίλοις ἀπέδωκε. Sic enim Eustath. habet & meus manuscriptus codex. At θρέπτα sine ρ legitur apud eundem Eustath. pag. 501. nec non apud Hesych. exponentem βοφεῖα, τροφὰν ἀμοιβά, θρεπτήρια.

Θρεπτικός, οῦ, ὁ, idem quod θρεπτήριος, significans Aptus ad nutriendum & alendum, Alendi & nutriendi vim habens. Interdum etiam redditur Nutritor, Altor. vt θρεπτικὴ δυνάμις, vis altrix. id est, Vis alimentum præbens. Philo De mūdo, κεραστάνδρος αὐτῷ ὑπὲρ πλείστων δυνάμεων, θρεπτικῆς τε καὶ γονιμικῆς, altrice vi. Aristot. Ethic. 1, c. 7, ἀφορισέον ἄρα τὸν θρεπτικὸν καὶ αὐξητικόν. Item θρεπτικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, Animæ pars altrice vi prædita, seu Animæ pars quæ est vegetandi principium. Item θρεπτικὸς ἕλκων apud Dioscoridem 1 libro: quod expon. Vlcerum nutriens & replens.

Θρεπτός, οῦ, ὁ, Altus, Nutritus. seu Altilis, Alumnus, Qui alitur & nutritur. vt Eustath. pag. 846, tradit θρεπτὸν à quibusdam nominari quem Homeri posteri Τρόφιμον & Τρόφιν appellant, nimirum τὸν ὑπό τινος ἐκτραφέντα. qualis est famulus aliquis liber. nam δοῦλοι οἱ τραφέντες ἐν οἰκίαις δεσποτῶν, non vocantur Τρόφιμοι, sed δεσπόσιοι seu δεσπόσοι. Sic verò ἡ θεραπαινὶς potest DICI Θρεπτὴ, si quis Pherecratem imitari velit, dicētem Μαίαν θρεπτήν. Poll. libro 7, cap. 3. Eiusmodi θρεπτοὶ nominantur etiam οἰκοτραφεῖς, à Latinis Vernæ.

C. Νεόθρεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nuper altus, Recèns nutritus. Item Recèns compactus, Recèns coagulatus. Quo significatu νεόθρεπτος τυρὸς ex Epigramm. affertur. Nam θρέψαι interdum significat πῆξαι, teste Hesych. quoque.

Deriuata ex præterito medio Τέτροφα, aut nomine Τροφή.

C. Ἀναγκοτρόφεω, ῶ, Necessitate coactus me bene nutrio & alo, Necessariò corpus bene curo. VT ET Ἀναγκοφαγέω, ῶ, Necessariò edo, seu potius Necessario sum edax: vt athletæ, quibus imposita necessitas erat multum comedendi, vt δεξίαν & robur sibi compararent. vnde Athleticè & pugilicè valere Plautus etiam dixit. Ex Epicteto autem αἰαγκοτρόφεῖν affertur pro Necessariis vesci.

C. Ἀπότροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui procul à parentibus suis altus & educatus fuit. ὁ μακρὰν τεθραμμένος Hesychio. Plutar. De solert. anim. ὅσαις συμβεβήκει μικρᾶς ἀλούσαις ἀπὸ τρόφοις τῶν μητέρων γενέσθαι, quibus contigit vt dum paruæ adhuc captæ sunt, procul à suis matribus fuerint altæ & educatæ. vbi de lusciniis loquitur. Et Synes. epist. 67, in fine, διὰ τὸν ῥιψοκίνδυνον πλοῦν, ὃν ἀνθρωπος ἐν ἀμελείαις, ἀπὸ τρόφος ἐκκλησίας, ἀγαθὸν ἐπέρανε ἡγούμενος, θυσιασηρίων ἡμᾶς ὁ θεός, procul ab Ecclesia nutritus & educatus. Ex eodem affertur, χαλεπὸν δὲ εἰς πίστιν τὰ ἑκάστοις ἀπὸ τρόφον, pro, Res peregrinas vix credimus. Gaza ἀπὸ τρόφος vertit Paterna carens educatione moribúsque.

C. Ἄτροφος dicitur ὁ μὴ τρεφόμενος, Qui non alitur & nutritur. Vel potius, Qui ex alimento & nutrimēto quod assumit, non augescit nec habitior fit. seu Qui cibum non sentit, vt Plin. interpr. libro 22, cap. 25. Idem Plin. lib. 28, cap. 9, de lacte asinino, Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos ἄτροφους vocant. ‖ Res autem aliqua quæ in cibo potúque sumitur, ἄτροφος nominatur pro Non alens, Non nutriens, Nullum alimentum suppeditans, Nutrimentum nō sufficiens. Cui opponitur πολύτροφος & Τρόφιμος. vt Diphilus apud Athenæum lib. 2, castaneas & Sardianas glandes esse dicit πολυτρόφους καὶ ἀχύλους, sed δεῖ οἰκονομήσεις, δεῖ τὸ ὀπτῆσθαι τοῦ σωμάτου: at vero τοὺς φρυγίσας, ἀτροφωτέρας μὴ γίνεσθαι, ἀοικονομήσεις δέ. id est, Minus alimenti in cibis suppeditare, Minus alere. Apud eundem libro 7, Hicesius gongros pisces esse scribit σκληροτέρους τῶν ἀγελαίων, καὶ δυσπεπτοτέρους τῇ καὶ ἀτροφωτέρους. Sic Theophr. De caus. plant. libro 2, cap. 7, ἄτροφα τῶν φυτῶν ὕδατα, aquæ plantas alere nequeuntes. Et lib. 6, cap. 4, ἄτροφος χυλός. Et cap. 14, eiusdem libri, ἄτροφον τὸ ἄλμυρον, quod salsum est, alimentum nullum præstat. Itidémque apud Dioscoridem lib. 1, cap. 152, ῥόα πᾶσα ὀξύχυμος ἀσίμαχος, ἄτροφος, perexiguum sufficiens alimentum, vt Ruell. vertit. ‖ Ἄτροφος Laconibus dicitur τυρὸς ὁ πεπυρόμενος, caseus qui coagulatur, teste Hesych. Sed hîc puto legendum esse ὁ μὴ πεπυρόμενος, qui non coagulatur. alioqui ἄ non esset στερητικόν. θρέψαι autem dici τὸ πῆξαι, idem quoque annotauit. VNDE Ἀτροφία, ας, ἡ, Non ali seu nutriri, Ex alimento & nutrimento nullum sentire incrementum corporis & virium, Cibum non sentire, vt Plin. loquitur. Celsus lib. 3, cap. 22, de tabis speciebus, Vna est qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis verò in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur, & nisi occurritur, tollit: ἀτροφίαν hanc Græci vocant. De causis verò huius vitii vide quæ ibidem tradit: consule etiam Gorræū, qui inter alia esse dicit symptoma functionis naturalis alimentum malè trahentis, vel retinentis, vel concoquētis, vel superflua malè expellentis. inde enim sequi nutritionem debilem & à perfecta assimilatione deficientem. Vide & Galen. in lib. De caus. symptomatum, vbi à morbis inductam maciem τῆς ἀτροφίας nomine comprehendit. Quæ autem causæ (inquit idem Gorr.) ἀτροφίαν in toto corpore, eædem in singulis partibus inuehere eam possunt, sed maximè in oculo. vnde ἀτροφία dicitur affectus oculi quo totus oculus minor, humilior, obscuriórque redditur. Differt autem ea ἀτροφία ab eiusdem φθίσει, quòd hæc pupillam solam angustiorem, obscuriorem & rugosiorem efficit, illa verò oculum vniuersum. Celsus imminutum oculum vocare dicitur. Vide & Aet. ac Paulum Ægin. Itē VERB. Ἀτροφέω, ῶ, Non nutrior. seu E nutrimentis alimentisque quæ sumo, nullum corporis viriúmque incrementum sumo: quod Plin. dicit Cibum non sentire. Vel, Alimento deficior, Desunt mihi quibus alar & nutriar. vt apud Philonem De mundo, ἀτροφήσαν γὰρ τὸ πῦρ, αἰτίκα σβέννυται, ignis, si ei alimentū defuerit, subitò extinguitur. In priore autem signif. pro Cibum non sentio, ideóque tabefio & intereo, Aristot. De mundo, ἀτροφεῖν ποιεῖ, tabefacit. Et Theophr. οἱ γὰρ ὄμβροι πλῆθος ποιοῦσι βοτάνης, ὥς τε καταπνίγεσθαι τὰ σπερμάτια καὶ ἀτροφεῖν. vbi quidam interpr. Ita vt segetes strangulentur, & intereant vt exuccæ. Itidémque ex Galeno affertur ἡ τροφικόπα μέλα pro ἐξηραμμένα. AT VERO Ἄτροφος, (quod itidem exponitur ἄτροφος, Qui non altur, Qui alimentum non sentit, afferturque ex Theoph. lib. 2 De caus. plant. καὶ δὴ τὸ μὴ δυνάσθαι κρατῆν, ἀτροφῆ καὶ χίρω γίνεται) suspectum mihi est, putóque pro eo reponendum esse vel ἀτρεφὴς vel ἀτραφὴς (vt ἄτραφὴς & ἄτρεφὴς dicitur) itidémque apud Theophr. ἀτρεφῆ vel ἀτραφῆ.

C. Δυσίτροφος, Qui difficulter alitur, Qui ægrè nutricatur. Vide in Δυσαυξής.

C. Εὔτροφος, oppositum præcedentibus duobus δυσίτροφος & ἄτροφος. Dicitur enim εὔτροφος, vt ἄτρεφὴς seu ἄτραφὴς, Qui bene altus & nutritus est, Qui ex copioso nutrimēto habitior est, Bene habitus ex bono alimento. ideóque Pinguis, Plenus. Quo significatu affertur ex Dioscor. lib. 4. ‖ Item actiuè accipitur pro Bene alens, Probè nutriens, Copiosum subministrans alimentum: cui itidem oppositum est ἄτροφος, synonymum verò πολύτροφος, Τρόφιμος. Dioscor. lib. 2, cap. 79, de caseo, ὁ δὲ νεαλὴς, ἀτροφώτερος ἐσθιόμενος. Vbi tamen Ruell. videtur legisse ἀτροφώτερος, quum interpretatus sit, Minus alimenti præbet. Certè Dioscor. paulo pòst dicit de vetere caseo, καὶ ὁ ὀξὺς αὐτὸ ὀρρὸς, κινῶν τροφιμώτατος. VNDE Εὐτροφέω, ῶ, Bene nutrior, Copiosum alimentum acci-

pio. Quo ſenſu paſſiuum etiam ἀτροφέομαι vſurpatur, vt ἀπορέομαι pro ἀπορέω. Theophr. De cauſ.plant. libro 4, ὥς φησι δοκεῖ τοῖς ζώοις συμβαίνει ἐκ παχυμυδρίας καὶ ἀτροφουμένοις. E T Εὐτροφία, ας, ἡ, Bona nutritio, ſeu alitura, Alimenti copia. vel etiam Habitus vegetior. is enim effectus eſt τοῦ ἀτροφεῖσθαι. nam ex vbere alimento & largo paſtu habitiores fiunt. Gaza ἀτροφία γῆς dixit pro eo quod Cic. De ſenect. Terræ vbertas.

C. Ἰδιότροφος, Qui ſeorſim alitur & paſcitur. Vel Qui peculiaribus ſibi nutrimentis vtitur. vt Gaza ἰδιότροφα vertit Quæ ſui generis cibo vtuntur.

C. Κακότροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, oppoſitum ſuperiori εὔτροφος. Vnde S V B S T. Κακοτροφία, ας, ἡ, Mala nutritio, Mala alitura, ſeu Malè nutriri, Malè nutritū eſſe. Et V E R B. Κακοτροφέω, ῶ, Malè nutrior, Parum alimenti accipio. Theophr. De cauſ. plant. lib. 5, ὅταν δὲ κακοτροφήσαντα ἀναλάβῃ πάλιν, καὶ ἀδυνήσῃ. Item & paſſ. voce dicitur κακοτροφηθεὶς pro κακοτροφήσας, malè altus: vt & ἀντροφοῦμαι pro ἀτροφῶ reperiri docui.

C. Ὁμότροφος, Simul nutritus, Simul educatus, Conuictor, Sodalis. ὁ ὁμοῦ πεθραμμένος, vt Homerus loquitur. Ariſtoph. dixit etiam ὁμότροφα πεδία, Campos qui aliquos ſimul alunt. ſeu Campos qui alunt ὁμοτρόφους. nam pluribus vno ſodalitio coniunctis ager vnus aut alter ſubminiſtrare alimenta poteſt. In Auibus, ὃς γὰρ φίλος ἦν, ὁμότροφά θ' ἡμῖν ἐνέμετο πεδία παρ' ἡμῖν. Vbi ſchol. ὁμότροφα eſſe dicit ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἡμῖν καταμιῶν νεμόμενα.

C. Παντότροφος, S I V E Παντότροφος, Omnium nutritor & altor, Omnibus alimentum præbens. Epitheton Dei vel terræ παμμήτορος.

C. Πολυτροφος, Multum accipiens alimentum, ſeu Vberius accipiens alimentum. Bene habitus & Pinguis. εὔτροφος. | Item Multum alimenti ſuppeditans, Multum nutriēs. vt πολυτροφος τυρὸς apud Dioſcoridem lib. 2, cap. 83, Caſeus multum alens, Multum præbens alimenti. quem εὔτροφον & τρόφιμον ibidem appellat. Sic πολυτροφος εἶος apud eundem, lib. 5, cap. 10. Aliud exemplum habes ſuprà in oppoſito ἄτροφος. V N D E Πολυτροφία, Alimenti multa copia & abundantia, Multū nutrimētum.

Τροφὸς, οῦ, ὁ, Altor, Nutritor. Plato in Polit. de rege. αὐτὸν νομέα καὶ τροφὸν ἀγέλης ἀνθρωπίνης φαίνῳ, paſtorem & altorem gregis humani. Frequentius fœm. gen. dicitur ἡ τροφὸς de nutrice & altrice infantis. In quo ſignificatu apud Homerum quoque & Soph. legitur. Sic Plato Polit. 2, πείσομεν τοὺς τροφεῖς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτοῖς τοῖς μυθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα τοῖς χεροί. Plutarch. in Lycurgo, ἐῶν δὲ τοὺς τροφοὺς ὀλιγωρεῖν τῆς, μετὰ τέχνης, ὥστε αὐτὸν ἀπεργαζόμενον ἐκ τρεφομένου τὰ βρέφη, τῆς μέλεσι καὶ τοῖς εἴδεσιν ἐλευθέρα ποιεῖν. Idem in Symp. 6, ἡ τραγικὴ τροφὸς ἐκείνη τὰ τῆς Νιόβης τέκνα πεσεῖν, tragica illa nutrix. Et Symp. 5, αἱ τὰ παιδία φαμίζουσαι τροφοί. nec enim lac ſolùm præbent nutrices, ſed etiam cibos præmaſos in os ingerūt. Metaphor. Iſocr. Paneg. μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τοῦ αὐτοῦ τροφὴ καὶ παιδεία καὶ μητέρα καλεῖν προσήκει. vt & Plato in Tim. γῆν δὲ, τροφὸν καὶ μητέρα, terram, altricem noſtram. Cic. interpr. Vide & Τέτθη ac Τιτθών. Neutro gen. Plato in Polit. dixit, ὀνομάσαι τὰς αὐτὸ ξύμπαν ἡμῖν εἶναι τροφόν. | Τροφοὶ Heſychio ſunt etiam θρέμματα.

Τροφὴ, ῆς, ἡ, idem quod θρέψις, Alitura, Nutritio, vt Sophocles pluribus in locis vſurpat pro ἀνατροφή. Educatio. aliis etiam Educandi ratio, Cura in alendo, afferentibus ex Eurip. τροφαὶ αἱ πεπαιδευμέναι pro Inſtitutiones. | Sed frequentius τροφὴ dicitur ipſum Alimentum ſeu Nutrimentum, Alimonium, Cibus, Victus. Athen. libro 4, ἡρμόσθη ὑπόσαι τὰς προσφόρους ἡμῖν τροφὰς, σκόρδα, τυρὸν, κρόμμυα, καὶ τὰ παρεῖν. Ariſtot. Polit. 1, τροφὴν τῷ ζῴῳ δεῖ παρέχειν. nam πάντα τὰ τῆς γῆς ἕνεκα καὶ τροφὴν τοῖς ζῴοις πεφυτευμένα ἀπὸ αὐτῆς τῆς φύσεως φέρει, inquit Demoſth. in Epitaphio. Et Iſocr. Panath. τροφὴν ἐκ τῶν πολεμίων τοῖς στρατιώταις παρεῖχον. Et τροφὴν ποιεῖσθαι apud Ariſtot. itidem pro τροφὴν παρεῖχον, quod Gaza vertit Victum emoliri. Synonymum his eſt τροφὴν παρασκευάζειν: vnde ἡ τῆς τροφῆς παρασκευὴ apud Plat. Polit. 2. Itē dicitur aliquis τροφῆς τυγχάνειν & ἅψασθαι apud Plutarch. Cui æquiualet τροφὴν λαμβάνειν, apud eundem, quum ait, τροφὴν ὁ πυρὸς καὶ φύσιν λῆψιν. Et apud Athenæum lib. 5 πεῖν λαμβάνειν τροφὴν, tet cibum capere quotidie. Apud eundem, & apud Plutarchum ἀπορεῖν pro ἀτροφεῖν. Deſtitui nutrimento, Egēre alimento. vt & apud Ariſtot. Polit. 1, ἀπορήσῃ τῆς αὐταρκείας τροφῆς. Item παμμιγὴς καὶ ποικίλη τροφὴ apud Plut. Symp. 4, cui ibidem opponitur τροφὴ μονοειδὴς καὶ ἁπλῆ. Necnon τροφὴ ξηρὰ & τροφὴ ὑγρὰ apud Athen. lib. 2, & lib. 11. vt & Plutarch. Symp. lib. 7 dicit, τῆς ὑγρᾶς τροφῆς πρὸς τὴν ξηρὰν αὐταρκέστερον ἐχούσης τὴν ἀνάμιξιν. De triplici autem alimento corporis lege quæ Galen. ſcribit comment. 17, lib. 2 Aphor. Interdum genitiuus additur, & is vel alimentum capiētis rei, vel præbentis. Alimentum capiētis, vt apud Ariſtot. Polit. 7, τοῦ ὑποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γιγνομένων, & alimēto natorum. Itidémque apud Athen. libro 5, ἀλεκτορίδων τροφὴν καὶ οὐκ ἀνθρώπων αὐτῆς διδούς. Præbentis verò, apud Gregor. ἡ τῶν ὑδάτων τροφὴ, Alimentum quod aquæ præbent. ſeu Aquæ alentes & nutrientes. Τροφὴ dicitur ipſe etiam Paſtus. vt apud Athen. lib. 1, τροφὰς ἐχόντων παλαιοὶ, ἀκρατίσματα, ἀρίστα, ἐπιείσματα, δεῖπνα. | Τροφαὶ ex Sophocle affertur etiam pro Proles, id eſt Adoleſcentes. Quo modo & ἀπραὶ dicuntur & γονάς.

Τρόφις legitur apud Galen. in lex. Hippocr. & exponitur εὔτροφος, παχύς. id eſt Bene nutritus, Craſſus, Pinguis. Sed puto pro eo τρόφης debere S C R I B I Τρόφις, quod apud Heſych. legitur, & exponitur itidem εὔπαθες, ἡμμένος. Euſtathio τρόφις idem eſt qui τρόφιμος, Alumnus, ſeu θρεπτός, id eſt ὁ ὑπό τινος ἐκτραφείς: afferenti ex Oppiano, Ἡ μυσῶν τρόφιμος χ' ἱερὸν ὄρνιν ἐνοσσεύοιο. Idem pag 1468. ex Herod. affert, ἐπεὶ γνῶναι τρόφις: quod expon πέλειαι ἄνδρες. Neutrum verò genus huius Τρόφις E S T Τρόφι. quo Homerus vtitur, dicens Τρόφι κῦμα, (vt Iliad λ, Πολλοὶ δὲ Τρόφι κῦμα κυλινδόμενα) quod alibi τρόφιον ſeu τρόφον appellat & πρόν: quod nimirum ὁ ἀέριος ἀναστὰς οἰοιεὶ ὤπιξε: à θρέψαι ſignificante πῆξαι, vt teſtatur idem Euſtath. pag. 1617. Heſych. autem hoc Τρόφι per apocopen ex τρόφιμον eſſe factum vult, exponēs πεθραμμένον, μέγα, πολύ τι.

Τροφίας, ου, ὁ, Altilis, Alumnus. τρόφιμος, θρεπτός. vt τροφίας ἵππος dicitur Equus domi nutritus, & ἀκούσας ὅτι φάτνῃ, vt Homerus loquitur: ad differentiam τῶν ἀγελαίων ſeu φορβάδων, armentalium ſeu gregariorum. Ariſtot. Hiſt. anim. lib. 8, οἱ δὲ τροφίαι ἵπποι πλείστοις ἀξιώματα κάμνουσι.

Τρόφιμος, Alimentum præbens, Alens. θρεπτικός. Idem ferè quod εὔτροφος & πολύτροφος, oppoſitum habens comp. ἄτροφος. Theophr. De cauſ. plant. lib. 2, τὰ δὲ πίπτοντα τῶν ἐδάφων βέλτιστα τῶν ἀπόπων ὅτι τρόφιμώτερα: de riguis loquēs. Idem in 6. ἀλλὰ καὶ πῆμα ἄτροφον, ἄλλοις ζῴοις τρόφιμον. Quo in ſignificatu Ariſtot. quoque vtitur in Probl. Sic τρόφιμον γάλα dixit Poll. vt & Dioſcor. lib. 2, cap. 75, γάλα κατὰ μόνας, εὔχυμον, τρόφιμον. Idem Dioſcor. eodem libro, cap. 79, de veteri caſeo, καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ ὀρὸς κατὰ τρόφιμώτατος; ſero quod à caſeo manauit, quamoptimè canes alunt. Item ex Plat. De leg. affertur τρόφιμος τοῖς κτήνεσι: necnon τὰ τρόφιμα, neceſſaria ad victum. Præterea τρόφιμος dici videtur herus qui famulitium alit. N A M Τρόφιμη ex Epigr. affertur pro Mater, Domina: vt & Heſychio τρόφιμη eſt δέσποινα vel μήτηρ. A Poll. quidem certe lib. 3 cap. 9 quod τοῦ δεσπότου inſcribitur, ſynonymos ponūtur, δεσπότης, κεκτημένος, ἐκτητήμενος, φρεάρμενος καὶ ὁ νεώτερος δεσπότης καὶ τρόφιμος. Item, δέσποινα, δεσπόζουσα, κεκτημένη, ἐκτητήμενη, φρεαρμένη, τρόφιμη. Alioquī τρόφιμος dicitur etiam Alumnus, Is quem domi noſtræ alimus. Alexād. Ærolus apud Gell. lib. 15, c. 20, de Euripide, Ἀναξαγόρου τρόφιμος ὢν γαίου, Anaxagoræ alumnus. vt & Oppian. dicit Ἡ μυσῶν τρόφιμον χ' ἱερὸν τρόφιν ἐνοσσεύοιο, muſarum alumnum. Et Ariſtid. τρόφιμοι θεῶν, deorum alumni. Heſychius τρόφιμον dici ſcribit qui ſuo tempore vocaretur δεσπόσιος. Ea autem voce dicitur vel Famulus herilis & Verna, vel Filius herilis. quemadmodum apud Terent. in Phorm. actu 1, ſcena 1, quod poeta dicit Herilem filium, Donatus Græco vocabulo exponit τὸν τρόφιμον.

Τροφόεις, εντος, ὁ idem quod τρόφις, Bene altus & nutritus: ideóque Craſſus, Pinguis. ἄτραφής. Heſych. τροφόεντα exp. ἀτραφῆ καὶ μεγάλως αὐξόμενα, procul dubio reſpiciens ad

hunc

hunc locum Homeri Od. γ, Κύματά τε τροόεντα πολύφοινα, ἔστα ὄρεσσι, Fluctus ingentes, immanes. Vbi Euſtath. exp. non ſolùm ἀτραφῆ καὶ μεγάλα, ſed etiam ἀπαχῆ καὶ στρεά, à τρέφω ſignificante πήγνυμι. Eiuſmodi κῦμα vocat & τρόφι & αἰνεμοτρεφές. Notandum verò ibidem pro τροόεντα, quoſdam codices (vt Euſt. etiam teſtatur) habere τροφόεντα, à V E R B O Τροφέω.

Τροφώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem quod εὔτροφος ſeu πολύτροφος, Alimento abundans, Multum ſuppeditans alimenti, Copioſum nutrimentum ſuggerens. Seu Multum alens, Multum nutriens. vt Τροφώδης τροφὴ apud Ariſtot. in Problem. quod interpr. Valens alimentum.

Τροφέω, ῶ, idē quod τρέφω, vt Τρόεω idē quod τρέπω. Vnde Τροφόεντα ex Hom. Od. affertur pro ὑψαόντα. Vide & Τροφόεις.

Τροφεύω, itidem ſignificat idem cum τρέφω. id eſt Nutrio, Alo. V N D E Τροφεύς, έως, ὁ, Altor, Nutritor, Educator, idem qui θρεπτὴρ & τροφός. Plutarch. Alexand. πολλοὶ μὲν οὖν τοῦτ' τὴν ὀπτμέλειαν ἦσαν αὐτῷ, τροφεῖς καὶ παιδαγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι λεγόμενοι. Ibidem, Τροφεὺς Ἀλεξάνδρου καὶ καθηγητὴς λεγόμενος. Itidémque à Sophocle & in Epigramm. Τροφεῖς dicuntur οἱ ἀνατρεφόμενοι & οἱ γονεῖς. Sed & Τροφεὺς ἵππων apud Platonem De leg. Qui equos alit, Equorum nutritor & altor. ὁ ἱππικός. Quidam interpr. Equiſo: vt idem ſit qui ἱππικός. Idem ibidem dicit Τροφεὺς ἅρματος de eo qui equos curules ſeu currum trahentes alit. Quod hominū genus vocabāt etiam ἁρματοτροφοῦντας & τεθριπποτροφοῦντας, voce compoſita. I T E M Τροφεῖον, ου, τὸ, idem quod θρεπτήριον ſeu θρέπτρον, Nutritionis educationiſque præmium ſeu merces, Quod pro nutritione & educatione alumnus ſuo nutritio rependit. vt Suid. quoque τροφεῖα eſſe dicit τὰ ὀφειλόμενα τοῖς τροφοῦσιν. In qua ſignificatione legitur Reg. libro 3, cap. 2. Necnon apud Iſocratem, qui in Archid. dicit, ἀποδοῦναι τροφεῖα τῇ πατρίδι, καὶ μὴ τοῦτ' ἀποδοῦναι ὑβριστὴς ἂν τὴν Λακεδαίμονα. Itidem Antiphon, τί δεῖ παρὰν ὅστις ἀνὴρ ὢν οὐκ ἀποδοῦναι τροφεῖα τῇ πατρίδι, loquens de eo qui viri boni & patriæ amantis officio functus non erat in eius diſcrimine.

Τροφαλὶς autem S E V Τροφαλὶς dicitur ὅλη τυρός, teſte Herodiano apud Euſtathium, pag. 1339, vbi hic etiam Antiphanis locus affertur, ex quo clarè id apparet, Τροφαλίδας τε λινοδρόκους, μανθάνεις; τυρὸν λέγω. Vocat autem λινοσάρκους Τροφαλίδας eas quæ ſunt λεπταὶ καὶ ἁπαλαὶ, inſtar panni lintei. Cuius loci Athen. quoque meminit libro 10 inter griphos & ænigmatica. Ex Ariſtophane idem Athen. libro 14 affert, Σικελίας αὔχημα Τροφαλίς. Et libro 4, ex Hermea, λεκανίον πλατύτης ἢ λαχανίου τὸ κατὰ κεφαλὴν γινόμενον, ὡά τε δύο καὶ τυρὸς Τροφαλίς, σῦκά τε ξηρὰ καὶ πλακοῦς. Vbi etiam nota τυρὸς Τροφαλὶς, ſicut in hoc loco Ariſtophanis in Veſpis, de cane, — ἁρπάσας Τροφαλίδα τυρὸς Σικελικήν. Shol. hanc Τροφαλίδα τυρὸς eſſe dicit τὸν ὀπτμήκη τυρὸν, caſeum oblongum, vel βοχὸν τυρὸς, caſei orbē, vt Virgilius appellat in Moreto. Sed illos qui Τρυφαλὶς ſcribunt, non admittit Herodianus, quippe qui à τρέφω deriuatum eſſe dicat ſignificante πήγνυμι. (Fieri autē caſeum è lacte coagulato, ſatis eſt notum) Legitur tamen illud Τυφαλίδες apud Heſychium, quum ait, Τρυφαλίδες, ἢ Τροφαλίδες, τὰ τμήματα τῶν ἁπαλοῦ τυροῦ, frucſta è tenero & recenti caſeo deſecta. Legitur & apud Ariſtotelem, apud quem Gaza interpr. Formago. Quo vocabulo Itali & Galli noſtri vtuntur in appellando caſeo. At ex Reg. libro 1, cap. 17, Τυφαλίδες τῶν γάλακτος affertur pro Formellæ caſei. Sed & duplici λ ſcriptū legitur Τροφαλλὶς apud Athen. & Heſych.

Sequuntur verba cum præpoſitionibus compoſita.

C. Ἀμφιτρέφω, V N D E Ἀμφίθρεπτος, ſignificans τοῦ περιθεραμμένος, Circùm concretus. vt apud Sophocl. in Trachin. pag. 351, ἀμφίθρεπτον ἄμμα ſchol. exp. τὸ πεπηγός, concretum: quia nimirum θρέψαι ſignificat τὸ πῆξαι. Sin à τρέφω ſignificante Nutrio, deriuatum eſſe credamus, ſignificabit Circumquaque nutritus.

C. ΑΝΑτρέφω, idē quod ſimplex τρέφω, Alo, Nutrio, Educo. Seu Alēdo & nutriēdo facio vt augeſcat & in maiorem molem aſſurgat: (ſi vim præpoſitionis exprimere velimus) vt parentes paruulos ſuos infantes dicuntur ἀναθρέφειν donec ad grandiorem perueniant ætatem. quod nos exprimere ſolemus verbo Elever. Aliquādo & ægrotos dicuntur ἀναθρέφειν medici quum illis certam victus regulam præſcribunt, & iuxta eam nutriendos curant: vnde illud apud Cic. lib. 6 epiſt. ad Atticum, initio, Sic Appius, quum ἐξ αἱρέσεως prouinciā curarit, ſanguinem miſerit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam: πρὸς ἀναθρεφομένῳ eam à me nō libenter videt. Paſſ. Ἀναθρέφεσθαι de flamma etiam dicitur, vt Ali & Paſci apud Latinos. ſua enim igni etiam eſt τροφή. Plut. ἀναθαρρήσας ὑπὸ ὕλης πυκνῆς τῆς φλογὸς καὶ κύκλῳ περιεμαίνετο. V N D E Ἀνάθρεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alumnus. Apud App. de ſeruo verna & ab ineunte ætate empto, inquit Bud. E T Ἀνατροφὴ, ῆς, ἡ, Nutritio, Educatio. I T E M Ἀνατροφεύς, έως, ὁ, Nutritor, Educator. Eſt præterea inde B I C O M P. Προσαναθρέφω, Inſuper alo. ſeu Inſuper nutrio, vt ex morbo aſſurgat. Quo ſignificatu dicitur ægrotus προσαναθρέφεσθαι, vt vidiſti modò in Ἀναθρέφω.

C. ΑΝΤΙτρέφω, Viciſſim alo, Alimenta reddo. τὰ τροφεῖα ἀποδίδωμι, ſeu τὰ θρεπτήρια ἀποδίδωμι. Legitur apud Xenophontem, Pæd. 8. vbi ait, ἔνθα δὴ ἐγὼ αὐτὴ τρέφον ὀκεῖνον ἕως ἔζη, αὐτὸς σκάπτων καὶ σπείρων μάλα μικρὸν γήδιον.

C. ΔΙΑτρέφω, Alo, Nutrio, ſeu Enutrio. Xenoph. ἀπὸ δρεπτοποιίας οἰκίαν διατρέφει, familiam alit ex panificio. Eſt enim διατρέφειν ibi idē quod τρέφειν, vt in hoc loco apud Dem. τὰ δηπτήδεια τούτῳ ἐργασαμένῳ καὶ τῷ οἰκίαν θρέψουσαν.

C. ΕΚτρέφω, idem quod ἀνατρέφω, ſeu A primis vſque annis enutrio. Ariſtophan. τὸν Διόνυσον τὸν ἐκθρέψαντά με. Idem in Nubib. Εἴσοι τὸν υἱόν δεῖν ἐκπεθραμμένος, ſiquem habes filium enutritum & adultum. Heſiod. media voce in actiua vſus eſt ſignific. in Erg. — φυτὰ δ' ἐκθρέψαθαι ἀείσῃ, optima eſt alendis & enutriendis plantis vt excreſcant. V N D E Ἐκτροφὴ, ῆς, ἡ, Enutritio, Educatio. Exponitur etiam Enutriendæ prolis ratio. Inde & B I C O M P. Ἀντεκτρέφω, Viciſſim enutrio & educo. idem quod ἀντιτρέφω paulo antè. Ariſtot. Hiſtor. anim. libro 9, τοῦ μὲν οὖν τῶν πελαργῶν, ὅτι ἀντεκτρέφουσιν, θρυλεῖται τοῦτο τοῖς πολλοῖς. Quo ex loco obiter poſſumus colligere, Ἀντιπελαργεῖν propriè eſſe ἀντεκτρέφειν πελαργῶν ὄγκον, quanuis latius etiam extendatur. Ibidem, φασὶ δὲ καὶ τοὺς μέροπας ἀντεκτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν γονέων. Vnde eſt quod Plin. habet libro 10, cap. 33, Merops genitores ſuos reconditos paſcit. Et cap. 23, Ciconiæ genitricum ſenectam inuicem educant. Vbi exprimit Græcum ἀντεκτρέφειν, nimirum Viciſſim educare. I T E M Συνεκτρέφω, Simul enutrio & educo. idem ferè quod συνθρέφω. Eurip. συνεκτραφεὶς ἐμοὶ, Vnà mecum enutritus & educatus: ἐμοὶ σύντροφος ſeu ὁμότροφος γεγονώς. At συνεκπεθραμμένα inuenitur expoſitum nō ſolùm Simul educata, ſed & Quæ coaluerunt: abſque exemplo tamē. Actiuum autem συνεκτρέφω exponitur præterea Ad nutricationem confero.

C. Ἐντρέφω, S E V Ἐντρέφω, Alo ſeu nutrio in. vt in Epigramm. ἐνιπέτροφε βόθρῳ, vnam intus aluit & enutriuit. Paſſ. voce ac ſignific. Herodian. libro 5, ἄπε μακρῷ χρόνῳ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ ἐνπεθραμμένη. Vbi Polit. vertit, Vtpote longiſſimo tempore inter principalem potentiam enutrita. V N D E Ἔντροφος dicitur ὁ ἐνπεθραμμένος, Innutritus, vt Plinius dicit Homines innutritos mari. Apollon. Rhod. ἔντροφος ὕλῃ, In ſylua nutritus & educatus, Syluæ innutritus. de trunco. Sophocl. παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἀμέρᾳ, λευκῷ δ' γήρᾳ μάτηρ, Innutrita antiquo diei, id eſt Longo innutrita ævo & annoſa, Quam longum enutriuit tempus. vt & ſcholiaſt. expon. ἐνπεθραμμένη μακρῷ χρόνῳ. Item cum genitiuo ex Epigramm. affertur ἔντροφος ἀγκαλῶν pro Alumnus. malim Innutritus litoribus. Sicut verò metaphora eſt in loco illo Sophocl. ita in hoc apud Dionyſ. Login. κάλλους, ἀμελείας, παίπων ἡμῖν ὀνείρων καὶ συγγενῶν.

C. ΕΠΙτρέφω, Alo ſuper. ſeu Alēdo & nutriēdo induco, vel ſuperinduco, vt apud medicos ὀλιγαφῆναι σάρκα νεωτέραν τῇ πρότερον οὔσῃ. Alii ὀλιτρέφω interpr. Annaſci facio.

C. ΜΕΤΑτρέφω, Alo & educo inter. Vnde paſſ. Μεταφέφεμαι, Nutrior & educor inter. Apollon. Rhod. Argon. 2, Κουρῆτες μετέτρεφον Ἰδαῖοι, inter Idæos Curetes educabatur. Idem, μετέτρεφε Αἰτωλοῖσι, inter Ærolos educatus eſt.

C. ΠΑΡΑβρέφω, Alo & educo iuxta, Nutrio & educo præter: vt diues aliquis paterfamilias suis liberis dicitur παραβρέφειν vernas & pecora ac iumenta. Plut. De nõ fœnerand. αὔθρωποι δὲ θεοισίᾳ σωτέρως δίχα τὸ ἀμήχανον, ἵππους παραβρέφεται, μύας, πέρδικας, λαγῶας, κολοιούς. Vbi pro ἵππους fortasse legendum ἵππας. Exponitur etiã In trãscursu educo: idémque Plut. παραβρέφεσθαι vsurpasse dicitur de pauperibus qui misere aluntur. Item παραβρέφεσθαι alicui dicuntur qui apud eum aluntur. Synes. epist. 104. ἅσσα δὲ οὖτοι τῷ ἐμῷ οὐδενὶ χρησίμῳ πάλαι παραβρεφομένων ἀσπῷ, qui iampridem apud eum nutriebantur.

C. ΠΕΡΙβρέφω, Circùm conglacio & concrescere facio. à βρέφω significante πήγνυμι. Vnde apud Homer. Odyss. ξ, — αὐτὰρ ἔπειτα χιὼν χθιὲ νὺξ πάχη Ψυχῇ, καὶ σακέεσσι περιβρέφετο κρύσταλλος: id est περιπήγνυτο, vt Hesych. exp. qui & Θραλλίδα scribit ab illo eodem βρέφω dici τὸ πεπηγυῖον. Similiter Herodianus legit περιβρέφεται pro περιρρέφεται apud eundem: poetam sub finem lib. Iliad. ε, vbi vulg. edit. habent, Ὀξὺ δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπιχρόμενος σωτήριξεν, Ἀρχὸν ἐοὶς μάλα δ' ὦκα περιβρέφεται κυκόωντι. Legit inquam ibi περιβρέφεται: quam scripturam Eustath. approbat, vt πάνυ ὀρθῶς.

ΤΡΗΡΩΝ, ωνος, ὁ, Columba: dicta ἀπὸ τῶ τρεῖν significante ὀλαβεῖσθαι seu φοβεῖσθαι: quoniam ea auis præ cæteris timida est, vt tradit schol. Homeri: necnon Hesychius, à quo τρήρων exponitur δειλὴ τῶν πελειῶν, (fortasse autem deest πέλεια apud eum post τρήρων) pauida columba. sicut & Valerio Flacco Pauidæ columbæ, & Horatio Imbellis columba. Itidem Athenæus libro 11, τὸ Τρήρωνες μόνον ἐδέξαντο τῶ ὅτι θέτον πελειάδων, ἐπὶ δ' ἀσθένειαν ὀλαβεῖς ἡ ὄρνις αὕτη. τρεῖν δ' ὅτι τὸ ὀλαβεῖσθαι. Quos sequendo τρήρων non substantiuum fuerit, sed adiectiuum, & significarit Trepida, Pauida, Timida. Frequenter certè apud Homerum iungitur cum πέλεια. vt Od. μ, — οὐδὲ πέλειαι Τρήρωνες. Et Il. ψ, — ὃς μόλ κε βάλῃ τρήρωνα πέλειαν. Et paulo antè, — ὀκ δὲ τρήρωνα πέλειαν Λεπτὴ μηνίνθῳ δῆσεν ποδός. Atque adeo Lucianus quum respiciēs ad illū locū, omittit τρήρων, simpliciter dicens πέλειαι, (vt suprà in Καταζεύξω videre est) adiectiuè, non substātiuè, accepisse videtur hoc τρήρων. Sed Suid. (sicut & Hesych.) τρήρωνα exp. δειλώ, ex Hom. afferens, Αἱ δὲ βάτῳ τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι: quod itidem exp. δειλαῖς πελειταῖς. Itidē verò apud Aristoph. pro timido poni hæc vox dicitur. Substantiuè tamen etiam accipi pro columba, patet ex COMPOS. Πολυτρήρων, Columbis abundans. veluti quum idem Homerus initio Bœotiæ dicit πολυτρήρωνά τε Θίσβιν, nimirum ὡς πολλὰς τῶν πελειῶν ἔχουσαν, Eustathio. Cum præcedente autem Τρήρων significante δειλόν, CONIVNGE Τριῖρον, quod Hesychius exponit itidem δειλόν: subiungens tamen & has expositiones, ἐλαφρὸν, ταχύ, item πλοῖον μικρόν.

E

ΤΡΙΖΩ, Strido. verbum ex ipso sono fictum. Homerus Odysseæ ω, de animabus, — ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο, (sequebantur ducem Mercurium) Ὡς ὅτε γυκτερίδες μυχῷ ἀντρου θεσπεσίοιο Τρίζουσαι πτερόεντα. Itidémque Plutarchus De sera numinis vindicta, καθάπερ μελίσσας ἢ νυκτερίδας ἀπεχνῶς ἐχομένας καὶ πεπειγμένας ὑπὸ μνήμης καὶ ὀργῆς ὧν ἔπαθον δ' αὐταί. Rursum Homerus Iliad. ψ, — ψυχὴ δὲ κατ' χθονὸς ὤχετο πετομένη. (Vbi præteritum præsentis significationem habere, docebo mox) Virgilius hunc versum exprimere voluisse videtur quum Æneidem suam claudens cecinit, Vitáque cum gemitu fugit indignata sub vmbras. Et Iliad. β, — ἐλεεινὰ κατὰ δῶμα πετειῶτα, Stridentes. ponitur enim illud præteritum pro præsenti, quemadmodū paulo antè præt. fœm. gen. πετειηῶτα. (quē vsum habent itidē cū alia, tum κεκλιηῶς & κεκμηῶς) Sic apud Synesium quoque epistola 4, τὸ κέρας ἐπτερόεν, antēna stridebat. Et apud Lucianum in Zeuxide, ἐπὶ μόνον πετειηότων ἤκουσαν τῶν ἐλεφάντων, quum elephantorum stridorem duntaxat inaudissent. Vbi nota elephantibus etiam tribui hoc φθέγμα: quum tamen Hesychius esse dicat λεπτὸν τι φωνεῖν, & id ex præcedentibus locis manifestum fit: elephantorum autem vox sit φοβερὰ καὶ τραχεῖα, vt Plutarchus in Pyrrho testatur. Alexander Aphrodiseus dicit etiam τείροντες ἢ ῥινοῦμενοι σιδήρου. Marcus verò Euang. cap 9, τείρειν τοὺς ὀδόντας, stridere dētibus. quod & βρύκειν τοὺς ὀδόντας vocatur, vt Suidas docet, afferens hunc versum, εἶπεν, ὀδόντ' ὀξὺ βρύκουσ', οἷα λάκαμα χωνή.

F

G

Τεισμὸς, οῦ, ὁ, SIVE Τειγμὸς, Stridor. Theophrastus Historiæ plantarum libro 4, cap. 16, de vermiculis qui in ficu nascuntur, φθέγγονται δὲ οὗ τεισμόν. Quæ verba leguntur etiam apud eundem De causis plantarum lib. 5, capite 14, nisi quòd ibi τειγμὸν scriptum est. Inde verò est quod scripsit Plinius lib. 17, cap. 24, Sonúmque edunt parui stridoris. Aristoteles Historiæ animalium lib. 4, cap. 9, de piscium genere, ψόφοις δέ ἔνιας ἀφιᾶσι καὶ τεισμοῖς, οἷς λέγουσι φωνεῖν, οἷ λύρα καὶ χόρδαι. οὔπω γὰρ ἀφιᾶσιν ὡς τῶν ἐχυλισμόν. Vbi nota affines sonos esse χυλισμὸν & τειγμόν. Ibidem verò quum ὁ κόκκυξ dicitur ψοφεῖν σριγμὸν, ambiguum an hunc σριγμὸν eundem esse intelligat quem τὸν τεισμόν. Mures quoque & sorices τείρειν dicuntur. nam Plutarchus scribit in Marcello, quum Minutius dictator magistrum equitum designasset C. Flaminium, ἐπὶ τεισμὸς ἠκολούθησε μῦς, ὃν σύριγκα καλοῦσιν, iis abrogatis alios fuisse creatos. Quem μῦς τεισμὸν Valerius Maximus vocat occentū soricis. Sic enim ille lib. 1, Occentus soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit. Dicitur & τεισμὸς ὀδόντων, qui βρυγμός quoq; nominatur, Latinis Stridor dentium.

C. ΚΑΤΑ τείζω, itidem Strido, Stridorem edo. Homerus in Batrachomyomachia, de mure, Κῆνος δ' ὡς ἀφέθη, (nimirum à rana subeunte aquas) πέσεν ὕπτιος ὑθὺς ἐς ὕδωρ· Χεῖρας δ' ἔσφιγξν, καὶ ἀπολλύμενος κατέτειζε, inter pereundum stridorem edebat.

¶ Τρύζω, idem ferè quod τείζω. nam eo φθόγγος quidam designatur, sed propriè qualis est turturis, quæ hinc τρυγὼν nominatur. Hesychius τρύζει exponit γογγύζει, ψιθυρίζει, murmurat, susurrat. vt apud Homerum τρύζητε exponitur γογγύζητε, Iliad. 1, vbi Achilles legatis ad se missis ait, Ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. Quo in loco Eustathius annotat τρύζειν esse πολυλογεῖν seu πολυφωνεῖν. quoniam τὼ τρυγόνα (quæ à τρύγω nominata est) ἡ παροιμία ὅτι σκώμματα τῶν πολυλογούντων προσαλαμβάνει λαλιστέροις τῶν τρυγόνων τοιούτοις καλοῦσα. Turturem verò gemere dicit Virgilius, sic canens in Bucolicis, Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo. Cicero Vocibus instare Latinè vertit quod Aratus Græcè τρύζειν dixerat. hunc enim eius versum, Ἠ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὁλολυγών, sic reddidit, Et maturinis acredula vocibus instat. Festus Auienus verò, Si matutinas vlulæ dant carmine voces. Vbi etiam obiter NOTA Ὁλολυγὼν Latinè dici non solùm Acredula, sed etiam Vlula. Eustathius inter τείζειν & τρύζειν distinguēs, hoc esse dicit τρυγόνων, illud verò, νυκτερίδων.

Τρυσμὸς, οῦ, ὁ, Murmur, Susurrus, Mussitatio. Greg. in Poemat. Δούλιον ἐν σωματέσσι λαλεύμενον ἠρέμα τρυσμόν, seruile murmur aduersus dominum.

c. 2. Ἀμφιτρύζω, Circumstrideo. vel potius Circum murmuro & susurro.

H C. ΕΠΙ τρύζω, Admurmuro, Cum murmure addo, Accino. Hesychius ὀπτρύζοισιν exponit ὀπτογγύζοισιν, ὀπτλέγοισι.

C. ΠΑΡΑ τρύζω, idem propemodum cum præcedente. significat enim Iuxta murmuro. Hesychius παρατρύζει exponit παραφωνεῖ, γογγύζει: itidémque Suidas παρατρύζει, qui etiam addit, translatum esse ab auibus. eas enim παρατρύζειν dici ὅταν τοῖς οἰκείοις νεοσσοῖς γρεχῶ ὀπφωνῶσι.

C. ΥΠΟ τρύζω, Paululum murmuro, Leniter murmuro. Alii interpretantur, Submissè loquor, Musso. Hesychio verò ὑποτρύζει est non solùm ὑποψιθυρίζει, γογγύζει, verumetiam ὑποβάλλει.

Τρυγὼν, όνος, ἡ, Turtur: dicta παρὰ τὸ τρύζειν significante πολυφωνεῖν: vnde & prouerbium τρυγόνος λαλίστερος, teste Eustathio. Meminit huius auis Athenæus libro 9, vbi ex Aristotele tradit πλείστερῶν esse vnum genus, quinque verò species: idque patēre ex his philosophi verbis, πειστερὰ, οἰνὰς, φάψ, φάσσα, τρυγόν. Vide eundem Aristot. lib. 5 Historiæ animalium, capite 13, vbi scribit τὸν τρυγόνα εἶναι ἐλάχιστον τῶν πλειστερειδῶν. Hesychio τρυγὼν est etiam ἰχθὺς θαλάσσιος: cuius τὸ κέντρον esse ait δηλητήριον. Huius verò θαλασσίας τρυγόνος meminit Aristoteles Historiæ animalium lib. 5, cap. 3, necnon Ælianus & Nicāder, itémque Dioscorides lib. 7, cap. 8, & lib. 8, cap. 6, quorum illo in loco symptomata describit quæ ab ea ictos comitantur, in hoc autem remedia. Latini pastinacam marinam nuncupant: de qua multa apud Plinium. Rursum Hesychio τρυγὼν est ἡ τῶν γυναικῶν μίξις, & σωφρόσυνος. Quæ verba mendo non carere videntur. Apud eundem legitur accusatiuus τρυγὼς, τὰς τρυγόνας. Item COMPOS. Τρυγονοφάλλειν: quod prouerbialiter dici scribit ὅτι τῶν φαύλως τρεφομένων. Quæ apud Suidam quoque leguntur, nisi quòd apud eum est τρυγόνα φάλλειν, in manuscripto etiam codice. Meminit idem & superioris prouerbii, τρυγόνος λαλίστερος: cuius hanc affert rationem, quoniam αἱ τρυγόνες οὐ μόνον τῷ σόματι ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀπισθίοις μέρεσι λαλοῦσι. qua de re Eustathius quoque pag. 751. Rursum apud Suidam legitur Τρυγονῶσα, quod exp. ἡσύχως κινῶσα, afferens ex Aristophane τρυγονῶσα τὼ θύραν. Hoc autē particip. est à VERBO Τρυγονάω, ῶ.

A

B

C

D

E

ΤΡΥΓΗ, ης, ἡ, SIVE Τρυξ, υγὸς, ἡ, dicitur ὁ Δημητριακὸς καρπὸς, Cereales fruges, teste Eustathio, deriuante inde ἀτρύγετος. Sed non facilè credo τρυξ habere illam significatio. qua de re & paulo infrà dicam. De τρύγη verò dubium non est: quum Hesychius quoque annotarit τρύγα dici τὸν πυρὸν, καὶ τὼ κριθὼ καὶ πᾶσα ἄλλον καρπὸν, καὶ ποιαὶ βοτάνα. ¶ Pro etiam vsurpatur, vt in synonymo τρυγητὸς docebo ex Poll. Quo modo apud Hesychium quoque accipi potest, quum dicit φαυλοδρόμοις vocatos fuisse τῶν Καρνεατῶν πινὰς παρορμῶντας τοὺς ὅτι τρύγη. vt sit, Qui instigabant vindemiatores ad vuas celeri cursu deferendas. Et Epigrammatum libro 2, τῇ δὲ τρύγῃ δρέπανον, vindemiæ falcem. ¶ Τρύγη significat etiam Ariditas, Siccitas. vt apud Nicandrum in Theriacis, versu 367, — ὅ τε τ' ὕδωρ Σείριος ἀζώσῃσι, βρύγη δ' ἐν πυθμένι λίμνης. Ibi enim scholiastes subaudiens μίμνῃ, hoc τρύγη significare ait ξηρασίαν τῆς λίμνης. VNDE Τρυγεῖ quod Hesychius exponit ξηραίνει, Arefacit, Exiccat: à THEM. Τρυγέω, ῶ.

F

C. Τρυγοβόλιον, ου, τὸ, Locus in quem coniicitur, (seu in quo reconditur) ἡ τρύγη, vt σιτοβόλιον dicitur Frumenti reconditorium. Hesychius τρυγοβόλια dicta scribit fuisse εἰς ἃ καρποὺς ξηροὺς ἀπετίθεντο, Loca in quibus fructus aridos reponebant, vt sunt granaria.

C. Τρυγηφάγος, ου, ὁ, Cerealium frugum comestor. Plutarchus Sympos 8, problemate 8, οὔτε γὰρ πέγλαν ὅτι δὴ πόνηθότερον, οὔτε σκαρὸν τρυγηφάγον, οὔτε κύκρεις πινὰς ἢ λάβρακας ἀστρομολόγοις προσειπεῖν, οἷς τὰ χρεσσᾶα κατηγοροῦντες ὀνομάζουσι. At apud Eustathium pag. 1003, legitur hic senarius, Ἀδηφάγου κἠλωνος ὀτρυγηφάγου. Sic enim scribendum vna voce ὀτρυγηφάγου. vt apud Hesychium legimus, Ὀτρυγηφάγου, προσεπὸν τὸ ο. τρύγη γὰρ ὁ σῖτος καὶ ὁ χόρτος. Itémque in lexico meo vetere, & apud Etymologistem Ὀτρυγηφάγος. τρύγη ὁ Δημητριακὸς καρπὸς, ἐξ οὗ τρυγηφάγος, καὶ πλεονασμῷ τῶ ο, ὀτρυγηφάγος. Quibus ex locis emenda Suidæ codicem, & supple quæ apud eum desunt. Præterea ibi NOTA Ὀτρυγηφάγος. Apud Hesychium legitur ETIAM, Ἀτρυγηφάγου, πολυφάγου, subiungentē itidem, Τρύγη γὰρ ὁ Δημητριακὸς καρπός. Vbi ἃ foret ὀπωπικόν.

A

B

C. Διατρύγιος Hesychio est δι' αὐτοῦ πῶν τρύγιον ἔχων, τρυγήσιμος, ἔγκαρπος. Qui etiam addit, διατρύγιον ὄρχον à quibusdam exponi τὸν διὰ μέσων ἀμπέλων κατεσπαρμένον τόπον, ab aliis τόπον ἀχρεῖον ἤδη πεπίρων σαφυλῶν, ab aliis αὐθοῦσπα. Quarum expositionum illam potius sequerer quæ διατρύγιον ὄρχον intelligit esse locum inter medias vites seu vitium ordines, consitum frumento alióve cerealium frugum genere: & eam quæ eo nomine accipit τὸν δι' αὐτοῦ πῶν τρύγιον ἔχοντα. Legitur autem hoc διατρύγιος ὄρχος apud Homerum Odysseæ ω, versu 340, — ὄρχους δέ μοι ἐῶσ' ὀνόμηνας Δώσειν πεντήκοντα. διατρύγιος δὲ ἕκαστος Ἥμισυ. ἔνθα δ' ἀνὰ σαφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν, Ὁππότε δὴ Διὸς ὥραι ὑπεβείσειαν ὕωθεν. Vbi Eustathius quoque affert quandam expositionem cum superiore conuenientem, quam præ cæteris me probare dixi: nimirum διατρυγίους ὄρχους dici non tantùm τοὺς οἰνικοὺς, verumetiam τοὺς δενδρικοὺς, τοὺς μὴ πάνυ πυκνοὺς, ἀλλὰ τοιούτους ὡς μεταξὺ τῶν κτῆ τὰ φυτὰ σοίχων παρεσπαρθῆναι τὴ τῶν σπερμάτων καὶ οἴων τρυγᾶσθαι. vt hodiéque in quibusdam locis vnus idémque ager arborum vitibus maritatarum ordines habet, & cereales fruges aut herbas. Verùm Eustathius & aliam attulerat expositionem suam, videlicet διατρύγιον significare ἀμπελον ἧς οἱ καρποὶ ἐν διαφόροις χαμοῖς πεπάγονται: quamobrem poetam addidisse ait, ἔνθα σαφυλαὶ παντοῖαι.

Τρυγάω, ῶ, Fut. ήσω, Vindemio. πὼ τρύγιον συλλέγω, Cereales fructus colligo: peculiariter autem Vuas carpo. quod Latinis est Vindemio, quasi Vinū demo. Plutar. Sympos. 6, Problem. 7, τρυγᾶν λέγομεν τοὺς δρεπομένους πὼ ἀμπελίνου ὀπώρας. Theophyl. epistola 62, αἱ ἀχράδες βρίθουσι, καὶ τῶν τρυγώντων ὀρέγονται, & decerptores appetunt. Interdum additur accusatiuus, isque vel plantæ vel ipsius fructus. Plantæ, velut apud Hesiodum in Clypeo Herculis, Οἱ δ' ἐτρύγων οἴνας, δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες, vindemiabāt vites. Et in prouerb. τρυγᾶν ἐρήμας, sub. ἀμπέλους, Vacuas vindemiare vites, seu Custode vacuas vites vindemiare. quod dicitur ὅτι τῶν ἀδεῶς πωρεσθόντων, καὶ μηδενὸς αὐτοπρεσθόντος, vt annotauit scholiastes Aristophanis in hoc Vesp. loco, ἀλλ' ἐρήμας ὤφθ' οὕτω ῥαδίως τρυγήσειν. Item cum accusatiuo Fructus, vt Vindemio quoque apud Latinos. veluti quum Plinius dicit Nouissimas vuas vindemiant. Homerus Odysseæ η, quum dixisset vuas quasdam in Alcinoi Ἡλοπέδῳ πρασίνεσθαι, subiungit, ἐπέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν, alias autem vindemiant, id est carpunt & deligunt. Itidem τρυγᾶται φοῖνιξ apud Dioscoridem lib. 1, cap. 149, Decerpitur, Stringitur, Colligitur. Idémque libro 5, cap. 29, dicit τρυγηθῆναι πὼ σαφυλὴν, vuam decerpi. Sic comicus quidam apud Plutarchum De exilio, ait, τὰ σῦκα τῆς σφενδόνης τρυγᾶσθαι, ficus vindemiari fundis. id est deiici ex arboribus, vt solent poma, pira & nuces. Galenus verò apud Athenæum lib. 1, ὁ δὲ μὴ οὕτω βυγηθεὶς οἶνος, αὐστηρός τε καὶ τῷ χρώματι κιρρός. Vbi sicut οἶνος βυγᾶσθαι dicitur, ita μέλι infrà in Τρυγητής. ¶ Metaphoricè autem βυγᾶν est Frui & Percipere, ἀπολαύειν, in quit Budæus, afferens prouerbialem hunc senarium, Ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει βυγῶμεν. & ex Luciano, de meretricibus, καὶ τῶν βυγῶσι ναυπόν. Et rursum ex eodem, καὶ σὺ Γλυκέριον ἄλλο βυγήσῃς.

C

D

E

F

G

Τρυγητὴρ, ῆρος, SEV Τρυγητὴς, οῦ, ὁ, Vindemiator, Vindemitor. Qui decerpit & colligit cereales fruges & vuas. Hesiod. Asp. Οἱ δ' αὖτ' ἐς θαλάρους ἐφόρουν ἀπὸ τρυγητήρων Λευκοὺς καὶ μέλανας βότρυας. ¶ Τρυγητὴρ est etiam sideris cælestis nomen. Colum. libro 11, cap. 2, Sexto nonas Martii vindemiator apparet, quē Græci βυγητῆρα dicūt. Ouid. Vindemitorē appellat, Fast. lib. 3, vbi canit, quum aurora — quintæ tēpora lucis aget, Siue est arctophylax siue est piger ille Bootes, Mergetur, visus effugiétque tuos: At non effugiet vindemitor. Vbi etiam nominis hanc causam affert, Ampelon intonsum Satyro nymphaque creatum Fertur in Ismariis Bacchus amasse iugis. Tradidit huic vitem pendentem è frondibus vlmi, Quæ nunc de pueri nomine nomen habet. Dum legit in ramo pictas temerarius vuas, Decidit: amissum

BIBLIOTECA GRANVELLA

Liber in astra tulit. Arati scholiastes ἀρκτοφύλακα, βοώτου & τρυγετοῦ pro eodem accipere videtur. quum enim dixisset, τῶν δὲ λέγεται (εἰ) Ἀρκτοφύλακα καὶ Βοώτου καὶ Θείωνα, attulisset que ex Homero, ad id probandum, — καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτου, subiungit, λέγεται καὶ τρυγετός. quum tamẽ Ouidius ibi manifestum statuat discrimẽ inter arctophylacem siue booten, & inter vindemitorem. Plinius libro 18, cap. 31, XI Kal. Sept. Cæsari & Assyriæ stella quæ Vindemiator appellatur, exoriri manè incipit, vindemiæ maturitatem promittens. Hic verò Plinii vindemiator DICITVR Προτρυγητὴρ SIVE Προτρυγητής. Nam scholiastes Arati, exponens hunc 137 versum Phænomenωn, Τῆς (nimirum παρθένου) τοῖο ἀμφοτέρων ὤμων εἰλίσσεται ἀστὴρ Δεξιτερὴ πτέρυγι, προτρυγητὴρ δ' αὖτε καλεῖται, scribit stellam istam προτρυγητῆρα nominari quoniam προ τῆς τοῦ τρυγητοῦ ὥρας ὀλίγον προαγαγέλλει, quoniam ante vindemiæ tempus aliquanto exoritur: vt & Plinius eam scribit XI Kal. Septembris exoriri incipere, & vindemiæ maturitatem promittere. Eiusdem meminit & Proclus in sua sphæra, ὁ δὲ τοῦ τοῦ τῆς παρθένου πτέρυγα κείμενος ἀστεῖσμος, προτρυγητὴς ὀνομάζεται. Meminit & Ptolemæus in libro De inerrantium stellarum significationibus. Necnon Vitruuius libro 9, capite 6, Ab eo (inquit, nimirum septentrione) non longè conformata est virgo, cuius supra humerum dextrum lucidissima stella nititur, quam nostri prouindemiam, maiores Græci προτρύγετον vocant. Vbi etiam NOTA Προτρύγετος, de quo & infrá. Bassus apud Germanicum dicitur anteuindemiatorem nominare.

Τρυγητὴς, οῦ, ὁ, Vindemia. Plutarchus sub finem libri quarti Symposiac. loquens de festo Iudæorum quod σκιωποιία nominatur, ἀκμάζοντι τρυγητῇ τραπέζας τε προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας, media vindemia. Solebat enim celebrari mense Septembri. quo tempore Plinius quoque testatur vindemiam esse maturam. Constantinus Cæsar Geopon. libro 15, καιρὸς ἄριστος τρυγᾶν μέλι καὶ κηρία ὅταν τὴν πλειάδων· δεύτερος τρυγητὸς, ἀρχομένου φθινοπώρου, secunda mellis vindemia, seu, Secunda mellatio. Vtroque enim modo loquitur Plin. lib. 11, cap. 14, & 15, vt & Columella, Vere transacto sequitur mellis vindemia. Idem verò & messem hoc significatu dicit, vt & Fauos demetere: quod alibi dicit Castrare fauos, & Palladius Castrare aluearia: Varro autem Eximere fauos, vt Aristoteles, ἐξαίρειν κηρία. Constantinus id hoc loco vocat τρυγᾶν μέλι καὶ κηρία, vindemiare mel & fauos. Itidem verò apud Pollucem libro 1, capite 12, titulus est περὶ ἀμπελοκομίας καὶ τρυγητοῦ δένδρων, de vitium curatione, & vindemia arborum. Dicuntur enim arbores etiam τρυγᾶσθαι, id est vindemiari: quamobrem ibidem ait τρυγᾶσθαι τὰς ἀμπέλους. Et aliquanto pòst, τὰ σὴ ὀνόματα (inquit) τοῦ προσταγμάτων, ἄροτος, σπορὰ, ἀμητὸς, ἀλοητὸς, φυτεία, τρυγητὸς, καρπῶν συλλογὴ, τρύγη. Vbi etiam nota τρυγητὸν & τρύγω dici τοῦ καρπῶν συλλογῶ, fructuum autumnalium collectionem, & præcipuè τῆς ἀμπελίνης ὀπώρας. Verùm notandũ est, discrimẽ statui inter hoc oxytonon τρυγητὸς, & inter PROPAROXYT. Τρύγητος. Nam τρύγητος proparoxytonωs, teste Suida, dicitur ὁ καιρὸς ἐν ᾧ δεῖ τρυγᾶν: (SICVT Ἄμητος, ὁ καιρὸς ἐν ᾧ δεῖ ἀμᾶν καὶ θερίζειν) Τρυγητὸς autẽ oxytonωs, ὁ τρυγόμενος βότρυς, VT Ἀμητὸς, ὁ θερίζομενος σάχυς. Itidémq; Hesychio τρύγητος est ὁ καιρός: τρυγητὸς autẽ, ὁ τρύγος. (Vbi etiã NOTA Τρύγος, pro quo Suid. habet ὁ τρυγόμενος βότρυς, Vua quæ vindemiatur) Sed hoc discrimẽ nõ sẽper obseruari sciendũ est. nam τρυγητὸς quoq; oxytonωs scriptum, reperitur vsurpatum pro vindemiæ tempore. atque adeo sic accipi potest in illo Constantini loco quem paulo antè citaui, δεύτερος τρυγητὸς: præsertim quum ibi præcedat ὁ τοῦ τρυγᾶν καιρὸς pro eodem. Sic certè accipiendum apud Theophylactum epist. 83, quam sic inchoat, ὁ τρυγητὸς ἤδη προσκέκυφε, καὶ ὁ βότρυς γλυκύκοις πεπλήρωται. necnon in hoc Galeni loco apud Athenæum lib. 2, ὅταν ὑπὸ τὸν τρυγητὸν νότοι πνεύσωσι, si circa vindemiæ tempus noti spirent. Pro ipso autẽ fructu vindemiæ tempore collecto vsurpatum τρυγητὸς, nusquam me legere meminisse pro ipso actu vindemiandi vel tempore, frequenter occurrit, vt ex allatis exemplis patet. Quinetiam quum in ἄμητος & ἀμητὸς Eustathius contrariam sequatur rationem ei quam Suidas paulo antè attulit, discrimini illi ex diuersitate accentus petito nõ multum fidei fortasse tribuẽdum est. Illius autem verba suprà citaui suo loco, in A nimirum. SEDET Τρυγητὸς affertur pro τρυγητὴς, Vindemia. Quæ scriptura si mendo caret, itidẽ mendo caret VOX Προτρύγετος, quã legi apud Vitruuium lib. 9, cap. 6, & Latinè reddi Anteuindemia, suprà docui in Προτρυγητήρ. pro quo mallem alioqui scribere προτρύγητος.

C. Ἀτρυγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui τρυγᾶσθαι & vindemiari nequit. vt ex Epigrammatis affertur ἀτρυγὲς ἄλλοις μέλι, pro, Mel quod alii vindemiare non poterant. Dici autẽ μέλι τρυγᾶσθαι & vindemiari, in præcedente τρυγητὴς prolixè ostendi. Apud Hesychium legitur ETIAM Ἀτρύγητος, quod regularius formatum est quàm præcedens ἀτρυγής. Id tamen exponit non solùm ἄκαρπος, verumetiam ἀκατατρύγητος. Quarum expositionum, illa, respicit τρυγῶ significans καρποῦμαι, hæc autem, τρύω seu τρύχω, quod denotat καταπονῶ. Sed videndum ne pro illo ἀτρύγητος debeat SCRIBI Ἀτρύγετος, quod Eustathius quoque ab eadem deriuat origine, nimirum à τρύγη, seu τρυγάω. Scribit enim ab Homero mare vocari ἀτρύγετον quòd sit ἄκαρπον. quamobrem ab Euripide θάλασσαν nominari etiam ἀκάρπους πεδίας. Sic verò χερὶ θαλάσσης σπείρειν, quod est Committere semina põto, de opera dicitur quæ stultè circa quidpiam nauatur, vtpote ex qua nullus percipi potest fructus. sterile enim mare est & ἀτρύγετον. Theognis σπείρειν πόντον ἀλὸς πολιῆς id appellat. Affertur tamen & aliud etymõ huius ἀτρύγετος, nimirum cuius τοῦ τρύγα inuenire nemo queat, vt sit βαθύπατος, ἄβυσσος. Quibus addere & hoc queas, ἀτρύγετον mare nuncupari quoniam τρυγεῖσθαι nequeat, id est exsiccari. Testatur enim Hesychius τρυγεῖν pro ξηραίνειν vsurpari. Minus probabilis est eorum opinio qui deriuant à τρύχω siue τρύω significante καταπονῶ, vt sit Infatigatum mare. Vtitur autem hac voce Homer. cum alibi, tum Il. o, v. 27, Πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον. Et alibi, ἀλὸς ἀτρύγετοιο. Nec mari tantùm hoc tribuit epithetõ, verùm etiam aeri. vt Iliad. ρ, Χάλκεον οὐρανὸν ἵκε δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο. Est verò & ipse αἰθὴρ ἄκαρπος, nec τρυγᾶσθαι ἢ καρποῦσθαι potest. Quo forsan modo accipi queat ἔρημος etiam apud Pind. quum initio suorum Olymp. dicit ἐρήμας δι' αἰθέρος.

c. 2. Ἐπανατρυγάω, Denuò vindemio, Vindemio iterum, veluti quum post primam vindemiã colliguntur racemuli præcedente τρυγητοῦ prætermissi. Leuitici cap. 19, οὐ σωτελέσετε τὸν θερισμὸν ὑμῶν τῶν ἀγρόν σου ὁλοθερίσαι, καὶ τὰ ὑποπίπτοντα τοῦ θερισμοῦ σου οὐ συλλέξεις· καὶ τὸν ἀμπελῶνά σου οὐκ ἐπανατρυγήσεις, οὐδὲ τὰς ῥώγας τοῦ ἀμπελῶνός σου συλλέξεις. τοῖς πτωχῷ καὶ τοῖς προσηλύτοις καταλείψεις αὐτά. volebat enim Deus messis & vindemiæ reliquias pauperibus carpendas & fruendas relinqui. Sic Deuter. 24, ἐὰν τρυγήσῃς τὸν ἀμπελῶνά σου, οὐκ ἐπανατρυγήσεις τὰ ὀπίσω σου, Non colliges iterata vindemia racemos prætermissos.

Venio nunc AD Τρύξ, de quo suprà in Τρύγη dictum aliquid est: nimirum τρύχω & τρύγα Eustathium accipere τὸν Δημητριακὸν καρπὸν: sed me, quod ad τρύγη attinet, pedibus in ipsius sententiam ire, dissentire cõtrà ab eo de nomine τρυξ, præsertim quum nec exẽplo vllo nec autoritate nitatur. Hesych. quidem τρυξ à τρύγη deriuat, sed longè alio exponit modo: nimirum ὁ νέος οἶνος, & γλυκὺς ἀδιήθητον. id est Vinum recens, Mustum nondum percolatum. Itidémque τρύγα esse dicit οἶνον ἀδιήθητον ἀπὸ λιθοῦ, vinum nondum percolatum, quale ex ipso torculari defluxit quum premeretur. Quomodo accipiendum in hoc loco Anacreontis apud Athenæum lib. 15, στεφανοῦται τῇ λύγῳ, καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα. est enim mustum dulcius vino aliquandiu inuetera to. Per κατάχρησιν verò & ὁ παλαιὸς οἶνος nominatur τρυξ, vt Theocr. schol. annotauit: qui & ipse tradit propriè τρύγα appellari τὸν νέον οἶνον. ‖ Sed plerũq; τρυξ dicitur Fæx vinî siue veteris siue noui, siue in dolii siue in poculi fũdo, id est, materia vini crassa quæ in fundo dolii poculive subsidit. vt ipse idem schol. apud Theocr. Idyll. 7, — καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων, exp. μέχρι τρυγὸς τῆς ἐν τοῖς πυθμέσι τοῦ κύλικος τοῦ οἴνου: τρυγὸς nomine ibi accipiens τὴν τρυγίαν. Eodem modo vsurpauit Aristoph. quum in Pluto dixit, Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ σὺ οἶνον ἠξίεις πίνειν, σωκεποτέ' ὀξύς σοι καὶ τοῦ τρύγα, quoniã vinum bibisti, fæx tibi pariter exhauriẽda est. At Phryne meretrix vtrũq; metaphoricè vsurpãs, παρεσβυτέρα γεγονυῖα, ἔλεγε τοῦ τρύγα πλείονος πωλεῖν δεῖν τοῦ δόξαι, vt Plutar. refert in Præcept. sanit. Id est, Fæcem sese pluris vendere in sua senecta quàm vinum vendidisset in iuuentute. Itidem τρύγα pro vini fæce seu ὑποστάθμῃ accepit rursus idem Plutarchus Symp. 6, probl. 7, contendens vinum διυλίζεσθαι & διηθεῖσθαι non debere: μέγα δὲ (inquit) πλῆθος τῆς διαφορᾶς, τὸ μὴ διαμένειν, ἀλλ' ὀξίσασθαι καὶ μαραίνεσθαι, καθαρθὲν ἀπὸ ῥίζης κοπέντα τῆς τρυγός. Vbi etiam addit, veteres τρύγα apertè vocasse τὸν οἶνον, quemadmodum (inquit) ψυχὴν καὶ κεφαλὴν τὸ ἄθρωπον εἰώθασιν ἀπὸ τοῦ κυεμωπάτων ὑποκορίζεσθαι. vt & Pollux testatur τὸν οἶνον appellari τρύγα, afferẽs exẽplũ ex Cratino quo id probat. Alioqui τρυξ pro fæce nõ ὅπου οἶνου solùm dicitur, sed etiam ὅπου ἐλαίου, teste eodem Poll. quam olei fæcem ἀμόργιον Græci peculiari nomine vocãt, amurcã Latini. Quin & fæx illa quæ ex ferri coctura superest, τρυξ nominatur, alioqui σκωρία dicta, Latinis etiã Scoria. vt apud Nic. Alex. v. 50, vbi canit, Ἠὲ σιδηρείοιο ἀπὸ τρύγα, τοῦ τε καμίνου Ἐν πάσσεν χαλκοῖο διὰ πυρὸς ἠλασε λιγνύς, Scoriam & recrementum ferri.

C. Τρυγόβιος, Fæce victitans. Legitur apud Poll. l. 6, c. 4, vbi ei synonymũ facit κακόβιος, μικροτρεπὴς, ἀνελεύθερος: opponit autẽ, μεγαλοτρεπὴς, λαυτροῦς, ἀδράπεζος, ἀδίαιτος. Talis ille apud Hor. Serm. 2, sat. 3, Qui Veientanũ festis potare dieb⁹ C ãpana solitus trulla vappámq; profestis. quãuis vappa sit propriè nõ ὁ τρυγίας οἶνος, verùm ὁ ὀξίας seu ὀξεικκός. Apud Gell. l. 11, c. 7, quidã vet⁹ celebratũq; homo in causis, quũ dicere vellet inopi quendã miserõq; victu viuere, & furfureũ panẽ esitare, vinúmque eructũ & fœtidũ potare, Hic (inquit) eques Romanus apludã edit & floces bibit. Vbi Gell. subiũgit, apludam veteres rusticos frumenti furfurẽ dixisse: floces verò priscavoce significare vini fæcẽ ex vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis. Ita vt Floces dicantur ὁ τρυγίας οἶνος, seu ἡ τρυξ: fraces autem, τὰ σέμφυλα. Simili propemodum scõmate dicebãtur κυμινοτρείται & θυμοβεπίδειπνοι: vt apud Aristoph. Nub. Καὶ φειδωλοὶ καὶ τρισοβόλου χαροὸς καὶ θυμοβρεπιδείπνου.

C. Τρυγοδίφησις, εως, ἡ, Fæcis perscrutatio. Lusus quidam τοῦ γελοίου χάριν inuẽtus, i. ad risum excitandũ: quippe quo oportebat aliquid ἐς τρυγὸς λεκάνιον καταδεδυκότος, τοῦ ἀγγείου ὀπίσω τοῦ χεῖρε, τοῦ σώματος ἀνελέσθαι, vt tradit Poll. l. 9, id est. post tergũ reuinctis manibus aliquid in fæcis catinũ demersum, ore extrahere. A verbo Τρυγοδιφάω. ᾶ, Fæcẽ perscrutor & quod demersum in ea est, perquiro.

C. Τρυγοδαίμονες, Dæmones perũcti fæcib⁹ ora. Aristoph. Nub. Οὐ μὴ σκώψῃς μηδὲ ποιήσῃς ἀστεῖα οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι. Vbi schol. annot. τρυγοδαίμονας ab eo vocari τοὺς ποιητὰς, quoniam videlicet τοῦ τρύγα χειρίζουσι, ἵνα μὴ γράφεσθαι δόξωσι, ὅτου τὰ αὐτῶν ἴδιον ποιήματα χρὴ τοὺς ὁδοὺς ἀμάξαις ὁπικαθήμενοι. vt & Horat. De arte poet. Ignotũ (inquit) tragicæ genus inuenisse camœnæ Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis, Quæ canerent agerentque perũcti fæcibus ora. Id autem factum fuit ante inuentum personæ vsum.

C. Τρύγοιπος dicitur ἐν ᾧ διηθοῦσι τὴν τρύγα, Polluci: Hesychióque itidem ὑλιστὴρ, Colum per quod vinum fæculẽtum & ὁ τρυγίας transfunditur ac percolatur, seu Instrumentũ quo vtũtur οἰνοπῶται καὶ θλίβοιπς οἶνον. Aristoph. Pluto, hoc vocabulo vtitur. Ibi enim quũ Chremylus adolescentulo dixisset, Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ σὺ οἶνον ἠξίεις πίνειν, σωκεποτέ' ὀξύς σοι καὶ τοῦ τρύγα, respondissẽtq; adolescẽtulus, Ἀλλ' ὀξὺ κομδὴ τοῦ τρυγὸς παλαιὰ καὶ σαπρά: Chremylus iterũ subiũgit, Οὐκοῦν τρύγοιπος ταῦτα ταῦτ' ἰάσει, saccell⁹ igitur, quo eiusmodi fæces veteres & putidas percolant, huic medebitur incommodo. seu ὑλιστὴρ ὁ σάκκινος, vt schol. exp. Haud verò assẽtior iis qui τρυγοίπου nomine accipiunt vas vimineum quod supponitur buccæ torcularis quando musta fiunt. Neque enim hìc de musto, sed de vino veteri agitur, & cuius nonnisi fundum superest. Cuiusmodi fæces per qualum vimineum trãsfusæ non magis purgarentur quàm si aquam turbidã & limosam per cribrũ percolares. Apud Suid. legitur & VERB. Τρυγοιπῶ, quod signif. τοῦ τρύγα ἰπῶ. Vide sequens comp: Sed perperam apud Poll. scriptum est Τρύγιπος, & apud Hesych. Τρυγιπὴς, pro illo Τρύγοιπος.

Τρυγηφαίος οἶνος, Lora: quum expressi acinorum folliculi in dolia coniciuntur, eóq; aqua additur, vt tradit Varro. Græci δευτέραν οἶνον appellant. primarium enim vinũ id est quod è torculari defluit: quũ nimirũ vuæ calcatæ torculari subiiciuntur & exprimuntur. Inde acinis seu vinaceis lotis, & denuò subiectis prelo, expressisq;; fit ὁ δευτέρας & ὁ τρυγηφαίος. Poll. lib. 7, τρυγηφαίον dici scribit τὸν ἐκ τοῦ σεμφύλων πεδεόντων ὑπορρέοντα, quod defluxit ex vinaceis expressis. vt sit id vinum de quo Varro ait, Quum desiit sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema & rursus premunt. Idem Poll. l. 6, cap. 2, ὁ δὲ φαῦλος οἶνος, δευτέρας, ὀξεικκὼς, ὀκ ἡδυπίας, ἡδυπίας, ὀξίνης, ὀξώδης. ὁ μόνον δευτέρας, καὶ τρυγηφαίος ἰκαλεῖτο. Sed apud eum in priore loco pro τρυγηφαίον perperam scriptum τρύγη φαεινόν. Forsan tamen τρυγηφαίος οἶνος dicitur quòd ὁ τρύγοιπος ἰάσατο, vinũ fæcatum, & quod τρυξ φαίνεται. Id autem tertium loræ genus est, & deterius. De quibus eruditè Plin. l. 14, c. 10, Non possunt (inquit) iure dici vina quæ Græci δευτέρας appellant, Cato & nos lorã, maceratis aqua vinaceis: sed tamẽ inter vina operaria numerãtur. Tria eorum genera, decima parte aquæ addita quæ musti expressa sit, & ita nocte & die madefactis vinaceis, rursũsq; prelo subiectis. Alterum, quomodo Græci factitauere, tertia parte eius quod expressum sit, addita aquæ, expressóque decocto ad tertias partes. Tertiũ est fæcibus vini expressum, quod Fæcatũ Cato appellat. Vbi nota ETIAM Δευτέρας οἶνος.

C. Τρυγῳδία, ας, ἡ, olim dicta fuit quæ postea τραγῳδία. hæc, quòd τράγος autori præmium esset. (vnde Horat. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum) illa verò διὰ τὸ μὴ ὄντων προσωπείων τοῦ ἀρχαῖ, τρυγὶ χρίεσθαι τὰς ὄψεις: qua de re vide quæ annotaui in Τρυγοδαίμονες. Vel quoniam τρύγα ἔπαθλον ἐλάμβανον, id est νέον οἶνον. sunt enim & qui musti vtrem eis præmii vice datum fuisse dicant. Ath. l. 2, τρυγῳδίαν ex eo nominatã fuisse scribit quòd in Icario Atticæ loco inuenta fuit χρὶ τὸν τῆς τρύγης καιρὸν, tempore vindemiæ. vnde colligit, ἀπὸ μέθης καὶ τῆς κωμῳδίας τὸ τοῦ τῆς τραγῳδίας γεγονέναι θύρσον. Quod etymon sequendo, à τρύγη deriuatum foret. Sed probabiliora sunt præcedentia, quorum primum Horatii etiam autoritate nititur. Vtitur verò hoc nomine Aristoph. per iocum pro τραγῳδία. vt in Acharn. Ὁ νοῦς μοῦ ἔξω, συλλέγων ἐπὶ τὰ λλία, Οὐκ ἔνδον· αὐτὸς δ' ἔνδον αἰαῖ δὴ πιεῖ Τρυγῳδίαν. de Euripide. Vbi tamen schol. exponit κωμῳδίαν. nimirum διὰ τὸ τοῖς νικῶσι κωμικοῖς τρύγα δίδοσθαι, id est νέον οἶνον. Apud Suid. verò LEGITVR Τρυγοκωμῳδία, in vulgatis quidem editionibus: pro quo ex vet. cod. reponendum, Τρυγῳδία, κωμῳδία. Quam esse veram lectionem patet ex schol. Aristoph: ex quo istã desumpta sunt, vt alia apud eum quamplurima. Affertur verò ET Τρυγῳδὸς pro Tragicus, ex Aristot. De arte poet. Qui nimirum ob musti vtrem certat carmine: seu Qui poemata agit canitq; perũctus fæcibus ora, sequendo etymologias supradictas. Apud Hesych. autẽ VERB. Τρυγῳδεῖν, quod exp. κωμῳδεῖν. (vt & schol. Aristoph. dictum est τρυγῳδίαν exponere κωμῳδίαν) Sunt qui dicant esse Conuitiis & dicteriis incessere perunctũ fæcibus ora. quoniam olim plaustris insidentes & perunctí fæcibus ora, inuehi solebant in obuios quosque. vnde & prouerb. Ex plaustro loqui.

C. Ἄτρυγος, ου, ὁ ἡ ἡ, Fæce carens, Qui fæculentus non est, sed purus. vt Hesychius quoque ἄτρυγον exp. καθαρὸν, μὴ ἔχον τρύγα. In oraculo quodam apud Athen. l. 1, Πῖν' οἶνον τρυγίων· ἐπὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις, Οὐδ' ἱεραὶ Ὑπέραν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες. Idẽ oraculũ apud Plut. quoq; legitur in Hell. probl. p. 527 meæ edit. Vbi tamẽ superiores editiones habebant ὅπ κᾶν τρύγα pro ὅθι γ' ἄτρυγον, quod ex Atheuæo reposui.

Τρυγώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Fæcis plenus: vel Fæcem referens, Fæculentus, vt Plin. dicit Fæculenta aqua. Polit. apud Alexandrum Aphrod. in Probl. interpr. Fæcosus. Item τρυγώδη κολλύρια quædam apud medicos sunt: de quibus Gal. lib. 4 περὶ κρ. τόπων, cap. 2, Paul. Ægin. lib. 7, cap. 15, & Cels. lib. 6, cap. 6.

Τρυγηρὸς, οῦ, ὁ, itidem Fæculentus. Hesych. τρυγεροὶς exponit non solùm τρυγώδεις, sed etiam ὀξεῖς: quod videndum an ibi significet Acidus.

Τρύγινος, ου, ὁ, exponitur Fæcatus. Videdum tamen ne potius significet E fæce confectus. Nisi Fæcatus accipias pro E fæcibus expressus, vt Catonem dicere Fæcata vina, docui in Τρυγηφάγος.

Τρυγίας, ου, ὁ, ς. οῖνος, Vinum fæculentum, Vini reliquiæ cum sua fæce. A quibusdã exponitur etiam Fæx. vt in psalmo Dauidis 74, ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ Κυρίου οἶνος ἀκράτου, πλήρες κεράσματος. καὶ ἐκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη. Ad quem locum Suidas respexit quum in suo lexico scripsit, Τρυγίας ὑπὸ θεοῦ, ἡ χαλεπωτέρα τιμωρία. πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοί. Aliud exemplũ cum substantiuo οἶνος, habes in Ἀτρυγος huic τρυγίας opposito. Apud Hesychium verò LEGITVR Τρύγιος, τρυγία οἴνου ἢ ἐλαίου. Quæ verba si mendo carent, Τρύγιος ET Τρυγία idem fuerit quod τρύξ, id est Fæx & ὑποστάθμη, vini nimirum vel olei. In meo certè veteri lexico masculini nominis τρυγίας fœmininum esse dicitur τρυγία, quod exponitur ἡ ἐκ τῆς τρυγὸς ὕλη. Sed ambiguum quid iis verbis intelligatur, an fructus vindemia collecti, an verò fæces & crassa materia vini iam βυθισθέντος & ἐκθλιβέντος. vt idem sit quod βύξ.

ΤΎΛΟΣ, ου, ὁ, Callus, seu Callum: cutis labore viæ in pedibus, opere in manibus, onerum baiulatione in humeris deniior duriórque facta. vt & Hesychio τύλοι sunt τὰ τῶν ἀχθοφόρων ὀπίσω τῶν ὤμων τυλώματα, necnon αἱ χεῖραι ἐις ἐπιπασάσις. Idem verò τύλον esse dicit πεπεκρωμένον σάρκα. plerunque enim eiusmodi calli aciculas, nisi profundius adactas, non sentiunt. Vnde & apud Latinos occalluisse dicitur qui dolorem non sentit. veluti quum Cic. dicit, De nullis rebus angor quidem, sed iam prorsus occallui. Dioscorides de laserpitio, ἥλοις τε καὶ τύλοις ἄμφω τοῦτο ἔχει ἐκχθέντας, clauos callósque prius circumscarificatos. Lucian. τὸν χεῖρε τύλων ἀπάλεως. Vide & τύλη infrà. ‖ Τύλος, Clauus ligneus. Aristophan. Acharn. Τὸν γεώμορον δ' αὖ (scil. πλέον ὄζει) κρεῶν πλαπουργῶν, Τύλων ὑποκωφῶν, θαλαμίων ὑπουργῶν. solent enim claui lignei, quum adiguntur & inculcantur τῇ σφύρᾳ, ὑποκωφεῖν. Vbi scholiastes exponit ξυλίνων ἥλων: sed addens, propriè τύλον esse πεπεκρωμένον σάρκα, ἀποσκίρρωμα τῶν γονάτων. Quæ apud Suidam quoque leguntur, afferentem simul quendam Polybii locum quem apud eum vide. ‖ Hesych. verò τύλον dici scribit non solùm τὸ ξύλον, verumetiam τὸ αἰδοῖον. Vnde ἀποτυλόω. ‖ Τύλοις dici à medicis superciliorum etiam pilos, testatur Poll. lib. 2. ‖ Est & insulæ nomen apud Suidam.

C. Τυλοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Calli speciem gerens, Callosus. Τυλωδὴς, calliosum, medici vocãt Corpus durum ex cerebri anterioris substantia durata coactum, cerebrique ventres duos anteriores separans. vt inter alia Gorr. tradit, qui etiam addit, ita nominatum esse quòd calli instar durum sit.

Τυλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, itidem Callosus. Plut. De aud. ὥς φασιν ἐν σκληρᾷ σαρκὶ καὶ τυλώδει, τῇ ψυχῇ, μόλυβα μὴ λαμβάνοντες. Vtitur & Poll.

Τυλόω, ῶ, Callosum reddo, Callum obduco. vt Cic. dicit, Consuetudo diuturna callum obduxit stomacho meo. Xenoph. De arte equit. ὅσον δεῖ ἀπέχειν τὸν χαλινὸν τῶν γνάθων. ὁ μὲν δὴ ἄγαν ποιεῖ αὐτοῦς, τυλοῖ τὸ στόμα, Callosum reddit os, Ori callum obducit: faciens nimirum vt equi sint durioris oris. Pass. Τυλόομαι, ώμαι, Callosus & durus fio, Occallesco. vnde τὰ πτυλωμένα in corpore dicuntur Quib⁹ callus obductus est, Quæ callosa & dura facta sunt, Quæ occalluere, veluti genua & plãtæ pedum ac præcipuè calcanea assiduo tritu ἀποσκιρρωθέντα. Itidémque apud Diosc. πτυλωμένα ῥαγάδες. Affertur verò & πτυλωμένος σιδήρῳ pro Obduct⁹ seu induct⁹ ferro. (quod apud Suidam legitur in hoc incerti cuiuspiam autoris loco, οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν Παρθῶν κορμοὺς εἶχον σιδηροῦς ἢ σιδήρῳ πτυλωμένους) ITIDEM Q. Τυλωτὰ ῥάπαλα pro Clauæ præferratæ.

Τύλωμα, ατος, τὸ, idem quod τύλος, seu ἀποσκίρρωμα, Callus, Cutis in aliqua corporis parte obdurata. Vtitur Hesychius & schol. Aristoph. in exponendo τύλος ac τύλη. Poll. lib. 2, τύλωμα dici scribit totam pedis inferiorem partem: nimirum calcaneum, volam, & τὸ σῆμα, id est τὸ πεφυῦχον ὑπὸ τοῖς δακτύλοις. Plantam pedis vocant Latini, quidam Solum, necnon τύμμα & τέλμα.

Τύλωσις, εως, ἡ, Ipsa actio callum obducendi, vel etiam occallescendi. vt Pollux τύλωσιν appellari scribit ἔπαν σκληρὸν ἢ καὶ λευκότερον ἢ ὑποπελιδνον τὸ ἕλκος, quum est durum, albicãs & aliquantum liuidum. Plinius Callosa vlcera dicit. Itémque τύλωσιν dici scribunt Asperitudinem palpebræ inueteratam, & quæ in calli duritiem transit, seu Asperitatem palpebræ inueteratam & callosa duritie obductam. qualis est etiam πώρωσις. Τύλωμα siue Τύλωσις, (inquit Gorræus) est magna & inueterata internæ palpebrarũ faciei asperitas, quæ iam contraxit callum. Species est τῶν τραχώματος, vt habetur apud Paulum Ægin. lib. 3, cap. 22. Aetius lib. 7, ex Seuero scribit esse asperitatem quæ in aquale quid habeat, durum & callosum.

C. ΑΠΟτυλόω, ῶ, Glandẽ renudo, à τύλος significante τὸ αἰδοῖον. Sic enim Pollux lib. 2, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τύλος τὸ αἰδοῖον· ὅθεν καὶ Φερεκράτης τὸ γυμνοῦν αὐτὸ τῇ χειρὶ ἀποτυλοῦν εἶπε, manu nudare penem. Hesychio verò ἀποτυλῶσαι est ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον. sic enim apud eum legendum videtur. Non dubium est autem quin alicubi & alteram signif. habere possit, videlicet Callum obduco, sicut ἐνπτυλόω, & simplex τυλόω.

C. ΕΝτυλόω, ῶ, Callum obduco, itidem vt τυλόω. vnde ἐνπτυλωμένος, Cui callum obductum est, Qui occalluit & induruit.

Τύλη, SIVE Τύλα, ης, ἡ, idem quod τύλος & τύλωμα, id est Callus. vt Eustath. quoque scribit, pag. 1390 τύλη dici τὸ φῦμα τοῦ ὀπίσω τῶν αὐχένος. Itidémque apud Aristoph. in Acharn. vbi dicit, Γέρων Ἡρακλῆς, ἔκαμόν γε τὰς τύλας κακῶς, schol. exponens, ἔκαμον τὸν ὦμον βαστάζων, annotat, τύλαν & τύλον dictum fuisse τὸν ὦμον τὸν πτυλωμένον καὶ πεπληρωμένον καὶ πεπεκρωμένον τῆς σαρκός· ὁποῖον (inquit) πολλάκις ὀπίσω τῶν ὤμου γίνεται τοῖς ἀχθοφόροις, ἐκ τοῦ βαστάζειν τὰ σωρεχῶς. occallescunt enim & obdurescunt humeri eorum qui crebra onera baiulant, vt & manus eorum qui opera fabrilia vel rustica tractant, & pedes eorum qui longũ iter cõficiunt. Et rursum in eadem fabula, quum dicit, ὑποκύψας τὰς τύλας, idem scholiastes τύλας exponit τύλον τὸν ἀπὸ τῶν ἀχθοφορεῖν γεγενημένον, seu πῶν ἀπὸ τῶν ἀχθοφορεῖν ἐν τῇ τραχηλῷ γινομένον σκληρότητα. Sic Suidas ex Teleclide affert, ἔκαμον βαχίλου τύλας. Meminit verò & Pollux huius vocabuli, τύλλω esse dicẽs τὰ ὀπίσω τῶν τραχήλοις τῶν ἀχθοφόρων ὑπὸ τῶν ἀχθέων γινομένων βύσσω. Hesychio autẽ τύλη est etiam τῆς καμήλου ἀπὸ τῆς ὀράχεως τὸ ἄκρον δέρμα: vt Plautus quoque callum vsurpauit pro summo tergo bouis. ‖ Alioqui τύλη est etiam Culcitra, seu Culcita, Lodix. vt Epigr. lib. 2, Εἰσδὲν Ἀντίοχος πὼ Λισιμάχου ποτὲ τύλλω, Lysimachi culcitam, seu lodicem. Artemidor. ἔδοξέ τις ἐν τῇ τύλῃ πυροὺς ἔχειν αἰπὶ κεφάλων, καὶ παιδίον ἐγίνωσκεν ἄρρεν. Quem locum Suidas afferens, τύλη exponit σρωμνὴ, stragulum. quum tamen aliquid esse discriminis inter hæc duo, pateat ex hoc Antiphanis apud Poll. loco, σρώματα, κλίνας, κεναὶ τύλας. vt τύλη dicatur ipsum ὕφασμα cui indũtur κνάφαλα, vel πῖλα, aliáve tomenta. ‖ Τύλη apud Theophrastum Hist. plant. lib. 3, dicitur idem esse quod τῆλις. sed vereor ne ea scriptura mendosa sit.

C. Τυλυφαύτης, ου, ὁ, Qui culcitas texit, Culcitarum & lodicum artifex. Hyperides apud Poll. lib. 7, ἐμισθώσατο τὸν τυλυφαύτην. Vbi tamen scriptũ τυληφαύτης, necnon τακηφαύτης: quum tamen hæc ex ὑφαίνω sint composita.

Τυλία ET Τυλεῖον, idem quod τύλη. nisi fortè sit ipsum tomentum quo culcitra infercitur. Poll. lib. 10, cap. 8, ἐπέσθω δὲ τῇ κλίνῃ τυλεῖα, κνέφαλα, δάπιδες, τάπητες. Et paulo pòst, τὰ τυλεῖα καὶ τὰ κνέφαλα. Ibidem mutato genere

ex Sophoclis Iocle affert, — ἀλλὰ καὶ λινόῤῥαφος τυλεία. Sic enim reponendum ibi pro λινοχάφος, quod habent vulgatæ editiones. Nisi fortè scribendum λινοῤῥαφὶς, vt idẽ lib. 7 ex eodẽ Soph. affert λινοῤῥαφὶς τυλία. quanquã & ibi vulg. edit. perperã habeãt κλινοῤῥαφίς. Nam quod ad hoc κλινοῤῥαφὶς attinet, nullo id modo conuenire arbitror cum τυλία: nisi fortè accipiamus pro Clinæ insutus, Lecto discubitorio insutus. λινοῤῥαφὶς autem otimè quadrat, vtpote quo significetur vel Consuta ex panno lineo, vel Consuta lineis filis: quod & de λινόῤῥαφος dictum intellige. At λινοχάφος apertè mẽdosum est. Nota igitur hìc obiter ista adiectiua, NIMIRVM Λινόῤῥαφος, ET Λινοῤῥαφὶς: ITEM Κλινοῤῥαφίς.

Τυλίττω quoque ex τύλη deriuatum videtur, & significare In modum culcitræ conuoluo. Budæus ex lexicographo quopiam τυλιχθεὶς exp. συστρεφθείς. Isacius autem Tzetzes apud Lycophr. τυλίττω dicitur exponere ἐρευνᾶν, Perscrutor, Indago: forsan vt aliquis euolutis stragulis aliquid perquirit. Vnde COMPOS. Ἀνατυλίττω, oppositum simplici τυλίττω. significat enim Reuoluo seu euoluo quod est inuolutum. Quo in significatu apud Luc. extat. Vsurpatur tamen nonnunquã & pro simplici Voluo, Voluto. vt quum dicitur ἀνατυλίττω τοὺς λόγους οὓς ἤκουσα, πρὸς ἐμαυτὸν, Mecum voluto, seu Animo voluto. Vel etiã, Reuoluo apud me, & memoria repeto, ἀνακυκλῶ. ITEM Ἐντυλίττω, Inuoluo. Aristoph. Nubibus, σὺ δὲ τοῖς νῦν ὀθνεῖοις ἐν ἱμαλίοισι διδάσκεις ἐνπτυλίχθαι. Cui ἐντυλίττεσθαι oppositum γυμνοῦσθαι. Actiua autem voce & significatione, Matth. cap. 27, λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, inuoluit sindone pura. Pro quo Marcus dicit ἐνείλησε τῇ σινδόνι, Ioannes verò, ἔδησεν αὐτὸ ὀθονίοις: Lucas, iisdem cum Matthæo verbis, καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν σινδόνι.

ΤΎΜΒΟΣ, ου, ὁ, Bustum, Sepulcrum. vtrò vtitur Cicero, quum 2 lib. De leg. ait, De sepulcris autẽ nihil est apud Solonem amplius quàm nequis ea deleat, néve alienum inferat. Pœnáque est, siquis bustum, (nam id puto appellari τύμβον) aut monumentum aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. Quanquam latius patêre vocabulum sepulcri videtur quàm busti. Vulgò tumbam appellãt. Iliad. ρ, de columna, — ἠτ' ὀπὶ τύμβῳ Ἀνέρος εἰσήκει πεφνεώτος ἠὲ γυναικός. solebant enim olim super bustis defunctorum erigi columnæ, & inscribi eorum nomina & facta præclara, vt eorum ad posteros quoque memoria perueniret. cuiusmodi columnas, ὀβελίσκους siue ὀβελίσκους appellabant. Dicimur verò alicui vel ποιεῖν vel χεῖν τύμβον, quod Cicero Facere bustum. Hom. Od. α, Τῷ κέν οἱ τύμβον μὲ ἐποίησ' Παναχαιοί. Et Il. ψ, Τύμβον δ' οὐ μάλα πολλὸν ἐγὼ πονέεσθαι ἄνωγα. Od. δ, Χεῦε Ἀγαμέμνονι τύμβον. Et Od. μ, Τύμβον χεύαντες ἐν ἠιόνι σήλῳ ἐρύσαντες, Πύξαρδῃ ἀκροτάτῳ τύμβῳ ἐνήσομεν ἐρέτμον, super sũmo tumulo. Deest enim præpositio ὀπὶ, quam addidit Odyss. λ, dicens, πῆξαί τ' ὀπὶ τύμβῳ ἐρέτμον. Suidas hoc vocabulum deriuat ex τύφω significãte καίω, vro, seu comburo & cremo. quoniam ibi defunctorum cadauera cremabantur. Euripides verò γέροντα τύμβον vocat capularem senem, id est, propediem busto inferendum. in Med. Τίς τὸν γέροντα τύμβον ὀρφανὸν σέθεν Τίθησιν; quis me capularem senem te orbata? cuiusmodi senes vocantur etiam σοροδαίμονες. Schol. quoque γέροντα τύμβον exp. πλησίον θανάτου ὄντα, addens, senes appellari τύμβους, nimirum παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου.

C. Τυμβοχέρων, οντος, ὁ, Senex capularis, Silicernium. idem qui ὁ γέρων τύμβος Euripidi, & Aristophani σορέλλιον, & aliis σοροδαίμων ac πέμπελος. id est ἐξαπῆνεως, & decrepit⁹: qualem vulgus esse dicit in limine sepulcri, Homerus ὀπὶ γήρασος οὐδοῦ. Apud Suidã, Ὁ δὲ Γουνιαῖος ὁ βασιλεὺς τυμβοχέρων ὢν ἤδη.

C. Τυμβολοχέω, ῶ, affertur pro Sepelio, Tumulo, Condo. Sed videndum ne corruptum sit ex τυμβοχοέω.

C. Τυμβοχοέω, ῶ, Tumulum struo, Bustum facio. quo sensu Homerus dicit τύμβον χεῦαι, ποιεῖν, πονέεσθαι. vt & Eust. apud Homerum σῆμα χεύσαν idem esse dicit quod τυμβοχόησαν. Hesych. verò τυμβοχόησαν exp. θῆκα χῶσαι, θάψαι. vt idem sit quod Busto inferre, In busto cõdere, Sepelire, Tumulare. VNDE Τυμβοχόη SIVE Τυμβοχοὴ, idem quod bustum seu τύμβος. Hom. Iliad. φ, v. 322, Αὐτὰρ οἱ καὶ σῆμα πεπύξεται· οὐδέ τ' μιν χρεὼ Ἔσται τυμβοχόης, ὅτε μιν θάπωσιν Ἀχαιοί. sic enim Hesych. scriptum habet, exponens τύμβου, & χώσεως, seu θαφῆς. Quam scripturam Eustathius quoque agnoscit, τυμβοχόης dici scribens vt οἰνοχόης, paroxytonως. quosdam tamen qui isto modo scribunt, non velle hìc nomen esse, sed verbum synalœphen passum, vt poeta dicat ὅπ οὐδέ μιν χρεία ἔσται τυμβοχοῆσαι ὅτε θάπεται ὑπ' Ἀχαιῶν. Sed ego non video quomodo, si pro τυμβοχοῆσαι poneretur, omitti posset apostrophi nota, quam haberet scribẽdo τυμβοχοῆσ'. Simpliciorem certè esse arbitror eorum opinionem qui nomen esse volunt, siue barytonως siue oxytonως scribatur: vt eo nomine accipiamus χωσὸν θάφον seu τύμβου αἰαχωμασμόν.

C. Τυμβαύλης, ου, ὁ, dicitur ὁ ὀπτιλίοις μέλη αὐλῶν. Galenus, βομβῶδ ἐις δ' εἰσὶν ἕτεροι, τοῖς ὀξὺ ἀρυπάτων αὐλῶν ἐοικότες, ὁ ποίοις ἔχουσιν οἱ τυμβαῦλαι καλούμενοι. Hos τυμβαύλας Latini Siticines vocãt. Scribit enim Nonius siticines dici qui apud funeratos & sepultos, hoc est iam sitos (vnde & nomen illud, vt liticen à lituo, & tubicen à tuba) canere soliti erant honoris causa cantus lamentabiles.

C. Τυμβωρύχος, ου, ὁ, Qui busta eruit, nimirum vt ornamenta humatorum furetur. vnde ab Hesychio exponitur λωποδύτης νεκρῶν, Spoliator mortuorum, Qui mortuorũ cadauera refodit, & spoliat ornamentis sepulcralibus. Chariton Hist. lib. 3, ζῇ Καλλιῤῥόη· καὶ τυμβωρύχοι διορύξαντες τὸν τάφον, ἔκλεψαν αὐτῶ. Theophylactus epist. 13, τυμβωρύχος ἴσθι τοῦ πατρῴου τάφου ληϊσάμενος. τῇ σῇ δὲ κακίᾳ παῖς ἐκείνου φρεατιεῖ καὶ θυβείζεις. VNDE Τυμβωρυχέω, ῶ, Busta eruo, Busta fodiendo aperio: vt ii faciunt qui mortuos spoliant. quare exponitur etiam Sepulcra deprædor. Aristoteles de hyæna, καὶ τυμβωρυχεῖν δέ, (nimirum creditur) ἐφιέμενον τῆς σαρκοφαγίας τῶν ἀνθρώπων. Vnde Plin. Vulgò credũt ab hoc vno animali sepulcra erui, inquisitione corporum. Synes. epist. 143, ἡγοῦμαι δὲ ἀστεῖόν τον, ὑποπαίζοντα λόγοις καλεῖν ἢ θυμάτα· ὃ καλεῖ τυμβωρυχεῖν.

C. Ἐπιτύμβιος SIVE Ἐπιτυμβίδιος, dicitur ὁ ὀπὶ τύμβῳ, Supersepulcralis, (si ita loqui liceat) Super sepulcro positus. ὀπιτύμβιος κρητὴς in Epigr. & ὀπιτύμβια λέκτρα in iisdem. necnon ὀπιτύμβιον οὖχος. Nam generalius etiam accipi potest pro Ad sepulcrum pertinens, seu ad sepulcri honorem. vnde etiam ὀπιτύμβιος ἀγὼν, celebratus in sepulcri honorem, aut etiam sepulti. Et ὀπιτύμβιος λόγος, siue ὀπιτυμβίδιος, qui & ὀπιτάφιος, teste Eustathio, Oratio quæ in honorem sepulcri habetur, seu ad ornãdũ sepulcrũ. Nisi malis, Quæ in honorẽ sepulti habetur. Alioqui sonat propriè, Quæ super ipso sepulcro habetur. Affertur & ὀπιτύμβια θεσμὰ pro Leges ad sepulturã pertinẽtes. quod apud Nõn. legitur, Ὡς ἔθος Ἑβραίοις ὀπιτύμβια θεσμὰ φυλάσσειν. (Vbi obiter nota ETIAM Θεσμὰ pro θεσμοὶ) Et ex Nõno ὀπιτύμβιος ὥρη pro Sepulturæ tempus. Plut. verò meminit & ὀπιτυμβίας Ἀφροδίτης, Veneris libitinæ, vt ipse exponit in Problem. Rom. pag. 480, vbi inter alia ait, ὃν Δελφοῖς Ἀφροδίτης ὀπιτυμβίας ἀγαλματόν τι, ὡς ὁ τοῖς καθιχρωμένοις ὀπὶ ταῖς χαὶ αὐκακλωῶπαι. Alaudæ etiam seu galeritæ tribuitur hoc epitheton ὀπιτυμβίδιος. vt apud Theocritũ Idyll. 7, Οὐδ' ὀπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἠλάλιοντα. Vbi scholiast. annotat, auiculas has ὀπιτυμβιδίους vocari vel quoniam vtplurimum τοῖς τύμβοις, id est τοῖς τάφοις, ἐνδιατείβουσι, vel quoniam veluti τύμβον ὀπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσιν: habent enim in capite quoddam αἴσημα, ex quo κορυδαλῶν & galeritarum nomẽ inuenere. Affertur & aliud ex fabula etymon. dicuntur enim hæ auiculæ fuisse antequam terra existere cœpisset: quum verò contigisset vt pater earum moreretur, nec humus esset in qua conderetur, ipsum θαφῶσαι ὑπὸ κορυφῆς τῶ ἰδίου γόνου, id est sepultum fuisse super prolis suæ vertice. Indéque ὀπιτυμβίδιοι dictæ putantur quoniam in vertice suo patris bustum seu tumulum gestant. Perperam verò in v. lex. pro hoc ὀπιτυμβίδιοι SCRIPTVM Ἐπιτυμβείδες.

C. Περιτύμβιος, Qui circumfusus est sepulcro seu busto. Ex Epigr. περιτύμβια δάκρυα.

Τυμβεὰς αὐδὴ ex Nonno pro Vox seu sermo sepulcralis.

A T Τυμβαὰς, άδος, ἡ, Venefica dicitur, quòd identidem in sepulcris seu circum sepulcra versetur. Scribit enim Hesych. τυμβάδας γυναῖκας dictas fuisse ταῖς φαρμακίδας, quia ἐπὶ τοῖς τύμβοις διατρίβουσι καὶ τοῖς νεκροῖς ἀκροωμενάζουσι. Vnde cōiicere est etiam τοὺς ἀκροατηρίων vsum fuisse in veneficiis.

Τυμβείτης, ου, ὁ, Sepulcralis. Suidæ μνημάτης, afferenti ex Epigr. Λᾶας ὁ τυμβείτης ἄμμιν ὀλοκρέματα. Sed malim S C R I B E R E Τυμβίτης, sine diphthongo, vt scribuntur infinita alia in ίτης desinentia.

Τυμβόω, Busto infero, Tumulo, Humo, Sepelio. Soph. in Aiace, pag. 60 & 61, dicit, ὧν εὐθὺς αὐτὸν οὔπω ἓν' αὐὴρ δένων Τοσοῦτον ὥςτε σῶμα τυμβοῦσθαι τάφῳ. Quæ constructio similis est Homericæ illi, — ποῖόν σε ἔπος φύγον ἕρκος ὀδόντων. nam vtrobique putatur subaudienda præpositio κατὰ. Dicit enim ὡς οὐδείς ἐστιν αὐὴρ δένων τοσοῦτον ὥςτε αὐτὸν κατὰ τὸ σῶμα τυμβοῦσθαι τοῦ τάφου. id est, ὡς αὐτὸν ἐνταφιάσαι, Vt eum sepeliat & inhumet. Idem in Electra, pag. 100 dicit, Μήτηρ με πέμπει πατρὶ τυμβοῦσθαι χοάς. vbi scholiastes τυμβοῦσθαι exponit ἀπίσω τοῦ τύμβου. Nisi potius scribendum ὀπὶ τοῦ τύμβῳ, vt significet super patris busto fundere libamina. V N D E Τυμβεία, ας, ἡ, Tumulatio, Inhumatio. Legitur apud Suidam, sed sine expositione & exemplo.

ΤΥΠΤΩ,

Fut. ψω, Verbero, Percutio, Pulso, Tundo. Homerus Iliad. φ, — ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ, Τύψε κατὰ κληῖδα κατ' αὐχένα. Iliad. χ, ἐπὶ κέρας ὀξὺ χαλκῷ Τύψας ἠὲ βαλὼν ῥέθεων ἐκ θυμὸν ἕλοιτο. Vbi nota copulari τύπτειν & βάλλειν: quorum hoc eminus pugnando fit, illud autem cominus, & ἀγχεμάχοις ὅπλοις, cuiusmodi sunt enses & hastæ. Sic Iliad. ο, Βλήμενος ἠὲ τυπείς, telo ictus, aut gladio percussus. Et Iliad. η, Εἴ κέ βλεῖο πονεύμενος ἠὲ τυπείς. (Nota præterea in illo Il. χ, loco, datium instrumentalem. Talis constructio Odyss. ι, Ἐξῆς δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς. Pro quo Odyss. μ, κώπῃσιν ἁλὸς ῥηγμῖνα βαθεῖαν Τύπτε, κλιδέοντι ἐφήμενοι. Idem Hom. Odyss. χ, ὁ δ' χθόνα τύπτε μετώπῳ, pulsabat & tundebat humum fronte. Sic Lucianus, μύωπι δεῖ τὸ ὠτὸς τυπεὶς, ictus) Item Plutarch. dicit, τὸν ὄνον ἔτυπτε, καὶ πολλαῖς ἐνεφόρει πληγάς. Et Xenoph. Pæd. 5, τύπτει αὐτὸν εἰς τὸν ὦμον. Pass. Τύπτομαι interdum habet accus. eius partis quæ plagas accipit, interdum accus. πληγάς. Plutarch. Alexandro, διέθεον τὰ πρόσωπα τυπτόμενοι καὶ βοῶντες. vbi subaudienda præpositio εἰς. vt Latini etiam dicunt In faciem percussus, In os ictus. Plato De leg. lib. 11, κατὰ δραχμὴν ἑκάστην τυπτέσθω πληγάς, in singulas drachmas singulos accipiat ictus. is nimirum qui adulteratas vendiderit merces. Sic Aristoph. τύπτομαι ἴσως σοι πληγάς. Idem in Nubibus dicit τύπτομαι πολλὰς, omisso substantiuo πληγάς. id est, Multas accipio plagas, Multis concidor verberibus. Aues etiam suis rostris dicuntur τύπτειν, vt videbis infrà in Χαμαιτύπος, itémque alia animalia suis κέντρις. vt apud Anacr. de api, Ὄφις μ' ἔτυψε μικρὸς, percussit, vel etiam pupugit. ¶ Τύπτεσθαι Bud. ex Herodoto affert etiam pro Plāgere. Idem igitur fuerit quod κόπτεσθαι, de quo dictum est suo loco.

Τυραννικὸς, οῦ, ὁ, Tyrannicus, Ad tyrannum pertinens. id est Regius, Ad regem pertinens. vt. τυραννικαὶ στεγαὶ apud Euripidem, Domus tyranni seu principis. Aliquando in malam partem itidem pro Tyrannicus, seu Qui tyranni est. vt apud Demosthenem Olynth.2, ὅτι τὴν τυραννικὴν οἰκίαν. Et apud Isocratem Panathen. ἔνας ἀπὸ οἴκων ἀπὸ τυραννικῶν καὶ βασιλικῶν. Necnon τυραννικὸς dicitur A tyranno seu tyrannis profectus, seu Tyrannũ decens, Quo tyrãnus vtitur. vt τυραννικοὶ νόμοι apud Plat. Polit.2, Leges à tyrannis profectæ, seu positæ. Et τυραννικὸς σκοπὸς, Scopus tyranni, Scopus quem tyranni sibi propositum habent. Aristot. Polit.5, ἔστι δὲ σκοπὸς, τυραννικὸς μὲν, τὸ ἡδύ· βασιλικὸς δὲ, τὸ καλόν. Item δυνάμις τραπεζικὴ τυραννικὴ apud eundem Politic.3, & κράτος τυραννικὸν apud Plutarchum, & τυραννικὴ ἀρχὴ apud Aristotelem Polit.4, capite 10. Item aliquid τυραννικὸν dicitur. Philo De vita M. lib.2, ὑπολαβὼν τυραννικόν τε καὶ δεσποτικὸν, αὖθις τραπεζῶν ἀφαιρεῖν, ὡς οὐκ ἐλευθέροις, tyrannicum & herile ratus esse. Plutarchus Alcib. τοῦτοις ἐδιςχέραινον ὡς τυραννικοῖς καὶ τραπεζομένοις. Idem Plutarchus alibi dicit τυραννικὰ φρονεῖν pro Tyrannidem captare & affectare, seu τυραννιᾶν, & τυραννησιέειν. Aristoteles autem Polit.5, ὡς τὰ τυραννικὰ dixit Post tyrannorum dominatum, Post iugum & imperium tyrannicum. seu Post expulsos tyrannos. Homo etiam aliquis τυραννικὸς dicitur Qui tyrannidem exercet. Plutarchus De deo Socr. ἄδικος μὲν αὐὴρ καὶ τυραννικὸς, δύρωπος δὲ τῇ ψυχῇ καὶ ὡς ἐπὶ χεῖρα ῥωμαλέος. Idem De sera num. vind. χρῆται δὲ, κατροῦ καὶ δυνάμεως ὁπλαβόλεμος, τὰ κλέπτειν ὁ κλέπτης, καὶ τὰ τραπεζομένειν ὁ τυραννικός. Xenophon, κακούργοις τ' εἶ καὶ τυραννικοῖς. At pro τυραννικὸς & Dominandi peritus, accipiunt apud Isocratem in Euagora, vbi ait, οὐδὲν τραπελιπὼν ὧν τρεσῆναι τῆς βασιλεῖσι φρέπει, ἀλλ' ἐξ ἑκάστης πολιτείας ἐκλεξάμενος τὸ βέλτιστον· καὶ δημοτικὸς μὲν ὤν, τῇ τῶν πλήθους θεραπείᾳ· πολιτικὸς δὲ, τῇ τῆς πόλεως διοικήσει· στρατηγικὸς δὲ, τῇ τῶν κινδύνοις ἀβουλίᾳ· τυραννικὸς δὲ, τὰ πᾶσι τούτοις διαφέρειν. Vnde A D V E R B. Τυραννικῶς, Tyrannicè, Tyrannorũ more, seu Tyrannorum in modum. Potest etiam reddi Tyrannico imperio, aut Tyrannica crudelitate. Isocr. in orat. ad Philipp. οὐ βασιλικῶς, ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς αὐτῶν ὄντα τῆς.

Τυραννία, ας, ἡ, Tyrãnis, Tyrãnicus dominatus. Ex Xenophonte ἀπὸ τυραννιῶν. V N D E Τυραννιάω, ῶ, Tyrannidem affecto. Suidæ ὅπτυμῶ τυραννῆσαι: apud quem legitur & præcedens τυραννία. Diog. Laërt. in Platone, ὀργισθεὶς γὰ ὁ Διονύσιος, Οἱ λόγοι σου (φησὶ) γεροντῶσι· καὶ ὅς, Οἱ δὲ σοῦ τυραννιῶσι, tyrannidem declarant, vt Bud. interpret. Vbi nota etiam V E R B. Γεροντάω, quod idem ibidem accipit pro Senium & delirium sapio.

Τυραννὶς, ίδος, ἡ, idem quod præcedens τυραννία, vt testatur Suidas, qui hoc τυραννία per illud τυραννὶς exponit, veluti notius. Generaliter nonnunquam (& quidem apud antiquiores scriptores potissimum) accipitur pro Regnum seu Imperium, vt Thucydidis quoque scholiast. tradit, ὡς ῥήτορας τυραννίδα καὶ βασιλείαν ἀδιάφορως λέγει. Sic accepit Euripides in Phœnissis, quum Eteoclem dicentem finxit, Εἴωθε γὰ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' ἁσεβεῖν χρεών. Quorum versuum hæc legitur interpretatio apud Ciceronem De offic. lib.3, Nam si violandum est ius, regnandi gratia Violandum est: aliis rebus pietatem colas. Suet. in Cæs. eosdem versus afferens, & à C. Iulio Cæsare in ore haberi solitos dicens, (quod testatur & Cicero) pro Regnandi habet Imperii. Quorum vtrunque quadrat. In bonam partem apud Isocratem in Euagora, τυραννίδα καὶ τὴν θείων ἀγαθῶν καὶ τὴν αἰθρωπίνων μέγιστον καὶ σεμνότατον καὶ τὰ θεμαχὴ πάντων εἶ). Sæpissimè autem in malam partem pro dominatu iniusto & crudeli. Eam Aristoteles Politic.3 esse ait παρέκβασιν βασιλείας, & συγκεῖσθαι ἐξ ὀλιγαρχίας τῆς ὑστάτης καὶ τῆς ὑστάτης δημοκρατίας. Idem Rhet.1, ἡ μὲν (inquit) κατ' ἀξίαν ἀνὰ μοναρχία, βασιλεία· ἡ δ' ἀόριστος, τυραννίς. Et Politic. 3, ἡ τυραννὶς δὴ μοναρχία τρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶ μοναρχοῦντος. De quo dominatu multa apud eundem leguntur eodem Politicũ libro, necnon 4 & 5. Meminit verò & αἱρετὴς τυραννίδος libro 3, quam esse dicit dominatum τῶν αἰσυμνητῶν. Rursum idem dicit ὁπτιθεῶσι τὰς τυραννίδι, Polit.5: & πονηρία κτήσασθαι τυραννίδας Plutarchus De sera num. vind. Itidemque τυραννίδι ὁπχειρεῖν legimus apud Lucianũ in Tim. Rursum apud Plutarchũ τὰ κακοηθείας Herodoti, παιδείας τῆς τυραννίδος ἐλευθεροῦσαι. Et apud Aristot. Polit. 5, καταλῦσαι τὰς τυραννίδας. Herodianus verò dixit lib.7, ὀκ τρεσείας καὶ παῖν ἡμέρου βασιλείας εἰς τυραννίδος ὠμότητα μετάγαν πάντα ἐπιτρέπτ. Et Aristophanes in Vespis, Ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυραννὶς ὄζειν ἐμφανής; & aperta tyrannis. Pro Violentia accipi apud Gregorium, testatur Bud. ‖ Τυραννὶς pro vxore tyranni seu principis vsurpatur in libro Esther, cap.2. sicut βασιλὶς dicitur Vxor regis, seu Regina.

Τυραννεῖον, ου, τὸ, Domus seu domicilium tyranni, Ædes in quibus habitat tyrannus, Regia tyranni. Plutarchus in Timol. διὰ τὴν Διονυσίων τυραννείων τότε καταστραμμένων ἔφερον. Itidem in Dione τυραννεῖον vocat regiam Dionysii, teste Budæo. Suidas propriè τυραννεῖον dici tradit τὴν ἀκρόπολιν, arcem. Perperam verò apud Polluc. sine diphthongo S C R I P T V M Τυραννίον. Sic enim apud eum, libro 8, τάχα δὲ καὶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ βασίλειον αὖθις εἴποι καὶ τυραννίον. Scribendum enim τυραννεῖον, vt πρυτανεῖον.

Τυραννεύω, F. σω, Sum τύραννος, Tyrannidem obtineo, Regno. In bonam partem Isocr. in Euag. In malam autem Appianus in Mithridate, καὶ τὴν ἐπὰ σοφῶν λεγομένων ὅσοι τὴν τρεαγμάτων ἐλάβοντο, ἐδυνάστευσάν τε καὶ ἐτυραννεύσαν ὁμότερον τὴν ἰδιωτικῶν τυραννων, Tyrannidem exercuerunt, seu Tyrannos egerunt. P A S S. Τυραννεύομαι, Sub tyranno sum, Tyranno subiectus sum, seu pareo. Plato epist.8, τυραννεύσαντί τε καὶ τυραννεύεντι παλαιὰ ἐμὶν ξυμβουλὶν λέγω, Et ei qui tyrannum agebat & ei qui tyranno subiectus erat. Et Thucyd. lib.1, ἐπειδὴ δὲ οἵ τε Ἀθηναῖοι τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ὁπτὸ πολὺ καὶ πρὶν τυραννεύεσθαι οἱ πλεῖστοι καπελυθῆσαν, quæ antè quoque tyrannorum dominationes diu pertulerat. Apud Plutarchum autem sub finem Instituit. Lacon. ἐτυραννεύθησαν ὑπὸ τῶν ἰδίων πολιτῶν, malunt quidã interpretari, A propriis ciuibus acti sunt in tyrannide. V N D E Ἀτυράννευτος, ον, ὁ καὶ ἡ, Liber à tyrannico dominatu. Thuc. l.1, ἀεὶ ἀτυράννευτος ἦν, semper tyrannis caruit.

Τυραννέω. ῶ, F. ήσω, idem quod τυραννεύω, Tyrannus sum, Tyrannidem obtineo, Dominor, Impero, Regno. Aristot. Rhet.1, Πεισίστρατος τρότερον ὁπτιβουλεύων, ἵπτει φυλακὴν καὶ λαβὼν, ἐτυράννησε, tyrannidem occupauit. Apud eundem Politic.3, Iason dicit se πεινῆν ὅπ μὴ τυραννῶ. Interdum cum genitiuo. Thucyd. libro 2, ἧς Εὔαρχος ἐτυράννει, Cuius Euarchus tyrannus erat. Aristot. Polit.5, de Lygdamide, ἐτυράννησεν ὕστερον τῶν Ναξίων. Athen. lib.1, τυραννεῖν ἐπιχείρησε τῆς πατείδος. Et libro 11, τῆς πατείδος πικρῶς τυραννήσας. Cum accusat. autem Demosthenes Philipp. 3, ἄρχεσι καὶ τυραννοῦσι ὅις τότε σώζονται αὐτοῖς, Imperium & tyrannidem exercent in eos à quibus tunc seruati fuerant. Itidem cum accus. Gregorius Naz. contra Iulianum, qui Christianis interdixerat studiis liberalibus, ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας τυραννήσας τρὸ τῶν ἄλλων τοῖς λόγοις, Tyrannidem exercens in studia liberalia, Tyrannicè expellens. Et Chrysostomus De sacerdot. τυραννεῖν τὴν ψυχήν. Vbi possis etiam accipere pro Vim afferre, Violenter cogere, vt Bud. interpretatur apud Gregorium in oratione, εἰς Βασίλειον habita, θάλατταν καὶ ποταμὸν ἀνακόψας, καὶ τοιχῶν τυραννήσας. nimirum Deus. Et in oratione De filio apud eundem, εἰ μὲν γὰ ἐξ οὐ θέλοντος, τετυράννηται. καὶ τίς ὁ τυραννήσας αὐτὸν; καὶ πῶς ὁ τυραννηθεὶς, θεός; id est, Qui vim passus est & coactus. ὁ βιασθεὶς, vt idem ibidem. Idem de equo feroce, τὰ δεσμὰ τυραννήσας, κροαίνει κατ' πεδίον, vi abruptis vinculis, vt idem Bud. interpretatur. Rursum pro Dominor, Obtineo, vel etiam pro Exupero, accipitur, quum Alex. Aphrod. Problem. libro 1 dicit, τυραννεῖ ξηρότης ὑγρότητος ἀπωλεία. Sicut verò τυραννεύομαι dicitur, ita & τυραννέομαι, pro Tyrannidem patior, Tyranno subiectus sum & pareo. Xenophon Hellen.2, πρὶν αὖ ἐς τὸ ὕπν' ὀλίγον τυραννεῖσθαι τὴν πόλιν καταστῆσαν. Plutarchus Aduersus Coloten, ἐλευθεροῦσαι τὴν πατείδα τυραννουμένην. Sic Plato Polit.1, τῶν πόλεων αἱ μὲν τυραννοῦνται, ex ciuitatibus aliæ reguntur à tyrannis. Et Herodianus libro 1, ἔδει δ' ἄρα ποτὲ παύσασθαι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννουμένην, tyrannide liberari. Rursum ψυχὴ τυραννουμένη apud Platonem De leg. vt πόλις τυραννουμένη. Alioqui τυραννεῖσθαι significat etiã Cogi, Vim pati, Violari, vt videre est in loco quodam Greg. paulo antè citato.

Τυραννιστέω, idem quod τυραννιάω, Cupio τυραννεῖν seu τυραννεύειν, Tyrannidem & imperium affecto. Solon in epist. ad Epimen. apud Diog. Laërt. lib.1, τῶν μὴ αἰσθανομένων Πεισίστρατον τυραννιστέοντα. In vulg. lex. perperam S C R I B I T V R Τυραννιστέω.

Τυραννίζω, Cum tyrannis seu tyranno facio, Tyranni seu tyrannorum partibus faueo, Sto à partibus tyranni.

T Y R O'S,

ὁ, ὁ, Caseus. Homerus Odyss.1, Ταρσοὶ μὲν τυρῶν βεῖθον. Vbi quos ταρσοὺς nominat, Aristophanes vocat παλαιοὺς, in Ranis, τὸν τυρὸν τὸν χλωρὸν τοῦ αὐτοῦ παλαιοῦ κατόδτε. Vbi nota etiam τυρὸν χλωρὸν appellari τὸν νεαλῆ seu νεαρὸν aut νεοπαγῆ, caseum recentem: cui opponitur ὁ ξηρὸς & ὁ παλαιός. arescere enim dicuntur vetustate. Itidem τυροὺς ἀπαλοὺς dixit Nicarch.2 libro Epigramm. Necnon τυρὸς νησωτικὸς apud Athen. lib.12, & τυρὸς Σικελικὸς apud eundem, lib.1 & 14, & τυρὸς Χερρονησίτης, lib.2, Ὀπῖαν ὃ τυροῦ Χερρονησίτου τόμον. Idem rursum libro 14, ὥστε ἰῶ γένεται τυρὸς ἄγλαος ἥδιστος, οὐκ ἔχων σύγκρισιν τρὸς ἕτερον. Et lib. 1, ὁπτξύοντα τυρὸν ἄγλαον.

C. Τυροβόλιον, ου, τὸ, Id in quod coniiciuntur casei. Schol. Theocr. in Idyll.11, Ταρσοί, τὰ κοινῶς λεγόμενα τυροβόλια. Ita autem dicuntur πλέγματα quædam & κρεμάθρα ἐφ' ὧν τερσαίνονται οἱ τυροί. vnde apud Homerum, Ταρσοὶ μὲν τυρῶν βεῖθον.

C. Τυρόγαλα, κτος, τὸ, ex Hesychio affertur expositum ὀρρὸς, quod est Serum.

C. Τυρόκνηστις, ιδος, ἡ, E T Τυρόκνη, ης, ἡ, Radula qua caseus raditur, μάχαιρα ᾗ ὁ τυρὸς κνᾶται. quæ κνῆστις quoque nominatur. vt apud Homerum Iliad. λ, ὅτι δ' ἀ ἀίγειον κνῆ τυρὸν Κνῆστι χαλκείῃ. Sed & ξυήλη vocatur, à ξύω idem significante quod κνάω. vnde apud Athen. lib.1, ὁπτξύοντα τυρὸν ἀίγλον. Ambo autem illa, τυρόκνη nimirum & τυρόκνηστις, leguntur apud Suidam, apud quem vide & explicationem senarii illius prouerbialis, Οὐ σήσομαι λέαν' ὅτι τυροκνήστιδος. Apud Hesych. verò & Poll. properispwmenως scriptum est Τυροκνῆστις: apud Eustath. vt & apud Suidam, proparoxytonως.

C. Τυροκομεῖον, ου, τὸ, Locus in quo curãtur ea quæ ad caseos pertinẽt: Caseale, vt Columella vocat, Casearia taberna, vt Vlpianus. Hesychio πάλαρος ἐν ᾧ ὁ τυρὸς ὅτι μελείας τυγχάνει. At Poll. l.1, c.12, bubulcorũ quædã recensens vasa, τυροκομεῖα, ταρσοὶ, τυροφορεῖα καὶ πάλαροι. Idem lib.7, πάλαρος, τυροκομεῖα. οὕτω δ' αἱ καλοῦς τὸν πάλαρον ᾧ ὁ χλωρὸς τυρὸς ἐμπήγνυται· ὥςαρ τὸ ξύλον τὸ ἑκατέρωθεν φέρον ζωὶ, πλέγμα, (scribendum forsan ζωὶ τὰ πλέγματα) τυροφορεῖον. solent enim lac coagulatum coniicere in fiscellas quasdam, & in iisdem formare simul atque exiccare recentes caseos. Ibidem titulus est ὥστε τυροκομίας. Esset autem τυροκομία, Curatio eorum quæ ad caseos pertinent. ea enim non solùm in eo conficiendo consistit, sed etiam in eo exiccando.

C. Τυροκόσκινον, ου, τὸ, Caseus cretus incerniculo, vt quidam interpr. apud Athen. lib.14, vbi hoc τυροκόσκινον sic describit, τυρὸν ἐκπέσας καλῶς, θὲς εἰς ἄγγος· εἶτ' αὖθις κόσκινον χαλκοῦν ὁπτθεὶς, δίαγε τὸν τυρόν. ὅταν δὲ μέλιτος τρεσφέρειν, βάλε μέλιτος αὔταρκες ἐπάνω.

C. Τυρόνωπος, Dorsum habens ex caseo. Aristoph. τυρόνωπον κύκλον πλακοῦντος dixit periphrasticé πλακοῦντα τὸν ἔχοντα τυρόν.

C. Τυροπωλέω, ῶ, Caseos vendo. Quoniam verò τρὸς σταθμὸν ἐπωλεῖτο ὁ τυρὸς, id est quoniam ad pōdus diuendebatur caseus, ideo factum est vt significet etiam Pondero & expendo, more eorum qui caseos venditant. σταθμῶ, vt Suid. cum schol. Aristoph. exp. in Ran. αὐδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τὴν τέχνην.

C. Τυροφορεῖον, ου, τὸ, Asser in casearia taberna seu caseali dispositos caseos sustinens. Vide in Τυροκομεῖον.

C. Ὑποτυρὶς, ίδος, ἡ, edulii genus apud Athen. lib.14, quod fieri scribit melle iniecto lacti, dum coagulatur: coagulato autem iam, cribello aut flabello vimineo imponi, vt serum perfluat. Forsan ita dictum quòd caseum tenerum & recentem referat aliquatenus.

Τυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Caseosus, seu Qui è caseorum genere est. Plut. in Polit. præcept. καὶ τὰ μὲν σερεὰ καὶ πολύσφα τῶν σπίων, οἷον τὰ τυρώδη καὶ κρεώδη, καὶ σύκων τὰ ξηρὰ καὶ ὠὰν τὰ ἑφθὰ, τρεσφέρεσθαι.

Τυρόεις, εντος, ὁ, idem. Τυρόεις ἄρτος, seu simpliciter & sine adiectione substantiui τυρόεις, dicitur Panis caseo conditus, seu Cui casei aliquid admixtum est, seu Panis qui intritum caseum permixtum habet. Theocr. Idyll.1, — πορθμεῖ Καλυδωνίω αἰγά τ' ἔδωκα Ὠῖνον, καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος. Vbi συνίζησις est. nam o & e in vnam syllabam sunt conflanda. Atque adeo E T Τυροῖς dicitur facta contractione. vt ὀπῖς pro ὀπέις, & πλακοῖς pro πλακόεις, & quædam alia. vnde τυροῦντες ἄρτοι pro τυρόεντες, qui E T Τυρῶντες. Sic enim Eustathius pagina 975, ἄρτος ἀλειφατίτης, ὥςαρ ἴσως καὶ π πιμελῆς ἑίκατα μέμικται· καθὰ καὶ εἰς τοὺς λεγομένους τυρῶντας ἄρτους ἡ τυροῦντας, τυρὸς ὀνόμασται. Meminit & Athen. huius τυρῶντος ἄρτου, lib.3, afferens ex Πενθεραῖ Sophronis, συμβουλεύω τ' ἐμφαγεῖν ἄρτον γ' ἄρτι τυρῶντα τοῖς παιδίοισι. Hesychius τυρόεντα exp. πλακοῦντα. malim Placentam cui caseus intritus permixtus est.

Τυρίον, ου, τὸ, Caseolus.

Τυρόω, ῶ, Coagulo & cogo in caseum. vt τυροῦν γάλα dici-

tur qui facit vt in caseum densetur: & ipsum lac τυροῦσθαι, quum in caseum densatur. quo vitio laborant puerperæ interdum ab ipso statim partu, interdum postea, vt Marcellus annotauit apud Dioscoridem. Ex Gregorio autem Naz. ὑπὸ χύνα ἐλάμψαπε, ὑπὸ γάλα ἐπυρώθηπε, affertur pro, Lacte candidiores facti estis. vt τυροῦσθαι ὑπὸ γάλα sit Fieri cãdidiorẽ lacte in caseũ dẽsato. Est certè & lactis & casei color candidus, nisi vetustate mutetur. Budæus verò interpretatur, Conglutinati estis. ‖ Τυρόω significat etiã Agito, Turbo, Commisceo. solet enim lac rudicula agitari & κυκᾶσθαι dum πήγνυται & τυροῦται. vnde Hesychius quoque τυραθέντα exponit παραχθέντα, κινηθέντα. Archest. apud Athen. libro 7, Οὐ γὰρ ὅπῃ τύχοιμι χρησοὺς σκυλαξέωσι ἰχθῦς, Ἀλλὰ διαφθείροισι κακῶς τυροῦντες ἅπαντα. Vnde COMP. Συντυρόω, ῶ, itidem In caseum cogo & condenso, Coagulo. Aristophanes metaphoricè & per iocum vsus est hoc verbo in Equitibus. Ὑμῶν (inquit) ἀπάντων τὰς ξυνωμοσίας ἐρῶ, Καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ὅπῃ τῇ πόλει, Καὶ πάντ' ἀ Μήδοις καὶ βασιλεῖ ξυνώμοτο, Καὶ τὰ 'κ Βοιωτῶν ταῦτα συντυρούμενα. Vbi scholiastes συντυρούμενα exponit συμπηγνύμενα: quoniam videlicet apud Bœotos multi fiebant casei. Budæus pro μηχανώμενα accipi posse ait, (vt τυρεύεσθαι accipi deinceps dicam) interpretans Ex composito facta, Composita, Structa.

C. Ἀτύρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui in caseum densatus & coagulatus non est. Vel, Qui in caseum densari & coagulari nequit. Dioscor. lib. 3, cap. 41, de mentha, γάλα ἀτύρωτον φυλάσσει ἐναποκλυσθέντων αὐτῷ φύλλων. Vbi Ruell. Coire lac densarique in caseum non patitur, si folia potionibus lactis immergantur.

Τυρεύω, F. σω, idem quod τυρόω, In caseum cogo & denso, Facio vt in caseum coaguletur. vnde τυρεύεται γάλα, Lac coit & coagulatur, apud Aristotelem Histor. animalium lib. 3. ‖ Significat τυρεύω etiam Agito, Turbo, Commisceo, vt τυρόω. vnde & Hesychius τυρεύειν exponit κυκᾶν & παραάλειν. Eustathius verò τυρεύειν accipi scribit ὅπῃ τροφῆς κακομηχανήσεως, ἀγνωμάτων, vt Suidas etiã τυρεύσαντες exponit καταστεύσαντες, præcedentis tamen etiam significationis mentionem faciens, & τυρευθέντα exponens κινηθέντα, παραχθέντα. Itidémque Budæus τυρεύειν ex quibusdam exp. μηχανᾶσθαι, Machinari, Struere, Fabricari: afferens ex Demosthene 182, καὶ μὴ ταῦτα ὁ μὲν ἦκεν ἄγων τοῖς ξένοις, ὁ δ' ἔνδον ἐτύρευε ταῦτα, struebat. Quomodo Lucianũ quoque vsurpasse testatur idem Bud. & Theodoritum in Histor. Ecclesiast. Necnon ex Chalcedon. concilii can. 18 affertur τυρεύειν καταστεῦαι, pro Fraudes struere. Sumpta autem metaphora est ab iis qui lac coagulant.

VNDE Τύρευσις, εως, ἡ, ET Τυρεία, ας, ἡ, Lactis coagulatio & in caseum densatio. Aliis, Confectio casei. Gaza apud Aristot. εἰς τυρείαν ἀμέλγεται γάλα χρήσιμον, vertit, Lac vtile caseo emulgetur. itidémque εἰς τύρευσιν apud eundem, Ad conficiendum caseum.

ΤΥΦΛῸΣ,

οῦ, ὁ, Cæcus, Oculis captus, Orbus luminibus. Homerus Iliad. ζ, Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς, Luminibus eum priuauit. Plutarchus De fortuna, ἰὼ τυφλὼ λοιδορεῖσθε, ὡς τυφλοὶ φωτιζόμενοι αὐτῇ. Apud eundem Symp. lib. 2, ὥσπῃ καὶ τυφλῷ δῆλα. Quibus verbis Antigonus sese εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἔσκωπτε, nimirum λαβὼν αἰτίωμα μεγάλοις γράμμασι γεγραμμένον. Prouerbialia autem τυφλότερος ἀσπάλακος & τυφλότερος λεβηρίδος, vide apud Suidam & Erasmum. Metaphoricè etiam dicuntur corporis aliquæ partes esse τυφλαί. Xenophon Pæd. 3, μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχρεα, ταῦτα ἐναντία πάσχειν τοῖς πολεμίοις φυλάττοντας. Vbi dorsum vocat τυφλὸν & ἄχρον, quoniam oculi & manus in anteriore corporis parte sunt. Apud iurisconsultos autem & architectos τυφλοὶ τοῖχοι, Virgilio Cæci parietes: in quibus non sunt φωταγωγοὶ θυρίδες, id est fenestræ quæ lumen intromittant & inferant in conclaue vel domum. Et τυφλὸν τρῆμα anatomici in osse lapidoso vocarunt foramen quoddam, quòd iniecto funiculo aut seta porcina exitum non reperirent: anfractuosum enim est nec rectà perforatum. Iidem verò τυφλὸν ἔντερον, cæcum intestinum, nominarunt Intestinum à ventriculo ordine quartum, sed primum crassorum, desinens quà τὸ κῶλον incipit. Ex eo autem ita dixerunt, vt videtur, quoniam quum in modum ventriculi rotundius sit, non autem oblongum vt reliqua, vno foramine, tanquam oculo, sit præditum, vt inter alia tradit Gorr. Rursum homo esse τυφλὸς alicuius rei dicitur quam nõ perspicit & videt. vt apud Plutarchum in Solone, τυφλὸς ὅσῃ τῶ μέλλοντος ὁ ἄνθρωπος, Homo futura prospicere nequit, Homo futuri ignarus est. Vide & τυφλόω.

‖ Item τυφλὸν dicitur Quod non videtur, Minimè vel vix apparens, Obscurum. vt τυφλὸν κίνημα idem in Galba dixit Motum obscurum. Sic τυφλὸν κῦμα in Epigr. Rursum Plutarchus in Sylla, de Melane fluuio, εἰς λίμνας τυφλὰς ἀφανίζεται. vt ex Xenophonte quoque affertur τυφλὴ πηδὰξ pro Fons non apparens. Et apud Suidam, ὁδοῖς ὅπῃ τυχαίνει τυφλαῖς καὶ αἰδρόδοις. Itidem Latini dicunt Cæcas fossas, Cæca vada, Cæca saxa, & alia quædã. Sed & τυφλοὶ ὄνειροι Cæca somnia & incerta, vt Horatius dicit Cæca sors pro ea quæ certa non est: Serm. 2, sat. 3, — cæca fluitantia sorte laboret Reddere certa. vocantur autem ita οἱ ὄνειροι, quoniam sunt ἀπατηλοί. Δοιαὶ γάρτε πύλαι ψευσάων εἰσὶν ὀνείρων. ‖ Hesychio si credimus, τυφλὸς accipitur nonnunquam etiam pro κωφός, Surdus. Suidas certè affert ex Sophocle opinor, Τυφλὸς πάντ' ὤπα, τὸν τε νοῶν, πάντ' ὄμματ' ἔ: pro eo quod Latinè diceremus, Non oculis solùm captus es, sed auribus etiam & mente. Vnde potest DERIVARI Τυφλώδης, quod Galenus apud Hippocratem exponit, ὀνεὸς καθεζόμενος, Qui mutus sedet & velut attonitus.

C. Τυφλοπλαστέω, ῶ, Cæcum fingo. vnde in lex. meo vet. & apud Suidam, Τυφλοπλαστεῖται, τυφλὸς πλάττεται, seu αἰαπλάττεται. vt Suidas habet. apud quem subiungitur in manuscripto etiam codice, καὶ Τυφλοπλεῖται, ὁμοίως. Ita vt hoc VERBVM Τυφλοπλέομαι synonymum præcedenti τυφλοπλαστέομαι esse putandum sit, si tamen mendo caret.

C. Τυφλόστομα, idem quod τυφλὸν στόμα, Cæcum os seu ostiũ. vt τυφλοστόμαπα Νείλου apud Eustathium. Qua compositionis forma apud Ammianum Marcell. LEGITVR Σπιόστομα, inter Danubii quædam ostia numeratum.

C. Τυφλώττω, Cæcus sum, Cæcutio, Sum τυφλὸς τὼ ὄσπ. indo enim compositum fertur, vt & affinem significationem habens ἀμβλυώττω. secundum quam deductionem esset τυφλώττω & ἀμβλυώττω pro τυφλώσσω & ἀμβλυώσσω. Metaphoricè plerunque vsurpatur, à corpore nimirum translatum ad animum. Cicero in epistola ad Attic. libro 2, Ego fortassis τυφλώττω, & nimirum τῷ καλῷ παρεστέπεντα. Interdum verò cum datiuo aut accusatiuo. Herodian. lib. 3, ὁ δὲ Πλωπαιὸς τυφλώττων τῇ ὄπῃ θυμίᾳ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ γραμματεῖον, καὶ ὀκπέμπει ὅπῃ τὸν φόνον, Cæcutiens nimia cupiditate, Excæcatus & nihil cernens præ cupiditate. Gregorius Naz. De baptismo, τοῖς τυφλώτποισι τὸ ἡγεμονικόν, Quibus ratio est obcæcata.

C. Τυφλῶψ, ῶπος, Cuius oculi cæcutiunt. id est Cæcus. Apud Nicandrum τυπλῶπες sunt serpentes quidam, in Theriac. v. 492, Καὶ ἔπ που τυφλῶπες ἀπήμαντοι φορέονται. Vbi scholiastæ τυφλῶπες sunt οἱ καλούμενοι τυφλῖνοι· οἱ καὶ πόδωδοι ἠρεμοῦσι. Apud Hesychium verò LEGITVR Τυφλῶνες, εἶδος ὄφεων: haud scio an perperã pro τυφλῶπες. SED ET Τυφλίναι nominantur iidem, NECNON Τυφλῖνοι. vt apud Aristotelem Histor. animalium libro 8, τοῖς τυφλίνοις ὄφεσι, serpentibus qui τυφλῖνοι dicuntur. Et libro 6, cap. 13, ὥσπερ οἱ τυφλίναι ὄφεις. Sed suspecta mihi hæc posterior scriptura est. Latini quidam Cæcilias appellant, vt Columella: Plinius autem Cæcos serpentes, lib. 9, cap. 51.

C. Τὀτυφλος, Aliquantum cæcus, Lusciosus.

Τυφλότης, ητος, ἡ, Cæcitas. Plutarchus, μήτε τυφλότητα, μήτ' ἄλλῳ τινὰ σωματικὴν ἀτυχίαν. Opponitur ei ὄψις apud Aristotelem.

Τυφλόω, ῶ, F. ώσω, Excæco seu Obcæco, Luminibus orbo, Oculis priuo, seu visu. Plutarchus Sympos. 5, ὑποβεβυνῶ-

σιν τοὺς ὀφθαλμοὺς πολλάκις καὶ τυφλοῦσι. Idem De discern. adul. ab amico, τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. Affertur & τυφλωθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς pro Visum amisisse: vt Lucianus dicit τυφλὸς γὰρ εἰ τῆς ψυχῆς τὸν ὀφθαλμόν, Mentis tuæ oculi cæcutiunt. Sicut verò Plutarchus dicit τυφλὸν τὸ μέλλοντος, & Claudianus, Cæca futuri gaudia, ita ante eos Pindarus Olymp. 12, τυφλαὶ δὲ μελλόντων πεπύφλωνται φρένες, Futurorum cæcæ sunt mentes, Futura non cernunt, nec prospiciunt. At ex Platone in Tim. Τούτων τυφλωθεὶς pro His orbatus: sicut rursum Plutarchus De solert. anim. κωφὰ πάντα καὶ τυφλὰ τῆς προνοίας, id est ἀποστερηθέντα: quum nimirum τὸ λογικὸν καὶ νοερὸν ἐξαπόστεται τῆς ψυχῆς, vt ibidem loquitur. Verùm & ad alia transfertur. vt τυφλοῦσθαι πηγαί dicuntur quæ fiunt τυφλαὶ & obscurantur, seu inarescunt, vel alios sub terra meatus quærunt. Et Plutarch. Symp. 8, ἡ δὲ φωνὴ προσφερομένη καὶ πρὸς τυγχάνουσα στόμασι πολλοῖς καὶ ἀθρόοις, ἢ τυφλοῦται παντάπασιν, ἢ ὀλιγοστόματα λαμβάνει μεγάλα καὶ πολλὰς αὐπικρούσεις.

Τύφλωσις, εως, ἡ, Excæcatio seu Obcæcatio: qua nimirum aliquis oculis seu visu orbatur. Aristoph. schol. accipit etiam pro τυφλότης, Cæcitas. nam ὀφθαλμίας in hoc versu Pluti, Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας, exponens τυφλώσεως, subiungit, τύφλωσις γὰρ ὅσῃν ἡ παντελὴς τῆς ὀφέσεως στέρησις.

C. ΑΠΟτυφλόω, ῶ, itidem Excæco, seu Obcæco. Metaphoricè plerunque. Alex. Aphrod. τοὺς πόροις ἀποτυφλοῖ, Cæcos reddit & obstruit. Plut. in suo περὶ δυςωπίας libello, δεδιὼς μή π τοῦ ὑγραίνοντος ἀποτυφλώσῃ.

C. ΕΚτυφλόω, ῶ, idem. Plutarchus, ἐκτυφλοῦσι τοὺς οἰκέτας, Seruos excæcant, seu Exoculant, vt Apuleius loquitur. id est, Visu orbant, Oculos eis eruunt. Et pass. ἐκπτυφλωθῆν τύχῃ, Fortuna excæcata, seu exoculata. pingitur enim oculis obuolutis. VNDE Ἐκτύφλωσις, εως, ἡ, Excæcatio.

C. ΕΠΙτυφλόω, ῶ, itidem Obcæco.

ΤΎΦΩ,

Fumum excito. Sed addito accusatiuo dicitur etiam τύφω καπνὸν pro eodem, seu Fumifico, Fumigo. Sic enim Plautus & Colum. loquuntur. Herodotus, ἐςβαίνες τὰ πλοῖα, τύφειν καπνόν, Fumum excitare, ad dandum signum sui aduentus. Bud. Alioqui καπνῷ τύφω dicitur Fumo excitato infesto: καπνίζω. Aristophanes in Vespis, ἀλλὰ καὶ σὺ τύφε πολλῷ πῷ καπνῷ, Multo excitato fumo vespas infesta & fuga. vel etiam Fumo eneca, vt Budæus interpretatur. Scholiast. exponit κείων δίωκε, quoniam nimirum καπνὸς διώκει τοὺς μελίσσας καὶ τοὺς σφῆκας. Sic apud Suidam, καπνῷ τύφειν δίκλω σφηκῶν, fumo excitato fugare in modum vesparum. Inimicissimus enim fumus est huic insecto. Rursum Aristoph. καπνῷ τύφων πὼ πόλιν, fumo infestans vrbem. Et pass. voce ac significatione Apollon. Rhod. Argon. lib. 2, itidem de apibus, λιγυόενπ καπνῷ Τυφόμεναι πέτρης ἐκαὶ αἴσοισι, fumo infestatæ. καπνιζόμεναι, vt Hesychius quoque τύφεται exponit καπνίζεται. Sed & neutraliter τύφεσθαι accipitur pro Fumare seu Fumigare. vt Esaiæ 42, κάλαμον σεσωπεσμένον οὐ καπάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, & linum fumigans nõ extinguet. Et apud Aristotelem Meteorolog. 2, ὥςπε τῆς γῆς ξηραινομένης ὑπό τι τῆς οἰκείας θερμότητος καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου, οἷον τύφεσθαι καὶ θυμᾶσθαι. Necnon apud Plutarchum, ὁ συμμαχικὸς πόλεμος πάλαι τυτόμενος ὅπῃ πὼ πόλιν, ἀναλάμψας, πὼ φάσιν ἐπόχεν. Quibus tamen duobus in locis τύφεσθαι aliter etiam accipi potest: nimirum pro Succendi, id est Occultè accendi. quo certè modo Bud. ibi interpretatur. ‖ Nam τύφω significat etiam Accendo seu Incendo, Inflammo, Vro: vt Hesychius quoque τύφεται exponit non solùm καπνίζεται, verùm etiam καίεται, φλέγεται. Nec verò tãtùm pro Inflammari accipitur pass. τύφεσθαι, seu Incendi, Accendi, Vri: sed etiam neutraliter pro Ardere, quemadmodum dictum est accipi non solùm pro Fumo infestari, vel impleri, verùm etiam pro Fumigare seu Fumare. Epigr. πυεὶ τυφόμενον. Plutarchus in Solone, τυφομένου ἀφροῦ πυρὸς ἐπ ζῶσαν φλόγα, πὼ ἐρωτικὴν μνήμην καὶ χάριν, incensam adulto & corroborato igne flammam, prioris amoris recordationem. ‖ Hesychius verò τύφεσθαι exponit non modò χωρὶς φλογὸς καπνὸν αἴειν, sine igni fumum emittere, & ἡσυχῇ ἐκκαίεσθαι, sensim & occultè incendi, verùm etiam μαραίνεσθαι, Marcescere, Flaccescere. Itidémque τυφείσας affert pro μεμαραμμένας. ‖ In lex. meo vet. dicitur accipi etiam ὅπῃ τῶ σωπεῖσθαι: apud Platonem autem in Phædro ὅπῃ τῶ πεπυφῶσθαι πὼ δίψαν. Sed notandum ibi in πεπυφῶσθαι supra φ ante circumflexum, superpositum esse λ, idque eadem manu, ad significandam videlicet scripturæ diuersitatem. vt sciamus non solùm πεπυφῶσθαι legi, sed etiam πεπυφλῶσθαι. Sunt alioqui τῦφος & οἶκμα vitia affinia ei quod ab Horatio dicitur Cæcus amor sui. SED ET Τυφεῖν legitur in lex. meo vet. περιαπωθῶς, & exponitur πῦρ ἅπτειν, Ignem accendere. Porro facit hoc τύφω futurum θύψω, tenui in aspiratam mutata: id quod & in θρέξω fit & θρέξω, à τρέφω & τρέχω: VNDE Θύψαι apud Suidam, ὄπῃκαῦσαι. Apud Hesychium quoque θύψαι quidam exp. καῦσαι, necnon τυφῶσαι: ipse verò etiam ὄπῃκλύσαι. vnde πεθυμμένον deriuari ait. Itidem θύψαντα idem exp. πῦρ ἅψαντα.

C. ΕΚτύρομαι, In fumum euanesco. Bud. ex Dioscoridis libro 1. Vide Ἐκτυφίω.

C. ΕΝτύφω, idem quod τύφω, vt patet ex Aristoph. Quum enim in Vespis dixisset, τύφε πολλῷ πῷ καπνῷ, ἵ. τοὺς σφῆκας, subiungit mox, Καὶ σὺ περιθεὶς Αἰσχίνῃ ἔντυφε τὸν Σελαρπίου, fumo infesta & abige Æschinem quoque. Significat etiam Incendo, itidem vt τύφω, seu Accendo. Chrysost. in epist. ad Ephes. pag. 161, καὶ καθάπερ ἀπὸ σπινθὴρ ἐντυφόμενος, πάντα αἴνετρεψε. Bud. Idem ἐντύφω interpretatur etiam Intus foueo. Nam hæc Philonis verba De mundo, ἀμήχανον παλιγγενεσίαν τὸν κόσμον λαβεῖν, μηδενὸς ἐντυφομένου σπερματικοῦ λόγου, sic vertit, Quum nulla foueri intus seminalis ratio possit.

C. ΕΠΙτύφω, Accendo in, Inflammo aduersus. Aristoph. apud Suidam, Ὅπως αὐ αἴνὴρ ὄπῃτύρηται μάλιστ' μου. id est ὄπῃκαυθῇ ἐπ' ἐμοὶ, seu ὄπῃκαῖ, ἐκπυρωθῇ, vt ipse Suidas exponit, Inflammetur & exardescat aduersum me.

C. ΥΠΟτύφω, Suffumigo, vt Celsus loquitur. id est, Fumũ subtus excito: vel etiam, Infesto fumo subtus excitato. Pass. ὑπτύφομαι, Fumo, Fumum emitto: vt ea faciunt quibus subiectus est ignis quidem, sed nondum in flãmam erupit. Plut. Pericle, μέλλοντα τὸν πόλεμον καὶ ὑποτυφόμενον ἐξέκαυσεν. Quo in loco ὑποτύφεσθαι potest accipi etiam pro Succendi. Nam ὑποτύφω sæpe ponitur pro Succendo, Ignem subiicio. & metaphoricè pro Irrito, Prouoco: vt apud Latinos quoque Succẽdo & Accẽdo. Sic verò & synonymũ ὑποκαίω accipitur pro ὑποκνίζω. Apud Suidã, ἀλλὰ κατ' βεαχὺ τῆς διηγήσεως ὑποτυφούσης τοὺς ἀκούοντας. id est ὑποκαιούσης, ὑποκνιζούσης, inquit Suid. Itidem B. affert ex Dionys. Areop. ὑποτύφοντες καὶ ὑποχαρακίζοντάς. Rursum apud Suidã, ἐνταῦθεν ἤρξατο ἡ δεινότης Ῥωμαίων τε καὶ Βάρβαρον, ἤδη ὀκ πολλοῦ ὑποτυφομένη. Qui locus similis est ei quẽ ex Plutarcho paulo antè attuli. In lex. meo vet. affertur ὑποτύφετο αὐτοῖς ἡ δυςμένεια, pro ἐφυσᾶτο, ἠωρεῖτο. Mallem ego Excitabatur veluti ignis succensus flabro. Sicut porro τύφω significat etiam Vro, ita ὑποτύφω, Paulatim vro seu Vstulo. Lucianus, ὁ δὲ πυρὸς κατ' ὀλίγον οὔτε φλογὸς μεγάλης αἰσταμένης, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑποτυφόμενος, χρόνῳ αὖ ὕστερον καὶ αὐτὸς κατακαυθείη.

Θύψις, εως, ἡ, Vstio, Crematio. Vide sequens deriuatum.

Θυμάλωψ, Titio, Semiustus carbo. seu Titio ex igni sublatus & ambustus. vt Suidæ Θυμάλωπες sunt οἱ ἀπολελειμμένοι τῆς θύψεως αἴθρακες οἱ ἡμίκαυτοι. Itidémque Hesychio Θυμάλωψ est ξύλον κεκαυμένον, δαλός: & Θυμάλωπες, οἱ ἀπὸ τῆς θυμάσεως σπινθῆρες. Polluci quoque θυμάλωπες sunt semiusti carbones, ἡμίκαυτοι αἴθρακες, afferenti ex Stratide, πῶς αὖ κοιμίσαί μοι ἷς θυμαλώπων μεσὴν ἐράραν; Vtitur eodem vocabulo & Aristoph. in Acharn. dicens, Οἷος αὖ μέλας τὶς ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέζεσεν. Vbi scholiastæ θυμάλωψ est itidem ὁ ἀπολελειμμένος τῆς θύψεως αἴθραξ ἡ ἡμίκαυτος, ξύλον καέν, διακεκαυμένος αἴθραξ. Sed videtur, originem sequendo, potius duplici μ scribendum fuisse, quum tamen in omnibus exemplaribus simplici scriptum sit. Vide & Ἐπίτραγος.

Τυφεδὼν, ένος, ἡ, Accensio, Inflammatio, Vstio. καῦσις, vt in

lex.meo vet.exponitur, necnon à Suida.

Τυφεδανὸς, οῦ, ὁ, Senis est epitheton, decrepiti nimirum & propediem cremandi. vt Eustathius scribit senes τυφεδανοὺς dici διὰ τὸ δεῖν ἤδη τυφεδαν τοὺς τοιούτους, ἤγουν καθεδαν νεκρικῶς. vnde & τυμβογέροντας nominari, & σοροπλήκτους siue σοροπλῆγας, quoniam busto propediem inferendi sunt.quos Latini capulares appellant.Sic verò & in lex. meo vet. τυφεδανὸς exponitur ὁ ἡλικίαν ἔχων τὸ τύφεσθαι, necnon πεπυρωμένος, καὶ ἀσθενὴς οἷον καπνός. Vtitur autem eo vocabulo Aristoph. Vespis, ὥ οὗτος τυφεδανὲ καὶ χοιρόβλιψ, Ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὡράας σορροῦ. Vbi scholiastes annotat, eum hoc vocabulo vsum esse quoniam τυφογέροντας vocare solent τοὺς ὠφελληρουῶντας καὶ ἀξίους πεπύρθαι. De decrepito certè & effœro dici seu capulari, ipse poeta innuit, quum dicit eum videri ἐρᾶν ὡράας σορροῦ, hoc est, ἐρᾶν ὡράας γυναικός: quum tamen potius debeat ἐρᾶν σορροῦ, vtpote defectus viribus, & senio confectus, ac sandapila propediem efferendus. Vide & τυφογέρων.

Τύφος, SIVE Τῦφος, (vtroque enim modo scriptum reperitur) ου, ὁ, Fumus, καπνός. quo modo accipi tradunt apud Marcum Aurel. ‖ Frequentius accipitur pro Iactãtia, Ostẽtatio, Arrogãtia, nimirũ leuis ac vana instar fumi. seu pro Fastus, Insolentia, Elatio, vt Bud.interpr. Sic verò & Hesychio ac Suidæ est ἀλαζονεία, κενοδεξία, ἔπαρσις. Luc. οὐ τὸν τύφον ὑπομαθήσῃ, καὶ γνώσῃ σεαυτόν; Plato apud Diog. Laërt. ὅσον, ὦ Διόγενες, τὸ τύφου διαφαίνεις, δοκῶν μὴ πεπυρῶσθαι. Plutarch. de deo Socr. τὸν ὦ τύφον, οἷς τῶν ἄλλα καπνὸν φιλοσοφίας, εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποσκεδάσας. vbi ad etymon alludere videtur. Idem in Pericle, Περικλέους τὸ σεμνότατα, δόξοκοπίαν τε καὶ τύφον ἀποκαλοῦντας. Rursus idem τύφον & οἴημα pro eodem accipit, teste Budæo. Herodian.lib.2, πάντα τοιοῦτον, οὐδαμοῦ τύφον καὶ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικὴν, fastum & pompam imperatoriã. Apud Philonem autem lib.3 De vita M. ἕνεκα τοῦ τὸν Αἰγυπτιακὸν ἐζηλωκέναι τύφον, Turn. vertit, Ob æmulationẽ stultæ religionis Ægyptiorum. vt Plutarchus quoque ἀβελτερίαν & τύφον copulat, Lucian⁹ verò τύφον & αὐθάδειαν, apud quem in Timone Plutus dicit, ἐπειδὰν ἴς ἀντυχὼν τοιοῦτον, ἀνάπεταστα τὴν θύραν εἰς δέχηταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τύφος καὶ ἡ αὐθάδεια καὶ ἡ μεγαλαυχία. Quamobrem τύφος à Suida exponitur etiam μανία. Ex Hippocrate autem affertur pro Stupor attonitus. Vide & Τυφογέρων. Hesychio verò τύφοι sunt etiam σφῆνες.

C. Τυφογέρων, οντος, ὁ, Senex elatus & stultus. Eustath. pag. 1431, τὸ μωρὸν εἰδέναι διὰ γήρως πολυπειρίαν, οὐκ ἀεὶ ἐπαινεῖται· διόπερ ὅτι λίαν φυσᾷ καὶ ἐπαίρει φρένας, ὅθεν τυφογέροντες οἱ τοιοῦτοι καὶ τῦφοι καὶ τυφεδανοὶ σκώπτονται. Sic Suidæ τυφογέρων est ὑπερήφανος καὶ πετυφωμένος γέρων. Affertur tamẽ & aliud etymon, nimirum τυφογέροντας & τυφεδανοὺς γέροντας dici quoniam breui τυφήσονται, id est cremabuntur rogo iniecti: vt τυμβογέροντες nominantur qui propediem busto sunt inferendi. id est capulares & decrepiti senes. quamobrem à Suida exponitur etiam ἐξαπόγηρως. Aristoph. τυφογέρων εἶ κἀναίμοστος, Delirus senex, Delira quadam insolentia prædictus.

C. Τυφομανία, ας, ἡ, Insolentia & fastus cum furore. seu Furor cum insolentia & fastu coniunctus. Plutarch. στοϊκή πως αὕτη τυφομανία. Galenus in Lex. Hippocr. Τυφωμανίω (nam per ω apud eum SCRIPTVM Τυφωμανίη, VT ET Τυφωγέροντες apud schol. Aristoph.) esse dicit μικτὴν ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθάργου πάθημα, morbum è phrenesi & veterno mixtum. Sed notandum, pro eo in vet. cod. LEGI Τυφλωμανίη. Quæ scriptura reiicienda esse non videtur, si verum est quod quidam scribunt, τύφον & τυφομανίω ab Hippocrate vocari Stuporem attonitum, quo nimirum aliquis sedet mutus. nam τυφλὸς accipi interdum pro κωφὸς, testatur Hesychius: quod κωφὸς mutum etiam significat, non solùm surdum. Rursum Gal. in lib. De comate, teste Gorræo, scribit à quibusdã medicis τυφομανίαν vocatã esse phreniticorum affectionem qua in somniculosum κῶμα inciderunt, ita vt oculos tollere non possint, sed lethargicorum more semper eodem in loco permaneant.

C. Τυφήρης videtur accipi pro Ardens vel Fumans, in hoc apud Suidam disticho, Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λύχνον, Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγομένην παπύρῳ. Vbi tamen ipse exp. τυφωνικήν.

C. Ἀτυφος, ε, ὁ καὶ ἡ, Minimè fastuosus. Plut. Alex. ἀτυφοτέραν μὲν ἐκείνης, τούτης δὲ σοβαρωτέραν. Vnde ADVERB. Ἀτύφως, Sine fastu, Modestè. Plut. De aud. poëm. τὸ πρὸς δόξαν ἔχειν ἀτύφως καὶ μὴ διασοβεῖσθαι. Apud Ælian. autem superl. ἀτυφότατα. Inde & SVBST. Ἀτυφία, ας, ἡ, quod quum ad verbum sonet quasi dicas Fastus carentia, vel potius Animus à fastu alienus, reddi tamẽ solet Modestia, Simplicitas, Humilitas. vt & Suid. exp. πραότητα, ταπεινοφροσύνη. & apud Put. in Numa αἰχυνομένη ἀτυφία, itidem pudibunda humilitas. apud quem in lib. De deo Socr. copulata leguntur, ἀτυφία καὶ ἀφέλεια. Vide & Suid.

C. Ὑπότυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sub quo latet τύφος, seu Aliquantum fastuosus & elatus. Vtitur hoc vocabulo Ion comicus apud Plutarchum in Pericle, pag. 281 meæ edit. dicens Periclis τὴν ὁμιλίαν esse μωθωνικὴν καὶ ὑπότυφον, καὶ πᾶσι μεγαλαυχίας ἀπὸ πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμιγμένη καὶ ἀπεφρόνησεν τοῦ ἄλλου. Sic verò & paulo pòst idem Plutarch. dicit quosdam Periclis τὴν σεμνότητα appellare δοξοκοπίαν & τύφον.

Τυφώδης, ες, ὁ καὶ ἡ, Etymologo est ὁ ἡλικίαν ἔχων τὸ τύφεσθαι, Eò prouectus ætatis vt propediem cremandus sit. id est Decrepitus & capularis: quo modo suprà docui dici senem τυφεδανὸν & τυφογέροντα. At τυφώδης πυρετὸς apud medicos dicitur febris quædam cõtinua & ardẽs, non per se quidem nata & essentialis, vt vocant, sed symptomatica & à iecinoris erysipelate excitata: vt inter alia tradit Gorræus ex Galeni comment. in Aphor. 42, lib.7, & Aëtii libro 5, cap.89, Erotianus autem τυφώδεις πυρετοὺς ab Hippocr. vocari ait τοὺς μετὰ καθαρείας γινομένους καὶ μετ' ὀλιγοπάσεως ἐξισταμένους. Ex eodẽ Hippocr. affertur τυφώδης pro Attonitus: pro quo Galen. habet τυφλώδης, vt suprà docui.

Τυφόω, ῶ, idem quod τύφω, vnde & originem trahit. Id est, Fumo infesto vel eneco. Quò refer τυφῶσαι quod Hesychius exponit πνῖξαι, ἀπολέσαι. ‖ Significat etiam Effero & Insolentem reddo, vt τύφος dicitur Elatio, Insolentia. Plutarchus, αἴθρωπον δὲ τυφοῦσιν καὶ ἀπολλύουσιν οἱ ψευδῶς καὶ παρ' ἀξίαν ἐπαινοῦντες, faciunt vt insolescat. Itidem Herodianus τυφῶσαι accepit pro ἐπᾶραι & Insolentem reddere: lib. 6, τὸν δ' Πέρσην εἰς ἐλπίδα μειζόνων πραγμάτων ἐτύφωσε πολλοὺς τῶν ἔργων ἀπροσδοκία. Bud. Vbi possis etiam interpretari, Insolentem reddidit & accẽdit ad spem maiorum. vt τυφῶ habeat aliquam etiam significationem τοῦ τύφειν καὶ ὑπερεκαίειν. Paff. Τυφόομαι, οῦμαι, Efferor, Insolesco. vt Hesychio quoque τυφωθεὶς est ἐπαρθεὶς, ὑφηφανθύσας. Luc. καὶ μάλιστα ἐκείνων ἥπτετο τοῦ ὅτι πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς πετυφωμένων, καὶ μονονουχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι προσιόντων. Alciphron epist. 38, δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων πετυφῶσθαι, καὶ ὑφ' ἡμῶν τετυφῶν ἡμῖν. Diogenes Laërtius in Antisth. pag. 201 meæ edit. ἔσκωπτε Πλάτωνα ὡς πετυφωμένον. πομπῶν οὖν γινομένης, θεασάμενος ἵππον φρυαττόμενον, φησὶ πρὸς τὸν Πλάτωνα, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος εἶναι (ἦν δ' ἐπιλαμπρυνθείς). Vbi nota, eum qui sese effert & iactat in modum equi ferocis, πετυφῶσθαι dici. Sic Basilius, μὴ τυφωθῇς, μηδ' ὑπαρθῇς, μὴ μείζω φρονήσῃς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Interdum verò πετυφωμένος dicitur ὁ ἔξω φρενῶν γενόμενος καὶ ἐμβρόντητος, inquit Bud. afferens ex Demosth. Pro cor. οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο· οὐχ οὕτω πετύφωμαι. Et rursum ex eodẽ, ἀλλ' ἐγὼ μαίνομαι καὶ πετύφωμαι νοῦν κατηρρωκώς. Vbi sicut μαίνομαι & πτύφωμαι copulantur, ita πετυφωμένος & μανικὸς apud Aristotelem in Problematis, quærentem διὰ τί ὁ οἶνος πετυφωμένους ποιεῖ καὶ μανικούς. Plutarchus verò πετυφῶσθαι & δαιμονᾶν copulauit in hoc loco sui περὶ δεισιδαιμονίας libelli, πετύφωνται καὶ δαιμονῶσιν οἱ θεοῖς τοῦτο δρᾶσθαι νομίζοντες. Luc. verò πετυφωμένον & αἰόλον, in Nigrino, αὐτὸ ὦ αἰόλου τι καὶ πετυφωμένου γλυκέσθαι μετειλῶτερον. Vbi possit tamen & pro elato ac insolente accipi, quum ei opponat τὸν μέτριον. Alioqui quum pro demente capitur, opponi solet ei ὁ φρένας ἔχων & ὁ ὑγιαίνων, velut apud Plutarch. De exilio, φρένας ἔχων, καὶ μὴ παντάπασι πετυφωμένος. & apud Demosthenem Philipp.3, αὐτὸ ὦ λυπεῖν καὶ πετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. Itidem Bud. accipit in hoc loco Luciani, ἐκεῖνο ὦ πῶς οὐκ ἄγωμαι

αὐτῶν καὶ πεπτελῶς πετυφωμένον, τὸ τοσοῦτον οὕτως ἀδήλων λέγοντας, μηδὲν ὡς εἰκάζοντας ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ ὑπερβαρτεύνεσθαι. quum enim interpretatus esset, Arrogans & superbum, subiungit, Vel potius Delirum & insanum. Τετύφωμαι significat etiam Stupeo. vt apud Demosth. Pro cor. ἀγνοεῖτε τὸ πρᾶγμα, ὦ βουλή, καὶ τὸν αὐτόχειρα ἔχοντες, μέλλετε καὶ ζητεῖτε καὶ τετύφωσθε.

C. Ἐκτυφόω, ῶ, idem quod ἐκτύφω, id est In fumum redigo. Pass. Ἐκτυφοῦμαι, vt ἐκτύφομαι, In fumum vanesco, vt Bud. interpr. afferens ex Dioscor. ἡ ὀῤῥιπὴν εἰς καπνὸν ἐκτυφοῦται.

AT VERO Τυφῶν, SIVE Τυφώς, pro quo poetæ dicunt ET IAM Τυφάων ET Τυφωεύς, gigantis nomẽ propriũ est, quem Latini itidem Typhonem seu Typhona dicunt, & Typhoëa Homer. in Bœotia, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γῆν ἱμάσσῃ Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. Hesiod. Theogon. Ἐκ δὲ Τυφωέος ἐστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων. Multa de hoc gigante Eustath. multis in locis, præsertim verò pag. 157, vbi scribit τυφῶνα esse πνεῦμα θερμὸν, denominatum à τύφω significante καίω, Vro, Accendo, Inflammo: à poetis autem fingi δαίμονα αὐτὸ πάλαι τοῦ Διὶ, καὶ ὀπτικῶδεσθαι Αἴτνιλι τὸ ὄρος, καὶ κάτωθεν κρατῆρας αἰθαφυσᾶν πυρός. vt & Ouid. Metamorph. 5, Vasta giganteis iniecta est insula membris Trinacris, & magnis subiectum molibus vrget Ætherea sublime spirare Typhoëa sedes. Nititur ille quidem pugnátq; resurgere sæpe, Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro, Læua Pachyne tibi, Lilybæo crura premuntur. Degrauat Ætna caput: sub qua resupinus arenas Eiectat, flammámque fero vomit ore Typhoeus. At Lucan. lib.4, Conditur Inarimes æterna mole Typhoeus. Plutarch. aduerf. Coloten, Τυφῶνα esse dicit τὴν ἐμβροντησίαν καὶ τὸν τύφον, καὶ τὰς ἐπαχθεῖς καὶ ὑπερόγκους κατοικήσεις καὶ μεγαλαυχίας, allegoricè accipiens id vocabulum & ad animum transferens. De Ægyptio autem Typhone vide Herodot. & Diod. Siculum. ‖ Alioqui & flatus repentini nomen est τυφῶν, seu procellæ. Plin. libro 2, cap.48, loquens de repentinis flatibus, qui exhalante terra coorti, rursusq; deiecti, interim obducta nubium cute multiformes existunt, Vagi quippe (inquit) & ruentes torrentium modo, tonitrua & fulgura edunt: maiore verò illati pondere incursuque, si latè siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis ἐκνεφίας. Sin verò depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciũt, qui τυφῶν vocatur, id est vibratus ἐκνεφίας. Vbi nota τυφῶνα dici vorticem sine igne factum: vt Euripidis etiã scholiastæ τυφὼς est ἡ ἐκ τῆς αἰθυμάσεως πρὶν ἐκπυρωθῆναι τὸν ἀέρα συνροφή. itidémque Suidæ τυφὼν est οὐχὶ φλοὺξ ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀλλ' ἐκ τῆς αἰθυμάσεως συνροφὴ τοῦ τοῦ ἐκπυρωθῆναι. quo modo in Platonis Phædro vsurpari hoc vocabulum annotat. Aristoteli De mundo τυφὼν est τὸ ἀσράψαν ἄχρι τῆς γῆς διεκθέον, ἐὰν ἄπυρον ἢ παντελῶς, εἰ id quod fullerit, ad terram vsque cursu illisum sit, ignisque nihil interim conceperit: qui (inquit B.) est vortex procellosus & euerberans. Idem philosophus initio lib. Meteorolog. 3, τυφῶνα fieri scribit ὅταν ἐκνεφίας γιγνόμενος μὴ δυνάμενος ἐκκριθῆναι τὸ νέφος: esse autem διὰ τὴν αὐτόκρισιν τῆς δίνης, ὅταν ὅλη χλῶ φέρηται ἡ ἕλιξ συγκαπάρουσα τὸ νέφος, οὐ δυναμένη ἐκπνευσθῆναι. Meminit & Gell. horum τυφώνων, initio libri 19, Quin turbines etiam (inquit) crebriores, & arcum cælum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubiũ metuendæ, quas τυφῶνας vocãt, impendere imminereque ac depressuræ nauem videbantur. Vocatur vẽtus hic non solùm τυφὼν, sed etiã τυφως. Eurip. Phœniss. Τυφὼς πύλαισιν ὥς τις ἐμπεσών. Aristoph. Ranis, Ἀρτι δ' ἄρα μέλαναν παῖδες ὀξενέγκαπε. Τυφὼς γὰρ ἐκέκαινεν ἀθρόα σκεύαζεται. Vbi schol. ait τυφὼς nominari τοὺς καταγιδώδεις ἀνέμους. Et in Equitib. Καὶ γλυκαῖος πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐλώλιν. Vbi idem rursum esse τυφῶ ait ἀνέμου συνροφὴν· ἐλώλιν autem, αἰθυμάσεως συνροφὴν, πρὶν ἐμπυρωθῆναι τὸν ἀέρα: sed τυφῶ esse μεῖζόν τι πνεῦμα καὶ κακοποιὸν, ideóque τῇ ἐλώλῃ postponi debuisse à poeta in eo loco. Suidas præterea esse dicit πνεῦμα καπνῶδες, ἐῤῥωγὸς ὑπὸ νέφους. VNDE Τυφωνικὸς, ή, ὁ, Typhonicus. Plutarch. De def. orac. τὰ Τυφωνικὰ καὶ τὰ Τιτανικὰ, res Typhonis & Titanum. At Act. apost. cap. 27, ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος εὐροκλύδων, maluit nouissimus interpres vertere Turbulentus ventus quàm Typhonicus: vel, Ventus tempestuosus ac typhonis quodammodo à mutus. quoniam nimirum Lucas ibi non repentinum turbinem fuisse dicit, qualis est typhon, sed tempestatem diuturnam. PRO Τυφωνία autem quod esse dicitur genus delirii cum furore mixtum, seu Furiosus delirúsque lethargus, aut Lethargicus furor & delirium, videndum ne scribi debeat τυφομανία, de quo suprà. Habet porro & Τυφάων suũ deriuatum, NIMIRVM Τυφαόνιος. vt Τυφαονία πέτρα, in Caucaso. quæ sic dicta est διὰ τὸ ἐν αὐτῇ διωκόμενον τὸν Τυφῶνα ὑπὸ Διὸς πεπλῆχθαι τῇ κεραυνῷ, vt annotatur in meo vet. lex. vbi etiam additur, eum πληγῆναι ἀπελθεῖν ἐν τῇ Σικελωνίδι λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ καιόμενον, καὶ εἰς τὸ βάθος αὐτῆς ἐμπεσεῖν, καὶ δῦναι συνεχόμενον ὑπὸ τῆς ἐκκαύσεως. ipsum certè lacum emittere quendam calorem, veluti Typhone in eo ardente. Latini Typhoëus dicunt & Typhoius: vt Typhoea tela, Virgil. Typhoia ceruix, Claudianus.

Υψιλόν



Υυ

Υ Α'ΚΙΝΘΟΣ, ου, ἡ, vel ὁ, Hyacinthus: nomen pueri cuiusdam, quē Apollo vsqueadeo dilexit vt quū inter ludendum disco eum imprudens occidisset, herbam & florem quendam ex cruore effuso in terram produceret, & eius nomine ornaret, in perpetuam memoriam. vnde apud Ouid. Metamorphos. 10, vbi infortunatus ille casus describitur, Te (Hyacinthe, inquit Apollo) lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt, Flósq; nouus scripto gemitus imitabere nostros. (ita enim in eo discurrunt venæ vt Græcarum literarum AI figura legatur inscripta: quod αἰ αἰ est dolentis & gementis) Tempus & illud erit quo se fortissimus heros (Aiax nimirum) Addat in hunc florem, folióque legatur eodem. Talia dum vero memorantur Apollinis ore, Ecce, cruor qui fusus humi signauerat herbas, Desinit esse cruor: Tyrióque nitentior ostro Flos oritur, formámq; capit quam lilia, si no Purpureus color his, argenteus esset in illis. Non satis hoc Phœbo est, (is enim fuit autor honoris) Ipse suos gemitus foliis inscribit, & AI AI Flos habet inscriptū, funestáque litera dicta est. Sic & Plin. lib. 21, cap. 10, Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis vt Græcarum literarum figura AI legatur inscripta. Vnde & γραπτὰ ὑάκινθος à Theocr. dicitur, cuius verba paulo pòst afferā. Euphorion quoq; cecinit, Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν Ῥοιτείης ἀμαθοῖσι δὲ δυπτόπος Αἰακίδαο Εἴαρος ἀνθεμόεντος γεγραμμένα κωκύουσαν. Nicander eandem ob causam πολύστριωον ὑάκινθον nominauit in Ther. 902, quoniam Apollo, quum Ὑάκινθον Γαῖδα λαβὼν παρέριδεν Ἀμυκλαίῃ ποτὶ μοῖο Πρωθήβιον, ἀκούσιος ἕκτα, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρῃ Πέτρου ἀφαλόμβρος, νέαπν δ' ἤεραξε κάλυμμα, eum πικρῶς θρεώνησεν, vt ibidem canit idem poeta. Nota verò πορφυρέη ὑάκινθε in Euphorionis loco, vt Maroni quoque dicitur Purpureus hyacinthus, & Suaue rubens hyacinthus. Sic verò & Dioscor. lib. 4, cap. 63, in hyacinthi herbæ descriptione, inter alia dicit eam habere κόμας ὀπωπιδρίας κυρτὰς αὖθις πλήρη πορφυροειδεῖς. Et ab Ouidio in præcedente loco is flos esse dicitur purpureus Tyrióque nitentior ostro. vnde sunt qui hyacinthum esse dicant lilium purpureū aut rufum. Rursum à Virgilio Ferrugineus vocatur hyacinth⁹, qui pro ὑάκινθον μέλαιναν apud Theocr. dixit Vaccinia nigra. Nam hoc distichon eius ex idyllio 10, Καὶ τὸ ἴον μέλαν ὅτι ἢ γράπτὰ ὑάκινθος, Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται, sic vertit, (vel poti⁹ repræsentauit, aut certe ad ipsum respexit) Ecgl. 10, — quid tum si fuscus Amyntas? Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra. Et Ecgl. 2, O formose puer nimium ne crede colori, Alba ligustra cadūt, vaccinia nigra leguntur. Aiunt esse hyacinthos etiam ex candido pallidos, quos dicendos potius esse bulbos sylueſtres: atque adeo hyacinthum qui à quibusdam pingitur, frequentem in segetibus & pratis, à nonnullis verum esse Dioscoridis bulbum existimari. Dioscor. delphinii etiam speciē quandam scribit ὑάκινθον nominari, lib. 3. cap. 85. Notandū verò, quū de herba & flore vsurpatur, non modò fœminino genere dici ἡ ὑάκινθος, vt in illo Euphorionis & Theocriti loco, sed etiam masculino. quo modo Philo vsurpauit lib. 3 De vita Mosis, & Latini. ‖ Ὑάκινθος est etiam gemmæ nomen apud Lucian. in epigramm. quodam, & Ioann. Apocal. 21. A colore hyacinthi flori simili id nomen inuenit. nam scribit Plinius lib. 37, cap. 10, huic gemmæ velut ex carbunculo refulgere quendam in purpura leuiter roseum colorem, & fulgorem violaceum dilutum. ‖ Ὑάκινθος dicitur præterea lana aut fila hyacinthino colore imbuta. vt Exodi 28, λήψονται τὸ χρυσὸν καὶ τὸν ὑάκινθον καὶ τὸν πορφύραν καὶ τὸν κόκκινον καὶ τὸν βύσσον. Ibidem ὑακίνθου κεκλωσμένης.

Ὑακινθώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Hyacinthinus, id est Hyacintho similis.

Ὑακίνθινος, ου, ὁ, itidem Hyacinthinus, Purpureus vel subniger in modum hyacinthi. vt ὑακίνθινον χρῶμα. Et ὑακίνθινα δέρματα Exodi 25, Pelles hyacinthini coloris, seu Pelles hyacinthinæ. vt Perſ. — cui circum humeros hyacinthina læna. VNDE Ὑακινθοβαφής, ές, ὁ καὶ ἡ, Hyacinthino tinctus colore, Imbutus colore qui hyacinthi in modum purpurat & suaue rubet. Xenophon, Pæd. 6, χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη, στολίδων τὸν πάκατον, καὶ λόφον ὑακινθοβαφῆ.

Ὑακινθὶς ἴδος, ἡ, Hyacinthis. Athen. libro 4, ὀνομαζομένης τῆς ὁδοῦ τῆς καλουμένης ὑακινθίδος, quæ ab interempto ibi Hyacintho dicta est Hyacinthis. nam in agro Laconico periisse Hyacinthum, patet ex Ouid. Metamorph. 10, & ex verbis Nicandri in Ὑάκινθος allatis. Sed & Erechthei filias vocatas fuisse ὑακινθίδας testatur Demosth. in Epitaph.

Ὑακίνθια, τά, festum Lacedæmone in Hyacinthi honorem agitari solitum. quod ET Ὑακινθόκωμον nominatum fuisse Hesychius videtur innuere. Athen. lib. 4, ex Didymo & Polycrate, τὸν μὲν ὑακινθίων θυσίαν οἱ Λάκωνες ὅτι τρεῖς ἡμέρας συντελοῦσι, καὶ δι' ὃ τὸ πένθος τὸ ἠθυόμενον περὶ τὸν Ὑάκινθον, οὔτε στεφανοῦνται ὅτι τοῖς δείπνοις, οὔτε ἄρτον εἰσφέρουσιν, ἀλλὰ πέμματα καὶ τὰ τοῦπις ἀκόλουθα διδόασι, καὶ τὸν εἰς τὸν θεὸν παιᾶνα οὐκ ᾄδουσιν, ἀλλὰ μετ' ἀπαξίας πολλῆς δειπνησαντες ἀπέρχονται. Meminit eiusdem festi Xenoph. Hellen. 4, & Ouid. Metamorph. 10, vbi canit, nec genuisse pudet Sparten Hyacinthō: honórque Durat in hoc æui, celebrandáque more priorum Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Ὑακινθίζω, Hyacinthum refero, Hyacinthum imitor, Hyacinthino sum colore. De gemma dictum apud Arethā, vt & apud Plin. lib. 37, cap. 5, Quarto loco numerantur ὑακινθίζοντες.

Υ Α Λ Ο Σ, SIVE Ὕελος, ου, ἡ, Vitrum. Lucian. De scrib. historia, παμμεγέθη ὀκτώματα ὑαλᾶ, τῆς καλλίστης ὑάλου, ex pulcherrimo vitro. Vbi etiam subiungit, quendam καταξάντα τὸν μέγιστον φιαλοφῶν, ἑνὶ φιαλιδίῳ θραυσμάτων χρήσασθαι εἰς σφαγίδι, ὀνομάζοντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαμπόν. Alex. Aphrod. ὥσπερ δὲ ὑέλου ἐμφαίνει τὸ ἀκριβὲς τοῦ χρώματος. Idem lib. 1, suorum problem. αἱ ὕελοι ὀνομαζόμενοι τοῦ χρώματος. Et rursum, ῥίψιν ἐργάζεται παρὰ τῆς ὑέλου σώματος. ‖ Ὕαλος dicitur etiam Cryſtallus, idque ab antiquis. vt testatur scholiast. Aristoph. quum ait, ὕαλον ἡμεῖς μὲν ὀρθῶς τὸν ὀφθαλμοῦ πάθος τινὸς κεκαυμένον καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν· (quibus verbis vitrum intelligit) οἱ παλαιοὶ δὲ, τὸν διαφανῆ λίθον, τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύσταλλον, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ. (Vbi etiam obiter NOTA, Κρύος à vulgo vsurpatum fuisse pro κρύσταλλος: si tamen κρύον eū scripsisse putandum est, & non potius κρύσταλλον) Annotat autem hæc in Nubibus: vbi Strepsiadi dicenti, Ἤδη ποθ' ὑμῶν τοῖσι φαρμακοπώλαις τὸν λίθον Ταυτὶ τὸν ἑώρας τὸν καλὸν τὸν διαφανῆ, Ἀφ' οὗ τὸ πῦρ ἄπουσι; respondet Socrates, τὸν ὕαλον λέγει; Et rursum scholiastes hanc ὕαλον esse dicit κατασκεύασμα ὑάλου τοιοῦτοι παχύ, ὅταν ἐλαίῳ χρίοντες καὶ θερμαίνοντες, τοῖς σάρκοισι βρυαλλίδα, καὶ οὕτως ἄπουσι. (Quò pertinent etiam hæc Plinii lib. 36, cap. 26, Addita aqua vitreæ pilæ sole aduerso in tantum excandescūt vt vestes exurant) vt nostra quoque ætate quædā crystallina & chalybea specula eadem sunt vi prædita. Idē scholiastes ὑάλου nomen Homero & antiquioribus ignotum esse ait, vsurpatum autem pro eo esse ἤλεκτρον. (Gorræus certè & ipse tradit ὕαλον à quibusdā dici speciem succini fului & pellucidi vitri instar: qua de re plura in ἤλεκτρον) Præterea notandum esse ait, fœminino genere & per ᾱ dici ἡ ὕαλος. nam Atticam esse illam generis vsurpationem & scripturam tradunt tum alii, tum Eustath. & lex. meum vetus, atque Etymologus. Quibus facilè assentior quum apud Aristophanem reperiatur, scriptorem per omnia ἀπλοῦν. Alterius autem scripturæ meminere Hesych. quoque & Suid. necnon ipse Etymologus: quam tamen reiicit. ‖ Hesychio verò ὕελος est etiam βόρβορος, Lutum, Cœnum. Quod vocabulum ex ὕω deriuari posset. quoniam videlicet pluuiis cœnosiores fiunt viæ.

SED ET Ὑάλη dicitur pro ὕαλος, teste Hesych. & Suida: vt τύλη pro τύλος. Idipsum tamen ὑάλη Hesychio est etiam βόμβυξ, σκώληξ: vermiculus quidam qui βόμβυξ nominatur: itidémque ὑάλεται affert idem, & exponit σκωληκιᾷ, à THEM. Ὑάλομαι, significante σκωληκιᾷ, Vermiculor, A vermibus infestor, seu erodor.

Deriuata ex Ὕαλος.

C. Ὑαλοειδής, ές, ὁ καὶ ἡ, Vitri formam habens, Vitri figuram referens, seu Vitri modo pellucidus. vt ὑαλοειδὴς χιτὼν τοῦ ὀφθαλμοῦ apud medicos, quæ & κρυσταλλοειδής, teste Polluce: quanquam alii inter eos distinguant. Gorræus enim, Ὑαλοειδὲς ὑγρὸν, (inquit) vitreus humor, est Humor oculi à tergo cryſtallini humoris situs, vitro fuso similis: non ambiens vniuersum cryſtallinum, sed dimidium tantùm posteriore parte, vt qui eius diametrum non excedat, qui à dextra eius parte in sinistram ducitur.

C. Ὑαλουργός, οῦ, ὁ, Qui vitra conficit, Vitriarius. ὑελέψης.

VNDE Ὑαλουργεῖον, ου, τὸ, Locus vbi vitra fiunt, Vitriaria officina.

C. Ὑαλοτέχνης, ου, ὁ, Vitri artifex. Idem & Ὑελέψης.

Ὑαλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, idem cum ὑαλοειδής, Vitro similis, Vitreus.

Ὑαλόεις, εντος, ὁ, idem. Vnde neutro gen. ὑαλόεν, quod Hesych. expon. διαφανές, λαμπρόν, Pellucidum, Lucidum, Splendidum.

Ὑαλεὶς, idem. Affert enim idē Hesych. ὑαλὲν pro λαμπρὸν, ὑαλίζον, Splendidum, Vitrum pelluciditate referens. Sed suspecta mihi est ea scriptura.

Ὑάλεος, & per CONTRACT. Ὑαλοῖς, Vitreus, E vitro confectus. Lucian. De scrib. histor. παμμεγέθη ὀκτώματα ὑαλᾶ τῆς καλλίστης ὑάλου, Prægrandia pocula vitrea ex vitro pulcherrimo.

Ὑάλινος, ου, ὁ, idem. vt ὑαλίνη θάλασσα apud Ioann. in Apocal. cap. 4, Vitreum mare. Horat. quoque dicit Vitreo daturus Nomina ponto: sed paulo aliter.

Ὑαλὸς, idem. Affert enim Hesych. ὑαλὸν pro λαμπρὸν & τίμιον: exponens tamen & πρῶτον, ἡλίθιον. Quæ postrema expositio si vera est, ὕαλος idem foret cum ὑλιὸς, & deriuatum ab ὑς.

Ὑαλίζω. Vitrum imitor colore & pelluciditate, Pellucidus sum in modum vitri, seu Vitreo sum colore. Vtitur Hesych. in Ὑαλεὶς.

Ὑαλόω, ῶ, In vitrum conuerto. Paſſ. Ὑαλόομαι, οῦμαι, Vitrū fio, In vitrum conuertor, seu abeo. VNDE Ὑάλωμα, ατος, τὸ, quod vitium est in oculis equorum, sicut γλαύκωμα. Apsyrtus in Hippiatr. lib. 1, συμβαίνει δὲ ὀκ πύπου ὁ καλεῖται ὑάλωμα, ὅμοιον ψηφῖδι λευκῇ.

Deriuata ex Ὕελος.

Ὑελουργός, οῦ, ὁ, Vitriarius, Qui vitra conficit. B. ex Dioscor.

VNDE Ὑελουργεῖον, ου, τὸ, Officina vitriaria.

Ὑελέψης, ου, ὁ, Qui vitra Coquit. coquitur enim vitrum, vt prolixè docet Plin. etiam libro 36, cap. 26. Legitur apud Hesychium, & exponitur PER Ὑελοπήχυς, quod ad verbum sonat Artifex vitri, coquendi nimirum & conficiendi.

Ὑελώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Vitreus, seu Vitro similis.

Ὑέλεος, & per CONTRACT. Ὑελοῖς, Vitreus, E vitro confectus. vt ὑέλεω ἀγγεῖον apud Dioscoridem, Vas vitreum.

Ὑέλινος, ου, ὁ, idem. vnde ὑέλινα κάππαρα apud Alexandrum Aphrod. Vitrea specula.

Ὑελίζω, Vitrum imitor colore vel pelluciditate, Vitri in modum pelluceo.

Ὕ Β Ρ Ι Σ, εως, ἡ, Iniuria: sed ea grauior. quare nonnunquam reddi potius debet Iniuria cōtumeliosa, aut, Iniuria simul & contumelia, Iniuria petulanter & proteruè illata, Petulans & insolens iniuria. Ab insolentia certè potissimum proficiscitur ὕβρις. vnde dicitur κόρος πίκπιν ὕβριν. qui κόρος facit vt homines insolescant. Et Demosth. in Mid. dicit οὐκ ἔστι πάντων οὐδὲν ὕβρεως ἀφορητότερον: appellans ὕβριν quòd quum choragus esset festo quodam solenni, Midias ipsi pugnum incussisset. Itidémque aliquis queritur quidpiā esse ὕβριν, quū iniuriam & contumeliam esse interpretatur quod quis fecit, siue quum iniuria & contumelia se affectum esse dicit. Lucian. de salutatoribus & cœnipetis minus lautè exceptis quàm sperassent, πόσα μὲν ἐμφανόντες, πόσα δὲ πρὸς γνώμην ἐμπόντες, ἀπίασι διαβάλλοντες τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβριν ἢ σμικρολογίαν ἐγκαλοῦντες. Et Demosth. ἀδημονούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου, καὶ οὔτε ἐθελούσης ᾄδειν οὔτ' ὀθησαμένης, ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἔφασαν, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι. Aristophan. Pluto, Ἀλλ' οὐχ' ὕβρις πολλὴ τοῦτ' ὀστί; Iniuria proterua, & Immanis improbitas. At quum Socrates apud Aristot. Rhet. 2 dicit, ὕβριν εἶναι τὸ μὴ δικαίως ἀμύνασθαι ὁμοίως δὲ πάσχοντα ὥσπερ καὶ κακῶς, reddideris potius Contumeliosum & probrosum esse. Dicitur porro aliquis ὕβριν ἔχειν & ὀφίλειν, necnon ὕβριν εἴκειν. Homerus Odyss. α, Μνηστῆρες ἐμῆς μνηστῆρες ὑπερβίοι ὕβριν ἔχοντες. Odyss. ω, — λίθω δὲ ἀπάσθαλον ὕβριν ἔχοισι. Et rursum, Αἰπύτατον ὕβριν ἔχων, κακομήχανε. Sic Sophocl. Electra, Ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, Iniuriosa & contumeliosa non sum, Iniuria & contumelia non afficio. Hesiod. Erg. — σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὀφέλλε. Vbi ὕβριν ὀφέλλει is cui ὕβρις μέλει, vt paulo antè dicit, οἷσιν Ἄρηος Ἔργ' ἔμελε σονόεντα καὶ ὕβριες. Rursum Hom. ὕβρει εἴκειν dicit eum quem immanis improbitas & proteruia ad flagitium aliquod perpetrandum impellit. vt Odyss. ξ, vers. 262, Οἱ δ' ὕβρει εἴξαντες, ὅθι πατὸ ὕδωρ μίγνυ σφῷ, Αἶψα μάλ' Αἰγυπτίων αἰ δῆρῶν πρὸς καλέας ἀγρεῦ Πόρθεον, ὀκ ἐθέλοντας ἄγον καὶ νήπια τέκνα, Αὐτὰρ τ' ἔκτεινον. In prosa verò aliquis dicitur πόρρω ὕβρεως προάγειν, προελθεῖν & ἐλθεῖν. Athen. καὶ τέλος πόρρω προαγόντες ὕβρεως, τὰς τῶν ἄλλων γυναῖκας ὕβριζον, eo petulantiæ euaserunt. Idem libro 12, εἰς τοῦτο προῆλθον ὕβρεως, ὥστε πάντων ἀνθρώπων εἰς οὓς ἀφίκοιντο, νικρωτηρίαζον τὰ ῥῖνας. Demosth. Philipp. 1, εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν ὥστ' ὀθστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ὀθστολάς, Eo proteruiæ & immanis improbitatis deuenit. Quibus adde hoc Herodiani libro 1, βαρὺς δὲ καὶ ἀφόρητος ἦν ὑπερηφανία καὶ ὕβρις, superbia eius & contumelia erat intolerānda. Item aliquis ὕβριν ὑβρίζειν vel ὀνυβρίζειν dicitur. Plutar. Symp. sept. sap. οἷαν ὕβριν πρὸς ἡμᾶς ὕβρικε, pro, Insignem nobis fecit iniuriam, Insigni nos affecit iniuria & contumelia. Herodian. lib. 1, σύραντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ὀνυβρίσαντες, Tracta per vrbem cadauera, & contumeliosissimè habita, Contumeliis affecta. (Idem libro 8 dicit, γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκοισι μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως, per omnē ignominiam & contumeliā. Itidémque lib. 4, τὰ πτώματα φερόμενα μετὰ ὕβρεως πάσης, καὶ ἀμάξαις ὀθστοθέντα) Necnō ὕβριν αὐτὰ παραδιδόναι, dicitur qui vicissim iniuria & cōtumelia afficit. Plutarch. in Polit. præcept. ὁ δὲ ὀκέτι ὡ πάλιν ὥσπερ αὐτὰ παραδιδοὺς ὕβριν, ἐμοίχευσε τὴν γυναῖκα. Præterea δι' ὕβριν, εἰς ὕβριν, πρὸς ὕβριν, & ὕβρει aliquis facere aliquid dicitur pro, Per summam iniuriam

Per contumeliam à proteruia quadam & improbitate profectam. Demosthen.in Mid. ὅσῳ μείζονος ὀργῆς καὶ ζημίας ἀξιοῦσι τοὺς οἰκοῦντας καὶ δι' ὕβεις πλημμελοῦντας. Xenoph. Hellen.2, ἃ δεῖ πολὺ ὕβειν ἢ δίκαιον αἰθρώποις μικροπολίταις. Nam τοῦ ἀδικημάτων τὰ μὲν γίνεται δι' ὕβεις, τὰ δὲ δι' κακουργίαν, inquit Aristot. Polit.4. Et quidam ἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς ὕβεις, καὶ οὐ κακουργίαν, teste eodem, Rhet. lib.2. Vbi εἰς ὕβειν postulmus ex illo ipso exponere δι' ὕβειν, aut ὕβρεως ἕνεκα. (Secus verò apud Herodian. libro 5, εἰς ὕβειν καὶ παροινίαν ἐκβεβακχευμένων. hîc enim præpos. εἰς consuetam significationem obtinet. quum εἰς ὕβειν ἐκβεβακχευμένοι sint qui velut bacchico quodam furore perciti ad contumeliosissima quæque facinora proruperunt) Item πρὸς ὕβειν aduerbialiter sæpe (sicut πρὸς βίαν) pro Iniuriosè, Contumeliosè. Plutarch. Coriol. πρὸς ὕβειν τοὺς πεμφθέντας ἐξέλασεν ὑπερέτας, Iniuriosè & contumeliosè expulit. Vel, Iniuria & contumelia affectos. Idem in Alcib. ἔλεγον οὐχ ὕβρει τῶν προέπειν οὐδὲ κρατούμενος ὑφ' ἡδονῆς. Demosth. in Mid. dicit etiam ἐφ' ὕβρει τύπτειν, per contumeliam cædere. At μεθ' ὕβρεως ἔλκειν habuisti paulo antè. Oppositum superioribus est ὕβειν ἀπέχειν seu ὕβρεως ἀπέχεσθαι, & ὕβρεως παύσασθαι. Hesiod. Erg. — ὕβειν γὰρ ἀπάσαλον οὐκ ἐδύναντο Ἀλλήλων ἀπέχειν, Abstinere à mutuis iniuriis, Abstinere à mutuò inferenda sibi iniuria. Demosth. ὅσον καταθεῖς παύσεται τῆς ὕβρεως, quanta pœna depensa iniuriam postea inferre desinet. Sic Herodian. lib.2, τοὺς γραπώτας ἐκέλευσε παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως, ne quem in posterum ex populo vlla vel iniuria vel contumelia afficerent. Sicut verò παύεται aliquis τῆς ὕβρεως, ita vicissim alium παύει. vt κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν, apud Isocr. in Paneg. qui in Helen. encom. dicit ὧν αὐτοῦ πολὺ ὕβειν ἔπαυσεν, pro ἔπαυσεν αὐτοὺς τῆς ὕβρεως. Cui ὕβρεως παύειν oppositū est εἰς ὕβειν τρέπειν apud Thucyd. libro 3. Porrò vt aliquis ὕβειν ὑβείζει, ita vicissim ὕβειν ὑβείζεται, quum afficitur iniuria & contumelia, Aristoph. Pluto, Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως ἧς ὑβείζομαι, ô miseram me ob insignem illam iniuriam ac contumeliam qua afficior. Sic & γίνεσθαι ὕβεις εἴς τινα dicitur. Lucian. in Solœcista, τὸ δὲ εἴς σε ὑβείζειν ἐστὶν ὅταν εἴς τι τοῦ σῶν γίγνηται ἡ ὕβεις. καὶ γὰρ ὅς τις γυναῖκα ὑβείζει τινὸς σοῦ, εἴς σε ὑβείζει, καὶ ὅς τις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅς τις γε οἰκέτου. Sic verò dicitur ἡ εἰς vel πρός τινα ὕβεις, pro ὕβεις ἡ εἰς τινὰ γινομένη. Herodian. lib.1, αἱ τοῦ Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ἐπιτηδείους ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τινὰ ἐκείνου ἀρχὴν κατέλυσαν, Alexādri successorum, qui contumeliosè violenterque dominati sunt. Idem lib.2, παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως. Nonnunquam verò pro ἡ εἰς τινὰ ὕβεις seu ἡ πρός τινα ὕβεις, dicitur ὕβεις τινός, omissa præpositione, & accusatiuo conuerso in genitiuum patientis, vt loquūtur grammatici. Herodian. lib. 2, ὕβειν αὐτοῦ καὶ ἀτιμίαν νομίζοντες, in contumeliam suam ac dedecus accipientes. Et lib.1, τὸν ἐκείνης τιμῶν, ἑαυτῆς ὕβειν νομίζουσα, illius honorem in suam contumeliam vertens, Polit. interprete. Itidem Lucian. dixit, ἐφ' ὕβρει τοῦ Ἑλλήνων θεῶν τιμᾶσθαι νομιζομένη τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τῶν Ἡρακλέους, cōmentum esse illud Gallicum ludibriūmque quoddam hominum Herculis Græci diuinitatem sugillare volentium, vt Bud. vertit. Sic Plutar. Lycurgo, ὕβρει μὲν τοῦ βασιλέως, οὐκ ἀπιστίᾳ δὲ τοῦ ὄχλου τὰ καθεστῶτα σωζεσθαι τοῦ τε ἔφορον. Non semper tamen genitiuus ille patientis est, verùm etiam agentis. id est, non semper eius qui ὕβειν patitur, sed eius etiam qui eam infert. Homer. Od. ρ, Ὑβειν ἀλυσκάζειν αἰδοῦς ὑπερβιοφορόντων. Odyss. ο, Τῶν ὕβεις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει. vt & ex Herodiano paulo antè attuli, αἱ τοῦ Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ἐπιτηδείους ὕβρεις τε καὶ βίαι, contumeliosa & violenta dominatio. Rursum Homerus Odyss. ρ, Ἀνθρώπων ὕβειν τε καὶ ἀνομίλιν ἐφορῶντες. Quo in loco nota etiam τῇ ὕβρει opponi πὸν ἀνομίλιν, vt apud Hesiod. Ergan lib.1 δίκη & ὕβεις sibi opposita leguntur: quum ait, δίκη δ' ὑπὲρ ὕβεος ἴσχει. Et aliquanto antè, Ω Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδὲ ὕβειν ὄφελλε. Vterque enim iis in locis ὕβεις generaliter accipiunt pro ἀνομία & ἀδικία, Iniustitia, Iniquitas. Alioqui (vti suprà dixi) magis restricta significatione interdum redditur Iniuria proterua & insolens, Iniuria contumeliosa & violenta, Iniuria petulans: interdum etiam Iniuria, Contumelia, Insolentia, Petulantia, Proteruia: necnon & Superbia. Quarum expositionum exempla satis multa suppeditabunt tibi antedicta. Quibus adde & hunc Xenoph. locum, in quo ὕβρει opponitur σωφροσύνη: Pæd. lib.8, pag.132, δοκεῖ δέ μοι χαλεπώτερον εἶναι ὑβρίζειν αἰδοῖα πάγκαλα καλῶς φέροντα ἢ πολλὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὑβρίζειν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνη τοῖς πᾶσιν ἐμπιπτεῖ. vt & Thucyd. 3 lib. dicit, solere ἀνθρώποις δόκιμον ἀνθρωπίζειν εἰς ὕβριν τρέπειν. insolescimus enim rebus secundis, aduersis autem moderatiores euadimus. vnde idem Thucyd. lib. 1, ὕβρει δὲ καὶ ἐξουσίᾳ πλούτου πολλὰ ἐς ὑμᾶς ἡμῶν ἐπίδοσιν, Petulantia & licentia, quam opum magnitudo animis eorum inuexit, multa in nos admiserunt. Proficiscitur autem illa ὕβρις ex despicientia & contemptu quodam eius cui infertur, vt docet Aristot. Rhet.2. vbi quum tres esse ὀλιγωρίας species dixisset, nimirum καταφρόνησιν, ἐπηρεασμόν, & ὕβριν, subiungit aliquanto pòst, καὶ ὑβρίζουσι δὲ ὀλιγωροῦντες· ἔστι γὰρ ὕβρις, τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν ἐφ' οἷς αἰσχύνη δοκεῖ τοῖς πάσχουσι· μὴ ἵνα τι ἀφίστηται αὐτοῦ ἄλλο ἢ ὅ, τι ἐγίνετο, ἀλλ' ὅπως ἡδοῖτο. docens finem τοῦ ὑβρίζοντων eum esse, vt eum cui iniuriam faciunt, simul afficiant contumelia, ipsi autem voluptatem inde capiant, & videantur eo esse superiores. ait enim, αἶσχος τῆς ἡδονῆς τοῖς ὑβρίζουσιν, ὅτι οἴονται κακῶς δρῶντες αὐτοὺς, ὑπερέχειν μᾶλλον. Itidem cum ὀλιγωρία quadam coniuncta est, vel potius ex ὀλιγωρίᾳ oritur hæc ὕβρις, apud Aristophan. in Ranis, Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή; Annon insolentia hæc est proteruiáque maxima, & deliciæ intoleranda? Annon immanis improbitas, & mollities detestanda? vel etiam Insolentes & proteruæ deliciæ, Insolens & immanis mollities. quòd nimirum ego, quum Bacchus sim, pedes eo & me fatigo, hunc autem asino inuehi sino, ne prematur ab onere. Dicitur verò peculiariter & de iniuria & vi quæ corpori infertur, idque vel plagis vel stupro. Plagis, vt apud Demosth. in Mid. & alios passim. De stupro autem, vt apud Æschin. in Timarch. pag. 20, πολὺ ὕβειν πολὺ εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπερβέβηκε. nam sese prostituerat & ἑταιρικεῖ. Itidem Isocrates, sed cum genitiuo, in Paneg. παίδων ὕβρεις καὶ γυναικῶν αἰσχύνας καὶ χρημάτων ἁρπαγάς. Et Aristot. Rhet. 1, γυναικῶν οἰκείων ὕβρεις, ἢ εἰς αὐτὸς ἢ εἰς υἱούς. ‖ Ὑβρεις αὐτῆς dixit Hesiodus pro αὐτῆς ὑβριστής, adiectiuè accipiendo hoc nomen substantiuum: Ergon 1, — μᾶλλον δὲ κακῶν ἐρεκτῆρες, καὶ ὕβρεις Ἀνέρα πιμήσουσι. A T V E R O Ὑβρὶς, Hesychio est ὄρνεον νυκτερινόν, auis quædam nocturna.

C. Ὑβροπαθέω, ῶ, Iniuriam patior, Iniuria & contumelia afficior. Affert B. ex Hermog. sed sine interpretatione.

Ὑβρίζω, Fut. ὑβρίσω, vel etiam ὑβριῶ, Atticé: Iniurius sum, vel Proteruus sum & insolens, Insolesco, Contumeliosus sum. ὕβριν ἔχω, vt Homerus loquitur. Idem poeta Odyss. σ, Οὐδὲ τί μοι τῶν ἄλλων ἐνεδίδουν ἀγρβύοις· Ἀλλὰ μάλ' ὑβρίζεις, καί περ νόος ἐσθλὸς ἀπόλωνται. id est, Iniurius es & contumeliosus. Demosth. Olynth.3, οὐπὸ Φίλιππος ποσὶν ὑβρικεν χρόνον. Idem in Mid. προσκρουσθεὶς τοῖς ὑβρίζουσιν, οὐκ ἀμυνεῖται. Aristot. Rhet.1, οὐ γὰρ, εἰ ἐπάταξεν, πάντως ὕβρισεν, nō protinus iniurius fuit & contumeliosus. Nec enim omnes ictus ἐφ' ὕβρει ingeruntur, sed quidam ὀρθῶς πιμωρίας etiam. Et Xenoph. Pæd.8, ὧν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει. Et aliquanto antè, ὅπερ ὁρῶσιν ᾧ μάλιστα ἔξεστιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα. Vbi obserua etiam opponi sibi ὑβρίζειν & σωφρονεῖν, sicut suprà ex eodem Xenoph. habuimus ὕβρειν & σωφροσύνη sibi opposita, id est Insolentiam & moderationem, Iniuriosam petulantiam & modestiam. Rursum Homer. Odyss. σ, vers. 245 dicit, Τὰς ναῦ ὑβρίζων φορέεις, pro ἐφ' ὕβρει, seu δι' ὕβριν, per iniuriam. Interdum additur accus. ὕβριν, dicitúrque aliquis ὕβριν ὑβρίζειν pro simplici ὑβρίζειν. quo modo & ὕβριν ὀνυβείζειν apud Herodianum legi, infrà docebo. Sic Æschyl. apud Athenæum libro 15, οὐδὲν ἡσσονας Ὑβρεῖ' ὑβρισμοῖς, non minus erat iniurius & contumeliosus. Passiuè verò Aristophan. in Pluto, Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως ἧς ὑβρίζομαι, O miseram me iniuria illa & contumelia qua afficior. Et Plutarch. in Pericle, δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι, Insignem pati iniuriam & Atroci affici contumelia. Additur verò & accus. personæ: & tunc significat Iniuria afficio, seu Iniuria & contumelia afficio, Insolente & proterua iniuria afficio, Petulāter iniuriam facio. Homer. Iliad. λ, Ταῦθ' ὑφηφανέοντες Ἑπποι χαλκοχίτωνες Ἡμέας ὑβρίζοντες ἀπάσσαλα μηχανόωντο. Demosth. ἐὰν ἰδιώτου τινὰ ὑβρίσῃ τις. Ἰσοκρ. De pace, dicit etiam, ἐπόρθουν μὲν πολὺ ἢ πειρον, ὕβριζον δὲ τοὺς νησιώτας. Et pass. Ὑβρίζομαι, Iniuriam accipio, seu Cōtumeliosa afficior iniuria, Insolens & petulans iniuria mihi fit. Demosth. in Mid. πληγὰς εἰληφὼς καὶ ὑβρισμένος. Ibidem, ὕβρισμαι μὲν ἐγὼ, καὶ πεπληγμένος καὶ τὸ σῶμα πονηρὸν τοῦτο τῶν δήμου τῶν τοῦ Ὠρεοῦ. Et Herodian. lib.5, φοβηθεὶς μὴ αἰσχρῶς ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑβρισθείη, ne captiuus ageretur, nihil non passurus cōtumeliæ. Itidémque lib.4, οἰηθεὶς ὑβρίσθαι, iniuriā & contumeliam passum se esse. Nonnunquam accusatiuo illi personæ vel etiā rei, quæ ad illā, pertinet, præmittitur præpositio εἰς vel πρὸς, & tunc significat Iniurius sum in, Contumeliosus sum in. & differt hoc ὑβρίζω εἴς σε ab ὑβρίζω σε, vt testatur Lucian. in Solœcista, his verbis, τὸ μὲν σε ὑβρίζειν, τὸ σῶμα δῆλον ὅτι τὸ σὸν ἢ τοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ καὶ ἄλλῳ τῷ τοιούτῳ· τὸ δὲ εἴς σε, ὅταν εἴς τι τοῦ σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις. καὶ γὰρ ὅς τις γυναῖκα ὑβρίζει πλὴν σοῦ, εἴς σε ὑβρίζει· καὶ ὅς τις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅς τις γε οἰκέτου. Id tamen discrimen non perpetuū est, nec semper verū. Inuenio enim pro vno eodémque posita ὑβρίζω τινὰ, & ὑβρίζω εἰς τινά. vt in hac lege apud Demosthenem in Mid. ἐάν τις ὑβρίζῃ εἴς τινα, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τοῦ ἐλευθέρου ἢ τοῦ δούλου, ἢ τοῦ ἀποθανόντος τινὶ τοιούτῳ εἰς τοὺς θεοὺς. In deos estis contumeliosi, Deos contumelia afficitis. Idem, Ταῦτ' οὖν ἀπόρητ' ἐστὶν ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Τοὔτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ; Et Demosth. εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ὧν ἔστο δεῖν ὑβρίζειν. Idem dixit etiam ἐμοῦ μὲν ὕβρισον εἰς τὸ σῶμα: necnon ὧν εἰς τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαι φησί. Sic Herodian. libro 4, de Romulo, οὐκ ἤνεγκεν ἀδελφὸν ὑβρίσαντα μόνον εἰς τὰ ἐκείνου ἔργα, Operibus suis illudentem, Opera sua afficientem contumelia. Fama enim est Remum, quū in ludibriū fratris nouos transiliuisset muros, ab illo irato interfectum. Eadem constructione, sed paulo alia significatione dixit Plato in Symp. de Homero, κινδυνεύει οὐ μόνον δεξιὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. Vbi pro Violasse accipi potest. vt ex Plut. Solone affertur, ὑβρίζοντες εἰς τὸ μαντεῖον pro Violantes vaticiniū. Verùm huic præpositioni εἰς & πρὸς præmittitur interdū alius accusatiuus, vt est ὕβριν, aut τὶ, aut τοῦτο, aut similes. Dicit enim Plato De leg. ὕβριν ὑβρίζειν εἰς τοὺς οἰκέτας. Itidémq; ὑβρίζω τι πρὸς τούτους, in hos aliquid contumeliosè admitto. & ὑβρίζω ταῦτα πρὸς θεοὺς, hæc in deorum contemptum ac contumeliam ago, apud eundem itidem. Sine præpositione accusatiuo personæ itidem eiusmodi accusatiui solent adiungi. vt quum Xenoph. dicit Pæd. 5, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας οἷα ὑβρίζει, τί δεῖ λέγειν; Qui accusatiuus personæ in verbo passiuo transit in nominatiuum, altero accusatiuo manente immutato, vt apud Demosth. in Mid. ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χρηστὸς ὑβρίσθη. Ac rursum, ἐξελέγξω δὲ πρῶτον ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθω, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς ἠδίκησθε, quāta affectus sim iniuria ac contumelia. Idem rursum, τοῦ τὸ σῶμα ὑβρισμένου. ‖ Suidas ὑβρίζειν dicit vsurpari etiam ὅτῳ τὸ αἰσχρῶς διαπᾶσθαι, eius significationis hoc afferēs exemplum ex quodam quem non nominat, ὑπέλαβε πονηροὺς ὄντας ὑβρίζειν καὶ ῥᾳστωνιάζεσθαι. ‖ Porrò sicuti ὕβειν dixi restringi etiam ad Stuprū ac vim quæ vxori alicuius aut liberis infertur: ita & ὑβρίζω sciendum est accipi pro Stupro, Constupro, Violo, Pudicitiæ vim infero. Quomodo accipi potest apud Lucian. in loco suprà citato, ὅς τις ὑβρίζει γυναῖκα πλὴν σοῦ. & apud Thuc. lib.8, pag. 286, ὡς πληγάς τε πάντας ζημιοῦσι, καὶ αὐτοπεῖν δοῦν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας πλὴν πολιτείαν, καὶ ὅτι αὐτοῦ καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες ὑβρίζονται. Budæus certè pro Stupro contamino, accipit in hoc loco Æschin. in Timarch. τίς οὐκ ἀπαιδεύτους εἶναι δόξει, τῇ μὲν γυναικὶ τῇ φύσει ἀμιγεστανουσῃ χαλεπαίνων, τοῦ δὲ πρὸς φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίσαντι συμβουλεύων χρώμενος; exponens, ὅτι πορνείᾳ ἑαυτὸν μεμιάνθαι. Rectè. Obiicit enim Timarcho orator quòd πολὺ ὕβειν πολὺ εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπερβέβηκε, id est stuprum: & quòd ἑταιρικεῖ, id est se prostituit. ‖ Bruta etiam animantia ὑβρίζειν dicuntur quum petulantia sunt & lasciua; vt quum taurus petulcus cornu ferit, & asinus aut equus calce. Quò refertur ὑβρίζοντες quod Suid. ex Herodoto affert pro σκιρτῶντες. vt & Corinthus Ionas tradit ὑβρίζειν vsurpare pro σκιρτᾶν, quod frequenter accipitur pro Lasciuire exiliendo, & Ludere exultim, (ceu loquitur Flaccus) vt bene pasti boues & equi. Et sic accipiendum non dubito quod ex Herod. affertur, ὑβρίζοντες οἰ ὄνοι: quod tamen alii interpr. Rudentes asini. (At ὑβρίζε quod ex Eurip. afferunt pro Quiesce, satis mirari non possum) Vide etiā ὑβριστής, & ἐξυβρίζω. ‖ Plantæ quoq; ὑβρίζουσι quum frondibus luxuriant & υἱομανοῦσι: quod & πρεαγᾶν dicitur, vt suprà docui. Vtitur Theophr. Hist. plant. libro 3, & 2, teste Bud. In quorum locorum illo dicit philosophus arbores ὑβρίζειν quum διὰ πλῆθος ὑγροῦ οὐ πέπεσι. Hic autem sic habet, libro 2, cap. 8, ἀμυγδαλῆ δὲ καὶ πάσαλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν πεταίωσιν, ἄλλον αἰτεμβάλουσι φρύινον, καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν. ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. Sic & ἐξυβρίζειν δένδρα idem dicit, & arbores ὑβριστικάς. Obiter verò eo in loco N O T A Κολάζειν dictum de arboribus luxuriantibus & velut insolentia quadam & improbitate fructum non ferentibus.

Ὑβρισμα, ατος, τὸ, idem quod ὕβρις, Iniuria & contumelia qua quis affectus est. seu Iniuria contumeliosa & proterua: vel etiam Insolentia, Petulantia. nam & has significationes ὕβρις habet. Demosth. in Mid. τὰ μὲν δὴ πάντα ὑβρίσματα τούτων εἰς ἐμὲ ταῦτ' ἐστί. id est ἃ ὑβρισμαι, vt paulo pòst loquitur, seu ὕβρεις ἃς ὑβρισμαι. Et Plato epist. διὸ τὸ πάντα σοι ὑβρισμα, νοῦ ὕπαρ αὐτ' ὀνείρατος γέγονε. Et Plutarch. Alcib. πρὸς πάντα καὶ ἔρωτας ὑβρίσματα τε καὶ θηλύτητας.

Ὑβρισμός, οῦ, ὁ, idem Æschyl. apud Athenæum, initio ferè libri 15, — οὐδὲν ἥσσονας Ὑβρεῖ ὑβρισμοῖς, οὐκ αἰσιοῖς ἐμοί. id est, non minoribus me afficiebat iniuriis & contumeliis, mihi intolerandis. Repono enim ibi αἰσιοῖς pro αἰνοῖς. nisi fortè malis αἰσιμοῖς, vel αἰκτοῖς.

Ὑβριστήρ, ῆρος, ὁ, Iniuriosus, seu Iniurius, Contumeliosus, Insolēs & proteruus, Petulās. seu Qui insolescere consueuit, Qui petulantibus & contumeliosis iniuriis lacessere solet. Exponitur specialius etiam Conuitiator, & Stuprator. Vnde F O E M. Ὑβρίστρια, quod exponitur non solùm Cōuitiatrix, verùm etiam Inuectiua.

Ὑβριστής, οῦ, ὁ, idem. Sed vsitatius, idq; tam in prosa quàm in carmine. Homer. Odyss. ι & ν, — Τῶνδ' αὐδρῶν πειρήσομαι οἵτινες εἰσίν· Ἢ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, Ἠὲ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἔστι θεοῦδής. Vbi nota ὑβρισταὶ opponi τοῖς δικαίοις, vt ὕβριν opponi τῇ δίκῃ & ἀνομίᾳ suprà docui: generalitérque accipi pro Iniusti, Qui peregrinos & hospites ad se appellentes afficiunt iniuriis. Et Odyss. ω, Ὑβρισταὶ δ' αὖ πάντα καὶ ἀπάσσαλοι αὐδρες ἔχουσι; iniusti & improbi. Vbi nota copulari cum ἀπάσσαλος, vt in præcedente loco cum ἄγριος. Verùm & cum aliis copulatur. Dicit enim Aristot. Rhet.2, ὑβρισταὶ καὶ θρασεῖς. & rursum, ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι. Et Polit.4, γίγνονται ὑβρισταὶ καὶ μεγαλοπόνηροι. Et lib.4 Ethic. cap.3, ὑπερήφανοι καὶ ὑβρισταὶ γίγνονται. Et Plutarch. Symp.8, ὑβριστὴς ὢν καὶ φιλόγελως φύσει. Et Plato Apolog. ὑβριστὴς καὶ ἀκόλαστος. Æschines verò ὑβριστὴς καὶ ἀπαίδευτος. in Timarch. τὸ δὲ ἀσελγαίνειν ἀργυρίου μισθούμενον, ὑβριστοῦ καὶ ἀπαιδεύτου ἀνδρὸς εἶναι ἡγοῦμαι. petulantis enim hominis est quæstum corpore facere, & πρὸς φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίζειν, vt idem Æschines loquitur. Opponitur verò ei σώφρων apud Xen. in Apolog. Socr. vt suprà apud eundem opponi sibi ὕβρις & σωφροσύνη, ὑβρίζειν & σωφρονεῖν, docui. Rursum Aristot. Polit.7 dicit πολὺ τῆς ἀτυχίας ἀπόλαυσιν ὑβριστὰς ποιεῖν, vt & Thucyd. libro 3, πολὺ ἀνθρώποις δόκιμον ἀνθρωπίζειν solere homines εἰς ὕβριν τρέπειν: contrà autem Xenoph. res aduersas σωφρονίζειν. tristia enim & aduersa moderatiores nos reddunt, res prosperæ, insolentiores & petulantiores: vt iumenta etiam copiosiore pastu lasciuire consueuere. Item Sophocl. Aiace, ὑβριστὴς ὃν θανὼν γίνεται, inter mortuos iniurius & contumeliosus. Quo ferè modo Onestus libro 2 Epigramm. dicit πόνον qui ἀνάγκη fit, ὑβριστὴν οἴνῳ τ' ἐστὶ καὶ οἰνοπότῃ. id est, ὑβρίζειν καὶ εἰς τὸ οἶνον καὶ εἰς τὸ οἰνοπότῃ. est enim ὕβρις vel sese vel aliū

cogere ad potandum. At Epigramm. libro 1, cum genitiuo, Ὑβεισὴν πενίης πλοῦτον ἀποῤῥέφομαι. solent enim pleriq; diuites εἰς τοὺς πένητας ὑβείζειν. Porrò vt αἴνηρ ὑβεισὴς dicitur, ita βασιλεὺς, σρατὸς: nec non ἵππος: itémque αἷμα & οἶνος. Hesiod. Theogon. de Pelia, βασιλεὺς ἀσφήνωρ Ὑβεισὴς καὶ ἀπάθαλος ὀβεμοεργός. Soph. Trachin. Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱππεβάμονα σρατὸν Θηρῶν, ὑβεισὴν, ἄνομον, ἀσφόχον βίαν, Insolentem, Petulantem. Xenoph. Pæd. 7. οἵπε ὑβεισαὶ ἵππον ἐκπεμπόμενοι, τῶ μὴ δάκνειν καὶ ὑβείζειν ἀποπαύονται. dicuntur enim & equi ὑβείζειν qui insolentiores sunt & petulantiores, & calcibus impetunt eos qui accedunt. Rursum Hesiod. Theog. Δεινόν θ' ὑβεισὴν ἄνεμον, de typhone. vt & apud Poll. lib. 1 legitur ὑβεισὴς ἄνεμος. quem eúdem putat esse cum eo quē Eupolis ἀσελγῆ ἄνεμον nuncupauit, id est βίαιον, violentum. Apud Ælian. autē in epist. οἶνος ὑβεισὴς δίψῃ νεόπηα. ‖ Ὑβεισὴς dicitur etiam Qui virgini aut adolescēti vim ac stuprum infert, Stuprator: vt ὑβείζω dictum est accipi etiam pro Stupro, Violo, Vim seu stuprum infero. Æschin. in Timarch. pag. 23, ὅσον κε χαείσθαι ἐνόμισαν τοὺς σώφρονας καὶ τοὺς ὁμοίως ἐρῶντας, καὶ τοὺς ἀκρατεῖς οὐ οὐχὶ, καὶ τοὺς ὑβεισαί. id est, eos qui ὑβείζουσιν εἰς τὰ τοῦ νέων σώματα, cinædi nimirum execrandi.

Vnde COMP. Ὑβεισόδικοι dicuntur οἱ τὰς δίκας ὑβείζοντες. id est οἱ μὴ θέλοντες εἰσάγειν τὰς δίκας, vt Hesych. annotauit, qui Atticam esse vocem ait. Sic verò & Poll. lib. 8, scribit, si Cratero, qui ψηφίσματα collegit, credendum sit, ὑβεισοδίκας nominari τοὺς μὴ θέλοντας τὰς δίκας εἰσαγαγεῖν, qui causas & crimina in iudiciū pertrahere nolūt. Illi enim aliquo modo ipsas δίκας ὑβείζουσι. Inde & FOEM. Ὑβεισις, Iniuriosa, Cōtumeliosa, Insolens, Petulans. Suidæ tamen ὕβεισις est substantiuū nomen. exponit enim ἡ ὕβεις καὶ ἡ ἀπμία, Iniuria, Contumelia, Ignominia. Si adiectiuū sit, significare poterit etiā Conuitiatrix. vt nimirū idem ὑβεισὰς exponit θρασεῖς & λοιδόρους. Legitur apud Etymol. quoque & in lex. meo veteri, sed sine expositione: tātùm enim ibi dicitur esse τοῦ ἀγῶνος ab ὑβεισής. Possumus inde deriuare & SUPERL. Ὑβεισόπατος, qui legitur apud Xen. Apomnem. 1, de Alcibiade, & signif. Petulantissimus, Procacissimus, Insolentissimus. Seu Supra modū pronus ad lacessendum dictis factisve petulantibus. vt οἱ σκωπτικοὶ καὶ φιλοκλωπες ὑβεισαὶ dicuntur. Legitur & apud Aristoph. Vesp. vbi ait, Τούτων ἁπάντων ὧν ὑβεισόπατος μακρῷ, istorum omnium erat multo petulantissimus. Necnon COMPAR. Ὑβεισόπρος, Iniuriosior, Pronior ad afficiendum iniuriis & contumeliis, Proteruior, Petulantior, Insolentior. Suid. ex Xenoph. οἱ ἀμελεῖται δοκοῦσι σραπῶται, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, πολὺ ἀπμόπροι γίνονται, οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ ὑβεισόπροι. Nisi forte hunc compar. ὑβεισόπρος, & superl. illum ὑβεισόπατος per syncopen factos quis existimet ex ὑβεισκώπρος & ὑβεισκώπατος, deriuatis ex ADIECT. Ὑβεισκός, significante Pronus ad afficiendum iniuria & contumelia, Qui solet esse iniuriosus, contumeliosus, insolens, petulans. Interdum etiam simpliciter Iniuriosus, Contumeliosus, Insolens, Petulans, vt ὑβεισής, ex quo deriuatum est. Plutarch. Symp. sept. sap. καὶ τινες ὑβεισκαί σου τοὺς τυράννων ἀποφάσεις ἀνέφερον πρὸς αὐτὸν, sententiæ contumeliosæ de tyrannis. Æschin. in Ctesiph. καπέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλα ὑβεισκὴν καὶ βαρβαρον ὀπισολὴν. Et Aristot. Rhet. 2. ἀδίκημα τὰ ἀδικοῦσιν οὐ κακουργικὰ, ἀλλὰ τὰ μὲν, ὑβεισκὰ, τὰ δὲ, ἀκρατοπκά. vbi ἀδίκημα ὑβεισκὰ philosophus appellat ea quæ ab insolentia & petulantia proficiscuntur, qualia αἰκίας esse dicit: ἀκρατοπκὰ autem, ad quæ ἡ ἀκρασία impellit, vt μοιχεία est. Eodem libro legitur ἡδονὴ ὑβεισκὴ, & διαθέσις ὑβεισκαί. Xenoph. verò Pæd. 7 dicit, οὐδὲν ὑβεισκὸν ποιοῦσι φανεροὶ εἶναι. ‖ Sed & vites quædam ὑβεισκαὶ dicuntur, quæ nimirum solent ὑβείζειν, id est luxuriare frondibus, nec fructum ferre. Theophr. De caus. plant. lib. 3. τὰ δ' ἐν τοῖς ἐρύθροις, καὶ ὅσα τοῦ θέρους ὑβεισκὰ, τῷ ἦρος δεῖ τεμνόμενα, quæque eluxuriare & lasciuire solent. Bud. Vnde ADVERB. Ὑβεισκῶς, More eorum qui ὑβεισκοὶ dicuntur, Iniuriosē, Contumeliosē, Insolenter, Petulanter. Plutarch. Erot. ὑβεισκῶς σοι κέχρηται καὶ ἀσφαλῶς τὸ μειρακίον. Xenoph. Pæd. 8, οὕτε χαίροντα ὑβεισκῶς γέλωτα. Et Athen. lib. 12, τοῖς λίαν ὑβεισκῶς πρὸς τὰ θεῖα διακειμένοις. Vnde compar. Ὑβεισκώτερον, Contumeliosius, Insolentius, Petulātius. Apud Suid. οὐδὲν ὑβεισκώτερον ὄχλου πρὸς ὀργὴν καὶ τοῦ θανατοῦν ὁρμῶσαν τοῦ. ΑΤ Ὑβεισκὰ, τὰ, festum quoddam Argiuorum, quo mulieres insolentius in maritos agebant, virilibus indutæ vestimentis, in memoriam patriæ ab hostibus sua fortitudine vindicatæ. Meminit Plutarch. in lib. De virt. mulierum, in Argiuis, vbi inter alia dicit, καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ ὑβεισκὰ πολοῦσι, χιτῶσι μὲν ἀνδρείοις χρῶσι καὶ χλαμύσιν, ἀνδρὰς δὲ πέπλοις γυναικῶν καὶ καλύπτραις ἀμφιεννύοντες.

C. Ἀνύβεισος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nulla affectus iniuria seu contumelia, aut Nulli obnoxius iniuriæ seu contumeliæ. Phocyl. Μηδ' ἄλλου τοῦτο δαιτὸς ἐδοις σκυβάλισμα τραπέζης, Ἀλλ' ἀπὸ οἰκείων βιόπων φαγέοις ἀνύβεισος. quoniam nimirum mendici & parasiti nōnunquam ὑβείζονται quum ad alienas cœnas accedunt. ‖ Item ἀνύβεισος dicitur qui caret ὑβεισμοῖς, A quo iniuriæ & contumeliæ alienæ sunt, Non contumeliosus, Non insolens nec petulans. Quò refer ἀνύβεισος παιδιᾷ quod ex Plutarch. affertur pro Lusus honestus ac liberalis. Affertur verò & τὸ ἀνύβεισον τοῦ βίου, pro Æquitas vitæ & innocentia.

C. ΑΝΘυβείζω, Vicissim afficio iniuria vel contumelia, Iniuriam illatam vlciscor. ὑβεῖν αὐτὰ ποδίδωμι, vt Plut. loquitur. Idem Plutrach. Pericle, εἰ δὴ Σάμιοι τὴν ἀχμαλώτιδα τοῦ Ἀθηναίων ἀνθυβείζοντες, ἔστιζον εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκας.

C. ΑΦυβείζω, Iniuria vel contumelia afficere desino, Petulantia seu proteruia vti desino, Petulantiam seu insolentiam meam compesco, A petulantia & insolētia mea desisto: vt ἀποτύπω est Verberare desino. Synes. in epist. quadam ad Euoptium, δύο ἕξης ὁπομείναντες ἡμέρας, ἕως αὖ ἀφυβείσῃ τὸ πέλαγος, Dum pelagus ab insolentia sua desisteret.

C. ΕΝυβείζω, Iniurius & contumeliosus sum in, Insolentia & petulantia vtor in. Herodian. libro 8, ῥίψαντες τὰ σώματα τοῖς βουλομένοις ἐνυβείζειν καὶ παῖν, ἅσαν κυσί τε καὶ ὄρνισι βορά, his qui contumeliosē calcare ea vellent. Polit. vertit, Proiecta ad ludibrium corpora. Et lib. 5, τὰ σώματα παρέδοσαν σύρειν τε καὶ ἐνυβείζειν τοῖς βουλομένοις, trahenda per contumeliā tradiderunt. Et lib. 6. τοῦ βασιλέων ἐδίαξεν, ἐνυβείζουσά τε καὶ βασίλισσα ἦν ἥλουσα μένη, aula per contumeliam exegit. Idem dicit etiam ὑβεῖν ἐνυβείζειν. vt libro 1, σύραντες τὰ τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβειν ἐνυβείσαντες, τέλος λελωβημένοις εἰς ὀχετοὺς ἔρριψαν, Et nulla non contumelia affecta, seu, Contumeliosissimè habita, vt Polit. vertit. Præterea datiuum huic verbo addit, personæ nimirum. vt libro 8, θελήσαντες ζῶσιν ἐνυβείσαι, ἵν' ὅσῳ πλέον ὧν πάθοιεν ἄθοιντο. Et aliquāto antè, καταφρόνεω τοῦ σραπωτοῦ, ὡς καὶ ἀποσκώπτειν εἰς αὐτοὺς, ἐνυβείζειν τε τῷ Μαξιμίνῳ τοιουτοῦτον, ita vt dictis contumeliosis incesserent Maximinum muros obeuntem. Et libro 6, μὴ φέροντα τὴν Μαμαίαν ἐνυβείζουσαν αὐτῷ τε καὶ τῇ θυγατεί. Et libro 4, τῷ Μαρκελλίῳ ἐνύβεισεν, αἴκαι δρον αὐτὸν καὶ ἀθυνῆ καλῶν, per contumeliam timidum ac degenerem vocans. Idem lib. 5, dicit quosdam abuti imperio, αὐτῷ τ' ἐνυβείζειν ὡς αὐῶθεν ἰδίῳ κτήματι, id est abuti per contumeliam veluti proprio patrimonio. Item cum εἰς iungitur, vt simplex ὑβείζω. Chrysost. De sacerd. ἐνυβείζουσιν εἰς τὰ ἅγια. VNDE Ἐνύβρισμα, ατος, τὸ, Id cui ἐνυβείζομεν, In quod iniuriosē & contumeliosē debacchamur. seu Ludibrium. Ioseph. in Vita sua, ἐνύβρισμα τοῖς ἐχθροῖς ἐσόμεθα, Ludibrio futurus inimicis. Plutarch. δι' ἧς ἐκώλυσε τοὺς τοῦ συμμάχου υἱοὺς ἐνύβρισμά τε καὶ παροίνημα γενέσθαι Μακεδόνων. Exponitur etiam Contumelia, τοῦ σπλακισμός.

C. ΕΞυβείζω, Insolentius efferor: vel etiam Insolentia & petulantia modum excedo. Plutarch. in Pericle, ὑφ' ἧς (nimirum ἐλευθερίας) ὥσπερ ἵππον ἐξυβείσαντα τὸν δῆμον, οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγεσι πιθαρεῖν οὐκέτι τολμᾶν, ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὐβοιαν καὶ τοῖς νήσοις ὀπισθεν. Vbi nota de equo feroce, petulante & lasciuo, dici hoc ἐξυβείζειν, quum nimirum frænis non amplius parens, mordet & insultat sessori, vel iis qui ad se accedunt. Vnde & Xen

Xenoph. ὑβεισαὶ ἵππους vocat eos qui tales sunt. Magis propriè de hominibus: vt apud eundem Xenophontē Pæd. 8, εἴ τις τοῦ σαραπῶν ὑπὸ πλούτου καὶ πλήθους αἰθρώπων ἐξυβείσῃε, καὶ ὁπηχρόνσῃε μὴ πείθεσθαι. Et Pæd. 3, δοκεῖ μοί τοι τῶ αὐτῶ αἰδρὸς εἶ, καὶ ἀτυχοῦντα ἐξυβείσαι, καὶ πλαίσαντα τὰ χὐ πτῆξαι. Cui loco similis hic Thucyd. lib. 1, μόνοι γὰρ δι' αὐτὸ ἀπραγμοσύνης τε οὐκ ἐξυβείζομεν, καὶ ξυμφορᾶς ἥσσον ἑτέρων εἴκομεν, rebus prosperis non insolescimus, & rebus aduersis minus quàm alii succumbimus. Solet enim ἡ ἀπραγμοσύνη δόκησις ἀπραγμοσύνη εἰς ὕβεις τρέπειν, vt idem testatur lib. 3. & ita ἐξυβείζειν idē est quod εἰς ὕβεις τρέπεσθαι. Nota verò in illo loco ἀπραγμοσύνης ἐξυβείζειν pro δι' ἀπραγμοσύνης, seu ὑπὸ ἀπραγμοσύνης: vt Xenoph. dicit ὑπὸ πλούτου ἐξυβείζειν. Idem rursum Thucyd. libro 3 dicit, οὐκ αὖ ἐς τόδε ἐξύβεσαν, non ad istam insolentiā erupissent. Quod Athen. dicit, εἰς τόσον τοῦ πλήθους ὕβρεως, & Demosth. εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον. Apud Dionysium autem Areopag. εἰς θείας ἀθέμιτος οὐκ ἐξυβείζε δυνάμεις, Bud. vertit, Procul ab eo abiuit vt petulanter de diuinis copiis differeret. Item ἐξυβείζω εἰς ὑμᾶς τόπον ex Luciano, pro Hoc insolētēr & petulanter in vos committo. Flumina quoque ἐξυβείζειν dicuntur quum extra alueos erumpentia petulanter euagantur, teste Budæo: qui de plantis quoque ἐξυβείζειν dici annotat quæ nimia soli vbertate lasciuiunt & luxuriant: afferens ex Theophr. libro 3 De caus. plant. ὁ δὲ θέρμος ἄκαρπος γίνεται, καθάπερ ὑλομανῶν καὶ ἐξυβείζων. Et rursum, ὅσα δίψῃ τοῦ ἰχνοῦ λαμβάνοντα πλῆθος ἐφῆς, ἐξυβείζει, καθάπερ ἀμυγδαλῆ. nam (vt idem docet) αἱ ἀμυγδαλαῖ, βαθείας οὔσης καὶ πτείρας τῆς γῆς, ἐξυβείσασαι δίψῃ τοῦ ὑδρίαν, ἄκαρπόν, nimia pabuli vbertate lasciuientes. Vide & τραχύω. VNDE Ἐξύβεισις, εως, ἡ, in segetibus dicitur eiusmodi lasciuia & luxuria: vel potius luxuriatio & lasciuitio, si ita loqui liceat.

C. ΕΥβείζω, Contumelia afficio, Iniurius & petulans sum aduersum aliquem. Homer. Iliad. ι, — χέρας δέ μοι ὥς περ ἔδωκεν, Αὖθις ἐφυβείζων ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων, per contumeliam & iniuriam mihi abstulit. Bud. quoque interpr. Contumelia afficio, afferens ex Gregor. οὐ αὐτὸς ἐφυβείζων Γαλιλαίος ἐκάλει. Necnon Sugillo, afferens ex Plutarcho, ἐφυβείζων τὸν δῆμον. VNDE Ἐφυβεισὴρ, ῆρος, ΕΤ Ἐφυβεισὴς, οῦ, ὁ, Qui in aliquem iniurius seu contumeliosus est, Qui iniuriis & contumeliis afficit. Vel simpliciter, Iniurius, Iniuriosus, Contumeliosus, Insolens, Petulans. Legitur autem illud ἐφυβεισὴρ in Epigramm. Inde & ADIECT. Ἐφύβεισος, ου, ὁ καὶ ἡ, Contumeliosus, (vt Bud. vertit) Probrosus. Herodian. libro 6, τὸ δῆμα τῆς βασιλείας ὑπὸ τυραννίδος ἐφυβείσου εἰς ἀριστοκρατικὸν τύπον μεπενεχθείσης, ex cōtumeliosissima tyrānide, Polit. interprete. Sic ὁμοίως καὶ ἐφύβεισον τυραννίδα idem dicit de Commodi principatu. Idem rursum lib. 2, βοηθεῖν τε αὐτὸν τῷ ταχίστῃ ἠξίουν ὡς ἐφύβεισα πάθοιεν, Contumeliosa & indigna. Polit. quoque vertit, Vt ipsos à tantis contumeliis assereret. Vnde ADVERB. Ἐφυβείσως, Contumeliosē. Idem Herodian. libro 2, αἰσχῶς καὶ ἐφυβείσως ἐαλωκότες, turpiter contumeliosēque. Polit. vertit Ignominiosē: Alii, Turpiter & cum probrosa ignominia.

C. ΚΑΘυβείζω, idem quod ἐφυβείζω, vt schol. Homeri ἐφυβείζων in loco suprà citato expon. per καθυβείζων, id est Iniuria & contumelia afficiens. Exponunt etiam Iniuria lacesso, vt apud Plutarchum in Camillo, πολλὰ τῶν χώραν καθυβείζοντες, interpr. Multis iniuriis regionem lacessentes. Ex eiusdem tamen Romulo affertur, καθυβείσας πολλὰ τῶν χώραν, pro, Multis cladibus agrum affecisse. Sic verò ὑβείζειν νῆσον dicit Isocr. vt in oratione De pace, ἐπέρασαν μὲν τῶν ἤπειρον, ὑβείζον δὲ τὰς νήσους. Quibus in locis nisi ὑβείζειν & καθυβείζειν accipere velis pro Iniuriis petulanter & proteruè afficere, Insolenter & petulanter iniuriam facere, possis fortasse reddere Insultare. vt & apud Sophoclem in Aiace, sed cum alia construct. nimirum cum datiuo, τοῖς σοῖς ἄχεσι καθυβείζων, Doloribus tuis insultans. Alii tamen malunt, Conuitiis infectans tuos dolores. ‖ Significat etiam Contumelia afficio, id est Ignominia & dedecore afficio, Dedecus inuro, Dedecoro, Contumeliosum & probrosum reddo, Facio vt sit ἐφύβεισον. vt apud Herodianum libro 1, de sorore Commodi, τὰ τοῦ σόματα ἐλιπάρει, καὶ τοῦ σπίλουσα μετὰ δακρύων ἐδεῖτο, μήτε τῶν Ῥωμαίων ἀρχῶν καθυβείσαι. Vbi Polit. Ne aut Rom. imperium pollui pateretur. Et paulo antè, καθυβείζοντα τὸ ἀξίωμα αἰσχύνω καὶ μεμιασμένῳ σήματι. vnde de principatum eius vocat ἐφύβεισον τυραννίδα. Budæus quoq; ibi καθυβείζω interpr. Dedecoro, Maiestatē minuo, καταῤῥώω. Sic accipitur & à Greg. in Maccab. encom. quū dicit, εἷς ὁ νομοθέτης Μωσῆς, οὐ ὑ τοῦ δώσομεν ὑδὲ καθυβείσομεν, quē non prodemus, nec dedecorabimus. Solet certè ὑβείζεσθαι legislator quū lex eius violatur.

C. ΠΕΡΙυβείζω, Singulari iniuria & contumelia afficio, Iniuriosissimè & contumeliosissimè tracto, Iniuriosissimus & contumeliosissimus sum in. nam περὶ significationem auget in hoc verbo. Herodot. τὸν βασιλέα ἡμέων περιυβείσας ἐξέβαλε. Athen. lib. 12, ὑπὸ τοῦ οἰκείου περιυβεισθεὶς, omni contumeliarum genere affectus à domesticis famulis. Ad exprimendā autē præpositionis vim credi derim reddi posse, Circumquaq; vel vndiq; contumeliis affectus: minus tamē Latinè loquēdo. Plut. Λύκολλος ὑπὸ τοῦ Πομπήϊου περιυβεισμένος, singulari iniuria affectus, vt B. interpr. Alioqui simpliciter accipitur etiā pro Iniuria & contumelia afficio. vt apud Aristoph. in Vesp. Τοιαῦτα περιυβείζειν αὐτοὺς ἐν μέρει, Σκώπτων ἀγρείκας, huiusmodi eos afficiebat contumeliis. Apud Plut. autem in Camillo, περιυβείζοισι πολοὶ τὰ θεῖα, interpretātur, Ludibrio habent res diuinas.

C. ΠΡΟΣυβείζω, Præterea iniuria afficio, Insuper contumelia afficio, Simul etiam iniurius sum & contumeliosus. Demosth. τοὺς νόμοις ἤδη ὁ τοῦτο ποιῶν προσυβείζει. Non modò hominem ipsum, sed etiam leges violat. B.

ΥΓΙΗΣ, ές, ὁ καὶ ἡ, Sanus, Bene valens, Integræ & incolumis valetudinis. vt in prouerb. ὑγιέστερος κρόπωνος apud Suidam, quod dici scribit ὅτι τοῦ παίν ὑγιαίνοντων. Quo modo Epicharm. apud Athen. lib. 2, ὑγιέστερον κολοκύντας πολύ. Item apud Stob. ex Xen. μόλις γὰ αὖ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὸ δῆμα ὑγιὲς ἠρόοιτο, sanetur. Vbi alii legūt ὑγιὴς ἠρόοιο, saneris. In accus. casu regulariter ὑγιέα habet, pro quo Attici contractione facta dicunt ὑγιᾶ, vt ἀφυᾶ pro ἀφυέα. Aristot. Rhet. 1, οὐδὲ γὰ ἰατικῆς τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προσαγαγεῖν. Sic Thuc. l. 3, πάλιν αὐτὸν κατεστήσαν εἰς τὸ τεῖχος ἐῶν καὶ ὑγιᾶ. ‖ Metaphoricè quoq; vsurpatur pro Non vitiosus seu Non vitiatus, vt & ὁ οὐ νοσῶν: id est, pro incorrupto, integro, probo, sincero. Quo ferè modo & Cic. dixit, Rhodii oratores saniores & Atticorum similiores. Dionys. Lōg. οὐκ αὖ ὅτι τοῦ δικαίων καὶ καλῶν ἐλθύθερος καὶ ὑγιὴς αὖ κριτὴς ἠρόοιτο. Idē, ὑγιὲς παντὶ καὶ ἀδιάπτωτον. Plato epist. 6, φίλοι βέβαιοί τε καὶ ἤθος ἔχοντες ὑγιές, Probis moribus præditi. seu Bonis moribus. vel etiam Sanis & incorruptis ac minimè vitiosis moribus. vt idem ὑγιᾶ πόλιν dicit lib. 2 De republica: opponens ei πολὺ φλεγμαίνουσαν. Sæpe occurrit οὐδὲν ὑγιὲς, vbi ὑγιὲς itidē significat Vitio carens, Probū, Sincerum, Integrum: nonnunquam & Rectum. Synes. μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς ἐν τῷ βίῳ, Simplex & candidum, Non fucatū, sed sincerū. Quæ verba procul dubio mutatus est ex hoc loco Aristoph. Pluto, Τὸ μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς ἐν τοῖσιῶ χρόνῳ. vbi μηδὲν ὑγιὲς ἀσκεῖν B. interpr. Improbos mores colere. Idem de foro loquens, αἰθρώπια παρεχομένη αἰεὶ δὴ καὶ παμπίνεχα, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακοῤῥαφεῖν εἰδότα. Et rursum, ὡς οὐδὲν ἀπεχᾶς ὑγιὲς ὅδιν οὐδενός, ἀλλ' εἶσι τὸ κέρδος ἅπαντες κεκίσηλοι. Sic Plato in Phædro, οὐδὲν οὐδενὸς ὑγιὲς ἠκίσα ἦν. Et rursum, ὅλῳ τοῦ θεαμάτων οὐδὲν οὐδενὸς ὑγιὲς τὸ τοῦ δρᾶσαι, οὐδὲ βέβαιον, οὔτε τοῦ λόγων. quibus verbis significat nulla cuiusquā vel dicta vel facta carere vitio. Rursum Aristoph. Pluto, αὐθρώπου οὐδὲν ὑγιὲς εἰς ἀσεβείας ὑγιὲς πεποιηκός. Et Thuc. lib. 3, ὡς οὐδὲν αὐτοῦ ὑγιὲς δεινοῦμενον τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ, nihil sanum & quod conueniret ac æquum esset. vt & lib. 4, p. 119, οὐδὲν ὑγιὲς & οὐδὲν δίκαιον pro codē posuit. Apud Luc. autē in Demon. ἐπὶ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγλω, reddideris potius, Quum non nisi futilia loqueretur. ‖ Itē ὑγιὴς accipitur pro Verus, teste B. qui itidem apud De-

mosth. ζώντης πίνων ὅλπιστολῆς ὐδὲν ὅτι ὑγιές, interpr. Nihil verum & simplex, sed omnia subdola. Ac rursum, οὐδ' ὁποῖοῦ ὑγιὲς ἀπαγγέλλοντες apud eundem, Nihil quicquã veri renuntiantes atque sinceri. Apud Homerum autẽ ὑγιὴς λόγος Eustathio est ὁ ἀπαρεγκλίπτος καὶ ἀκολόβωτος, in hoc loco Il. θ, Μῦθος δ' ὃς μὺν ναῦ ὑγιὴς εἰρημένος ἔσται. In quo etiam obiter notã hyperbaton esse. sic enim accipienda ea verba, Μῦθος δ' ὃς μὺν ναῦ εἰρημένος, ὑγιὴς ἔσται.

Facit & irregularem cõparatiuum, NIMIRVM Ὑγιώτερος, pro ὑγιέστερος. vt apud Etymolog. & in lex. meo vet. ex Sophronе, ὑγιώτερον κολοκύντας. Apud Athenæum verò lib. 2 ex Epicharmo, ὑγιέστερον κολοκυντας πολύ, vt suprà etiam dictum est.

Ὑγιῶς, Sanè. Athen. lib. 2, πρὸς τὸν πυθόμενον πῶς αὖ τις ὑγιῶς διάγοι, quomodo aliquis sanus viuere queat. ‖ Metaphoricè ponitur pro Rectè, Sine vitio. vt Hes. quoque ὑγιῶς exp. non solùm ἐρρωμένως, σώως, ὁλοκλήρως, sed etiam ὀρθῶς. Demosth. Pro cor. πάντα ταῦτα ὑγιῶς καὶ δικαίως πεπολίτευμαι. Philo De mundo, ὁ τείος λόγος οὐ ἑαυτῷ διελέγχεται μὴ ὑγιῶς ἐρωτηθεὶς ἀπὸ τῆς ἀδυὸν ἐν ἀρχῇ φάσεως. Vbi B. vertit, Absurda percõtatione deductus. Idem Bud. ex Alex. Aphr. p. 158, ὑγιῶς λέγειν affert pro Verè dicere.

Ὑγίεια, ας, ἡ, Sanitas, Bona valetudo. cui opponitur νόσος, morbus. Plato lib. 1 De rep. τῆς ὑγιείας ἐκ συμμέτρου κράσεως οὔσης, τῆς δὲ νόσου οὐ μέτρου δυσκρασίας. Xen. Pæd. 1, οὕτω τοίνυν μοι δοκεῖ ἡ τε ὑγίεια μᾶλλον τιμᾶσθαι, καὶ ἰσχὺς τοῦ γίνεσθαι. Isocr. ad Demon. τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχοιμι. Valetudinẽ omnium rerum maximè curamus. Inde Cic. in epistolis suis toties vsurpat clausulam illã, Valetudinem tuam cura diligenter, Cura vt valeas. Inde & tot medicorũ συγγράμματα περὶ ὑγιείας τῶν καμνόντων, (quorum mentio apud Plat. in Minoe & Galeni ac Plutarchi, ὑγιεινὰ παραγγέλματα. Porro dicitur medela aut cibus aut exercitatio ὑγίειαν παρέχειν, seu παρέχεσθαι, ποιεῖν, & παρασκευάζειν. vt, ἰατρικὴ μὺν ὑγίειαν παρέχεται. versatur enim περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσῶδες, vt Aristot. ait. Idẽ Rhet. 1, τὸ γυμνάζεσθαι ὡς ὅλιστα πολὺ ποιεῖ ὑγίειαν. vt & Xen. scribit venaticos labores ὑγίειαν τῆς σώματι παρασκευάζειν. Item potus aut cibus dicitur πρὸς ὑγίειαν φέρειν (φέρειν, vel διαφέρειν. Athenæus l. 1, παλαιὸς οἶνος πρὸς ὑγίειαν πρόσφορος ἦν), vel διαφέρειν. Athenæus l. 1, παλαιὸς οἶνος πρὸς ὑγίειαν πρόσφορώτερος. Idem lib. 12, πρὸς ὑγίειαν διαφέρειν τινὰ τῶν ἀμμοῖς. Præcedens autem ποιεῖν ὑγίειαν ad verbum reddere possumus Facere bonã valetudinem, Plinii exẽplo, dicentis, Meliorem valetudinẽ senibus faciunt fici. In conuiuiis memoratur etiã μεταιτηλεὶς τῆς ὑγιείας, qui calix est seu πόσις quã post ablutas à cœna manus sibi mutuò propinabãt cõuiuæ, ὑπεισπόντες τὸ τῆς ὑγιείας ὄνομα, vt patet ex hoc loco Philetæri apud Athen. lib. 11, Ἐνέσσεμεν ἴσον ἴσῳ μεταιτηλεῖδα Μεγάλῳ, ὑπεισπὼν τῆς ὑγιείας τὸ ὄνομα. Ibidem Nicostr. dicit, Μεταιτηλεῖν ἀπὸ τῆς ὑγιείας ἔχον. Et Callias, Καὶ δέξαι τοῦδε μεταιτηλεῖδα τῆς ὑγιείας. Sicut verò ὑγιείας, ita & Διὸς σωτῆρος & ἀγαθοῦ δαίμονος erat μεταιτηλεῖς. ex qua post ablutas manus videntur libasse Ioui seruatori & bono genio, sicut & ὑγιεία sanitatis deæ, vt propitium eorum numen haberent. Ἀρχέλοχος (inquit Diphilus ibidem) δέξαι τοῦδε τοῦ μεταιτηλεῖδα Μεγὴν, Διὸς σωτῆρος κ' ἀγαθοῦ δαίμονος. Et rursum, — δαίμονος Ἀγαθοῦ μεταιτήλιον. Pertinẽt huc quæ Poll. scribit. lib. 6, c. 16, itidem de hac metaniptride loquens, ὡσπερ καὶ ὑγιεία ἱερὰ, ὥσπερ καὶ Διὸς σωτῆρος κρατὴρ ἱερὸς ἢ ἀγαθοῦ δαίμονος, ὁ μὲν τοῦ τραπέζας ἄκρατος. Vbi forsan pro ὑγιεία ἱερὰ scribẽdum est ὑγιείας ἱερὰ, & μεταιτηλεὶς subaudiendũ ex præcedẽtibus. Nisi fortè illa ipsa μεταιτηλεὶς κύλιξ putãda sit nominata fuisse ὑγιεία ἱερὰ pro μεταιτηλεὶς ὑγιείας ἱερὰ, calix seu poculum sanitatis præsidi deæ consecratum. Nam & ipsam ὑγίειαν inter diuina numina posuerũt. vnde eam Critias apud Athen. lib. 10, vocat πρεσβυτάτην θεῶν θνητοῖς. inde & Ariphron Sicyonius in pæane quodam apud eundem Athen. sub finem lib. 15, cecinit, Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σοῦ ναίοιμι τὸ λοιπόμενον βιοτᾶς. σὺ δέ μοι πρέσβιστα κοινὸς εἶναι. quem pæanem sic claudit, μετὰ σεῖο μάκαιρα ὑγίεια τίθηλε πάντα, ἐν λάμπει χαείτων ἔαρ· σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις ἀνδρὶ μόνον. Sed & Orpheus hymnum conscripsit in ὑγίειαν, quem vide.

Porro notandum est, pro ὑγίεια facta syncope dici ETIAM Ὑγεία. vt apud Plutarchum, πυθόμενον ὅτι νοσοῦσιν ὑγείαν, καὶ πολεμοῦμεν εἰρήνῃ. Passim apud Lucian. ita scriptum legitur, & cum alibi, tum in lib. De salut. err. τί δ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ περὶ ὑγιείας τῆς ὑμετέρας βιβλίῳ τοῦτο πρὸς ὑμῶν ὅτι προσγενέσθαι, τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας αὐτῆς ὅπως μελήσειν, Valetudinem vestram curare diligenter, Curate vt valeatis. Quibus clausulis Cic. vti solet in epistolis suis. Idem Lucian. ibidem ex Philem. Αἰτῶ δὲ ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' ἀνδρείαν, Τέλειον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί. Est ὑγεία Mineruæ etiam epitheton, teste Etymol. (forsan quòd sanitatis esse præses existimaretur) Cuius meminit Plutarch. in Pericle, τὴν ὑγείας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, à Pericle erectum fuisse Athenis scribens. Meminit & Pausanias Atticis, pag. 23, vbi dicit apud Ἀχαρνὰς esse Ἀθηνᾶς βωμὸν ὑγείας. Sunt qui salubrem Mineruam Latinè appellent. Alioqui Ὑγεία est etiam vna ex filiabus Æsculapii, quæ & ipsa sanitatis esse præses dea credita est. Pausan. Attic. pag. 25, πεπάρτη δὲ ὅτι τὸ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανακείας· ἐπὶ δὲ Ἰασοῦς καὶ Ὑγείας, καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. Hippocr. in Iuramento suo, Ὄμνυμι, Ἀπόλλωνα ἰητῆρα, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἵστορας ποιούμενος. Sic Plinius libro 35, cap. 11, Taléfque sunt eius picturæ, cum Æsculapio filiæ, Hygia, Ægle, Panacea, Iaso. Vbi etiam nota hæc nomina ab effectu indita, NIMIRVM Πανάκεια, ET Ἰασώ, ET Ὑγεία. Nam primã Æsculapius Πανάκειαν nomine vocauit πρὸς τὸ πᾶν νόσημα ἀκεῖσθαι, quòd omnibus mederi morbis posset: secundam verò Ἰασὼ nuncupauit, quòd posset ἰᾶσθαι & medicari: tertiam verò Ὑγείαν vocauit, quòd sanitatem vel præsentem cõseruare, vel amissam restituere hominibus posset. ‖ Ὑγεία vocatur etiam ἡ διδομένη ἐν τοῖς θυσίαις μάζα ἵνα ἀπογευσωνται, teste Athen. lib. 3. id est, mazæ quæ in sacrificiis degustanda præbetur. Pro quo ὑγεία apud Etymolog. & Hesychium legitur ὑγιεία. vtroque enim modo scribi iam dictũ est. ii verò tradũt ὑγίειαν Atticis nominari ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα, καὶ παῦτο ἐκ θεοῦ (Etymolog. habet ἐξ ἱεροῦ) φερόμενον, ἐπὶ μόρον, ἔτι θαλλός.

Ὑγιεινὸς, ός, ὸν, idem quod ὑγιὴς, Sanus, Qui bene valet, Qui prospera valetudine vtitur, Qui sano corpore est, aut etiã salubri. vt dixit Saluft. Genus hominũ salubri corpore. Sic Aristot. Ethic. 3, c. 4, dicit τοῖς οὐ διακειμένοις εἶναι ὑγιεινὰ σώματα, Sana seu salubria corpora, Bene valentia corpora. Et apud Plat. De leg. ὑγιεινὸς βίος, Sana seu salubris vita. At Plut. in Lycurgo, ὑγιεινὰ βρέφη, Infãtes sani & salubri corpore: quibus ibidem opponit τὰ νοσώδη καὶ ἐπιληπτικὰ βρέφη, infantes morbosos & comitiales. Ex Aristot. autem lib. 1 Œcon. πρὸς τὰ κινήσεις ὑγιεινὸν affertur, pro Valens ad motus ferendos. ‖ Cibus etiam & potus aut locus aliquis esse ὑγιεινὸς dicitur qui ad sanitatem corporis confert vel tuẽdam vel recuperãdam, πρὸς ὑγίειαν πρόσφορος, vt Athen. loquitur. Latini eo significatu Saluber potius dicunt quàm Sanus. Isocr. τῶν σιτίων τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίρειν, cibis saluberrimis. Aristot. Polit. 7, ὕδατιν ὑγιεινοῖς χρῆσθαι. Xen. Pæd. 1, πρός τε τὴν νοσηρῶν χωρίων καὶ τῶν ὑγιεινῶν. Sic ὑγιεινὴ οἰκία, domus salubris. Aristot. Polit. 7, αἱ πρὸς ἑωθινὸν ἔγκλισιν ἔχουσαι, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πνέοντα ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ὑγιεινότεραι. Et Plut. λαμπροτέραν, ἀνθηροτέραν, ὑγιεινοτέραν ποιήσασθαι τὴν οἰκίαν. Item ὑγιεινὴ dicitur medicinæ quædã pars, cui sanitatis cura incumbit. ea autem dignitate cæteras antecellit, duobúsque summis præceptis continetur: nimirum, optimè valentia corpora similibus conseruanda esse: quæ parum ab optima constitutione deficiunt, aut quodammodo ad neutrum statum accedunt, medico contrariorum vsu esse reuocanda ad mediocritatem. Ad quam pertinent Dioclis & Galeni ὑγιεινά, necnon ὑγιεινὰ παραγγέλματα Plutarchi. Aristoteles Metaphysicorum 3, enumerans quædam πολλαχῶς λεγόμενα. ὑγιεινὸν dici scribit, τὸ μὲν, τοῦ φυλάττειν· τὸ δὲ, τοῦ ποιεῖν· τὸ δὲ, τοῦ σημεῖον εἶναι ὑγιείας. τὸ δὲ, τοῦ δεκτικὸν εἶναι ὑγιείας. Vnde ADVERB.

Ὑγιεινῶς, Sanè, Salubriter. αὐόσως, ἀπόνως, ἐρρωμένως. synonymos enim hæc ponit Pollux. Plato Polit. 9, ὅταν δὲ ὑγιεινῶς τις ἄχθῃ αὐτὸς αὐτῷ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, At qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, vt Cic. vertit. Aristot. Ethic. 5, c. 1, λέγομεν δὲ ὑγιῶς βαδίζειν ὅταν βαδίζῃ ὡς αὐ ὁ ὑγιαίνων.

Ὑγιαίνω, Sanus sum, Sano sum corpore, Valeo. seu Rectè valeo, Bene valeo, Bona sum valetudine, Prospera vtor valetudine. Athen. libro 7, σὺ μὺν ὑγιαίνοντας διώκεσθαι, ὅταν βουληθῇς, ἀπολλύσαι· ἐγὼ δὲ τοὺς νοσοῦντας σώσαι. Vbi nota sibi opponi ὑγιαίνειν & νοσεῖν, vt & in hoc titulo libri cuiusdam à Diphilo Siphnio conscripti, Περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς ὑγιαίνοισι καὶ τοῖς νοσοῦσι. At apud Luc. ad imitationem Pindarici illius, Ἄριστον μὺν ὕδωρ, legimus, Ὑγιαίνειν μὺν, ἄριστον· τὸ δεύτερον, καλὸν χρυσίον· τρίτον δὲ, πλουτεῖν. In salutationibus etiam vsurpatur ὑγιαίνε, Vale, Bene vale, quum nimirum alicui prosperam optamus valetudinem, seu quum alicui salutem dicimus: idque vel in colloquio, vel in epistola. Alexis, Ὦ δέσποθ', ὑγίαιν', ὡς χρόνιος ἐλήλυθας; Salue here, seu Salueте te iubeo, Plurimam tibi salutem precor. Achæus, Ἤκω πεπραγὼς δεινά· σὺ δὴ ὑγίαινέ μοι, tu verò mihi salue. Tale est apud Hom. Od. ω, circa finẽ, Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε· θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν. nam hoc οὖλε æquiualet illi ὑγίαινε, teste etia Luciano. Sed postea vsus obtinuit vt amicum accedentes dicerẽt potius χαῖρε, ab eo autem discedentes iuberent ὑγιαίνειν. sicut & apud Latinos salutationem & colloquium exordiebãtur verbo Salue, claudebant autem verbo Vale. Sic apud Aristoph. in Ranis, quum Hercules & Bacchus discedere à se inuicem vellent, dixissẽtque Baccho Hercules, Καὶ χαῖρε πολλ' ὦ 'δελφέ, Vale frater, & plurimũ lætare, respõdet ille, — νὴ Δία καὶ σύ γε ὑγίαινε, Vale & tu. Sic ex nostratibus nonnulli discedẽtes ab aliquo dicunt, *Portez vous bien*, commendantes ei suæ valetudinis curam. perinde acsi dicerent, *Faites que vous vous portiez bien*. Huc pertinet & quod in quibusdã Italiæ locis dicitur, *State allegro*. Eadẽ in epistolis ratio erat. eas enim à χαίρειν siue οὖ πράττειν inchoabant: claudebant autẽ verbo ὑγίαινε seu ἔρρωσο. vt & Cicero epistolis suis præmittere solet S. vel S. P. D. id est Salutẽ, &, Salutem plurimã dicit. claudere autem eas his à se vsitatis, Vale, Etiam atque etiã vale, Cura vt valeas, Valetudinẽ tuam cura diligenter. Hoc tamen sciẽdum est, vt Cic. in epist. cuiusdam fine dicit, Vale & salue, necnon & Salue: ita χαίρειν & οὖ πράττειν, non tantùm exordiis epistolarum seruire, sed etiam clausulis. vt in epist. quadam Aristotelis ad ad Philip. Τὰ δ' ἄλλ' οὖ πράττε, ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν, σῶμα δὲ πρὸς ὑγίειαν ἄγων καὶ ἐπιμελούμενος. Diogenes verò suæ ad Dionysiũ epist. hanc attexuit clausulam, οὐκ ἔστιν οὖν σοι οὔτε χαίρειν οὔτε ἐρρῶσθαι, ὦ φίλτατε. Plato vt initio solet vti verbo οὖ πράττειν, ita in fine nonnunquam ἀτυχεῖ. vt & Demosth. sic exordiens, Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν, fini adiicit, ἀτυχεῖτε: idque non semel. Certa autẽ de causa Ptolemæus Lagi in epistola ad Seleucum inuerso ordine, ἐν ἀρχῇ μὺν τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπὼν, ὅτι τέλει αὐτὸ τὸ ἐρρῶσθαι ὑπέγραψε τὸ χαίρειν. vt & Hephæstion manè in tentorium Alexandri ingressus, eum sic compellauit, Ὑγίαινε βασιλεῦ· καιρὸς ἤδη παρεσκεύασται. forsan quoniam in nuntio tristi nõ quadrabat consueta salutatio χαῖρε. Eadẽ propemodum ratio est quum ὑγιαίνειν vsurpãt homonymos. veluti quum Agesilaus Menecrati ad hoc exordium epistolæ, Μενεκράτης Ζεὺς βασιλεῖ Ἀγησιλάῳ χαίρειν, rescripsit, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν: optãs ei saniorem mentem, qui se Iouem cognominare non erubesceret. Quomodo & Cæsar apud Plut. in lib. De loquacitate, quum Fuluius ei more solito in salutatione matutina dixisset, Χαῖρε Καῖσαρ, respondit, Ὑγίαινε Φούλβιε: etiam ipse saniorem mentem Fuluio optãs, qui secreta quædam ex ipso audita, vxori loquacissimæ cõmisisset. Procul dubio Lucianus quoq; in homonymia ludere voluit, ὃς ἀφικόμενος πρός τινα, ὡς προσεῖπε τὸ ἑωθινὸν, δέον τοῦ σιωπῆσαι τοῦτο φωνὴν ἀφεῖναι καὶ χαίρειν κελεύειν, ὑγιαίνειν αὐτὸν προσκελεύεσθαι ἠξίου. Qua de re vide quæ scribat in Apologia ὑπὲρ ἐν τῇ προσαγορευούσῃ παίσματος. Vide etiàm quæ suprà de οὖ πράττειν dixi, Tomi 3, col. 513 & 514. Sequitur nunc vt dicã de ὑγιαίνω ad animum seu mentem translato, cuius iam aliquã mentio facta est. Sciendũ itaque est, vt Latini dicunt Homo sanæ mentis, & Homo sanæ mentis cõpos, poetæ autẽ & Sanus mẽtis, ita Græcos dicere ὑγιαίνων. Plut. in suo περὶ φιλαδελφίας libello, ὡς γὰρ εἰκόνα κοσμεῖν ἀδελφοῦ, τὸ δὲ σῶμα τύπτειν καὶ ἀκρωτηριάζειν, μανικὸν· οὕτως πιῶμα θέσεσθαι καὶ πηᾶν ἐν ἑτέροις, αὐτὸν δὲ μισεῖν καὶ φθύειν, οὐχ ὑγιαίνοντος ἔστι. Vbi μανικὸν id esse dicitur quod fit ab eo qui nõ ὑγιαίνει. Sic λυρεῖν & ὑγιαίνειν sibi opposita sunt in hoc loco Demosth. Philipp. 3, αὐ δὲ λυρεῖν καὶ πτυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μητ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι πρὸς ἔχητε. Aristoph. quoque sic vsus est, quũ dixit, Γέρων αἴνιγ' ὤν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. Plut. verò De aud. poem. dixit etiam, αὐτὰ γὰρ εἰσιν ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς. id est, sunt hominum ὑγιαινόντων, qui sanæ mentis sunt, seu sapiũt, & rectè sentiunt. Transfertur verò & ad alia verbũ ὑγιαίνω, & modò significat Salubris seu salutaris sum, modò Rectè habeo. Prioris significationis hoc exemplũ legitur apud Synes. epist. 114, γῆς ὑγιαινούσης χρῶμαι, terræ salubris succi. Et hoc apud Plut. De educ. lib. τοὺς ὑγιαίνοντας καὶ πεπαιδευμένους βίου καταφρονεῖν, salutarem & modestam vitam contemnere. Posterioris autẽ, hoc Demosthenicũ, τὰ παρ' ὑμῶν ὑγιαίνει. Vbi ὑγιαίνειν potest accipi etiam pro Saluum & incolumẽ esse: vt accipiunt apud Synesium quoque epist. 79, ἀλλ' οὐχ ὑγιαινεῖ ὁ μέγας Ἀνθέμιος, οὐδὲ πιώσεται πυρέττων ὁ Ῥωμαίων ὕπαρχος, αὖ μὴ Μαξιμῖνος καὶ Κλεονίας ἀπόλωνται. Nisi fortè ibi accipiendum pro Conualescet, Sanus euadet. præsertim quum VERBALE Ὑγίασις significet q. d. Conualescẽtia. vt patet ex his Themistii verbis in lib. 2 Physic. ὑγίασις, ὁδὸς εἰς ὑγίειαν· ὡς θέρμανσις, ὁδὸς εἰς θερμότητα.

Ὑγιάζω, F. άσω, Sanum reddo, Sanitatem restituo, Curo vt sanescat. Aristot. Polit. 3, ἐρίσωται τὸν μισθὸν τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες, ægris sanatis & pristinæ valetudini restitutis. Sic idem Ethic. 3, cap. 3, οὐ γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται εἰ ὑγιάσει, οὔτε ῥήτωρ εἰ πείσει. Pass. Ὑγιάζομαι, Sanor, Sanitati restituor: vel etiam Sanesco, Conualesco. vt ὑγιαζόμενα ἕλκη apud Alexandrum Aprod. Problem. libro 1, Vlcera quæ sanantur. itidémque apud eundem ὑγιαζὲν μόριον. ‖ Neutraliter etiam accipitur ὑγιάζω, vt ὑγιαίνω, pro Sanus sum, Salubri sum corpore, Bene valeo. vt apud Xenophontem in Œconom. ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις πολλὰ τάδε διακόσια ἔστιν ὅτε πῶς ἑκατὸν τὰ δίοις διώκεται ἀλλήλων αἱ θρῶποι τοῦ πάχει, ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιάζοντες, quum æquales sint, ambóque valentes. Bud. pag. 247, in Παρά. VNDE Ὑγιαστικὸς, ός, ὸν, Sanãdi vim habens, Cui inest vis sanãdi.

Ὑγιόω, ῶ, Fut. ώσω, Itidem significat Sano, Sanitati restitui: vel etiam Sanor, Conualesco, vt patet ex Hesychio, ὑγιοῦν exponente θεραπεύεσθαι. pro quo puto scribendum θεραπεύειν. Exponit verò idem ὑγιοῦν etiam καθαρῶν, quod est Verrere, Scopis purgare, seu mundare. Apud eundẽ LEGITVR Ὑγιλόν, quod exponit ὑγιές. Sed id procul dubio mendosum est, vt ex alphabetica etiam serie patet. positũ est enim ante Ὑγιὰ & ὑγιής. quare scribendum pro eo existimarim ὑγιλός, vt deriuatũ sit ab ὑγιὰ: vel Ὑγιηλός. Apud Hippocr. verò habetur ETIAM Ὑγιηρός. vt ὑγιηρὸς χρόνος. forsan vt non solùm σωτηλὸς dicitur, sed etiam σωτηρός.

Ὑγρὸς, ός, ὸν, Humidus, seu Humectus, Madidus: interdum & Liquidus, Fluidus. cui opponitur ξηρὸς, Aridus, Siccus. Dicitur verò vel de iis quæ nonnisi humore constant. (vt quũ Homerus dicit ὑγρὸν ἔλαιον & ὑγρὸν δάκρυ: necnon ὑγρὸν ὕδωρ, & ὑγρὸν γάλα. in quorum vltimis duobus ὑγρὸν potest dici etiam ad differentiam τοῦ πεπηγυῖα: vt ὑγρὸν γάλα vocetur ad differentiam τοῦ πεπηγυῖα καὶ ξηροῦ γάλακτος, quod est caseus: ὑγρὸν ὕδωρ autem ad differentiam τοῦ πεπηγοῦ seu πάγου, glaciei. ea enim est humor frigore concretus) Vel de iis quæ solida quidem sunt compactáque, & aliquatenus sicca, ita tamen vt humor in iis dominetur. vt apud Xenophontem in libro De re equ. τὰ ὑγρὰ καὶ λεῖα θᾶσσον θαθμῶν, stabula quæ sunt humidiora. Et apud Hippocratem, vbi ait, πᾶσι γὰρ ἀξὶ, καὶ

αὐξάνοι πῶσιν ὑγροῖσι τὰς φύσας. qui natura sunt humidiores Celsus verò ea verba sic vertit, In corporibus mollioribus, ideóque præcipuè in mulieribus. Rursum de re quæ in totum humida est, ὑγρὸν dicitur, iunctum tamen substantiuo tali vt εἰ τῶ ξηροῦ quoque epitheton conuenire queat. veluti quum Athen. vinum & alia quæ bibuntur, ὑγρὰν θρῆν appellat. itidémque quum Homerus ὑγρὰ κέλευθα mare vocat. vt Iliad. α, Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀνάβαντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα. Adiecto enim τῶ ξηροῦ vocabulo, ξηρὰ θρῆ de cibo sicco dicitur, vt sunt panis, carnes, caseus, & huiusmodi alia: ξηρὰ autem κέλευθα de terrestribus viis dici potest. Neutro GENERE τὸ Υγρὸν, id est Humidũ seu Liquidum, dicitur etiam Humor. id est Id quod Humidum est aliquo in corpore. Aristot. de puluere, ἐκπίνων γὰρ ἐαύτ π ἐν ᾗ ὑγρὸν, ξηραίνει, omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat, vt Plinius vertit. qui itidem apud Dioscoridem, τὸ ἐν τῆς φύσεως εὐεισκόμενον ὑγρὸν, interpr. Humor in folliculis nascens. Sic Xenophon Pæd. 8, de Persis apud quos nec excreare nec emungere nasum licebat, οὐ τῶ ἐν τῶ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι, ἀλλὰ βουλόμενοι δι' πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι. Et apud medicos ἡ τῶν ὑγρῶν κρᾶσις. Horatius quoque ita Liquidum pro liquore dixit, vt ad Mæcen. satyra 1, Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna. Nonnunquam verò τὸ ὑγρὸν strictius etiam accipitur pro Aqua. vt apud Athenæum lib. 7, ἔγχελυς φησὶ καὶ μύραιναν πολὺν χρόνον δυνάσθαι ἔξω τῶ ὑγροῦ ζῆν, extra aquam. Non tantùm verò pro aqua, sed etiam pro vino, lacte, aut alia re potabili, accipi potest, quum Plutarch. aduersus Epicurum dicit, καὶ οὐκ ἐφθόνει τῆς τοιαύτης τῶ ὑγροῦ τοῖς ὕδωσι. nec enim aquam tantùm sitiunt hydropici, verùm etiam vinum. FOEM. Υγρὰ, pro quo IONICE Υγρὴ, substantiuè ab Homero accipitur pro ὑγρὰ κέλευθα, Mare, Pelagus: subaudito substantiuo κέλευθος. vt Il. ξ, — οἳ μ' οἴσουσιν ὁδὸν τραφερὴν τε καὶ ὑγρὴν, qui me per mare & per terras ferent. Et Odyss. ε, — τά μιν φέρον κὰ ὑγρὴν, Ἠπ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῆς ἀήσαιο. Et Iliad. κ, τὸ δὴ ἕθεν εἵνεκα πολὺν ἐφ' ὑγρὴν Ἤλυθον εἰς Τροίην πόλεμον δρασω ὁρμαίνοντες. Et apud Plutarchum in lib. περὶ ἀθυμίας, Υγρᾶς καὶ τραφερᾶς βασιλεὺς Ἀχὶς μ' ἀνέθηκε. ‖ Dictum est suprà ὑγρὸς interdum reddi potius Liquidus quàm Humidus. quomodo accipitur apud Dioscoridem ὑγρὰ πίσσα, pix liquida: quæ & ὑγρόπισσον voce composita nominatur. & ὑγρὰ ῥητίνη, resina liquida. quæ omisso substantiuo simpliciter DICI Υγρὰ solet à medicis. Sic enim Gorræus, Υγρὰ, (inquit) siue ὑγρὰ ἡ ἐκ τῶ κεραμίων dicta est veteribus resina pinea quæ liquida esset. Eius enim duas differentias, vnam frixæ tostæque, alteram liquidæ siue humidæ, φρυκτῆς & ὑγρᾶς nominibus, citra ῥητίνης adiectionem designabant κατ' ἐξοχὴν, quòd pinea resina (vt ait Dioscor.) omnium præstantissima haberetur, vel quòd esset omnium maximè parabilis, vt ait Galenus. Cæterùm humida in Græciam apportabatur fictilibus & doliis, (vnde ἡ τῶν κεραμίων ὑγρὰ dicta est) ex Colophone & Gallia & Tyrrhenia. Galen. lib. 6 Meth. med. καὶ μόνοι καὶ μὴ παρούσης πρόφασίς, ἢ τ' ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰ καὶ ἡ φρυκτὴ καλῶς ἂν μαχθεῖεν. Et lib. 4 De sanit. tuenda, ἀπορῶν δὲ πύτων, ἤτοι τὸν ἐκ τῶν κεραμίων μιγνῦναι πιτύινον, ἢ καὶ τὸν φρυκτὸν ὀνομαζομένων. Itidem pro Liquidus accipitur ὑγρὸς, quum Plato De leg. dicit ὑγρὰ μέτρα, mensuræ rerum liquidarũ, vt vini, olei: quibus opponuntur τὰ ξηρὰ μέτρα, mẽsuræ rerum aridarũ, vt frumẽti, tritici.

Metaphoricè quoque accipitur ὑγρὸς interdum pro Tener, Mollis: in qua significatione tam de re animata quàm inanimata dicitur. Plutarch. in Erot. τὸν ὑγρὸν τῶν καὶ οἰκουρὸν, ἐν κόλποις διαπαιζόντα καὶ κλινιδίοις γυναικῶν, mollem hunc. Aristophanes in Vesp. — τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμνασικῶς Υγρὸν χύτλασον σαυτὸν ἐν τῆς ῥόμβοισιν, colloca te mollem in stragulis. Sic ὑγραὶ ἀγκάλαι dicuntur Molles & teneri lacerti. Eurip. Theseo, Καὶ γλῶ πέριξ ἔχοντ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις, Qui terram tenero circũiecta amplectitur, Cic. interprete, vt videbis p. 110 mei Lex. Ciceroniani. (Nisi fortè hanc interpretationem ex alio sumpsit) Sed & apud Homerum, ὑγρὸν ἀέντων, exponunt μαλακῶς πνεόντων, molliter spirantium, de ventis. Pro Mollis, Tener, accipitur & in paulo alio significatu. vt quum Plutarch. De educ. lib. dicit, θύπλασον τὸ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης. Significat enim puerilem ætatem esse mollem adhuc in modum ceræ vel argillæ, & fingi formarique posse prout vult ille qui mores eorum informare conatur. Ad quam significationem huius vocabuli proximè accedit ea qua ponitur pro Flexibilis & Agilis. Xenoph. De re equ. τὰ σκέλη ὑγρὰ μετωείζει, de equo loquens. Itidem pro Flexibilis accipi potest quum Dionys. Lõgin. dicit Demosthenem esse ἀδιάχυτον, ἤκιστα ὑγρόν. Sic certè τὸ ὑγρὸν in moribus dicitur Flexibilitas, id est Ingenium flexibile modò in hanc, modò in illam partẽ, vt se cuiuis accõmodet. Plut. Pericle, ἐπαινεῖ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν τῆς τροφῆς. Exponitur verò etiam Laxus, Remissus. vt B. quoque annotat Xenophontem ὑγρὸν & χαλαρὸν pro eodem ponere, id est pro lẽto, laxo, & non cõtento. Itidémq; ὑγρὸν βίον accipiunt pro fluxo ac remisso vitæ genere. Meminit verò huius ὑγροῦ βίου Athen. lib. 6, de adulatoribus seu assentatoribus loquens. vbi ὑγρὸν βίον videri posset nominare τὸν τῶν κολάκων, qui sese in omnẽ partem flectere possunt: nimirum à flexibilitate. (sicut & Plut. De discern. amico & adulatore, dicit adulatorem esse ὑγρὸν καὶ πιθανὸν μεταβάλλεσθαι ὅθεν ἂν τοῦ ἐρομένου, vt videbis p. 88 meæ edit.) sed itidem de aliis quibuslibet ὑγρὸς βίος dictum, voluptariam vitam significat. Hesychio verò & Suidæ ὑγρὸς est ὁ ἀκαταφορὴς siue ἀκατάφορος εἰς τὰς ἡδονάς. Affertur autẽ & ὑγρὸς τοῦ ἢ διαπαν, ex Plut. Solone. Exponitur & Fluxus, itẽ Lubricus. vt à Plutarcho copulatur ὑγρὸς & τοῦ ολιθαίνων, in lib. De fort. Rom. vbi de trireme recèns compacta loquens ait, ἐὰν δὲ ὑγροῖς ἐπ καὶ τοῦ ολιθαίνοισι τοῖς ἁρμοῖς καταπατῶν, πάντα χαλάσει διαπαχθέντα, καὶ δέξεται πολὺ θάλασσαν. Vbi etiam nota τῆς ὑγρότητος consequens esse τὸ χαλάσαι. Idem Symp. 7 dicit, πολὺ διάνοιαν ὑγρὰν ὑπὸ τῆς μέθης καὶ ἀκροσφαλῆ γεγενημένην. Rursum pro Mollis & Flexilis accipitur apud Xenophontem, in significatione paulum diuersa à superiore. vt quũ De re equestri p. 554, scribit τὸν χαλινὸν vocari ὑγρὸν, quado οἱ ἄξονες ἀνρείας καὶ λείας ἔχοισι τὰς συμβολὰς, ὡς τῶν ῥαδίως κάμπτεσθαι: contrà verò, ἐὰν χαλεπῶς ἕκαστα τῶ χαλινοῦ διαστρέχῃ καὶ σκληῶ, hoc dici σκληρὸν εἶ). Quæ verba Camer. sic interpretatur, Molle frænum est quum axes commissuras habent læues atque latas. In quo verò omnes particulæ fræni grauiter discurrunt atque colliduntur, illud frænum rigidum erit. Vbi nota iterum sibi opponi ὑγρὸν & σκληρὸν, molle & durum seu rigidum. vt apud eundem in eodem libro, quum ait, μήτε ὑγρὰς λίαν μήτε σκληρὰς λαγόνας, nec molles nimium nec duras. ‖ At ὑγρὰ ὄρχησις dictum est quoddam ὄρχημα Περσικὸν καὶ σκώπτον, quod & ὄκλασμα: teste Poll. lib. 4, cap. 14, forsan à molli aut agili crurum motu.

C. Υγροβάτης, ου, ὁ, Per humida ambulans, Vndigradus. Vide Υγροθρικός.

C. Υγροκήλη, ης, ἡ, Hernia aquosa, seu Ramex aquosus. seu ὑδατώδης συλλογὴ περὶ θατέρω τῶν διδύμων, μεταξὺ τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου ὑμένος, vt Poll. definit libro 4. Apud alios ὑδροκήλη scribitur: quam scripturam magis probo. AT Υγροκιρσοκήλη autori Definitionum medicarum, qui Galenus esse creditur, est dilatatio vasorum à quibus alimentum testibus suppeditatur, & lenti humoris in aliqua scroti parte collectio. ὑγροκιρσοκήλη (inquit) ἐστὶν αὐθυρισμὸς τῶν τρεφόντων τὸν διδυμον ἀγγείων, καὶ ὀρχεῶν ὑγροῦ συλλογὴ κατά π μέρος τῶ ὀρχέου.

C. Υγρομελής, έος, ὁ καὶ ἡ, Habens membra ὑγρὰ, id est, adhuc tenera & flexibilia. vt Bud. interpretatur in hoc loco Xenoph. Cyneg. τῶν δὲ μικρῶν λαγίων ὀζει μᾶλλον ἢ τῶ μεγάλων. ἔτι γὰρ ὑγρομελῆ ὄντα, ὅθεν σύρεται ὅλα ὅθεν τῆς γῆς.

C. Υγρόμυρον, ου, τὸ, apud Aetium libro 16, cap. 114, est compositio vnguenti humidi odorati, teste Gorr. Sunt qui interpr. Vnguentum liquidum.

C. Υγρόπισσον, ου, τὸ, dicitur ἡ ὑγρὰ πίσσα, pix liquida, teste Bud. Vtitur eo vocabulo scholiast. Nicandri in Alex.

quum de cantharidibus loquens, ait, ὡς ἡ μὲν ὀσμὴ ὁμοία ἐστὶ πίσσῃ χυτῇ, ὁ δὲ τῶ ὑγροπίσσῳ ἡ δὲ χεῦσις, κεδρίσι. Vbi etiam nota ὑγρὸς exponi per χυτὸς, quod est Fusilis, Fluidus: vt ea sunt quæ vel liquida sunt & fluunt per se, vel liquefieri queunt igne aut humore.

C. Υγροτράχηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mollem & flexilem ceruicem habens. vt Aristot. ὑγροτράχηλα ζῶα vocat quæ colla seu ceruices suas facilè queunt λυγίζειν, & versare huc illuc, velut aues & cameli.

C. Υγροθρικὸς, οῦ, ὁ, Qui in humido ali solet & nutriri: VT Ξηροθρικὸς dicitur ὁ ἐν ξηρῷ τρεφόμενος. veluti ξηροθρικὰ καὶ ὑγροθρικὰ ζῶα apud Athenæum libro 3, ex Plat. Politico, vbi & ξηροβαπκὰ & ὑγροβαπκὰ ζῶα memorantur, quæ nimirum sicca & humida permeant. quorum illa sunt τὰ ὑγρόβια, quæ in aquis degunt: hæc autem τὰ χερσαῖα, terrestria.

C. Υγρόφθογγος, In quo τὰ ὑγρὰ φθέγγονται. In Epigramm. pocu'um ὑγρόφθογγον dici aiunt in quo liquores resonabant.

C. Υγροφοῖνιξ apud Ælianum esse dicitur nomen auis, forsan quòd τὰ ὑγρὰ sectaretur.

C. Υγρέμπλαστρον, ου, τὸ, Emplastrum liquidum, non siccũ.

C. Υγροσία autem pro Humecta substantia, sine autoris nomine affertur. videndúmque ne pro eo scribendum sit ὑγρασία. Non minus mendosa est VOX Υγροσία, quæ non solùm exponitur Humiditas, sed etiam Flexibilitas.

C. Δίυγρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Humidus, Vliginosus. idem cum ὑγρός. vt δίυγρος γῆ, terra humecta & vliginosa, & per quã humorum copia disperta est. Exponitur etiam Mollis, necnon Infirmus.

C. Ἔνυγρος, ου, ὁ καὶ ἡ, itidem exponitur Humidus, Madens, In quo ὑγρότης inest. Item, In humido degens, Aquatilis. VNDE Ἐνυγροθηρευτής, ου, ὁ, dicitur ὁ ἁλιεύς, Piscator, apud Platonem, De leg. quoniam nimirum θηρεύει τὰ ἔνυγρα. Legitur verò & ἐνυδροθηρευτὴς ab ἔνυδρος.

C. Ἐφυγρος, itidem Humens, Vliginosus, Irriguus.

C. Καθυγρος quoque significat Humidus seu Humẽs, Madidus seu Madens. Dioscorid. καθύγρος μαραίνει δρόμζει, Alis humentibus & ideo tetrum virus spirantibus. Vnde quidam interpr. Alarum virus mitigat.

C. Παύυγρος, Leuiter humidus: vt ὕφυγρος. Alii tamen simpliciter interpr. Humidus, Humens, Madidus. Apud medicos πάρυγρον est emplastri quoddam genus, inde nominatum (vt videtur) quoniam initio liquidum est, sed postea consistit & durescit. Heras enim apud Gal. lib. 7 τῶν κῆρ ῥῆνη id describens, quum dixisset, Adipis suilli recentis & curati vncias 44, ceræ vnc. 24, cerussæ vnc. 6, argenti spumæ vnc. 6, subiungit, Liquida cũ aridis permiscentur: ac manebit quidem aliquandiu liquidius, postea verò consistet per se, & compagem acquiret. Vide & Paulum atque Aëtium. Apud Galen. autem alicubi LEGITVR Παύυγρον, pro hoc πάρυγρον, vt videtur, teste Gorr.

C. Υφυγρος, Aliquantum humidus. Alii simpliciter interpr. Humidus.

Υγρῶς, Humidè, vel Liquidè, Fluidè. Significat etiã Molliter. Athen. lib. 11, ὑγρῶς ἀφῆκαι τὸν λάπαγα. Item Flexibiliter, Agiliter. VNDE Υγροτέρως, cõpar. gradu, Mollius, Flexibilius. Xen. De re equ. πάντες γὰρ τοιοῦντος τὸ γόνου ὑγροτέρως καμπτοῦσι ἐν τοῖς γόνασι. Ibidẽ dixerat, τὰ γε μὴν γόνατα οὐ βαδίζων ὁ πῶλος ὑγρῶς κάμπτει, εἰκαζοις αὐ καὶ ἱππεύοντα ὑγρὰ ἔξιν τὰ σκέλη.

Υγρότης, ητος, ἡ, Humiditas, Humor. Lucian. De saltat. ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι. vt & Plutarch. De fort. Alexand. libro 2, τῶν ὀμμάτων τὸν διάχυσιν καὶ ὑγρότητα μιμεῖσθαι θέλοντες. Itẽ Flexibilitas. vt apud eunde Luc. in lib. De saltat. ἰσχνὸν τὸ σῶμα καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν ὅθεν τὴν δεύειν. Affertur & τῶ ὑγροῖς ὑγρότης pro Morum facilitas.

Υγραίνω, Humecto, Madefacio. Plato Polit. 1, οὐδὲ ξηρότητος τὸ ὑγραίνει, ἀλλὰ τῶ ὀναίου. Galenus ad Glauconẽ, lib. 2, ἐν δὲ τοῖς λουτροῖς ἐστὶ ὁ σκοπὸς γιγνέσθαι, διαβρέξαι τε καὶ ὑγραίνει τὸ σῶμα. Et rursum, ὑγραινουσῃ καὶ ἀχρόμῳ τροφῇ διαιτᾶν, Victu qui humectat, Victu qui humidius reddat corpus. Seu simpliciter etiam Victu humido.

Pass. Υγραίνομαι, Humector, Madefio: seu Humesco, Madesco.

Υγρανσις, εως, ἡ, Humectatio. Alex. Aphrod.

Υγρασία, ας, ἡ, Humiditas, Humor, Vligo. Idem quod ὑγρότης, vt θερμασία, idem quod θερμότης. Galen. ἐν μὲν οὖν τοῖς κεφαλαῖς ὅταν ὑγρασία γένηται, βάρη ποιεῖ.

C. ANυγραίνω, Humecto, Humefacio, seu Madefacio. Item Emollio. vt Plutarch. dicit vinum μαλακώτερον ποιεῖν & αὐυγραίνειν, animos agrestiores emollire. Budæus quoque interpr. Mollio, Mollifico, in hoc eiusdem loco, ὡς ὑπὸ ῥέων καὶ πεπυρωμένος χαλκὸς τῶ πεπηγότι καὶ ψυχρῶ τοῦ εχωθεὶς λέγεται τὸ πυρὸς μᾶλλον αὐυγραίνειν καὶ σωματοῦν.

C. ΔΙυγραίνω, itidem Madefacio, Madore perfundo. Exponitur etiam Diluo, Excolo. sed sine exemplo.

C. ΕΞυγραίνω, idem. vnde ἐξυγραθεὶς, Madefactus, Humefactus. Quod verò Hippocr. dixit, τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα, quidam interpr. Ventris resolutio. ‖ Rursum ἐξυγραίνω redditur etiam Languidum reddo, sed sine exemplo.

C. ΚΑΘυγραίνω, itidem Madefacio. Vnde καθυγραθεὶς apud Theophr. Madefactus. seu Madidus, Humidus, κάθυγρος. Bud.

Ὑ Δ Ω, Celebro, Cano, Dico. Hesych. enim ὕδειν expon. ὑμνεῖν, ᾄδειν, λέγειν. Nicand. in Alexiph. pro Voco etiam posuisse hoc verbum fertur.

Υδέω, ῶ, idem. siquidem Hesych. ὑδέοισι expon. ὑμνοῦσιν, Celebrant, Decantant, Laudant, Carmine prædicant. seu Carmine pangunt vel dicunt. Pass. Υδέομαι, apud Apoll. Arg. 2, Καὶ τὰ μὲν ὡς ὑδέονται id est ᾄδονται καὶ λέγονται, vt schol. exp. Metri causa dicitur ETIAM Υδείω, vt πνείω pro πνέω. Callim. hymno in Iouem, Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο, dicimus, λέγομεν, vt schol. expon.

Υδης, ου, ὁ, Qui carmina pãgit, vel Qui carminibus laudes alicuius dicit, Poeta. Hesychio ποιητής: item σωφρὼν, Sapiens, Intelligens, Prudens. In qua significatione posteriore legitur apud eundem ET Υδνης. Id enim ὕδνης expon. εἰδὼς, ἔμπειρος. Sciens, Peritus. Idem tamen ὕδνας attulerat etiam pro ἔγγονοι, σοφοί, id est Nepotes, Conuictores.

Ὑ MNOΣ, ου, ὁ, Hymnus, Carmen: sed peculiariter in honorem Dei, quo Dei laudes dicimus. vt Ὁμήρου ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, Ὀρφέως ὕμνος εἰς Πλούτωνα, Καλλιμάχου ὕμνος εἰς Δία. Extant enim horum poetarum hymni aliquot in deos. Verùm nõ solùm ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, sed etiam ὕμνος Ἀπόλλωνος aut θεῶν dicitur pro Hymnus in Apollinẽ aut deos, Carmẽ in honorem & laudem Apollinis aut deorum decãtatum. Athen. l. 1, καὶ Ὅμηρος δὲ, ἡ τῶν Ὁμηριδῶν φησὶν, ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνοις φησὶν, Ἀπόλλων Φόρμιγγ' ἐν χείρεσιν ἔχων χάριεν κιθαρίζε, Καλὰ καὶ ὑψι βιβᾶς. Quæ verba leguntur sub finem Homerici in Apollinem hymni: sed ibi pro χάριεν vulgatæ editiones habent ἀγαθὸν, & κιθαρίζων pro κιθαρίζε. Idem Athen. libro 14, οἱ ἀρχαῖοι τοιαῦτα ἔθεσι καὶ νόμοις τοῖς τῶν θεῶν ὕμνοις ᾄδειν ἅπαντας ἐν τοῖς ἑστιάσεσιν, Hymnos deorũ, Hymnos in deorum laudem conscriptos. Paulo antè dixerat, τοῦδε γοῦν Ἀρκάδων οἱ παῖδες ἐν νυπίοις ᾄδειν ἐθίζονται τοὺς νόμον τοὺς ὕμνους καὶ παρᾶνας, οἷς ἕκαστοι τοὺς τὰ πάτρια τοῖς ὁπηχωρίοις ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι. Vbi ex Teleste etiam attulerat, Οἱ δ' ἐξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον. vt inde constet ad πηκτίδας etiam, lyras, citharásque, cantata fuisse eiusmodi carmina. Vnde Etymolog. ex Didymo hoc inter τροχωδίαν & ὕμνον discriminis constituit: τροχωδίαν nimirum dictam fuisse ὅταν τροχιόντες ναοῖς ἢ βωμοῖς τρὸς αὐλὸν ᾖδον: ὕμνον verò, quum τρὸς κιθάραν. Dauidis etiam psalmi vocantur ὕμνοι à Philone, paulo infrà in Υμνογράφος. Non semper tamen tam strictè accipitur, verùm etiam de quouis carmine dicitur quod nimirum decantatur. vt quum idem Athen. lib. 4 dicit, ἐμμελῶς ᾀδόντων γαμικὸν ὕμνον, carmen nuptiale: quod ὑπθαλάμιον etiam dici solet. Itidémq; apud Hes. Erg. 2, ἔνθα με φημὶ Υμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα, ibi me dico carmine victorem obtinuisse tripodem auritũ. Et rursum, Μῶσαι γὰρ μ' ἐδίδαξαν ἀοιδὸν ἄσφαρον ὕμνον ἀείδειν, cat-

mina dicere. Homerus verò periphrasticè ὕμνον ἀοιδῆς dixit pro ᾠδὴν seu ὕμνον, Odyss. θ, Δαμή τε τέρπηται καὶ ἀοιδῆς ὕμνον ἀκούων. ‖ Hesychio ὕμνος est χρησμὸς, Oraculum. forsan quoniam ἐμμέτρως solebant reddi oracula, & responsa dari consulentibus. ‖ Ὕμνος dicitur etiam θρῆνος: quo modo Anacreōtem hoc vocabulū vsurpasse testatur Eustath. Sic verò & schol. Sophoclis pag. 99 annotat, ὕμνον propriè esse τὸν εἰς θεὸν ᾠδὴν. apud poetas autem simpliciter accipi pro ᾠδὴ, εἴτε (inquit) ὅτι ποιητικῆς ἐμμελείας, εἴτε μέλους θρηνῳδοῦς. Vide & Ὑμνέω.

A C. Βαρυΰμνων ἀναγέων ex Epigramm. affertur pro Hymnorum sanctorum: tanquā βαρύυμνος ibi positum sit pro Grauis hymnus, substantiuè: SICVT Εὔυμνος à Lascari substantiuè itidem vsurpatum est pro Bonus hymnus. Alioqui βαρύυμνος adiectiuè acceptum significaret Graues hymnos habens, VT Πολύυμνος, Multos habens hymnos, Abundans hymnis, apud Aristophanem.

C. Ἐφύμνιον, ου, τὸ, Carmen quod hymno succinitur, Cāticum quod post hymnum decantatur: seu simpliciter, Quod hymno succinitur, vt Bud. interpretatur. Suidæ τὸ ὅλῃ τῇ ὑμνῳ ᾆσμα. Apollon. Rhod. Argon. lib. 2, Ἔνθεν δὴ τόδε καλὸν ἐφύμνιον ἔπλετο Φοίβῳ.

B Ὑμνέω, ῶ, idem quod ὕδω seu ὑδέω, sed vsitatius, idque tam in prosa quàm in carmine. id est, Carmine dico, Carmine celebro, seu Hymnis laudes alicuius dico, Hymnis decanto. Propriéque de poetis dicitur, & iis qui carmina recitant. Homer. hymno in Apollinem, Αὐτὰρ ἐγὼ οὐ λήξω ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα Ὑμνέων. Et paulo post, Μοῦσαι μὲν θ' ἅμα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ Ὑμνεῦσίν ῥα θεῶν δῶρ' ἄμβροτα, ἠδ' ἀνθρώπων Τλημοσυνάς. Paulo antè autem de Deliacis puellis dixerat, Αἴ τ' ἐπὶ λῆ θεῶν μὲν Ἀπόλλων' ὑμνήσουσιν, Λῆτόν θ' αὖ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν, Μνησάμεναι αἰδοῖόν τε παλαιῶν ἠδὲ γυναικῶν, Ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσι δὲ φῦλ' ἀνθρώπων. Vbi ὑμνεῖν & ὕμνον ᾄδειν idem ferè sunt, nisi quòd illud actiuum est, hoc autem neutralis verbi ὑμνῳδεῖν locum obtinet. Thucyd. quoque vsus est hoc verbo in ea significatione, sed quasi neutrali. Sic enim ille lib. 1, pag. 8, ὡς οἱ ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτοῦ, quemadmodum ea poetæ celebrarunt. Alioqui in prosa solet accipi simpliciter pro Prædico, Dico. vt apud Platonem De rep. libro 2, πάντες ἐξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν ὡς καλὸν μὲν ἡ σωφροσύνη, Vno ore prædicant, Vno ore dicunt. Item Prædico, Celebro, (vt dicitur aliquid prædicari & celebrari cuius fama spargitur) Decanto, Laudibus celebro, Laudo. Herodianus libro 1, ἐπὶ κολάκων εἰς ἀνδρείας δόξαν αὐτὸν ὑμνούντων, adulatoribus eum fortitudinis gloria celebrantibus, vt Politian. vertit. Thucydid. cum duplici accusatiuo, rei & personæ, dixit l. 2, pag 61, ἃ δὲ πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ ἐπὶ πᾶσι δρέπαι ἐκόσμησαν, Quæ in vrbis laudem & gloriam dixi, Ob quæ vrbem prædicaui & laudibus extuli. Scholiastes ibi subaudit præpos. εἰς, quam in Herodiani loco adiunctam habes. Pass. autē voce & significatione Herodot. dixit ὑμνέαται, sed Ionicè pro ὕμνηται, celebrati sunt. Sic Isocr. ὡς καλῶν ὄντων ἐπὶ πεπραγμένων, ὑμνεῖσθαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι ἠβουλήθησαν, celebrari. ‖ Ὑμνῆσαι Polluci est etiam τὸν τῶν ὑμεναίων ᾆσμα. quod Athen. dicit γαμικὸν ὕμνον ᾄδειν. ‖ Ὑμνῶ accipitur κατ' αἰτιόρεσιν etiam pro Conuicior, Incuso seu Accuso. κακολογῶ, vt Eust. exp. pag. 634, afferens ex Eurip. πλὴν ἐμὲ μὲν ὑμνοῦσ' ἀπιστοσύνῃ. Et ex Æschylo, Ὑμνεῖθ' ὑπ' αὐτῶν φροιμίοις πολυρρόθοις. (Vbi etiam vocabuli ὕμνος similem vsum affert, ex Eurip. Med. ἐπεὶ αὐτάρκησαν ὕμνοι ἀρχέγονα γόνα. i. inquit, αἱ κτ' ἐπὶ ἀρρένων ὕβρεις) Est autem superior ille locus Eurip. desumptus itidē ex Med. & proximè citatū paulo præcedit: vbi chor⁹ dicit, πάρ' ἐμὲ δὴ κλεινὰν ἔχειν βιοτὰν φρέφοισι φᾶμαι· ἔρχεται τιμὰ γυναικείῳ γένει. οὐκέτι δυσκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει. μοῦσαι δὲ παλαιγενοῦς λήξουσιν ἀοιδᾶν τὰν ἐμὰν ὑμνοῦσαι ἀπιστοσύναν, Carmine perstringere & diffamare: vel etiā simpliciter, Decātare, Diuulgare, Celebrare. Rectius Maledictis celebrare, vt Cic. dicit, Quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est. Suidas quoque annotat ὑμνεῖν accipi pro μέμφεσθαι, λοιδορεῖν, idque tum à Sophocle & Æschylo, tum à Platone libro 1 De rep. Cuius verba, ad quæ respicit, hæc sunt, καὶ ὅτι πύτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσων κακῶν σφίσιν αἴτιον. Apud eundem Platonē ὑμνεῖν accipiūt pro Deplorare, (vt Suidas quoque exponit ὀδύρεσθαι) quum dicit epist. 7, πολλοῖς καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ἔοικα ὅτι μελεές, hæc deplorare & lamentari, multis etiam aliis curæ est. Sic verò & apud Sophoclem ὑμνῆσαι schol. exp. θρηνῆσαι, in Electra, pag. 99, — ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ Στέγῃ, χθονὸς τῆς ἐκπρὸ ὑμνήσῃς κακά. Sed Eustath. ὑμνήσῃς κακὰ ibi accipit pro ὑβρίσῃς.

Poētæ metri causa dicunt ETIAM Ὑμνέω pro Ὑμνίω, vt ὑδέω pro ὑδέω, & πνέω pro πνέω. Hesiodus initio suorum Ergon, Μοῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι, Δεῦτε Διὸς ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι, Carmine celebrantes. ᾄδουσαι καὶ ἀλογοῦσαι, vt Hesych. ὑμνεῖ exp. ἀλογεῖ, ᾄδει. Sed potius accipitur neutraliter eo loco ὑμνείουσαι pro ὑμνῳδοῦσαι, seu ὕμνοις ᾄδουσαι.

Ὑμνησις, εως, ἡ, Celebratio: peculiariter verò ea quæ fit hymnis seu carmine. Pro laudum decantatione affertur ex Greg. Naz.

B Ὑμνητήρ, ῆρος, SIVE Ὑμνητής, οῦ, ὁ, Celebrator, Laudator: sed propriè Qui carmine laudes alicuius celebrat. Ὑμνητὴρ verò ex Epigr. affertur etiam pro Cantator, Poēta. vt idem sit cum ὑμνῳδὸς, seu ὑμνοθέτης, aut ὑμνοπόλος. Apud Suidam, τὸν ὑμνητὴρ' ὑδραίων Κύκνον.

C. Ὑποθυμνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Laudibus super omnia euectus, vel euehendus, Summis celebratus vel celebrādus laudibus.

C. Ἀνυμνέω, ῶ, F. ήσω, itidem Celebro, Decanto: seu Laudibus celebro & eueho. Luc.

C. Ἐξυμνέω, ῶ, idem. Exponitur enim Hymnis prosequor, Celebro.

C. Ἐθυμνέω, ῶ, itidem Decāto, Celebro, apud Plat. De leg. In malam autem partem Soph. in Œd. tyr. Τοιαῦτ' ἐφύμνων pro δυσφημῶν, teste Eustathio pag. 634. Eius tamen scholiastes accipit pro αὐτοιμώλου. Est autem locus ille pag. 202 meæ edit. Rursum idem schol. ἐφυμνήσασα apud eundem expon. κατεράσασα, in Antig. pag. 266, — λοίδορον δέ σοι κακὰς Πεφάξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ, Diras imprecata tibi, vt liberorum tuorum occisori.

C. ΚΑΘυμνέω, ῶ, idem.

D Υ Μ Η Ν, quoque, eiusdē cum ὕμνος originis est. Est enim Polluci ὑμὼν & ὑδραῖος, τὸ ᾆσμα τὸ γαμήλιον, quod Athen. ὕμνον γαμικὸν appellat. id est Carmē nuptiale, Carmen quod in nuptiis cantari solet. ὑπθαλάμιον alio nomine dicunt quòd ad thalami fores decantari soleret. itidémque idem Poll. ὑμνῆσαι esse dicit τὸ τὸν ὑδραῖον ᾆσαι. Eustathius quoque ὑδραῖον dici posse ait παρὰ τὸ ὑμνεῖν, quasi ὑμναῖον, ἵνα. Itémque Suidas, quum ὑδραίων exp. γαμικῶν ὕμνων, procul dubio ad etymon allusit. Latinis hymen itidem dicitur hoc γαμήλιον ᾆσμα. Stat. in epithalamio Stellæ, Ergo dies aderat parcarum conditus albo Vellere, quo Stellæ Violantillæque professus Clamaretur hymen. At Catullus in epithalamio Iuliæ sæpe ingeminat, O hymen hymenæe iô, O hymē hymenæe. forsan Hymenis & Hymenæi nomine deū aliquē intelligens. Teste enim Donato, Hymenæū quidā Liberi & Veneris filium esse dicūt, qui primus certas nuptias instituerit: & ob hoc meritum per laudem cantari in virginalibus nuptiis. Seruius verò scribit, Hymenæum quendam apud Athenas inter bella sæuissima virgines liberasse: eámque ob causam nubentes eius inuocare nomen, quasi liberatoris virginitatis. Apud Romanos Talasio quoque inuocari solebat: quoniam plebeius quidam in Sabinarum raptu pulcherrimam ducens virginem, metuénsque ne sibi eriperetur, Talasionis nomine puellæ virginitatem tutatus fuerat, simulans ad Talasionem ducem eam se deducere. Cuius rei Plutarchus quoq; meminit in Problem. Rom. pag. 484 meæ edit. sed paulo aliter quàm Seruius. Nonnulli hunc siue Hymenem siue Hymenæum, dici volunt ἀπὸ τῆς ὑδρᾶς (id est à mēbrana seu pellicula) quæ virginitatis index est, & primo coitu rūpitur. ‖ Nam ὑμὼν aliàs significat Membrana, Pellicula. vt Galenus ad Glauc. ὑδρᾶ appellat membranam seu tuniculam oculi: & alii ὑδρᾶς mēbranas quibus fœtus inuoluitur. Ὑμὼν (inquit Gorr.) Membrana: est pars corporis simplex, alba, neruosa, lata, plana, valida, tenuis faciléque dilatabilis: quam Græci nunc ὑδρᾶ, nunc χιτῶνα, nunc μήνιγγα indifferenter appellant. res enim eadem est, sed rationes diuersæ. nam quum partem aliquam vestit, χιτὼν, quum cerebrum foris integit, μήνιγξ, aliàs ὑμὼν dicitur. Est autem omnium corporis membranarum amplissima cutis: sed ante cutim ὑπόδερμις, sensu destituta, ex cutis incremento producta, & tota cuti supertensa. Præter hanc autem singuli etiam musculi suas habent membranas siue tunicas. Habet & cranium mēbranam suā, dictā ὑδροκράνιον. Insunt & oculis suæ membranæ, ὑπόπτυχυῖα, κερατοειδὴς καὶ χοροειδὴς, siue ῥαγοειδὴς, adhæc ἀμφιβληστροειδὴς, & quæ humorē crystallinū ambit. Habet & palatum & os suam: suam etiā fauces, & epiglottis, & larynx, & aspera arteria: tota item rhachitis, & spōdyli, itidémque reliqua ossa: venter infernus quoque suum ὑδροπνεῖον ὑμένα, & costæ suum ὑποζωκότα. Habent verò & proprias membranas singula viscera, quas & tunicas appellare licet. Sunt autem & in membranarū numero, νύμφη, quæ pudendo muliebri inest, & χορέον, & ἄμνιος, & ἀλλαντοειδὴς, & præterea in toto corpore quamplurimæ. Hæc ille inter alia, addēs etiam, quasdam villos habere, quasdam iis carere. Λεπτονήτους autem ὑμένας Eubulus comic⁹ videtur tunicas vel vestes dicere è tenui seu subtili tela, apud Athen. lib. 13, de meretricibus loquēs, πόλλοις Κύπριδος ἐξηκριβωμένας Γυμνὰς ἐφεξῆς ὀπτικαίρως πεπαμένας, Ἐν λεπτονήτοις ὑμένσιν ἑστώσας. Vide & sequēs comp.

C. Ὑμενοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Membranæ speciem gerens, Membranaceus. Vel etiam Membrana constans, vt Plin. vertit, qui hæc Aristot. verba, ἔστι δὴ καὶ κύστις ὑμενοειδὴς, δεδεμένη δὴ οὐ συμφύεται, sic Latinè expressit, Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit. Vbi nota mēbranam diserte ab eo vocari quod Græci ὑμένα appellant. vt rursum pro his eiusdem Aristot. τὸν ὑμένα ἀναρρήξας ἐκπέπαται, ipse habet, Ruptis membranis emergit, de apum fœtu loquens. Iterúmque pro his, ἀπέπαται δὴ ὡς ἂν ὑμὲν ἀεὶ τὰ κάτω, Subesse membrana quædam radicibus spongiarum intelligitur.

C. Ὑμενόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alas membranaceas habens, vt vespertiliones & cicadæ. Plin. lib. 11, cap. 18, Membranis & cicadæ volant. Et cap. 39, Membranis volant fragilibus insecta, humentibus hirundines in mari, siccis inter tecta vespertilio. Vtitur autem Græco vocabulo Luc.

C. Ὑμενόστρακος, Testa constans tenui & subtili in modum membranæ. Apud Luc. in Lexiph. ἀνεμοφόρητα καὶ ὑμενόστρακα ποτήρια.

c. 2. Ἐνυμενόσπερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Semen habens membranis inrectum seu inclusum, Cuius semen membranis continetur.

E Ὑμενώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Membranaceus, seu Tenui membrana constans, In modum membranæ tenuis, Membranæ speciem gerens. Gaza apud Aristot. ὑμενώδεσι δεσμοῖς vertit Fibrarum nexu.

Ὑμένινος, ου, ὁ, Membranaceus, vel potius, Membraneus, vt Vlpianus loquitur. id est E membrana factus. vt ὑμένινη θηκογλωττίς, linguæ inuolucrum è membrana seu tenui pellicula. Vide in Περιγλωττίς.

Ὑμένιος, ου, ὁ, itidem Membranaceus, Membranæ in modū tenuis. Hesychius verò simpliciter ὑμένιον exp. λεπτόν: vt ὑμενῶδες eidem est itidem λεπτὸν, nec non ἀεροειδές.

Ὑμένιον, ου, τὸ, pro Membranula affertur. Pro quo tamen existimo scribendū esse potius ὑμένιον, sine diphthongo.

Ὑμέναιος Hesychio est ὀπτίπλοις, & τὸ ἱμάφανες. Quibus verbis haud scio quid sibi velit, nisi ὑμέναιον nomine accipiat τὸν ὀπτίπλοιν ὑμένα, qui vētri & intestinis incumbit: item quod pellucidum est in modum tenuis membranæ.

Idem ὑμέναιον dici scribit τὸ τοῖς γαμοῦσιν ἐπαυλοῦμενον, vt ex Polluce etiam docui ὑμένα & ὑμέναιον dici τὸ γαμήλιον ᾆσμα, quod γαμικὸν ὕμνον ab Athenæo nominari. Idem rursum Hesych. ὑμεναίων exp. γαμικῶν ᾀσμάτων. vt & Suidas, γαμικῶν ὕμνων, afferens hunc ex Epigr. locum, Τὸν χρίεντ' Ἀλκμαῖα, τὸν ὑμνητὴρ' ὑδραίων Κύκνον, τὸν μουσᾶν ἄξια μελφαίνοντα. Sic Athen. quoque lib. 14, ὑμέναιον dici scribit πῶν ἐν γάμοις ᾠδὴν, vt rursum Hesych. ᾠδὴν ὀπτιάμιον. Homerus Iliad. σ, Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὑπὸ λαμπομένων Ἠγίνεον αὐὰ ἄεσν, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει: quoniam nimirum γάμοι ἔσαν, vt ibidem loquitur, id est διεγείρετο πλείστη γαμήλιος ᾠδὴ, vt breuium scholiorum autor exponit, quem consule de etymo huius vocabuli, ipsiúsque verba confer cum iis quæ ex Seruio in Ὑμὼν attuli. Itidem Hesiodus Asp. — εὐοστοῦσι ἐπ' ἀπήνης Ἠγεντ' αὐδὴ γυναῖκα, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει. Plutarchus Symp. 4, ἡ δὲ γαμήλιος τράπεζα κατήγορον ἔχει τὸ ὑμέναιον μέγα βοῶντα, καὶ πῶν δᾶδα καὶ τὸν αὐλόν. Athen. lib. 1, de Philoxeno, λουσάμενος παρὲξ ἄκλητος ὢν νυμφίον, καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον

ἄσας ὑμέναιον, οὗ ἡ ἀρχή. Γάμε θεῶν λαμπρότατε, πάντας ἐνιαχήσω. Vbi vt ὑμέναιον ἄδειν dicit, ita alibi γαμικὸν ὕμνον ἄδειν: itidémque Virgil.— natæ Turnique canit hymenæos. id est, nuptiale carmen in honorem natæ suæ & Turni compositum. Et Plautus, Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam hymenæo. Hesychio ὑμέναιος est non solùm ἡ ὀπτὰ γάμος ᾠδή, nuptiale carmen, sed etiam ipse γάμος. Quo modo Virgil. hanc vocem (sed in plur.num.) vsurpauit, vt quum dixit Vetitos hymenæos inuadere, Inconcessos hymenæos petere. item Iustos pati hymenæos, Pactos hymenæos exercere. Nisi pro concubitu in hisce locis accipere malis. Rursum ὑμέναιος, ipse nuptiarũ præses seu antistes deus. Luc. in Herodoto, siue Aëtione, πάροχος, ᾧ καὶ νυμφαγωγὸς Ἡφαιστίων συμπαρέστη, δᾷδα καταιθύσας ἔχων, μειρακίῳ παῦ ὡραίῳ ἐπερεισθύβρος. Ὑμέναιος, οἶμαι, ὀδίν. ἐπέρωσε δὲ τῆς εἰκόνος ἄλλοι Ἔρωτες παίζοντες. Vide & Ὑμλῶ, necnon schol. Homeri in loco suprà citato.

Vnde VERB. Ὑμεναίω, ῶ, SIVE Ὑμεναάω, ῶ, Hymenæum canto, vel Hymenæo iungo, Connubio iungo. Vtriusque verbi meminerunt Etymol. & lex. meum vetus: afferúntq; ὑμεναιώσουσι pro ἄσουσι τὸ ὑμέναιον καὶ συνάψουσι γάμῳ: & ὑμεναιοῦν pro συνάπτειν γάμῳ, καὶ ᾄδειν τὸν ὑμέναιον. Aristoph. quoque schol. ὑμεναιοῖ exp. ἐς γάμους ἄγοιτο. Inde & COMP. Ἀνυμέναιος, ου, ἡ, Hymenæi expers, Iustos hymenæos non passa, vt Virgil. loquitur: Polluci ἡ ἄγαμος, Suidæ ἡ μὴ ἔχουσα ἀνδρα.

ΥΙΟ΄Σ, οῦ, ὁ, Filius, Natus, seu Gnatus. Homerus Il. ζ, Οἰκῆας, ἄλοχόν τε φίλους καὶ νήπιον υἱόν. Et Iliad. τ, ὃς Σκύρῳ μοι ὀνειτρέφετο φίλος υἱός. Et Odyss. α, Ὡς δὴ ἔπειθ' ὄφελον μακάρες νύ τοι ἔμμεναι υἱὸς Ἀνέρος. Et alibi, Ἀτρέος υἱὸς, Atrei filius. In prosa etiam passim. Demosth. Philipp. 3, υἱὸς ὢν πολλῇ οὐσίᾳ γεγονὼς γνήσιος. Plutarchus, ἀγαπητὸν υἱόν. Idem, τοὺς ἀπάτορας, νοθείους υἱοὺς καλοῦσι, filios spurios appellant Romani eos qui patrem non habent. Athen. ἑκάτερον τῶν υἱῶν. Item υἱὸν ποιεῖσθαι siue θέσθαι, quod & παῖδα θέσθαι, Adoptare in familiam suam. vnde υἱὸς θετὸς, siue υἱὸς ποιητὸς, filius adoptiuus. At υἱὸς ἐπανιὼν de filio adoptato dicitur qui ad suam naturalémque familiam reuersus est ab ea in quam ascitus fuerat. Vide & Υἱῆς. Annotat Eustathius ex quibusdam grammaticis, etiam sine diphthongo apud Atticos SCRIBI Υἱὸς, & forsan communem dialectum συνεκφωνῆσαι literam ι, ad differentiam genitiui υἱοῦ ab υἷς.

Dicitur verò ETIAM Υἱοῦς pro υἱὸς, idque Atticè, vt annot. schol. Thuc. lib. 1, p. 6, vbi Thuc. ait, ὅτι Κύρου καὶ Καμβύσου τοῦ υἱέως αὐτοῦ. Plato epist. 7, εἰ γὰρ αὐτὰ οὐ Διονυσίου, ἀλλὰ τοῦ υἱέως. Vbi tamen quidam dicunt per ō scribendũ υἱέος, vt apud Homerum legimus Τυφωέος & Ἀτρέος. apud Hesych. certè ita scriptum extat, nimirum Υἱέος, υἱοῦ, τέκνου. Sic cum apud alios tum verò apud Lucianum sæpe υἱέος. Datiuo vtitur Hom. Odyss. ξ, Ἑρμῆ Μαιάδος υἱέ. Duali numero υἱέε dixit Plato in Apolog. ἐὰν γὰρ αὖ τοὺς δύο υἱέε. Nominatiuo plurali υἱέες Hom. Odyss. κ, Τοὺς δὲ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν· Ἐξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες. Genitiuo υἱέων, Plato rursum in Apolog. δεῖ πω τοῦ υἱέων κτῆσιν. Datiuo υἱέσιν, idem lib. 2 De rep. τοῖς μεκελδύουσι πατέρες υἱέσι. Et Aristoph. Nub. Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις, similis futurus es filiis Hippocratis. Accus. plur. Synes. τούτους ὃ ἴσα καὶ τοὺς υἱέας ἡμῶν. Demosthenes contractim υἱεῖς dicit. Nominatiuus autem ille singul. num. inusitatus esse dicitur. Ionicè pro υἱέος DICITVR Υἱῆος, ET Υἱῆα pro υἱέα, NECNON Υἱῆες pro υἱέες, vt βασιλῆες pro βασιλέες. Nonn. πατὴρ υἱῆα γεραίρων. Apollon. Argon. 2, υἱῆες Φείξοιο.

Sunt porrò & alii casus obliqui, GEN. Υἱοῦ, DAT. Υἱῖ. ACCVS. Υἱὰ. & DVAL. Υἱέ. PLVR. Υἱῶν, & ACCVS. Υἱοὺς, item irregularis DAT. PLVR. Υἱάσι. Quorũ Eust. quoque mentionẽ facit, dicẽs υἷος & υἷι per crasin facta esse ex υἱῖος & υἱῖι, deriuatis à NOMIN. Υἱῖς. Quòd si υἱὸς in illo genitiuo scriberetur, & υἱὶ in datiuo, ab υἷς deriuari possent. Vtuntur autem iis poëtæ tantùm. Homerus Iliad. β, — οἷσιν ἔξ Ἰλίου υἱὸς ἄποινα. id est υἱοῦ λύτρα. Et Iliad. ω, Ἐξ δέ οἱ υἷες ἔασι, sex filii. Et Iliad. χ, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν. Et Odyss. γ, Εὖ δ' ἄρα Νέστορ ἦσθ' σὺν υἱάσι, cum filiis suis. In priore autem loco nota υἷας Ἀχαιῶν periphrasticè dici τοὺς Ἀχαιοὺς, vt ἰατρῶν παῖδες vocari solent οἱ ἰατροί. Accus. singul. υἷα legitur apud Hesychium.

C. Υἱοθεσία, ας, ἡ, Adoptio seu Adoptatio. Paulus epist. ad Ephes. cap. 1, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, in adoptionem designauit. Itidem ὁ δοθεὶς εἰς υἱοθεσίαν dicitur ὁ θετὸς seu ἐκποίητος, qui à familia sua alienatus, in adoptionẽ alienæ familiæ datus est. B. Rursum Paulus ad Gal. c. 4. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν, vt adoptionẽ acciperemus. Et in epist. ad Rom. c. 8, ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν, adoptionẽ expectãtes, id est redẽptionem corporis nostri. Paulo antè, ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββὰ ὁ πατήρ, spiritum adoptionis, qua nimirum Deus nos θετοὺς υἱοὺς λαμβάνει. est enim υἱοθεσία Hesychio ὅταν τὶς θετὸν υἱὸν λαμβάνῃ. Idem baptismũ quoq; vocari tradit υἱοθεσίαν. nam in eo valedicimus Adamo parenti nostro, & in Dei quasi familiam transimus.

ITEM Υἱοθετέω, ῶ, F. ήσω, Adopto. vnde υἱοθετῆ Hesychio ὑποποιεῖ, οὐ φύσει ἀλλὰ θέσει. AT Υἱόθετος affertur pro Adoptatus, θετὸς, ποιητὸς seu εἰς ποίητος, quemadmodum Budæus quoq; ex Atticis & Hesychio υἱόθετος affert pro νόθος, εἰς ποιητός.

C. Υἱοποιέω, ῶ, Filium facio. id est, Filium vel procreo vel adopto. Vide in Υἱοθετέω.

Υἱότης, ητος, ἡ. q. d. Filiitas vel Filiatio. id est Filium esse. Vel etiam Filii vocabulum seu nomen, Filii appellatio: id est, Filium appellari. Greg. Naz. οὐδὲ γὰρ ἔλειψις ἡ υἱότης. Dionys. Areop. ὅπερ πᾶσα θεία πατρία καὶ υἱότης ἐκ τῆς πάντων ὑπερηφανίας πατριαρχίας καὶ ἱεραρχίας δεδώρηται. Vbi etiam NOTA Υἱαρχία, vt πατριαρχία, κυριαρχία, ἀγαθαρχία. Affertur verò ET Υἱωδία ex schol. Eurip. pro υἱότης.

Υἱόω, ῶ, Filium facio, vel Adopto. υἱοποιῶ seu υἱοθετῶ. VNDE Υἴωσις, εως, ἡ, Adoptatio. υἱοθεσία.

Υἱϊκῶς, Filii more, Filialiter.

Υἴδιον, Filiolus. Aristoph. Vesp. Τὸ γὰρ υἴδιον τηρεῖ με, κἄστι δεινὸν, filiolus enim obseruat me. Sed notandum ibi cum diphthongo SCRIBI Υἴδιον, sine diphthõgo autem apud Suid. in manuscripto etiam codice.

¶ Υἱωνὸς, οῦ, SIVE Υἱωνεὺς, έως, ὁ, Filii filius, Nepos ex filio. Homer. Iliad. β, Υἱέες υἱωνοί τε βίης Ἡρακληείης, Herculis filii, & nepotes ex filiis. vt & schol. exp. υἱῶν υἱοί, ἔγγονοι. Et Od. ω, Υἱός θ' υἱωνός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσι. Apollon. Rhod. Arg. lib. 2, Κρηθῆος δ' υἱωνὸς ἐγώ. Est & in prosa huius vocabuli vsus. Plut. De sera num. vind. ἀκροχορδόνες καὶ μελάσματα καὶ φακοὶ πατέρων ἐν πυρὶ ἀφανιζόντες, αἰέκωψαν ὕστερον ἐν υἱωνοῖς καὶ θυγατριδοῖς, in filiorum & filiarum filiis. Posterius autem υἱωνεὺς apud Hesych. extat. afferentem υἱωνέες pro υἱῶν υἱέες. FOEM. Υἱώνη, ης, ἡ, (nisi potius scribendum Υἱωνὴ) Filii filia, Neptis ex filio. quæ & υἷς & υἱδή.

Υἱδοῦς, οῦ, SIVE Υἱδεὺς, έως, ὁ, idem cum υἱωνὸς, Filius filii, Nepos ex filio. Illud apud Aristot. legitur, hoc autẽ apud Isocr. in epist. ad magistratus Mityl. vbi dicit, οἱ παῖδες Ἀφαρέως, υἱδεῖς δ' ἐμοί. Erat enim Aphareus filius eius, sed adoptiuus, vt docet Plutarchus in vita ipsius Isocr. Ambo hæc vocabula agnoscit Hesych. Sic enim apud eum legimus, Υἱδοῦς ἢ υἱδεῖς, υἱῶν υἱοί. Et rursum, Υἱδεῖς, υἱῶν υἱοί, ἔγγονοι. FOEM. GEN. Υἱδῆ, ης, ἡ, Filii filia, Neptis ex filia. υἱώνη. Affert enim idem Hesych. υἱδῆν pro υἱοῦ θυγατέρα. Apud eundem legitur ET Υἴδδος, ὁ τοῦ υἱοῦ υἱός. In vulg. lex. verò ETIAM Υὶδοῦς, Nepos, ἔγγονος. sed ea scriptura apertè mendosa est.

Nec minus suspecta mihi est ea quæ apud Pollucem extat, NIMIRVM Υἱειδοῦς, ET Υἱειδῆ. sic enim apud illum lib. 3, cap. 2, titulo περὶ ἀπογόνων, legimus, Ὁ μὲν υἱοῦ υἱὸς, Υἱωνός τε καὶ Υἱειδοῦς πάππω τε καὶ τήθη λέγεται· ἡ δὲ υἱοῦ θυγάτηρ, ἀμφότερα, Υἱειδὴς, Υἱειδή. Quibus subiungit, ὁ δὲ θυγατρὸς υἱὸς, Θυγατειδοῦς· ὥσπερ ἡ τῆς θυγατρὸς θυγάτηρ, θυγατειδή. Forsan autem & Υἱειδὴς scribendum pro υἱειδῆς, Filii filia, Neptis ex filio.

Υἷς, ίδος, ἡ, Filii filia, Neptis ex filio, vel etiam Filia. vnde apud Hesych. Υἷδες, θυγατέρες, ἢ υἱῶν θυγατέρες. Sed videndum ne potius υἱδ'οῖς scribendũ sit, eodémque modo quæ sequuntur ad hũc vsque locum. Sic certè apud

Isocr. υἱδεῖς in illo quem attuli loco.

¶ Υἱὴς quoque filium significat: significat tamẽ & vitem. Sic enim apud Hesychium Υἱὴ, πῶ ἄμπελον, ἢ υἱόν. Itidem verò υἱὸν exposuerat ἀνάδενδράδα. quæ ἀνάδενδρας ἄμπελος est Vitis arbustiua, Vitis quæ arboribus iuncta eas scãdit. Forsan autem ex eo υἱὸς siue υἱὴς vocatur hæc vitis, quoniam eius arboris cui iungitur, filius siue filia esse videtur. Latini coniugem dicunt: vnde ea aliæ arbores maritari dicuntur. Horat.— adulta vitium propagine Altas maritat populos. Colum. Si teneram vlmum maritaueris, nouam sufferet: si vetustam vitem applicueris, coniugem necabit.

ΥΛΑΑ΄Ω, ῶ, Latro: canum proprium, irascentium dum incognitum aliquid aut dum inimicum videt, vel audiunt aliquid quod bilem moueat. Homer. Od. π, Τηλέμαχον ᾧ θεέ ὀτρύνετον κύνες ὑλακόμωροι, Οὐδ' ὕλαον ποσόντα, Aduenientem Telemachum circum blandas mouebant caudas, nec latrabant. Et mox, Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλθύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώεμμος ἄλλος· ἐπεὶ κύνες οὐχ ὑλάουσιν, Ἀλλὰ θεεσσάνουσι. Eodem libro pass. voce ὑλᾶσθαι dixit pro ὑλᾶν, latrare, v. 162, — κύνες τε ἴδον, καί ῥ' οὐχ ὑλάοντο, Κουζηθμῷ δ' ἐτέρωσε δίδασθ' ὁμοῖο φόβηθεν, non latrabant. Verùm notandum est in primo illo loco ὕλαον posse accipi etiam pro Allatrabãt, & tunc sublata distinctione legẽdum, Οὐδ' ὕλαον θεεσσάντα, nec accedentem Allatrabant, seu Suo latratu inuadebant. Quomodo & Odyss. υ accipi potest, quum ait, v. 15, Ὡς δ' κύων ἀμαλῇσι θεὲ σκυλάκεσσι βεβῶσα, Ἀνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μεμονέν τε μάχεσθαι· Ὡς ῥα τὸ ἔνδον ὑλάκτει ἀγαμομύσσον κακὰ ἔργα. ¶ Hesychius ὑλάει exponit etiam θρυλεῖ. Paulo pòst tamen affert ὑλλεῖ pro θρυλλεῖ, λέγει: à THEM. Ὑλλέω.

Ὕλαμα, ατος, τὸ, Latratus. Vide synonymum ὑλακή. ET Ὑλαγμὸς, οῦ, ὁ, idem. Homerus Iliad. φ, de pardali, οὐδέ, τ' θυμὸν Ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται, ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ, latratu audito non expauescit. Et Xenoph. De venat. pag. 571, de canibus, διωκέτωσαν ᾧ ἐρώωμεν, καὶ μὴ ἐπανιέσθω, σὺν πολλῇ κραγγῇ καὶ ὑλαγμῷ. Vbi nota discrimen statui inter κραγγὴν & ὑλαγμόν. quorum hæc vox est grauior & pleno gutture effertur, illa autem, acutior. Hesychio ὑλαγμὸς est βοή, clamor.

Ὑλακτικὸς, οῦ, ὁ, Qui solet latrare, Pronus ad latrandum. Vtitur schol. Homeri in exponendo Ὑλακόμωρος.

Ὑλακτέω, ῶ, idem quod ὑλάω, sed vsitatius, in prosa præsertim. Homerus Iliad. σ, de canibus, Ἱστάμενοι ᾧ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον, ἐκ τ' ἀλέοντο. quoniam nimirum δακέειν ἀπτεροπῶντο λεόντων. Plutarchus in suo περὶ ἀθυμίας libello, ὥσπερ κύνες, αὖ ὑλακτῶσι, τὸ πρόσηκον αὐτοῖς ἐπείνοις οἰόμενοι φθέγγεσθαι. Sicut verò ὑλάω cum accus. nonnũquam construi dictum est, & vsurpari pro Allatro seu Latratu inuado, Latratu prosequor, ita sciẽdum est ὑλακτῆν quoque accipi. Isocr. τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσι. Luc. τοὺς ᾧ πειρῶντας ἀποδιδράσκειν ὑλακτῶν, Allatrans, Latratu prosequens. seu Latrans in eos qui aufugere conantur. vt Plaut. dicit, Etiámne meæ in me latrant canes? Plinius autẽ, Hanc habentes negant latrari à canibus. Synonymum huic ὑλακτεῖν est βαΰζειν, pro quo Theocr. dicit βαῦσδειν Doricé. diuersa autem κυζᾶσθαι, necnon ῥάζειν & ῥύζειν, quæ tamẽ itidem canibus tribuũtur. Pollux de vulpibus etiã, lupis, ceruariis, (ἠῶας Græci dicunt) itémq; de lupis dici ait ὑλακτῆν & ὠρύεσθαι: quod ὠρύεσθαι nonnunquam leonis est, id est rugire. Homo verò ὑλακτῆν dicitur quum ἐμμανῶς καὶ αἰσχρῶς βοᾷ, in modum canis latrantis, vt annotat schol. Sophoclis in hunc locum Electræ, pag. 95, Τοιαῦθ' ὑλακτεῖ. recte enim dixerat paulo antè ipse poëta, — ἐμμανὴς Βοᾷ θεραστός. vt & Hesych. ὑλακτῶν exp. μετὰ μανίας κράζων, Insanè clamitans seu vociferans. Ita Cic. A Philippo interrogatus quid latraret. Sed & alia dicuntur latrare & ὑλακτῆν quæ latrantium canum sonos imitantur. At quum Lucr. dicit, Nil aliud sibi naturam latrare, hoc verbum Latrare est potius Latratu dicere, θρυλεῖν, ὑλᾶν. Ire cor, quum palpitat, & συνεχῶς κινεῖται, dicitur ὑλακτεῖν, vt schol. Homeri annotat, Iliad. ο, non procul ab initio, — καρδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. Sic & apud Plutarch. περὶ ἀδολεσχίας legimus, τὴν καρδίαν μὴ τρέμειν μηδ' ὑλακτῆν. VNDE Ἐξυλακτέω, ῶ, Latratum emitto, vel In latratum erumpo. Plutarchus De aud. ὅταν ἀκούων ἑτάρου, μὴ σωπᾷ τρέφηται μηδ' ἐξυλακτῇ πρὸς ἕκαστον. ET Καθυλακτέω, ῶ, Oblatro, Latratu inuado, seu Latro in. vt Plaut. dicit, Etiámne meæ in me latrant canes? Basil. ἔασον αὐτὸν ἄφραντά σου καθυλακτεῖν.

Ὑλακή, ῆς, ἡ, Latratus. idem quod ὕλαγμα seu ὑλαγμός. In Geopon. βαρείᾳ τῇ ὑλακῇ καὶ καταπληκτικῇ χρώμενοι. Et alibi, μεγάλοι ὄντες τὰ στόματα, πρὸς οὐρανὸν παχίαν καὶ ὕλαγμα ἔχοντες βαρύτατον: quod Cato dixerat, Facie debent esse formosi, cauda crassa, latratu graui. VNDE Ὑλακόμωρος, Ad latrandum fato quodam natus: vel Latrando se exercens & fatigans. vt apud Homerum ὑλακόμωροι scholiastes Eustathius exp. οἱ πρὸς τὸ ὑλακτῶν μεμορημένοι, id est πεπονημένοι, seu ὑλακτικοί. Aristarchus autem ὀξύφωνοι, πρὸς τὸ μορόν, τὸ ὀξύ: facta ἐκτάσει syllabæ μο. Epitheton canum est apud Homerum. vt Odyss. ξ, non procul abinitio, Ἐξαπίνης δ' Οὐδυσῆα ἴδον κύνες ὑλακόμωροι, & κεκλήγοντες ἐπέδραμον. ITEM Ὑλακόω, ῶ, Latro: idem cum ὑλάω & ὑλακτέω. Oppianus De venat. libro 3, loquens de pelle lupina, - τῆς μόν τε δίχα μηξας πρὸς ποσὶν Εἰφορέοις, φορέοις σκυλάκων μέγα δεῖμα κραταιῶν, Καί σε κύνες κείνοισιν ἐπεμβεβάασι πεδίλοις Ἀντίον οὐχ ὑλάοισι, πάρος γάμον ὑλακώοντες. Plinius verò dicit eos qui linguam hyænæ in calceamento sub pede habeant, non latrari à canibus. Et rursum, Non latrant canes lingua canina in calceamento subdita pollici. Item, Non latrari à cane membranam ex secundis canis habentem.

ΥΛΗ΄, ης, ἡ, Materia siue Materies: philosophis dicitur ἡ μὴ τόδε τι οὖσα ἐνεργείᾳ, δυνάμει δὲ τόδε τι. cuius comes est μορφὴ, forma. omnia enim ex illis duabus constant. vt Aristot. docet in Physicis & initio lib. 4 Metaphys. Necnon Macrob. lib. 1 in Somn. Scip. cap. 12, Ὕλη (inquit) omne corpus mundi, quod vbicunque cernimus, ideis impressa formauit. Quam ὕλην paulo antè interpretatur syluestrem tumultum, Anima ergo (inquit) quum trahitur ad corpus, in hac prima sui productione, syluestrem tumultum, id est ὕλην, influentem sibi incipit experiri. Innuens, primam significationem vocabuli ὕλη esse eam qua pro sylua accipitur. nec immeritò fortassis, quum ab Homero omnium antiquissimo ita vsurpetur, vti paulo pòst docebo. Rursum Aristot. Polit. 1, ὕλην esse dicit τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τι ἀποτελεῖται ἔργον, subiectum & rem propositam ex qua aliquid efficitur. vt textoris ὕλη esse dicitur lana, statuarii autem, æs, marmor aut lignum, vnde statuam fabricatur: architecti & fabri lignarii, ligna: ferrum, ferrarii: itidémque in cæteris artibus & disciplinis. Atque hæc ὕλη λόγον ἔχει πρὸς τὰ γινόμενα, μὴ θῶς καὶ πθιῶς, vt ex Platone tradit Plutarchus Symp. 2, qui & lib. 8 ait, τὸ πῦρ τῶν ὕλων ἐξ ἧς αὐξήθη, μητέρα καὶ πατέρα οὖσαν, ἤδει. vnde Latini istam ὕλην non sine causa materiem dixere, quasi rerum omnium matrem. Sic Herodian. lib. 7, ὕλη νόμισμα ποιῆσαι δυναμένη, materia ex qua nummi possunt cudi. Et lib. 4, δῶρα ὕλης πολυτελοῦς καὶ τέχνης ποικίλης. Et Plutarch. in Polit. præcept. παρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἀψυχον δημιουργοῦντες. Et Dionys. Long. χρῆται ὕλῃ εἶναι λέγει νυμφαίοις κήποις & ἔρωσι: γέλωτος autem, Irum & Thersiten Homericum. eiusmodi enim monstra deformia risus Materiam præbent spectanti. ¶ Ὕλη peculiariter vocatur materies illa ex qua vel struuntur ædificia vel ignis accenditur, id est Ligna. vt Latini quoque Materiam vocant arbores destinatas ædificiis, sed non dolatas. De fabrili materia & lignis quæ ad ædificia cæduntur, apud Theophr. tũ alibi tum Histor. plant. lib. 5, ὅλως δ' πρὸς ποῖα τῆς ὕλης ἑκάστῃ χρήσιμα, καὶ ποία ναυπηγήσιμος καὶ οἰκοδομικὴ, πτερεκτέον εἰπεῖν, quæ materies nauibus, quæ item ædificiis extruendis apta sit. Itidémque ex Thucydide lib. 4, κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην affertur, pro, Cædẽtes arbores aliámque materiam. Scholiastes enim subaudit ibi ἄλλην. Et Xenoph. Hellen. 1, pag. 252, ἐκέλευσε ναυπηγεῖσθαι τετήρεις, χρήματά τε διδοὺς, καὶ ὕλην ἐκ τῆς Ἴδης κομίζεσθαι φερούσας: paulo antè πρὸς κελευσάμενος μὴ ἀθυμεῖν ἕνεκα ξύλων. Sic ὕλη παντοία, affertur pro Omne arborum genus. De ea autem materia ex qua ignis accenditur, vt sunt non solum ligna ex arboribus fissis, sed etiam virgulta & far-

menta, passim apud Homerum. vt Iliad.η, — ἕτεροι δ' μεθ' ὕλιν, ἐκάπτιζον το, accingebantur ad conuehenda cremādis mortuis ligna. Et Iliad.ω, πολὺ δὲ σὺ ὕλη Α Ἀξέμεν ἠδ' ὄρεος. Et Odyss.κ, Ἀλλ' τοῦ μὲν ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην. Et Od.ι, de Polyphemo pransum eunte, φέρε δ' ἄχθος Υλης ἀζαλέης, ἵνα οἱ ποιήσῃ δόρπον ἐόν. Sic Iliad.ψ, Κηδεμόνες δ' παρ' αὐτὸν μνῶον, καὶ πένεον ὕλην, ligna construebāt Patroclo cremādo. Et paulo antè, αὐτὰρ δὲ οἱ μνωοειδέα νήεον ὕλην. Et apud Plat. De leg. ὕλη αὔη, ligna arida: & ὕλη καύσιμος, Ligna quæ cō buri apta sunt, Materies & fomes ignis. Necnō ὕλη vocātur virgulta & frutices quibus aues suos nidos vel B cōstruunt vel muniunt. Aristot. Hist. anim. lib. 6, de coturnicibus & perdicibus, ἐν τῇ γῇ ἐπηλυγαζόμενα ὕλην. Et lib. 9, de iisdem, ἐπηλυγαστάμενοι ἄκανθαν ἕνα καὶ ὕλην, τῆς περὶ τοὺς ἱέρακας ἕνεκα καὶ τοὺς ἀετοὺς ἀλεώρας, ἐν τοῖς τὰ πίπτουσιν. Vnde Plinius, Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum vt contra feras abūdè vallentur. Præterea frutices stirpésque paruulæ quæ in segete nascuntur, vel etiam herbæ quæ in frutices assurgunt, ὕλη nominantur. vt apud Xenoph. in Œcon. τὰ δὲ λοῦ ὕλη πίγη C συνεξορμῶσα τοῦ σίτου, καὶ διαρπάζουσα τὸ σῖτον τῶν θερίων; Et rursum, ἡ ὕλη ἢ πολλάκις ὑπὸ τοῦ ὑδάτων συνεξορμᾷ τοῦ σίτου. Et sic sæpe. vbi Bud. ὕλαν interpr. Frutices, Virgulta, Arundines. Ipsæ etiā arbores, fruticésque nondum succisi, sed simul adhuc stantes, ὕλη nominantur, Latinis Sylua. Homerus Odyss.ε, Ὑλη δ' ἀπὸς ἀμφιτεθύκει τηλεθόωσα, virens sylua. cui versui hunc subiungit, Κληθρη τ' αἴγειρός τε καὶ ἀθάνατος κυπάρισσος: declarans quid ὕλης vocabulo intellexerit. Et Iliad.λ, Ὡς δ' ὅτε πῦρ αἴδηλον ἐν ἀζέλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ, Παντη δ' εἰλυφόων ἄνεμος φέρῃ, in sylua lignis abundāte. Et Iliad.υ, Ὡς δ' αἰ αμαμαέι βαθὲ' ἄγκεα D θεσπιδαὲς πῦρ Οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη. Et Od. ρ, φύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης Κνώδαλον ὅ, τι ἴδοιτο. Et Iliad. λ, Καρπαλίμως ἤιξε δόμ' δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλας. Prosæ etiam scriptores sic vsurpant. Herodian. lib. 8, μήτιες ἐνέδραι ἐν κοιλάσιν ὁρῶν ἢ λόχμαις ὕλαις τε κρύφιοι εἶεν, in cōuallibus & densissimis syluis. Et lib. 7, ἐν ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο. Ibidem, ὕλαι δ' βύδενδροι· ὅθεν ξύλων οὐσῆς ἐκπενείας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες σκιωποιοῦσι. Sic Xenoph. in Cyneg. aliquoties. ¶ Porrò vt ὕλη dicitur materia quæ ignis alitur, id est ligna, ita etiam aliqua quibus corpus alitur & vita sustentatur, ὕλης nomine appellantur. E Quem vsum habet apud Aristot. Histor. animal. libro 8, necnon in hoc loco Herodoti, ἐξ ὕλης ἀγείης ζώοντα ἔθνεα, vbi de iis loquitur quæ in locis sylueſtribus proueniunt. Cui adde hunc Plutarchi Symp. 6, probl. 2, τὰ γὰρ ὀξέα καὶ δριμέα καὶ ἁλμυρὰ θρύπτοντα τὴν ὕλιν διαφέρει καὶ σκιδνᾶσιν. Vbi tamen ὕλης nomine vocātur potius fæces cibi concocti, vel etiam ipsi cibi concocti. vnde etiam crassa materia gigni in corporibus dicitur ex cibis crassi succi. Theologi verò ὕλιν interdum nomināt fæces sordésque mundanas, quibus inuoluti sunt ii qui res diuinas negligunt. In qua significatione passim vsurpauit Synes. in Hymnis suis. vt hymno 3, σκολιαὶς δ' ἀπάτας αἰνίγμασι θεσπίδας μερόπων, εἰς ζόφον ὕλας μὴ καταδυῶν. Et aliquanto pòst, δ' νοφεραὶ ὕλας κηΐδα φέρω. Item, τοὶ πολλάκι δὴ νοεραῖς αἰόδοις ὀπιβαλλόμεθα, λαμπρᾶς ὕλας ἵμερος ἀίγμ. Quibus adde hoc quod ex Greg. affertur, ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῆς ὑλικῶν, pro, Crassis terrenæ molis impedimentis. ¶ Est & vrbis nomen apud Etymol. & Diog. Laërt. Q

Υλιβάτης, ου, ὁ, Syluigradus, (si ita loqui liceat, vt Ponti-
C. gradus dicitur) id est Qui per syluas graditur, Qui syluas peruadit seu pererrat. Clitomachus apud Athen. lib. 8, τῆς χρυσίων δ' ὑμῖν ἤξει παρ' ἐμοῦ τοῦτο, βοῦς ἀγελαῖος, τρέχος ὑλιβάτας, ἀῆς οὐρανία, κριὸς τρίμας, κάπρος ἐκπρίας. Vbi tamen SCRIPTVM Υλιβάτας per ι. de qua scriptura dicam mox in Υλιβρός. Catullus dicit Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus. Ouidius Syluicolæ viri.

C. Υλικοίτης, Cubilia sua in syluis habens, In syluis cubans. H ὁ ἐν τῇ ὕλῃ καὶ ὄρεσι κοιμώμενος, vt schol. Hesiodi exp. in hoc loco Ergon 2, Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑλικοῖται Λυκὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρύα βοσκήσεται Φθόνοισι, animantes syluicolæ.

C. Υλημανέω, ῶ, Inutili fruticatione insanio, Sylueſco, In-

frà Υλομανέω.

C. Υλουργός, οῦ, ὁ, Qui circa materiem vel cædendam vel dolandam occupatur. ξυλουργός, Materiarius faber, vt Vitruu. loquitur. Apollon. Rhod. Argon. lib. 2, Ὡς δ' τε νηΐα δοῦρα θοῖς αὐτίζοα γόμφοις Ἄνδρες ὑλουργοὶ ὀπιβαλόδην ἐλάοντες Θείνωσιν σφύρησιν, fabri lignarii, τέκτονες. schol. exp. ξυλουργοὶ, & ὑλοτόμοι καὶ τοὺς ναῦς ἐργαζόμενοι.

C. Υληφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Syluiger. vt Plinius dicit Syluigeri montes. Item Lignifer seu Lignator.

C. Υλητόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Syluas & ligna cædens. vel Vtilis syluis seu lignis cædendis. Infrà ὑλοτόμος.

C. Υλιουργός, οῦ, ὁ, Lignarius faber, ex Eurip. Herc. fur. Legitur & in lex. meo vet. & apud Etymol. vbi etiam expressa fit mentio huius scripturæ. Atque ita mendo carebit etiam Υλιβάτας apud Athen.

C. Υλοχθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, In syluis vel frutectis natus. Apud Athen. lib. 2, in gripho quodam de cochlea, Υλοχθὴς, ἀνάκανθος, αἰαίματος, ὑγροκέλυφος.

C. Υλόκομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Syluis seu arboribus comans, seu Arboribus syluosus, vt Plin. dicit, Insula cedri genere syluosa. Vel Syluiger. vt idem dicit Syluigeri montes. Aliis Frondosus, afferentibus ex Eurip. ὑλόκομον νάπος. Legitur & in Epigr.

C. Υλομανὴς, έος, ὁ ἢ ἡ, Insano syluarum amore captus. id est Qui mirum in modum gaudet syluis. Hesychio ὁ τῆς ὕλαις χαίρων. At VERB. Υλομανέω, ῶ, Sylueſco, Inutili fruticatione luxurio & ferè insanio, Frondibus ac sarmentis luxurio. Constant. Geop. lib. 5, τὰς ὑλομανούσας ἀμπέλους μακροτομεῖν δεῖ ὀκκλημαπτύμβραι δὲ λεωῶσι. vt Pallad. in Nouembri, cap. 9, Locis calidis & apricis vites quæ fructu carent, frōde luxuriant, & pauperiem fœtuum compensant vbertate foliorum, nunc putare pressius conueniet. Et Colum. Nec pati vitem superuacuis frondibus luxuriantem sylueſcere. Et antè hos Cicero De seneſt. Quam multiplici serpentem lapsu & erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne sylueſcat sarmētis, & in omnes partes nimia fūdatur. Synonyma huic ὑλομανεῖν sunt τραγᾶν & ἐξυβείζειν, de quibus suo loco dictū est. Ab arboribus verò ad homines & res inanimas etiam translatum est, significans itidem Luxurio seu Eluxurio. Chrysost. ἵνα καθάπερ δρεπάνῃ τὸν λόγον τὰ ὑλομανοῦντα παύῃ τῆς διανοίας τὰς κόπτοντες, εἴ τι καρπὸν δένδρα νομώμεθα. Plutarchus De aud. poem. ἐξυβείζει καὶ ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες τῆς ποιητικῆς τε καὶ θεατρικόν. Synes. De insomn. τὸν ὅλιν καταπκθυλοῦ τῆς γλυκύτης ὑλομανοῦσαν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι. Vnde COMP. Καθυλομανέω, ῶ, significans itidem Frōdibus & foliis luxurio, seu Superuacuis frondibus luxurians sylueſco, vt Colum. loquitur. Propriè de arboribus, translatè autem de muliebri libidine apud Hippocr. in epist. ad Dionysium, ἀλλ' ὅμως ἀεὶ χρὴ ζῆν καὶ σωφρονίζοντος· ἔχει γὰρ φύσιν καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν αὐτῇ, ὥστε, εἰ καθ' ἡμέρην μὴ ὀκκόπτοιτο, ὡς τὰ δένδρα, καθυλομανέει.

C. Υλομήτρα SIVE Υλης μήτηρ, Hesychio teste est σκώληκος εἶδος. Sunt qui βόμβυκα eo nomine intelligant.

C. Υλοτόμος, ου, ὁ, Qui arbores in syluis succidit, seu Cæsor materiæ. Hesiodus Erg. 2, — ὑλοτόμον τε πελεῖν θαλαμηΐα δοῦρα, Νηΐά τε ξύλα πολλὰ, τά τ' ἄρμαθα νηυσὶ πέλονται. Itidémque apud Poll. ὑλοτόμοι, ὑλαγωγοὶ, ξυλουργοὶ, lib. 7, cap. 24, vbi nomina quædam recenset τῆς τοῦ ὕλας παρασκευαζόντων. Homerus verò ὑλοτόμους vocat Lignatores qui in syluis ligna cædunt cremanda. vt Iliad. ψ, Πάντες δ' ὑλοτόμοι φίζοις φέρον, qui in syluas abibant vt cæderent ligna struendo rogo Patrocli. Idem adiectiuè ὑλοτόμους πελέκεας dixit Secures aptas materiæ cædendæ, seu Aptas ad succidendas arbores: eodem in libro, Οἱ δ' ἴσαν ὑλοτόμοις πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες. VNDE Υλοτομικὸς, οῦ, ὁ, Ad materiarium pertinens, vel Aptus ad ὕλης τομήν. vt ὑλοτομικὰ ἐργαλεῖα: quales sunt ὑλοτόμοι πελέκεις apud Homerum. Item ὑλοτομικὴ τέχνη, Ars cædendi materiem, Scientia cædendi ligna. (artis enim est cædere ligna ædificiis apta, & cædere suo tempore) quam sub τῇ ναυπηγικῇ comprehendit Themist. Vocatur eadem ET Υλοτομία, ας, ἡ, quum tamen id propriè sit potius ἡ τῆς ὕλης τομή, materiæ succisio. Aristot. Polit. 2, cap. 7, mechanicas quasdam recensens artes, ὑλοτομία τε καὶ πᾶσα μεταλλευτική. Poll. lib. 7, cap. 24, post verba A paulo antè citata, καὶ ἡ θεραξίς, ὑλουργία, ὑλοτομία, ὑλαγωγία, ξυλουργία. AT Υλοτόμων, ου, τὸ, ex Strab. lib. 13, pro Cædua sylua. Est & VERB. Υλοτομέω, ῶ, Materiem cædo seu succido, Ligna in syluis cædo. ὕλιν τέμνω. Hesiod. Erg. 2, Τῆμος δὲ ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥρεον ἔρχον, tunc materiam cædito, memor id opus esse tempestiuum. Ioseph. contra Appionem lib. 1, ἀναβαὶς δ' εἰς τὸν Λίβανον, ὑλοτόμησε τοὺς τῶν ναῶν κατασκευάς.

C. Υλοφάγος, Qui syluas depascitur, Qui in syluis pascitur, B seu degit. Hesiod. Erg. 2, Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τεποκύης. id est νομάδος, seu ἀγελίου καὶ ἀδαμάστου, vt quidam exp.

C. Υλοφόρος, SIVE Υληφόρος, ου, ὁ, Qui materiam & ligna comportat. Ambo in lex. meo vet. & apud Etymol. posterius apud Suidam etiam, à quo exponitur ξυλοφόρος. Item VERB. Υλοφορέω, ῶ, Materiem conporto. Philo De vita M. lib. 1, ὑλοφορεῦντες αὐτὸ μὲν ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἄνευ διαδοχῆς, materiam ipsi noctu iuxtà C interdiúque absque successione comportantes.

C. Υλαγωγός, οῦ, ὁ, Qui ligna vehit, vel materiem comportat. Habes ex Poll. in Υλοτόμος. VNDE Υλαγωγία, ας, ἡ, Ipsa lignorum vectura, seu Materiei comportatio. Et VERB. Υλαγωγέω, ῶ, Ligna conueho, Materiem comporto. ὑλάζομαι. B.

C. Υλουργός, οῦ, ὁ, idem qui ὑληουργὸς siue ὑλιουργὸς, Materiarius seu lignarius faber. ξυλουργὸς, Polluci. VNDE Υλουργία, ας, ἡ, Opus materiarium, vel Ars lignaria. vt ξυλοτομία dicitur nō solùm materiei seu lignorum succisio, verùm etiam ars & scientia ea succidendi. Ambo D apud Poll. lib. 7, cap. 24, & suprà in Υλοτόμος & Υλοτομία.

C. Υλωρὸς, οῦ, ὁ, Syluæ custos, Cui syluarum custodia demādata est, Qui obseruat quæ per syluas & nemora fiunt. vt principes quibusdam suis ministris syluarum custodiam committunt, qui curent ne vel arbores succidantur vel feræ interficiantur à rusticis. Pompon. iuriſc. saltuarios vocat qui eiusmodi munus obeunt. Aristot. Polit. 6, c. 8, quum de ἀστυνομία & præfectura vrbana loquutus esset, eique subiecisset τειχοποιοὺς, κρουῶν δὲ πμελπαὶ, λιθῶν φύλακας, subiungit, ἄλλη δ' αἰαῖκαία τε καὶ τοῦ πλησιάσα τοῦτο (f. ὀπιμέλεια) τοῦ τῆς αὐτῶν μὴ γὰρ, ἀλλὰ τοῦ τὴν χώραν δεῖ καὶ τὰ τοῦ τὰ ἔξω τὸ ἄστεος. καλοῦσι δ' τοὺς ἄρχοντας τούτους, οἱ μὲν, ἀγρονόμους, οἱ δ' ὑλωροὺς. Itidémque lib. 7, cap. 13, quum de ἀστυνομία & ἀγρονομία verba fecisset, μεμνῆσθαι δ' χρὴ (inquit) τὴν εἰρημένην τάξιν καὶ τὰ τοῦ τὴν χώραν. καὶ γὰρ ὁκεῖ τοῖς ἄρχουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ μὲν, ὑλωροὺς, οἱ δ' ἀγρονόμους, καὶ φυλακτήρια καὶ συστήματα τοῦς φυλακὴν αἰαῖκαῖον ὑπαρχεῖν. Dicitur ET Υληωρὸς, sed in metro potius quàm in prosa, itidem pro τὴν ὕλιν φυλάσσων. vt & Suidæ ὑληωροὶ sunt οἷς τὰ ἔξω τῆς ὕλης ἔργα ἐν φροντίδι ἐστί: seu οἱ τῶν ὄρους φύλακες. NECNON Υληρὸς ET Υληρεὺς dicitur pro ὑλωρὸς siue ὑληωρός. Affert enim Hesych. ὑληρεὺς pro νομεὺς ἐν ὕλῃ φυλάττων: lexicum autem meum vetus ὑληροὶ ἁμαδρυάδες, Syluarum custodes vel etiam syluicolæ Hamadryades. Apud Nicandrum in Ther. v. 55, legimus etiam χείραμα κοῖλα καὶ ὑληωρέας ἀναί. quod potius est à nomine ὑληωρὴς quàm ὑληωρεύς. sunt autem ὑληωρέες ἀναί, Cubilia & latibula sylueſtria.

C. Ἄυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Syluis carens, Qui syluosus seu saltuosus & nemorosus non est. opponitur enim τῷ ὑλώδει, id G est syluoso & saltuoso, apud Theophr. teste B.

C. Ἄυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Expers materiæ, A materie semotus, E nulla constans materie. seu Incorporeus. Affert enim Hesych. ἄυλος pro ἀσώματος. Affertur & pro Non materiatus, Sine materiatura siue materiatione constans. Quæ de ædificio potius dicuntur apud Cic. & Vitruu.

C. Ἔυλος, oppositum præcedenti ἄυλος. significat enim Materie constans, Materialis. sicut ἄσωμος quoque & ἔνσωμος opposita sunt. Vtitur hoc vocabulo Themist. H aliquoties lib. 2 Phys. vbi inter alia dicit, pag. 24, εἰ γὰρ καὶ χωρίζεται ποτὲ τὸ ἔνυλον εἶδος, ἀλλὰ λόγῳ γε, οὐχ ὑποστάσει. Ibidem, πάντα ἔνυλα ὄντα φυσικὰ εἴδη.

C. Πρόσυλος, Materiæ adhærens. Item, Qui rebus mundanis θεραπεύει, Carnalis. ab ὕλη quod theologis significat Res mundanas seu Sordes rerum mundanarum.

Υλήεις, εντος, ὁ, Syluosus, Arboribus densus & opacus. Homerus Odyss. ι, de Polyphemo, ἐῴκει δ' οἴῳ ὑλήεντι Υψηλῷ ὀρέων. Et Odyss. α, — καὶ ὑλήεντα Ζακυνθῷ, vt Virgil. quoque dixit, — nemorosa Zacynthus. Itidē Hesiod. Theogon. Ἀρχαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι. Fœm. gen. facit ὑλήεσσα. vt apud Homerum Iliad. χ, Ὑποπλάκῳ, ὑλήεσσῃ, itidémque in Epigr. ὑλήεσσα χώρα legitur. Neutrum Υλῆεν apud Hesych. δασύ, ξυλῶδες.

Υλόεις quoque affertur pro Syluosus, Nemorosus, Arboribus densus & opacus. sed sine exemplo.

Υλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, itidem Syluosus, Nemorosus. Xenoph. Cyneg. ὅσοι δ' μὴ ἔρχονται αὐτῶν εἰς τὰ ἐργάσιμα, τοὺς λειμῶνας, τοὺς νάπας, τὰ ὑλώδη. Et rursum, ἐν δ' τοῖς ὑλώδεσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ψιλοῖς ὄζει, in locis syluosis. ¶ Υλώδης significat etiam Qui crassæ est materiæ, Fæculētus: quoniam ὕλη interdum pro fæce & ὑποστάθμῃ vsurpatur. Ex Dioscor. lib. 5, cap. 87, ὕδωρ ἠθύπτα ὑλῶδες, ἢ χυλῶδες, ἢ πηλῶδες, aqua succi modo crassescat, aut cœnosa reddatur.

Υλᾶος, ου, ὁ, Syluaticus, seu Sylueſtris: vel etiam Luxurians C frondibus & sylueſcens. Epigr. lib. 2, in Astrolog. Εἴκῳ ἐπομβρηθῇ τὸ δρούεσον ὄσσον ἀπόχρη, Μηδὲ πν' ὑλᾶίω πέξεται αὐθοσιώλω, herbam syluaticam & luxuriantem. ¶ Item Materialis. Synes. De insomn. ποιναί τε τὸ ὑλᾶαι τότε δὴ καὶ παρ' ἐμὲ δρῶσιν κινοῦσαι τῆς ἀφίλοσοφούντων τοῦς τοὺς νόμους αὐτῆς, pœnæ materiales.

Υλεώτης, ου, ὁ, itidem Syluaticus, In syluis degens, Syluicola. Panis epitheton in Epigr. vbi legitur vocandi casu ὑλεῶτα, Syluicola Pan, Syluane. Vocatur idem & ἀγρότης & ὀρειβάτης, necnon Υλοβάτας, φιλόδενδρος, ὀρεσσαύλου πόσις ἠχοῖς. Vbi etiam NOTA Υλοβάτας, Syluigradus, Qui per syluas graditur, vt ὀρειβάτης dicitur Montigradus. Supra autem habuimus Υληβάτας.

Υλημα, ατος, τὸ, idem quod ὕλη, in ea quidem significatione qua accipitur pro fruticibus & stirpibus humilioribus, mediis inter arbores & herbas, propius tamen accedētibus ad genus herbaceum. Theophr. ἐν δ' τοῖς θαμνώδεσι καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασιν, οἷον καλάμῳ, νάρθηκι καὶ πιούσῃ, fruticosis & omnino materie humili, vt Theod. vertit. Et rursum, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ἄλλων ὑλημάτων ἔνια τοῖς ψυχροῖς ἐζήτει τόπους, οἷον κεντωύρειον, ἀψίνθιον. Idem de India loquens, ἀρδόν γὰρ οὐδὲν ὅλως τῆς δένδρων οὔτε τῆς ἠλημάτων, οὔτε τῆς ποιάδων, ὅμοιον ὅτι τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι. Vbi nota tres φυτῶν species, δένδρα, ὑλήματα, ποάδη. Ita vt ὑλήματα eadem ferè sint quæ τὰ θαμνώδη. nam θάμνον itidem medium statuit inter arboracea & herbacea. vt Hist. plant. lib. 1, cap. 5, τοσοῦτα δ' ὅτι καὶ μέγιστα καὶ ἀρδὸν ὑφ' ὧν πάντα τὰ πλεῖστα τοῦ ἐχέτω, τάδε, δένδρον, θάμνος, φρύγανον, ποία. Idem cap. 10 eiusdem libri, πλείοις αἱ διαφοραὶ τῆς ῥιζῶν ἐν τοῖς ὑλήμασι καὶ λαχανώδεσι. Vbi sicut ὑλήματα & λαχανώδη copulat, ita φρυγανώδη & λαχανώδη, cap. 5. Gaza vocare E solet Stirpes humiles.

Υλις, εως, ἡ, idem quod ὕλη: vnde DERIV. Υλιουργὸς in lex. meo vet. Nullum tamen huius vocabuli vsum esse puto, aut certè valde perrarum.

Υλικὸς, οῦ, ὁ, Materialis, ὑλᾶος. Philo De vita M. lib. 3, τὸ δ' ἀποτέλεσμα τοῦς τὸν τύπον ἐδημιουργεῖτο, ἐνατομαθομένου τὰς σφραγῖδας τὸ τεχίτου τοῖς τοῦς φόροις ἑκάστῳ ὑλικῆς οὐσίας, artifice illa simulacra in idonea materia imprimente. Et Plutarchus Symp. 8, ἡ τοῦς τὰ ὑλικὰ καὶ ὀργανικὰ ἀρχὰς τοῦ πραγματείας. ¶ Item Craſſus, Mundanis sordibus inquinatus, seu Carnalis. in qua significatione à Theologis solet vsurpari. vt apud Gregor. ὑλικοὶ τὴν διάνοιαν, quorum mens craſſis & terrenis tenebris obruta est. Idem diabolum vocat ἀκάθαρτον καὶ ὑλικὸν πνεῦμα.

Υλάζομαι, F. ἀσομαι, Materior, Lignor. id est, Materiam seu ligna colligo, Materiam seu ligna comporto. ξυλίζομαι. vt Hesychius quoque ὑλάσασθαι affert pro ξύλα συναγαγεῖν. VNDE Υλάσρια, ας, ἡ, ET Υλασσα, ης, ἡ, quorum illud significat Lignatrix, Mulier quæ ligna comportat. ἡ ὕλης φακέλους συγκομίζουσα, vt Thucyd. loquitur, ἡ ξύλων ὑλὴν συγκομίζουσα, vt Philo. Hoc autem ὕλασσα ab Hesychio exponitur ξυλεία, φρυγανισμὸς, Lignatio, Lignorum & virgultorum congestio, Sarmentorum collectio. Sed metuo ne mendosum sit. AT Διυλάζομαι exponitur In materiam abeo, affertúrque ex Platonis Tim. διυλασμένα τῆς αἰσθῶν γῆνη, cum hac Ficini

interpretatione, Causarum genera vim materiæ præparatæ obtinentia. A

Ὑλίζω verò significat Defæco, Fæcibus expurgo: vel Percolo vt fæcibus expurgem, Per colum transfundo defæcandi causa. Dioscor. lib.3, cap.9, ὑλίζεται δι' ὀθονίου. Idem, de sphondylio loquens, ὑποπίπτει δὲ ὑλιζόμενος, ὡς τὰ λοιπὰ χυλίσματα. Cratinus autem ὕλιζε τὰς ῥῖνας, muco expurga nares, dixit, pro ἀπόμυττε, emunge, teste Poll. lib. 2. VNDE Ὑλισήρ, ῆρος, ὁ, Colum, Cribrum, vel Saccellus per quem aliquid transfunditur vt à fæcibus repurgetur. Poll. lib.6, cap.2, ὅτῳ ᾖ διηθεῖται, (nimirum ὁ οἶνος) ὑλισὴρ καὶ προχοῖς. Vtitur & Dioscor. lib.2. B

ITEM Ὑλισήριον ET Ὑλίσριον pro eodem. Scholiast. Nicandri in Alexiph. v.493, exponens hæc verba, — οἰνοβρῶτα βορὼ ἐν κυρτῇ δὲ θλίψαις, Κυρῆς, (inquit) καταπασθύασμα πὲκ λεπῶν φοινίων γεγονὸς, ᾧ καὶ οἱ μυρεψοὶ χρῶνται πρὸς τὴν τῶν μύρων ἔκθλιψιν, ὑλισήριον αὐτὸ καλοῦντες ἢ καὶ ὑλίσριον. Necnon COMP. Διυλίζω, pro simplici ὑλίζω, Defæco, Per colum transfundo, Percolo, διηθέω. Dioscor. lib.5, cap.82, de helleborite vino, ἐνειλήσας ὀθονίῳ κρέμασον ἡμέρας μ', εἶτα διύλιζε, postea percolato. Plutarchus Symp.6, ὅ, τι δὲ σῶμα τοῦ οἴνου καὶ κράτος ὄζει, τοῦτο ἐν ταῖς διυλίζειν ἀξιώσεσι καὶ ἀποκρίσεσι. VNDE Διυλισήρ, ῆρος, ὁ, Colum. idem cum ὑλισὴρ seu ἠθμός; Bud. ET Διύλισις, εως, ἡ, Percolatio, Per colum transfusio. διήθησις, Suidæ. C

ΥΠΕΡ, præpos. CVM GENIT.

Super, (quod & factum ex illo est, teste etiam Gellio, libri 13 cap.9,) vel Supra. Homerus Iliad.ζ, Σῆμα δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, sterit autem supra caput. Apollon. Rhod. ὑπὲρ μαζοῖο, Supra mammam, vel super. Itidémque apud Homerum, ὑπὲρ μαζοῦ. Sophocl. Πηδῶντος ἀρδίου Ἔκπρος πάφρων ὕπερ. Itidémque in soluta oratione. Plato in Timæo, ὑπὲρ γῆς χάλαζα σωιόμενα, supra terram grando concrescit. Theophr. τὰ ὑπὲρ γῆς, ὑπερβαίνοντα πυεῖ. Luc. καταλελειμμένος ὑπὲρ γῆς φίλος, Super terram relictus amicus & superstes. (Quod ὑπὲρ γῆς oppositum habet ὑπὸ γῆν, apud Plutarchum aduersus Color. καὶ τὴν ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸν ἀρετῆς ἀπάτιον μὴ πτέρωμος, quicquid auri super terram & sub terra est) Nonnunquam verò locus aliquis dicitur esse ὑπὲρ, super alium. vt apud Thucyd. lib.2, ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου. Apud eundem, οἱ ὑπὲρ τῆς πόλεως, redditur, Vrbi imminentes. Item, Σικελοὶ οἱ ὑπὲρ τοῦ ἄκρων, Siculi montani, οἱ ὄντες τοῦ ἄκρων ὄντες καὶ ὀρεινοί. D E

Ὑπὲρ est etiam Pro, vt Demosthenis oratio ὑπὲρ Κτησιφῶντος, pro Ctesiphōte. Sic ὑπὲρ σοῦ λαλῶ, & ὑπὲρ σοῦ ἐνίστασθαι. hic enim ὑπηρεσίαν declarat, vt inquit Eustath. Sed ὑπὲρ σοῦ potest reddi interdum non solùm Pro te, vel Nomine tuo, sed etiam Tua causa, vel In gratiam tuam, vt ex sequentibus patebit exemplis. Isocr. ὑπὲρ τοῦ ἐχθρῶν ἢ σφῶν αὐτῶν ἀμεινον βουλευόμενοι. Sic ὑπὲρ τοῦ κοινῆ συμφερόντων, pro vtilitate communi. Demosth. ἀλλ' ὑπὲρ δυδυξίας καὶ τιμῆς ἤθελον τοῖς δεινοῖς αὐτοὺς διδόναι. Tale est apud Isocr. ὑπὲρ τῆς τυχεῖν καλῆς δόξης θνήσκειν ἐθέλοντες. Idem Isocr. in Euag. encom. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐπιμήσαμεν τῶν μεγίστων τιμῶν, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν. (Ab eodem dicitur vicissim διδόναι δίκην ὑπὲρ ἔνος. vbi Latinè potest omitti præpositionis interpretatio, quū dicatur Dare pœnas alicuius rei. aut etiam reddi præpositione De: quum dicatur interdum, Dare pœnas de re aliqua: sed rarissimè. Talem certè vsum habet præpositio Pro, apud Terentium, cum verbo Vlciscor. Est autem ille Isocratis locus, in Busir. encomio, ὑπὲρ ὧν τὴν μὲν ἀξίαν δίκην οὐκ ἔδοσαν, οὐ μὲν ἀπεμόσαντό γε διέφυγον) Apud Demosth. ὑπὲρ ὑμῶν, quod reddi possit Pro vobis, Bud. maluit interpretari E re vestra: vbi ille dicit, καὶ πολλὰ πεπραγματευμένον τοῦ ἐμοῦ ῥώπων ὑπὲρ ὑμῶν, & qui plurima è re vestra egerim omnium huius ætatis. E F G

Vbi fortasse reddi etiam possit, Causa vestra, aut In gratiam vestram. Sic apud Herodianum, μηκέτ' ἂν πορθεῖν Ἰταλίαν ὑπὲρ τυραννου κατεγνωσμένου καὶ μεμισημένου, neque Italiæ bellum inferrēt in gratiam tyranni omnibus dānati & inuisi. At pro Causa tua, seu Propter te, extat & apud Homerum, Iliad.ζ, in fine, — τὸ δ' ἐμὸν κῆρ Ἄχνυται ἐν θυμῷ ὀϊδ' ὑπὲρ σέθεν αἴχε' ἀκούων. id est διὰ σε, (inquit Eustathius) καὶ ὡς αὔ πις εἴποι, χάριν σοῦ. Idem siue pro ἕνεκεν siue pro ὑπὲρ νῶν (de qua significatione primo loco dictum est) accipi posse ait in hoc loco Iliad.η, Τεῖχος ἐπειρήσαντο νεῶν ὕπερ. Sic verò ὑπὲρ αὐτοῦ φοβοῦμαι, quidam interpr. Timeo eius causa. quum alioqui reddi commodè possit Timeo de illo, aut (quod loquendi genus est vsitatius) Timeo illi. Plutarch. δεδίασιν οἱ βασιλεῖς ὑπὲρ τοῦ ἀρχομένων, οἱ δὲ τύραννοι τοὺς ἀρχομένους. Interdum ὑπὲρ σοῦ, Pro te, id est Fungens vice tua. Demosth. Pro cor. ἐρώτησον αὐτοὺς· μᾶλλον δὴ ἐγὼ τοῦθ' ὑπὲρ σοῦ ποιήσω.

Ὑπὲρ, pro διὰ, Propter, vide in proximè præcedente tmemate.

Ὑπὲρ, pro πρὸς, Per, ea signif. qua dicitur, Rogo te per Deum. Gregor. ὑπὲρ Χριστοῦ δέομαι. Manauit autem iam inde ab Homero hic vsus præpositionis ὑπὲρ. Legimus enim apud eum Iliad.ω, Καί μιν ὑπὲρ πατὴρ καὶ μήτηρ κόμιζε κομίοιο Λίαστο, καὶ τέκος· ἵνα οἱ σῶ θυμὸν ὀρέγνῃς.

Ὑπὲρ, pro πρὸς, De: vt apud Galenum, ad Glauc. lib.1, ὑπὲρ παντὸς γράφουσι εἰς χωρεῖ. Sic etiam quum δεδίναι ὑπὲρ τινος dicitur, potest ὑπὲρ reddi præpositione De, vt paulo antè docui.

Ὑπὲρ τοῦ, sequente infinitiuo, diuersis modis reddi potest. Isocr. ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν καλῆς δόξης ἀποθνήσκειν ἐθέλοντες, Ad consequēdam gloriam. Vel, Vt cōsequerentur gloriam. Vel, Consequendæ gloriæ causa. Sic ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, apud Plutarch. Sed frequenter post ὑπὲρ τοῦ, sequitur particula μή. Plutarchus in Lycurgo, ὑπὲρ τοῦ μὴ γένεσθαι τυραννίδα, Ne tyrannis existeret, Ne tyrannis oriretur. Æschines, ὑπὲρ τοῦ μὴ γίνεσθαι τὰ μέτεια, ne fiant. Philo, ὑπὲρ τοῦ μὴ πλανᾶσθαι κατ' τὴν πορείαν, ne in itinere deerrarent. Possit verò his quoque locis adhiberi particula Vt, dicendo Vt ne pro Ne. Cæterùm inuenitur & aliter reddita hæc præpositio, illam constructionem habens: vt in hoc Plut. loco in Fabio, παρέδωκεν ὁ Φάβιος τῷ Μινουκίῳ τὴν δυνάμιν ὑπὲρ τοῦ μὴ μάχεσθαι, Tradidit Fabius Minucio exercitum ea conditione vt non pugnaret. Inuenitur ὑπὲρ τοῦ sequente infinitiuo, vbi resolui etiam potest in πῶς. vt in hoc Herodiani loco, lib.8, ὑπὲρ ὃ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, δεῖ φρονήσας ἡμεῖς ἔξωθεν. H

Ὑπὲρ οὗ, interdum pro Idcirco ponitur, & vim suam naturalem non retinet, quia iam duæ dictiones esse desinunt, & in aliam partem orationis transeunt. Ita Bud. qui etiam subiungit hunc Isocratis locum, in Panegyrico, τὴν δ' ἡμετέραν πόλιν ἱκανὴν νομίζοντες εἶναι μόνην ἀποδοῦναι χάριν ὑπὲρ ὧν ὁ πατὴρ αὐτῶν πάντας ἀνηρήκεσι. hoc est αὐτὸ ὧν, inquit. Sed non video cur apud eum debuerit SCRIBI Ὑπερὼν coniunctim: quum ὑπὲρ ὧν sit pro ὑπὲρ ἐκείνων ὧν, posito ὧν pro ἃ. Tale certè est ἀποδοῦναι χάριν ὑπὲρ ὧν &c. quale suprà, ὑπὲρ ὧν αὖπις ἐπιμήσαιμεν. Nec video quomodo in illo Isocratis loco reddi possit aduerbio Idcirco, aut alio huiusmodi.

Ὑπὲρ, CVM ACCVS. pro Vltra, (sicut & Supra hanc significationem interdum obtinere videmus) Trans. vt in prouerbio, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς. Herodian. lib. 7, καίτοι ὑπὲρ γαστέρα τὸ ἔπος βρεχόμενον, id est Supra aluū, vt Polit. vertit. Sic reddi potest Supra, & quum dicitur à Demosth. ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, supra dignitatem. Et apud Plut. ἐγγὺς θεῶν καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, Supra nos, Supra captum nostrum. Cui simile est, ὑπὲρ ἀνθρωπόν ὄντι, Supra hominē est, Captum humanum excedit, seu facultatem humanam. Affertur rursus ὑπὲρ ἡμᾶς λίαν ὄντι τὸ λεγόμενον, pro Longè maius est quàm vt noster sensus assequi possit. Alicubi comparatiuo ad exprimēdam vim præpositionis vti possumus. vt ὑπὲρ χόνα λάμπειν, Splendidum esse supra niuem, Niue splendidiorem esse. Sic apud Herodianum, ἀλλὰ τὰ τῆς ψυχῆς αὖτε ἔρρωτο ὑπὲρ παῖτα νεανίαν, vegetiora erāt quàm &c. Alicubi redditur, Supraquàm. vt ὑπὲρ λόγον, Supraquàm dici potest. Quum verò computationi annorum, vel mēsium, vel dierum adhibetur, alio etiam modo vis eius exprimi potest. vt ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς, Natus supra sexaginta annos, vel vltra, siue Qui annum sexagesimum excessit. Possumus autē hoc verbo vti & in hoc loquendi genere, licet diuerso, ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐγχεόμενον λέγειν, apud Lucianū in Iconibus, Aquæ modum in dicēdo excedere, seu mensuram, Vltra

Vltra clepsydræ modum orationem suam protrahere. A

Alioqui de tempore dictum ὑπὲρ reddi etiam potest Ante. vt apud Thucyd. lib.1, πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον, cui opponitur μετὰ τὰ Μηδικά.

Ὑπὲρ, Præter, vel Contra. ea significatione qua dicimur aliquid præter decorum facere, vel Contra ius & fas. Homerus Iliad.γ, v.59, Ἔκπρο, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδὲ ὑπὲρ αἶσαν. (Possit tamen fortassis ὑπὲρ hic quoque reddi Vltra: vt sit, Vltra quàm decet, Vltra quàm ius & æquum postulat) Itidémque apud eum legitur ὑπὲρ μόρον, & ὑπὲρ μοῖραν. (Apud Apollon. autem ὑπὲρ μοῖραν quidam interpr. etiam Obstante fato) B

Cæterùm vt hic ὑπὲρ exponitur παρά, sic etiam quum dicitur ὑπὲρ μίαν ἡμέραν. censetur enim idem valere quod παρὰ μίαν ἡμέραν, Tertio quoque die, Alternis diebus. Et ita sonaret ὑπὲρ μίαν ἡμέραν quasi quis diceret, Transcendendo vnum diem.

Ὑπὲρ pro κατὰ posse accipi putat Eustathius in hoc loco Homeri Odyss.ι, Ἡμεῖς δὲ θοίνδεν ἀποπλαγχθέντες Ἀχαιοὶ Παντοίοις ἀνέμοισιν ὑπὲρ μέγα λᾶτμα θαλάσσης. Hic enim ὑπὲρ pro κατὰ posse intelligi existimat, vel certè ἀπηωπκῶς pro ὑπὲρ αἴω. Apud eundem Iliad.μ, — τὸ δὲ τεῖχος ὑπὲρ πᾶν δοῦπος ὀρώρει, exponit εἰς τὰ ὕπερθε τοῦ τείχους κτύπος ἰών. C

Ὑπὲρ indicare interdum τὸ ἔξωθεν, & τὸ ἄνωθεν, vide in col. seq. initio, ex Plut.

Ὑπὲρ inuenitur etiam iunctum aduerbiis quibusdam, ex quibus sunt, αἴω, ἄγαν, λίαν. Et alicubi cōiunctim, alicubi disiunctim scriptum extat. sed vt frequentior, ita etiam melior (meo quidem iudicio) scriptura est quæ ipsum cum aduerbio coniungit, præsertim cum αἴω. Ideóque illam sequutus sum suprà, in Αἴω, Tomi 1, col. 474. vbi etiam significationem vide. Apud Eustathium tamen (vt alios omittam) LEGITVR Ὑπὲρ αἴω, pag. 1629. Quod autem attinet ad VOCEM Ὑπὲρ ἄγαν, necnon ad VOCEM Ὑπὲρ λίαν, quanuis eadem sit vtriusque natura, vt ita dicam, eadémque forma vtrunque dicatur, inuenitur tamen potius coniunctim Ὑπὲρ ἄγαν quàm disiunctim SCRIPTVM Ὑπὲρ ἄγαν: apud Paulum autem contrà SCRIPTVM Ὑπὲρ λίαν, non Ὑπερλίαν. ideóque illius non huius scripturæ mentionem feci in Λίαν, Tomi 2, col. 702. Sonat autem vtrunque q.d. Supraquam valde, id est Maximè, Vehementissimè. D E

Ὑπὲρ interdum inuenitur (sicut & aliæ præpositiones) disiunctum à suo verbo per anastrophen (quem alii alis nominibus appellant) collocata. vt apud Hesiodum in Erg. — δίκη δ' ὑπὲρ ὕβρεος ἴσχει, pro ὑπέρισχει ὕβρεος, Ius iniuriam superat, Ius siue iustitia plus possit quàm iniuria.

Ὑπὲρ in compos. auget, sicut Per & Quàm apud Latinos, cuius vsus exemplum habes paulo antè cum aduerbiis quoque ἄγαν & λίαν. Atque adeo per se etiā indicare τὸ ἄγαν & τὸ σφοδρὸν, testatur Plut. col. seq. Sed cū verbis nōnullis vim etiam comparatiui habet. Habemúsq; exemplum in hoc Aristot. loco, Polit. lib.4, ὑπερπίνει τοῦ ποιοῦ ἢ λείπεται τοῦ ποσοῦ, Magis superat qualitate, quàm deficiat quantitate. Nisi quis μᾶλλον addi aut certè subaudiri debere dicat, vt & alibi omicti videmus. F

Ὑπέρτερος, ου, ὁ, Superior, Superiore & altiore loco constitutus. Item Superior, id est Qui aliqua re superat & excedit alium, Præstantior, Maior. In qua significatione nonnunquam habet adiunctum accus. vel datiuum eius rei qua aliquis alium superat. Oppian. lib 3 De venat. Ἄλλος δ' αὖ μέγεθος ὑψ' ὑπέρτερος, statura superat reliquos, & procerior est. Plutarch. Pericle, δυνάμει πολλῶν βασιλέων ὑπέρτερος, viribus & potentia multos reges superas. Simpliciter autem Herodian. lib.6, εἰ καὶ ἐκ τοῦ κρείττονος ὑπέρτεροι ἐδόκουν γεγενῆσθαι οἱ βάρβαροι, quanuis bello superiores fuisse viderētur. Item de rebus inanimatis dicitur pro Præstantior, Potior. Homerus Iliad.λ, — ἵν' ὑπέρτερον οὖρος ἀρήσῃ, præstantiorem & maiorē gloriam. Nonn. Μείζονα μαρτυρίῳ μετέχω καὶ ὑπέρτερον ὀμφῆς. vbi etiam nota ὑπέρτερος ὀμφὴ pro ὑπέρτερα. Sophocles verò dixit ἐξ ὑπέρτερας χερὸς pro ἰσχυροτέρας, id est ἐκ δυνάμεως μείζονος. ‖ Ὑπέρτερα κρέα in victima dicuntur G H

Carnes exteriores, seu quæ forinsecus obiacent: vt ἔσκατα, interanea seu intestina. Scribit enim Hesychius ὑπέρτερα κρέα dici τὰ ἐκτὸς τοῦ σώματος, nimirum παρὰ τὸ ἐσκρίσιν τοῦ ἐντός. Itidémque Lamprias apud Plutarchum Symp.5, problem.8, docens præpositionem ὑπὲρ significare non solùm τὸ ἄγαν & τὸ σφοδρὸν, verùm etiam τὸ ἔξωθεν & τὸ ἄνωθεν, patere id ait ex comp. ὑπέρθυρον & ὑπέρῳον, necnon ex eo quod poëta etiam κρέα ὑπέρτερα vocarit τὰ ἔξω τοῦ ἱερείου, sicut ἔσκατα, & ἐντός: nimirum sub finem lib. Odyss.γ, Οἱ δ' ἐπεὶ ἄπτησαν κρέ' ὑπέρτερα, καὶ ἐρύσαντο. Itidémque v.65 eiusdem libri, Οἱ δ' ἐπεὶ ὤπτησαν κρέ' ὑπέρτερα, καὶ ἐρύσαντο, Μοίρας διαστάδιμοι δαίνυντ' ἐεικοσάδα δαῖτα. Vbi Eustathius ὑπέρτερον nomine significari ait vel τὰ νωπαῖα, (quoniā superiorem locum obtinet dorsum in quadrupede) vel τὰ ὑπεράνω κείμενα τοῦ πυρός: vel etiam τὰ ἔξωθεν, ad differentiam τοῦ ἔνδον, id est παλαίχνων, quæ prius comedebant. ‖ Veteres Iones ὑπέρτερον dixerunt etiam iuniorem, τὸν νεώτερον, vt Eustathius annotat in hoc loco Iliad.λ, Τέκνον ἐμὸν, γλυκὺ μοῦ ὑπέρτερός ὄσσιν Ἀχιλεῦ, Πρεσβύτερος δὲ σὺ ἐσσί· βίῃ δὲ τε πολλὸν ἀμείνων. vt poëta dicat Achillem esse νεώτερον, filium autem Nestoris πρεσβύτερον. Quæ expositio verisimilior est, γλυκὺν accipiens pro ortu seu natu: minus probabilis ea quæ pro ἀγλυκία accipit, id est nobilitate generis. vt & Hesychius ὑπέρτερον affert pro νεώτερον, ὕστερον. (Sed eam signif. si per se obtinet, redūdabit datiuus ille γλυκῦ) Idem tamen quum ὑπέρτερα in propria significatione exposuisset ὑψηλότερα, subiungit non solùm νεώτερα, verùm etiam πρεσβύτερα, id est Senior, Antiquior. vt ὑπέρτεροι dicantur & οἱ μεταγενέστεροι & οἱ πρεσβύτεροι. Rursum ὑπέρτερον exponit ἔσχατον, Extremum, Vltimum.

VNDE Ὑπερτερέω, ῶ, Sum superior. Quod cum genitiuo construi annotat Suidas, afferens etiam cum Hesychio ὑπερτεροῦν pro διαφέρειν. NECNON Ὑπερτερεώτερος, idem cum ipso ὑπέρτερος significans, id est Superior: necnon Iunior, νεώτερος, Hesych. ITEM Ὑπέρτερα, ας, ἡ, quod Hesychio est πῆμα τῆς ἀμάξης, τὸ αἴωθεν τῆς ἁμαξῆς δεδεμένον, Polluci τὸ ὅλον δεδεμένα τοῦ ἅρματος. Eustathio verò τετράγωνον πλινθίον τοῦ ἄξονος δεδεκείμενον. quod πείεντα etiam nominari à poeta tradit: nimirum Iliad.ω, de Priamo ad Achillem iter facturo, — ἵππους ἅμαξαν εὐδίφρον ἠμονείλω Ὀπάσσω ἠνώγει, πείεντα δ' δῆσαι ἐπ' αὐτῆς. Vbi rursum annotat, πείεντα esse τὸ πλινθίον τὸ αἴω τῆς ἁμάξης, ὅπου τὰ φορτία δεδέκεται: quod ὑπερτείλω quoque appellari δηλοῖ τὸ ὑπερκεῖσθαι τοῦ ἄξονος. Ab antiquis autem dici, πείεντα esse τὸ τετράγωνον πλινθίον τὸ αἴω τοῦ εἰσδυόμενον τῆς ἁμάξαις, πλεκόμενον ἀπὸ ῥιπῶν, id est τοῦ τὸ οἰσύας λυγόν: à Xenophonte vocari καίνιαθρον, ex καίνη significante τὸ ψιάθον. sicut hodiéque storeæ ex vitilibus imponi curribus solent. Vtitur autem hoc vocabulo idem Homerus Odyss. ζ, — ἀπὰρ τοὶ δμῶες ἐφοπλίσσουσιν ἀπήνιον ὑψηλὸν, εὔκυκλον, ὑπερτείλῃ ἀραρῦῖαν, stoorea superimposita instructam. Apud Hesychium rursum LEGIMVS Ὑπέρτερα, τὸ τῆς ἁμάξης πῆμα. forsan à nom. ὑπέρ. Idem ὑπερτείλησιν affert pro νεωτερισμοῖς, ὑπηφανίαις.

COMPOS. Καθυπέρτερος, itidem Superior, Excelsior, Eminentior, vt simplex ὑπέρτερος. Plutarchus in Problem. Rom. de boreali seu septentrionali mundi parte, ὃ δὴ τοῦ κόσμου δεξιὸν ἔνιοι τίθενται καὶ καθυπέρτερον. Idem in Pericle, δεισδαιμονίας δοκεῖ γλυκέσθαι καθυπέρτερος, id est οὐχ ἥττων, Non passus esse sese vinci & superari. Xenoph. Apomn.4, οὐκοῦν ὃν μὲν χρημάτων διοικήσῃ κρατίστη αὐτὸ χρήμασιν ἀπροπωτέραν τῇ πόλιν ποιεῖ· ὃν δέ γε πολέμῳ, ὁ καθυπέρτερον τοῦ αὐτοκράτορος. Et Thucyd. libro 5, pag. 169, δοκοῦντες τῇ παρούσῃ ἀτυχίᾳ καθυπέρτεροι γενήσεσθαι. Hesychius, καθυπέρτερος exponit πλεονεκτοῦντας. (Apud Herodotum verò LEGITVR Κατυπέρτερος, Ionicè aspirata in tenuem mutata) Inde VERB. Καθυπερτερέω, ῶ, Præsto, Superior sum, Antecello. Areth. in Apocal. caput 1, ὅσσον τὰ θεῖα τοῦ ἀνθρωπίνου καθυπερτερεῖ καὶ τὸ κρεῖττον.

Ὑπέρτατος, ου, ὁ, Supremus, Summus, Altissimus. Iliad. ψ, Εἰν ᾗ ὀκτὼ ἀγῶνες ὑπέρτατοι ἐν τεθεωπῇ, Altissimus in

specula. Id est, in celsissima specula. Nonnunquam accipitur pro Maximus, vt ὑψίτερος pro Maior. A

Pro hoc ὑψίστος facta syncope DICITVR Ὕπατος, VT Νέατος pro νεώτατος, & apud Latinos Summus pro Supremus, Imus pro Infimus. Homerus Iliad.ψ, & Iliad.ω, Ἐν δ' πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν, ὀν ῥ' ἔβαλον πῦρ, In summa pyra, id est In summa & suprema rogi parte. vel In altissima pyra, In rogo excellissimo. vt in Epigr. legimus ὕπατον ὄρος, Mons altissimus, Mons sublimissimus. vbi etiam ὕπατον κλέος, Summum & maximum decus. Dii quoq; dicuntur ὕπατοι, quoniam supremum locum obtinent, cælum nimirum, vt ὕπατος Ἀπόλλων in Epigr. Supremus seu Summus Apollo. Peculiariter autem Ioui id epitheton tribuitur, quoniam supremo inter cæteros deos loco est: vnde & μεγιστος nominatur, id est Maximus. Aristot. De mundo, πῶ αἰώνιπτω καὶ πρεσβύτω ἔδραν ὁ θεὸς ἔλαχεν· ὑπατός τε δὴ τοῦτο ὠνόμασται, καὶ κῆ' τὸν ποιητὴν ἀκροτάτῃ κορυφῇ τῆς σύμπαντος ἑστὼ δρυμὸς οὐρανοῦ. Homerus Iliad.τ, Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος, Iupiter opt. max. Et Iliad.θ, Κρονίδη ὕπατε κρειόντων. Sic Epigr. lib.2, ὦ ὕπατε Ζεῦ, O summe Iupiter, O supreme Iupiter. C Item apud musicos & eos qui de musica scripserunt, ὑπάτη χορδή, Suprema seu summa chorda: oppositа τῇ νήτῃ, id est infimæ: quarum illam Nicomachus in enchiridio De harmonia, ex planetis assignat Saturno, propter tardissimum motum, locúmque in cælo supremum: hanc verò, πῶ νήτῃ, lunæ, vtpote quæ infima sit & terris citima, omniúmque celerrimè moueatur. Sed notandum est, sæpius omisso substantiuo simpliciter DICI Ὑπάτη D pro ὑπάτη χορδή, vt νήτη pro νήτη χορδή. vnde apud Suidam, ὑπάτη, χορδὴ μουσικὴ βαρεῖα φθόγγον ἀποτελοῦσα. A Martiano Capella vocatur Principalis, vt lib.9, in cap. De tropis, ὑπάτη ὑπάτων, hoc est principalis principalium: ὑπάτων διάπονος, principalium extenta: ὑπάτη μέσων, principalis mediarum. Meminit & Vitruu. lib.5, cap.4, vbi inter alia, Qui lichanos in harmonia dicitur, ab hypate distat hemitonium. Ibidem, Tetrachorda autem (inquit) sunt quinque: primum, grauissimum, quod Græcè dicitur ὕπατον: secundum, medianum, quod appellatur μέσον: tertium, coniunctum, quod E συνημμένον dicitur: quartum, diiunctum, quod διεζευγμένον nominatur: quintũ, quod acutissimum est, Græcè ὑπερβόλαιον dicitur. Sic Martianus lib.9, in cap. De tonis, Tetrachordum quippe est quatuor sonorum in ordine positorum congruens fidáque cõcordia. Sunt autem tetrachorda, principalium, mediarum, coniunctarum, separatarum, excellentium. Et primum tetrachordum, quod est graius, incipit à principali principalium, & desinit in principalem mediarum. Verùm principalium & mediarum connexum, quod coniunctarum vocatur, erit tetrachordum à media in neten F coniunctarum: atque ab his diuisum, longéque discretum, quod est quartum diuisarum, à submedia in neten separatarum vsque coniungitur. Quod autem ex diuersis cõiunctum est, in acutiorem sonum & quintum excellentium profertur. Vbi obiter etiam NOTA Μέση, ET Συνημμένη, ET Διεζευγμένη, NECNON Ὑπερβόλαιος: ITEM Τετράχορδον. Nota etiam quomodo Vitruuius hæc chordarum genera vocet Latinè, quomodo item Martianus. Est verò ET Παρυπάτη χορδή, SICVT Παρανήτη ET Παραμέση. Quarum meminit G Vitruu. in loco suprà citato, vbi inter alia, Parhypate (inquit) quæ in harmonia distat diesi, in chromate mutata habet hemitonium, in diatono verò tonũ. A Martiano vocatur Subprincipalis, vt in cap. De tropis, Tertius, παρυπάτη ὑπάτων, id est subprincipalis principalium: sextus autem, παρυπάτη μέσων, quod est subprincipalis mediarum. Sic autem nominatur παρυπάτη quoniam τῇ ὑπάτῃ proxima est, & penè suprema, vt παρανήτη penultima, seu penè vltima, vt Martianus appellat. H VNDE Παρυπατειδεῖς soni apud eundem, eodem libro, in cap. De sonis. Meminit & Aristot. huius παρυπάτης & superioris ὑπάτης in Probl. ‖ Ὑπάτοι Suidæ sunt etiam species quædam ἰχθύος κητώδους: quos πρέ-

βατα quoque nominari ait & πρέποντας, & annumerari forsitan eis posse τοῖς ὄνοις. Forsan à magnitudine & celsitate id nominis inuenere: ideóque & πρέποντες dicti sunt, quòd ea cæteros antecellerent. ‖ Ὕπατος pro imo etiam & profundissimo accipitur. vt quum Apollon. Rhod. Argon. lib.2 dicit, ἐξ ὑπάτοιο Σπήλεος ἀμπνύσας, ex imo profundissimóque pectore. vt schol. quoque exp. ἐκ βάθους. Et lib.4, — ἡ δ' αὖ ἀΐουσα Κλυμένη ἐξ ὑπάτων δεινὴ θεὸς ἀντιβόλησεν. Sic Virgil. — habitátque sub alto Pectore. Et, — manet alta mente repostum. Item, Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu. Similiter Altæ radices, Altum mare, Alti fluuii, Altus sopor. Posset autem hoc ὕπατος pro imo vsurpatum, ex ὑπὸ potius quàm ex ὑψὸ deriuatum esse videri.

Ὕπατος apud Græcos rerum Romanarum scriptores significat Consul: quòd nimirum apud consules post exactos reges, summa esset potestas. Dionys. Halicarn. lib.4, pag. 199, Οἷς δ' ἄρχοντας τούτους ἔπαξαν καλεῖσθαι κῆ' πῶ ἑαυτῶν διάλεκτον, Κωνσιλίους. Τοῦτο μεθερμηνευόμενον εἰς πῶ Ἑλλάδα γλῶτταν τοὔνομα, συμβούλους ἢ πρεσβεύτας δύνατοι δηλοῦν. κωνσίλια γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς συμβουλὰς καλοῦσιν. ὕπατοι δ' ὑπ' Ἑλλήνων αὐτὰ χρόνον ὠνομάσθησαν, ὅτι τῶ μεγέθοις τῆς ἐξουσίας, ὑπ πάντων τε ἄρχουσι καὶ πῶ αἰωνίπτω χώραν ἔχουσι. Frequens est hoc vocabulum apud Plutarchum quoque. vt in Romulo, necnon in Sylla, ἀποφαίνας διὰ τοῦτο τοὺς ὑπάτους ψηφισαμένων, quum propter hæc consules iustitium decreuissent. Et in Polit. præc. ὕπατον ἀπέδειξε. Herodianus verò dixit etiam ὕπατος ἀρχὴ pro ὑπατικὴ ἀρχή, consulatus, seu consulare imperium. vt lib.2, πῶ ὕπατον ἀρχῶ πελέσας δεύτερον, qui consulatum secundum obierat. Et rursum, πῶ ὕπατον πεπελεκοπ ἀρχῶ. Alibi ὑπατείαν vocat hanc ὕπατον ἀρχῶ. VNDE Ὑπατικός, οῦ, ὁ, Consularis. apud eundem Herodian. lib.7, ὡς καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐπάρχοντα μετὰ πρεσβείας πολλὰς ὑπατικὰς, ξύλῳ παραδόντα κῆ' τῶ κρανίου, πελοῦτησαι. Necnon ὑπατικὸς ἀνήρ, Vir consularis: qui nimirum consulatum gessit, apud Plutarchum in Camillo. Sic etiam apud Lucianum in Demonacte, Κεθήγου τῶ ὑπατικοῦ, ἢ. αἰδρός. ET Ὑπατεύω, Sum ὕπατος, Sum consul, Consulatum gero, Consulari munere fungor. Herodian. ἀνὴρ τῶν ὑπατευκότων, Vir ex eorum numero qui consulatum obierant, vel Vir consularis. Plutarchus, δέσμιον πρεσβεύσαντα ἀνδρα Ῥωμαίων τοῖς ὑπατεύσασι, qui Romæ tertiùm fuerat consul. VNDE Ὑπατία, ας, ἡ, Consulatus. ἡ ὑπάτου ἀρχή. Herodian. lib.8, de Balbino, κατ' ἀξίωσιν καὶ διπλῆν πρεσβεύουσα ὑπατείαν πρεσβεύειν ἀξίαν, ob nobilitatem & iterum gestum consulatum. Et lib.7, de eodem, ἡρώμενος μὲν ἀνταπείδης, εἰς δευτέραν τε ὑπατείαν ἐλπιζόμενος. Eodem libro dicit μετὰ ὑπατείας ἀκλῶ, post consulares honores. Id est, post gestum consulatum. Rursum lib.8, ἄνδρες δύο ὑπὸ ὑπατείας, duo consulares viri. Itidémque lib.7, τῆς συνκλήτου ἀνὴρ ὑπὸ ὑπατείας νεωστὶ, senator quidam deposito nuper consulatu, vt Polit. vertit. Cæterùm Bud. in præcedente loco legit ἀπὸ ὑπατείας. quam scripturam præpono alteri, vel potius in eius locum reponendam censeo. Idem verò & de posteriore loco iudicandum fuerit.

COMP. Ἀνθύπατος, ου, ὁ, Proconsul, Qui consulis vicem gerit, seu consulis loco est, Pro cõsule prouinciam aliquam administrans. Plutarch. in Polit. præc. ὑποπτεύουσης πόλεως αὐθυπάτους, ὅτι τῶ πεις Καίσαρος. Luc. in Demon. ἐβόων ὅτι τὸν αὐθύπατον ἴεναι. Rursum Plutarchus cum genit. in Galba, αὐθύπατος Λιβύης γενόμενος. vt Gell. Quum prouinciam Africam proconsulari imperio dominus meus obtineret. VNDE Ἀνθυπατικός, οῦ, ὁ, Proconsularis. Plutarch. in Problem. Rom. Τούτους ὕστερον ἀφαιρεθέντες ὑπὸ τῆς αὐθυπατικῆς δεκαδαρχίας, à decemuiris qui pro consulibus erant. ET Ἀνθυπατεύω, Procõsulare imperium obtineo, Proconsul sum, Pro consule prouinciam administro. vt Act. apost. cap.18, αὐθυπατεύει τῆς Ἀχαΐας, Pro consule Achaiæ præest. Sine genitiuo autem, Herodian. lib.7, ἔφασαν ὅτι πῶ τῶ αὐθυπατεύοντος οἰκίαν, domum proconsulis petunt. VNDE Ἀνθυπατεία, ας, ἡ, Proconsulatus, Proconsulare imperiũ,

vt Gell. loquitur. Herodian. lib.7, κλήρῳ πῶ αὐθυπατείας A λαχὼν, proconsulatum sortitus. Est præterea inde COMP. Συνύπατος, ου, ὁ, Collega in consulatu, Consularis imperii particeps. VNDE Συνυπατεύω, Socius sum & collega in gerendo consulatu.

COMPOS. Καθυπέρτατος, ου, ὁ, Summus, Supremus: item Altissimus, Editissimus. ET Παντυπέρτατος, ου, ὁ, Omniũ supremus, Omnium excellissimus seu eminentissimus. vt Aristot. De mundo τὸν οὐρανὸν vocat παντυπέρτατον, Omnium supremum. nec enim quidquam eo est excelsius. Vbi Apuleius nimium generaliter interpretatus B est Immensum, pro Immensæ sublimitatis. Nonnunquam ponitur pro Præstantissimus.

Ὑπέρθε SIVE Ὑπέρθεν, (illud enim vsurpatur sequente consonante, hoc verò vocali) Desuper, seu Supernè, In superiore parte. Suprà. Homerus Iliad.ν, Μαιμώωσι δ' ἔνερθε πόδες, καὶ χεῖρες ὕπερθε, infrà quidem, pedes, suprà autem, manus. Et paulo antè, Γῆα δ' ἔθηκεν ἑλαφρὰ, πόδας, καὶ χεῖρας ὑπέρθεν. Et Iliad.ε, — ὡς τότ' Ἀχαιοὶ Λευκοὶ ὕπερθ' ἐρύοντο κονισάλω. Euripides verò in Med. μόχθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερθεν ἢ τοῦ πατρείας στερέσαι, sub. ἐστὶν, Nulla C ærumna maior est quàm patrio orbatum esse solo. Item τὰ ὕπερθεν apud Xenophontem Superna, Superiores partes. vt & Aristoteles De mundo, τὸ ὑπέρθεν αὐτῆς πᾶν.

C. Ἐφύπερθε SIVE Ἐφύπερθεν, itidem Superne, In superiore parte, Suprà: vel etiam Desuper, E superiore parte. ὑπεραίωθεν. Homerus Odyss.ι, ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀέρδεις Δίνεον. Et alibi, — ἐφύπερθε πάνυστε, pro ἐφίπλωσε. In Epigr. ἐφύπερθε κεφαλῆς, pro Supra caput.

C. Καθύπερθε SIVE Καθύπερθεν, idem cum præcedente. D Hom. Od. μ, Ἦκα δ' ἐγὼ καθύπερθε πόδας καὶ χεῖρε φέρεσθαι. Nicand. cum genitiuo, in Ther. — Ἀποσκώλαμο δὲ λάχνω Καρφαλέου καθύπερθε πυρὸς σελάεντος αὔτμῆς. id est ὑπεραίωθεν τῆς αὔτμῆς τοῦ πυρός. Itidem cũ genitiuo, sed in metaphorica significatione, in hoc loco quẽ Herodoti esse puto, πολλῷ καθύπερθε ἐὼν τῶν αὐτῆς πεσεόντων. id est πολλῷ ὑπέρτερος seu καθυπέρτερος ἐὼν τῶν αὐτῆς πεσόντων, Multo erat superior contrariæ factionis hominibus, Longè superabat eos qui contrariæ factionis erant. Ex Homeri autem Odyss.ο, Ὀρτυγίης καθύπερθεν affertur pro Trans E Ortygiam.

Ὑποστίζω, siue Ὑποστίζομαι, Superficiarium sulcum produco. id est, Non altè impresso terræ vomere aro, sed superficiem leuiter perstringo. vt accipiunt in hoc loco Theophr. Histor. plant. lib.3, cap.4, ἐπὶ καὶ ἡ μίξις αὐτὴ τῆς Αἰγυπτίας γῆς δοκεῖ ἔνια ῥηνᾶν ὑλίω· ὠιαχοῦ δ' ἂν μόνον ὑποστίσαντα καὶ κινήσωσιν, ἀθὺς αἰάβλαστάνειν τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας, ὡς πρὸ ὀ Κρήτη κυπάρισσοι. quem sic interpr. Si tãtùm superficiarium sulcum produxerint terrámque mouerint: confirmantes interpretationem illam suam F his verbis Plinii, lib. & cap.18, Syria quoque tenui sulco arat, quum multifariam in Italia octoni boues ad singulos vomeres anhelent. Quibus aliquãto post subiicit, de triplici vomerum genere, Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide in rostro. Gaza ὑποστίζεσθαι vertit eo in loco Subigere: quod aliis non probatur. Ego autem vereor ne mendosum sit id verbum: nec scio quid in mentem venerit iis qui ex ὑπὸ & στίζω compositum esse opinan- G tur. id enim poëtarum est tantùm, & apud hos ipsos rarissimum.

Ὑπέρα, ας, ἡ, Funis quo antennarum cornua transferuntur, seu tenduntur & laxantur. Sunt enim Suidæ ὑπέραι, ναυπηγικὰ ξόανα οἷς μετάγεται τὸ κέρας, afferenti hoc prouerbiale ex Hyperide dictum, ἀφεὶς πῶ ὑπέραν, τὸν πόδα διώκει: quod dici ait ὅτι τῶν πλειόντων μὲν τὰ σπουδαιότερα, ἀεὶ δὲ τὰ φαῦλα διαπειρῶντο. Quæ ex Harpocratione desumpta sunt. Rursum idem ὑπέραν esse dicit H itidem τὸ τῶ κέρατος τῶ ἰσοῦ ὀρθίον, ὃ αἰωρεῖται τε καὶ διατείνεται: subiungens itidem hoc prouerbium, dicique annotans ὅτι τῶν ἀ δεῖ μὲν ἔχειν ἀφιέντων, ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατεῖν, seu ὅτι τῶν τὰ αἰσχρὰ μὲν ἀφαιρουμένων, τὰ φαῦλα δὲ περιπωμένων. nimirum de iis qui omissis seriis ludicra & futilia tractant. Erasmus quoque meminit. sic interpretans, Relicta hypera pedem cõsectatur. Volunt autem denominari ἀπὸ τὸ ὑπαίειν.

Ὕπνος, ου, ὁ, Somnus. Homerus Iliad.ν, Παύν μὲν κόρος ὕδατι, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος. vnde Odyss.ο dicit, — οὐδέ τι σε χρὴ Πεῖν ὥρη καταλέχθαι αὐτῇ καὶ πολιῇ ὕπνος. molestiam enim fastidiúmque parit & nimius somnus. Dicitur porro aliquem ὕπνος ἱκάνειν, αἱρεῖν, ὑπιλαμβάνειν, μιμνήσκειν, πιδεῖν, item ἔχειν: vt & apud Latinos Opprimere, Complecti, Habere. Homer. Iliad. α, — ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι, quum eum inuadebat somnus dulcis, seu Ei obrepebat. Sic enim etiam Latini loquuntur. Odyss.ι, — καὶ δέ μιν ὕπνος Ἕρει πανδαμάτωρ, corripiebat eum & opprimebat omnium domitor somnus. Iliad.ω, — οὐδέ μιν ὕπνος Ἕρει πανδαμάτωρ, ἀλλ' ἐγρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα. Iliad.κ, — μηδέ πῃ' ὕπνος Αἱρείτω. (pro quo Aristophanes in Nubibus dicit, Ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων) Iliad.χ, Αὐτὰρ ὀ' ὕπνος ἕλοι. Odyss.δ, Ταῦτά μιν ὁρμαίνουσαν ἐπέλαβε νήδυμος ὕπνος. Iliad.υ, Εὖτε τὸν ὕπνος ἔμδροσε λύων μελεδήματα θυμοῦ, Λισμωλής. (vt & Iliad.ψ, Εὖτε τὸν ὕπνος ἔμδροσε λύων μελεδήματα θυμοῦ Νήδυμος ἀμφιχυθείς) Iliad.ω, Ἀλλ' οὐχ Ἑρμείαν ἐγείρουσιν ὕπνος ἔμδροσε. Iliad.κ, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδαν Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν Ὕπνος ἔχε γλυκερός. (vt & Odyss.ο, Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκύς. Et apud Demosth. Pro cor. Τοῦτον ὕπνον καὶ λήθην ἁπάντων ἔχειν) Odyss.ψ, ὕπνου Οἷς μ' ἐπέδησε φίλοι βλέφαρ' ἀμφικαλύψαι. Idẽ ὕπνος alicui seu aliquẽ dicitur ἐπέρχεσθαι, ἐπρούειν, necnon alicui ὅτι βλεφάροις πίπτειν, βλεφάροις ἐφίζανειν, necnon βλέφαρ' ἀμφικαλύπτειν. Homerus Odyss.μ, Κλαιόντεσσι δ' ἔπιπλυθε νήδυμος ὕπνος. Odyss.κ, Ἔνθ' ἐμὲ μὲν γλυκὺς ὕπνος, ἐπιπλυθε κεκμηῶτα, me inuasit lassum. Iliad.ψ, Κλίθη κεκμηώς· ὅτι δ' γλυκὺς ὕπνος ὄρουσεν. Odyss.ν, Καὶ τοῦ νήδυμος ὕπνος ὅτι βλεφάροισιν ἔπιπτε. Iliad.κ, οὐδὲ γὰρ αὖτοῦ Ὕπνος ὅτι βλεφάροισιν ἐφίζανε. Odyss.υ, — ἐπὶ βλέφαρ' ἀμφικαλύψι Ὕπνος. nimirum ἀμφιχυθείς, vt in quodam loco paulo antè habuimus. ‖ Contrà verò aliquis ipsum ὕπνον dicitur αἱρεῖν seu λαμβάνειν, item ἀωτεῖν & κοιμᾶσθαι. Homerus Odyss. π & τ, Δὴ τότε κοιμήσαντο, καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο. Dicit enim ibi ὕπνου δῶρον periphrasticè pro ὕπνον. Plato Symp. ἀπόντας οἴκαδε ὕπνον λαβεῖν, καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολύ. Rursum Homerus Iliad.κ, Ἔγρεο Τυδέος υἱέ· τί πάνυχον ὕπνον ἀωτεῖς; nam οὐ χρὴ παννύχιον βουλεύειν βουληφόρον ἀνδρα. Odyss. κ, Μικέπι ναῦ θοῦσαν ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον, dulcem carpite somnum. Iliad.λ, — κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον. Necnon ὕπνου τυγχάνειν dicitur aliquis, & καταφέρεσθαι seu ἐμπίπτειν εἰς ὕπνον: item ὕπνῳ πέρπεσθαι ac δεδμῆσθαι. Xen. Pæd.3, οὐθ' ὕπνου δώσαντες τυγχάνειν δέος τ' φόβον. (vt & Plutarch. De aud. poëm. πεῦξομαι δ' ὕπνου πρεσέδμενος, ἢ. τὸ πάλαιον) Herodian. lib.2, εἰς ὕπνον κατῳχήθη, somno obrutus seu comprehensus est. (Lucas autem Act. apostol. cap.20, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ διαλεγομένου τοῦ Παύλου, altiore oppressus somno differente Paulo) Athen. libro 12, ὅταν εἰς ὕπνον βαθύτερον τύχῃ ἐμπεσών. Homerus Odyss.η & ψ, — ὄφρά κεν ἤδη Ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ παρπέμεθα κοιμηθέντες. Iliad.ξ, de Ioue, οὔδεν Ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμείς. Iliad.κ, Εὕδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. Odyss.ν, — σὺ μὲν δεδμημένος ὕπνῳ λέξεαι. vt & Hesiod. Erg. Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. Rursum Homerus Iliad.κ, Μὴ τοὶ μὲν καμάτῳ αἰδὲ δικάσσε νδὲ καὶ ὕπνῳ Κοιμήσωνται: accipiens αἰδὲ δικάσσε pro δαμαδίνες, vt breuium scholiorum autor exponit. ‖ Ipse iterum ὕπνος vt aliquem dicitur ὑπιλαμβάνειν & ἔχειν, ita vicissim αἱρεῖν, item εἰσπνέεσθαι βλεφάρων, necnon ἀπόλλυσθαι. Homerus Iliad.β, — ἐμὲ δ' γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν, me dulcis reliquit somnus. Odyss.τ, — αὐτὰρ ἐμὲ μελιηδὴς ὕπνος ἀνῆκε. Iliad.β, οὔτ' ἄν σε μελίφρων ὕπνος ἀνῆκε. Odyss.μ, Καὶ πότε μοι βλεφάρων ἐξέσσυτο νήδυμος ὕπνος. Iliad.κ, Ὡς δὲ νήδυμος ὕπνος ἀπὸ βλεφάροισιν ὀλώλει Νύκτα φυλασσομένοισι κακήν. Eundem aliquis ὕπνον dicitur ἀποσείεσθαι: necnon ex eo ἐγείρεσθαι, αἰώρουσιν, ἀκθορεῖν. Luc. in Hermot. ἐπ μόλις τοῖς ὀφθαλμοῖς αἰώρων, καὶ τὸν ὕπνον οὐ ῥᾳδίως ἀποστόμενος. Homer. Il.β, Ἔγρεο δ' ἐξ ὕπνου. (cui adde hoc Plat. Polit.1, ὅκ τῶν ὕπνων ὡς πρὸ οἱ πάντες θαμὰ ἐγείρομενος) Il.κ, — ὁ δ' ἐξ ὕπνου αἰώρουσα. Eodem libro, — ὁ δ' ἐξ ὕπνοιο μάλα κραιπνῶς αἰώρουσε. Rursum Luc. in Herm. καὶ δὴ καὶ σὲ πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ὀνειροπολοῦντα νύξας ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἀκθορεῖν ἐποίησε. Sic Plutarch. De solert. anim. ὥς πρὸ

ἐξ ὕπνου βαθέος αἰαχερόμβρος, καὶ πῖω κεφαλῶ ἐπάρας, διέβλεψε: de cane quodam qui ὑπνωτικὸν pharmacum biberat. ¶ Item deus dicitur alicui ὕπνον ὀδὶ βλεφάροις βάλλειν & χεύειν, necnon ὀδὶ χεύειν. Homerus Odyss.π, — ὄφρα οἱ ὕπνον Ἡφαιστοτέχνης ὀδὶ βλεφάροισι βάλε γλυκυκῶπις Ἀθήνη. Odyss.μ, Οἱ δ' ἄρα μοι γλυκὺν ὕπνον ὀδὶ βλεφάροισιν ἔχευαν. Odyss.β, Ἔνθα μνηστῆρεσσιν ὀδὶ γλυκὺν ὕπνον ἔχευεν. Quibus adde hoc eiusdem, Odyss.μ, Ἦ με μαλ' εἰς ἄτλω κοιμίσασε νηλεὲς ὕπνῳ. Et hoc Plutarchi, Sympos.3, εἰς ὕπνον ἄλυπον ὑπάγει τοῖς πεπωκόσι: de flore cypri, croco & baccari. Vicissim Homerus Odyss.φ, — καὶ ἐξ ὕπνου μ' ἀνέγειρες. Ἡδέος, ὅς με πέδησε φίλα βλέφαρ' ἀμφικαλύψας. Et Odyss.ο, Αὐτὰρ ὁ Νεστορίδην ἐξ ἡδέος ὕπνου ἔγειρεν Λάξ ποδὶ κινήσας. Item ἐν ὕπνῳ & καθ' ὕπνον dicunt, In somnis, Per somnum, Per quietem. Athen.lib.8, ἢ ἐν ὕπνῳ μανῆς. Plut. Symp.8, τῆς λεγομένης Ἀφίστωνι χθιζὸν καθ' ὕπνον ὄψεως καὶ φωνῆς. Et rursus, Θεσσαλικὰ τῷ καθ' ὕπνον ὄψεων. Theophyl. epist.16, τοῖς καθ' ὕπνον φανταζόμενοις. Athen.lib.12, κατὰ τὸν ὕπνον ἰδοῦσα τὸν Ζαριάδρω. Sed frequentius ferè plurali numero dicunt ἐν τοῖς ὕπνοις & κατὰ τοὺς ὕπνους. Plut. De sera num. vind. ἐώσασε πολλάκις ἐν τοῖς ὕπνοις λέγουσαν αὐτῷ, Στεῖχε δίκης ἄοσον· μάλα τοι κακὸν αἰδράσιν ὕβρεις. Et paulo post, de Apollodoro quodam, κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶν ἐνδεδεμένον ἑαυτὸν ὑπὸ Σκυθῶν. Et in Alexandro, ὅλην εἶδε κατὰ τοὺς ὕπνους. Itidem in libro De deo Socr. σημεῖον λευκὸν φανερόμενον κατὰ τοὺς ὕπνους. Item Lucillius libro 2 Epigr. Ἑρμοχάριν τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις, quum vidisset in somnis Hermogenem medicum. vt & Athen. lib. 9, πολεμίας σάλπιγγος οὐδὲ ἐν ὕπνοις ὑπομένοντες ἀκοῦσαι, ne in somnis quidem sustinentes audire hostilis tubæ clangorem. At Thucyd.lib.2 dixit, ἐσῆλθον πρὶν τοῦτον ὕπνον ξυνοῖκος ἐς Πλάταιαν, Circa primum somnum. vt apud Virgilium quoque Æneid.1, Rhesi niueis tentoria velis Tydides primo vastabat prodita somno. Qui primus somnus æstate coincidit ferè cum prima vigilia, hyeme autem cum secunda. Quod verò ad epitheta attinet quæ τοῦ ὕπνῳ tribuuntur, habes eorum bonam partem in suprà allatis exemplis. Dicitur enim γλυκὺς, γλυκερὸς, γλυκύθυμος, μελιηδὴς: necnon νηδύμος, & νηγρετὸς: quocum coniunge τὸν βαθὺν ὕπνον, profundum somnum, seu altum soporem. Item μαλακὸς, & λισμελὴς, & παντὰμάτωρ: necnon λύων μελεδήματα θυμοῦ. solet enim graues animo depellere curas. vnde apud Plutarchum πρὶν δεισιδαιμονίας, quidam dicit, Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ὀδυνοκουροτόκον. vt & apud Athen. lib.10, ὕπνος βροτείων παυστὴρ πόνων. Et rursum apud Plutarchum loco citato, τοῖς πεδήσαις ἐπελαφρώσει τὸν δεσμὸν ὁ ὕπνος. Atque adeo medici ægros quibusdam ὑπνωτικοῖς pharmacis ὑπάγουσιν εἰς ὕπνον ἄλυπον. apud quos sunt & ἀφόρυβοι ὕπνοι, qui sine πεφυσμοῖς carpuntur. vt & apud Athen.lib.12, ὅπως αὐτοῖς πάντα χόθεν ἀθόρυβοι ὦσιν οἱ ὕπνοι. At χάλκειον ὕπνον κοιμήσασθαι apud Homerum est Dormire somnos lethæos, vt Virgilius vocat. Quomodo verò Gellius hinc deducat Latinum vocabulum Somnus, apud eum vide libro 13, capite 9.

C. Ὑπνοδότης, ου, ὁ, Somni largitrix. id est, Quæ somnos præbet seu affert, Somnifera. ἡ ὕπνον ὀδὶ βλεφάροισι βάλλουσα, vt Homerus loquitur. SIC Ὑπνοδότειρα νὺξ apud Euripidem.

C. Ὑπνομαχέω, ῶ, Cum somno pugno, Somno me opprimere conanti reluctor. Synes.epist. 130, ἐγὼ δὲ ὑπὸ μεσονυκτίῳ πεταγμένος ὑπνομαχῶ, cum somno belligero.

C. Ὑπνοποιὸς, οῦ, ὁ, Somnificus. (vt Plinius dicit Somnifica medicamenta) id est Somnum faciens, afferens, concilians, concitans, pariens. sic enim loquuntur Latini.

C. Ὑπνοφόβης, ου, ὁ, In somnis terrens, seu Somniis & visis per quietem terrens. Bacchi epitheton in Epigr.

C. Ὑπνοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Somnum afferens, Somnifer. vt Ouidius dicit Venena somnifera. Plutarchus Sympos.3, problem.9, ἡ δὲ δυοῖν θεοῖν τέλεα, (s. κρᾶσις) πᾶσα ὑπνοφόρος καὶ λαθικηδὴς, καὶ τοῦ ἐν ἡμῖν ἀγρεύοντος καὶ ἀκόσμου παθῶν δεῖται βάθος ποιοῦσα γαλήνιον καὶ ἡσυχίαν.

C. Αἰένυπνος, Æterno perfusus somno. Item, Æternos seu perpetuos faciens somnos, Lethæo perfundens somno, vt Virgilius loquitur. Sophocl. Œd. Colon. pag. 322, σέ τοι κοιμίζω τὸν αἰένυπνον: eo vocabulo mortem intelligens. ea enim perpetuos seu longos inducit somnos. Vnde & Horatius, Ergo Quintilium perpetuus sopor Vrget? Et rursum, Surge: ne longus tibi somnus, vnde Non times, detur. Et Ouidius, Longa quiescendi tempora fata dabunt. Inde & Homero μοῖρα πανημέριος θανάτοιο. quippe quæ νηγρέτῳ ὕπνῳ κομίζει. Scholiastes quoque mortem ibi eo nomine accipit, exponens tamen τὸν δι' παντὸς κοιμώμενον. Est autem Αἰένυπνος Atticum PRO Αἰεύπνος. quo ibi scholiastes vtitur, & cum eo Suidas.

C. Ἀΰπνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Insomnis, Somnum non capiens, Non quiescens, seu dormiens. id est Vigil, Peruigil. Homerus Odyss.τ, Ἀλλ' οὐ δὴ πως ἔστιν ἀΰπνοις ἔμμεναι αἰεὶ Ἀνθρώποις, insomnes æuum transigere. Xenoph. Pæd. 2, πολλάκις δὲ ὅλην τὴν νύκτα ἄϋπνος ἐστρωμένος. Rursum Homerus Odyss.ι, Τίπτε πόσον Πολύφημ' ἀριδείκετον ὦλ' ἐβόησας Νύκτα δι' ἀμβροσίην, καὶ ἀΰπνοις ἄμμε τίθησθα; clamoribus enim solet ὁ ὕπνος ὀλλύναι, vt alibi idem docet. Idem Od.κ, Ἔνθά κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δυοῖν ἐξήεστο μοῖραιν. Vbi vt ἄϋπνος ἀνὴρ dicitur, ita ἀθάνατος καὶ ἄϋπνος ὄφις apud Apollon.Rhod. Argon. lib.2. Item νὺξ ἄϋπνος dicitur in qua somnus non capitur, Nox insomnis. vt Virgilius dicit Insomnem noctem ducere. Homerus Iliad.1, Ὣς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον. Item Sophocl. dicit, ἔχων ἀΰπνους ἕδρας. VNDE Ἀϋπνία, ας, ἡ, apud Plat. De leg. lib.7, Insomnia, Vigiliæ, Peruigilium seu Peruigilatio. sic enim Latini vocant τὸ ἄϋπνον εἶναι, & insomnem ducere noctem.

Ex eodem Ἄϋπνος, pleonasmo literarum χ, Etymol. factum esse DICIT Ἄχρυπνος: quo significatur itidem Insomnis, Vigil, Vigilans, Non dormiens. vt apud Luc.in Terps. καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων ἄχρυπνος ἐκείμην. Et apud Theophyl. epist.29, ἄχρυπνον, φιλομέριμνον. VNDE Ἀχρυπνία, ας, ἡ, Insomnia, Vigiliæ, Peruigilium: itidem vt ἀϋπνία. Luc. in Terps. ὥστε γοῦν μοι καὶ τὸ ἀποθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀχρυπνία καὶ φροντίδες. Xenoph.Pæd.5, ἡ ἐν φυλακῇ ἀχρυπνία πολλὴ οὖσα λυμαίνεται ἐν τῇ πορείᾳ. Oppian. De venat.lib.3, Καιθὸν ἀχρυπνίῃ κεκορυθμένον, vigiliis armatum. id est, Non dormientem sed insomnem. Rursum Xenoph. Hellen.5, Ὡς δ' ἀνεχόμεθά με ὀφθῶσι καὶ ψυχὴ καὶ θάλαττα, οἴεσθε καὶ ὑμεῖς ὥσπερ πάντα καρτερεῖν. Plut.num.Iscr. μετὰ πόσων ἀχρυπνιῶν καὶ πολλαπλασιόνων, quantis cum vigiliis ac laboribus. AT Ἀχρυπνὶς, ίδος, ἡ, Hesychio ἑορτὴ Διονύσου ἐν Ἀρβήλῃ, festum Dionyti seu Bacchi. forsan quòd eo insomnem ducebant noctem potationibus. Inde est & VERB. Ἀχρυπνέω, ῶ, Insomnem noctem duco, Vigilo, Non dormio. Xenoph. Pæd.8, ἢν μὲν δὲ πλουτοῦντες οὐδεὶς ἀναισκάζεται ὑφ' ἡδονῆς ἀχρυπνεῖν, ἢν δὲ ἀποβαλόντων τι ὄψῃ οὐδένα δυνάμενον καθεύδειν ὑπὸ λύπης. Vbi nota sibi opposita ἀχρυπνεῖν & καθεύδειν, sicut in hoc eiusdem loco Hellen.7, ὡς δὲ τὴν νύκτα ἠχρύπνησαν, ἐκαθεύδον μέχρι πόρρω τῆς ἡμέρας. Callipp. Παιανιεῖδι apud Athen.lib.15, Ὁ δ' ἀχρυπνήσας τὸν πυρεσσοῦντα λήψεται, Τὰ κοπάβια· καὶ τοῦ παρουσῶν ἐὰν θέλει, Φιλήσει. Idem Athen.lib.1, meminit vini cuiusdam ἀχρυπνεῖν ποιοῦντος τοὺς πίνοντας: necnon oppositi huic ὑπνωτικοῦ, id est somnifici seu somniferi. ¶ Significat etiam Inuigilo, Vigili mēte & attēta obseruo. Luc. ἀχρυπνῶ τοῖς καιροῖς, Inuigilo occasionibus, Attentè occasiones obseruo. VNDE Ἀχρυπνητικὸς, οῦ, ὁ, Vigilias facile ferēs, Qui vigilare & insomnis esse solet, Vigil. Plutarchus de anseribus, ἀχρυπνητικοὶ γὰρ καὶ θορυβώδεις. vbi etiam dicit animal hoc esse φύσει πρὸς αἴσθησιν ὀξὺ καὶ φοβῶδες. ET COMP. Διαχρυπνέω, ῶ, Peruigilo, Insomnem noctem transigo. Athen.lib.14, αὐτὰ δὲ ἄθλα τίθεται τοῖς παννυχίσι τοῦ διαχρυπνήσαντι Diodor. τὸ πλέον τῆς νυκτὸς διηχρύπνουν. Vtitur & Plutarchus pro Peruigilare, seu Vigilem perstare, vt Bud. testatur, qui affert etiam διαχρυπνῶν τὸν φρουραῖον pro Peruigilem stationem obiens.

C. Βραχύϋπνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Breui contentus somno, Non multum nec diu dormiens. Aristot.

C. Διΰπνος, Qui difficulter somnum capit, Ægrè obdormiscens. VNDE Ἀχρυπνέω, ῶ, Ægrè obdormisco, seu Ægrè dormio, vt Bud. interpr. afferens ex Platone

lib.7 De leg. Οὐκοῦν δὴ οὐ βουληθῶσιν κατακοιμίζειν τὰ δυσυπνοῦντα τοῦ παιδίου αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς παρεσφέροντες, ἀλλὰ θωυκτοῦν κίνησιν.

C. Ἐξύπνος, Qui ἐξ ὕπνου ἤγερται, seu αἰόρουσεν, ἢ ἔκθορεν, Qui è somno euigilauit, Experrectus seu Expergefactus.

C. Κάθυπνος, Qui εἰς ὕπνον κατηνέχθη, Graui seu alto obrutus somno, Alto oppressus sopore. Bud. interpr. non solùm Somno oppressus, sed etiam Somnolentus, Vehementis somni: idem esse dicens cum ὑπνώδης, afferénsque ex Aristot. lib.3 probl. circa finem, διὸ τοῖς μὲν νέοις καθύπνοις ὄντας λανθάνει ἡ ὁρμὴ τοῦ οὔρου ἐκπίπτουσα πρὶν διεγερθῆναι. Pro eodem DICITVR Καθυπνής. Nicand. Alex.433, Καὶ σὺ ὦ, μήκωνος κεφληφόρου ὀπωπὲ δάκρυ Πίνωσιν, πεπύθοιο καθυπνέας. ἀμφὶ γὰρ ἄκραν Γῆα κατεψύχοισι τὰ δ' οὐκ ἀνάπτηται ὄστε, Ἀλλ' αὔτως βλεφάροισιν ἀκμὴν ἔνεα δέδηεν. Vbi schol. καθυπνέας exp. ὑπνοῦντας: quoniam nimirum (inquit) τὸ μήκωνιον εἰς ὕπνους ἄγει. vt & Dioscorides lib.6, cap.17, scribit μήκωνος ὀπὸ πεθέντος θορυβολουθεῖν καταφορὰν μετὰ καταψύξεως. Et Plinius lib.20, cap.18, papaueris succum præditum esse ait non vi soporifera modò, verùm, si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum. Non igitur immeritò Virgilius papauera lethæa dixit, & lethæo perfusa papauera somno.

C. Ὁμόϋπνοι, Charondæ apud Aristot. Polit.1, dicūtur Domestici, Familiares ac contubernales, quasi vnà somnum capiētes. Ita vulg.lex. sed nescio quænam sequuta exemplaria. nam Aldina, Florentina, necnon Basiliensis editio ibi habent ὁμοσπόνδους. Metuo igitur ne indoctus ac temerarius quidam corrector, non intelligēs quid per ὁμοσπόνδους declararetur, ex eis fecerit ὁμοΰπνους. Locus autem Aristot. est initio lib.1 Polit.

C. Φίλυπνος, Amicus somni, Amans dormire, Somnolentus.

C. Ἐνύπνιον, ου, τὸ, Insomnium. τὸ ἐν ὕπνῳ φάσμα, ἢ καθ' ὕπνον ὄψις, Visum quod in somnis seu per quietem dormienti se obtulit. Xenoph. Symp. σημαίνοισί μοι, πέμποντες ἀγγέλους, φήμας, καὶ ἐνύπνια καὶ οἰωνοὺς, ἃ τε δεῖ καὶ ἃ οὐχρὴ ποιεῖν. Æschin. in Ctesiph. οὔπω σοῦ τὸ τοῦ Παυσανίου ἐνύπνιον ἐωρακότος. Et paulo post, εἰ γε μὴ τὸ αὐτὸ ἐνύπνιον ἑωρᾶ καὶ Δημοσθένης ἴδωμεν. Plutarchus De aud.poëm. ἐκ πινῶν ἐνυπνίων ποιητικῆς ἀψάμενος, insomniis quibusdam monitus. Sic idem De deo Socr. ἀφῖκται δὲ λύσδι χρὰ χάσθαι τοῦ τὸν πάφον, ἐκ ξένων ἐνυπνίων καὶ φασμάτων ἐναργῶν. Quo sensu Plato in Phædone dicit, πειθόμενος τοῦ ἐνυπνίου. Rursum Plutarchus De deo Socr. φασὶν αὐτοῦ φυλάττεσθαι πανὶ κίνδυνον ἐξ ἐνυπνίου μάλα δυςχεροῦς καὶ ἀτόπου. Quibus subiungit quidnam in somnis viderit. τῆς δὲ νυκτὸς ὤμμω αὐτοῦ τὴν οἰκίαν ὠδίνειν ὡς τοῦ κύουσαν, αὐτὸν δὲ καὶ τοὺς φίλους συναγωνιῶντας θύχεσθαι καὶ κύκλῳ παρεῖναι, τὸν δὲ μυκᾶσθαι καὶ ἀφιέναι φωνὰς ἔνας αἰάβροις. Vbi nota eum dicere non ἑώρακα, siue ἴδον, sed ὤμμω. nam ἐν ὕπνοις ἀκούειν οὐκ ἀκούοντες, καὶ βλέπειν οὐ βλέποντες δοκοῦμεν, vt idem docet in Coriolano. Rursum idem, ἐξ ἐνυπνίου φοβηθείς. Plato ἐνύπνιον vocauit quod ὄνειρον Homerus, τὴν τοῦ ἐνυπνίου πομπὴν ὑπὸ Διὸς τοῦ Ἀγαμέμνονι, fabulam de somnio à Ioue ad Agamemnonem misso. quæ extat initio Iliad. β, vbi Ἰοὺ κατὰ θυμὸν ὀρίσσι φαίνετο βουλὴ Πέμψαι ἐπ' Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι οὖλον ὄνειρον. Non tamen idem esse ὄνειρον & ἐνύπνιον, patet ex his Macrobii verbis, Comment. in Somn. Scip. lib.1, cap.3, Omnium quæ videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales diuersitates & nomina. Aut enim est ὄνειρος secundum Græcos, quod Latini Somnium vocant: aut est ὅραμα, quod Visio rectè appellatur: aut χρηματισμὸς, quod oraculum nuncupatur: aut est ἐνύπνιον, quod insomnium dicitur: aut est φάντασμα, quod Cicero visum vocauit. Vbi obiter NOTA Ὄνειρος, ET Ὅραμα, ET Φάντασμα, ET Χρηματισμός. quorum bonam partem habes in hoc loco Plutarchi De sera num. vind. ὄψις ἐνυπνίων, καὶ φάσματα μεθημερινά, καὶ χρησμοί. Eorundem definitiones ibidem reperies. Superuacuum enim & longum foret eas hic afferre, præterquam eius de quo hic agitur. Sic igitur ibi, Est enim ἐνύπνιον, quoties cura oppressi animi vel corporis siue fortunæ, qualis vigilantem fatigauerit, talem se ingerit dormienti.

¶ Homerus ἐνύπνιον aduerbialiter posuit pro ἐν ὕπνοις seu καθ' ὕπνους, In somnis, Per quietem: Iliad.β, Κλῦθι φίλοι, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

VNDE Ἐνυπνιάζω, SIVE Ἐνυπνιάζομαι, Insomnium cerno seu video, Somnio. Aristot. Histor. animal. lib.4, ἐνυπνιάζει τοῦ ζώων μάλιστα ὁ ἄνθρωπος. id est, ἐνύπνια ὁρᾷ. Plutarch. Ζῶντα φαγοῦσιν πολλὰ συμβαίνει ἐνυπνιάζεσθαι. Lucas Actor. apost. cap.2, ex Ioële, προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν· καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, somnia somniabunt. Hinc VERBALE Ἐνυπνιαστὴς, οῦ, ὁ, Insomniator, Qui videre insomnia solet. Genes. cap.37, ἰδοὺ ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται. Insomniosus autem Catoni est Qui insomniis vexari solet, Qui solet ὁρᾷν ἄπτα καὶ δυςχερῆ ἐνύπνια, vt Plutarchus loquitur.

C. Ἐφυπνίδιος, Qui ad somnum afferendum fit. vt ex Epigramm. ἐφυπνιδίων λαλάζων affertur pro Sonorum somnum inducentium.

Ὑπνώδης, εος, ὁ & ἡ, Somnolentus, Somniculosus. Plut. De aud.poem. ὡς ὑπνώδους φύσει τοῦ Ὁδυσσέως γλυκυμόρου, καὶ δυσεγκύπτου δι' ὑπὸ τοῦτο πολλοῖς ὕπνος. Idem De audiendo, χάσμαι ὑπνώδεις καὶ κατήφειαι.

Ὑπνηλὸς, οῦ, ὁ, idem. Athen. lib.15, ὑπεξῆλθεν ἐκ συμποσίου ὑπνηλὸς κάρτα γλυκύμορος. A Suida exponitur ῥάθυμος. Vide sequens.

Ὑπναλέος, ου, ὁ, idem. Nicand. Alexiph. v.85, de eo qui cerussam hauserit, Ἄλλοτε δὴ ὑπναλέος ψυχὴ δίμας. id est (inquit schol.) ἄλλοτε ὃ ὡς τοῦ κοιμώμενος ἀποψύχεται τὸ σῶμα, καὶ ψυχροῦται ὅλος καταβαρυώμενος ὕπνῳ. AT Ὑπναλὴ dicitur esse aspidis genus somno necantis. Nisi potius epitheton sit, & scribendum sit ὑπναλέη. aspis enim (vt in Ther. suis docet Nicand. v.162) — ἐν κελεύθῳ Νωχελὲς ἐξ ὀλκοῖο φέρει βάρος, ὑπναλέοις δὲ Αἰὲν ὀπιπλίζουσι φαείνεται ἐνδυκὲς ὄσσοις. Ἀλλ' ὅταν ἢ δούπου νέον οὐασιν ἠέ τιν' αὐδὴν Ἀθήσῃ, νωθρὸν μὲν ἀπὸ ῥέθεος βάλεν ὕπνον, Ὀλκῷ δὲ θρώσκουσα ἄλων εἰλίξατο γαίῃ. Eadem verò morsu suo (vt ibidem tradit) Ὑπνηλὸν ὀδὶ νάκαρ ἀγᾷ βιότοιο τελευτήν, id est Ad somnolentum soporem.

Ὑπνάω, SIVE Ὑπνέω, ῶ, Dormio, Somnum capio. VNDE Ὑπνητικός. quod vide infrà in Ὑπνωτικός.

Ὑπνόω, ῶ, idem. Affert enim Bud. ex Luc. & Xenoph. ὑπνῶσαι pro Dormire & Sopiri somno. Itidémque ex Plut. Apophth. Lacon. ὑπνωκέναι affertur pro Dormiisse. & ex Greg. ἡδέως ὑπνώσης, pro Suauiter dormies. Et rursum ex eodem, μή ποτε ὑπνώσῃς εἰς θάνατον, ne vnquam dormias in mortem. Galenus certè ὑπνοῦσα apud Hippocr. exp. ὑπνωτικῶς ἔχουσα, ὕπνῳ κοιμωμένη. Alioqui actiuè etiam accipi potest pro Somnum affero seu facio, Somnum concilio. vt apud Dioscoridem de papauere erratico, Ζωΐτης τὰ κεφάλια πέντε μετ' οἴνου κυάθων τεσσάρων ἑψήσας, πόσαι οὐ αὐβούλῃ ὑπνῶσαι, quos sopire volueris: κοιμῆσαι. Plinius quoque tradit eius capita quinque decocta in vini tribus heminis & pota, somnum facere. Ex quo patet participium præt. temp. ὑπνωμένος, Soporatus, Sopitus, seu Dormiens. Pausan. in Lacon. ἐν Ζωΐτῳ ὑπνωμένον Παυσανίαν ἐπήγαγεν ὁ ψόφος. Inde & VERBALE Ὑπνωτικός, quod sui primitiui significationes sequitur. Primum enim neutraliter accipitur pro Somnolentus, Somniculosus, In somnum pronus, Deditus somno. Aristot. οἱ δὲ φλεβώδεις οὐχ ὑπνωτικοὶ, διὰ βόρειαν τὴν πέρων. Ibi enim ὑπνωτικοὶ iidem sunt qui ὑπνώδεις. vt quum Plutarchus ait Brutum ἤκιστα δὴ τοῦ στρατηγὸν ὑπνώδη γενέσθαι, καὶ πλεῖστον ἑαυτοῦ χρόνον ἐγρηγορότι χρῆσθαι πεφυκότα. (Itidémque ADVERB. Ὑπνωτικῶς apud Galen. Somniculosè: paulo antè in Ὑπνόω) Deinde & actiuè pro Soporificus seu Soporiferus. ὑπνοποιὸς, ὑπνοφόρος. seu Soporifica vi præditus, Soporifera vi præditus. Athen.lib.2, de lactuca, ψυκτικὴ, ἀκοίλιος, ὑπνωτικὴ. Plutarch. Symp.3, probl.5, τὴν ὕπνον οἱ πλεῖστοι τοῦ ψύχειν γίνεσθαι λέγουσι· καὶ ψυκτικὰ τὰ πλεῖστα τοῦ ὑπνωτικῶν φαρμάκων ἐστίν. Idem, omisso substantiuo, ὑπνωτικὰ etiam simpliciter dicit. vt probl.8, eiusdem libri, τοῦ ὑπνωτικῶν ἔνιοι λαβόντες, ἐνδοτέρω τὸ μετεῖον, θορυβωδέστερον διαπέφευγεν· πλέον δὲ λαβόντες, ἔνιοι καθεύδουσι. Itidémque Aristot. in lib. De somno & vigil. πάντα γὰρ τὰ ὑπνωτικὰ κατηβαρεῖν ποιεῖ,

καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ βρωτά· μήκων, μανδραγόρας, οἶνος. A
Reperitur ET Ὑπνηπκός, eodem significatu, ab ὑπνάω
siue ὑπνέω. Athen.lib.1, ποιοῦσιν οἶνον ἔνια ὑπνηπκόν, καὶ
ἕτερον ἀγρυπνεῖν ποιοῦντα τοὺς πίνοντας. Vbi nota oppos.
ὑπνηπκός & ἀγρυπνεῖν ποιῶν. Inde & COMP. Ἀφυ-
πνώω, ῶ, quod exponitur Obdormio, seu Obdormisco.
Lucæ 8, πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε. ET Καθυπνόω, ῶ,
Obdormio, seu Sopior: vel etiam Dormio, Somnum
capio. Xenoph. ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, ῥωμαυὰς μαλακὰς
κατασκευάζεις. VNDE Καθύπνωσις, εως, ἡ, Somnus,
Obdormitio. Bud. ex Aristot. Problem. τὸ δὲ μεταξὺ τῆς ἐγρη- B
σεως ὄντος ὁλίγου χρόνου, ἡ ἐν τῷ ὕπνῳ ἕξις ἠμυδρὴν διαμένει
πρὸς πλὴν καθύπνωσιν.

Ὑπνώω, idem: sed poëticum & Ionicum. Homerus Odyss.ε
& ω, de virgula Mercurii, — τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει ὧν
ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Oppian. De venat.
lib.3, Ἀμφαδὸν ὑπνώει δὲ θρασύφρονα θυμὸν ἑλίσσων, palam
dormit sub dio. Sic μαμμώω dicitur pro μαμμάω, & ζώω
pro ζάω.

Ὑπνώπτω, itidem Somnum capio, Dormio, Sopitus sum.
κοιμῶμαι. Vel etiam Dormito. Galenus, οὐ μόνον ὑπνώ- C
πτοντος ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄφοδον αἰσταμένου ἀνθρώπου. VNDE
Ἐφυπνώπτω, Indormio. Bud. ex epist. Iul. ad Maximum,
Ἀλέξανδρον μὲν τὸν Μακεδόνα τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐφυ-
πνώπτειν λόγος, indormire solitũ Homeri poëmatis. vt &
Plutarchus in ipsius vita ex Onesicrate tradit eum Ilia-
dem Homeri ἐχεῖν ἀεὶ μετὰ τῆς ἐγχειριδίου κειμένῳ ὑπὸ τὸ
προσκεφάλαιον. quamobrẽ & πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον ean-
dem nominare solitus est.

C. Ἀφυπνίζω, ET Διυπνίζω, ET Ἐξυπνίζω, Expergefacio,
E somno excito. ἐξ ὕπνου ἐγείρω siue ἀνεγείρω, vt Homerus D
loquitur. Primum affert Bud. ex Œcumenio: tertium
apud Phrynichum extat, qui tamen Atticos primo vti
pro hoc tertio annotat.

Ὕπ A P dicitur quasi ὕπνου ἄρσις, nimirum δίχα τινὸς ἐγκίνησιν,
sicut ὄναρ dicitur παρὰ τὸ ὄντως ἄρσιν: quum φαντα-
σία sint τοῦ καθ' ὕπνους, καὶ οὐκ ἐν ὀνότητι, inquit Eustath.
pag.1876. vbi etiam ὄναρ & ὕπαρ αἰτιᾶσθαι ait, velut in
hoc Homeri Odyss.τ, Οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τοι τετε-
λεσμένον ἔσται. quem versum prouerbii loco vsurpatum
fuisse tradit ὅτι τῇ ἐμφανῶν ἀγαθῶν. Itidémque in hoc B
Odyss.υ, — ἐμὸν κῆρ Χαίρε, ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ὄναρ ἔμμεναι ἀλλ'
ὕπαρ ἤδη. est enim ὄναρ vanum somnium & visum: ὕπαρ
autem ὑπάσα ἀληθής, vera visio. quæ nimirum euentu
comprobatur. quamobrem in præcedente loco poëta
addidit, ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται. Et Plato epist.3 quum di-
xit, δι' ὃ τότε σοι ὕβρισμα ναῦ ὕπαρ αὖτ' ὀνείρατος γέγονε, in-
dicat non amplius esse somnium sed visionem euen-
tu comprobatam, & τετελεσμένον ἔργον loco ὀνείρατος. Et
rursum in Polit. ἵνα ὕπαρ αὖτ' ὀνείρατος ὑμῖν γέγνηται. In eo-
dem libro paulo antè dixerat, κινδυνεύει γὰρ ἡμῶν ἕκαστος F
οἷον ὄναρ εἰδὼς ἅπαντα, πάντα αὖ πάλιν ὥσπερ ὕπαρ ἀγνοεῖν.
Plutarch. De sera num. vind. ὅσῳ τὸ ὕπαρ αὐτῆς τῆς ὀνείρατος
ἐναργέστερον. Vbi itidẽ nota ὕπαρ vocari ἐναργῆ ὄρασιν, vt
Ammonius quoq; ὕπαρ esse tradit ἐναργῆ ὄψιν: ὄνειρον au-
tẽ πλὴν ἐν τῷ καθεύδειν φαντασίαν. Itidémq; Bud. ex quo-
dam grammatico annotat, ὕπαρ dici ὅταν ἀπλῶμεθα τῆς θεά-
ματος αὐτῆς ὀφθαλμοῖς αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἐναργέστατα: ὄναρ autem,
ὅταν ὕπνῳ τοῦτο φανταζώμεθα. Quamobrẽ Plutarchus rur-
sum dixit in lib. quo docet Quomodo quis sentiat se in G
virtutis studio proficere, οὔπω δὲ τῆς ἀρετῆς γεγονὼς θεατὴς,
οὐδ' ὕπαρ ἀλλ' ὄναρ αὐτῆς ἐν εἰδώλοις καὶ σκιαῖς ῥεμβόμενος.
Sicut verò καθ' ὕπνον dicitur pro ἐν ὕπνῳ seu δι' ὀνείρατος,
In somnis, Per quietem, sic & καθ' ὕπαρ, per veram vi-
sionem. Gregor. in Iulianum inuect.2, πᾶς δὲ δι' ὀνείρατων
παιδευσῆς τῆς Θεοῦ, καὶ τὰ καθ' ὕπαρ φαντάσματα. Vtitur &
in lib. De homine. Sed & ex Aretha affert Bud. scribens
tamen non καθ' ὕπαρ, SED Καθύπαρ. Interdum verò
omissa præpositione, ὕπαρ aduerbialiter vsurpatur. vt H
quum Synes. ait, εἶπε ἀφ' ὧν ἕτερος ὄναρ ὁρᾷ, μᾶλλον δὲ ἰδεῖν
λέγεται, Πεντάπολις ὕπαρ πέπονθε πυνήρους, propter inso-
mnia commentitia quorundam vrbs reuera & vigilans
afflicta est tyrannide. Bud. Et apud Platonem lib.2 De
rep. ὀθεὸς ἀπλοῦς καὶ ἀληθὴς, οὔτ' ἄλλους ἐξαπατᾷ οὐδ' ὕπαρ
οὐδ' ὄναρ, nec vigilantes & reuera cernentes nec somni-
antes decipit.

Ὑπὸ, præp. CVM GENIT. A, Abs. vt τύπτο-
μαι ὑπ' αὐτοῦ, Verberor ab ipso. κτείνομαι ὑπ'
αὐτοῦ, interficior ab ipso. Itidémque cum aliis passiuis.
Aristoph. in Nub. Ὑπὸ δὲ τόκων, χρήσων τε δυσκολωτάτων Ἀ-
γόρμαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυραζόμαι. Plato De rep. lib.
2, ὑπὸ σπάνων καὶ πόνων ἀλλοιοῦται. Sed cum neutris quibus-
dam verbis ponitur itidem, quæ in passiua resoluuntur.
Habent hoc Græci (inquit Bud.) vt verbis neutris quã-
uis absolutis pro passiuis vtantur, eandémque constru-
ctionẽ eis tribuant. Demosth. in Mid. πανικαῦτα πλικαύτῃ
καὶ τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου. Idem orator
aduersus Onetorem, ὅτι δικαίως καὶ προσηκόντως οὕτως
φοβοῦμαι τοῦτον ὑπ' ἐμοῦ τὴν δίκην. eadem constructione quã
haberet διώκεται, siue κατηγορεῖται. quorum significatio-
nem obtinet illud φοβοῦμαι, alioqui neutrum. Idem, ἐφ' οἷς
δικαίως αὐ ὑπὸ θαύνοις ὑπὸ τῶν δικαστῶν. Sic quoque Lysias
eodem verbo vsus est, scribens, ἵνα δὲ εἰδῆτε ὡς πολλοὶ ὑπὸ
τούτου πεπόνθασι. Quinetiam Xenophon hoc ipsum ita vsur-
pauit cum alibi, tum Pæd.4, ὁ μὲν οὖν ὑπὸ τέθνηκεν ὑφ' ὑμῶν,
αὐτὸς ἀγαθὸς ὤν, interfectus est. At verò synonymum πε-
λυτᾶν, quod alioqui rarius hunc vsum habet, extat ita
vsurpatum à Pausania, vbi scribit, Μασίστιον μὲν δὴ πελυ-
τήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων. Hunc loquendi
modum Cic. inexpertum relinquere noluit, licet à lin-
gua Latina multum abhorrere videatur. Sic enim in-
quit in Academ. primo, Nihil enim esse valẽtius, à quo
intereat. Itidem dixit Plinius de M. Marcello, Quum
periit ab Annibale. Et Lucanus, Mori ab ense. Terẽtius
autem verbo Excidere hoc modo vsus est, quum dixit,
Herus, quantum video, ab vxore excidit. vt si dicas ἐκ-
πέπτωκε τῆς γυναικός, pro Eiectus est, Exactus est. Demo-
sthenes, αὐτὰ τῶν ἔργων τούτων ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἐξέπε-
σον. Possit tamen forsitan aliquis illud Excidit ab vxore,
in alio ordine quàm illa præcedentia ponere: tanquam
non itidem necesse habẽs in passiuum verbum resolui.

Ὑπὸ alicubi vel illa præpositione A, vel præp. Pro-
pter reddi potest. vt apud Thucyd.3, καὶ τὰ πλεῖστα κατε-
λύθη ὑπὸ συμφορῶν. Sunt alioqui loci in quibus nõ vtro-
que modo reddi potest, sed illam posteriorem inter-
pretationem duntaxat admittit. vt apud Plutarchum
Symp. lib.4, ὑφ' ἧς ἐμοὶ δοκοῦσι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες ἀπέχεσθαι
τῶν διοβλήτων σωμάτων. Sic ex Platone affertur, ὑπὸ τοῦ-
τῆς τῆς ἀσχολίας οὐδὲν τῶν οἰκείων πρᾶξαι χολὴ μοι γέγονε, pro
Propter hanc occupationem mihi non licuit. (Sed red-
ditur etiam, Per hanc occupationem mihi non licuit)
Sic ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰτιῶν πόλεμος συμπίπτει τοῖς Ἀθηναίοις, ex
Plut. Pericle.

Ὑπὸ, Præ. vt δακρύειν ὑφ' ἡδονῆς, Lacrymari præ volu-
ptate. Dicitur autem non solùm ὑφ' ἡδονῆς, sed & ὑπὸ
τῆς ἡδονῆς, ab Aristoph. Præ voluptate. Sic ὑπ' ἐνδείας
apud Plutarch. Præ penuria. Interdum autem ὑπὸ
cum genitiuo, vel præpositione Præ, vel aduerbio in-
cludente ipsum quoque genitiuum, reddi potest. vt
ὑπὸ προθυμίας, Promptè. Tale est ὑπὸ σπουδῆς apud
Thucydidem.

Ὑπὸ, Per. vt ὑπ' αὐτοῦ οὐδὲ φρονεῖν ἡμῖν ἐγγίγνεται, Per
ipsum ne sapere quidem nobis licet. Cui loco, qui ex
Plutarcho affertur, similis est ille paullo antè, ὑπὸ τοῦ-
τῆς τῆς ἀσχολίας οὐδὲν τῶν οἰκείων πρᾶξαί μοι χολὴ γέγονε. quẽ
dixi itidem reddi à quibusdam præpositione Per: hoc
modo, Per hanc occupationem mihi non licuit &c.
Alius quoque vsus præpositionis Per datur huic præ-
positioni ὑπὸ, quum hic locus, τοῖς πολλοῖς, τὰ τῶν ὀλίγων
ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων, ita redditur, Multis paucō-
rum facultates per decreta distribuens.

Ὑπὸ pro μετὰ, id est Cum: vt ὑπὸ πλούτου pro μετὰ
πλούτου, ex scholiaste Aristophanis. Huius autem sig-
nificationis & cum datiuo exempla videbis paulo post.

Ὑπὸ redditur etiam Penes. item Apud, in v. l. affer-
tùrque pro huius significati exemplo hic Thucydidis
locus, ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐν μεγάλῳ ὢν ἀξιώματι, quum
magna apud Græcos esset existimatione. Sed ego dixerim
potius ὢν ἐν ἀξιώματι pro participio passiuo accipi de-
bere, sicut de illis neutris verbis dictum suprà fuit.

Ὑπὸ, Sub. vt ὑπὸ γῆς, sub terra. qua in significatione
affertur ex Theophr. Interdũ verò ὑπὸ γῆς, Sub terram,

vt ὑπὸ χθονός in hoc Hesiodi loco, καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ χθονὸς A
ἀμυδδὶς Πέμψαν. Cum aliis autem genitiuis, vt ὑπὸ
μάλης, Sub ala. Et ὑπὸ στέρνοιο πάσασεν, ex Homero, pro
Sub pectore. Quinetiam vt dicitur aliquid esse sub ali-
quo principe, vel rege: sic ὑπὸ βασιλέως apud Thucyd.
lib.1, Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλέως ἐγένετο, Ægyptus rur-
sum sub rege fuit, siue sub ditione regis Persarum, Rur-
sus regi paruit, seu ditioni regis Persarum. Est alioqui
magis recepta cum datiuo hæc significatio, vt mox
docebo.

Ὑπὸ, CVM DATIVO, itidem pro Sub. Nam vt
ὑπὸ γῆς pro Sub terra, sic etiam (& quidem frequen- B
tius) ὑπὸ γῇ eadem significatione dicitur. Lucian. De
luctu, πόνον τινὰ ὑπὸ τῇ γῇ βαθύν, ἀδίκως ὑπεκλήφασι. Sic a-
pud Homerum, κοίλῃ ὑπὸ πέτρῃ, sub cauo saxo. Et ὑπὸ
πλατανίσῳ, apud eũdem. Itidem apud Apollonii, ὑπὸ
κρίνῃ ἐλίπετο. Apud Galenum, ὑπὸ τῷ δέρματι σωίσαιμι,
sub cute cõcrescere. (Affertur verò & in motus signif.
ex Homero, pro præpos. Sub, habẽte accusatiuum: ὑπὸ
Τροίῃ λόχον ἤγομεν, Sub Troiam ducebamus. Sed scribi
debere potius Τροίῃ, docebo infrà, vbi agam de hac
præpos. ὑπὸ habente accusatiuum) Frequens verò C
est pro Sub, habente illam significationem qua dicitur
esse aliquid sub aliquo principe, pro Sub illius ditione,
seu imperio, & illi parere. Herodotus, ὑπὸ Πέρσῃσι δὴ Αἴ-
γυπτος, Sub Persis est Ægyptus, Ægyptus est sub ditione
Persarum. vel, est ditionis Persarum. Sic apud Thucy-
didem, ὑπὸ Ἀθηναίοις εἰσὶ, Sunt sub ditione Athenien-
sium, Athenienſibus subiecti sunt, seu parent. Sic ὑπὸ
Ῥωμαίοις ἐγένοντο, ex Plutarcho, Romanis subiecti fue-
runt. (Affertur alioqui & cum significatione motus,
ὑπὸ τοῖς Ἀθηναίοις γίγνεσθαι, pro In potestatem Athenien D
sium venire. Itidémque ὑφ' αὑτῷ ποιεῖσθαι, vel ποιεῖν, In po
testatem suam redigere, Sibi subiectos reddere, Subii-
cere sibi. Tale est apud Demosth. Pro cor. ἐνὸς Θεσσαλίαν
ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. Affertur itidẽ ex Hermog. ὑπὸ
τοῖς συκοφάνταις ποιεῖν pro Subiicere sycophantis) Deni-
que τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ pro τοὺς ὑπηκόους seu τοὺς ἀρχομένους apud
Xenoph. atque alios legimus. Ex quo Xenoph. affertur
etiam, ὑπὸ δεσπότῃ μένω, pro Sub domini imperio, Do-
mino subiectus. E

Ὑπὸ Sub, vel In. vt ὑπὸ πύχεσι πεπιπαῖτες κείμεθα ex Ho
mero affertur, pro Sub armis vel In armis. Inuenitur cer
tè & apud Virgilium itidem Sub armis pro In armis.
Sed & Sub ingenti templo apud eundem exponitur In
ingenti templo. Additur ex eodem Homero κατα-
κρύψας ὑπὸ κολπῷ pro In sinu. Et ex Apollonio, ὑπὸ νυ-
κτὶ pro In nocte, vel Sub noctem. Sic verò & ὑπ' ἠοῖ af-
fertur pro Sub auroram.

Ὑπὸ pro μετὰ, Cum. Plutar. in Publ. ὑπὸ ῥαβδοῖς ὁμοῦ
πάσαις τὴν πελέκεσι κατῶν ἐξ οἰκίας. Ex eodem in Galba, ὑπὸ F
φωτὶ πολλῷ πρεσήει, Cum multo lumine.

Ὑπὸ alicubi videtur reddi debere per Ad: affertúrque
ex Apollonio ὑπὸ κιθάρῃ πτήσσω, ita redditum per Ad,
videlicet Ad citharam ferio, id est Ad eius sonum. Cui
loco subiungitur hic Luciani, ἐς τὸ θέατρον σωάγοντες
αὐτοὺς δημοσίᾳ παιδεύομεν ὑπὸ κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας
ἀρετάς τε αὐδρῶν &c. Sed non satis commodè in hoc Lu-
ciani loco reddi posse videtur ὑπὸ præpositione Ab:
nisi adiuuetur addito quopiam substantiuo quod loco
conueniat. Quod itidem faciendum censeo in his ver-
bis ex Plat. epist.7, ὑπὸ δικαιοσύνῃ διάγειν βίον, vt videlicet
reddamus non Ad iustitiam viuere, sed Ad iustitiæ nor
mam, seu regulam, vel præscriptum. Talis videri possit
vsus præpositionis Sub apud Virgil. vbi canit, — ma-
gnisque agitant sub legibus æuum. Sunt qui ὑπὸ δικαιο-
σύνῃ reddant aduerbio Iustè. G

Ὑπὸ interdum participio redditur. vt ὑπὸ πληγῆσαν ὀρ-
μηθέντες, apud Homerum, Ictibus concitati. Et ὑπ' Ἀ-
δμήτῳ τέκε, apud eundem, Ab Admeto cõpressa. At Eu- H
stath. in simili loco Iliad.ε, — ἤμιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκο-
λέοντι, dicit καινὸν esse τὴν μετὰ δοτικῆς συντάξει τῶν προθέσεων.

Ὑπὸ plerisque in locis Homeri datiuum pro genitiuo
habet. vt ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς pro ὑπὸ δουρός. Et χερσὶν ὑφ' ἡμε-
τέρῃσιν ἁλοῦσα, pro ὑπὸ χειρῶν ἡμετέρων. Itidémque Iliad.κ,
εἰπὸ χερσὶ δαμεῖς. Et Iliad.η, ὑπὸ Τρώεσσι δαμεῖσαι. At ve-

rò datiuum pro accus. vt Iliad.ο, Αἴ γὰρ ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ A
οὐρανῷ ἀστεροέντι Ναιετάοισι πόλεις ὅσσ' χθονίων ἀνθρώπων.

Ὑπὸ, CVM ACCVS. itidem pro Sub. Homer. Iliad.
β, — αὖχμος δὲ οἱ ἦν ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, sub Ilium venit. Neque
enim illis assentior qui ὑπὸ hic pro εἰς siue ὅσσ' accipi pu
tant: nihilo magis quàm in hoc versu Odyss. ξ, Ὡς ὅθ' B
ὑπὸ Τροίῃ λόχον ἤγομεν ἀρτιάσαντες. vbi annotat Eustath.
hoc ἀκριβῶς πεφράσθαι. quoniam οἱ κάτω λοχῶντες ἀεὶ ἀμ-
πὸ τεῖχος, καλῶς αὖ ὑπὸ Τροίῃ λόχον ἄγειν λέγοιντο. Sic certè
& Virg. audimus dicentem, Troiæ sub mœnibus altis.
Sed vt ipsa mœnia omittam, quum illa esset ὑποκειμένη,
(id est superiacens, ad verbum) meritò dicit ὑπό. Fateor
tamen Eustath. quoque ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, exponere εἰς Ἴλιον.
Sed addit, εἰ μὴ ἄρα δεῖται τῆς ὑπὸ προθέσεως, ἡ κάτω θέσις δη-
λοῦσθαι. quibus addit, Troiam esse λοιμόεσσαν, atque ὑποκε-
κίσθαι. ideóque à tragœdia vocatam fuisse Ἰλιάδα σκο-
παί. Idem schol. in hoc loco qui legitur eodem libro,
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος αὐτὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε Τῶν ἄλλων Δαναῶν,
μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα, postquam ὑπὸ exposuit κατ', vt sit
præpositio posita pro præpositione, (vbi tamen miror
cur potius κατ' dixerit quàm εἰς) addit, Aut quoniam Il-
lium est ventis expositum, vtpote altum, ideo Græci o-
mnes sub Ilium venisse dicuntur, tanquam sedem ha-
bentes infra & sub illo. Hæc ille. Cuius posteriori sen-
tentiæ assentiens, dico si vim præpositionis retinere
velimus, & tamen exponere εἰς, dicendum esse ὑπὸ Ἴλιον
sonare εἰς Ἴλιον ὑψηλόν. Est certè cũ accusatiuo constru
ctio in prosa etiã frequens, pro Sub. Plutarch. in Colo-
tem, καὶ τὴν ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸν, &c. Id est, Sub ter-
ra. Sic ὑπὸ τὸ δέρμα, pro Sub cute, ex Theophr. affertur.
Et ὑπὸ τὸν πυρῆνα pro Sub nucleo, ex eodem. Et quē-
admodum τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ dixi vocari à principe eos quos
sibi subiectos habet, siue sub sua ditione, ita τοὺς ὑφ' ἑαυ-
τὸν eosdem appellare sciendum est. Tale est apud Xen.
τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν ἡγεμόνων. Itidémque ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι ex eo-
dem scriptore affertur. Sic & apud Platonem, Polit.
lib.1, πόλεις τε καὶ ἔθνη διωκήσαιμι ἀνθρώπων ὑφ' ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι.

Ὑπὸ, de tempore dictum, itidem redditur præposi-
tione Sub. nam vt Latinè Sub noctem, sic Græcè ὑπὸ
πλὴν νύκτα dicitur. (Sed interdum ὑπὸ νύκτα pro κατ' νύκτα,
Per noctem, De nocte, Noctu. Estque ita vsus post Ho
merum Thucydides) Sic ὑπὸ τὸν Λακωνικὸν πόλεμον, Ari-
stot. Et ὑπὸ πλὴν καπάλισιν τῶν πολέμου, apud Xen. Sub nẽ
belli. Sic ὑπὸ σεισμόν, apud Thucyd. Et ὑπὸ κύνα, apud Ari-
stot. Sub caniculam, Sub tempus caniculæ, siue sub ex-
ortum. (Redditur alioqui & tãquam positum pro κατ',
Tempore caniculæ, Exortu caniculæ) Denique ὑπὸ τῶν-
τον τὸν χρόνον itidem dicunt pro Sub hoc tempus. Et ὑπὸ
τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Sed hic quoque redditur interdum ὑπὸ
per κατ'.

Ὑπὸ cum accusatiuo & datiuo constructionem per-
mutat, vt tradit Eustath. quem vide.

Ὑπὸ in compos. non solùm ponitur pro Sub: (cuius
significationis exemplum habes cum in aliis verbis,
tum in ὑπάγω & ὑπέχω) nec tantùm de eo dicitur qui se
submittit alii in re quapiam, tanquam ei subiectus, (vt
vides in ὑπακούω) vel diminutionem significat, (vt do-
cebunt te ὑποβρύχιος & ὑπόλυκος) sed etiam indicat ali-
quid sensim seu paulatim simúlque cum aliqua fraude
fieri. vt videre est in ὑποχρέμαι & ὑπάγομαι. Nõnunquã
verò ὑπὸ idem valet quod περί. vt quum ὑπαγορεύω po-
nitur pro παραγορεύω, & ὑπάγω pro παράγω, aliáq; iti-
dem. Affertur verò & pro πρός, vt in ὑποφέρω pro
προσφέρω. Item pro ἀνά, (id est pro ea significatione
quam habet ἀνὰ in cõpositione) vt in ὑποθυμῶ & ὑποθυμιάζειν.
Dicitur etiam augere, sed tacita antiphrasi: O
affertúrque in exemplum huius significat. verbum ὑπο-
πίνω, pro Largius bibo. Sed hæc controuersia non ca-
rent. Interdum autẽ vacat: vt in ὑπολείπω, & in non-
nullis aduerbiis, veluti ὑπὸ κάτω, & ὑπὸ αἴω.

Ὑπὸ in compos. apud poetas interdum posteriorem
syllabam mutat in consonantem à qua simplex inci-
pit: veluti quum ὑβάλλειν dicitur pro ὑποβάλλειν. (Sed
alii ὑβάλλειν scribunt: & tunc non mutare posteriorem
syllabam, sed omnino amittere dicetur) Eiusdem ge-
neris est κάββαλε pro καταβαλε.

Υ Σ Τ Ε Ρ Ο Σ, ου, ὁ, deriuatũ est ex ὑπὸ, teste Etymologo. is enim scribit ex ὑπὸ fieri primùm ὑπότερος, regulariter, vt πρότερος à πρό: inde autẽ facta syncope, ὕστερος, ex quo ὕστερος, π in σ conuerso. Eam certè hic cõparatiuus significationem præpositionis ὑπὸ sequitur qua pro μετὰ accipitur, id est Post. significat enim Posterior: nonnunquam verò Serior: interdum & Sequẽs, Secundus. & oppositum habet πρότερος vel πρῶτος. Plut. Symp. 8, ἔν τε δόγμασι καὶ νόμοις, ἔν τε συνθήκαις καὶ ὁμολογίαις, κυριώτερα τὰ ὕστερα νομίζεται καὶ βεβαιότερα τῶν πρότερον. Æschin. in Ctesiph. τοὺς μὲν βοηθείας ὡς δεῖ πολὺ πόλιν πρότερον ποιεῖσθαι τῶν ἀεὶ δεομένων τῶν Ἑλλήνων, τοὺς δὲ συμμαχίας ὑστέρας ποιεῖσθαι μετὰ τὰς ἀνεγκλησίας, posteriore seu secundo loco inire belli societates. Et apud Plat. in epist. ὑστέρα πορεία, sequens seu secunda profectio. Item ὑστέρῳ ἔτει μετὰ τὴν ἀπόστασιν, altero à defectione anno. Homo etiam aliquis dicitur ὕστερος ἐρχεσθαι, qui serior venit & post alios. Aristoph. in Vespis, κοὐδὲς φέρει σωληνικὸν δραχμὴν κἂν ὕστερος ἔλθῃ, etiamsi serior venerit. Thucyd. lib. 4, pag. 150, ὕστερος ἀφικνεῖται ὅτι τὸ Δήλιον, ἤδη τῶν Βοιωτῶν ἀνακεχωρηκότων. Sic Homer. Iliad. σ, — ὁ δέ τ' ἄρχυται ὕστερος ἐλθών. Iliad. ω, — ὁ δ' ὕστερος ὤρνυτο χαλκῷ Πάτροκλος. Rursum Iliad. σ, idem, Νῦν δ' ἐπὶ σοὶ Πάτροκλε σεῦ ὕστερος εἶμ' ὑπὸ γαῖαν, quum post te subiturus sim terram. Et rursum Thucyd. lib. 3, pag. 117, ὑστέροις Ἀθηναίων τοῖς ξυμμάχοις αὐταχωροῦσιν ὅτι ἐπέθεντο, post Athenienses abscedentibus. vt & schol. expon. μετὰ τοὺς Ἀθηναίους. Sicut verò Æschines dicit in loco paulo antè citato, τὰς συμμαχίας ὑστέρας ποιεῖσθαι, postea inire belli societates, ita Homer. Odyss. π, vers. 318, Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἀν ἔγωγε καθ' σταθμοὺς ἐθέλοιμι Ἡμέας πειράζειν, ἀλλ' ὕστερα ταῦτα πένεσθαι, sed hæc postea facere. Alioquin aliquis dicitur aliquid ὕστερον ποιεῖν τινι vel ὕστερον τιθεσθαί τινος pro Posthabere, Postponere. Plutarch. in Demetr. p. 1665 meæ edit. πάντα ποιησάμενος ὕστερα τῶν ἐντυχεῖν βουλομένοις, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς πρεσβύπδος ἐκείνης ὅτι πολλὰς ἡμέρας ἐφόλασεν. Pro quo in Apophth. Philippi dicit, οὐ μόνον ἐκείνης ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθὼς διήκουσεν. Sic ὕστερον ἡγεῖσθαι τὸν πλοῦτον τοῖς λόγοις, Postponere & posthabere. Quibus adde hoc Thucyd. lib. 8, pag. 275, νομίσας πάντα ὕστερα εἶναι τὰ ἄλλα πρὸς τὸ ναῦς πτησαι τοὺς ξυμπροσκομίσαι καὶ τὴν Λακεδαιμονίοις ἀσφαλῶς πρᾶξαι θαλάσσαι, ἀθυμοῦντες ἀφεῖς τὸ εἰς τὴν Χίον, ἔπλει εἰς τὴν Καῦνον. vbi schol. expon. νομίσας πάντα ὢν δευτέρῳ εἶναι τῶν προσκομίσαι πτησαι ναῦς. Valla, Cætera omnia posthabenda existimauit, satiúsque esse vt deduceret tot naues. Dicitur sese etiam aliquis ὕστερον πνὸς πένεσθαι, cui se submittit & supra quod se non effert. Plutarch. Fab. ὕστερον αὐτὸν τῶν νόμων καὶ τῶν ἀρχόντων τίθησι, Legi & consuli se submittit, Legibus se & consule demitiiorem gerit. Cui adde hoc Æschinis, μὴ ἔμπροσθεν τῶν νόμων ἀλλ' ὕστερος πολιτεύου, noli te præferre legibus, sed eis te subiice, & eis sis secundus. Præterea aliquis dicitur aliqua re esse ὕστερος πνὸς, itidem pro Secundus, Inferior: seu Posthabendus & postponẽdus quod illam ad rem attinet. Thuc. lib. 1, οὐδενὸς ὕστεροι γνώμην φανεῖσθαι. Et lib. 7, pag. 260, οὔτ' ἀτυχίᾳ δοκῶν που ὕστερός τοῦ εἶναι τὸν ἴδιον βίον καὶ ἐς τὰ ἄλλα, nulli inferior, nullique secundus. vt Virgil. — nulli pietate secundus. Sic ἀρετῇ οὐδενὸς ὕστερος, Nulli virtute secũdus. Homerus verò ἡλίκι ὕστερος dicit pro eo quod Latini Natu minor. forsan & Ætate secundus reddere queas, vt dicitur aliquem ætate antecellere, anteire, præcurrere. Il. ζ, Οὐδ' ἀφαμαρτοεπής· εἰ καὶ ἡλίκι ὕστερος ἦεν. id est, ἡλικίᾳ νεώτερος ὤν. Alibi dicit ὁπλότερος ἡλικῇ, & ἡλικίῃ νεώτερος: quidam alii μετηλικέστερος pro eodem. ‖ Affertur & ὁ ὕστερος σύλλογος, pro Proximum concilium, id est Proximè venturum. Itidémque ὑστέρῃ Ὀλυμπιάδι, pro, Proxima Olympiade. Budæus certè annotat, vt πρότερος χρόνος dicitur Tempus præteritum, ita ὕστερον dici futurum, afferens ex Andocide, αἂν ὑστέρῳ χρόνῳ μεταμελήσῃ. Alioqui ὑστέρῳ χρόνῳ dicitur pro Postea. vt apud Plutarch. in Amat. narr. ὑστέρῳ γεμιῶ χρόνῳ δίκας ἔδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Postea pœnas dederunt. vel potius Nõ multo post, vt Polit. vertit. Ex Plat. autem De leg. ἐν ὑστέροις χρόνοις.

Item ἐν ὑστέρῳ dicitur pro ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ, Postea, Postmodum. Quod apud Thucyd. aliquoties occurrit, vt libro 3, pag. 87, & lib. 8, pag. 271, necnon pag. 266 eiusdem libri, vbi νῆες ὕστερον διαφερόμεναι schol. expon. μετὰ τοῦτο προσκομιζόμεναι. Sic ἐς ὕστερον dicitur pro ἐς ὕστερον χρόνον, vt apud Latinos quoque In posterum pro In posterum tempus. Hesiod. Erg. Ὡς αὖ χρηίζων, καὶ ἐς ὕστερον ὄρκιον ὄμνυς. Et ex Plat. epist. 7, εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπόν. (Ex Gal. autem ad Glauc. εἰς ὕστερον δὲ, pro Deinde. Et οἱ εἰς ὕστερον, posteri, Bud. ex Gregor.) Affertur & cum articulo εἰς τὸ ὕστερον, pro εἰς τὸ ἑπόν, itidem pro In posterum seu In futurum. quod aliquã do dicitur etiam significare In posterum diem, In sequentem diem, id est In crastinum. At ἐξ ὑστέρης nescio vnde afferatur pro Rursus.

Ὑστέρον aduerbialiter accipitur pro Pòst, Postea, Posteriore loco, Posterius, Deinde. (nonnunquam etiam pro Serius, Tardius: necnon pro Deinceps, Posthac) Plato De rep. lib. 1, τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν τὸ πρῶτον ὀνομαζόμενος, τὸν ὡς ἀληθῶς ποιμένα οὐκέτι ὧν δεῖν ὕστερον ἀκριβῶς φυλάττειν; Deinde, Posteriore loco. Vbi nota ei opponi πρῶτον, vt in hoc loco Hesiodi Theogon. Σφᾶς δ' αὖ τοὺς πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν, Et primo loco & posteriore, Et primo & vltimo loco, Et primùm & nouissimè. Rectius enim per superlatiuum redditur, quũ præcedat alius itidem superlatiuus πρῶτον. Quò referẽdum ὕστερον, quod interdum significat Tandem, Denique. æquiualent enim duo hæc aduerbio Postremò significanti Postremo loco. Interdum verò cum genitiuo iungitur. vt quum Xenoph. dicit ὕστερον τῶν ἱππέων, post equites. Et Herod. ὕστερον τούτων, Post ea tempora. quo significatu & ὕστερον χρόνων τούτων vsurpatum reperitur. Interdum cum datiuo, qui nimirum tempus significat. veluti quũ Isocr. dicit πένθ' ἡμέραις ὕστερον, pro Quinque diebus póst: in Æginet. ἀδελφὼ δὲ κόρω πέμπτε καὶ δεκ' ἔτη γεγονῖαν ἐντὸς τελέκοντ' ἡμερῶν κατέθαλα, τὼ δὲ μητέρα οὐδὲ πένθ' ἡμέραις ὕστερον. vt & Xenoph. Hellen. 1, initio, μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον, non multis diebus póst. Et Plato De leg. ὕστερον μᾶ ἡμέρᾳ τῆς μάχης, Vno post pugnam die, seu Postridie pugnæ. Sic χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον, Non multo pòst tempore, Non multo interiecto tempore. Demosth. οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον ἢ ἐξέπεμψεν, non multo pòst quàm emisit tempore. Et apud Xenoph. βραχεῖ χρόνῳ ὕστερον, Breui pòst tempore, Paulo póst. Item ὕστερον ὀλιγῳτῷ τριήρης ἀφίκετο apud Platonem in Epist. Anno pòst venit triremis. Necnon χρόνῳ ὕστερον dicitur pro Post id tempus, Insequẽti tempore. Philo De vita M. lib. 2, χρόνῳ δ' ὕστερον ὀλίγῳ τῶν ὑπολειφθέντων πάλιν τὸ ἤθος συναυξηθέντος, postea. Itidémque Plut. De def. orac. ὕστερον δὲ χρόνῳ, quodam postea tẽpore. Et in Lycurgo, ὕστερον ποτὲ χρόνῳ. Sed & omisso substantiuo χρόνῳ idem in Per. dixit, ὀλίγῳ δ' ὕστερον pro ὀλίγῳ δ' ὕστερον χρόνῳ, Breui pòst tempore, Paulo pòst, Nõ multo póst. Vbi itidem subauditur ablatiuus Tempore. Sic Thuc. initio sui libri 1, πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔτι καὶ τῶν Τρωϊκῶν ἡμῶν, quum longo post bellum Troianũ tempore fuerit, Homerus nimirũ. Sed loco huius datiui πολλῷ & ὀλίγῳ interdum ponitur accusatiuus πολὺ & ὀλίγον. vt quũ idem Plutarch. in Publicola dicit, ὀλίγον ὕστερον, & in Lycurgo, μικρὸν ὕστερον, paulo post. Itidémq; οὐ πολὺ ὕστερον dicitur pro Non multo post. At αὖθις ὕστερον ex Thuc. affertur pro Rursus simpliciter. Ascíscit sibi hoc aduerbiũ etiam articulum. Dicuntur enim οἱ ὕστερον, Posteri. vt apud Herodianum initio libri 1, οὐκ ἀγνοῶ τὴν γνῶσιν καὶ τοῖς ὕστερον ἔσεσθαι πρὸς δοκήσας, sperans haud iniucundam fore posteritati earum rerum notitiam. Et apud Plut. in Apophth. οἱ ἐκείνων ὕστεροι, illorum posteri. Necnon apud Aristot. Hist. anim. lib. 5, τῷ ὕστερον ἔτει, Secũdo anno, seu postero anno.

Ὑστέρου, seu Ὑστέρα, Secundæ. Tradit enim Marcell. Virgil. apud Dioscor. ὕστερα secundas dici, omnia nimirum quæ editum in lucem infantem statim sequuntur: χρεῖον autem, quod ante puerperium tunica & inuolucrũ fœtus sit.

F OE M. G E N. Ὑστέρα δεκάτη Atticis dicitur ἡ δὲ εἰκάδος ἡμέρα, vt Etymol. annotat, & lexicum meũ vetus: λῶ (inquiunt) ἡμεῖς κά καλοῦμθν. ea igitur est vigesima prima mensis dies, quem mensem in tres diuidere

δεκάδας solebant. ‖ Apud medicos autem & physicos ὑστέρα, Vulua, Vterus, Loci muliebres, seu Loca fœminarum. vt apud Plat. in Tim. μήτραι καὶ ὑστέραι λεγόμθναι, vuluæ & matrices quas vocãt. Vbi nisi intelligamus μήτραι καὶ ὑστέραι quasi dixisset μῆραι quæ etiã ὑστέραι vocãtur: mirum fuerit vnũ alteri addi, quũ pro eodem accipi soleant, vt tum aliis ex locis patet, tum ex hoc Sorani in lib. quem περὶ μήτρας καὶ παιδίου αἰδοίου inscripsit, ἡ μήτρα (inquit) καὶ ὑστέρα λέγεται καὶ δελφύς. Vbi quum rationes horum nominum attulisset, cur nimirum μήτρα dicatur & cur δελφύς, huius etiam nominis etymologiam, exponit: ὑστέρα δὲ (inquit) λέγεται, διὰ τὸ ἐφάπτειν κεῖσθαι τῶν ἀπλάγχνων, εἰ μὴ πρὸς ἀκρίβειαν, ἀλλὰ κατὰ πλάτος. Itidémque Poll. lib. 2 scribit τὸ μητρῷον χωρίον nominari μήτραν, ὑστέραν & δελφύν. Hæc de nomine. Subiiciam nunc exempla quædam. Dioscor. lib. 1, cap. 184, ὑστέρας αἰγαγαλαστικὸς, μετὰ ἀμυγδάλου λείου πτόλιθος, vuluam recludit cum detrita nuce Græca potus, vt Ruell. vertit. Apud eũdem & alios medicos ὑστέρας αἰδροφόρος, vuluæ in superiorem partem ascensus & veluti recursio: & ὑστέρας παρέγκλισις, vuluæ declinatio in latus: necnõ ὑστέρας διαστροφή. V N D E Ὑστερικὸς, ῆ, ὁ, Ad vuluam (id est τῶν ὑστέρων) pertinẽs, seu Qui vuluæ est. vt ὑστερικὸς ὑμέν, vuluæ seu vteri membrana. nam & ipsa suũ habet ὑμένα. Et apud Aristot. Hist. anim. l. 6, ὑστερικοὶ πόροι, Vuluæ meatus, seu Genitales fœminæ meatus. Ex lib. 4 autẽ eiusdem, ὑστερικὸς ὅτι τῆς θηλείας affertur pro Fœminæ est pro vulua. Itẽ ὑστερικὴ πρωπάσις apud medicos, Procidentiæ vuluæ, seu Vulua procidẽs. Necnon ὑστερικὴ πνῖξ, Vteri suffocatio, Vuluæ strangulatus. qui est (vt Gorr. tradit inter alia) vuluæ ad superiora recursus, principalissimas partes in doloris consortium perducens. Quum enim vterus secundum omnes positionum differentias loco moueri possit, attamen nisi sursum feratur, suffocationem non inducit. non enim aliud suffocatio est quàm respirationis defectus. Itaque supernas partes respirationi inseruientes affici necesse est, sursumque ferri ab vtero suffocationis causam. Sũt autem inter omnes præcipuæ, cor, diaphragma & cerebrum, ad quas affectionis noxa peruenit: ad cor quidem, per arterias: ad cerebrum verò & diaphragma, per spinæ membranas & neruos. De cauſis autem huius morbi & symptomatis vide plura apud eundẽ: vide & Πνῖξ. Inde ὑστερικαὶ γυναῖκες, V E L Ὑστερικῶς πνιγόμθναι, quæ obnoxiæ sunt huic malo. Dioscor. lib. 3, cap 67, de anetho, χρήσιμον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ καὶ γυναῖξιν ὑστερικαῖς εἰς ἐγκάθισμα, fœminis vuluæ malo opportunis ad desessiones, vt Ruell. interpr. Et lib. 2, cap. 10, de vngue odorato, ἐγχρίουσι δὲ καὶ οὕτι ὑποθυμιαθέντες τοὺς ὑστερικῶς πνιγομένους καὶ ὀπληπτικοὺς, suffitu excitant fœminas vuluæ strangulatu oppressas.

Rursum ὑστέρα dicitur pro ὑστέρα ἡμέρα, Postera dies, Sequens dies. Quo modo accepit Themistocles apud Plutarchum in lib. De fort. Rom. quum πρός τινας τῶν ὕστερον ἀνημερωμένων Ἀθηναίων στρατηγῶν καὶ πειρᾶσθαι αὐτὸν ἀξιοῦντων, inquit τὴν ὑστέραν ἑορτάσαι πρὸς τὴν ἑορτήν, posterum diem cum die festo olim contendisse: de dignitate nimirum. Licet enim postera festi dies honorata sit & celebrata, vtpote in qua cernantur aliquæ adhuc festi reliquiæ, nullo tamen modo cum ipso festo est conferenda. Sed hæc ὑστέρα frequentius D I C I T V R Ὑστεραία, vt πρωταία nominatur ἡ πρωΐα, quã Vigiliam festi Plautus appellat. Poll. lib. 1, cap. 7, ἡ δ' ὑπόυσα ἡμέρα καλεῖται αὔριον καὶ ὑστεραία, dies sequens seu posterus. Plato epist. 7, ἔφω εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀπαγγελεῖν, dixi me postridie renuntiaturum. Ibidem, εἰς τὴν ὑστεραίαν εἶπον πρὸς Διονύσιον. pro quo ibidem dicit τῇ μετὰ ταῦτα ἡμέρα ἐλθών. Itidem Galen. ad Glauc. lib. 1, κατὰ τὴν ὑστεραίαν, postero die. Æschin. in Ctesiph. νυξὶ δὲ μέσῳ, καὶ παρῆν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Demosth. in Tim. νόμον εἰσήνεγκεν ἀδὺς τῇ ὑστεραίᾳ, postridie statim legem tulit. id est τῇ μετὰ τὴν πρωΐαν ἡμέρα. Xenoph. Pæd. 8, ἡνίκα δὲ ἡ ὑστεραία ἦκε, postera dies. Dixi nonnunquam ὑστεραίαν dici τὴν αὔριον, diem crastinam. ea enim proximè sequitur hodiernam. vt apud Demosth. in Mid. τὸ μὲν πρῶτον ὅπως ἐξῆν ἐδεῖτό μου τὴν δίαιταν, ἔπειτα εἰς τὴν ὑστεραίαν αἰαβάλλεσθαι, institit vt arbitrium prorogarem & sustinerem, postremò vt in crastinum reiicerem. Et apud Synes. epist. 108, ὁ δὲ ἀγὼν τῆς ὑστεραίας, cras erit certamen. S E D Ὑστεραῖος dicitur etiam de eo qui fit τῇ ὑστέρᾳ, die postero. vt apud Xen. Hellen. 2, τῇ ὑστεραίᾳ προσβολῇ κατὰ κράτος εἷλε, postera die oppugnans. vel etiam Secunda oppugnatione. vt idem sit acsi dixisset τῇ ὑστέρᾳ seu δευτέρᾳ προσβολῇ.

C. Ὑστεροβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui post factum consultat, vt serò sapientes Phryges, & ὁ ἀμδροπίνοος Ἐπιμηθεὺς apud Hesiodum. V N D E Ὑστεροβουλία, ας, ἡ, Hesychio ἐφάπτη βουλή, μετάνοια, μετάμελος, Serum consilium, Sera pœnitentia. in Prouerb. Salomonis, & apud Gregorium, teste Budæo.

C. Ὑστερογῆνς, ένος, ὁ καὶ ἡ, Natu seu ortu posterior. τῷ γῆνεῖ ὕστερος, seu τῇ γῆνεῖ ὁπλότερος, vt Homer. loquitur. Idem cũ μετὰ γῆνς, oppositum τῷ πρεσβυγῆνς, necnon τῷ συγγῆνς apud Aristot. quũ ait, γένοιτο δὲ μᾶλλον αἱ τέχνες τῆς ἀφροδισιαστικῆς αἱ συγγῆνεῖς· αἱ δ' ὑστερογῆνεῖς γίνονται θᾶττον. Quæ verba Plin. hic vertit, Libidinosis congeniti pili maturius defluunt: agnati, celerius recrescunt.

C. Ὑστερολόγος, Qui posterior verba facit, seu Qui secundo loco loquitur. Bud. hunc locum affert sine autoris nomine & interpretatione, ἡ τύχη, ὥς τῶν ποιήσεια, ποτὲ μὲν πρεσβυλόγου, ὁτὲ δ' ὑστερολόγου πρεσβεύσασι πρέσβυν.

C. Ὑστερόμυπς, idem qui ὑστεροβουλος, Qui post factum sapit. Nonn.

C. Ὑστεροπότμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Hesychio est ὦ ζῶν ἀπὸ πάφος οὐ τεθνηκὸς γάρειν, cui etiamnum viuo, non mortuo, bustum erectum est. seu (vt alii interpr.) Cui etiamnum viuo, vita tantùm ex hominum opinione defuncto, rogus fuit structus. vt Plutar. quoque in Problem. Rom. non procul ab initio, pag. 472 meæ edit. innuit ὑστεροπότμους dictos fuisse οἷς ἐκφορὰ γεγόνει καὶ πάφος ὡς τεθνηκόσι. Vbi vide quæ de Aristino quodam refert. Rursum Hesych. annotat ὑστεροπότμον esse τὸν δεύτερον γάμον. nisi potius scribendum τὸν δεύτερον γαμοῦντα vel γήμαντα.

C. Ὑστεροπους, Qui seriore aduenit pede. id est Qui serius seu tardius venit. Hesychio ὁ ὕστερον ἐρχόμθνος. Ex Eurip. certè affertur ὕστερος ποὺς pro Pes relictus & longè sequens.

C. Ὑστεροφημία, ας, ἡ, Fama apud posteros, vel Fama & nomen celebre post obitum. Plutarch. in lib. quem inscripsit, Quomodo quis sentiat se in virtutis studio proficere, de Alexandro magno loquens, ἄγγελον ἰδὼν πρεσχαρῆ πρὸς δέοντα, καὶ τὴν δεξιὰν πρὸς πιτόντα, Τί μοι μέλλεις, εἶπεν, ὦ παῖ ἀπαγγελεῖν; ἢ ὅπ Ὅμηρος αἰαβεβίωκεν; οὐδενὸς αὐτῷ τὰ πράγματα πλὴν ὑστεροφημίας ἐνδεῖν δέόμθνος. Budæus interpr. Posthuma & superstes fama, Laus post mortẽ.

C. Ὑστερόφωνος, Qui posterior vocẽ edit, Post aliquem vocem edens. Ex Gregor. τὸ τῆς φωνῆς ὑστερόφωνον affert Bud. pro Vox ab echo reddita. recantat enim echo, & vocem reciprocam edit. Vnde ab Ouidio dicitur Vocalis nymphe, quæ nec reticere loquenti, Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis echo.

C. Προθύστερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præposterus. Grammatici πρωθύστερον, E T Ὑστερον πρότερον S I V E Ὑστερόπρωτον, vocãt quum in oratione quod natura prius est, posterius refertur. Eadem E T Ὑστερολογία nominatur. Sic enim Donatus in suo De figuris libello, Hysterologia siue Hysteron proteron, est sententiæ cum verbis ordo mutatus. vt, Et Cererem torrere parant & frangere saxo. Dicit autem hanc hysterologiã esse speciem hyperbati: quod hyperbaton est transcẽsio quædã verborũ ordinẽ perturbans. Attamen exemplũ hoc parum aptum est, quũ torrere flammis ibi nihil aliud sit quàm Exiccare & arefacere, vt ex præcedentibus patet. Tum (inquit) Cererem corruptam vndis, cerealiáque arma Expediunt fessi rerum: frugéſque receptas Et torrere parant Flammis & frangere saxo. Patet verò & ex hoc loco eiusdem, libro 1 Georg. Nunc torrete igni fruges & frangite saxo. Vide etiam Seruium.

H Ὑστερέω, ῶ, Fut. ήσω, Sum ὕστερος, Posterior sum. Plutarch. ἡ τῶν Ἰώνων ἀποικία ὑστερεῖ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου ἔτεσιν ἑξήκοντα, annis sexaginta posterior est reditu Heraclidarum. Vbi nota datiuum cum genitiuo, quibuscum ὕστερος quoque iungitur. Nec verò solùm significat

Posterior sum tempore, sed etiam Serius venio, Tardius aduenio, seu adsum. vt in Axiocho qui Platoni adscribitur, de Cleobi & Bitone fratribus, τῶ ζεύγους ὑστερήσαντος ὑποδυόντες αὐτοὶ διώδευκαν αὐτὸ εἰς τὸν νεω. Ibi enim ὑστερήσας idem est quod οὐ προσδεχομένου ἐν ὥρῃ. vt Herodotus lib. 1, eãdem referens historiam, ἐούσης (inquit) ὁρτῆς τῆι Ἥρῃ τοῖς Ἀργείοισι, ἔδεε πάντας τῶν μητέρα αὐτῶ ζεύγεϊ κομιθῆναι ἐς τὸ ἱρόν. οἱ δὲ σφι βόες ἐκ τῶ ἀγροῦ οὐ παρεγένοντο ἐν ὥρῃ. ἐκκλησιάζομοι δὲ τῆ ὥρῃ οἱ νεηνίαι, ὑποδυόντες αὐτοὶ ὑπὸ τῶν ζεύγεϊ, εἵλκον τῶν ἁμαξαν· ὀπῆ τῆς ἁμαξῆς δὲ σφι ἐχέτω ἡ μήτηρ. Sed & alia re aliquis ὑστερεῖν dicitur, veluti quum Thucyd. libro 1, pag. 43, ait, τὰ παραυτίκα μὲν ὑστέρησαν τῆ διώξει ibi enim ὑστέρησαν τῆ διώξει idem est quod ἐβραδύνεν τῆ διώξει, vt schol. expon. Id est, Lētius insequuti sunt, seu Tardiore pede. nolebāt enim eos persequi vlterius. Necnō die vno aut pluribus ὑστερεῖν τῆς μάχης dicitur qui serius seu tardius ad pugnam venit, & ὕστερος τῶν ἄλλων. Aristid. ὑστέρησαν τῆς μάχης ἡμέρα μιᾶ. vno post conflictū die venere. id est, postridie quàm pugnatū est. Sic Herodot. ὑστέρησαν ἡμέρῃ μιῆ τῆς συνκειμένης, peruenerunt postridie eius diei qui destinatus erat. At ex Plutarch. Oth. ὑστέρησε τῆς μάχης, pro, Prælio non interfuit. Quæ interpretatio nimis generalis est: & forsan reddendum, Venit post prælium. vt Isocr. in Paneg. ὑστερεῖν τῶν βαρβάρων dicit pro Post barbaros venire: διὸ (inquit) δεῖ σπεύδειν, καὶ μηδεμίαν ποιεῖσθαι διατριβὴν, ἵνα μὴ πάθωσιν ὅπερ οἱ πατέρες ἡμῶν· ἐκεῖνοι γὰρ ὑστερήσαντες τῶ βαρβάρων, καὶ πρεσβύτεροι πρὸς τῶν συμμάχων, ἰώνας κατέθησαν ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς κινδυνεύοντες· ἢν αὐτοῖς πρεσβύτεροις διαβᾶσιν εἰς τὴν ἤπειρον, μετὰ πάσης τῆς τῶν Ἑλλήνων δυνάμεως, ἐν μέρει τῶν ἐθνῶν ἕκαστον χειρώσασθαι. Vbi nota vicinæ significationis verba διατριβὴν ποιεῖσθαι & ὑστερεῖν: & opposita his σπεύδειν & πρεσβύτεροις ἐλθεῖν, seu πρεσβύτεροις διαβῆναι. Dicitur aliquis ὑστερεῖν τινος etiam pro Frustrari, Non assequi: vtpote in quo captando vel persequendo fuit negligentior. Thucyd. lib. 3, ἐπειδὴ τῆς Μιτυλήνης ὑστέρησε, postquam Mitylene frustratus erat seu exciderat. Synes. epist. 141, ὑστερήσῃ γὰρ μου τῆς παρουσίας, nimirum αὐ φολαιότερον ἀποστείλας, Frustrabitur mea præsentia. id est, Nō me inueniet præsentē, Veniet post meum discessum. Isocr. ὑστερεῖν τῶν καιρῶν καὶ τῶν πραγμάτων, frustrari rerum gerendarū occasionibus: quū nimirum aliquis eas præoccupare neglexit, seu eas sua cunctatione & procrastinatione πρόηκατο. quo sensu ἀπολείπεσθαι etiā dixit. Quibus adde hoc Clearchi apud Athenæum initio libri 14, Νῦν δὲ πρότερόν γε τῶ πόνου πλὴν ἡδονὴν προλαμβάνοντες, ὑστεροῦμεν παγαθοῦ. Nisi ibi ὑστερεῖν malis accipere pro Destitui, Carere. Nam & in hac significatione accipitur interdum. quamobrem exponitur non solùm, Sum inferior, necnon Frustror, Non assequor, verùm etiam Deficior, Non habeo, Deest mihi, Penuriam patior. vt apud Demosth. ὑστεραῦ πολλῶν, Multis destituor, Multa desunt. & apud Alciphr. οἶδας γὰρ οἷόν ἐστιν ἑκάστου τοιούτου καὶ βραχὺ ὑστερῆσαι χρόνον, carere, vt Bud. interpr. Sic Lucæ 22, μή τινος ὑστερήσατε; num quid vobis defuit? Et in epist. ad Corinth. 1, cap. 12, τῶν ὑστεροῦσι περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, ei cui deerat, copiosiore tributo honore. id est τῶ χρείαν ἔχοντι, ei cui opus est. At epist. ad Cor. 2, cap. 11, λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, Puto enim me nihilo inferiorē fuisse summis apostolis. Res etiā aliqua ὑστερεῖν dicitur qua destituimur seu deficimur, Quæ nos deficit, Quæ nobis deest. vt Bud. quoque annotat ὑστερεῖν apud Plutarch. & Dioscor. accipi pro Abesse & deesse: afferens simul hunc locum Ioann. 2, καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τῶ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν, Οἶνον οὐκ ἔχουσι, Quum deesset vinum. seu Quum defecisset vinum. Sic pro his apud Matth. 19, πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. τί ἔτι ὑστερῶ; quo adhuc deficior? Marcus cap. 10 habet, ἕν σοι ὑστερεῖ: & Lucas cap. 18, ἔτι ἕν σοι λείπει, vnum tibi adhuc deest.

A B C D E F G H

Π Α Σ Σ. Ὑστερέομαι, οῦμαι, idem significat quod ὑστερῶ, vt ἀποροῦμαι idem quod ἀπορῶ: id est Deficior, Destituor, Egeo, Inopiam seu penuriā patior. In qua significatione interdum absolutè & sine casu ponitur, interdum cum genitiuo. Absolutè, vt Lucæ 15, prodigus ille postquam πάντα ἐδαπάνησε, ἐγένετο δὲ λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, ἤρξατο ὑστερεῖσθαι, cœpit penuriam pati, & victu deficī. Sic in epist. ad Cor. 1, c. 8, οὔτε, ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα, pauperiores reddimur: cui opponitur ibidem περισσεύομεν, vt & suprà. Et in epist. ad Philipp. c. 4, χαρπάζεσθαι καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι. Cū genitiuo autem Basil. ὅσοι ὑστερεῖσθε ἀρτων, ἔλθετε πρός με, quotquot deficimini & egetis panibus. Et Paulus epist. ad Rom. cap. 3, πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, omnes enim peccauerunt, & deficiuntur gloria Dei. id est Non assequuntur, Ad eam non peruenīunt. Idem diuersa constructione in epist. ad Corinth. 1, cap. 1, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, adeo vt nullo dono deficiamini. Propriè autem ὑστερούμαι esse volunt Linquor in cursu & posterior fio, ὕστερος γίνομαι, & ἐλλείπομαι.

V N D E Ὑστέρημα, ατος, τὸ, quod significat Partes posteriores & ἥττας seu ἧττημα, eius præcipuè qui in cursu deficit & vincitur: cui opponitur περίπρημα. Alioqui significat etiam defectum, inopiam, penuriam, indigentiam seu egestatem, vt ὑστερεῖν & ὑστερεῖσθαι dictum est accipi pro Defici, Inopiam & penuriam pati, Indigere seu egere. Paulus in epist. ad Corinth. 2, cap. 11, τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοί. id est, Id in quo ὑστέρουν siue ὑστερούμην, Quod mihi deficiebat. Et in epist. ad Thessalon. 1, cap. 3, καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν. Rursum in epist. ad Corinth. 2, cap. 8, τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, vestra abundantia supplet eorum defectum, seu tenuitatem. Legitur & alibi passim tum apud eūdem tum apud alios Testamenti noui scriptores. E T Ὑστέρησις, εως, ἡ, Penuria, Inopia, Egestas. itidem vt ὑστέρημα. Marci 12, αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν, ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς· οἱ δὲ λοιποὶ ἐκ τῶ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον, E penuria sua. Pro quo Lucas cap. 21 dixit ἐκ τῶ ὑστερήματος αὐτῆς, ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν, ἔβαλε. I T E M Ὑστερητικός, ός, ό, dicitur ὁ ὑστερῶν, seu qui solet ὑστερεῖν & tardius accedere. Medicis ὑστερητικὸς τόπος dicitur retardatio accessionis. id est, motus accessionis, tardius quàm præcedens accessio inuaserat, recurrens. vel (vt diffinit Galenus) ὀπταμβαίνον τὶ τῶ μέλλοντος χρόνου, hoc est, aliquid futuri temporis assumens. Consequitur autem vel morbi proprietatē, quam ἦθος appellant, maximè quidem si proportionem per singulas accessiones seruauerit: vel declinationem significat, si tardior multo fiat quàm proportio prius seruata videatur exigere: vel si accessiones quæ tardare antea non solebant, tardari & subsequi cœperint. hoc enim modo facta retardatio, declinationem morbi ostendit, sicut & accessionum anticipatio, quæ προληπτικὸς τόπος dicitur, incrementum: cum quo rectè consentit aphorismus Hippocr. quo docet longam fore febrim quæ eadem semper hora inuadit. Gorr. Inde & C O M P. Ἀφυστερέω E T Καθυστερέω, ῶ, idem cum simplici significātia. Sicut enim ὑστερέω interdum significat Frustror, Destituor, ita ἀφυστερέω exponitur Defraudor. Præterea vt ὑστερέω significat Sum ὕστερος, ita καθυστερέω, Posterior sum, necnon Tardior sum, Serius venio & tardius. Polyb. lib. 16, τῶν δὲ Ῥοδίων οἱ καθυστεροῦντες, ἐκ τῆς αἰσχρᾶς σωτηρίας τοῖς περὶ τὸν Θεοφιλίσκον, Rhodiorum verò qui postremi erant, conuenerunt cum Theophilisco, Bayf. interprete. Plutarch. in Symp. sept. sap. ἠρώτησε αὐτὸν, nimirum Arionem, ὅπου πλεῖ ναῦς οἴεται καταχθήσεσθαι· ὁ δὲ, πάντως μὲν εἰς Κόρινθον, πολὺ μέντοι καθυστερεῖν. αὐτὸν γὰρ ἑπτέρας ἐκπεσόντα πεντακοσίων οὐ μεῖον οἴεσθαι σταδίων κομισθῆναι, καὶ γε λίνῳ δύο καταρρεῖν. respondit putare sese omnino appulsuram Corinthum: sed non dubitare quin longè post se remanserit, seu quin longè adhuc à se absit: vtpote qui vesperi in mare delapsus & à delphino vectus, existimet sese non minus quingentis stadiis confecisse iter. Seu Diu post se appulsuram. Theophr. datiuo iunxit, De caus. plant. libro 1, αἱ δὲ πίτυς τὰς χίας ποιοῦσιν ταῖς αὔξησεσι, ὥστε μὴ πολὺ καθυστερεῖν, εἰ μὴ κατὰ λόγον τοῖς ἀδιδείνοις. B. Significat etiā Cedo & Inferior sum. quomodo & ὑστερεῖν vsurpatur. Strabo, οἱ δ' ὕστερον οὐδὲ πύντων καθυστέρησαν, nec eis in his faciendis cesserunt. Id est, Non minori diligentia in hæc incubuerunt. B. Ex Luciano autem affertur καθυστερεῖν θαυμάτων

pro, Morte superari.

A

Ὑστερέω, F. ίσω, idem quod ὑστερέω, Sum posterior: item Tardo, Cunctor, Posterior venio. Aristot. Rhet. 3, ὀπτάλαμα ἐνθυμήματα esse dicit ὅσων ἢ ἅμα λεχθέντων ἢ γνῶσις γίνεται, καὶ εἰ μὴ πρότερον ἐπόνει, ἢ μικρὸν ὑστερεῖ διάνοια. Apud Suidam, πυθοῖς ἐπέταξε μιᾶ ἡμέρᾳ ὑστερεῖν βασιλέως, vno post regem die venire. vt & ipse Suid. expon. μετὰ μίαν ἡμέραν ἐρχεσθαι. Thucyd. libro 8, pag. 276, ὑστερήσαντες οὐ πολλοί. id est μετ' ὀλίγον ἐλθόντες. Item καιρῶν ὑστερεῖν dicitur & ἐν καιροῖς ὑστερεῖν, qui tarditate & cunctatione sua rerum gerendarum occasiones negligit, præripi sibi eas sinens. Xenoph. Pæd 8, ὅσῳ τοίνυν πρεσβύτεροι οἱ καιροὶ τῶν εἰς τὰ πολεμικὰ χρήσεων, καὶ μείζω τὰ σφάλματα ἀπὸ τῶν ὑστερεῖν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, Qui præueniri in eis se sinunt, Qui eas sibi præripi patiuntur sua negligentia & tarditate. Demosth. Pro cor. ὑστερεῖν ἐκ πύντων τὴν πόλιν τῶν καιρῶν, Vrbi præripi rerum gerendarum occasiones. Idem dicit ὑστερεῖν τῶν ἔργων, opponens ei ἐμπρήσειν εἰ τῶν πραγμάτων, & ἡγεῖσθαι τῶν πραγμάτων. Et rursum, πρὸς τὸ πολέμου καιροῖς ἀκολουθεῖν, καὶ μηδενὸς ὑστερεῖν. | Præterea aliquis ὑστερεῖν πινὸς dicitur quod amisit, Quo destitutus est. seu Quo destituitur, Quo deficitur. Isocr. ὑστερεῖν τῆς ἀκμῆς τῆς ἐμαυτοῦ, vires me deficiunt, vtpote senex. | Itē Inferior sum. Xen. καταῤῥαθυμήσαντες ὑστερεῖν τῶν ἱππέων. Idē Pæd. 1, κραυγῆ οὐδὲν ὑστερεῖν τῶ λαγῶ θοῶ. ἐξέπληττε αὐτόν, clamore premens non minore quàm quo lepus vrgeri solet. Itidem Philo vsurpauit pro Inferior sum, seu Superor, Vincor: De vita M. lib. 1, οἱ γὰρ ἐφεδροι τῶν ἀγωνιστῶν οὐκ ἐλαττούμενοι τῆς περὶ θυμίας, χρόνῳ καὶ τῶν φιλοτιμιῶν μόνον ὑστερεῖν, tempore & præceptione tantùm vincuntur, vt Turn. vertit.

D

V N D E Ἀφυστερέω, F. ίσω, itidē Serius venio, Tardo, Moror. Affertur enim ἀφυστερέσαι pro βραδῦναι, Morari. E T Ἐφυστερέω, Posterior sum vel fio. vt Thuc. schol. ἐφυστερέοντα expon. ὑστερον γενόμενα, subsequentia & posteriora, lib. 3, pag. 110, καὶ τὰ ἐφυστερέοντά που, πυθεῖν τῶν περὶ γενομένων, πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τῶ καινοῦσθαι τὰς διανοίας. I T E M Καθυστερέω, significans itidem Tardo, Moror, vt καθυστερῶ. Ecclesiastici cap. 16, οὐκ ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγματι ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐ μὴ καθυστερήσῃ ὑπομονὴ εὐσεβοῦς. Vbi vulg. versio habet, Et non retardabit sufferentia misericordiam facientis.

E

Ὑ Σ Τ Α Τ Ο Σ, eiusdem cum ὕστερον originis, eādem etiam habet significationem. vt enim illud significat Posterior, ita hoc, Postremus, Vltimus: πελευταῖος, ἔσχατος. Homerus Iliad. ε & Iliad. λ, — πίνα πρόσθεν, πίνα δ' ὕστατον ἐξεναρίζεν, quem primum & quem vltimum peremerit. Et Aristophan. Ran. ἐν τοῖς ὑστάτοις φέρεται, postremo loco dicam. vt idem dicit, ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὔπιπρος ὕστερος λόγος, posteriore loco cum his agam. Vtitur Herodian. quoque & Demetr. Phaler. At Lucian. dixit χέρων ἤδη ἐς τὸ ὕστατον, id est Summè, aut etiam Extremè: si quidem dici ita posset vt nos dicimus Extremement. Eodem certè modo & eadē de re vsurpauit idem Lucianus ἐς τὸ ἔσχατον, scribens, χέρων ἐς τὸ ἔσχατον. A T Ὕσταν E T Ὕσταται aduerbialiter accipiuntur, vt & apud Latinos Vltimùm, Postremùm, Vltimò, Postremò. Virgil. Extremùm affati. Liuius, Errabundi domos suas, vltimùm illas visuri, peruagantur. Lucian. pag. 150, ἡμεῖς μὲν οὖν τὸ ὕσταν προσειπόντες ἀλλήλοις, ἐμέμνοιμεν, vltimùm affati. Chiō in epist. προσαγορεύω σε ὕσταν. Sic Homer. Iliad. α, — νῦν ὕσταται λωβήσαιμο. Odyss. χ. Τῶ κε πάχ' ἔσσ' αἰὴρ νῦν ὕσταται ἐξέσαιτο. Idem copulat ὕσταν & πύμαν, necnon ὕσταται & πύμαται. vt Odyss. υ, Μνηστῆρες πύματόν τε καὶ ὕσταν ἤματι τῶδε Ἐν μεγάροις Ὀδυσῆος ἐλοίατο δαῖτ' ἐραπεινήν. Et Odyss. η, Ὕσταται καὶ πύμαται νῦν ἐνθάδε δειπνήσεαι. Odyss. υ, Ἠέ τ' ἐῶ μνηστῆρσιν ὑπεφιάλοισι μιχθῆναι ὕσταται καὶ πύμαται. Exponitur etiam Tandem. In qua significatione affertur ex Epigramm.

C. Ὑστάτος, Omnium postremus seu vltimus. ὁ πάντων ὕστατος, vt πανάριστος dicitur ὁ πάντων ἄριστος. Item πανύστατον aduerbialiter pro Vltimo & postremo loco, Omnium postremùm. Soph. Aiace, ἥλιον προσεννέπω πανύστατον, Omnium postremùm alloquor.

H

Ὑστάτος, ου, ὁ, idem cum ὕσταος, sed poeticum. id est, Postremus, Vltimus. Hom. Iliad. ο, πρόσθεν καὶ ὑστάτην βόεσσι Αἰὲν ὁμοστιχάει. Sic ὑστατίη νίκη Epigramm. lib. 5. A T Ὑστάπον aduerbialiter capitur pro Vltimò, Postremò: seu Vltimùm, Postremùm, vt etiā ὕσταον & ὕσταπα. Homer. Iliad. θ, — οὐκέτι νῶϊ Ὀλυμπίων Δαναῶν κικαδησόμεθ' ὑστάπον αὖρ. Exponitur & Tandem.

Ὑ Π Τ Ι Ο Σ, ου, ὁ, Supinus, Resupinus, In dorsum versus. Homer. Iliad. ω, Ἄλλοτ' ὀπὶ πλευρὰς καταπείμενος, ἄλλοτε δ' αὖτε Ὑπτιος, ἄλλοτε δ' αὖ πρηνής. vbi nota opposita ὑπτιος & πρηνὴς, supinus & pronus. Odyss. σ, πίσεν ὑπτιος ἐν κονίῃσι. Iliad. η, ὁ δ' ὑπτιος ἔμπεσε πέτρῃ. Iliad. η, ὁ δ' ὑπτιος ἐξετανύσθη. Vtuntur & prosæ scriptores. Athen. lib. 10, μόνοι δὲ οἱ πρὸ πίνω μεθυσθέντες εἰς πρόσωπον καὶ ὑπτιοι κλινόντων· quoniam nimirum οἱ ὑπὸ τῶν λοιπῶν μεθυστικῶν μεθυσθέντες ὀπὶ πάντα τὰ μέρη πίπτουσι· καὶ γὰρ ὀπὶ τὰ δεξιὰ καὶ δεξιὰ καὶ πρηνεῖς καὶ ὑπτιοι, & in dextrum & in sinistrum latus, & proni & supini. Idem lib. 9, ὥστε ὑπτίους ὑπὸ τῶ γέλωτος καταπεσεῖν. Luc. in Tim. ὥσπερ πιὰ σήλιν παλαιοῦ νεκροῦ ὑπτίαν, resupinam. id est retrorsum vergentem. Sic & Xenoph. in Cyneg. πηγνύειν δεῖ τὰ σφαλίδας ὑπτίας, varos ita figere oportet vt resupini pendeant. | Itē χεὶρ ὑπτία dicitur pro ἱκετηρίᾳ, vt Suid. exp. in hoc loco, περιθυμία τῆ πάσῃ ἀνεπετάσαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο ὑπτίαις χερσὶ τοὺς πολεμίους. Vbi ὑπτίαις χερσὶ exponendo ἱκετηρίαις, cōueniet cum eo quod Latinè dicitur Passis manibus. Cæsar, Milites passis manibus flentes implorabant. Sed eædem sunt & supinæ. vnde Ouid. dicit Preces concipere supinis manibus. Et Liu. Supinas manus ad cælū ac deos tendētes. | Præterea vt Latini dicūt Supina negligētia, & Supina aure audire, pro negligenter audire, ita Suid. annotat ὑπτίον ὕπνον in Epigramm. dici τὸν ἄπρακτον. | Eidem ὑπτία πεδία sunt τὰ ὁμαλὰ, plana. vt Epaminondas Bœoticam regionem, ὑπτίαν οὖσαν καὶ ἀνεπιπλαμβῆν, appellauit πολέμου ὀρχήστραν. Itidémque ὑπτία χώρα dicitur apud Aristidem opponi τῆ ὀρεινῆ, montanæ. Idem tamen Suid. ὑπτία expon. etiam ὑψηλὰ, vt Acron apud Horat. Tybur supinum vocat montosum, quoniam nimirum in ascensu montis ea ciuitas constituta est. | Ἐν ὑπτίοις autem exponitur non solùm Parte supina, sed etiam Infrà. Quæ expositio Plinii autoritate confirmari potest. Is enim hæc Theophr. τὰ ὑπτία πωδέστερα καὶ λειότερα, sic vertit, Foliorum pars inferior à terra herbido viret colore. Pro his verò Aristot. οἱ δὲ χεραῖοι ἐχῖνοι ὀρθοὶ, τὰ ὑπτία πρὸς ἄλληλα ἔχοντες, idem habet, Herinacei stantes ambo inter se complexi.

C. Ὑπτιόπιος, ου, ὁ, Valde supinus, Supra modum supinus.

Ὑπτίως, Supinè. Vnde compar. grad. ὑπτιωτέρως, Supinius, Remissius.

Ὑπτιότης, ητος, ἡ, Supinitas. Theophr. Hist. plant. lib. 1, cap. 16, ἡ μὲν γὰρ ὑπτιότης μᾶλλον δικεῖ ποιεῖν ἢ τὸ πρανές. Est & ὑπτιότης λόγου apud Hermog.

Ὑπτιόω, ῶ, F. ώσω, Supino, Resupino. Vnde pass. ὑπτιοῦσθαι, Supinari, Resupinari, Dioscor. lib. 4. Et Galen. σωμαχικοῖς dicit ὑπτιοῦσθαι τὸν σώμαχον, resupinari & subuerti.

Ὑπτιάζω, F. σω, Supinus sum: vel Supinor, Resupinor, Supinus relabor. Herodian. lib. 1, ὥστε τὸν εἰπόντα τὸν Μάρκον ὀπτισοῦσθαι λειποθυμία καταστῆσαι. ὑπὸ δὲ ἀσθενείας καὶ ἀθυμίας αὖθις ὑπτιάζειν, talia dicentem Marcum ita animus defecit vt statim conticesceret, ac languore nimio supinus in lectum relaberetur, Polit. interpr. | Item Supinus sum ac negligens. Herodian. lib. 2, ἤδη οἱ πολέμιοι ἔνδον ἦσαν, τῶ Ἰουλιανοῦ ἐπ' ὑπτιάζοντος καὶ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἀγνοοῦντος, Iuliano adhuc supino & ignaro rerum quæ gerebantur. Eodem libro, de Nigro, ὧν ταῖς ἐπαιρόμενος ταῖς ἐλπίσιν ὑπτιάζε πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ὀλιγωρίαν, supinius iam negligentiùsque agitabat, vt Polit. vertit. Et rursum, ἔτι μέλλοντος καὶ ὑπτιάζοντος τῶ Νίγρου, cunctāte adhuc & supino Nigro. Et lib. 3, ἤδη παρεσοῦσιν ὑπτιάζοντα καὶ ῥυφῶντα. Synes. quoque ita vsurpauit: vt epist. 154, ἐπὶ τοῦ γέρονος πίστις ὑφέρπουσα τὸ ὑπτιάσαν δίνημα, subrepens supinæ narrationi. Oratio etiam ὑπτιάζειν dicitur, vnde Hermog. in lib. περὶ χρηστότητος ait, ὧν τὰ σχήματα τὸν ὑπτιάζοντα λόγον ὀρθοῖ καὶ χρηστὸν ποιεῖ.

Ὑπτίασμα, ατος, τὸ, Supinatio seu Resupinatio. Vel etiam Supinitas. Apud Æschylum in Prometh. Γωνιακομέμοις ὑπτιάσμασι χερῶν interpretantur Supina manuum

inflexione.

Ὑπιασμός, οῦ, ὁ, idem. Luc. De saltat. πλὴν μὴν οὐδ' οὗτος στύγιον κίνησιν τῆς ὀρχηστικῆς καὶ τροφὰς αὐτῆς καὶ πλεκτάνας καὶ πτοήματα καὶ ὑπιασμούς, Resupinationes, Quum se in terga resupinant. Vide & Σιγμαχικός.

C. Ἐξυπιάζω, itidem Resupinus sum, seu Resupinor, Supinus sum, seu Supinor. Aristot. Histor. anim. lib. 2, de feris bubus loquens, τὰ δὲ κέρατα ἐξυπιάζοντα ἔχουσι μᾶλλον. Lucian. in Herc. Gall. οὔτε ὅλως ἀνιπτείνουσιν ἢ πῆς ποσὶν ἀντερείδουσι πρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ἐξυπιάζοντες, nec omnino restitantes aut in diuersum renitentes resupinatósque videas. Actiuè etiam ponitur pro Resupino seu Supino. velut apud Lucianum, σεμνῶς περιβαίνων καὶ ἐξυπιάζων ἑαυτόν. Vnde P. Ἐξυπιάζομαι, Resupinor seu Supinor. vt quum Aristot. apud Athenæum lib. 1, scribit ὅτι οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες ὅτι πρόσωπον φέρουσι, οἱ δὲ τὸν κρίθινον πεπωκότες ἐξυπιάζουσι τὴν κεφαλήν. Vbi ante τὴν forsan omissa est præpositio εἰς. nam libro 10 idem Athen. ὥς φησιν (inquit) Ἀριστοτέλης ὀν τῷ περὶ μέθης, εἰς τὰ νῶτα καταπίπτουσιν οἱ τὸν κρίθινον πεπωκότες. Vbi nota, εἰς τὰ νῶτα καταπίπτειν, & εἰς τὴν κεφαλὴν ἐξυπιάζεσθαι, idē esse. Verborum autem Aristotelis quæ ibi afferuntur ab Athenæo, bonam partem habes in Ὑπιος suprà.

Υ Φ Α' Ω, ῶ, Texo. apud Dionys. De situ orb. Ionicè pro eodem DICITVR Ὑφόω, vt ὁράω pro ὁρᾶω. Homerus Od. κ, Αἱ δ' ἱστὸν ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα τροφῶσι, telas texunt, & fusos torquēt. Nisi potius dicamus ὑφόωσι poni pro ὑφάουσι, vt βοόωσι pro βοάουσι.

Ὑφή, ῆς, ἡ, Textura seu Textus. vtrunque enim in vsu est, illud apud Lucr. hoc verò apud Plinium. Plato De leg. lib. 12, χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' αὐτέῃ θεοῖς καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν ὑφῇ. Quæ verba Cic. pag. 40 mei Cicer. lexici sic interpret. Color autem albus præcipuè decorus deo est, cùm in cæteris tum verò maximè in textili. Vbi ὑφὴ accepit pro ὕφασμα seu ὕφος. alioqui enim potius texturam significat, vt quum Athen. lib. 2 dicit ἡ τῆς ποικίλων ὑφή.

C. Εὐύφης, έος, ὁ καὶ ἡ, Bene textus: seu Scitè & eleganter textus, Pulchro artificio contextus, vt εὐύφεα λαίφεα in Epigramm.

Ὕφος, εος, τὸ, Textile. id est, Idipsum quod textum est, Opus à textore seu textrice effectum, veluti tela est, tapes, vestis, aut simile quid. Dioscor. lib. 2, cap. 68, de aranea, τὸ δὲ ὕφος αὐτῆς ὅλον πηδᾶν αἷμα ἴσχει, tela eius imposita sanguinem sistit. quod ὕφος ibidem vocat ὑμφά, de altero aranei genere loquens, καταστελλάζον τὸν ὑμφὰ λευκὸν, λεπτὸν καὶ πυκνόν. id est, qui candidam, tenuē, densamque telam orditur, vt Ruell. vertit. Ex eiusdē lib. 1, affertur ὕφος ἐριοῦ pro Vestis lanea. Alicubi pro findone accipitur, aut pro velo, vt apud Ioseph. Pro reti etiam & tapeto vsurpari nonnunquam tradunt. omnia enim illa textoris confici manu possunt. Socrates certè Rhodius peripetasmata ὕφη appellat, quū apud Athen. lib. 3 ait, ἦσαν δὲ οἱ τοῖχοι ἀλουργίσι καὶ διαχρύσοις ἐμπεπασμένοι ὕφεσι, purpureis aureisque peripetasmatis obtēti.

C. ΠΑΡυφάω, ῶ, Attexo. VNDE Παρυφή, ῆς, ἡ. Id quod telæ seu textili attextum est, veluti sunt in tela virgæ aureæ, argenteæ, purpureæ, candidæ, ornatus gratia παρυφασμένα τῷ ὕφει. Suidæ est ἡ ἐν τῇ ἐσθῆτι ἐργασία. Plutarch. Lacon. institut. σταυροφόρον αὐτῇ λίνον δίδυα παρυφῶν εἰς τὸν σάκκον ἐνέβαλε. volebant enim telam vnius esse coloris & vnius fili. vt & apud Syracusanos νόμος ἦν παῖ γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' αὐδινὰ φορεῖν, μηδ' ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφάς, vt refert Athen. lib. 12. Idem Athen. lib. 13, ex Clearcho de Tarentinorum luxu, ἐφόρουν δὲ καὶ παρυφὴν διαφανῆ πάντες· ἡ γυνὴ ὁ χιτὼν αἰβρωνέστατα βίος. Videntur autem hæ παρυφαὶ fuisse in ora & extremo vestis, vt fimbria. Dicitur ET Πάρυφος. Sic enim apud Poll. lib. 7, cap. 14, αἱ μὴν τοι ἐν τοῖς χιτῶσιν πορφυραῖ ῥάβδοι, πάρυφοι καλοῦνται. id est, In tunicis purpureæ virgæ (vt & poeta Latinus dicit Virgatis lucent sagulis) vocantur πάρυφοι. Sed adiectiuè hoc πάρυφος accipi potest, PRO Παρυφὴς, significante nimirum Attextus seu Intertextus. quo ibidem vtitur idem. τὸ δὲ παρυφὲς καὶ ἀδαλουργὲς, τὸ ἑκατέρωθεν ἔχον παρυφασμένον πορφύραν, vtrinque attextum habens purpureum limbū. est enim παρυφασμένη πορφύρα & παρυφὴ illud ipsum quod Latini appellant limbum. Ouid. Vltima pars telæ tenui circundata limbo. Et rursum, Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus. Sic Virgil. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Et rursum, Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura. Ex παρυφῇ porro COMP. Εὐπάρυφος, Λευκοπάρυφος, Φοινικοπάρυφος, Χρυσοπάρυφος. Est igitur Εὐπάρυφος, Qui pulchram habet παρυφὴν, Cuius vestis insignem pulchrūmque limbum attextum habet, Vestem habens limbo eleganti insignem. vt apud Romanos Prætextati. Nam Prætextas, seu (vt Cato loquitur apud Liu.) Prætextas purpura togas appellabant quòd eis purpura esset circuntexta. Lucian. in suo somnio, ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκουν ἀπάρυφός τις ἐπαινεῖν. Idē in Demonacte, Πυθωνός τινος τῆς ἐν Μακεδονίᾳ ἀπαρύφου, νεανίσκου ὡραίου. Vestis quoq; ἀπάρυφος dicitur quæ pulchro limbo insignis est, seu quæ purpureo & eleganti limbo prætexta est. qualem Romæ gerebant prætextati & laticlauii. Herodian. lib. 1, de Commodo, ἐβουλεύετο αὐτὴ τῆς ἀπαρύφου καὶ βασιλικῆς πορφύρας, ὅπῃ φέρων ὀφθεῖεν τοῖς Ρωμαίοις: calendis nimirum Ianuariis, quo die ἐπώνυμοι ἀρχαὶ τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν ἀναδεδέασι. Polit. ibi vertit, Pro eleganti vestitu purpuráque imperatoria armatus prodire in conspectum Romanorum. Fuisse autem hanc ἀπάρυφον πορφύραν tenuissimam ac subtilissimam, patet ex Nicostrato apud Athen. l. 6, dicente ψυκτήριον τῆς ἀπαρύφου λεπτότερον. nam ἐξήλωνόν τινες τὸν ἀρχυρον καὶ πόπε εἰς ὑμφὴς ἰδέαν, inquit ibidem Athen. Secundum COMP. Λευκοπάρυφος, Cuius vestis candido limbo prætexta est, Cuius vesti candidus limbus seu candida fimbria attexta est: vt homines frugi, qui sumptuosis vestimentis vti minimè gaudēt: vnde Alexander Macedo, apud Plutarch. in Apophth. laudantibus quibusdam Antipatri ἀπέλειαν, vtpote ἀθρύπτως διαπωμένου καὶ αὐστηρῶς, inquit, Ἐζῶνεν Ἀντίπατος λευκοπάρυφος ὤν, τὰ δὲ ἔνδον ὁλοπόρφυρος: innuens eum in externo vestitu esse hominem frugi, interno autem luxu animi diffluere. TERT. Φοινικοπάρυφος, Puniceo limbo prætextam vestem gerens. seu Purpura prætextam vestem gestans. Nam puniceus & purpureus color idem penè sunt. QVART. Χρυσοπάρυφος, Aureum limbū in sua veste gestans, Aureo limbo prætextam vestem ferens. Sin de veste ipsa χρυσοπάρυφος dicitur, significat Aureum limbum prætextum habens, Cui aurea fimbria attexta est, Aureo limbo insignis. Aliis Auro intextus vel contextus.

C. ΣΥΝυφάω, ῶ, Contexo. VNDE Συνυφή, Contextus seu Cōtextio. Plato De leg. lib. 5, καθάπερ οἶμαι δή τινα ξυνυφὴν ἢ καὶ πλέγμα· ἀλλ' ὁποῖόν, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς οἶον τ' ἦν τῶν τε συνυφὴν καὶ τὸν σήμονα ἀποφαίζεσθαι, διαφέρειν δὴ αὐταῖν καὶ τὸ τῆς σημόνων πρὸς ἀρετὴν γένος, ἰσχυρότερόν τε καὶ πνα βιβαιότητα ἐν τοῖς ὕφεσι εἰληφός. ITEM Συνυφής, έος, ὁ καὶ ἡ, Cōtextus. Aristot. Hist. anim. lib. 9, c. 37, de nautilo pisce, ἔχει δὲ μεταξὺ τῆς πλεκτανῶν λέπος τι συνυφὲς, ὅμοιον τοῖς σπαρτοῖς τοῖς μεταξὺ τῆς δακτύλων. πλὴν ἐκείνοις μὲν, παχύτητος δὲ, λεπτὸν τόπον καὶ ἀραχνῶδές ἐστι. quem piscē Athen. lib. 7, scribit μεταξὺ τῆς δύο πλεκτανῶν λεπτὸν ὑμφὰ ἔχειν διαπερυκότα, ὡς καὶ τῆς ὀρνίθων οἱ πόδες ὁρῶνται μεταξὺ τῆς δακτύλων δερμάτινον ὑμφὰ ἔχοντες. Plinius verò libro 9, cap. 29, inter duo prima brachia membranam habere miræ tenuitatis tradit.

Ὑφαίνω, F. αν ὦ idem quod ὑφάω, vnde & deriuatum est, vt περαίνω ex περάω. id est Texo, Ordior. Homer. Iliad. ζ, Καί κεν ἐν Ἄργεϊ οὖσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις. Itidémque Odyss. β, — ἱστὸν ὕφαινε, telam ordiebatur. Et Iliad. γ, Τὴν δ' ἐν μεγάρῳ, ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὑφαινε, Δίπλακα μδμαρέλιν. Sic Aristoph. Vesp. ἐν Ἐκβαταίοισι τοῦθ' ὑφαίνεται. Et mox, τοῦτο πῶσι βαρβάροις Ὑφαίνεται πολλαῖς δαπάναις, à Persis texitur magno sumptu. Strabo verò dicit in Carysto nasci λίθον τὴν ξαινομδίλιν καὶ ὑφαινομδίλιν, lapidem qui carminatur & texitur. Epigramm. lib. 6, legimus etiam πάλαροι χοίνοισιν ὑφασμένοι, iunco textum calathum. χοίνου πιπλεγμένον. Metaphoricum etiam vsum habet hoc verbum, qui frequētissimus est, vt & apud Latinos verbum Texere ac Ordiri. Hom. Il. γ, de Menelao & Vlysse legatione apud Troianos fungentibus, Ἀλλ' ὅπ δὴ μύθοις καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον. vbi schol. exp. ἔπλεκον, ἔλεγον, φανερὰ ἐποίουν. Et Il. ι, Τοῖς ὁ γέρων πάντεσσι τοιαῦτα ὑφαίνειν ἤρξατο μῆτιν Νέστωρ, consilium texere seu contexere. Et Odyss. δ, οἱ δ' ἔνδοθι μῆτιν ὕφαινον. Itidémque Hesiod. in Clypeo Herc. Ἀλλὰ μὴν ὑφαινε μετὰ φρεσί. Rursum Homer. Iliad. ζ, Τῶν δ' ἀνέρχομαι πυμνὸν δόλον ἄλλον ὑφαινε. Vbi vt δόλον ὑφαίνειν dicitur, ita & πλέκειν, & Latinè Nectere. Ex Nonno autē ἔργον ὑφαίνειν affertur pro ἐργάζεσθαι.

Ὕφασμα, ατος, τὸ, idem quod ὕφος suprà. id est Opus à textrice seu textore effectum, Textile, Tela. Nonnunquam etiā Pannus: & peculiarius quoque Vestis: item Velū. omnia enim hæc texturæ opera sunt. Herodian. lib. 5, τοῖς δὲ Σιρῶν ὑφάσμασι μόνοις πρέσκειτο. Et libro 4, τὰ θαυμαζόμενα ὑφάσματα, telæ laudatissimæ. Strabo, ὀν δὲ τῇ Καρύστῳ καὶ ἡ λίθος φύεται ἡ ξαινομένη καὶ ὑφαινομένη· ὥστε τὰ ὑφάσματα χειρόμακτρα γίνεσθαι, Carysti lapis etiam nascitur qui carminatur & texitur: quæ texuntur, mantilia sunt. Plutarchus De orac. Pyth. λεπτὸν καὶ πυκνὸν ὥσπερ τὰ Σηρικὰ καὶ τὰ βύσσινα τῆς ὑφάσματος, vti telæ Sericæ & byssinæ. Rursum Herodianus libro 5, σχήματί τε ἐσθῆτος πολυτελεστάτης χρώμενος, δίφθέρας χρυσοῦ ὑφάσμασιν. Vbi Polit. Vestitum vsurpans luxuriosum, purpura intextum atque auro. Malim ego, Vestimentis vtens pretiosissimis purpuráque aureis intexta filis. Vbi ὕφασμα dicitur potius ipse Textus, velut & apud Philonem De vita M. libro 3, vbi dicit vestem summi apud Iudæos pontificis esse πεποικίλου καὶ θαυμασιωτάτου, ἔχουσαν ἐν τοῖς ὑφάσμασι πλοκὴν, mirando panni textu. At πλεκτὸν ὕφασμα χρίνου Archestr. apud Athen. lib. 7, vocat funem è iunco textum seu plexum. vno vocabulo χοῖνον & χοινίον appellant.

Ὑφαὶ, ἀδος, ἡ, Polluci sub finem lib. 10, πλεκτὸν ἀγκῶνιον esse videtur quo sacra feruntur, sicuti πάλαρον χοίνοισιν ὑφασμένον legimus in Epigr. Calathum è iunco textum.

Ὑφανσις, εως, ἡ, Textura seu Textus. Poll. lib. 7, vsurpari hoc vocabulum posse ait, quum Plato dicat βασιλικῇ ξυνυφαίσει: sed esse βίαιον. Scribit enim, καὶ ὕφανσι δ' αὖ εἴποις βιαζόμενος, quia (inquit) Plato dixit βασιλικῇ ξυνυφαίσει. Sed vulg. Poll. exempl. habent ὑφαίνει, quod vel ex hoc compos. emendari potest.

Ὑφαντής, ου, ὁ, Textor. Plato De rep. lib. 2, ὑφαντὴ δὲ καὶ σκυτοτόμοι δέρματά τε καὶ ἑλίοις χρῆσθαι ἔχοιεν. Sic Aristot. Polit. 1, λέγω δὲ ὕλην τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τι ἀποτελεῖται ἔργον· οἷον ὑφαντῇ μὲν, ἔρια, αὐδ' ἐκκαστοπιᾷ δὲ, χαλκός. FOEM. Ὑφαντεία, ας, ἡ, Textrix. Poll. lib. 7.

Ὑφαντικός, οῦ, ὁ, Ad textorem pertinens, Textorius. Apud Poll. libro 7. VNDE Ὑφαντικὴ, scil. τέχνη, dicitur Ars textoria, Ars seu scientia texendi. apud Poll. ibidem, & apud Aristotelem Polit. 1, capite 5. Item ADVERB. Ὑφαντικῶς, More textorum, Ritu textorio. apud Poll. in loco citato.

Ὑφαντός, οῦ, ὁ, Textus, seu Textilis. Homer. Odyss. μ, Ἠείθμει καὶ χρυσὸν ὑφαντά τε εἵματα καλά. Odyss. ν, Χαλκὸν τε χρυσόν τε ἅλις ἐσθῆτά θ' ὑφαντῷ, multum auri & æris vestisque textilis. Odyss. γ dicit ὑφάσματά τε χρυσόν τε. & Thucyd. lib. 2, ὅσα ὑφαντά τε καὶ λεῖα, opus textile & quæ læuia essent. Et Exodi c. 28, ἔργον ὑφαντὸν ποικιλτοῦ, Opus polyminton. Sic enim vulg. habet versio. vt accipiamus iis verbis opus versicoloribus textum liciis. seu variis contextum liciis. quidam malunt interpretari Opus plumarium seu Phrygium, Opus acu pictum. sed id textoris propriè non est.

C. Εὐύφαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod εὐύφης, Pulchrè seu bene textus, Eleganter & scitè contextus.

C. ΔΙΥφαίνω, Pertexo. vel Intertexo.

C. ΕΝυφαίνω, Intexo. Athen. l. 12, ἐμβάτης πίλημα λαμβάνων τῆς πολυπλεκτάνης πορφύρας. τούτῳ δὲ χρυσοῦ πολλὴν ἐνύφαινον ποικιλίαν ὀπίσω καὶ ἔμπροσθεν ἐνιέντες οἱ τεχνῖται. Et paulo post de chlamydibus, τὸ δὲ πᾶν ὁ πόλος ἐνύφαινε χρυσοῖς ἀστέρας ἔχων καὶ τὰ δώδεκα ζώδια, polum intextum habebat. Legitur & ἐνυφανθεὶς apud Herodotum, Intextus: itidémque Ἐνυφασμένος.

C. Ἐξυφαίνω, Pertexo, Contexo: seu Texendo absoluo & conficio. Homerus in Batrachom. Πέπλον μοι κατέπρηξαν ὀν ἐξύφηνα καὶ μοῦσα, quem multo labore & artificio contexueram. Itidem ex Plutarcho ἐξυφήνασι affertur pro Telam absoluerint. Budæus interpr. Detexo: nec-non Compono, Struo, afferens ex Gregor. καὶ ἡ μὴν μέλισσα πονεῖ τὰ κηρία, τὰς ἐξαγόνους καὶ αἰπόλους συνεκτίας ἐξυφαίνουσα.

C. Εὐφαίνω, Intexo. idem cum ἐνυφαίνω. seu Inter texendum ingero. Oppianus pro simplici ὑφαίνω vsurpauit, quū dixit De venat. lib. 3, Δήρα τοτ' ἰχθύμων δολίῳ ὅτε μῆτιν ὑφαίνων, fraudulentum texens seu nectens consilium. AT Ἐφυφὴ videtur potius deriuatum esse ab inusitato THEM. Ἐφυφάω. Est autem ἐφυφὴ, Licium, Id quod stamini intexitur, Trama, Subtegmē, Licium. μίτος. Vide suprà in Σωυφή.

C. ΚΑΘυφαίνω, itidem exponitur Intexo. Hesych. verò καθυφαίνειν expon. ἐνδεῦσαι, ὑποχωρεῖν, καθυποβάλλειν. quod mihi suspectum est.

C. ΠΑΡυφαίνω, Attexo. vt quum textor telæ alicui attexit fila aurea vel purpurea. vnde παρυφασμένος, Attextus. vt quum Poll. libro 7, πρόσφατον dicit fuisse quoddam ἱμάτιον λευκὸν, πῆχυν πορφυροῦν ἔχον παρυφασμένον, vestem candidam, cui cubitus purpureus attextus esset, vel etiam prætextus, vt dicūt togam purpura prætextam: atque adeo παρυφὴ nominatur purpura vesti prætexta. Budæus verò παρυφασμένον interpretatur Obtentus, in hoc loco Xen. Pæd. 5, ἵν' δὲ ὀκπαμένοι πορευόμεθα, τὸ μὲν πλῆθος κατόψονται ἡμῶν. ὑπὸ δὲ τῆς παρυφασμένων ὅπλων πᾶς ὄχλος δεινὸς φαίνεται. At Philelphus ibi παρυφασμένων ὅπλων vertisse dicitur Coruscantium armorum.

C. ΠΡΟΣυφαίνω, itidem Attexo. Plato Tim. τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γενναῖα, θρεμμάτων τε διδόντες αὔξαίετο. Quæ Cic. sic vertit pag. 32 mei Cicer. lex. Vos autem ad id quod erit immortale, partē attexitote mortalem. Ita orientur animantes, quos viuos alitis. Sic ex eodem Plat. ἵν' οὖν θνητὰ ᾖ, ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνετε, affertur cum hac eiusdem Cicer. interpr. Vt igitur mortali conditione generentur, ad id quod erit immortale, partem attexitote mortalem.

C. ΣΥΝυφαίνω, Contexo: vel etiam Attexo. Luc. De scrib. histor. metaphoricè vsurpat, dicens, ἐπειδὰν ἀθροίσῃ ἅπαντα ἢ τὰ πλεῖστα, πρῶτα μὲν ὑπομνήματα συνυφαίνετω αὐτῷ, καὶ σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι καὶ ἀδιάρθρωτον. Itidem Philo De mundo, τόπου δὴ προσομολογηθέντος, ἀκόλουθον αὖ ἐν συνυφαίνειν τὰ ἁρμόζοντα, nobis deinde attexenda sunt quæ ei sunt consentanea. Et De vita M. lib. 1, in exordio itidem, τὰ γὰρ λεγόμενα τοῖς ἀναγινωσκομένοις ἀεὶ συνύφαινον, fando audita cum iis quæ legerentur semper contexebant. Et libro 3, περὶ δὲ τῆς δευτέρου αὐτίκα πειρήσομαι δηλοῦν, συνυφήνας αὐτοῖς καὶ τὸ τέταρτον εἶδος, tertiam eis speciem contexens. Eodem libro passiuè, τῷ συνυφαίνεσθαι γίνεσι τοῖς αὐτοῖς, quòd generibus eisdem intexta sint. vt & Plato in Tim. ἐξ ὧν δεῖ τὸν ὅλοιπον λόγον ξυνυφανθῆναι, contextum esse. Idem verò & actiuè de politica dixit, τὴν πᾶσαν ξυνυφαίνουσαν. VNDE Συνύφανσις, εως, ἡ, Contextus. id est (inquit Bud.) Opus contextum, vt Digesta in Pand. Græcis. Sic Συνυφὴ suprà. Vide & Ὑφανσις.

Υ Ψ Ο Σ, εος, τὸ, Altitudo, Celsitudo, Sublimitas: interdum etiam Cacumen, Fastigiū. Priore modo, Thucyd. lib. 1, σαφῶς κατηφανιστῶν ὅπ πηχίζεται καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει, Altitudinem capit, seu assumit, Sublimior fitque altior. Metaphoricè verò Herodian. sub finem lib. 2, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν εἰς ὕψος ἐξαίρων, οὔτε θραλείπων ἔτι τὸ λόγου καὶ μνήμης ἄξιον, Extollens. Et Aristot. De mundo, τὸ Δαρείου πρόσχημα εἰς σεμνότητος καὶ ὑπεροχῆς ὕψος μεγαλοπρεπῶς διεκοσμήθη, in exquisitū maiestatis fastigium os Darii exornatū erat. Itidem ὕψος λόγου dicitur Orationis sublimitas, seu Sublime & celsum dicēdi genus: cui opponitur ἡ ταπεινότης, humilis oratio, quæ nimirum humi serpit, nec à terra sese attollit in grandiora verba & motus. Qua de re extat liber Dionysii Lōgini, in cuius initio dicit, ὡς ἀκρότης καὶ ὑπεροχή τις λόγων δεῖ τὰ ὕψη. Posteriore modo pro fastigio, vertice, cacumine, seu alto, aut loco alto: Plut. De sera num. vind. καπνεχθὲς ἐξ ὕψους πνοῆς περάχηλον.

Et Plato De leg. ἐν ὕψει, in alto, vt & Homer. ἐφ' ὕψοις. De felicitatis fastigio apud Luc. in Hermot. ὅσοι δ' αὖ εἰς τέλος ἔβη καρτερήσαντες, οὗτοι ὥσ τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἤδη μονοῦται, παμμάκαρά πνα βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες, οὐ μόνον μηκας ἐπὶ τῶ ὕψει ὀπτοκοπιοῦντες πνας τοὺς ἄλλους. Vbi nota ἄκρον & ὕψος synonymos posita.

Ὑψηλός, ή, ό, Altus, Excelsus, Celsus, Sublimis, Editus, Eminens. Iliad. η, — δείμαντο δὲ οἱ Πυργοὺς ὑψηλοὺς, ἔλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν, celsas turres. Metaphoricè quoq; capitur, vt Latina etiam vocabula. Dionys. Longin. in suo περὶ ὕψους libello, οὐκ ὄντες ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε ᾖ καὶ ἀμελεῖτε. Et rursum, ὁκ τῶν ὑψηλοτέρων ὅπῃ τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκει, à sublimioribus ad humiliora decurrit. Theophyl. epist. 37, πλὴν γλῶτταν ἔχεις ὑψηλοτέραν τῆς πράξεως: quoniam nimirum rem humilem effers extollisque verbis sublimibus. Gregor. μὴ τοίνυν ἡμᾶς ἀθύματα τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς, nolite nos reprehendere ob verbum altius elatum. Luc. in Hermot. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, sublimia enim iam affectas animo. Dicitur etiam ἀφ' ὑψηλοῦ, vt ἀφ' ὕψους, Ex alto, Ex loco excelso & edito. Luc. De scrib. hist. οἷα αὐτῷ ἐφαίνετο ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι. Vbi subauditur substantiuum τόπου. dicitur enim ἀφ' ὑψηλοῦ τόπου, vt ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, velut apud Herodian. libro 5, ἐκέλευσεν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς συνκλήτου τόπῳ ὑψηλοτάτῳ τε πλὴν εἰκόνα ἀνατεθῆναι. erat enim is locus consularis, & propterea ἐπιμέτρος. qua de re vide Plut. Symp. 1, probl. 3.

C. Ὑψηλοκάρδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui corde est elato, Superbus, Arrogans. ὑψηλὰ φρονῶν. idē cum ὑψηλόνοις & ὑψηλόφρων.

C. Ὑψηλόκριμνοι πέτραι apud Æschyl. initio Prometh. Altis præcipitiis rupes.

C. Ὑψηλολογέω, ῶ, siue Ὑψηλολογέομαι, οῦμαι, Alta loquor, Vtor verbis sublimibus, Orationis sublimitatem confector. vt ille qui apud Horat. Proiicit ampullas & sesquipedalia verba. Synes. in Sophista, ἠκούσατε δέ πνος τῶν ἐμῶν ὀπτικδείων ὑψηλολογουμένου καὶ βρενθυομένου ὀπτὶ τοῖς συωνύμοις καὶ ὁμωνύμοις. AT Ὑψηλογέω, ῶ, quod affertur itidem pro Altè loquor, mendosum est, próque eo scribendum vel ὑψηλολογέω, vel ὑψηλογέω.

C. Ὑψηλόνους, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui mente est elata. ὑψηλόφρων. Vnde neutro genere τὸ ὑψηλόνουν, Mentis elatio. substantiuè enim accipitur pro ὑψηλόνοια. seu Animi celsitudo & sublimitas. Plut. in Per. τὸ δὲ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ παντὸς πολεσουργὸν πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐστὶ κτῆσμα, ὂν φυσιολογίας.

C. Ὑψηλόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, idem cum præcedente ὑψηλόνους, Qui est mente excelsa: vel Qui est mente elata & superba, Qui nimis altos seu magnos spiritus animo sumit. plerunque enim in malam partem accipitur pro ὑπερήφανος, ὑπέρφρων, ὑπερόπτης, vt & ὑψηλὰ φρονεῖν in vitio ponitur. VNDE Ὑψηλοφρονέω, ῶ, idē quod ὑψηλὰ φρονέω, Alta sum mente. sed plerunque in malam partē, pro Nimis alta & elata mente sum, Nimis sublimia animo mihi sumo, Animo elato sum, seu Animo efferor, Superbio: vel Arroganter de me sentio. cui oppositum ταπεινοφρονέω. ITEM Ὑψηλοφροσύνη, ης, ἡ, Mens alta: seu Mens nimis alta & elata, Animus nimium se efferens. cui opp. ταπεινοφροσύνη.

C. Ὑψηλαύχενος, ενος, ὁ καὶ ἡ, Qui alta & elata est ceruice, Elata & superba ceruice incedens. VNDE Ὑψηλαυχενία, ας, ἡ, de eiusmodi incessu. Xen. De re equ. ὅταν αἴσθηται ἡδόμενον τὸν ἵππον τῇ τε ὑψηλαυχενίᾳ καὶ τῇ χαλαρότητι.

Ὑψηλῶς, Altè, Excelsè, Sublimiter. Suidæ μεγάλως.

Ὑψόθεν, Ex alto, Desuper. ὑπερθεν, ἀνῶθεν. Homer. Il. υ, Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ὑψόθεν, αὐτὰρ ἔνερθε Ποσιδάων ἐπέναξε Γαῖαν ἀπειρεσίην ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα. Vbi nota ὑψόθεν & ἔνερθε sibi opposita. Exponitur etiam Altè, vt idem sit cum ὑψόθι. ‖ Cum genitiuo autē iunctum significat Super, sicut & ὑψόθι. Apollon. Rhod. Argon. 2, ὑψόθεν ἀκτῆς.

Ὑψόθι, In alto, In sublimi, ἄνωθι, ἐν ὕψει. Homer. Il. ρ, de aquila, Οὔ τε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πῶϊ Θάμνῳ ἐν' ἀμφικόμῳ κατακείμενος. Est enim ὀξύτατος δέρκεσθαι ἐν οὐρανίοις πετεηνῶν. ‖ Cum genitiuo iunctum significat Super, vt præcedens ὑψόθεν. Epigr. libro 1, ὑψόθι γαστρὸς, super ventrem. Et apud Nonn. ὑψόθι φωκῶν, super sedes. nisi malis, Super altas sedes, Alta super sedilia.

‖ Significat etiā Altè, In altū. ὑψόσε. Ex Apollon. Rhod. Arg. 2, ὑψόθι πίνει, Altè tendit, In altū tendit. Et rursum, ἐπ' ἀναίσιον ἐρύσαι ὑψόθι νῆα. Vbi tamen pro ὑψοῦ accipi potest.

Ὑψόσε, In altum, In sublime. Hom. Il. φ, — ὁ δ' ὑψόσε ποσσὶν ἐπῆδα Θυμῷ ἀνιάζων. Et Od. μ, χεῖρας Ὑψοσ' ἀειρόμενος. Itidémque alibi, ὑψόσ' ἀερθεὶς, In altum leuatus.

Ὑψοῦ, In alto, Altè. idem quod ὑψόθι. Hom. Il. α, — ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσαν Ὑψοῦ, Altè. Dicit & Soph. ὑψοῦ αἴρει pro μετεωρίζει. vbi potius significat In altum, ὑψόσε. vt Hesych. quoq; ὑψοῦ διάθεσις exp. εἰς ὕψος ὁρμᾶ, Suid. verò ἐν ὕψει ῥέχῃ.

Ὑψι, idē quod ὑψοῦ seu ὑψόθι. id est Altè, Sublimè seu Sublimiter. vt Suid. quoque annotat ὕψι & ὑψοῦ aduerbialiter significare εἰς ὕψος & ἐφ' ὕψους, In altum, In alto. Homerus hymno in Apollinem, — ἀχαδὸν κιθάριζε Καλὰ καὶ ὕψι βιβᾶς. Et apud Hesych. Ὑψι δ' ἐπ' ἀνάων ὁρμηθείσαν. id est μετέωρον αὐτὴν ὅθεν τῶν ἀκρωτῶν ὁρμηθείσαν, ex Il. ξ, v. 77. Itidémque ὕψι idem exposuerat μετέωρον, ἄνω, ὑψηλοῦ. Rursum Homer. Iliad. υ, Ζεὺς δ' ἤμβροτε ὕψι κέλευθον. Et Hesiod. Erg. de accipitre, Ὑψι μάλ' ἐν νεφέεσι φέρων, in altissimis nubibus.

Deriuata ex Ὕψος & aduerbio Ὑψι.

C. Ὑψόφρων, idem cum ὑψηλόφρων. Vide in Ὑψιφοίτης.

C. Ὑψιβάμων, SIVE Ὑψιβαθής, Altigradus, Altè gradiēs, Altè vel in alto incedens. vt Hesych. quoq; ὑψιβάμονος exp. ἐν ὕψει βαίνοντος. apud quem tamen contra feriem alphabeticam SCRIPTVM Ὑψιβάμωνος, VT ET Ὑψιλογέω ET Ὑψιλοφος in v. l. pro Ὑψιλογέω & Ὑψιλοφος.

C. Ὑψιβαθύς, έος, ὁ, Altè profundus: seu Altè prominens. Oppian. De ven. lib. 3, Ὄμματα δ' αἰγλήεντα καὶ ὀφρύας ὑψιβαθείας.

C. Ὑψιβρίθεθλος, In alto natus. vt ὑψιβρίθεθλος θεὸς apud Nonn.

C. Ὑψίγυιος, Alta habens membra. At Pind. ὑψίγυιον ἄλσος dixit Altum nemus, teste Camer.

C. Ὑψιδέμεθλος, Alta habens fundamenta, Nonn.

C. Ὑψικρατέω, ῶ, In alto dominor. est enim ὑψικρατῆν Suidæ τὸ ἐν τῷ ὕψει κρατεῖν. AT Ὑψικράτης, nomen proprium apud Luc. in Macrob.

